BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVII
II
32
NAPOLI

XLVII
#
32

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNALES
ECCLESIASTICI
AB ANNO MCXCVIII.

UBI DESINIT

CARDINALIS BARONIUS,

AUCTORE

ODORICO
RAYNALDO

CONGREGATIONIS ORATORII PRESBYTERO.

Accedunt in hac Editione

NOTÆ CHRONOLOGICÆ, CRITICÆ, HISTORICÆ,

QUIBUS RAYNALDI ANNALES ILLUSTRANTUR, SUPPLENTUR, EMENDANTUR,

AUCTORE

JOANNE DOMINICO MANSI
LUCENSI

CONGREGATIONIS MATRIS DEI

Tomus Duodecimus.



LUCÆ

Typis Leonardi Venturini MDCCLV.

De Superiorum Licentia.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNALES
ECCLESIASTICI.

JESU CHRISTI ANNUS	LEONIS PAP. X. ANNUS	MAXIMILIANI ROM. REG.
1513.	1.	20.

I. ANno a virgineo partu milleſimo quingenteſimo decimo tertio indictione prima, Julius Papa gravioribus curis ſaucius ob ſchiſmaticorum proterviam, novaſque principum diſſenſiones, ægre enim ferebat (*a*) Venetos Cæſari conciliari non poſſe, Galliarumque Regi conjunctos, cum ſuſceptum de veteris imperii dignitate tuenda, atque amiſſis urbibus repetendis conſilium fixum animis tenerent, lethalem morbum contraxit, quo diu elanguit, rebuſque mortalibus nuntium remittere paratus, gratias Deo egit de conceſſo intervallo, ut animæ ſaluti conſuleret, & anteactæ vitæ culpas deflevit. Tum conceptas pro libertate eccleſiaſtica conſtabilienda curas non intermittens, Lateranenſe concilium promoveri voluit, deſignavitque Raphaelem Cardinalem Riarium epiſcopum Oſtienſem proximæ ſeſſionis præſidem ac moderatorem; de quibus Paris de Graſſis, cui plura Julius de juſtis funeribus ſibi perſolvendis dabat mandata, hæc refert (*b*): *Die veneris, quarta februarii, Pontifex mihi ad ſe in lecto ægrotantem vocari juſſo, expoſuit ſumma cum pietate ſui corporis reſolutionem imminere, & jam vitam in Dei manibus eſſe, nec jam amplius de ſoſpitate ulla cogitare, quin potius corpus ſuum de proximo moriturum & in pulverem ſeſe reſolvendam: de qua re gratias agebat Deo, quod bonum finem, ut Chriſtianam decet, ſortitus eſſet; non autem improviſum aut ſubitaneum caſum, ſicut multis ante ſe Pontificibus jam contigiſſe ſciebat, qui adeo celeri morte rapti ſunt, ut nec de rerum ſubſtantia, nec de corporis conditura, nec de animæ ſalute providere potuerint. Ergo in hoc ſtatu conſtitutus ipſe Pontifex, in me uno, ut dixit, confidens*, & infra, *rogabat me, ut ſui mox morituri corporis curam ſuſciperem, non ut ſuperfluenter nec nimis delicioſe ornari efferrique facerem, cum id ipſum non mereatur, qui dum vixerit nimis magnus peccator extiterit, ſed ne nimis abjecte veſtiretur aut ſepeliretur*. Addit author poſtridie VALUISSE Julium, atque ad propoſita læta facie reſpondiſſe: *Rogabat*, inquit, *quantum poterat Cardinales omnes, ut omnino facerent ſeſſionem in die condicta, ne termini contra Regem Gallorum & ejus complices perderentur, aut, ut dicunt, circumvenirentur, & quod ſuper propoſitis tantum in ſeſſione præcedenti diſcuteretur; & quod Cardinalis S. Georgii tanquam decanus collegii, qui etiam epiſcopus Oſtienſis eſſet, præſideret, ut moris eſt*.

(*a*) *Panvin. in ſul. Jl. l. 11. p. 72.*

(*b*) *Paris to. 3. mſ. arch. Vat. p. 972.*

Julius pie ſe ad mortem comparat.

Componendi cadaveris curam demandat. Gallorum Regem in jus vocari jubet a concilio.

II. Ingraveſcente rurſus morbo veteres de ſucceſſorum integritate ac religione aſſerenda ſolicitudines auctæ; die enim appetente, quo ſeſſio quinta Lateranenſis ſynodi celebranda erat, cui, ut dixi, morbo implicitus præeſſe non poterat, priora conſilia de ſimoniaca peſte a ſupremi pontificatus vertice avertenda urſit, atque ad exitum perducenda curavit in ſolemni patrum cœtu; de quo congregato, Cardinale S. Georgii de quo paulo ante me-

memoravi præſide, hæc tradit Paris de Graſſis (*a*): *Die mercurii* XVI. *februarii fuit habita ſeſſio* V. *apud Lateranum in baſilica, ut alias, per patres abſente Pontifice graviter ægrotante. Et quidem ſic mane omnes Cardinales ad palatium acceſſerunt, & in capella majori congregati ſunt: inde ad Lateranum ſimul omnes cum omnibus prælatis & officialibus capellæ ac concilii, & orationibus, ac baronibus, & principibus, & militibus Jeroſolymitanis armatis, ut alias, pompaliter etiam tubis clangentibus, & ſclopis ſonantibus acceſſerunt; ubi patriarcha Antiochenus celebravit.*

(*a*) *Id. ib. p.*980. Seſſio V. Lateranenſis concilii.

III. Habuit porro ſacram concionem (*b*) Joannes Maria de Monte, ac Julium magnis laudibus extulit, quod ſynodum in ſumma totius Italiæ conſternatione, furente hoſte victore proximo coegiſſet, quam in ſumma quiete & principum obſequio tot alii Pontifices congregare non erant auſi: planxit civilibus bellis laniari Eccleſiam, tot inſontes populos ferro flammiſque deleri, invaleſcere vitia, ſævitiam, ambitionem, libidinem, licentiam, & quos pietatis & integritatis exempla præbere deceret, flagitiorum eſſe authores; ac demum ad Chriſtum converſus pias effudit preces, ut pacem Eccleſiæ catholicæ ſponſæ ſuæ reſtitueret, aut ſi bello ſanguis ad crimina expianda fundendus eſſet, Chriſtiana arma in hoſtes fidei averteret: *Te*, inquit, *æterne olympi regnator Chriſte, cujus ditione atque imperio cuncta cæleſtia terrenaque gubernantur; qui tuam a Nerone, Domitiano, Trajano, Marco Antonino & Lucio Aurelio Commodo, Severo, Maximino, Decio, Valeriano, Aureliano, Diocletiano haud paſſus es exterminari religionem ac fidem; qui Eccleſiam tuam tot procellis hæreticorum ac ſchiſmaticorum agitatam in mediis ſubmergi nequaquam pertuliſti fluctibus, te inquam invocamus, tuum imploramus numen, tuam oramus clementiam, reſpice vicarium tuum ſanctiſſimum & Eccleſiæ tuæ paſtorem ſolertiſſimum, corpore licet ægro, animo tamen firmiſſimo: reſpice vigilantiſſimum ſenatum: reſpice cunctos hos patres: reſpice noſtros principes: reſpice familiam tuam univerſam. Vides impia tyrannorum pectora adverſus juſtitiam armata: cernis improbos ac nefarios in leges juraque inſurgentes: ſpectas habere conventiculum perditæ factionis ad ſcindendam ac dirimendam tunicam tuam inconſutilem, unitatemque ab Eccleſia tua reiiciendam: perſpicis tuorum robore inteſtinis bellis perculſo noſtriſque debilitatis ac pene confectis viribus inſtaurantem ſe ad pugnam, hoſtem parantem ſe ad victimam noſtri ſanguinis. Tolle ut cœpiſti ſecures, tolle gladios: ſit finis ac terminus bellorum: ſit fas reminiſcenre juſtitia, conſervata unitate, dulciſſimos optatæ pacis fructus colligere. Pacem a te Chriſte expetimus, pacem a te clementiſſime Deus efflagitamus: da illam, Domine, diebus noſtris, quia non eſt alius, qui pugnet pro nobis niſi tu domine Deus noſter: aut ſi bella gerenda ſunt, ſi acies inſtruendæ, ſi vulnera perferenda, ſi id noſtrorum expoſcunt vitiorum pœnæ, ſi noſtro pianda ſunt delicta ſanguine, adverſus Turcas nominis tui hoſtes, quod & ſanctiſſimus vicarius ipſe tuus, & nos omni ſemper ſtudio concupivimus, bella geramus pro tua fide, pro religione, pro aris & focis dimicantes, pœnas noſtrorum criminum luamus, tua effundamus cauſa ſanguinem, quo tuo tandem univerſus inſerviat orbis imperio, tuam cuncti religionem ac fidem aſſerant, agnoſcant, profiteantur; ut ſuo quodammodo jure alacriter ac jucunde canere id poſſit Eccleſia. In omnem terram propagatum eſt imperium eorum, & in fines orbis terræ religio eorum.* Hactenus Joannes Maria.

(*b*) *Ext. in actis concil. Later. ſeſſ.* 5. *tom.*4. *part.*2. *concil. p.* 47. *ex editione Binii.* Julii laudata conſtantia.

Magna nomini Gallico ob ſchiſma conflata invidia.

IV. *Poſt ſermonem, & indulgentiarum publicationem*, inquit Paris, *Finitis precibus promotor concilii citavit omnes, & nonnulli comparuerunt cum mandatis epiſcoporum: orator civitatis Lucenſis obtulit præſidenti mandatum* (*c*) *ſuæ communitatis; quod præſidens conſignavit domino Phedræ legendum, & fuit lectum. Inde omnes excluſi, & epiſcopus Comenſis venit ad præſidentem & habuit ab eo cedulas duas, quas legit in pulpito, primo bullam ſuper electione futuri Pontificis.*

(*c*) *Ext. in actis concil. Later. ſeſſ.* 5. *to.*4. *p.* 2. *ex editione Binii p.*44.

V. Inſeruit illam Antonius de Monte Cardinalis S. Praxedis, in qua Julius de ſacro pontificatus apice præfatus, ut ab eo nimirum omnis flagitii ſuſpicio abeſſe debeat, interſerit diploma ſeptimo jam ante anno editum (*d*) contra eos, qui ſimoniaca fraude ad pontificatum anniterentur; quo non illis modo abrogabatur pontificatus, verum etiam graviſſimæ Cardinalibus aliiſque in id operam collaturis pœnæ impoſitæ erant: deinde addidit illud a ſe Bononiæ dum morbo gravi æger in vitæ diſcrimen incidit, rite promulgatum, iterumque Romæ ſolemni ritu, illiuſque exempla ad Reges tranſmiſſa: denique hæc ſubjecit.

Sanctio adverſus Simoniacos lata.

(*d*) *Ext. ſup. to.. A. C.* 1505.*n.. ext. in actis conc. Lat. ſeſſ.* 5. *ep.*45.

Julius, &c. Nos attendentes quanti ponderis quantique exitii Chriſti vicariorum in terris adulterinæ electiones eſſent, quantumque detrimenti Chriſtianæ religioni afferre poſſent, præſertim his difficillimis temporibus, quibus diverſimode venatur Chriſtiana religio univerſa, volentes ſa-

pha-

thanæ dolis & inſidiis humanæque præſumptioni & ambitioni, quantum nobis permittitur obviare, ut literæ prædictæ eo magis obſerventur, quo clarius conſtiterit, eas matura & ſalubri deliberatione dicti ſacri concilii approbatas & innovatas, quæ ſtatutæ & ordinatæ fuerunt, licet ad ſui ſubſiſtentiam & validitatem alia probatione non indigerent, ſed ad abundantiorem cautelam & ad tollendam omnem doli ac malitiæ cauſam male cogitantibus & tam ſaluberrimæ conſtitutioni contravenire ſatagentibus, ut eo tenacius obſerventur & difficilius tollantur, quo tantorum patrum fuerint approbatione munitæ, literas prædictas cum omnibus & ſingulis ſtatutis, ordinationibus, decretis, definitionibus, pœnis, inhibitionibus aliiſque omnibus & ſingulis clauſulis in eis contentis, ſacro hoc Lateranenſi concilio approbante, authoritate & poteſtatis plenitudine præfatis approbamus & innovamus eaſque inviolabiliter & irrefragabiliter obſervari & cuſtodiri mandamus, roburque perpetuæ firmitatis obtinere, ac Cardinales mediatores, oratores, nuntios & alios in dictis literis contentos ad ipſarum literarum & omnium & ſingulorum in eis expreſſorum obſervationem ſub cenſuris & pœnis & aliis in eis contentis juxta earumdem literarum tenorem & formam teneri & obligatos fore decernimus & declaramus, &c. Datum Romæ in baſilica Lateranenſi in ſacra ſeſſione anno dominicæ incarnationis MDXII. XIV. kal. martii pontificatus noſtri anno X.

Pœnæ in Simoniaci Pontificis promotores.

VI. Lecto hoc diplomate: *Ego*, inquit Paris, *de ipſius*, nimirum Pontificis, *mandato jam prius ordinato indixi omnibus patribus, ut libere & explicate reſponderent per verbum: Placet* *.... *abſque aliquo verborum involucro, & abſque cedulis; quoniam multi dixerant ſe velle intricate reſpondere, licet in fine ſeu prælati reſponderint diverſimode.* Ex iis epiſcopum Comenſem diſtinxiſſe de manifeſta ſimonia non occulta, niſi prius declaratione facta per generale concilium, refert Antonius Cardinalis de Monte (*a*). Pergit Paris. *In fine votorum datorum idem epiſcopus Comenſis, qui interim non receſſit ex pulpito, propoſuit legens cedulam ſuper reformatione curiæ & indictionis futuræ ſeſſionis ſextæ, quæ erit III. idus aprilis die XI. aprilis.* Agebatur in ea de abroganda pragmatica ſanctione, qua pontificiæ majeſtatis authoritas a Gallis præſulibus proceribuſque labefactata fuerat: cumque conſtituta dies nondum effluxiſſet, needum publicæ tabulæ de judicin iis intentato allatæ eſſent, tum Pontificis ægritudo ingraveſceret, illius exeuſſio extracta eſt. His addit Paris: *Qua finita,*

* vel Diſplicet.

(*a*) *Acta Concil. Lateran. ſeſſ.* 5.

Actum de abroganda ſanctione pragmatica.

nimirum lectione, *cantores dixerunt: Te Deum laudamus: verbo quidem & ſine cantu, &c.* Nonnullis de patriarcha Alexandrino, qui inter epiſcopos ſedebat, monituſque eſt, ut principem archiepiſcoporum locum teneret, cum ex pia demiſſione patriarchalem dignitatem deprimere non deberet, præſertim in concilio, interjectis ſubditur: *Prælatorum cum Cardinalibus fuerunt in totum mithræ centum triginta quinque, præter generales quatuor mendicantes, & præter oratores quatuor, ac barones, & nobiles tam Romanos quam curiales, & multos alios doctores & togatos.*

Epiſcoporum qui interfuere numerus.

VII. Paucis poſt diebus Julius diutina diarrœa conſumptus ſacro viatico ſe muniit, atque accerſito Cardinalium collegio ſanxit (*b*) ipſo defuncto, creandi Pontificis jus ad Cardinales tantum, non ad concilium Lateranenſe ſpectare, neque ad purpuratorum comitia pſeudocardinales admittendos, immo urbis aditu arcendos, ne eam inficerent: quibus ex animo quidem ut privatus ignoſceret, ut vero Pontifex canonicarum legum ſeveritate percellendos decrevit; quæ ſingula Paris de Graſſis accurate ita deſcribit (*c*): *Die vigeſima februarii, quæ fuit dominica ſecunda quadrageſimæ*, & infra, *reverendiſſimus dominus Cardinalis S. Georgii camerarius, & epiſcopus Oſtienſis decanus collegii ex congregatione vocatus acceſſit, & dedit corpus Chriſti Papæ:* pauciſque interjectis: *Ego dixi Pontifici, ut peteret indulgentiam plenariam a Cardinale authoritate apoſtolica ſibi conceſſuro: & ſic fecit. Deinde communio facta eſt devotiſſime cum hoſtia & cum vino. Poſtea Cardinalis dixit Papæ, ſi ſanctitas ſua vellet aliquid jubere, quia omnes reverendiſſimi domini Cardinales erant diſpoſiti ad obſequendum mandatis ſuis, & etiam dixit, qualiter Cardinales maxime deſiderabant habere benedictionem a ſua ſanctitate, & oſculari manum, & petere veniam, &c.*

Sancita a Julio in extremo morbo.

(*b*) *Guicc. l.* 11. *Panvin.*

(*c*) *Paris to.* 3. *p.* 984.

Viatico communitur.

VIII. *Et cum Pontifex quaſi non curaret accedere, putans eos extra palatium eſſe, ego dixi ipſos omnes eſſe in capella hoc ipſum expectantes, licet ipſi non in capella, ſed in aula congregationis eſſent; & juſſit mihi, ut eos vocarem: quibus præſentibus dixit in hanc ſententiam, videlicet ſe eſſe in extremo vitæ ſuæ, & jam mortem præſignaſſe, quidquid futurum eſſet: rogabat ut pro ſe apud Deum precibus & orationibus intercederent; quia maximus fuiſſet peccator, & non utiliter, ſicut debuiſſet Eccleſiam gubernaſſet: hortabatur, ut Deum timerent, & eſſent in obſervatione mandatorum Eccleſiæ: de ſe defuncto illud agerent, quod de reliquis agi ſolitum eſt, &*

Extrema ad Cardinales cohortatio.

Mandata pro electione celebranda data.

minus quoad ſe peccatorem quam aliis impenſum ſit, aut impendi debeat: electionem futuri Pontificis celebrarent integre & illibate ac ſecundum bullam a ſe editam, & jampridem in concilio approbatam, & quod electio Pontificis ad collegium Cardinalem, & neutiquam ad concilium ſpectaret: quod decretum authoritate apoſtolica volebat vigorem habere. Volebat etiam quod Cardinales abſentes ad electionem Pontificis eſſent admittendi, id eſt, qui ſunt legitimi & veri Cardinales, ac non privati nec ſchiſmatici; nam de

Schiſmaticos in urbem admitti vetat.

ſchiſmaticis dixit omnino quod quantum Julianus & homo eſſet parcebat eis, & omnem injuriam remittebat, ſicque aperta manu benedixit ac pepercit, ac dixit hoc de ſua voluntate eis intimari debere; quoad ſe vero quantum Julium & Pontificem velle omnino nec aliter, quod juſtitia ſervaretur, & quod nullatenus non ſolum ad electionem Pontificis futuri, ſed nec etiam ad urbis ingreſſum admitterentur; cum urbs Roma, quantum ipſe exiſtimet polluta eſſet in eorum admiſſione, licet in veritate ſecus eſt de jure: & hæc omnia latino ſermone dixit graviter ac pontificaliter, ſemper in plurali loquendo, prout in conſiſtorio ſolet. Poſtea Pontifex in vulgari dixit, ſe optare quod dux Urbini, qui ſuo multo labore & pecunia Cardinalis Mantuani, &

Duci Urbini Piſaurienſem principatum attribuit.

benevolentia fretus populorum ſuorum, civitatem Piſaurienſem habuerat, atque habebat, eſſet vicarius perpetuus cum honoribus & oneribus ſuis, præſertim quod ipſe dux Urbini ſolveret prædictas pecunias Cardinali Mantuano debitas eidem prout Cardinalis Senogallienſis erat informatus; unde Cadinales omnes acceptaverunt, & omnes per verbum: Placet; reſponderunt. Deinde familiam commendavit & benedixit omnibus lacrymantibus collachrymans ipſe. Addit Paris de illius morte ac funere.

IX. *Tandem circa horam noctis decimam, quæ eſt inter dies* XX. *&* XXI. *februarii ſanctiſſimus dominus noſter Julius Papa II.*

Pontificatus tempus.

mortuus eſt, cujus ſpiritus in pace quieſcat. Profeſſus eſt extremis vocibus, ſe tot anxias curas in pontificatu pertuliſſe, ut martyribus quodammodo æquari poſſet. Sediſſe annis novem ac menſibus tribus tradit ms. Vaticani author (*a*), quibus addendi ſunt viginti dies; cum ipſis kal. novembris excurrentis anni MDIII. creatus fuerit Pontifex, & vigeſimo februarii labentis hujus extinctus ſit.

(*a*) *MS. arch. Vat. ſig. n.* III.

X. Celebratus eſt a pluribus oratoribus: maximis laudibus & quidem decantatæ illæ fuere in ſacroſancto Lateranenſi concilio, interque alios Joannes Maria de Monte archiepiſcopus Sipontinus ipſius præconia eleganter oratione (*b*) perſtrinxit: *Celebrent*, inquit, *alii præclariſſimarum rerum a Julio Pontifice geſtarum magnitudinem, varietatem, numerum: commendent plurimi admirandam in profanis ſacriſque ædificiis magnificentiam: perpetuam plerique omnes felicitatem extollant; ego vero ſingularem illius prudentiam, incredibilemque animi firmitatem admirari nunquam ſatis potero: quod in ſumma totius Italiæ conſternatione in perditiſſima nonnullorum audacia, nefariaque ambitione, in extrema potentiſſimi hoſtium exercitus immanitate intrepidus, interritus, inconcuſſuſque, ut ſanctorum patrum conſilio, ne dicam authoritate atque opera uteretur, ſaluberrimam ſynodum, quod noſtrorum temporum Pontifices in majori omnium quiete, & Chriſtianorum principum obedientia, minorique hoſtium formidine aggredi non ſunt auſi, Chriſtiano orbi indixerit, indictam nulla clade, nulla jactura deterritus inſtituerit, inſtitutam nulla corporis atque animi moleſtia, nullo aliter ſentientium ſuaſu abſtractus ſic Deo favente in hunc diem gerit, ut profanam omnem contumaciam abolere, ſacrilegam dominandi libidinem cohibere, truculentam rapiendi licentiam refrænare, deteſtabiles & Chriſtianæ reipublicæ pernicioſas ac peſtiferas in occupanda ſacratiſſima Petri ſede largitiones in perpetuum delere, adoleſcentes nedum pullulantes hæreticorum ac ſchiſmaticorum ſegetes extirpare, ridiculam denique, impiam, ac nefariam Mahumetis ſectam funditus evertere, atque exterminare ſibi proponat.* [1]

(*b*) *Ext. in actis.*

Ejus elogium.

Summa ejus in adverſis conſtantia.

XI. Efferunt etiam ipſum alii, & omni laudum genere cumulandum ajunt (*c*) ob conſtantem animum in defendendo jure eccleſiaſtico. Nec defuere qui plurima illi objecerint ut ſchiſmaticorum nefaria in

Objectio de bellis geſtis.

(*c*) *Rubeus l.* 8.

NOTÆ [1] Signat annus iſte obitum Julii II. Pontificis rerum geſtarum gloria clariſſimi, ditioniſque pontificiæ vindicis ſtrenui, quo nomine inſigni elogio viri ejus ætatis doctiſſimi illum mactant. Qui vero bellica virtute claruit, laudem etiam ſibi ex animi dotibus non vulgaribus promeruit, Scriptor enim ejus fere ætatis clarus Ubertus Folietta in elogiis virorum illuſtrium inter plura, quibus viri memoriam celebrat, illud etiam commemorat, quod *nullas unquam largitiones in ſuos fecerit*. Nec ſilendum de tanto Pontifice, religioſos Ordines dilexiſſe adeo, ut in concilio Lateranenſi inſtantes Epiſcopos, & fere vim facientes apud eum quo regularium privilegia tollerentur tanta conſtantia repulerit, ut illos quamdiu vixit ad ſilentium coegerit. Rem narrat Ægidius Viterbienſis in epi-

Plura illi falſo objecta.

in eum acta prætereamus id certe conſtat objectum falſo, Cardinalis Alidoſii cædi ipſum aſſenſiſſe, ut a nobis oſtenſum eſt: quod vero nepotem ducem Urbinatem ſceleris reum abſolverit, ad id neceſſitas adegit; cum Urbinas adempta veniæ ſpe efferatus ad hoſtes Eccleſiæ defectionem agitaret; magnumque exitium, ſi judiciorum ſeveritas in ipſum adhibita fuiſſet, intentaret: quod vero plerique eum carpunt averſi nimirum a Ludovico Francorum Rege animi, adeo ut ſæpius pacis expetitæ conditiones reſpuerit, prætereunt ſilentio Ludovicum intemperanter admodum in Julium ſe geſſiſſe; rogatum enim ſæpius vidimus, ne quid de Neapolitano regno in Hiſpanum transfundendo ſine Apoſtolicæ ſedis ſententia decerneret, juſta poſtulata reſpuiſſe: vidimus eundem geminato perjurio clientis Eccleſiæ nimirum ducis Ferrarienſis patrocinium ad ſe avertiſſe; nec tueri eum jure potuit, cujus tutelam occœcatus avaritia contra fas corripuerat; vidimus nefario ſchiſmate eccleſiam ſcindere molientem. Si perſtringunt alii, illum non modo Gallos, verum Hiſpanos cæteroſque exteros Italia pellere meditatum, ut liberatoris nomen vere uſurparet, quem tandem latet eodem ſtudio Gallos, Hiſpanos, Germanoſque concitari, ne in ipſorum terris externa dominatio figatur: bella denique cruenta geſta cum Venetis, cum Gallis, cum Ferrarienſi, enataſque ex iis calamitates, urbium excidia, converſiones principatuum, populorum ſtrages opponunt, a quibus pontificia charitas abhorrere debeat; ſed ea bella juſte ab ipſo geſta tuetur Robertus Cardinalis Bellarminus (a) atque a calumniis adverſariorum egregie ita vendicat.

Ludovicus XII. illum in ſe ſua culpa aſperavit.

Objectio de bellis geſtis.

(a) Bellar. de poteſt. Summi Pont. in tempore c. 11.

XII. Diluitur a Bellarmino.

Admonitos lectores eſſe volo, Romanos Pontifices, qui ſimul etiam principes ſunt temporales non contemnendi imperii, non minus eo officio obligari ad ea conſervanda, quæ ſedis Apoſtolicæ ſive eccleſiæ Romanæ ſunt, quam principes cæteros: quare, quemadmodum Reges & principes ſupremi cæteri pro defenſione regnorum ſuorum, ſive ditionum aliarum bella gerere poſſunt, & debent; & ſi ad ea defendenda confœderatione cum aliis principibus opus habent, jure poſſunt cum ſociis principibus fœdus inire, & conjunctis viribus hoſtem propulſare, quando juſtam belli gerendi cauſam habent: ſic etiam Romani Pontifices, qua principes ſupremi ſunt, omni jure poſſunt & debent populos ſibi creditos armis protegere, & ſi res ita poſtulet, adverſus hoſtes bella gerere, nec non ad auxilium vel belli ſocietatem principes alios evocare. Neque primus fuit Julius II. qui pro recuperandis eccleſiæ Romanæ provinciis bella geſſit, vel cum magnis principibus fœdus percuſſit; nam Pius II. multo ante exercitum armatum habuit & bella cum hoſtibus cum laude geſſit, ut Nauclerus & Platina referunt; & ante Pii II. tempora Innocentius VI. vir prudentia & vitæ innocentia clarus per legatum ſuum Albernotium Cardinalem eccleſiaſticam ditionem a tyrannis diverſis occupatam feliciſſime armis recuperavit; ut ſcribunt iidem Nauclerus & Platina, mul-

Sanctorum Pontificum qui bella geſſere exempla.

NOTÆ epiſtola XXIV. inter vulgatas a Martene in collectione veter. Monum. T. 3. col. 1264. Sub eo Pontifice Eccleſia e corruptione illa vitiorum, quam deceſſorum ſuorum deſidia induxerat, repurgari cœpit; nam edita Bulla Simoniam omnem in electione Romani pontificis ſuſtulit, quæ Bulla edita eſt in Concilio Lateranenſi anno præſenti 1513. die 14. Kal. Martii; quin & Bartholomeus Senarega, qui ſequenti anno Genuenſes ſuorum temporum annales abſolvit, tradit, *Julium in extremis agentem mandaſſe, ut pecunia ab his accepta ob promiſſam Cardinalitiam dignitatem, qui creati Cardinales non fuerant, ſtatim reſtitueretur.* Ita ferebant eorum temporum mores corrupti, quam corruptionem Julius, ſi diutius vixiſſet, utcumque abſterſiſſet.

Quæ vitio pontifici huic vertuntur egregie diluit Annaliſta hic num. 11. & 12. Ac ad bella quod attinet Julio eam fuiſſe mentem ut rem eccleſiaſticam ſervaret & reſtitueret, quo parta ditioni pontificiæ ſecuritate, quietus dein a bellis inteſtinis commodius in expeditionem Saracenicam totum ſe converteret, affirmat Petrus Flores Caſtellanus epiſcopus, in oratione de qua inferius: *Quod ipſum, ait, re eccleſiaſtica a ſe non ſolum conſervata, ſed vero reſtituta ac prolata pollicitus erat præſtaturus Julius II. Pontifex Max. quamobrem ægreus ferimus eum nobis importune ereptum. Illorſum ſpectabat ſuus animus, illorſum fluebant ſuæ rationes .... hæc fuit extrema ejus voluntas, hanc aliquando mandavit vobis, PP. ampliſſimi, ad eamque exequendam fiſcum reliquit admodum locupletem.*

In ejus locum ſubſtitutus eſt Joannes Laurentii Medicæi Florentini civis potentiſſimi filius, qui Leonis X. nomen ideo prætulit air Ciaconius, ut *inſitam animo magnitudinem clementiamque appellatione ipſa exprimeret.* In eam electionem non ſine contentione & diſſidiis conveniſſe tandem cardinales ex Urbe Genuam renunciatum fuiſſe Bartholomæus Senarega in annalibus Genuenſibus ſcribit. In conclavim ſeceſſuros cardinales die IV. non. martii Petrus Flores, epiſcopus Caſtellanus, publice pro concione admonuit, ut pontificem orbi darent optimum, qui Italiam pacaret, ac expeditioni Saracenicæ ſerio incomberet, vitia, quæ faciem eccleſiæ obnubilabant, diſſiparet, ac tandem qui talis eſſet qualem præſens neceſſitas poſtulabat. Suadebat ut in electione ſucceſſoris Julii II. conſtitutionem *velut alteram legem Juliam de Simonia obſervarent.* Orationem hanc typis excuſam abſque loco & tempore hoc anno Romæ editam non dubito. MANSI

multique alii hiſtorici. Clemens IV. qui Innocentium VI. multis annis præceſſit, & Pontifex ſanctus eſt habitus, Carolum Andegavenſem ducem S. Ludovici Regis Francorum fratrem e Galliis evocavit, ut Manfredum tyrannum e regno Neapolitano, quod eſt eccleſiæ Romanæ feudum, armis expelleret; ipſumque Carolum Regem inſtituit, impoſita quadraginta millium aureorum penſione quotannis ſolvenda in recognitionem feudi: teſtes ſunt authores iidem & alii quos ipſi citant. Sed ante hæc tempora Leo IX. Pontifex non ſolum vitæ probitate, ſed etiam divinis miraculis clarus, atque adeo in ſanctorum numerum relatus adverſus Northmannos pro Beneventana civitate recuperanda præſens ipſe in exercitu armis decertavit; ut Hermannus Contractus in chronico, & Leo Oſtienſis in hiſtoria Caſſinenſi lib. II. c. LXXXVIII. teſtes ſunt: ubi illud memorabile accidit; quod, cum Pontifex a Northmannis victus & captus fuiſſet, ea ſubmiſſione & reverentia victores erga victum uſi ſunt, ut Pontifex victus & captus victoribus imperare ac dominari videretur. Porro

Leo IV. exercitum duxit in Saracenos.

Leo IV. Pontifex plus ducentis annis Leoni IX. antiquior, vir ſanctiſſimus & miraculis clarus, teſte Anaſtaſio in ejus vita, exercitum duxit adverſus Saracenos, qui ad oſtia tyberina cum ingenti claſſe appulſi Romanam urbem capere & ſpoliare cupiebant, & oratione præmiſſa ad Deum, & exercitu apoſtolica benedictione munito memorabilem victoriam reportavit. Omitto confœderationem Zachariæ, Stephani II. Hadriani, Leonis III. aliorumque Pontificum cum Regibus Francorum pro recuperatione & defenſione provinciarum & civitatum, quæ ad Romanam eccleſiam pertinebant adverſus Longobardos & Græcos: omitto etiam fortiſſimos Machabæos, qui & ſummi ſacerdotes & principes erant, & pro patriæ defenſione graviſſima bella geſſerunt: omitto denique Moſis pontificis & principis ſapientiſſimi, qui adverſus Amorræos aliosque populi ſui perturbatores armis decertare non dubitavit. Hos igitur clariſſimos ſacroſque viros Julius II. imitatus, eorumque virtutem & diligentiam æmulatus, partim armis propriis, partim auxilio fœderatorum Regum eccleſiaſticam ditionem fere totam amiſſam magno labore recuperavit: quod factum, qui reprehendere voluerit, oportebit etiam, ut induſtriam & virtutem ſanctorum Pontificum, addo etiam Machabæorum, & ipſius Moſis virtutem bellicam reprehendat.

Alia exempla in veteri teſtamento.

Hactenus Bellarminus. Ut vero Cardinales in ſubrogando in Julii locum novo Pontifice ſe geſſerint, ita deſcribit Paris de Graſſis.

Die mercurii IX. poſt miſſam & congregationem, Cardinales in loco congregationis voluerunt publicare capitula inter eos facta tam ſecreta, quam publica, ſed obſtitimus monſtrantes melius & uſitatius fore, ſi in capella minori ſtipulatio fieret & legerentur ibidem. Itaque omnes Cardinales in hoc conſentientes venerunt ad capellam, ubi Cardinales requiſiverunt me & ſocium meum dominum Fedram & Bartholomæum Salicetum ſecretarios conclavis, ac omnes alios notarios illic præſentes, rogantes ut de publicatione illa eſſemus rogati: & dominus Fedra legit, & ipſi Cardinales dixerunt ea eſſe, quæ promiſerunt ſervare pro regimine futuri Pontificis; & tactis ſcripturis ſuper libro per me eis viritim oblato, jurarunt, &c. Die jovis X. martii poſt miſſam, & paulo poſt, *voluerunt ſeniores quod bulla ſanctæ memoriæ Julii II. ſuper electione Pontificis legeretur, ne aliquis per ſimoniam eligi poſſet: & ſacriſta eam legit præſentibus nobis duobus magiſtris. Demum decanus collegii hortatus eſt omnes ad ſanctam electionem faciendam omnibus nobis extra locum excluſis: & demum nos ingreſſi ſumus, & ego obtuli librum cum imagine Crucifixi ante omnes, qui manus poſuerunt ſuper imaginem.* Et nonnullis aliis interjectis verbis: *Eadem die jovis in ſero concluſio facta eſt de novo Pontifice eligendo, qui eſſet Cardinalis de Medicis natione Etruſcus, & patria Florentinus, prior diaconorum Cardinalium. Ad eum circa horam primam noctis in aula magna exiſtentem acceſſerunt aliqui Cardinales oſculantes eum, & tanquam futurum Pontificem ſalutantes, non tamen appellantes eum beatiſſimum patrem, ſed reverendiſſimum dominum, ut moris eſt, licet aliqui in contrarium fecerunt, quos ego arguí, & mecum multi ſubriſere cum quibus ipſemet Cardinalis futurus Pontifex, & ſucceſſive omnes Cardinales accedentes ſalutaverunt.*

XIII. Cardinales pro electione congregati.

Lecta ſanctio ne quis ſimoniace eligi poſſit.

Joannes Medices Card. deligitur Pont.

Leo Papa X.

Die veneris undecima quaſi ante ortum ſolis miſſa ſolita in capella eſt celebrata, cui deſignatus Pontifex interfuit in habitu & loco ſolito: & poſt miſſam prior epiſcoporum Cardinalium petiit an publicare deberet ſcrutinium, & an per acceſſum, &c. & placuit omnibus: cedulas autem legebat Cardinalis de Medicis cum omni modeſtia & veneratione, qui nunquam in aliquo motus eſt, nec abſtractus eſt. Quo facto ego ingreſſus ſum, & continuo ſalutavi Pontificem, & adoravi cum oſculatione pedis, & feci eum in pedes ſurgere, & quod ſic ſtans me rogato cum ſocio &

XIV. Qui ritus in electione ſervati.

ſub-

ſubſtituta meo teſtibus acceptaret, prout acceptavit, electionem de perſona ſua in Papam factam: & illico vocavi camerarium, qui erat Cardinalis S. Georgii prior epiſcoporum, & impoſuit ei annulum piſcatoris, qui fuerat Julii II. & poſuerunt eum prius in ſede aurea papali geſtatoria, & demum vocavi vicecancellarium, qui podagroſus cum venire non poſſet miſit Cardinalem Agennenſum, & impoſuit in manibus Papæ calamum, & ſimul cum decano id eſt priore epiſcoporum, cum priore presbyterorum ac priori diaconorum, qui jam erat Cardinalis de Farneſio, obtulerunt ei tanquam Papæ capitula publica & privata cum ſupplicationibus aliquibus ſignandis: quæ ipſe accepit & ex eis aliqua ſignavit. Interim petivimus quo nomine vellet in apoſtolatu vocari, & dixit non tenere, ſed remittere ſe ad diſpoſitionem collegii: ipſi autem Cardinales hortabantur, ut ipſe indicaret, quo nomine vellet vocari, & dixit quod alias inter varias ſuas cogitationes cogitaverat, quod ſi unquam Pontifex

Leonis X. nomen accipit.

eſſet, vellet vocari Leo X. & nunc ſi eis placeret ſic vocaretur, ſin autem, ut eis placeret; & multi comprobarunt dicentes, quod ſi ipſi electi fuiſſent eo nomine vocari voluiſſent. Et ſic concluſum fuit, me de omnibus ſemperrogitum accipiente, ut conſuetum eſt. Signatis aliquibus capitulis pro forma potius, quam pro neceſſitate, duximus Papam in parvam manſionem, quæ eſt ad latus epiſtolæ noviter ad hoc ordinata; & aperta ejus feneſtella Cardinalis de Farneſia crucem protulit, & novi Pontificis electionem publicavit cum tanta plauſu populi, ut credibile vix ſit. Omitto clamores hilares cleri & tubarum, & campanarum, & bombardarum: & omnia ſic erant præ lætitia confuſa præ admiratione quod Cardinalis de Medicis juvenis ætate

Ejus ætas.

annorum triginta ſeptem cum dimidio & de quo nihil unquam cogitatum fuerat, ut multi tam extra quam intra palatium obſtupuerunt vix credentes: nos ibidem tunc Pontificem pontificalibus indumentis paravimus.

XV. Triginta ſeptem tantum annos ipſum tum adeptum conſentit Petrus Bembus (*a*) additque ſe, necnon Jacobum Sadoletum a Leone, antequam e conclavi exiret, ſcribas a ſecretis delectos fuiſſe confirmatque Maſſonus: *Concurſu*, inquit, *facto ad Joannem e Medicea gente triginta ſeptem annos natum, quæ eſt ætas propemodum conſularis, illum Pontificem dicunt ſalutantque idibus martii MDXIII. id ſenes ægre ferebant, ſed ita convenerat inter adoleſcentes mediæque ætatis Cardinales; propterea que Alfonſus Petrucius Cardinalis admodum adoleſcens creationem Leonis de more populo Romano nunciaturus erupit in has voces: Pontificem habemus Leonem X. ac vivant vigeantque juniores; id enim ab eo prolatum Alexander Bononienſis, funeſtumque ipſius exitum narrat.* Strangulatum Cardinalem Petruccium cum in Leonem poſtea conjuraſſet deflebit hiſtoria.

(*a*) *Bemb. hiſt. Ven. l. 12. Maſſon. in Leon. X.*

Alfonſi Petrucii Card. levitas inſignis. Imponitur altari Leo.

Pergit Paris: *Interea tres Cardinales priores ordinum poſuerunt nobis adjuvantibus Pontificem ſuper altari ſedentem, & ſinguli venerunt ad præſtandam ei reverentiam, oſculantes primo pedem, tum manum nudam, & inde faciem ab utroque latere: & multi prælati & oratores, qui jam venerant, etiam pedem & manum oſculati ſunt cum ſumma confuſione. Inde portatus eſt in ſede geſtatoria ad baſilicam S. Petri; cujus canonicis ego jamdudum dederam memoriale de agendis per eos in eo caſu, & facta oratione, actiſque Deo ac Petro & Paulo Apoſtolis ejus gratiis, eiſdem Cardinalibus tribus adjuvantibus aſſumptus eſt ſupra altare: ubi in eo ſedens, ſicut in capella ſederat, audivit priorem epiſcoporum ſtantem ad ejus ſiniſtram cantantem ex libro hymnum, videlicet: Te Deum laudamus; & cantoribus interim proſequentibus hymnum, Cardinales venerunt iterum ad reverentiam cum oſculo pedis, manus & oris, ut prius fecerant in capella; qua præſtita, & ſimul hymno finito, camerarius, qui eſt idem prior epiſcoporum, cantavit verſiculas & orationem prout in ordinario: demum vero oratores alii, & prælati multi, ac familiares & amici oſculati ſunt pedem; quibus ipſe Pontifex dedit & manum & faciem. Ultimo poſtquam Cardinales omnes uſque ad unum accepta ſub porticu licentia ad urbem & ad proprias ædes abierunt, Papa in ſede geſtatoria delatus eſt in palatium.* Et infra: *Sequenti die XIV. fuit congregatio in aula conſiſtoriali*, & infra, *& fuit concluſum quod propter ſeptimanam ſanctam, quæ inſtabat, non decere Pontificem non fore presbyterum & conſecratum ac coronatum. Itaque die martis XV. factus eſt presbyter, & die jovis XVII. conſecratus, ac die ſabbathi XIX. coronatus Papa repentiſſime.*

Defertur in Baſilicam S. Petri.

Libata ſolemni ritu ejus pedibus oſcula.

Quo die Pontificia corona redimitus.

XVI. Deſcribit pluribus author quo ritu initiatus, thiaraque redimitus ſit, quam triplici diademate radiantem illi impoſitam ab Alexandro S. Euſtachii diacono Cardinale Farneſio acta (*b*) concilii Lateranenſis referunt. Cæterum ex iis quæ ſcribit Cardinalis Baronius (*c*), Leo nonus potius quam decimus dicendus eſſet. Inſcripſit vero pro inſigni pontificio ſententiam Davidicam (*d*), qua antea Alexander uſus fuerat: *Ad Dominum cum tribularer clamavi, & exaudivit me.* Tum de

(*b*) *Acta concil. Later. ante ſeſſ. 6. p. 16.*
(*c*) *Baron. to. 4. A. C. 963. n...*
Quæ ſumpta ab eo ſententia.
(*d*) *Pſal. 119.*

Principes de ſua electione facit certiores.

de more principes encyclicis literis de acceptis, a ſe Chriſtianæ reipublicæ gubernaculis fecit certiores: de quo etiam ante ſuſceptam pontificalem tiaram Leonardum Lauredanum Venetorum, Franciſcum Gonzagam Mantuæ, Guidonem Rhodi principes admonuerat: *Cum Julius II.* inquit in literis ad Venetum ducem miſſis, *Romanus Pontifex, quem quidem jam ad ſe revocare Deus optimus maximus conſtituerat, rebus omnibus, quæ ad brevi morituros pertinent, ſancte compoſitis, ad extremum unctus, nono kal. martias de vita placide conſtanterque deceſſiſſet, atque nos, qui tum Cardinalem gerebam, cæterique ex eodem collegio principes ejus funeri celebrando præſtitutum lege tempus dediſſemus, divinæ mentis auram ſuppliciter precati, qua incœpta noſtra cogitationeſque roveheret, unum in locum in Vaticano convenimus, ut novum Pontificem more majorum eligeremus. Itaque quemadmodum ei placuit, qui Petrum legit, ut ſuum vicarium in terris gereret, cujus deinceps munus reliqui ſummi Pontifices gereremus, omnium Cardinalium ſuffragio nos in demortui locum ad diem* V. *idus martias legerunt & ſummum Pontificem creaverunt, &c. Dat. pridie idus martias* MDXIII. *ante coronationem Romæ.*

XVII. Gratulatus tunc eſt novo Pontifici de parto honore hiſce literis Petrus (*a*) Delphinus.

(*a*) Petr. Delph. l. 11. ep. 1.

Leoni Papæ X. Petrus Delphinus generalis Camaldulenſis.

Tenebræ erant, hora utique noctis tertia, cum irruperunt in cubiculum nuntii; ſed mihi continuo viſa eſt non ſicut dies illuminari. Benedictus Deus, qui benedictionem omnium gentium dedit tibi, & teſtamentum ſuum confirmavit ſuper caput tuum: qui in fide & lenitate tua ſanctum te elegit ex omni carne. Benedictus, inquam: Deus cujus clementia factum eſt, ut datus ſit nobis paſtor bonus, qui diſſipati & dilacerati gregis dominici pia ſolicitudine curam gerat: qui vexato diſcordiis ac bellis contrito benedicat populo ſuo in pace: qui judicet orbem terræ in æquitate, & populos in veritate ſua. Indigebat nimirum Eccleſia Dei tali capite, tanto principe ac duce, quo ſubnixa atque administrata, feliciora in dies caperet incrementa. Fuiſti ſemper vita & moribus integer, mitis & humilis corde, ut merito te ad apicem apoſtolatus divina evexerit pietas. Super quem, ait, requieſcet ſpiritus meus niſi ſuper humilem & manſuetum & trementem ſermones meos? Cogitans quæ acciderunt hoc anno tuæ ſanctitati conſidero, quam ſit bonus Iſrael Deus iis, qui recto ſunt corde; paulo ante pene abductus in ſervitutem, non celeſti munere miraculoſe ereptus es, ut fieres paulo poſt ſervus ſervorum Dei, & univerſalis pater, ac dominus. Impleta eſt in te ſcriptura dicens: Gloriam præcedit humilitas. *Vocatus eras prius in partem ſolicitudinis adminiſtrandæ eccleſiæ; vocatus modo es in amplitudinem poteſtatis: laboraſti per multos annos in remigando; nunc ad clavum naviculæ ſuæ poſuit te Dominus: ſperant omnes non defuturum per gubernatoris ſapientiam & ſtudium, quin felici flante deſuper aura, poſt multas tempeſtates & procellas in portum tutiſſimum deducantur. Parcat, obſecro, meæ temeritati ſanctitas tua, quod in his primis auſpiciis promotionis ipſius auſus ſim eam interpellare literis. Non potui me pro meo olim more continere, quin ad te ſcriberem, in tua poriſſimum confiſus pietate; neque enim mihi perſuadeo, fore te alium in ſede majeſtatis tuæ, quam fueris hactenus aliis inferioribus dignitatis ornatus; in humilitate enim ſolium tuum juxta Iſaiæ vaticinium ſublatum eſt. Florentiæ die* XIII. *martii* MDXIII.

Mox ut renuntiatus fuit Pontifex, antequam etiam pontificale inſigne acciperet, univerſo Chriſtiano imperio ſumma diligentia proſpexit Leo. Minitabatur Turca Rhodiis, contractis maritimo terreſtrique exercitibus, uti Julio II. antea indicatum fuerat: quocirca univerſos equites mox Rhodum proficiſci juſſit, noxarum veniam ſubſidium militare nummariumve collaturis propoſuit: tum Rhodiæ militiæ magiſtrum ad barbaricos impetus retundendos excitavit (*b*). Inſtruendas etiam in Neapolitano & Genuenſi portubus naves ad Rhodum fortiſſimis præſidiis muniendam curavit (*c*); nec Selymus paratam adverſus vim Turcicam Rhodum adoriri auſus eſt. XVIII. Selymus inſidiatur Rhodo.

(*b*) Ext. de cola. apud Petr. Bemb. l. 1. ep. 12. & l. 2. ep. 2.

(*c*) L. 1. p. 7. & 8.

Laboranti parte alia ſeptentrioni ob Regis Poloniæ & Pruſſiæ magiſtri diſſenſiones conſulere, religioni in Bohemia ob hæreticorum factiones periclitanti ſuccurrere, ad revocandam in obſequium ſedis Apoſtolicæ Galliam incumbere non omiſit in his pontificatus primordiis, ut afferendæ inferius plures literæ oſtendent. Tum vero Leo nil antiquius habuit (*d*), quam ut cœptum jam Lateranenſe concilium ad felicem exitum perduceret. Quinque jam ſeſſiones celebrarat Julius II. ac ſextam ad III. idus aprilis indixerat: verum quoniam Leo novus Pontifex ea die pompa ſolemni Lateranenſem ædem adire conſtituerat, poſtridie ejus diei ſextam ſeſſionem in XXVII. ejuſdem menſis extraxit, ac præſulibus Gallicanis & provinciarum ſenatibus, & aliis om- XIX. Munitam Rhodum Selymus non auſus adoriri.

(*d*) Ext. de eo ipſius decret. in actis concil. Lateranenſe concilium celebrare proſequitur.

omnibus quacumque præclara dignitate præditis, qui ſanctionem pragmaticam tuerentur, edixit (*a*), ut ad dicendam cauſam, ob quam ea, ut dignitati eccleſiaſticæ adverſa reſcindi non deberet, comparerent.

(*a*) *Ext. eu edict. in actis concil. ante ſeſſ. 6.*

Gallis diem dicit pro reſcindenda ſanctione pragmatica.

Ad futuram rei memoriam.

Cum Julius prædeceſſor, eodem concilio approbante, negotium & diſcuſſionem declarationis, nullitatis, & invaliditatis, ac abrogationis aſſertæ pragmaticæ ſanctionis in partibus Gallicanis quodam abuſu introductæ, Apoſtolicæ ſedi, eccleſiaſticæ auctoritati, & ſacris canonibus derogantis, dictis fratribus & aliorum prælatorum congregationibus, relationemque diſcuſſorum in eodem concilio faciendam commiſerit, Gallicoſque prælatos, capitula eccleſiarum & monaſteriorum, parlamenta & laicos illis faventes cujuſcumque dignitatis etiam regalis exiſtentes, omneſque & ſingulos alios ſua communiter vel diviſim intereſſe putantes, per edictum publicum, cum ad partes illas tutus non pateret acceſſus, in certis locis tunc expreſſis moneri & citari infra certum terminum præfigendum ad comparendum coram Julio prædeceſſore & concilio præfatis, cauſaſque dicendum, quare ſanctio ipſa in concernentibus auctoritatem prædictam & eccleſiaſticæ libertatis violationem, nulla & invalida declarari & abrogari non debere decreverit; citatioque prædictorum Gallicorum capitulorum, parlamentorum, & laicorum præfatorum cum termino competenti ad comparendum eis aſſignato duodecima kal. martii proxime præteriti executa fuerit, dieſque comparitionis citatorum & monitorum hujuſmodi non niſi quarto decimo kal. maii proxime futuri veniat, ut ſic citati & moniti in dicta ſexta ſeſſione tenenda comparere, ſuaſque rationes allegare poſſint; cumque etiam dicta die tertio idus præſentis menſis ſolemnis proceſſio noſtræ aſſumptionis ad eccleſiam Lateranenſem juxta morem aliorum prædeceſſorum noſtrorum fiet, difficillimumque eſſet eadem die ſeſſionem & proceſſionem hujuſmodi celebrare, ac aliis juſtis & rationabilibus cauſis noſtrum & dictorum fratrum animos moventibus, de concilio & aſſenſu prædictis, ſextam ſeſſionem præfatam v. kal. maii proxime futuri, quæ erit die mercurii vigeſima ſeptima menſis aprilis, qua cauſæ hujuſmodi ceſſabunt, ac citati & moniti præfati comparere, & allegationes audiri vel vera contumacia accuſari poterunt, prorogamus, illamque ipſa die v. kal. menſis hujuſmodi faciendam indicimus. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnat. dominic. MDXIII. II. id. aprilis pontific. noſtri an. 1.

Concepta ea de re edictum.

XX. Anniverſario die quo captus fuerat pompam agitat triumphalem.

Proximo die, qui fuit anniverſarius cladis Ravennatis, quo ab hoſte captus fuerat, ſolemni pompa ad baſilicam Lateranenſem perrexit: *Die lunæ*, inquiunt acta ſynodalia, *undecima menſis aprilis poſt divinum officium in baſilica S. Petri principis Apoſtolorum peractum, ante horam prandii ſanctiſſimus in Chriſto pater & dominus noſter dominus Leo divina providentia Papa X. diademate pontificali coronatus ſolemniter cum maximis mirificiſque triumphis honeſtate, reverentia & honore decentibus per reverendiſſimos in Chriſto patres & dominos dominos ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales, patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos, abbates, cum albis mitris atque pluvialibus ornatos, nec non per plures illuſtres duces & barones, nobileſque Romanos, atque cæterarum nationum homines, de dicta baſilica S. Petri ad baſilicam S. Joannis Lateranenſis pro nonnullis cæremoniis ibidem faciendis laudabiliter aſſociatus extitit.* Deſcribit pluribus pompæ ordinem Paris de Graſſis, deque Alfonſo Ferrariæ duce, qui illi interfuit ſubjicit: *Pro eo actu, ut præſens intereſſe abſque nota poſſet, quia jamdiu a Julio Papa excommunicatus & privatus fuerat, hodie antequam Papa exiret abſolvit eum cum reincidentia, tolerando quod poſſet intervenire etiam in habitu ducali, prout fecit.* Et infra: *Pontifex albo equo vectus eſt*, & infra, *& equus ejus fuit ille idem, ſuper quo captus fuit in prælio Ravennatenſi; ſic enim ipſe triumphare in eo voluit, in quo etiam victus fuerat, ſtatuitque ut deinceps nemo mortalis illum aſcenderet, quoad moreretur naturaliter, frænum ejus duxerunt quatuor hi videlicet, dux Ferrariæ, dux Urbini, dux Camerini, & dominus magnificus Laurentius de Medicis nepos ipſius, & hi uſque ad fontem, qui eſt in platea S. Petri pedites ambulaverunt, cum tamen Pontifex ter de more illos invitaſſet adequitandum &c.* Succeſſere in id munus alii proceres: reliquos vero ritus deſcriptos a Paride præterimus, cum iis, quæ alibi in pontificum auſpiciis dicta ſunt conſentiant.

Qui principes ejus frænum duxerint.

XXI. Seſſio ſexta Lateranenſis concilii.

Digreditur dein author ad ſeſſionem ſextam Lateranenſis concili, quæ prima Leone Pontifice celebrata eſt: *Die*, inquit, *mercurii XXVII. aprilis MDXIII. fuit tenta ſeſſio ſexta in concilio apud Lateranum Papa Leone X. præſente & Cardinalibus* XXII. *ac prælatis mitratis* XC. horum nomina in actis concilii recenſita ſunt. *Præter multos principes & oratores, ac barones & nobiles tam eccleſiaſticos quam ſæculares, hoc modo, videlicet Papa die martis antecedenti circa horam XX. ex palatio Vaticano receſſit cum omnibus ſolitis,*

perreuit ad Lateranum: Cardinales fuerunt in cappis violaceis; milites Jeroſolymitani armati affuerunt cuſtodientes Pontificem. Et infra: *Demum ingreſſus*, nimirum poſtridie, *concilium deinde oravit, & inchoata eſt miſſa, quam reverendiſſimus dominus Cardinalis Vulteranus epiſcopus Sabinenſis celebravit cum tribus orationibus ut alias. Finita miſſa epiſcopus Modruſienſis longam & bonam habuit orationem*. Fuit is Simon Bengnius, qui de expeditione conficienda in Turcas exitio Chriſtiani imperii imminentes peroravit (*a*), ac repetito altius de poſtremis ſchiſmatibus Avinionenſi & Baſileenſi, ob quæ barbarorum infidelium furor orientem depaſtus fuerat, ac de Bohemica hæreſi, tum de ſummis & exitialibus diſſenſionibus quæ inter noſtros fuerant, dum Græcia, Epirus, & Peloponeſus concidere; ad noviſſimas hac ætate illatas Eccleſiæ clades venit.

De bello Turcis indicendo agitatum.

(*a*) *Ext. ejus oratio in actis concil. Lateran. ſeſſ. 6.*

XXII. Expoſitæ clades ab iis acceptæ.

Quæ meæ, inquit, *ætate geſta ſunt neminem ex vobis eſſe arbitror, qui non ſicut ego & melius me omnia norit; quis eſt enim, ad quem illius nunquam ſatis deploratæ cladis, quam ante hos viginti annos in Illyrico accepimus fama non pervenerit? Quis eſt, qui pulcherrimas & ditiſſimas orientis atque Epiri civitates ex corde & oculis Chriſtianorum a Turcis nuper erutas non deploraverit? Omitto combuſtas naves, amiſſas triremes, deſideratum ſæpius noſtri nominis robur? Quis eſt præterea, qui Jadrenſem agrum quinquies eodem anno Turcarum rabie vaſtatum, & ferro ac flammis deſolatum neſciat? Scardona celeberrimi olim conventus civitas oppugnata ſæpius, hoc etiam anno, & quod nuperrime vidimus, amiſſis prope eam quatuor oppidis, ipſa Dei magis quam hominum præſidio defenſa eſt. At in eccleſia Modruſienſi, cui ego, licet indignus nunc præſum continuas excurſiones fieri, villas incenſas, caſtra expugnata, & intra hos duos menſes vi capta & diruta abductaque eſſe, proh dolor! plus quam duo millia Chriſtianorum. Quis eſt, qui non audierit jam, ingemuerit jam, niſi nos hic in urbe, qui connivemus, obaudimus, diſſimulamus? Prætereo reliquam Hadriatici maris oram Dalmatiamque omnem, quæ & aſſiduis incurſionibus vel eo maxime infeſtatur, quod quidquid in ea equitum aut peditum roboris erat, ad Italicos tumultus evocatum eſt; niſi tamen aſſiduis Venetorum vigiliis, & validiſſima ſemper claſſe defenderemini, tunc etiam, niſi bellicoſi eſſent Dalmatæ, rupto jamdiu eo obice, refractis illis clauſtris repagulisque, Turcas in Italia coram vidiſſetis.*

Recentes eorum in agrum Modruſienſem excurſiones.

XXIII. *Quid de Hungaris dicam; quibus tantus ineſt pro Chriſti nomine pugnandi fervor, ut quantumvis pauci cum magno Turcarum numero congredi non vereantur? Quid de Polonis, quorum ita ſpectata eſt in univerſos Chriſti hoſtes ſtrenuitas, ut ab armis in Turcas, Tartaros, Ruſſos, Valachos, & alios ejuſcemodi barbaros exercendis nunquam reſpirent. Horum præſidio & quibuſdam quaſi propugnaculis ſi careretis, experiremini profecto quid Turcarum rabies, quid immanitas eſſet: experiremini certe quantum ſagittis valeant hoſtes hi, de quibus diximus: videretis proculdubio & ſentiretis quam longe volent, quam acute perfigant, & quam avide Chriſtianum ſanguinem ſitiant, qui equinum bibunt. Illud certe conſtat, profligatos ſæpius a decem annis Hungarorum exercitus, & intra hos ſex menſes quinque fortiſſima eorum caſtra a Turcis in Illyrico eſſe expugnata, & quod illis commune eſt una cum incolis abſumpta. O ferrea Chriſtianorum pectora! O immites Chriſtianos, qui hæc non videant, non audiant, non credant! Unius olim Catonis ſententia, & Africana ficus pro concione oſtenſa ſenatum populumque Romanum ad delendam Carthaginem impulit; nos amiſſa ſæpius Aſia, Africa, & magna jam Europæ portio continuæque Chriſtianorum cædes & lachrymæ nil movent; nos vicinior, potentior, crudelior hoſtis nil deterret. Sunt hic complures ex noſtris, qui poſt amiſſas paulo ante uxores cum liberis & fortunis omnibus, ad me miſeri confugerunt, conſilium & auxilium implorantes. Poſſem ego quoque vobis hodie, patres, hoc eodem in loco recentia & ſanguinolenta iſtorum vulnera oſtendere; ſed quouſque jam patiemini vicinum hoſtem? Quandiu eum ut clavos in oculis, & lanceas in lateribus feretis? An expectatis dum parata & deducta tam ingens claſſis Rhodum occupet, aut Italiam depopuletur? Vereor profecto, vereor & futurum certo certius credite, patres, ne brevi apud vos cœnent, niſi provideatur, qui cum quibus diximus, jam pranſi ſunt. Multa reticeo, quæ quoniam noſtra ætas vidit, & paſſa, ne alta vulnera incrudeſcant, non recenſere ſatius exiſtimo. Unum hoc certe nullo pacto prætermittere poſſum; longe feliciores illos Italis cæteriſque Chriſtiani orbis nationibus exiſtimandos, qui pro fide contra infideles perfidoſque pugnant, pro ſanctiſſima religione contra fœdiſſimam ſectam ſanguinem fundunt, pro Deo optimo maximo contra turpiſſimum Mahometum corpora telis obiciunt, mortem oppetunt: iſti contra, quid pro paucorum potentia, pro privatis odiis, pro ſimultatibus fecerint, dicat Brixia, exponat Ravenna, referat Etruria, ediſſerat calamitates ſuas ciſalpina*

Progreſſus continui in Illyrico.

Explicita pro indicendo bello argumenta.

Objectum Italis iniqua ab iis geri bella.

Gal-

Gallia, item tranſalpina, Flaminia, Liguria: citetur Liris teſtis victoriæ, inſpiciantur urbana ſepulchra, recenſeatur Hiſpania, interrogetur Britannia. Quid dicam magis? perluſtretur Europa, audiemus profecto clamantem ſanguinem de terra, & voces occiſorum dicentium (*a*): Vindica Domine, vindica Domine, vindica Domine ſanguinem noſtrum, qui effuſus eſt; *& quod deteſtabile omnino dixerim parum eſt Italicum cruorem Italica manu fundi, niſi exteris etiam gentibus hauriendus præbeatur.*

(*a*) *Apocal.6.*

XXIV. Digreſſus dein Modruſienſis epiſcopus ad deplorandam ſuorum temporum corruptelam, quibus in Eccleſia ſanctitatis ſplendor, & nitor virtutum obſoleviſſe videbantur, cum ab hæreticorum perſecutionibus inteſtinis libera conquieviſſet, ad Leonem & concilii patres converſus eos hortatus eſt, ut reſtinctis civilibus Chriſtianorum odiis, deletiſque Piſani ſchiſmatis reliquiis, ad ferendam orientalibus Turcico jugo preſſis opem, avertendaque impendentia reliquis Chriſtifidelibus exitia omni ſtudio incumberent. Cum hæc dixiſſet magno eloquentiæ ardore: *Demum*, inquit Paris, *data eſt per Papam benedictio & publicatio indulgentiæ decem annorum; quo facto Papa*, & infra, *pluviali indutus cum ſandaliis accepit omnes Cardinales & prælatos paratos ad ſolitam reverentiam; qui omnes dum Papa indueret ſandalia acceperunt ſua paramenta conſueta, cum quibus ego etiam pluviali & mithra paratus præſtiti reverentiam oſculando pedem & non genu, quia adhuc non ſum conſecratus.*

Pia ad Pont. & patres adhortatio.

Præſtita per omnes reverentia habitæ ſunt preces, ut in ordinario. Tum indicto ſilentio Papa fecit ſermonem ſuum, in quo denique concluſit, illud eſſe concilium Lateranenſe verum & legitimum, quod pro reformatione urbis & orbis, ac pace & quiete in republica Chriſtiana continuare intendebat, prout latius in bulla & cedula deſuper confecta legenda ſtatim. Quo ſermone finito, illico juſſit procuratori fiſcali ac promotori concilii, quod citarent alta voce omnes habentes mandata tam a principibus & rebus publicis & communitatibus, quam ab epiſcopis, ut præſentarent ea. Et illico oratores Florentini dederunt ſuum mandatum in manibus Papæ, qui tradidit illud legendum domino Fedræ ſecretario concilii; & ipſe illud alte legit in pulpito. Extat in actis concilii (*b*) illius formula mandati, quo Florentini exeunte anno ſuperiori Lateranenſi concilio, ſe adhærere profeſſi oratores decreverant, ut illi intereſſent. Pergit Paris: *Et demum multi procuratores diverſorum epiſcoporum præſentarunt mandata pro illis excuſandis. Demum procurator fiſcalis & promotor concilii accuſarunt contumaciam prælatorum reliquorum tam non comparentium in urbe, quam eorum, qui erant in urbe & non comparuerunt in concilio, & petiit decerni citationem, ut declararentur incidiſſe in pœnas juris: ſed Papa non voluit aliquid reſpondere. Et ſimiliter iidem procurator & promotor petierunt omitti citationem per edictum contra Regem Franciæ ſuper pragmatica ſanctione tollenda, & Papa ſimiliter tacuit nolens reſpondere, quia ſic mihi ſecrete prius dixerat nolle aliquid contra Regem Franciæ attentare.* Flectere illum potius ad officium clementia, quam ſeveritate frangere conſtituerat: jamque Juliano Medice fratre interprete de concordia egiſſe diximus. Subiicit Paris: *Et illico reverendus pater dominus Robertus electus Reginus aſcendit ad Papam, & pede oſculato accepit cedulam, quam in pulpito alte legit ſuper continuatione concilii & reprobatione conciliabuli, & indictione ſeptimæ ſeſſionis, quæ erit* XXIII. *menſis maii: prorogata fuit ad* XVII. *junii proxime futuri.* Extant ea in actis concilii (*e*), cujus præcipuam partem afferimus.

(*b*) *Act. concil. Lateran. ſeſſ.6.*

Florentini adhærent concilio Lateran.

Galliæ Regem flectere ad concordiam nititur Leo.

(*e*) *Acta concil. Later. ſeſſ.6.*

Ad futuram rei memoriam ſacro approbante concilio.

XXV. *Poſtquam felicis recordationis Julius Papa II. prædeceſſor noſter ſacrum generale Lateranenſe concilium, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, de quorum numero tunc eramus, conſilio, & aſſenſu laudabiliter, legitime, & ex rationabilibus cauſis, Spiritu Sancto cooperante, & in eo quinque ſeſſiones tenuerat ſextamque ſeſſionem tertio idus præſentis menſis faciendam indixerat; nos dicto prædeceſſore de medio ſublato, ex tunc expreſſis, & aliis cauſis, noſtrum & dictorum fratrum animum moventibus, ſextam ſeſſionem hujuſmodi de eorumdem fratrum conſilio & aſſenſu uſque in hodiernum prorogavimus. Cum autem in minoribus conſtituti ſemper nobis inſitum cordi fuerit, generale concilium, utpote agri dominici culturam præcipuam celebrari videndi, nunc ad apoſtolatus apicem aſſumpti, honeſto utilique deſiderio noſtro debitum ex injuncto nobis curæ paſtoralis officio acceſſiſſe conſpicientes, rem hanc ardentiori voto & tota animi alacritate ſuſcepimus. Itaque prorogationem hujuſmodi per nos factam approbante eodem ſacro Lateranenſi concilio approbamus, ac concilium ipſum uſque ad perfectionem cauſarum, propter quas indictum extitit, & præſertim ut inter principes & potentatus Chriſtianos, bellis atrocibus pacatis hoſtilibuſque armis de-*

Approbatum a Leone concil. Lateranenſe.

Promulgata ejus proſequutio pro publica pace.

depoſitis, univerſalis & firma pax componi valeat: pro qua indefeſſa ſolicitudine nihil pro tam ſalubri bono intactum relinquendo, omnes conatus noſtros adhibere intendimus proſequi, & fine debito terminare velle noſtrique incommutabilis animi &. intentionis fore & eſſe declaramus, ut iis quæ ad Dei laudem eccleſiæque præfatæ exaltationem ac Chriſti fidelium concordiam pertinent peractis, ſancta ac neceſſaria expeditio contra catholicæ fidei hoſtes fieri, feliciterque de illis Altiſſimo favente triumphari poſſit.

Et ſacra expeditione conficienda in Turcas.

Ut autem ad tantum perutile concilium accedere debentes ab acceſſu hujuſmodi quomodolibet non retrahantur; omnibus & ſingulis ad celebrationem concilii præfati per dictum Julium prædeceſſorem convocatis, aut in congregationibus conciliorum generalium de jure vel conſuetudine intereſſe debentibus, præſertim Gallicæ nationis, & ad dictum concilium Lateranenſe venientibus ſchiſmaticis, & aliis quibuſcumque de jure communi vel ſpeciali per ſententiam ſeu literas apoſtolicas prædeceſſorum noſtrorum vel ſedis Apoſtolicæ prohibitis dumtaxat exceptis, venientiumque ſervitoribus, & familiaribus, cujuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, vel nobilitatis exiſtentibus, eccleſiaſticis & ſæcularibus pro ſe & eorum bonis quibuſcumque, non obſtantibus quibuſvis cenſurarum & pœnarum eccleſiaſticarum & ſæcularium adjectionibus, contra eos, ex quibuſvis cauſis a jure vel per ſedem præfatam ſub quibuſvis verborum formis & clauſulis generaliter promulgatis, & quas generaliter incurrerunt, per civitates, terras, & loca terreſtria Romanæ eccleſiæ præfatæ ſubjecta ad concilium Lateranenſe ad urbem hujuſmodi veniendi, & in ea morandi & libere conſulendi, & ab ea quoties videbitur recedendi liberum, tutum, plenum, & omnimodum ſalvum conductum cum plena libera tota & omnimoda ſecuritate, atque in vera & infallibili fide pontificia, approbante ſacro concilio præfato, harum ſerie damus & concedimus, &c. Dat. Romæ in publica ſeſſione in Lateranenſi ſacroſancta baſilica ſolemniter celebrata anno incarnationis dominicæ MDXIII. V. *kal. maji pontificatus noſtri anno* 1.

Initiati præſules maxime Galli ut accedant.

XXVI. Pergit Paris de Graſſis in ſua ſynodali hiſtoria: *Ex ea cedula lecta*, ait Paris, *petiit a Patribus de more, an prædicta placerent, & Pontifex primus reſpondit: Placet; demum reliqui Cardinales omnes ſedentes cum mithris reſponderunt per verbum: Placet; cum quibus ego etiam ſedens ſuper meo ſcabello apud credentiam dixi: placet; & illico unus ex prothonotariis ſimul cum ſcrutatoribus votorum dixit ante Solium Papæ: Pater ſancte omnibus patribus placuit illud quod lectum eſt ex cedula, & ego ſtatim dixi cantoribus, ut inchoarent: Te Deum laudamus; & ſic factum fuit & ſeſſio illa finita & fuit hora* XVII. Poſtmodum actum fuiſſe ait juſſu Pontificis a patribus coram tribus Cardinalibus in privato cœtu de triplici rerum operoſa mole, nimirum de urbis orbiſque Chriſtiani perpoliendis moribus, atque ad primævam ſanctitatem reducendis, de pace in republica Chriſtiana conciliarda, ac demum de ſchiſmate ex Dei Eccleſia excindendo. Ut vero viginti quatuor præſules ad paranda, quæ circa ea decernenda forent ſint deſignati, deſcribit hiſce verbis Paris de Graſſis (*a*).

(*a*) *Paris to.4. p.37.*

XXVII. *Die veneris* XIII. *maji, de mandato Papæ omnes prælati, qui in urbe fuerant, quique alias in conſilio votum habere ſoliti ſunt, convenerunt apud Lateranum in aula ſuperiori jam prius per me compoſita, & cum tribus Cardinalibus prioribus ordinum, videlicet S. Georgii camerario ac Strigonienſi, & de Farneſio, cum prothonotariis & ſcribis, ac ſecretariis concilii, & aliis officialibus per curſores præmonitis; lectæ fuerunt cedulæ per dominum Fedram ſtantem in ſecundo gradu papalis ſolii, cum Cardinales illi tres ſederent ſuper ſolio in tribus gradibus adhærentes quaſi ſedi papali. Cedula autem continebat quod, cum tria imminerent reformanda, & Papa vellet ſuper tribus rebus providere, videlicet ſuper reformatione morum & rerum urbis & orbis, & ſuper pace, & quiete in republica Chriſtiana, & tertio ſuper ſchiſmate tollendo; & propterea cum Papa Julius elegiſſet viginti quatuor prælatos ſimul cum nonnullis Cardinalibus, ut ſuper iis deliberarent & conſulerent, qualiter rite & juridice prædicta fierent, ipſe Papa Leo per ſe prælatos non voluit eligere, ſed hujuſmodi electionem remittere ad univerſitatem prælatorum urbis, ut ipſi eligerent viginti quatuor prælatos, quorum octo reformationi, octo paci, & octo ſchiſmati tollendo intenderent ſimul cum certis Cardinalibus præponendis cuique deputationi: & ſic lecta cedula Cardinalis S. Georgii fecit verba verſus ad prælatos in prædictam ſententiam; ſed fuit difficultas ſuper modo eligendi, nam omnes diverſas ſententias retulerunt; & tandem placuit quod omnes & ſinguli prælati ibi præſentes proponerentur per fabas albas & nigras, nam fabæ albæ affirmabant, nigræ negabant: & ſic tandem fuerunt electi viginti quatuor.*

De tollendo cœpto Schiſmate agitatum.

XXVIII. Dum hæc aguntur decretus eſt a Sigiſmundo Poloniæ Rege orator Joannes archie-

Decreta a Polono ad Leonem legatio.

chiepiſcopus Gneſnenſis, qui regia obſequia Leoni X. ut vero in terris Chriſti vicario deferret, ac Polonicæ gentis nomine concilio Lateranenſi ſe conjungeret: de cujus adventu certior factus Pontifex die vigeſima maji publico edicto (a) ſeptimam ſeſſionem ad xv. kal. julii indixit; tertia vero junii novos præſules aliis concilio deſignatis adjunxit, qui pacis inter Chriſtianos principes concilianda, & Piſani ſchiſmatis abolendi, necnon pragmaticæ ſanctionis reſcindendæ rationes in concilio proponendas expedirenr.

(a) *Ext. in actis concil. Lateran. ſeſſ. 6.*

XXIX. Interea Italicarum rerum mutata eſt facies: nam Galli ſubitam funeſtamque apud Novariam cladem acceperunt (b); quippe ea urbs everſis jam muris Helvetiorum virtute ita defenſa eſt, ut non modo Galli per late patentes ruinas irrumpere auſi non ſint, ſed etiam ſoluta obſidione cruentiſſimo prælio profligati fuerint: Gallorum decem millia circiter, Helvetiorum mille quingenti cecidiſſe feruntur (c). De qua victoria Leo Pontifex Maximiliano Sfortiæ fœderato, qui principatum illa ſibi aſſeruerat, eſt gratulatus (d).

(b) *Aug. Juſtin. l. 6. Petrus Juſtin. l. 11. Guicciar. l. 11. Ferron. in Lud. XII.*

(c) *Guicciard. ubi ſup.*

(d) *Ext. apud Petrum Bemb. l. 3. ep. 1.*

Galli apud Novariam ab Helvetiis cæſi.

Gratulatoriæ ad Sfortiam literæ.

Maximiliano Mariæ Mediolanenſium duci.

Allatum eſt, Helvetios pro tua ditioniſque tuæ propugnatione cum Gallis apud Novariam conflixiſſe, eoſque ſuperaviſſe, ac prope ad internecionem pulſos fugatoſque redegiſſe. Ea res tametſi propter occiſorum magnum numerum, qui quidem Chriſtianæ reipublicæ eſſe uſui aliquando potuiſſent, noſtrum animum dolore admodum perculit, tamen pro tua in nos obſervantia, & noſtro in te ſuoſque omnes veteri ſingularique amore magnopere gaviſi ſumus, qui ſe de ſtatu rerum tuarum deturbare atque expellere ſunt aggreſſi, eorum conatus cogitationeſque non ſolum irritas & inanes fuiſſe, ſed ipſis etiam inſignem cladem attuliſſe. Cujus quidem eventi atque victoriæ Deo optimo maximo, qui te tueri atque defendere voluit, gratias agere, tantorumque beneficiorum ſummam illi acceptam referre te in primis decet, ut pius in illum eſſe ac dignus eo munere maxime fuiſſe videare: quod quidem fiet, ſi duci efferrique te victoriæ dulcedine non ſines neque ſtatues eos omnes qui contra te aliquid conati ſunt uſquequaque velle te perdere ac perſequi; quam in cogitationem, ut incumbas, leniſſimeque agas, eodem illo noſtro in ſe amore benevolentiaque admonitus, vel potius impulſus te rogamus; & quidem valde rogamus, atque ſi quid a quoquam erratum peccatumque eſt (eſt autem fortaſſe a multis) venia id magis, quam vindicta dignum exiſtimes a te petimus; ſic enim melius eorum, qui abalienati ſunt animos tibi benevolos reddes, neque infirmabis ullam rerum tuarum partem; qui enim potes in illos animadvertere quin ditionis tuæ homines multes ac punias? quod ſi ſæpe facias, tuas ipſius opes debilitaveris, accidet enim id, quod eſſe tibi exploratiſſimum debet, ut minus multa perficias, cum timore, non benevolentia erunt negotia conſtituenda. Extremum illud adjungitur, quod quidem haud ſcimus, an omnium primum atque maximum ſit, quod ſi parces multis, ſi veniam pluribus dabis, imitatus Dominum fueris, qui tibi vires ſubminiſtravit ad ſui nominis hoſtes fugandos atque propulſandos, &c. Dat. III. id junii anno I. Romæ.

Monitus ut clementia utatur in ſubditos.

XXX. Prona mox ad victorem omnia fuere, Gallis trans alpes ſe recipientibus: Mediolanum & aliæ Inſubriæ urbes veniam a Maximiliano popoſcere (e), arces vero Mediolanenſis & Cremonenſis ſuppetiarum deſperatione extremo anno deditæ (f) fuerunt. Converſæ etiam Liguriæ res (g), atque pontificia & Hiſpana ope pulſis Adurniis Octavianus Fregoſus Genuæ ducales apices accepit, ſeque Pontificis clientela communivit (h): Helveticus & Mediolanenſis exercitus in Guillelmum ducem Montisferrati, qui Gallum exceperat, ſigna convertit, ac Pedemontium & Montisferratenſem agrum late vaſtarunt (i). De Gallorum fœderati clade factus certior Pontifex Maximilianum Sfortiam (k) atque Helvetios (l) hortatus eſt, ut clementia in victum uterentur, cum ob tenues opes Gallicæ potentiæ reſiſtere non potuiſſet, eſſetque in eo ſtatu, ut etiam ſi vellet, Gallorum inimicus eſſe non poſſet: plurimum etiam operæ ac ſtudii poſuit (m), ut eoſdem a bello Genuenſibus inferendo deterreret, cum Antoniottus & Hieronymus Adurnii eos magnis pollicitationibus pertentaſſent. Cæterum illius authoritate Liguſticam expeditionem diſſolutam (n) fuiſſe poſtea vidimus.

Galli Italia abſcedunt.

(e) *Petrus Juſtin. l. 11.*

(f) *Guicciar. l. 11. in fin. & alii.*

(g) *Id. ib. Auguſtin. Juſt. l. 6.*

Converſæ Genuenſes res.

(h) *Bizar. l. 18. Folieta l. 11.*

(i) *B. Leo apud Petr. Bemb. l. 6. ep. 9. Guicciar. l. 11.*

(k) *Ext. de eo lit. apud Bemb. l. 3. ep. 3.*

(l) *Eod. lib. ep. 7.*

(m) *Eod. lib. ep. 14. 18. & 19.*

(n) *Bizar. hiſt. Genuen. l. 18.*

XXXI. Quod ad Helvetios attinet; magnam ſibi ſuperiori victoria gloriam pepererunt, exiſtimatumque eſt, tot calamitates in adverſarios editas ob ſuſceptum ſchiſmaticorum patrocinium; quod etiam indicant pontificiæ literæ de eadem victoria ad Helvetios datæ (o).

(o) *Ext. apud Bemb. l. 4. ep. 1.*

Helvetiis libertatis eccleſiaſticæ defenſoribus fœderatis noſtris.

Equidem cum in ea victoria, quam ſuperioribus diebus maximam eſtis atque clariſſimam conſecuti, unum illud vel pro naturæ noſtræ ſenſu & lenitate, vel pro credito nobis communis parentis atque Pontificis munere doluerimus, tantum ſcilicet humani ſanguinis effuſum eſſe, tantam Chriſtianorum hominum manum, tamque for-

Google

fortem cecidiſſe, valde tamen vehementerque lætamur, vos, qui eccleſiæ Romanæ libertatem defendendam tuendamque ſuſcepiſtis, veſtros & ejuſdem libertatis hoſtes fugaviſſe, propeque deleviſſe; qua eu re magna vos gloria magnæque utilitates ſunt ſubſecutæ. Et inſra: *Illud etiam nos voluptate magnopere afficit, quod qui legitimam Dei ſponſam vexare, non ſutilemque Chriſti tunicam ſcindere ſunt aggreſſi quos quidem antequam in eam cogitationem atque ſcelus animum induxiſſent, omnium rerum gloria floreſcere videbamus ut primum ſe malis conatibus dediderunt, inſeceruntque ſchiſmaticis pravitatibus execrationumque Julianarum juſtiſſimis vocibus tacti percuſſique ſunt, ſtatim illis amare omnia infeliciterque ceciderunt, partaque ab ipſis gloria ſimul cum regno ad eos, qui aut eccleſiæ Romanæ parent, aut eam tuentur facile tranſiiſſe. Quibus de rebus omnibus agimus maximas immortali optimo Deo gratias, agemuſque dum vivemus, qui abalienatos a ſe diſciſcenteſque reſpuit, ſuos autem jacentes ſublevat, aut ſtantes non deſerit. Vos autem, quos idem Deus ſuæ voluntatis eſſe miniſtros voluit, chariſſimos, animoque noſtro ſenſibuſque omnibus plane habemus conjunctiſſimos. Neque vos moveant improborum voces, quæ ut intelligimus jactantur, temere illæ quidem atque injuſte nos reliquoſque fœderatos noſtros compoſitis & placatis rebus, veſtrum præterea nomen veſtramque benevolentiam non curaturos; nam nos quidem ab eo fœdere, quod nobis vobiſcum eſt, quoad vos non pœnitebit, nihil profecto abducet, quin illud etiam dies nocteſque cogitamus ac verſamus, quonam vos pacto cum omnibus fœderatis nobis, Regibus, ac populis conjunctos facere, atque fœderatos poſſimus, ut & ſecuriores eſſe majori fulti præſidio poſſitis, & eorum omnium adjumento & conſpiratione ornatiores, quod Dei benignitate brevi futurum confidimus, &c. Dat. pridie id. julii anno 1. Romæ.* Paulo vero ante Novarienſem cladem, nimirum tertia junii die, Veneti cum Gallis fœdus percuſſerant, quod clam ſe firmatum fuiſſe Leo queſtus eſt: (*a*) at poſt Gallorum ex Italia diſceſſum Hiſpanis & cæſareis armis oppreſſi fuere; ut dicetur inferius cum de pontificio pro iis conciliandis ſtudio agetur. Nunc ad res apud Lateranum, ubi ad conſulendum univerſo Chriſtiano imperio cœtus agebantur, geſtas redeamus.

Helvetii in defendenda Eccleſia clarum nomen adepti.

Galli ob ſchiſma depreſſi.

Veneti cum Gallis fœderati.

(a) Ext. ea de re lit. apud Bemb. l. 2. ep. 1.

XXXII. Auditi Poloni oratores.

Cum Polonici oratores, de quorum adventu mentionem factam vidimus, in urbem menſe junio veniſſent, eos in celeberrimo patrum ſenatu audivit Pontifex, in quo habitam a Gneſnenſi archiepiſcopo interciſam fletibus & ſuſpiriis orationem de Tartarorum, Moſcovitarum, Turcarumque in Chriſtianam rempublicam graſſationibus mutuo Pontificis & principum fœdere reprimendis, ait Paris de Graſſis (*b*): *Die*, inquit, *lunæ XIII. menſis junii, quæ fuit feſtum S. Antonii de Padua, Pontifex juſſit teneri conſiſtorium publicum pro obedientia per Regem Poloniæ præſtanda.* Et infra: *Familia fuit multa uno habitu ornata, & obediens omnibus quæ juſſeramus: prælatus quidem fuit in habitu ſolito prælatorum ex colore roſino ſuper equo phalerato & ornato, ſed nobilis laicus baro fuit totus auratus cum duplici torque, ac cum magno caractere in pinnaculo bireti, multis jaſpidibus intertexto; orationem habuit archiepiſcopus longam; nec aliud quam plagas & ſtrages Scythicas & Turcicas continentem, in qua etiam invitavit Papam omneſque Chriſtianos principes ad reſiſtendum paratui & exercitui magno Turcorum contra Reges Poloniæ & Hungariæ: & in ea oratione, quia ex corde loquebatur, pluries lachrymatus eſt, & pene defecit præ lachrymis. Sed ego qui ſemper propter pietatem hujuſmodi ad lachrymas ipſum pronum videram, hortatus ſum ut bonum cor haberet: & ſic animum ſumpſit, perſeveravitque ſatis firme uſque ad finem. Papa ei multum reſpondit, & obtulit ſe cum principibus operaturum, ut ſatis fiat petitioni regiæ & univerſæ reipublicæ Chriſtianæ, &c.* Meminit de oratione Jodocus Ludovicus Decius (*c*) his verbis: *Joannes Laskens apud Pontificem Leonem & patrum collegium orationem longam & reipublicæ Chriſtianæ neceſſariam habuit, quæ poſtea excuſa circumlata eſt; atque utinam ita patrum animos accendiſſet, ut ſincero animo & vehementi ſtudio dicta fuit.* Perorantem illum eodem argumento in Veneto ſenatu, ut compoſitis Chriſtianorum bellis arma adverſus gentiles verterentur, ſe audiviſſe refert idem auctor, deque legationis ad Pontificem cauſis hæc tradit: *Summa legationis tum fuit, ut ad concilium Lateranenſe nuper a Julio inſtitutum regio nomine orator iret, tum etiam res Pruthenicas pauliſper apud Romanum Pontificem infectas tutandas ſuſciperet.*

(b) Paris in mſ. diar. to. 4. p. 43.

Oratio Gneſnenſis archiepiſcopi. Expoſitæ ab eo infidelium graſſationes.

Leonis reſponſum.

(c) Jodoc. to. 2. rer. Polon. in Sigiſm.

Graviſſimæ erant de ſupremo Pruſſiæ imperio controverſiæ Polonos inter & Cruciferos equites, quibus Albertus marchio Brandeburgenſis, qui in perditiſſimum poſtea apoſtatam deſcivit, præerat: ad quas dirimendas cum plura habita eſſent colloquia, atque ex iis majus incendium excitandum metueretur, Leo jam mox a ſuſcepto pontificatu Polonum monuerat,

XXXIII. Gravia inter Polonos & Cruciferos diſſidia.

(a) Ext. epis lit. apud Bemb. l. 1. ep. 5.

rat (a), ut oratores ad eam diſceptandam cauſam in concilio Lateranenſi mitteret.

Sigiſmundo Poloniæ Regi.

Leonis literæ pro iis componendis.

Intellenmus, magna quidem cum moleſtia, inter te atque Albertum marchionem ut appellant, Brandeburgenſem ſocietatis Marianorum Theutonicorum in Pruſſia magiſtrum, plurimas atque maximas jam inde a veſtris majoribus ortas atque traditas diſſenſiones extitiſſe; eamque ob rem omnes homines, quibus veſtræ utriuſque rationes atque cauſæ cognitæ eſſent, magnopere vereri, ne poſt eum diem, qui dies erit pridie idus martias, magnum atque apertum bellum inter vos commoveatur, maximiſque cum gentium & populorum, qui veſtro in imperio ſunt detrimentis atque cladibus exerceatur; qui dies præſtitutus a vobis fuit: quo die ille ſtatueret utrum a te imperata faceret, an ſe in libertatem vindicaret. Itaque vel pro noſtra in omnem Chriſti populum cura & ſtudio, vel maxime pro ea voluntate, quam quidem erga te benevolam & propenſam in primis habemus, graviter tulimus hoc ingreſſu atque initio noſtri pontificatus certiores nos fieri, nova jam jamque a vobis bella imminere, novos armorum motus, nova incendia excitari, cum illud in primis cupiamus, eique rei omnem noſtram curam & cogitationem adhibendam ſtatuerimus, ut ea, quæ dudum ſuccenſa ardere adhuc, flagrareque videntur bella, inimicitiæque magnorum principum modis omnibus reſtinguantur. Quod quidem Dei optimi maximi auxilio, qui ad ſe tendentes, ſeque unum reſpicientes conatus hominum conſiliaque non deſerit, brevi fore confidebamus. Quamobrem paterno te & amore & ſtudio eſſe hortandum putavimus, ut turſum atque impetum irarum tuarum tantiſper ſuſtineres, dum a nobis legatus ampliſſima cum poteſtate iſtuc venit, qui veſtris cauſis & controverſiis cognitis, quæ æqua ſint amice ſtatuat, concordeſque vos, ſi fieri poteſt, & pacatos reddat; decernimus enim noſtros legatos magnos viros ad plurimas quamprimum nationes mittere: vel tu ſi id tibi erie antiquius, rem totam, integraſque partes tuas Laſetanenſi concilio jam incœpto agi remittat, atque reiicias;

Legatos mittere ad eos decernit Pont.

a quo porro maxime convenit, Regum, & ducum, & magnorum principum contentiones controverſiaſque terminari: quod & nobis erit gratius, ut cauſa ipſa, cujus nonnullas ſæpius partes aliquot ante nos Romani Pontifices recte utrique veſtrum conſulentes attigerunt, Romæ per concilium tranſigatur: & tibi certe cum ad rerum tuarum ſtatum ſecuritatemque conducibilius, tum ad animi tui quietem & tranquillitatem longe aptius, non unum modo Romanum Pontificem, ſed una cum ipſo etiam reliquos omnes univerſamque rempublicam veſtrarum litium, expoſtulationum diſcordiarum diſceptatricem extitiſſe, cum exiſtimandum ſit, quæ totius reipublicæ oculis decernuntur, & rectiſſime confici, & firma atque ſolida plane fore. Iniquum etiam eſt, & profecto miſerum, opimas populoſiſſimaſque nationes, quæ ad Chriſtianæ ditionis atque gloriæ terminos propagandos, vel propter fortitudinem animorumque robur omnium aptiſſimæ, vel propter locorum naturam opportuniſſimæ videantur eſſe, ſuis inter ſe odiis conteri, ſuis ipſarum ſimultatibus infringi & debilitari: tum illud vehementer timemus, ne ſi vos magnos principes hoſtes perpetui noſtri Turcæ, quos habetis finitimos converſis contra vos armis concurrere male animatos ſenſerint, magna ipſi en ea re lætitia voluptateque percepta operientes, dum veſtris cladibus vires opeſque veſtræ fractæ ac debilitatæ ſint, unanimes atque integri vos adoriantur, & magno veſtro cum malo [quod Deus omen obruat] Chriſtiano nomini notam aliquam inſignem atque perpetuam inurant, &c. Dat. XV. Kal. aprilis MDXIII. ante coronationem Romæ.

Solicitati ut vertant arma in Turcas.

XXXIV.
Cæſar Crucifèros tuetur.

Dum concordiæ rationes interprete Leone exquiruntur, Maximilianus Romanorum Rex, qui equitum Pruſſiæ patrocinium ſuſceperat, Pontificem monuit tum literis tum oratoris opera, ut equeſtris illius ordinis juribus nec bellica vi, nec pactione a Polono detrahi caveret; quare iterum Sigiſmundum Regem Poloniæ hortatus eſt Leo (b), ut eam cauſam, quæ plures contingeret, concilio œcumenico, in quo Regum controverſias excuti convenit, decidendam permitteret; ut firmum ac perpetuum fœdus Polonos inter Pruthenoſque coaleſceret: *Primum*, inquit, *tua deinde Imperatoris totiuſque Germaniæ, demum etiam noſtra maxime intereſt, quibus quidem ea ſocietas præcipue ſubeſt, ei ſocietati præjudicium non inferre ullo modo. Cogitare etiam illud debes, firmam quidem inter vos concordiæ rationem poſſe nullam inveniri, nullam eſſe pacem, nulla fœdera diutius permanſura, quæ non eorum omnium, quorum intereſt, conſenſu voluntateque, ſanciantur: id autem niſi Romæ conficitur, quo pacto fieri apte poſſit, plane non videmus &c. Dat. kal. april. MDXIII. anno 1. Romæ.*

(b) Apud Bemb. to. 1. ep. 22.
Rogatus Polonus ut litem decidendam concilio permittat.

XXXV.
Sancitum inter Polonum & Crucifèros fœdus.

Renuntiatum deinde Pontifici eſt, concordiam inter Sigiſmundum ipſum atque Albertum Pruthenorum equitum principem ſancitam fuiſſe, qui reſcripſit (c) longinqua amplius judicia non petenda, ſed illud fœdus ſi æquum eſſet religioſe colendum.

(c) Extant ejus lit. apud eund. l. 2. ep. 19.

Si-

Sigiſmundo Regi Poloniæ.

Proximis diebus te hortari unit atque alteris literis non deſtitimus, controverſiam quam cum Alberto Pruſſiæ magiſtro aliquot jam annos habes, habuiſtique cum eorum nonnullis qui ante illum magiſtri fuerunt, ut aliquando tandem terminari ſiue armis poſſet, velles eam ſacro Lateranenſi concilio remittere, a quo quidem maxime convenit Regum cauſas diſceptationeſque judicari: qua in re ſi noſtris hortationibus animum adhibuiſti quæque te facere ipſi æquum & juſtum putabamus, ea concordi inter te atque illum voluntate es jam ita complexus, ut ei concilio uterque veſtrum ſuam cauſam remittendam ſtatueris, ejuſmodi nuntium læto animo accipiemus, teque de tua iſta lenitate atque in rempublicam obſervantia magnopere commendabimus. Sin quemadmodum & a Thoma S. Martini & ab Achille S. Sixti Cardinalibus, qui te ſummopere diligunt, & quibus incolumitas tua, dignitas, amplitudo magnæ curæ eſt, nuper intellenimus, lubens ipſe paratuſque et ad ea pacta fœderaque ſervanda, quæ quidem ſolemniter inter vos noviſſime ſtatuta ſancitaque ſunt, quæque propediem ſunt ſancienda, tua iſta voluntat etiam atque ad pacem propenſus animus nobis plane vehementer probatur, teque magnopere hortamur ab illis ipſis, quas commemoravimus, tum factis, tum iis, quæ fiunt, pactionibus ne recedas, modo ejuſmodi ſint, qnibus arma & diſcordiæ auferantur, pau atque tranquillitas exoriatur: ſi enim is exitus iſtic aut partus jam eſt, aut comparari modo velitis, poteſt, quid attinet nova judicia quærere; quæ quidem ut ſuum ad finem perduci poſſint, neque brevit temporis, neque parvi ſumptus propter locorum longinquitatem indigeant, neceſſe eſt? &c. Dat. pridie kal. majas MDXIII. *anno* 1. *Romæ.*

XXXVI. De præcipuis hujus fœderis in Petrikovienſi conventu initi pactionibus meminit Jodocus his verbis (*a*): *Interfuit his comitiis Caſimirus Friderici*, nempe Brandeburgenſis principis, *filius Alberti magiſtri frater; res vero omnes inter Polonos & ordinem uei eu utriuſque commodo videbatur, honeſtis conditionibus firmatæ fuere. Varii intermedii erant articuli non multum eu uſu omnium facere hoc loco mentionem: ſuprema hæc ſumma fuit, admittendum fore in magiſtratum Albertum, qui Pruſſiam ingreſſus majorum more homagia præſtare deberet: Polonos dehinc ad ordinem non ſuſcipiendos: magiſtro atque ordini apud Roxolanos & Podolitas certam provinciam perpetuo dandam, ubi pro ordinis inſtituto Chriſtianæ fidei hoſtes excipere poſſent, cum ſancti felicisque belli hujus apud Pruſſios undique vicinis Chriſtianis copia his temporibus non ſit: duo millia item aureorum nummum qnotannis a Polonis, quo facilius forte militiæ inſtitutum proſequi valeret, magiſtro aſſignanda fore. Hac cum cæteris conditionibus Caſimirus frater magiſtri ordiniſque nomine ſuſcepit, a Sigiſmundo honoribus ſummis affectus, muneratus dimiſſus eſt.*

(*a*) *Jodoc. in Sigiſm.* Pacis conventa.

At eas pacis leges Albertum reſpuiſſe, nec Pruſſiam ſolemni ritu præſtita fide Sigiſmundo acceptam referre voluiſſe, atque eo diffugio uſum Pontifice Cæſareque inconſultis ſe paciſci de his non potuiſſe; atque ita conſilia de fœdere ineundo confracta addit author. Et quidem Albertum in invidiam diſſolutæ concordiæ vocatum apud Pontificem patet ex Leonis literis (*b*), quarum exemplum infra ſcriptum eſt.

XXXVII. Negat Albertus iis ſtare.

(*b*) *Ext. apud Petr. Bemb. l.* 2. *ep.* 20.

Alberto ſocietatis Marianorum Theutonicorum magno magiſtro.

Intelleuimus proume inter vos pactum ſancitumque eſſe, quid uterque veſtrum facere, quibus ſtare conditionibus debeat; quo eu fœdere erat ſtatutum, ut quæ ſupereſſent controverſiæ inter vos, pactis eæ atque fœderibus ad VIII. *idus majas terminarentur, quanco majore poſſumus ſtudio ac diligentia te plane hortamur, quæ ſolemniter celebrata inter te & Regem Poloniæ pacta conventioneſque ſunt, eas ne reiicias, celebreſque: quæ ſunt celebranda ſic plane ſi erunt ejuſmodi ut bella contentioneſque deponantur, ſecuritas atque otium ſubſequatur; nam ſi iis iſtic finis vel paratus jam eſt, vel parari nobis volentibus poteſt, quid opus eſt novorum judiciorum, ad quæ quidem terminanda neque breviſſimi temporis neque minimæ impenſæ propter regionum longinquitatem uterque veſtrum indigebit? quanqnam ut verum fateamur, pupugit nos rnmor quidam tibi plane non honorificus nobis etiam permoleſtus, qui multorum jam vocibus & ſermone percrebuit jactantium per te fieri, abs teque impediri, ne res ad exitum perducatur: quare his quidem literis impenſius etiam abs te poſtulamus & petimus, ut quibus pactionibus pollicitus es te ſtaturum, iis nec te laxes fidemque tuam præſtes, omniaque agas, conerit, efficias denique, ut pan inter vos conficiatur, neque Reu Poloniæ conqueri de te apud nos ullo modo poſſit, quam plane ad rem vel hortari vel monere non magis noſtri muneris eſt quod tamen eſt in primis noſtrum quam tui etiam efficere, ne fruſtra operam poſniſſe nos appareat; ita enim & tuæ tuorumque quieti magnopere conſules, & tua in nos præclara officia conſtabunt. Datum pridie kal. majas* MDXIII. *anno* 1. *Romæ.*

Monitus ut ſervet fœdus.

Mo-

XXXVIII. (a) *Ib. ep.* 31.

Moniti Cruciferi ut magiſtrum flectant.

Moniti (*a*) etiam a Leone fuere Cruciferi equites, ut Albertum ad pacta fœdera accipienda ſervandaque impellerent, cum illius culpa nondum res perfecta eſſet, tum ut quæ conficienda erant conficeret, quo diſſenſio omnis tam indigna Chriſtianis principibus ac publicæ rei exitialis tolleretur, neque amplius ſeptentrionales nationes, ad Chriſtianam augendam propagandamque gloriam aptiſſimæ, ſuis viribus ſeſe contererent. Extractam ad biennium diſcordiam, ac Pruſſorum equitum rogatu Moſcovitanorum ducem a Cæſare in Polonos concitatum refert Jodocus (*b*), ac ſummo conatu eoſdem Cruciferos contendiſſe, ut Pontifex & Cæſar ea lite ſe implicarent: *Tria*, inquit, *mou magnæ defectionis indicia apparuere. Primo loco, ut Romanus Pontifeu, rejectis pacis perpetuæ conditionibus, denuo decerneret. Secundo loco, ut Cæſareum auxilium his rebus accedere poſſet. Tertio loco Germanicæ nobilitatis animi exacerbarentur quæſitum eſt. Primum a Joanne Laſkeo archiepiſcopo Gneznenſi Romæ apud Pontificem & patrum collegium biennio ſuſtinebatur. Secundum apud Mauimilianum tanto ſtudio ſolicitatum effecit, ut etiam cum Moſco fædus in hujus rei gratiam ſuſceperit, atque ex ea re Baſilius perſuaſus ruptis fœderibus nuper cum Sigiſmundo factis, tranſcenſis finibus novum Lituanis bellum intulit, quo fraude ac dolo Smolenceam arcem intercepit*, nimirum proximo anno: *At paulo poſt apud Boryſthenem ſummo certamine victus & caſtris exutus eſt. Verum poſtquam Mauimilianus de rebus melius edoctus eſſet, ea jam prope hoſte ſummus factus amicus eſt. Tertium apud Germaniæ nobilitatem (quam potiſſimum inflammare ſtudium fuerat)*, & infra, *infecta undique re ad illud tempus, quo Cæſar Romanus Hungariæ, Bohemiæ, & Poloniæ Reges convenerunt*. De eo Regum conventu, in quo Cæſar Cruciferos ad faciendam Polono, uti conventum erat, clientelaris officii ſponſionem hortari vel deſerere pactus eſt, dicetur ſuo loco, nec non de parta a Polonis de Moſcovitis ad Boryſthenem proximo anno victoria.

(b) *Jodocus in Sigiſm.*

Moſcovita a Cæſare in Polonum concitatus. Smolencea arce potitus.

XXXIX. Inferri vero hoc anno cœptum acre bellum Polonis a Baſilio poſt Helenæ Reginæ mortem, & Vilnenſis arcis ligneæ conflagrationem, narrat prædictus Jodocus eundemque Moſchovitarum ducem oratores ad Maximilianum Cæſarem miſiſſe, ut regiam coronam ab eo eblandiretur, atque auxilia, & præſertim artifices conflandi liberandique tormenta bellica peritos ſibi compararet; proditam autem a catholicis privati commodi illecebra publicam rem, conqueritur author: *Contra noſtri ſæculi corruptos mores & fluxam hominum fidem exclamare liceat: Proh pudor! eo res noſtra ætate devenit, ut per licentiam agantur omnia: Baſilius princeps Moſcorum dux Chriſtianæ reipublicæ hoſtis contra Sigiſmundum Sarmatiæ & Poloniæ Regem bellum ſuſcepturus, neque viribus neque conſilio quantumvis opibus pollens ſatis fidens, apud Chriſtianos ſummos principes facinoris alimenta, cum nec uſu, nec arte tanto principi bello ſatisfacere poſſet, ultro Italorum Germanorumque ingentem numerum obtinuit, qui fides ac religionis cultu neglecto, barbaricam rabiem ultro in Chriſtianorum vaſtationem flagrantiſſimis animis incenſam evehunt, factis multis variiſque belli machinis & inſtrumentis, corporibus etiam propriis his facinoribus inſerviunt. Adde quod peſſimum hominum genus variis ingeniis atque artibus inſtruunt atque edocent. Sic quondam Turcarum genus formidabilis hominibus peſſimis & quod dicere abhorreo Chriſtianis opibus valentibus invidiæ atque odii gratia adjuta multis deinde provinciis rempublicam Chriſtianam, proh dolor! enuit: hincque ingenium natum apparet, ut cum neque vires neque conſilium, quo libido dominandi expleatur adſit, extremis artibus ethnicorum auxilia quærantur, qui dum eos a quibus evocantur, & in quos invehendum eſt juxta amant, fit ut labefactis jam utrinque viribus ſæpe uterque ab hoſte conficiatur. His artibus hiſque ſtudiis Sigiſmundus princeps Poloniæ Rex totius Chriſtianæ reipublicæ murus & anteſignanus jampridem aggreſſus erat, atque hinc ex bello non bellum ſeminatum eſt. Deus vero optimus maximus labentem jam eccleſiam ſuſcipiat.*

Vilnenſis arx flammis excuſſa.

Italis Germaniſque uſus Moſcovita in Polonum.

Chriſtiana res afflicta ob mutua diſſidia.

XL. Victum aliquot tumultuariis præliis Moſcovitam a Polono hoc anno refert Jodocus (*c*), inter quæ percelebre illud fuiſſe, quod exeunte octobri commiſſum eſt meminit Paris (*d*) de Graſſis Laureataſque Sigiſmundi de eo literas ſolemni ritu promulgatas fuiſſe: *Eadem*, inquit, *die* nimirum dominica octava januarii *dum Papa ſe veſtiret venturus ad eccleſiam S. Auguſtini, orator Regis Poloniæ præſentavit literas Papæ, quibus ſignificabatur qualiter Rex ille in vigilia omnium ſanctorum nuper præterita bellando cum Moſcovitis vicit eos fugavitque: ex quibus triginta millia cæſa fuerunt: & quia literæ illæ erant in vulgari Polono exaratæ, ad oratorem Papa illico mandavit eas redigi in ſermonem latinum, ut legi poſſent in pulpito poſt ſermonem, ut de victoria Regis Portugalliæ ſupra jam dixi: & ſic factum fuit, nam ipſo ſermone fi-*

(c) *Jodoc. in Sigiſm.* (d) *Paris to. 4. p. 87.*

Triginta millia Moſchorum cæſa.

[Leonis ſtudia pro Moſco & Polono conciliandis.] *nito concionator ille legit illas literas Poloniæ & Papa voluiſſet majora ſigna lætitiæ feciſſe quam fecit.* Sedare hoc Moſcoviticum bellum legato ad Sigiſmundum & Baſilium oratore niſus eſt Leo (*a*); Moſcovitarum ſiquidem cum Romana eccleſia conjunctionem inſtaurare, omniumque Chriſti cultorum arma adverſus fidei hoſtes vertere peroptabat, qua de re in omnibus pene Lateranenſis concilii ſeſſionibus maximo ſtudio & contentione actum eſt.

[(*a*) *Jodoc. ubi ſup.*]

XLI. Interfuiſſe inter hæc Polonos oratores ſeptimæ ſeſſioni, atque adventus ſui cauſas recenſuiſſe memorat Paris (*b*) in ejuſdem ſeſſionis hiſtoria: *Die*, inquit, *veneris* XVII. *junii fuit tenta ſeſſio ſeptima in concilio Lateranenſi*: & infra. *Cum jam dies magna eſſet, ego propoſui Cardinalibus bonum fore propter multa in ſeſſione illa agenda & tractanda, ut miſſa non cantaretur ſolemniter per Cardinalem, ut alias ſub Julio factum fuit.* Nonnullis interjectis de concione habita ſubdit Paris: *Papa accepit mithram pontificiam & omnes mithrati acceſſerunt ad reverentiam, qui fuerunt omnes mithrati centum & undecim; & deinde cantatæ ſunt preces ſolemniter uſque ad finem. Quibus actis oratores aliqui, videlicet Poloniæ & Mediolani, ac ducis Poſnaniæ in regno Poloniæ acceſſerunt ad Papam, & obtulerunt literas ſuper eorum adhæſione concilio Lateranenſi; & Papa eaſdem literas tradidit ad manus domini Phedræ ſecretarii conciliaris legendas in pulpito: poſt quas etiam multi multorum epiſcoporum in diverſis regnis & provinciis procuratores præſentarunt literas non ad manus Papæ, ut oratores prædicti, ſed protonotariorum, excuſantes dominos ſuos principales & jurantes in animas principalium eorumdem; ſed horum literæ minime lectæ fuerunt in pulpito. Itaque idem Phedra aſcenſo pulpito legit primo literas Regis Poloniæ ſuper adhæſione concilii.* Inſertum eſt earum literarum exemplum in actis Lateranenſis concilii (*c*), quæ prætermittendæ viſæ non ſunt, cum plurimam pietatem religionemque ſpirent.

[(*b*) *Paris to.4. p.44.*]

[(*c*) *Ext. in actis ſeſſ. 7.*]

Sigiſmundus Dei gratia Rex Poloniæ, magnus dux Lituaniæ, Ruſſiæque, &c. dominus & heres.

[Poloni Regis literæ in Concilio lectæ.] *Notum facimus univerſis & ſingulis harum ſeriem inſpecturis, lecturis, ſeu audituris, quod poſteaquam accepimus dominum olim felicis recordationis Julium II. divina providentia ſanctæ Romanæ & univerſalis Eccleſiæ ſummum Pontificem, pro defendenda ſanctæ Romanæ eccleſiæ unitate, & ſanctiſſima contra catholicæ fidei & crucis Jeſu Chriſti hoſtes expeditione ſuſcipienda, concilium generale in Laterano indiuiſſe, memores officii ac debiti noſtri, quo eidem ſanctæ Romanæ eccleſiæ matri noſtræ ſumus adſtricti, pro cujus honore & tranquillo ſtatu omnes vires noſtras effundere ſemper parati ſumus, de certa noſtra ſcientia, ac univerſorum regni, ac dominiorum noſtrorum, principum ſpiritualium & ſæcularium, procerum, communitatum, ac militiarum conſilio & conſenſu, reverendum in Chriſto patrem dominum Joannem eccleſiæ metropolitanæ Gneſuenſis archiepiſcopum, & regni noſtri primatem, & magnificum Stanislaum de Oſtrorog * equitem auratum palatinatus caſtellanum, noſtros, & regni noſtri conſiliarios, ſincere dilectos, quos etiam nuper piis paterniſque monitis prædicti olim Julii ſummi Pontificis ad infraſcripta deſignatos legaverimus, eoſdemque ad ſanctiſſimum in Chriſto patrem & dominum dominum Leonem decimum divina providentia ejuſdem ſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ ſummum Pontificem modernum, & ſanctam ſedem Apoſtolicam, ac ſacrum Lateranenſe concilium, ſi & in quantum cœptam proſecutionem habuerit, oratores deſignavimus, & deſignamus, & deputamus harum ſerie literarum dantes illis plenam & omnimodam poteſtatem pro nobis ac regnis, dominiis, principibus ſpiritualibus & ſæcularibus, proceribus, & populis ditioni noſtræ ſubiectis, coram eadem ſanctitate domini noſtri domini Leonis X. Papæ moderni comparendi, ibidemque obedientiam juxta majorum meorum conſuetudinem præfato ſanctiſſimo domino noſtro novo præſtandi & recognoſcendi, eundem ſanctiſſimum dominum noſtrum Papam eſſe verum, unicum, & indubitatum Pontificem, & dominici gregis paſtorem, & in ſacro Lateranenſi concilio dicendi, proponendi, atque quæ regno noſtro opportuna ſunt petendi, agendi, tractandi omnia, & ſingula, quæ ad celebrandum & concludendum ipſum ſacrum concilium, & quæ in eodem proponentur, & tractabuntur: nec non ad dictæ ſanctæ Romanæ eccleſiæ & membrorum ejus unionem, Chriſtianæque religionis augmentum, atque ad ſanctiſſimam & a nobis deſideratam in ejuſdem Chriſtianæ & catholicæ fidei hoſtes expeditionem, & quæ ad obedientiam conſuetam præſtandam fuerint neceſſaria ſeu opportuna, etiam ſi talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale, quam præſentibus eſt inſertum, & quæ ipſimet faceremus ſeu facere poſſemus ſi præſentes adeſſemus, promittentes, nos ratum, gratum validum, atque firmum habituros, quidquid in prædictis & quolibet eorum per dictos noſtros oratores actum & geſtum fuerit.*

[* al. Oſterob.]

rit. In quorum fidem & teſtimonium præſentes ſcribi, & ſigillo noſtro ſigillari fecimus. Dat. Poznaniæ decima menſis aprilis anno Domini MDXIII.

XLII. Lectæ poſtea ſunt coram Patribus maximiliani Mariæ Sfortiæ Vicecomitis ducis Mediolanenſis literæ, quibus ille inter alia principatum paternum Julii ope ſibi reſtitutum profeſſus eſt (*a*): *Neque*, inquit, *unquam ex animo excidet occupato parentis mei ſtatu, id ipſum, quod patrio procul vixi ſereniſſimi Cæſaris beneficio tectum me vixiſſe; & niſi inter cæteros beatiſſimi Julii II. arma Gallum hoſtem pepuliſſent, fruſtra a me per hæc tempora parentis mei principatus deſiderari potuiſſet*: Collibens *igitur, atque omni ſtudio ad Lateranenſe concilium accedo, cui, niſi impius atque ingratus eſſe velim, deeſſe nuſquam debeo. A ſancta noſtra matre Eccleſia ſeparare me iniquiſſimum eſſet, præſertim cum ad ipſam, quod ſuum apoſtolicæ ſedis & ſanctiſſimæ ligæ Romanique Cæſaris beneficium eſſe agnoſcam ac fatear, &c. Dat. Papiæ* IX. *maii* MDXIII.

(*a*) Ext. in actis concil.

Maximilian. Sfortia principatum Julii ope recuperaſſe profitetur.

Lectæ, & jam poſtmodum Franciſci marchionis Mantuæ & ducum Mazoviæ literæ: *Poſtremo*, inquit Paris de Graſſis, *idem Phedra legit quandam cedulam, ſive literas patentes Bernardini Carvagial & Frederici Sanſeverinatis olim Cardinalium ſubſcriptas manibus eorum prius; per quas ipſi confitebantur errorem ſuum, & confitebantur concilium Lateranenſe eſſe legitimum ac verum etiam unicum, & promittebant velle illius ſanctionibus ſtare, & approbarunt omnia ibidem acta fuiſſe bene & ſancte geſta, & precabantur Pontificem & omnes de concilio perſeverare de bene in melius & velle habere pro commendatis, &c. Quæ lectio ſic placuit patribus, ut Deum benedixerint*. Periiſſe has literas, quæ gravioris erant momenti, refert actorum ſcriptor; cum Thomas Phedra, qui perlegerat eas retinuiſſet, deinde de vita migraſſet: in iis autem non ſe appellaſſe Cardinales obſervat Guicciardinus. Pergit Paris.

Ultimo epiſcopus de Columna, qui fuit reverendus pater dominus Pompeius epiſcopus Reatinus venit ad Papam cum rotulo cedulæ legendæ, & habuit licentiam legendi, & aſcendens pulpitum legit eam ad longum: & continebantur in ea cedula hæc tria, videlicet, quod prorogabitur terminus contra prælatos nationis Gallicæ ſuper pragmatica ſanctione uſque ad octavam ſeſſionem: ſecundo quod ab hoc termino uſque ad octavam ſeſſionem reformarentur omnes urbis officiales, & in octava ſeſſione referretur qualis reformatio inventa fuerit: tertio deputarentur legati & nuntii apoſtolici ad principes Chriſtianos ſuper pace univerſali, qua facta poſſet contra infideles procedi. Tantæ autem molis rem Leo ita decernebat.

Leo, &c. ad perpetuam rei memoriam.

XLIII. *Sacro approbante concilio, ad Reges principes, & potentatus legatos & nuntios pacis vigiles, doctrina, experientia & probitate inſignes pro tractanda & componenda univerſali pace mittere diſpoſuimus & decrevimus, utque arma deponant Domino auxiliante, quantum in nobis eſt, pro viribus laborare & operari, Regumque & principum & potentatuum huiuſmodi oratores in ipſo concilio præſentes pro apoſtolicæ ſedis reverentia fideliumque unione requirimus, ut Regibus, principibus, & potentatibus ſuis reſpective hæc ſignificent, eoſque noſtro nomine hortentur ad ipſos legatos apoſtolicos benigne & honorifice tractandum & audiendum, votiſque noſtris tam juſtis & piis per eos illis exponendis ſatisfaciendum; quod eos facturos credimus, ut quanto citius fieri poterit & abſque legitima excuſatione per nos mittendi legationis munus eis impoſitum ſponte ſuſcipere, & ſuſceptum viriliter adimplere poſſint, ac Patre luminum, a quo omne datum optimum eſt, favente, pax ipſa tractari & componi, eaque compoſita ſancta & neceſſaria contra infidelium rabiem Chriſtianum ſanguinem ſitientium expeditio fieri valeat, & pro totius Chriſtianitatis ſecuritate & quiete feliciter terminari, &c. Datum Romæ in publica ſeſſione in ſacroſancta Lateranenſi baſilica ſolemniter celebrata anno incarnationis dominicæ* MDXIII. XV. *kal. junii pontificatus noſtri anno* I. Renovatum hoc decretum in proxima ſeſſione viſuri ſumus; de cujus indictione hæc habet Paris: *Et demum fuit prorogata octava ſeſſio ad diem* XVI. *kalend. decembris, id eſt diem veneris* XV. *menſis novembris: & placuit omnibus forma cedulæ, licet aliqui dixerint eſſe tunc legatorum & nuntiorum faciendam creationem & non differendam. Quo facto cantores cantarunt, Te Deum laudamus; & ſic finis ſeptimæ ſeſſionis.*

Missi legati pro pace publica conciliandi.

Cum autem Papa ex palatio ad baſilicam deſcenderet ſonavit hora duodecima, cum vero rediret ſonavit decima ſeptima: & in hoc reditu fœmina quædam, quæ jam pluribus annis vexata fuerat a legione dæmonum, & nullo modo potuit liberari, fuit præſentata ante Papam tranſeuntem; qui firmavit ſe & ſuper eam dixit: Credo, Pater noſter, ſignans continue illam. Porro, bone Deus, quid viderunt ibi oculi mei! non fœminam vidi, ſed neſcio quid horribile, quod referre non ſcio.

XLIV. Paucis poſt diebus Carvajalus & Sanſeverinas antea ob Piſanum conciliabulum a Julio Papa honore cardinalitio dejecti, quos a Lateranenſi concilio errati veniam popoſciſſe publicis literis vidimus, de Pontificis & patrum clementia concepta ſpe certiſſima, ad Leonis pedes ſupplices ſe contulerunt; quos egiſſe jam ante de concordia refert Guicciardinus (a), deque reſtituenda iis ſacra purpura diſceptatum, diuque Cæſaris & Hiſpaniarum Regis oratores, nec non Sedunenſem & Eboracenſem Cardinales reluctatos, remque velut ſedis Apoſtolicæ majeſtate indignam, cujus exempli pernicies poſteritati propaganda eſſet, execratos, ac Julii II. qui morte ſibi imminente ſeverum in eos boni publici cauſa ſe præbuiſſet, conſtantiam intuliſſe. Verum Leonem in mitiorem partem flexiſſe mentem ac nomen Piſani conciliabuli clementia quam acerbitate extinguere maluiſſe, nec Ludovici Francorum Regis, qui pro iis deprecator acceſſerat exaſperandum animum cenſuiſſe. Quomodo vero a Leone admiſſi in gratiam fuerint, deſcribit accuratiſſime Paris (b) hujuſmodi ritus præcipuus moderator: *Die lunæ XXVII. junii ſanctiſſimus dominus Leo dixit mihi hac nocte præterita duos olim Cardinales nunc ſchiſmaticos, videlicet dominum Bernardinum Carvagial Hiſpanum, & dominum Fredericum Sanſeverinatem Mediolanenſem, urbem ingreſſos eſſe, & intra palatium pernoctaſſe, ſic volente Papa; quoniam hoc ipſo mane in conſiſtorium ipſi ingreſſuri eſſent, ac veniam de erratis ſuis petituri: propterea veniam eis velle dare, & reſtituere eos dignitati cardinalatus, & dignitatibus omnibus aliis priſtinis reintegrare.* Et infra:

(a) Guicc. l. 11.

Agitatum an Cardinalatui reſtituendi forent ſchiſmatici.

(b) Paris to. 4. p. 47.

Leo clementia in eos uſus.

XLV. *Cerimoniæ tales fuere; quia ego ivi pro ſchiſmaticis duobus, qui erant in camera, quæ adiacet logiæ, et juſſi eos deponere rubea bireta, quibus in capite tegebantur, et juſſi eos, ut violacea aut nigra haberent, licet ex cautela ipſi duo acceptis biretis violaceis in manibus ſuis, quaſi illa vellent in caput ſuum ponere, non poſuerunt, ſed illa ſemper in manibus tenuerunt, tanquam ſi vellent rehonorare honorantes ſeipſos; quod cum Papa poſtea intellexiſſet, riſit mirabiliter cum Cardinalibus: ſimiliterque juſſi capucium deponerent, quo ſuper ſpatbulis ad collum tegebantur; & licet hæc ægre ac vix facere vellent, tamen depoſuerunt, & tanquam ſimplices archipresbyteri aut graduati venerunt in mantellis ſimplicibus abſque ullo honore prælaturæ omnino poſitive & ſimpliciter. Cum ingrederentur aulam conſiſtorialem primo quidem in ipſo aditu ambo uſque ad terram genuflexi ſunt, & demum progreſſi uſque ad quadraturam, quæ in medio aperta fuerat prius per me, iterum genuflexerunt, & tertio in ipſa medietate quadraturæ ante Pontificem genuflexerunt, & in ipſa genuflexione permanſerunt, uſque quo ipſi dixiſſent quidquid vellent, & donec Papa eiſdem ad longum reſpondiſſet, ac quoad legiſſent bis, id eſt ſinguli per ſeipſos cedulam longam ſcriptam in uno folio integro.*

Quo cultu inducti ſint in conſiſtorium.

XLVI. *Dixit autem primus ex eis Bernardinus Carvagial videlicet: Beatiſſime pater, dies clara illuxit nobis, quia vidimus ſalutare Dei noſtri. Vidimus nuper faciem tuæ ſanctitatis, & thronum tuæ majeſtatis, quam nos præ multitudine iniquitatum noſtrarum videre non meruimus, nec meremus: propterea nec oculos attollere præſumimus, quia peccavimus, injuſte egimus, iniquitatem fecimus. Domine miſerere nobis, & miſerere inquam quod petimus ante pedes tuos proſtrati, nec reſpicias peccata noſtra, quia peccavimus ſuper numerum arenæ maris. Et hujuſmodi moralia, & humillima verba dicendo Papa argutiſſime & elegantiſſime reſpondit dicens, quod licet mater Eccleſia ſolita ſit omnibus ad ſe venientibus remittere injurias & reatus, tamen Eccleſia ipſa nimis remiſſe ac gratioſe parcendo ſæpe invitat reos ad delinquendum, unde ne ipſi poſſent de reatibus eorum gloriari, ſtatuerat dignis ſceleribus vindictam impendere; & demum enumeravit omnia malefacta iſtorum in tantum, quod ipſi verecundabantur, & dicebat eis: Nonne feciſtis hoc & illud, & illud, aliud, &c. ad quæ ipſi neſcientes replicare confeſſi ſunt omnia; unde Papa dixit eis: Quid ergo videtur vobis quod mereamini de hujuſmodi tam atrocibus ſceleribus, per quos non defuit, quin mater veſtra ſancta eccleſia Romana, a qua tamquam benefica tot beneficia receperatis, in lupanare deſcenderit, & profundum vituperiorum? Dicite ergo vos ipſi de vobiſmetipſis ſententiam; & cum tacerent quaſi flentes Papa porrexit eis quandam cedulam, ut illam primo plane ac caute percurrerent, & ſi contenta in ea vellent obſervare, & jurarent velle obſervare, quod ipſe eis benignitatem ſedis Apoſtolicæ impartiret. Unde Bernardinus primus eam accepit & legit ſemiplane & tandem dixit ſe velle obſervare omnia. Et tunc Papa reſpondit: Ergo illam alte legatis ut ab omnibus iſtis Cardinalibus intelligamini. Cui Bernardinus: Non poſſum, inquit, clarius loqui, quia raucus ſum; unde Papa aperta voce dixit: Non poteſtis clarius loqui, quia non habetis bonum ſtomachum: videte quia eſtis in libertate veſtra & ſi vultis recedere, recedite unde veniſtis, ac*

Quibus verbis Bernardinus Carvagial veniam popoſcerit.

Leonis reſponſum.

Data ipſis nuncupandi ſacramenti formula.

Bernardinus altiori voce eam repetere ſubterfugit.

ſi non

ſi non vultis contenta in cedula obſervare, quia videantur vobis eſſe gravia: nos remittemus unumquemque veſtrum ad Florentiam, unde ſub ſalvo conductu noſtro liberi veniſtis. Si autem vultis obſervare & vere ad gremium matris eccleſiæ Romanæ reverti, nos recipiemus vos. Itaque legatis & promittatis, aut abeatis; cum Fredericus Sanſeverinus acceptam cedulam legit alte, ut ab omnibus Cardinalibus audiretur.

Fridericus eam alte repetit.

XLVII. Concepta vero illa erat hiſce verbis: *(a) Nos Bernardinus de Carvagial & Fredericus de C. Severino olim nube ſchiſmaeis obducti, ſupernæ illuſtrationis lumine & gratia ſerenati, compertoque ſchiſmatis laqueo, quo tenebamur, prævia diutina nobiſcum deliberatione pertractantes, & renunciantes ad abundantem cautelam omnibus & ſingulis proteſtationibus & ſecrete & coram notario & teſtibus hactenus factis, quarum tenores & clauſulas ad hoc, ut omnino hic pro ſpecificaliter expreſſis, & perinde ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pro inſertis legitime volumus propria & ſpontanea voluntate, non autem metu, ſed in loco tutiſſimo ac in libertate noſtra plenaria conſtituti, ac ſinceris cordibus ad unitatem ſedis Apoſtolicæ divina gratia duce reverſi ſumus; & ne non pura mente, ſed ſimulate reverſi exiſtimaremur, a ſanctitate veſtra, ſacro Cardinalium collegio erratorum noſtrorum veniam humiliter poſtulamus, ſupplicamuſque ut ſanctitas veſtra pro nobis ad Deum maximum, cujus vices in terris gerit, intercedere dignetur. Spondemus etiam & voluntarie promittimus ſub caſu ordinis & dignitatum, ac etiam Cardinalatus, ſi ad eam nos reſtitui contigerit, & anathematis obligatione, tibi Leoni X. Pontifici maximo vero & indubitato Chriſti vicario, & per te S. Petro Apoſtolorum principi, nos numquam quantumlibet ſuaſionibus, aut quibuslibet cauſis, quæſitove colore, aut ingenio ad ſchiſma, de quo Redemptoris noſtri gratia erepti ſumus, reverſuros; ſed ſemper in unitate ſanctæ Eccleſiæ, Catholicæ veraque obedientia ſanctitatis veſtræ per omnia & in omnibus permanſuros, & cum reverendiſſimis dominis Cardinalibus, ſi ex ſanctitatis veſtræ & eorum clementia ad ordinem eorum reſtituemur, benigne pacificeque, ac ſine rancore ſcandaloque aliqua ratione prædictorum præteritorumque, ſeu ex alia quavis cauſa conſervaturos: & juramus per Deum omnipotentem, & per hæc ſancta Dei evangelia, quæ in manibus noſtris tenemus, nos in unitate prædicta permanſuros, & omnia & ſingula ſupradicta & infra dicenda obſervaturos, ſub pœna perjurii, & aliis ſupradictis, & infra diem. Et licet nuperrime per cedulam noſtris manibus ſcriptam, atque in ſacro Lateranenſi concilio publicatam ſchiſma prædictum abjuraverimus, ad puritatem tamen cordium noſtrorum oſtendendam, ſpecialiter & expreſſe Piſanum conciliabulum ejuſque indictionem, ac omnia & ſingula in eo geſta anathematizamus, ac pronuntiamus, credimus ac ſingulariter confitemur irrita & inania ac nullius roboris vel momenti, & a non habentibus authoritatem geſta & facta; quinpotius temeraria ac præſumpta. Conſentimus autem ſacroſancto Lateranenſi concilio tamquam unico & vero, illudque confitemur legitime, juſte, & ex legitimis cauſis indictum, omniaque & ſingula in eo geſta, & ſpecialiter vel generaliter, contra perſonas noſtras, nec non omnes & ſingulas condemnationes & ſententias latas contra nos per bonæ memoriæ Julium Papam II. prædeceſſorem veſtrum, & omnia & ſingula contra Piſanum conciliabulum geſta & facta rite & recte, ac juſte facta pronuntiamus, credimus, & ſimpliciter confitemur. Promittimus inſuper omnem pœnitentiam, quam ſanctitas veſtra pro noſtris erratis nobis duxerit injungendam, benigne ac humiliter ſuſcepturos & opere completuros. Volumus etiam obligari, & per præſentes promittimus ſub pœnis ſupradictis, ac contra ſchiſmaticos a ſacris canonibus inflictis, & in ampliori forma cameræ, quod omnia & ſingula ſupradicta firma & illæſa perpetuo obſervabimus, rogamuſque te notarium hic præſentem, ut ſuper prædictis omnibus & ſingulis, ac cedula hujuſmodi, unum vel plura & in ampliori forma cameræ conficias inſtrumentum & inſtrumenta. Ego Bernardinus Carvagial ſupradictus juro ut ſupra ita eſſe. Ego Fredericus de S. Severino juro, ut ſupra ita eſſe. In fine ambo dixere ſic velle obſervare, & Papa mandavit in propria manu quiſque ſubſcriberet, & ſubſcripſerunt, & dederunt eam in conſpectu Papæ notario, qui fuit Laurentius de Laurellis Amerinus notarius cameræ apoſtolicæ, rogantes eum ut ſcriberet eam in monumentis archivii apoſtolici; & juraverunt ambo tactis ſcripturis illis. Et hoc facto Papa, qui mithratus & paludatus erat, depoſita mithra legit ſententiam, quam de conſilio eorum conceperat & abſolvit illos, & reintegravit ad omnia, ut prius erant, ac etiam ad Cardinalatum, & ad ea beneficia, de quibus nulli hactenus proviſum fuiſſet, & ea beneficia erant in Francia: copia ſententiæ abſolutoriæ eſt infra notata.*

(a) Paris to.4. p.50.

Ejurati ſchiſmatis formula.

Faſſi Lateranenſe concilium unicum & verum fuiſſe.

Cenſuris ſoluti reſtituuntur cardinalatui.

Auctoritate omnipotentis Dei ac beatorum Apoſtolorum ejus Petri ac Pauli ac XLVIII.

no-

Formula verborum quibus Cardinalatui reſtituti ſunt.

noſtra abſolvimus vos ab omni vinculo excommunicationis omnibuſque aliis cenſuris & pœnis, quacumque authoritate in vos & veſtrum quemlibet eu cauſa ſchiſmatis nuper per vos abjurati, ſeu alias quomodolibet latis ſeu comminatis, ſeu alias per vos quomodolibet incurſis; & eadem authoritate reſtituimus vos unioni ſanctæ matris Eccleſiæ ac participationi ſacramentorum, & unitati fidelium in forma conſueta. Vos inſuper & veſtrum quemlibet ad famam, honoreſque & dignitates quaſcumque & beneficia eccleſiaſtica, de quibus huc uſque per ſedem Apoſtolicam non eſt alteri proviſum etiam cardinalatus, nec non adverſus irregularitates & inhabilitates, & adverſus ſententias, etiam privationis & condemnationis, ſeu literas quaſcumque, quarum tenores perinde ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur pro expreſſis haberi volumus, præmiſſorum occaſione in vos etiam per felicis recordationis Julium prædeceſſorem noſtrum, ſeu alias quomodolibet, & quavis occaſione vel cauſa emanatas, ſeu quomodolibet per vos hactenus incurſas, ac ad omnia & ſingula, quæ pro præſentis actus expeditione neceſſaria, ſunt, ſeu quomodolibet opportuna, ſine tamen juris alieni etiam ex cauſa præmiſſorum ſeu alias quomodolibet quæſiti præjudicio, reſtituimus & plenarie integramus, ſupplentes omnes & ſingulos defectus in præſenti actu quomodolibet intervenientes. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

XLIX. Cardinalitius cultus iis datus.

Quo facto illi ſurrexerunt, & Papa juſſit quod mantellis, quibus erant induti ſpoliarentur, & cuique ante genuflexo poſuit primo biretum rubeum, deinde tangens rochettum juſſit nobis, ut rochetta imponeremus, & ſimiliter cappas ex camellotto violaceo more Cardinalium: tum ipſis ante ſe genuflexis ſinguli impoſuit capellum non novum ſed uſitatum aliunde commodatum, nihil tamen dicendo; & ipſi ſurgentes, licet genuflexi eſſe deberent, legerunt formam juramenti, quod eſt in libro juramentorum ſub rubrica, videlicet, forma juramenti quod novi Cardinales præſtant Romano Pontifici: & lecta forma ac præſtito effectualiter juramento, de quo ſocius meus fuit rogatus, Papa recepit ſingulos ad oſculum pedis, manus, & oris more ſolito cum multa charitate, dicens primo Cardinali Bernardino: Tu nunc es frater meus & pater meus, quia voluntatem meam feciſti; & tu es tanquam illa ovis, quæ in evangelio perierat & inventa eſt. Itaque gratulemur & exultemus in Domino. Demum ſimiliter etiam dixit commodiſſima verba Cardinali Sanſeverinati, & miſit eos ad oſcula Cardinalium omnium, qui tunc, & non prius, aſſurrexerunt eis, & oſculati ſunt omnes. Demum reverſi ad Papam petierunt in quo loco placeret dare eis ſedem ſeu ſtallum; & Papa juſſit mihi ut Cardinali S. Crucis darem locum & ſtallum in loco ejus antiquo & ſolito, qui erat poſt priorem epiſcoporum, id eſt ut eſſet ſecundus in ordine, & Sanſeverinati dedit ſimiliter locum ſuum antiquum, qui fuit diaconorum decanus: & ſic fuit. Quo facto Papa petiit a me an aliquid reſtaret agendum: dixi quod ipſi integrati deberent agere gratias ſuæ ſanctitati in ampla forma; & Papa dixit ſatis hoc fuiſſe quod factum hinc inde fuit. Dixi poſtea quod ſua ſanctitas poſſet aliquam expeditionem facere in conſiſtorio ubi illi darent votum ſuum tanquam jam perfecti Cardinales: & ſic fuit factum, Pontifice adhuc in pluviali & mithra perſiſtente uſque ad finem conſiſtorii illius. Pontifex omnibus factis impoſuit cuique eorum pro pœnitentia, ut ſingulo menſe jejunarent per unum diem ad vitam eorum, & caſu quo non poſſent jejunare viſitarent duas eccleſias una die quolibet menſe ad vitam eorum, Cardinales fuerunt præſentes numero XXI. tres alii in urbe præſentes non voluerunt venire quantumcumque a Pontifice rogati, ut venirent. Ii fuerunt Cardinalis Anglicus, & alter Sedunenſis, ſed tertius vere fuit infirmus perpetuus & eſt Cardinalis S. Petri ad vincula, qui erat & eſt vicecancellarius.

Nuncupatum ab iiſdem Sacramentum.

Pia verba inter amplexus dicta Bernardino.

Quæ pœna ad expiandum ſchiſmatis crimen impoſita.

Proximo ineunte anno IV. januarii Pontifex etiam omnes Bernardini Cardinalis familiares, qui cenſuras ob ſecutas ejus partes contraxerant, priſtinis juribus honoribuſque reſtituit (a). Ob tributam iis veniam plurima in urbe tota lætitiæ ſigna ſunt edita; ac proximo die Pontifex Cæſarem de his omnibus certiorem fecit (b): reſtitutum a ſe priſtinum ſupplicibus cardinalatus gradum, abolendique ſchiſmatis Piſani præcipuo ſe ſtudio ductum fuiſſe.

(a) L. 1. brev. p. 1.

Celebrata in urbe lætitia.

(b) Ext. ejus lit. Bemb. lib. 3. ep. 1.

Maximiliano Romanorum Imperatori deſignato.

L. Heri, quemadmodum Deo optimo maximo placuit, qui deliquentium interitum non vult, ſed ut eos pœniteat & vivant, Bernardinus Carvajalis epiſcopus, & Fredericus Sanſeverinas diaconus Cardinales, quos ante, propterea quod in Dei Eccleſia ſacroſancta atram perniciosamque ſchiſmatis nebulam excitaviſſent, Piſanumque conciliabulum conflaviſſent, Julius II. Pontifex maximus cardinalatus amplitudine ac munere ſacerdotiiſque omnibus mulctaverat, privatoſque reddiderat, aura zephyri cœleſtis afflati ad veram pœnitentiam revertentes, frequenti fratrum noſtrorum Cardinalium conventu, populari

Cæſar de petita a ſchiſmaticis Cardd. venia certior factus.

in veſte ad pedes noſtros demiſſi ſupplicesque ſe projecerunt, veniamque ſuorum erratorum & delictorum precibus omnibus petiverunt, paratoſque ſe dixerunt eſſe quamque pœnam quam ipſis ſtatuiſſemus eam lucre & perperi animis libentiſſimis, pollicitque ſunt ſe poſthac ſacro Lateranenſi concilio ſemper adhæſuros, ſemper noſtræ fratrumque noſtrorum voluntati mandatiſque obtemperaturos: quod ipſum, tametſi antea per eam ſchedam manu ſua ſcripta fecerant, quæ in poſtremo ejuſdem concilii die perlecta pœnitentiam eorum humilitatemque declaravit; idem tamen multo quidem clarius atque apertius præſentes egerunt, Piſauoque concilio repudiato altera a ſe perlecta ſcheda pleuiore ſcilicet, expreſſioriſque ſententiæ, planeque ſubmiſſioris quæcumque in eo acta eſſent damnaverunt, magnopereque improbaverunt: quamobrem nos, quos quidem a lege univerſæ Chriſtianæ reipublicæ Deus poſuit, ut nemini vere pœnitenti pietatis ſuæ, cujus nos miniſtros eſſe voluit, fores occluderemus, humilitatem eorum, confeſſionem, pœnitentiam, gratiſſimum Deo ſacrificium ſperantes futuras, eos ambos paterne quidem antea reprehenſos atque caſtigatos, eorundem Cardinalium conſenſu ad cardinalatus officium, dignitatem, ſeſſionemque, qua prius utebantur, reſtituimus. Quod eo libentius fecimus, quod perniciosum illud ſchiſmatis vulnus, quo tunc Eccleſia Dei ſciſſa diſiectaque ab illis non ſolis fuit, eorum duorum ad veram pœnitentiam reditu coire plane jam ſanarique videbatur. Ad cujus quidem ſchiſmatis nomen extinguendum atque delendum, ipſi certe negligentiores ac diſſolutiores ſi fuiſſemus, tuæ tamen prudentes hortationes nos in primis excitare potuiſſent, ut nihil prætermitteremus, quod ad negotium conficiendum ad exitumque perducendum poſſe aliquid afferre opis & facultatis videretur. Itaque cum per nos ipſos nihil æque unquam optaviſſemus,

Schiſma extinctum clementia.

quam in Dei ſponſæ vultu eam notam cicatricemque aboleri, te hortatore libentius atque proclivius in eam cogitationem incubuimus, ut eos viros, quos commemoravimus abalienatos dudum a republica deſciſcenteſque, ad veritatis fontem recta redeuntes via, amice paterneque exciperemus: qua omnino de re non ſolum nos, ſed univerſa urbs viſa eſt magnam voluptatem cepiſſe, ſeque admodum audito ejuſcemodi humilitatis, pœnitentiæ, reſtitutioniſque nuntio exhilaraviſſe. Ipſi autem maximas Deo gratias cum egiſſemus, qui ſuos de alienis facit, quique nobis dedit tanti ſceleris comprimendi facultatem, hæc tibi omnia in primis duximus eſſe ſignificanda; quem quidem pro tua in rempublicam conſervandam atque amplificandam cura, ſtudio, diligentia, labore plane ſcimus libenti animo has literas perlecturum: in quibus erit utrarumque, de quibus mentionem fecimus, ſchedarum, & cum iis abolitionis noſtræ eorum peccati, reſtitutioniſque ad priorem ſtatum, exemplum, quo cognoſcere ſingula melius atque facilius poſſis, &c. Dat. iv. kal. julii anno 1. Romæ. Certiores pariter de more eadem de re alii Reges ac principes facti videntur.

Porro infelices reliquiæ conciliabuli Pi- LI.
ſani ultrice cælo nullibi firma ſede ſtare poterant; Piſis enim Mediolanum, ut vidimus, dein Mediolano Aſtam, Aſta Lugdunum translatæ fuerant, ac brevi diſſolutæ, cum imprudentiſſimi flagitii ſchiſmaticos etiam puderet: inter quos abbas Subaſtenſis conciliabuli protonotarius actorumque ſcriptor, qui plura pro conciliabulo in lucem ediderat, ad Leonem perfugit, ac veniam a clemente Pontifice obtinuit, ut ex Leonis diplomate (a) conſtat.

(a) *Leon. X. brev. l.5. p.10.*

Dilecto filio Zaccariæ Ferrerio Vicentino ſacræ paginæ & juris utriuſque doctori abbati Subaſtenſi.

Conciliabuli Piſani actorum ſcriptor veniam poſcit.

Dilecte fili ſalutem, &c. Nuper nobis exponi ſupplex feciſti, quod licet monitorium jam dudum a felicis recordationis Julio Papa II. prædeceſſore noſtro de venerabilium fratrum ſuorum S. R. E. Cardinalium in curia ſua tunc degentium, de quorum numero eramus, conſilio, contra damnati conciliabuli Piſani anthores, fautores, illique adhærentes, ſeu auxilium, conſilium, favorem, vel obſequium quomodolibet præſtantes emanatum, contentaque in eo te minime latcrent ;· tntamen,. qui ſacræ paginæ & juris utriuſque doctor exiſtis, non tantum a principio, cum de convocando dicto conciliabulo agi cæpit, pro ejuſdem indictione conſilium dediſti, atque indictionis ejus defenſionem contra præfatum monitorium, apologiam quamdam & alios tractatus edidiſti, & in primis publicare per urbem curaſti; verum etiam Piſis nomine dicti conciliabuli indictorum nuncius & procurator comparuiſti,. publicos ſermonos & diſputationes varias atque exhortationes in ejus tuitionem, credens fortaſſis contra veritatem loqui & docere, tum publice tum private egiſti; unde varias perſonas & notabiles tam eccleſiaſticas quam ſæculares ad dictum conciliabulum, & ad eidem favendum & ſerviendum, adhærendum, & conſentiendum adduxiſti. Inſuper & poſt dicti conciliabuli congregationem tam Piſis quam Mediolani, Aſtæ, & Lugduni in ejus congregatio-

tionibus, diſputationibus publicis, ſeſſionibus, & aliis actibus publicis & privatis interfuiſti & inſervivisti, ac vocem definitivam dediſti, & dicti conciliabuli decreta ſeu conſtitutiones dictaſti & ordinaſti, ac eiſdem ſubſcripſiſti, & ea imprimi & publicari curaſti: officium quoque notarii ſanctæ ſedis Apoſtolicæ ſeu alias protonotarii, referendarii, magni magiſtri regiſtri bullarum, ſervatoris notarum abbreviatoris, ſeu minutorum brevium dicti conciliabuli, & reſcriptorum ejuſdem illis nomen tuum manu ſua ſubſignando, illaque ſigillando, aliaque officia in conciliabulo acceptaſti & exercuiſti: in ſeſſionibus ejus miſſarum ſolemnia celebraſti, & publicos ſermones feciſti: beneficia eccleſiaſtica a dicto conciliabulo tibi collata acceptaſti, ac aliis conferri procuraſti, ejuſque ſuper hac literis uſus fuiſti: de decimis ſive collectis ſuper eccleſiaſtica beneficia ab eodem conciliabulo perperam impoſitis, & de fructibus beneficiorum ipſorum per Francorum Regem ſequeſtratis ſtipendia recepiſti: ſacro Lateranenſi concilio per prædictum prædeceſſorem noſtrum convocato & congregato, multipliciter obloquendo, detrauiſti: Scripſerat adverſus Lateranenſe concilium. *ſententias, cenſuras, & pœnas ab eodem prædeceſſore noſtro contra dictum conciliabulum & ejus fautores, conſultores, & defenſores, & ſpecialiter contra te ipſum latas & promulgatas obſtinato animo ſuſtinuiſti & contempſiſti, & ab aliis plurimis ſuſtineri & contemni feciſti, nec ideo minus divinis te immiſcuiſti, & in altaris officio miniſtraſti, multipliciterque alias circa hoc animo, verbo, ſcripto, & opere peccaſti, & mala plurima in ſupradicti conciliabuli obſequium & favorem perpetraſti: propter quæ ſententias, cenſuras, & pœnas in eodem monitorio contentas ſæpius & diverſimode incurriſti, & eis adhuc innodatus exiſtis.*

LII. Scripta revocat. *Cum autem, ſicut eadem expoſitio tua ſubjungebat, de præmiſſis ab intimis doleas, & in forma juris publice abjurare intendas, & quæ in ejus defenſionem ſcripſiſti & divulſti, per tua opuſcula etiam publicæ editioni demandata, ut decuit, retractaveris, nec non contra præfatum conciliabulum ſcripſeris, propoſuerisque animo tuo non ſolum eidem conciliabulo poſthac non adhærere, verum etiam, ut decet, nobis & ſanctæ Romanæ eccleſiæ devotum & obſequentem filium te præſtare, noſtriſque & illius obtemperare mandatis, nobis humiliter ſupplicare feciſti, ut a ſententiis, cenſuris, & pœnis hujuſmodi in dicto monitorio contentis, propterea per te incurſis, te abſolvere, tibique erratorum omnium præmiſſorum veniam dare, animæque tuæ ſaluti, rerumque tuarum ſtatui paterne conſulere dignaremur: nos, qui illius, licet immeriti, vices gerimus in terris, cui proprium eſt miſereri ſemper ac parcere, & cujus miſerationes ſuper omnia opera ejus, & contritorum non deſpicit gemitum, animæ tuæ ſaluti rerumque tuarum ſtatui, ut præfertur, proſpicere volentes, omnia & ſingula circa hæc errata tua quæcumque, quoſcumque, & qualiacumque pro expreſſis habentes, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, te poſtquam dictum conciliabulum & omnia inde ſecuta, ut teneris, in forma juris publice abjuraveris, & rejeceris, ab omnibus & ſingulis ſententiis, cenſuris, & pœnis, quibus quomodolibet præmiſſorum occaſione, virtuteque dicti monitorii innodatus exiſtis, in utroque foro abſolvimus, &c.* Priſtinis juribus, dignitatibus, ac ſacerdotiis ipſum reſtituit. *Dat. Romæ apud S. Joannem ſub annulo piſcatoris* XI. *decembris* MDXIII. *pontificatus noſtri anno* 1. Abeunte in fumos inanes Piſano conciliabulo, Lateranenſis concilii fama in dies magis efflореſcebat: reſtitutis enim in Eccleſiæ gratiam præcipuis Piſani ſchiſmatis ſigniferis, non difficile fuit eorum ſectatores Gallos ad officium adducere, atque adeo Ludovici Regis oratores Lateranenſi ſynodo ſe aggregantes viſuri ſumus in proxima ſeſſione; cujus antequam texamus hiſtoriam, quæ medio temporis flexu geſta ſint percurremus. Galli poſtmodum a ſchiſmate revocati.

LIII. Robertus Card. Nannetenſis creatus legatus. Paſſus erat bonorum jacturam pro eccleſia. Creatum octava julii die a Leone X. legatum in Gallias Robertum tit. S. Anaſtaſiæ presbyterum Cardinalem dictum Nannetenſem, virum ſanctimonia vitæ conſpicuum, ut dictum eſt, qui ſacerdotiorum cenſibus ampliſſimis exui, redigique ad inopiam maluerat, quam votis Francorum Regi in Piſano ſchiſmate conflando inſervire, ut refert Paris (*a*); atque a Cardinalibus, ut moris erat honoris gratia deductum cohoneſtatumque. Geſta autem feliciter eſt ejus legatio, ut Leonis literæ ad fratrem Julianum Medicem Florentinæ reipublicæ principem exordio pontificatus datæ indicant (*b*).

(*a*) *Paris e Graſſis*

(*b*) *Ext. apud Petr. Bemb. l. 1. ep. 19.*

Juliano Medici fratri.

LIV. *Ex tuis literis intelleximus, te a legato iſtius reipublicæ atque tuo, qui apud Ludovicum Regem Gallorum eſt, certiorem eſſe factum de ſummi Pontificis munere nobis credito Regem illum magnam lætitiam cepiſſe, deque nobis multa graviſſimis amantiſſimiſque verbis fuiſſe locutum, quæque idem Rex de te cum illo egerit ſumma cum tua dignitate & illuſtri teſtificatione amoris erga te ſui, quantumque tibi tribuerit libentiſſime cognovimus; jucunda enim nobis fuit voluntas, quam præfers, gratum te ei atque memorem illi-*

Ludovicus Rex a Leone amanter ad officium provocatus.

illius in te benevolentiæ oſtendendi, rationeſque tuæ, quibus nos de tractanda pace uti cogitemus hortaris, multæ illæ quidem prudenterque collectæ nobis magnopere probantur. Quibus hoc te primum ſcire volumus, nullam nos ad rem tam pronos tamque propenſos eſſe, quam ad omnium Chriſtianorum principum animos ſanctiſſimis concordiæ vinculis colligandos, interſeque conglutinandos: nihil plane tam cupere, quam pacem quidem ſi pacem omni tempore humiliorique in fortuna ſummopere concupivimus, cujus, tu noſtræ voluntatis optimus atque locupletiſſimus eſſe teſtis potes. Certe nunc Pontifex maximus cum Chriſti vicarium gerimus, qui pacis fons atque author pacem hominibus diligentiſſime commendavit, multo magis eam velle, multo curare impenſius debemus: neque noſtra e memoria excidit, quantum Rex te amaverit, cum in Galliam turbulentis illis noſtris temporibus te contuliſſes, quove loco apud ſe habuerit, quanta ſemper etiam in Gallorum Reges cum patriæ tum familiæ in primis noſtræ obſervantia extiterit, in qua manere te, modo cum dignitate fiat, non ſolum volumus, ſed etiam optamus. Eorundem Regum quanta fuerint in rem Romanam merita, quanta hujus ipſius, non ſumus obliti. Ipſe quoque, ſi per illum non ſteterit, omnia ei paterna officia ita ſumus præſtaturi, ut quæ tu, quæ familia noſtra reliqua illi debet, etiam perſolvere videamur voluiſſe. Quod ſi, ut ſcribis, ejus animus ea, quæ recta ſunt, cogitat, facile & ipſi inter nos conveniemus, & tu, quæ vis hac in re, quæque optas aſſequere, tamque apud nos authoritatem, tuas cohortationes plurimum valuiſſe cognoſces. Unum illud cogitare te eſt æquiſſimum, ut quoniam Rex te internuntio uti apud nos voluit, non tu illum minus ad bene de nobis merendum tuis literis excites, quam nos ad illum amantiſſime complectendum es cohortatus; extremum eſt, de quo te Regem certiorem facere plane volumus, ut intelligas nos daturos operam, ut illum de pontificatu noſtro gaviſum fuiſſe nunquam pœniteat, præſertim ſi æquas atque honeſtas, hoc eſt, cum hujus reipublicæ majeſtate conjunctas pacis conditiones proponet. Dat. pridie kal. aprilis anno MDXIII. pontificatus noſtri anno 1. Romæ.

Vetera Gallorum merita recoli ſignificatum.

LV. Cum autem Ludovicus Rex in gratiam cum Eccleſia redire optaret, ejuſque recipiendi Leo cupidiſſimus eſſet, non tamen de modo, quo excipiendus foret conſentiebant (*a*); quippe ille a ritu, quo eccleſiaſticis cenſuris ſolvi debuiſſet, abhorrebat, ne ſchiſmatis crimine irretitus videretur; Eccleſiæ vero majeſtas poſcebat, ut rite ob ſuſceptum Piſani conventiculi patrocinium expiaretur. Acceſſerat alia novarum offenſionum occaſio; nimirum Leonem Pontificem non modo arma cum Helvetiis, Sfortia Mediolanenſi, Hiſpanis, cæſarianiſque ad depellendos Italia Gallos conjunxiſſe (*b*), verum etiam Henricum VIII. Anglorum Regem ad invadendas Gallias juviſſe; ut cinctus undique hoſtibus Ludovicus ad officium cogeretur: tum Jacobum Regem Scotiæ veterem Francorum amicum deterruiſſe literis (*c*), ne Anglum Romanæ eccleſiæ cauſam propugnantem bello peteret; ſed potius inita cum illo fœdera religioſe coleret, ſe enim percupere redactis in concordiam Chriſtianis Regibus, adverſus Turcas arma vertere: extant poſtremæ inter Leonis brevia (*d*) his conceptæ verbis.

(*a*) *Lib.* 12.

Ludov. Rex abnuit Schiſmatis crimen expiare.

(*b*) *Guicc.* *l.* 12.

Anglus in ſchiſm. Gallos concitatur.

(*c*) *Id. ib.*

(*d*) *Leo X. brev. an.* 1513. & 1514. *p.* 80.

Regi Scotorum.

Grave & moleſtum nobis fuit intelligere majeſtatem tuam, præter eam ſpem, quam de ſe nobis & de ſua in noſtram, & ſanctam ſedem Apoſtolicam obſervantia, paciſque conſervandæ cupiditate præbuerat, arma nihilominus adverſus finitimos, chariſſimumque in Chriſto filium noſtrum Henricum Angliæ Regem illuſtrem ſuſcipere, & bellum gerere meditari; cum & noſtra interceſſio atque authoritas, quam binis ad te jam ſcriptis literis declaravimus, & fœderum inter vos initorum religio, & ſanctitas tuæ majeſtati magis ſuadere debeant, eſſe tibi & fidem tuam & hortantis ſanctæ matris Eccleſiæ authoritatem & ſecuritatem pacis atque otii eis inimicitiis & bellis anteponendam, quæ multum habent in ſe periculi, parum æquitatis: nobis vero qui omnes noſtras cogitationes in eo ponimus, ut aliquando ſedatis iis incendiis quæ inter principes Chriſtianos conflata ſunt, pacem primum inter ipſos, ac deinde cum ipſis, ſi Dominus dederit, ſanctiſſimum in crucis Chriſti hoſtes bellum comparemus, quod propediem legatis de latere noſtro mittendis ſumus tractaturi; quanto putas dolori & moleſtiæ eſſe novas etiam per te inimicitiarum flammas excitari, quem præcipue ſperavimus futurum ſemper nobis in omni juſta & præclara voluntate conjunctum? atque hæc eo majore in nobis curam & ſolicitudinem faciunt, quod crudeliſſimi hoſtis Turcarum tyranni victorias vimque & potentiam, evinctis adverſariis, redactam ad unitatem in noſtram perniciem intentam eſſe audimus: & perhorreſcimus huic tenui inimicum eſſe, atque, ut catholicum Regem decet, hæc bella, quæ præclara ſunt, atque has inimicitias, quæ ſalutem afferunt meditari credidimus ſem-

Monitus Scotus ut Eccleſiæ cauſam ſuæ præferat.

Pacandum imperium Chriſtianum ut arma vertantur in Turcas.

per, idque nobis tua egregia virtus animi magnitudo, voluntas Deo dedita, tuique ſermones, tua vota ac deſideria promittebant.

Quæ te igitur ratio a glorioſis cogitationibus tranſtulerit ad parum honeſtas, intelligere non poſſumus, ſed te enixe atque omni ſtudio animi noſtri in Domino hortamur, ut operam & laborem noſtrum conſtituendæ pacis magis adjuvare tua opera velis, quam impedire: ſit apud eum Regem inviolata pax, qui alios Reges ad conſilia pacis ineunda ſe nobiſcum una hortaturum eſſe ſedi Apoſtolicæ ſæpe pollicitus eſt, cum præſertim tuæ majeſtatis magnopere interſit ſervare conventa & fœdera, quæ tibi cum ſupradicto Rege Angliæ inita fuerunt: ſiquidem ut intelleximus temetipſum populoſque tuos & regnum tuum univerſum, ſi quidquam a te contra ea fœdera tentatum eſſet, cenſuris eccleſiaſticis ſubjectus eſſe volueris: quarum cenſurarum inflictio & adverſus te executio, ſi a nobis poſtulabitur, quomodo eam juſte negare poſſimus non videmus; ſed in Domino fiduciam habentes ſperamus, cum Regem, qui tuarum maximarum virtutum & præſtantis in fidem Chriſti & ſanctam Apoſtolicam ſedem obſervantiæ ac voluntatis plurima indicia præbuit; quemque nos in viſceribus noſtræ paternæ charitatis præcipuum habemus, ea acturum, quæ illius honori & noſtræ voluntati erunt opportuna, cauſamque potius nobis daturum, ut eum ſummis in Domino laudibus ornemus, quam ut ulla offenſione cenſurarum lædamus; quod erit nobis admodum optatum atque gratum. Dat. Romæ die XXVIII. junii MDXIII. pontificatus noſtri anno 1.

Quam arcto fœdere Scotus Gallo conjunctus fuerit.

LVI. Parantem etiam bellum Daniæ Regem Franco fœdere junctum adverſus Anglum, ut a conficienda Gallica expeditione revocaret, Leo retardare a ſuſcepto conſilio eniſus eſt (*a*) hiſce de cauſis.

Monitus Danus ne Anglum bello appetat.

(*a*) *Ext. ejus lit. apud Bemb. l. 8. ep. 16.*

Daciæ Regi.

Quoniam ea noſtra mens eſt, is animus, ut Chriſtiani Reges atque principes, qui diſſentiunt, inter ſe concilientur, ut ad Chriſtiani hoſtes nominis repellendos ſuſcipiendumque contra Turcas bellum convertere cogitationes noſtras poſſimus, te hortamur ut hanc noſtram voluntatem juves: id optime fiet ſi in Reges Chriſtianos, quiqui ſunt, tua arma non movebis, tuaſque vires non exercebis: quorum quidem quod unus inprimis Henricus Britanniæ Rex multis de cauſis nobis eſſe chariſſimus debet, illud abs te impenſius petimus & poſtulamus, ne eum Regem ejuſque populos, aut laceſſas & perturbes ipſe, aut id fieri permittas a tuis: hoc nobis gratius facere nihil potes. Dat. III. kal. majas MDXIII. pontificatus noſtri anno 1. Romæ. Non intulit Danus arma Anglo: at Scotus licet pontificiis hortatibus parere initio decreviſſet, Gallicis tamen precibus fatigatus, ut Anglum a Gallico bello diſtraheret in Angliam incurrit; verum infelici, uti paulo infra dicetur, exitu.

Scotus in Angliam incurrit.

Neque Scoticæ irruptionis formidine deterritus eſt Anglorum Rex ab apparando bello, quod adverſus Ludovicum Piſano inquinatum ſchiſmate ad tuendam ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ authoritatem ſuſcepit: quam ob cauſam in hujus expeditionis procinctu Leo vetera omnia ſacra beneficia, quibus ab ſede Apoſtolica affectus fuerat, hoc diplomate (*b*) inſtauravit. LVII.

Anglorum expeditio in Gallos ſchiſmaticos.

(*b*) *Lib. brev. an. 1513. & 1514. p. 72.*

Regi Angliæ.

Reſpectum habentes ad tua ſumma in ſanctam Romanam eccleſiam merita, cujus honori favere & monitis obtemperare multo glorioſius eſt, quam multis imperare populis & nationibus, eas omnes gratias, indulgentias, prærogativas, quas ſerenitati tuæ felicis recordationis Julius II. prædeceſſor noſter conceſſit atque indulſit, confirmamus, ſtabiles & immotas permanere decernimus; nec ſi qua a nobis forſan generalis facta eſt hujuſmodi indulgentiarum revocatio, ſub revocatione illa has comprehendi & contineri volumus, eaſdemque potius, quatenus opus ſit, denuo tibi concedimus & indulgemus, te in Domino hortantes, ut quemadmodum cœpiſti, quotidie magis de ſede Apoſtolica & ſacroſancta matre Eccleſia, promereri ſtudeas, quo nec Deo acceptius quidquam, nec tuæ ſerenitatis nomini honorificentius eſſe poteſt: Nobis quidem pro tuis maximis in ſedem Apoſtolicam officiis ſummæ ſemper curæ erit dignitas & amplitudo tua. Dat. Romæ die XXI. junii MDXIII. pontificatus noſtri anno 1.

Prærogativæ Anglorum Regi datæ a Julio confirmatæ a Leone.

Traduxit Caletum Henricus exercitum circiter kal. julias adverſus Gallum a Julio cenſuris perculſum: atque inita cum Maximiliano Cæſare armorum ſocietate Morinorum oppidum vulgo Teroanam obſidione cinxit (*c*), Gallicumque exercitum ſubſidia bellica inſerre urbi obſeſſæ molientem profligavit, ac medio auguſto eadem urbe potitus eſt: quo etiam tempore in Anglia ducum opera aliam victoriam de Jacobo Rege Scotiæ, qui ſpretis pontificiis monitis Ludovici Francorum Regis partes defendendas ſuſceperat, reportavit, cæſo in ipſo pugnæ ardore miſero Rege, quem veluti ſchiſmaticum ob contractas irrogatas a Julio II. Francorum Regi & omnibus illius ſociis cenſurarum pœnas habitum, refert Paris de Graſſis, (*d*) ex Eboracenſis Cardinalis ſententia. LVIII.

(*c*) *Polyd. Virgil. l. 27. Ferron. in Lud. XII. Maſſon. in eod. Nicol. Baſel. in add. ad Naucl. Guicc. l. 12. & alii.*

Teroana expugnata ab Anglo.

Divina in Scotum Regem ultio.

(*d*) *Paris to. 4. p. 64.*

Cum

LIX. *Cum veniſſent*, inquit, *in urbe diebus præteritis ineunte nimirum circiter octobri nova de victoria Regis Angliæ contra exercitum Regis Scotiæ habita, qui Rex Scotiæ erat adhærens & confœderatus Regi Galliæ hoſti Romanæ eccleſiæ, reverendiſſimus dominus Cardinalis Angliæ fecit me invitare, ut ad miſſam ſolemnem craſtinam in eccleſia B. Mariæ de populo epiſcopalem & ſolemniſſime celebrandam adire vellem, paraturus quæ eſſent neceſſaria ad officium cæremoniarum pertinentia pro illo actu victoriæ & gratiarum actionis: reſpondi me tanquam epiſcopum non recuſare, ſed tanquam magiſtrum & præſidentem cæremoniarum non ſolum minime velle, ſed nec ire intereſſeque ac conſentire debere; quoniam in hoc caſu gratiæ non ſunt agendæ Deo, ubi ſanguinis Chriſtiani effuſio intervenit, & tot omnium fidelium verſatur periculum: quinimmo exequiæ ſacræ pro animabus fidelium defunctorum celebrandæ ſint, quæ ex hoc ſæculo in eo bello tranſierunt; nam nunquam eccleſia Romana eu ſacro ritu agit gratias Deo pro aliqua victoria niſi contra infideles habita, exceptis Romanæ eccleſiæ hoſtibus, qui eo caſu cenſentur eſſe infideles: nam prius ſemper requiruntur, quam adverſarii fiant, ut obediant præceptis ejuſdem Romanæ eccleſiæ, & caſu, quo non obedierint, pro hoſtibus habentur, ac excommunicationi ſubmittuntur ac aliis cenſuris uſque ad brachium ſæculare, & damnationi etiam traduntur &c. Et cum Rex Scotiæ non ſit talis, qui ſit Romanæ eccleſiæ hoſtis declaratus, licet ſit a Rege Angliæ victus, non tamen ob hujuſmodi victoriam ſunt gratiæ agendæ Deo, ſed potius exequiæ, ut ſupra celebrandæ. Mea verba cum dominationi ſuæ reverendiſſimæ non placuiſſent, ſic ut abſtinere non curaret a ſuo paratu, acceſſi ad ſanctiſſimum Pontificem, cui omnia expoſui; & ſua ſanctitas viſa quidem verbis meis, acquieſcere remiſit me ad eundem Cardinalem, ut hæc iterum eidem repeterem. Quod cum feciſſem intellexi ab eodem, ipſum Regem Scotiæ eſſe jampridem a ſanctæ memoriæ Julio Pontifice declaratum hoſtem eccleſiæ Romanæ, & pro ſchiſmatico declaratum & publicatum, prout ſe de hac publicatione & declaratione bullas habere dicebat; quia non ſolum ipſe Rex Scotiæ erat in genere declaratus ſchiſmaticus ob adhærentiam Regi Galliæ, cum omnes adhærentes Gallo Regi ſimiliter eſſent ſchiſmatici, prout ipſe Gallus ſchiſmaticus erat; ſed immo ipſe Rex Scotiæ ſpecialiter & expreſſe ac nominatim ut principalis ſchiſmaticus eſſet declaratus, ergo per conſequens infidelis, de quo infideli victo a fidelibus gratiæ Deo agendæ eſſent: demumque ſubridens adiecit quod cum hæc omnia bella propter Bononiam civitatem & patriam meam inchoata & mota fuiſſent & eſſent, ut ipſa civitas a jugo barbaricæ captivitatis liberaretur, prout liberata extitit, mirabatur idem Cardinalis, quare hæc difficultas per me mota eſſet: & ſic me traxit ad eccleſiam B. Mariæ de populo ſimul cum multis, id eſt quinque Cardinalibus complicibus & Regi Anglico victori adhærentibus; & ibidem eſt habita miſſa epiſcopalis per epiſcopum Anglicanum, &c.*

Gratiæ non agendæ a Roman. eccleſ. niſi pro victoriis adverſus infideles.

Fuerat Scotus a Julio damnatus ſchiſmatis crimine.

LX. De gemina hac victoria gratulatus eſt Leo Pontifex (*a*) Henrico Anglorum Regi, deportatoſque in tuenda Eccleſiæ cauſa triumphos divinæ beneficentiæ aſcripſit, per quos, ſedatis Chriſtiani imperii bellis civilibus, conficiendæ adverſus Turcas univerſali expeditioni via muniretur.

(*a*) *Apud Bemb. l. 4. ep. 79.*

Regi Britanniæ.

Lectis tuis literis, quibus nos de tua in Morinis contra Gallos victoria Morinorumque deditione certiores facis, magna ſane lætitia pro noſtra in te paterna benevolentia, proque rei confectæ magnitudine affecti ſumus, habuimuſque Deo optimo maximo gratias, quod is eorum, qui pro hujus imperii dignitate tuenda & conſervanda pio ac recto animo arma ſumpſerunt, curas conatuſque fortunaverit, quanquam id quidem certe prope pro comperto ſemper habuimus: ſperabamus enim fore, ut omnia tibi proſpere atque feliciter evenirent, cum propterea quod prudentibus conſiliis, ſummis opibus, magno apparatu, numeroſiſſima validiſſimaque manu, Maximiliano etiam Romanorum Imperatore deſignato ſua tecum conſilia communicante, bellum hoſtibus inferre es aggreſſus; tum vel maxime, qui Dei cauſam agendam & defendendam ſuſcepiſti. Itaque cum nonnullos dies de tua victoria lætus inter tuorum legatorum jucundas ſalutationes confeciſſemus, vellemuſque, ut par erat, ea de re tecum per literas gratulari, ecce alteras abs te literas, quæ ſecundam nobis partam abs te victoriam longe maximam atque clariſſimam attulerunt, Britannicos ſcilicet exercitus tuos cum Jacobo Scotorum Rege, qui quidem ingenti militum numero invaſerat in ditionem tuam, manum conſeruiſſe, ejus exercitum fudiſſe, magnam eorum partem Rege ac regni principibus occiſis internecioni dediſſe, magnam etiam captivam feciſſe; itaque paucis te diebus bellum atrox ac periculoſum feliciſſime confeciſſe. Iis intellectis, tametſi nobis permoleſtum fuit tantum Chriſtiani ſanguinis effuſum fuiſſe, tot hominum millia e populo dominico deſiderari, tum Chriſtia-

Gratulatoriæ Leonis ad Anglum de parta victoria literæ.

Scoti magna ſtrage deleti.

num Regem egregii ſane nominis, neque ſpernendarum virium ſororis tuæ virum, Chriſtiani Regis, ſibique conjunctiſſimi ferro confoſſum cecidiſſe; valde tamen ſumus gaviſi, alteros tuos exercitus tam illuſtrem, tamque celerem victoriam de alteris tuis hoſtibus, qui te ab optimo tuo incœpto revocare conabantur, reportaviſſe. Quamobrem eundem illum, qui hos duplices gloriæ tuæ proventus ſubminiſtravit, Deum flexis ad terram genibus erectiſque cælo manibus adoravimus, quod tibi Regi plane juveni, bellorum initium ab Eccleſiæ ſuæ defenſione auſpicanti, hæc rudimenta tam præclara tamque conſpicua quaſi fundamenta jecerit reliquæ ſane vel gloriæ vel ætatis tuæ. Te vero in primis decet exiſtimare, ab illo te omnia, non ab humanis opibus accepiſſe; quoque dominus Deuſque noſter pluribus atque majoribus ornamentis virtutem illuſtrare atque condecorare voluit tuam: eo te quidem certe illi humiliorem ſubmiſſioremque fieri erit virtutis & prudentiæ ſingularis; quod cum feceris, non ſolum credibile eſt fore, ut tibi ſecunda proſperaque omnia in iis, quas nunc tractas rebus atque bellis largiatur; ſed viam etiam muniat, per quam ingrediens tuum nomen optimis atque ſanctiſſimis artibus æternitati conſecrare facile poſſit. Id erit cum tibi eas cogitationes propones, quibus reliquis tuis reſtinctis, pacatiſque bellis ad contundendam Turcarum nimis jam incitatam exultantemque ferociam accendare: quas ad cogitationes ineundas, quemadmodum nunc quidem ſe res habet, multum dari nobis poſſe temporis non eſt exiſtimandum; ita jam & Pannoniæ Sarmatiæque regna populata debilitataque ab illis ſunt, premunturque in dies acrius, & ipſa Italia amiſſis in proximis regionibus non unis præſidiis, illos ſibi vicinos finitimoſque acerbum ſane dolendumque ſpectaculum contuetur. Hæc pericula ut vere dicamus quod ſentimus nos ſuſpenſos atque ſolicitos habent, noſtramque de ſecundis tuis rebus voluptatem & lætitiam eſſe ſolidam atque propriam non ſinunt. Quare ab ipſo immortali Deo precibus omnibus atque votis petimus, ut quemadmodum Eccleſiæ ſuæ dignitatem ab iis, qui ejus propugnationem ſuſcipere in primis debebant, aliquando male habitam egregie proſperrimeque eſt tutatus, ita & ab accenſo ad inflammanda ſacroſancta ejus templa igne, & ab imminenti populorum ſibi dicatorum cervicibus ferro inimicarum perpetuo gentium aliquando tandem eripiat. Dat. v. id. octobris anno 1. Romæ.

Solicitatus ad componendas controverſias armaque in Turcas vertenda.

Polonia & Hungaria a Turcis infeſtatæ.

LXI. Injecerat Henricus Rex partis iis victoriis ingentem Gallis terrorem, ac ſi exercitum florentiſſimum, quem ex ſex millibus equitum, peditum millibus quadraginta conflatum miſiſſe ajunt (*a*), in regni interiora effudiſſet (*b*), in majores longe anguſtias adduxiſſet Ludovicum Francorum Regem, qui Piſani ſchiſmatis cauſa ſuis inviſus erat & Helvetii parte alia Burgundiam invaſerant, ac Divionem ducatus caput vehementiſſime oppugnabant, conducti (*c*) a Maximiliano Cæſare, qui e Belgii finibus irruptionem in Gallias minitabatur, ſed Henricus exciſa Tarvanna ob exortam de illius poſſeſſione inter ipſum & Maximilianum litem ad Tornacum caſtra poſuit, illudque cepit; quo tempore Helvetii maximis promiſſis & pactionibus ex illorum ſententia confecta deluſi (*d*) a Tramulio, Divionenſem obſidionem ſolvere: ac tum Ludovicus Francorum Rex, cum a Regina, proceribus, clero, ac populo omnibus precibus urgeretur (*e*), ut in gratiam cum eccleſia Romana rediret, cinctus undique periculis, amiſſa bis Italia, pulſo regno Navarræ Rege ſocio, Scoto in prælio interfecto, Dano non juvante, Cardinalibus Piſani ſchiſmatis ſigniferis ad Eccleſiæ gremium traductis, magna Gallorum Piſana acta damnantium parte ſibi infenſa, adiiciente pios ſtimulos Roberto Cardinale legato, oratores ad Leonem Pontificem mittendos decrevit: ac poſtquam variæ concordiæ rationes excuſſæ eſſent, neque enim Ludovicus aperte culpam fateri expiareque volebat, demum ſeveritas eccleſiaſtica ita mitigata eſt, ut idem Rex profiteretur Piſano conventui adhæſiſſe, non ut ſchiſmate Eccleſiam diſcinderet, ſed privatæ cauſæ, quæ Julium, cujus indignationem æmulorum fraude in ſe converterat, ſingulariter tangebat, ſtudio, & plurium opinione pervulgata adductum: nunc vero monitum edoctumque a Leone X. Piſani conciliabuli geſta damnata ab ipſo fuiſſe, ac Lateranenſe concilium approbatum; pacis inter Chriſtianos conciliandæ, conficiendæque in Turcas cruceatæ expeditionis ſpe concilio Lateranenſi ſe conjungere expetiiſſe, decreviſſeque ea de cauſa Fridericum diaconum Cardinalem S. Angeli de S. Severino, Claudium epiſcopum Maſſilienſem deſignatum, ac Ludovicum Solerium oratores ampliſſima authoritate fretos: qui quidem die ſexta octobris de his cum Antonio tit. S. Vitalis presbytero Cardinale Papienſi, Petro tit. S. Euſebii presbytero Cardinale Anconitano, & Laurentio SS. Quatuor presbytero Cardinale de Pucciis, ac Julio S. Mariæ in Dominica diacono Cardinale Medice pacti ſunt; quibus de rebus Petrus Bembus publicum monumentum confecit: vige-

ſima

Ludovicus Rex ſchiſmaticus magnis calamitatibus preſſus.

(*a*) *Maſſon. in Lud. XII.*
(*b*) *Guicciar. l. 12.*

Helvetiorum in Burgundiam irruptio.

(*c*) *Nicol. Baſel.*

Tornacum Gallis ereptum ab Anglo.

(*d*) *Maſſon. in Lud. 12.*
(*e*) *Guicc. l. 11.*

Decreti a Gallo oratores ad Leonem.

Qua ratione excuſatū conflatum ſchiſma.

Conjungit ſe Lateranenſi concilio.

ſima ſexta vero ejuſdem menſis octobris ſingula a ſuis oratoribus Romæ conventa rata habuit Ludovicus Rex, cujus literas productas fuiſſe in concilio Lateranenſi videbimus.

LXII. Robertus Card. conciliatus eccleſiæ Gallis pie moritur.

His vero ita feliciter firmatis, redintegrata inter Gallum Regem ac Pontificem concordia, Robertus Apoſtolicæ ſedis legatus, qui ad eam provehendam in Gallias perrexerat, jamque antea plurimum operæ ac laboris pro diſſipanda exorta inter Julium ac Ludovicum diſcordia conſumpſerat, votis potitus piiſſimam vitam præclaro exitu decoravit, quem Paris inſigni hoc elogio exornat (a): *Die nona novembris, qua fuit feſtum dedicationis baſilicæ Salvatoris, mortuus eſt Cardinalis Nannetenſis nomine Robertus de Chalanch tit. S. Anaſtaſiæ presbyter Cardinalis ætatis ſuæ annorum LIV. vir bonus eccleſiaſticus, rectus, & timens Deum, ac devotus, ac ſic devotus; ut etiam ante obitum per horam vel circa benedixerit ſemper dominum Deum, & ſpirans erexit ambas manus quaſi rogans Deum, ut ſuſciperet ſpiritum ejus. Addo quod cum ipſe habuerit beneficia in regno Franciæ & ducatu Britanniæ aſcendentia ad ſummam* xxv. *millium ducatorum, nihil percipiebat ex eis penitus; quia Rex Franciæ volebat eum habere in ſua factione contra ſedem Apoſtolicam, ſed ipſe firmus in fide ſua potius ſemper omnia maluit perdere, quam a fide in ſedem Apoſtolicam declinare: unde quaſi in extremitate rerum victualium redactus erat, ſic ut vix poſſet ali cum paucis ſervitoribus: & nos etiam hanc funebrem pompam tenuiſſimam fecimus.* Et infra: *Audio quod ex teſtamento decrevit, quod nullæ exequiæ pro ſe fierent, cum ſint pompa mundana & nullius ſalutis cauſa in animam ſuam, ſed tantum dici juſſit certas miſſas emortuales in diverſis locis per patres, quos ipſe dudum cognoverat devotos & bonos Sacerdotes.* Hactenus de Roberto Cardinale Nannetenſi decreto Galliarum legato.

(a) Paris tom. 4. p. 70.

Inſignis ejus conſtantia.

LXIII. Miſſum quoque a Leone Pontifice legatum apoſtolicum Thomam Cardinalem in regna Pannoniæ, Bohemiæ, ac Poloniæ, medioque julio abeuntem conſuetis honoribus fuiſſe affectum, refert Paris (b): *Die*, inquit, *veneris* xv. *julii reverendiſſimus dominus Thomas tit. S. Martini in Montibus Cardinalis Strigonienſis natione Hungarus creatus & publicatus fuit legatus de latere ad partes Hungariæ, Bohemiæ, & Poloniæ, & ductus eſt a toto collegio Cardinalium, ſicut de more eſt, pro legatis talibus ultramontanis conducendis: & in tranſitu ſub caſtro S. Angeli ſonuerunt bombardæ viginti, vel circa, ſicut pro Nannetenſi, ut ſupra dictum eſt.* Ipſum profectum in Hungariam, ut religioſam crucis militiam adverſus Selimum, qui a Perſide in illud regnum Turcica ſigna converterat, promulgaret, refert Dubravius (c): extantque Leonis Papæ literæ ad Wladislaum Regem datæ (d), quibus Pontificiam opem ob ingentes Turcarum ingruentium apparatus bellicos imploranti legatum jam decreviſſe ait, ampliſſimiſque ad obeundum munus inſtruxiſſe mandatis, nec non decumana ſubſidia viris eccleſiaſticis indixiſſe: tum ad univerſos Reges legare conſtituiſſe internuntios ad eos in concordiam redigendos, ut fœdere juncti hoſtis ferocientis conatus infringant: tum pios ſtimulos ad ſacrum bellum ingentibus animis adminiſtrandum graviſſimis ſententiis adjecit.

(b) Id. ib. p. 54. Card. Strigon. legatus decernitur in Polon. Bohem. & Hung.

(c) Dubr. l. 32.

(d) Apud Bem. l. 4. ep. 22.

Selymus a Perſide in Hungariam arma Turcica avertit.

Wladislao Pannoniæ, Bohemiæque Regi.

Lectis tuis ad nos fratreſque noſtros Cardinales literis, quæ quo in diſcrimine tum Pannoniæ regnum ob Turcarum apparatum verſaretur ſignificabant: & Martino Colocenſis eccleſiæ cuſtode internuntio tuo audito, ſtatim una omnes tota re diligenter atque amanter cogitata, ſtatuimus ut nihil eorum, quæ ad tuam ditionem tuendam, communeſque Chriſtiani nominis hoſtes hoc tempore a tuis finibus repellendos eſſe uſui poſſent, a nobis prætermitteretur: exiſtimabamus enim & pro tua majorumque tuorum in Romanos Pontifices obſervantia, & pro gentium, quæ tuo in imperio ſunt fortitudine, bellandique uſu prope aſſiduo quotidianoque cum Turcis, ſi quo incommodo tuum iſtud regnum tuique populi afficerentur, id omne hujus certe reipublicæ noſtrumque ſingulorum incommodum plane futurum. Itaque quod primum petiiſti de tributi auxilio; quantum quidem præſentium rerum ſtatus, atque hæc tempora tulerunt, tibi permiſimus, iis, ut opibus ad te levandum bellumque adminiſtrandum uti poſſes. Deinde quod nos rogas, ut ſedandis Chriſtianorum Regum & principum inter ſe diſſidentium animis atque ad commune bellum contra Turcas incitandis, curam & ſtudium adhibeamus; in eo dies ac noctes cogitationes noſtras plane conſumpſimus. Mittimus autem nunc quidem ad illos ea de cauſa internuntios noſtros epiſcopos viros authoritate, experientia, doctrinaque præſtantes, qui eorum controverſias componant, ipſoſque concilient; quos quidem ſingulos tandiu hortari urgereque per eoſdem internuntios non deſiſtemus, quoad res ad eum, quem volumus, exitum perducatur; id ſi confici per illos minus commode poterit, aliquot ex noſtris fratribus eccleſiæ Romanæ Cardinalibus LXIV.

Implorata ab Hungaro eccleſiæ auxilia.

Fit certior ſollicitari Reges ad mutuam concordiam.

libus legabimus, qui ad illos propere ſe conferant, remque conficiant, qua confecta fœdereque ab Regibus inito, tributum ipſum per univerſum Chriſtianum orbem edictis ampliſſimis promulgabimus, ſacerdotibuſque cum ſanctiſſimis tum eloquentia clariſſimis mandabimus, ut omnes homines ad id non minus pium quam neceſſarium bellum accendant, ut celerrime periclitanti ſane totque jam damna, tot porro calamitates perpeſſæ Chriſtianæ reipublicæ, tuoque in primis regno optime de ea merito, ſuccurratur: quod quidem certe bellum, hoc ſi tempore a nobis ſuſciperetur, irritos conatus noſtros omnes atque inanes ipſa tempora facerent; quis enim pecuniam, quis militem remotiſſimis a ſe gentibus tribuat, qui pro patria, pro liberis, pro ſalute ſua arma domi tractare cogatur, hoſtemque intra lares ſuos habeat? Neque principes ſane ipſi, etiamſi populi ſui velint in præſenti rerum perturbatione militem egredi, pecuniam erogari, arma, opes ullas exportari e ſuis finibus patiantur. Nos vero ipſi per nos movere aggredique tantam rem fortaſſe poſſumus ſuſtinere, atque perficere non poſſumus. Quæ cum ita ſint, confidimus tamen, & pacem eam, quam votis omnibus concupivimus, Chriſtianos inter principes mature poſſe confici, & tua incommoda, de quibus ad nos ſcripſiſti, vel cum fœnore celerrime reponi: Deus enim optimus maximus, qui ob eximium rerum optimarum eventum, præclaroſque exitus interdum malum ſinit aliquod non maximum exiſtere, iſtos tuos labores, eum Turcarum apparatum ad conciliandos Chriſtianorum Regum animos quaſi molitionem quandam exhibet, quæ infectas odiis maliſque cupiditatibus obſtructas eorum mentes ad eam, quam volumus, coitionem conſenſumque attrahat, impiaque illorum adhuc quidem arma ad mutuam aliquando tandem pietatem, communemque cum utilitatem, tum etiam dignitatem convertantur.

LXV. *Quamobrem, fili nobis quidem chariſſime atque optatiſſime, erit tuæ fidei atque prudentiæ, Domino atque ejus viribus confidere; neque enim a militum robore & numero, aut ab apparatu ullo bellico, ſed a Dei virtute, ſed a Domini nutu de tuis atque noſtris hoſtibus tibi victoria eſt expectanda. Recordare quæ is quondam facinora, quas res, quamque magnas per Gedeonis, per Jephte, Jonatæ, Davidis, per Judæ Machabæi manus confecerit: quarum rerum memoriam antiquæ literæ ſempiternam eſſe voluerunt. Quæ profecto omnia maximam tibi afferre ſpem debent, eodem a Domino nihil omnino tuis conatibus in tempore defuturum: atque ut aliena vetuſtiſſimaque prætereantur, ea repete, quæ ipſe tuo in regno Dominus apud Taurunum oppidum paucos ante noſtram ætatem annos per Joannem Capiſtranum confecit, plebeium prope hominem, quem ad maximas tractandas res ſuæ porro voluntatis & interpretem eſſe voluit, & adminiſtrum: noſtra vero ætate Rhodii perexiguo militum numero gloriabundum jam, ac prope victorem Turcarum exercitum numeroſiſſimum inſtructiſſimumque fugaverunt. Non eſt debilior nunc, quam olim fuerit, Dei dominique noſtri dextera; neque tu, Wladiſlae fili, Joanne Waivoda, qui una cum Capiſtrano Turcas ſuperavit, es inferior: id ex eo intelligi poteſt, quod, dum hæc ipſa, quæ ſupra ſcripta ſunt, cogitationes noſtras exhauriunt, exercitoſque habent, tuæque nos res maxime commovent, allatum ad nos eſt, a tuorum militum puſilla ſane manu multa millia Turcarum militum quæ Illyricum vaſtabant, cæſa ad unum interiiſſe: ita, qui tibi ſemel affuit Deus confidere profecto debes, eum tibi poſthac, rite præſertim atque ſuppliciter precanti, non defuturum. Cujus nos in terris vicarium gerentes, fratreſque noſtri Cardinales, ut ad id redeamus, quod initio diximus, nihil eorum, quæ ad tui, qui nobis es chariſſimus, regnorumque tuorum, quæ profecto totius Chriſtianæ reipublicæ quaſi valli & muri ſane ſolidi contra illorum impetum ſemper fuere, propugnationem & defenſionem attineat, omittemus.*

Monetur ut præcipuam in Deo ſpem collocet.

Cæſi in Illyrico Turcæ.

Creaveramus autem jam, atequam tuas ipſas literas accepiſſemus, rumore tantum ejus rei audito, qui ad nos incertis authoribus & privatorum literis afferebatur, utpote tuis de rebus etiam ad primas ejuſmodi voces plane ſoliciti, Thomam Cardinalem Strigonienſem, qui legatum noſtrum tuis in regnis ageret; cujus tu prudentiam, diligentiam, fidelitatem erga te plurimis maximiſque in rebus optime omnium cognoviſti; ut iis, quæ nunciabantur de imminente regnis tuis periculo obviam celeriter iretur. Is, tametſi jam ſe ad iter explicabat per ſeſe, mandavi tamen ei acceptis tuis literis, ut id etiam diligentius maturiuſque contenderet; in quo quidem ita nobis morem gerit, ut nihil illo fieri poſſit ardentius: ex eo plenius noſtram in te tuaſque res paternam voluntatem, & ſtudioſiſſimum bene conſulendi Chriſtianæ reipublicæ animum cognoſces, pro qua tuenda, atque in ea, in qua oportebat pace tranquillitateque reſtituenda, neque operæ, neque vigiliis, neque laboribus parcemus, libentiſſimeque in ea cura & adminiſtratione vitam poſuerimus. Vale. Dat. non. ſeptembris MDXIII. *pontificatus noſtri anno* I. *Romæ.* LXVI.

Ex-

LXVII. (a) L. 16. bull. p. 53. Extant ad eundem Thomam Cardinalem pontificiæ literæ (a) de Germanis, Hungaris, Bohemis, Polonis, Danis, Suecis, Norvegis, Pruſſis, Ruſſis & Moſcovitis mutuo fœdere in Turcam aſſiduis graſſationibus infeſtantem Hungaros & Illyricos, atque in Tartaros in Poloniam crebras excurſiones agentes conjungendis, quarum exemplum hoc eſt.

Dilecto filio Thomæ tit. S. Martini in montibus presbytero Cardinali Strigonienſi ac patriarchæ Conſtantinopolitano, ad chariſſimos in Chriſto filios Wladislaum Hungariæ & Bohemiæ, ac Sigiſmundum Poloniæ Reges illuſtres univerſaque eorum regna & dominia Wallachiam, Sleſiam, Luſaciam, Moraviam, Tranſylvaniam, ac Sclavoniam & Croatiam, Dalmatiam, Pruſſiam, Livoniam, Lituaniam, Ruſſiam, Moſcoviam, omneſque & ſingulas illorum regnorum civitates, terras, oppida, & loca, atque alia eis adiacentia, nec non ad Daciæ, Norvegiæ, Sueciæ Reges, & regna, noſtro & Apoſtolicæ ſedis legato ſalutem, &c.

Cum Hungariæ Poloniæque regnum & privatim illorum regnorum literis & nuntiis ex relatione fidedignorum illarum partium nuper, non abſque animi noſtri diſplicentia, ad noſtras aures pervenerit, immaniſſimos orthodoxæ fidei hoſtes duces ſupernorum temporum victoriis elatos, Chriſtianam religionem extinguere conari, ac Tartarorum ſeptentrionalium irruptio in Poloniam. *ejus cultorum innocentiſſimum ſanguinem indefeſſa rabie ſitire, Tartaroſque etiam glacialis Oceani accolas immenſa peditum & equitum manu dictorum regnorum fines crebris incurſionibus vexare, igni ferroque vaſtare, continuoque novos moliri apparatus, ut ad primam occaſionem impio ac deteſtabili bello occupatis inter ſe principibus Chriſtianis, dicta regna & præcipue Turci Hungariæ regnum, quod ſemper Chriſtianæ religionis vallum & antemurale eſt habitum, maximis comparatis exercitibus aggrediantur, eoque perdomito ad cætera eis facilior aditus pateat; dudumque nonnulla ipſius regni oppida & caſtra* Arces in Hungaria & Illyrico captæ a Turcis. *Treberuck, Theſſum, Barka, Sokol, Waia, & in Croatia Dalmatiaque provinciis Siin & Chaſiana, quæ ſitu locique natura admodum munita viginti quinque millibus aut circiter paſſuum a Spalatro diſtat, quod eſt Venetæ ditionis, & plura alia vi partim, partim dolo ceperint, totamque non ſolum Hungariam, Croatiam, & Dalmatiam, verum Sclavoniam, ac finitimas eis & adiacentes provincias & populos metu conſternarint, ſimulque eu ſuperioribus ſeptentrionum partibus iidem Tartari, pugnaces quidem, ſed Schythica execrabiliſque colluvies, qui cum iiſdem ſentiunt Turcis, & non animis ſolum ad perſequendum Chriſti fidem & extollendam ſpurciſſimi Mahumethi ſectam, ſed affinitatibus conjuncti Poloniæ regnum validiſſimo equitatu invaſerunt, non abſque illorum regnorum periculo: ad quorum impetus reprimendos Wladislaus & Sigiſmundus Reges præfati cum univerſa procerum atque ipſorum regnorum nobilium manu menſibus ſuperioribus armati obviam proceſſere;* Fœdus initum a Tartaris Turciſque pro delendo Chriſti nomine. *conſiderantes & intra mentis noſtræ arcana ſolerti indagine pro jugi nobis, licet immeritis, a Deo commiſſa cura animo revolventes, non ſine ſumma diſplicentia innumeras ſtrages populorum, terrarum clades, & ingentem Chriſtiani ſanguinis effuſionem, & alia innumera detrimenta, quibus prædicta regna & fideles populi afficiuntur, & ne in dies magis ac magis afficiantur, magnopere formidamus* nonnullis in eam ſententiam interjectis additur *habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, licet tua præſentia non abſque noſtra incommoditate carere poſſumus, tamen communi bono & Chriſtianæ reipublicæ utilitati conſulentes, te ad ipſos Reges & regna, dominia, provincias & loca dictis regnis ſubiecta & eis adjacentia tanquam pacis angelum noſtro & hujus ſanctæ ſedis Apoſtolicæ nominibus, ad ſumendam & faciendam in Turcos & Tartaros ſanctam & in primis neceſſariam expeditionem, aut ubi ſibi magis neceſſarium videbitur, ad integrum triennium inchoandum a data præſentium, legatum de latere cum omnimoda poteſtate, & quantum de jure quam de conſuetudine legati de latere habere conſueverunt, creamus & deputamus, &c. Dat. Romæ, &c. MDXIII. id. julii pontificatus noſtri anno 1.* Legatus mutuo fœdere Reges conjungere juſſus.

LXVIII. (b) Leo X. bull. 16. p. 33. Inſtructus (b) eſt inter alia ampliſſimis mandatis, ut adverſus hæreticos judicia exerceret, orthodoxæque religionis dignitatem adverſus impios aſſereret; tum in ſimoniacis fraudibus inquinatos, & pontificiorum diplomatum adulteratores implorato principum auxilio animadverteret. Agebatur vero maxime in Bohemia de Calixtinorum Huſſitarumque reliquiis Eccleſiæ conciliandis, maxime cum adverſus Selymum, qui ad religionem Chriſtianam extinguendam ſacrilego & impio voto ſe obſtrinxerat, univerſi arma expedire deberent; cumque ſectarii illi inanes afferrent fucos ad colorandum crimen defectionis a Romana eccleſia, quod pactiones a Baſileenſi concilio initæ reſcinderentur, Leo Cardinalem legatum pro inſtaurandis iis pactionibus, modo non reſcinderentur a ſchiſmaticis, poteſtate auxit (c); ita tamen, ut ſin- (c) Leo X. bull. 16. p. 56.

gula

Digitized by Google

gula ad concilium Lateranenſe referrentur.

Thomæ tit. S. Martini in montibus presbytero Cardinali Strigonienſi ac patriarchæ Conſtantinopolitano ad Hungariam, Poloniam, & Bohemiam noſtro & A. S. L. de latere.

LXIX. *Cum nos nuper literis & certiſſima fama & nuntiis acceperimus, perpetuum & perfidiſſimum Chriſtiani nominis hoſtem Selinſatz, alterum Mahumetem Turcorum inexplebili dominandi ſiti, & cupiditate, elato ſpiritu ſuperiorum temporum victoriis Chriſtianam plebem quotidie magis ac magis lacerare, ejuſque innocentiſſimum ſanguinem impiis gladiis haurire ſuperbeque jactare, etiam ſacrilego interpoſito jureiurando, regnum Hungariæ quod ſemper vallum & Chriſtianæ religionis propugnaculum habitum eſt, ſe protinus invaſurum, ſuiſque ſubjecturum armis & proculcaturum: quinimmo Chriſtianum nomen delere, ſicque denuo, uti illorum Regum literis ſignificatum eſt, Tartaros Poloniæ, Turcas Hungariæ regnorum fines diripere, igni ferroque vaſtare; ita quod niſi audacibus eorum conatibus propere occurratur conjunctis Chriſtianorum principum viribus, valde timendum ſit, ut per dilationes & moras adverſus acerrimos hujuſmodi conatus omnis deinceps proviſio & defenſio ſera futura ſit. Igitur nos qui ejuſdem Redemptoris noſtri licet non paribus B. Petro meritis, poteſtate tamen pari gerimus in terris pro jugi nobis a Deo commiſſa cura, ac ſimiliter Chriſtianæ fidei & religionis conſervationem aſſidue cogitantes, & ardentiſſime cupientes, & quod generalem expeditionem, quam meditamur, in præſentiarum ſumere non valemus, diſſidentibus inter ſe exercendis armis principibus Chriſtianis, tamen pro noſtro paſtorali officio prædictis Regibus & regnis tantiſper ſuccurrendum, quoad implacabilium hoſtium conatus retardentur, te tanquam pacis angelum ad dictos Reges & regna noſtrum & Apoſtolicæ ſedis legatum de latere duximus proxime deſtinandum. Cæterum cum interim matura conſideratione intra noſtræ mentis arcana revolveremus inter alia, quæ etiam noſtræ curæ & ſolicitudini gravia incumbunt, Bohemiæ regnum ac Moraviam nullo pacto eſſe diutius negligendum, & quod olim catholicum in quoſdam errores e pluribus annis & hæreticam labem lapſum inimico humani generis operante cognoſcitur: qui ſane in Conſtantienſi concilio, & deinde in Baſileenſi damnati & improbati fuerunt, ſi eis depoſitis ad obedientiam ſanctæ matris militantis Eccleſiæ reducatur, & a nobis exemplo boni paſtoris, qui relictis nonaginta novem ovibus in deſerto, unam præcipue errantem ſecutus eſt, in unionem & gremium Apoſtolicæ ſedis recipiatur, ac paterno affectu foveatur, & tanquam filius peregre profectus convivio vituli ſaginati appoſitis ſalubrioris fidei cibis excipiatur, deſuper plaudentibus angelorum choris, tam ad ſalutem animarum commiſſæ plebis, quæ deviat a veris paſcuis, quam etiam ad honorem hujus ſanctæ ſedis & decus pertinere: cogitanteſque etiam quod tu, qui defenſionis hujuſmodi fidei cauſa, ut præfertur, ad dictos Reges & regna legatus de latere deſtinatus exiſtis; ubi pro exigentia & neceſſitate rei illis regnis, immo verius Chriſtianæ religioni provideas, & pro ſingulari tua prudentia, magnitudine animi, & conſiliis, Turcarum & Tartarorum conatibus Chriſticolarum arma objeceris, & ea provide ordinaveris, quæ ad bellum & defenſionem contra eoſdem hoſtes videbuntur opportuna, ſi in hoc ſanctum & Deo in primis acceptiſſimum opus incubueris, ac pacis & fidei authore cœlitus inſpirante omnem errorum materiam ſuſtuleris, & in bonum unitatis & ſalutaris concordiæ communitate ac dicti regni Bohemiæ barones, nobiles, militares ac univerſitates dicti regni ac privatos civitatum præſides & juratos, aliarumque terrarum & oppidorum officiales ac alios quoſcumque cives ſive populares cujuſcumque gradus, ordinis, & præeminentiæ exiſtant, eorumque complices & ſequaces ad veram Chriſti fidem reducere, & in rectam ſemitam revocare curaveris, tanto id per te facilius fieri poſſe, quanto majoris fidei, exiſtimationis, & authoritatis præſtas apud ipſos Reges & regna Bohemiæ regno contigua de tua circumſpectione, prudentia, uſu rerum nobis in arduis eximia probitate & fide cognitis & perſpectis, ſumentes in Domino fiduciam, quodque ſcies & poteris fluctuantes errorum turbines diſcutere & ſedare ac regnum ipſum in formam priſtini decoris reſtituere; confidentes etiam in Domino, quod cum regnum ipſum ad obedientiam ſanctæ Romanæ militantis Eccleſiæ redieris, cum bellicoſum ſemper habitum ſit, non tam pro mundana gloria, quam etiam adverſus infideles pugnando ſibi peperit, quam pro fidei catholicæ defenſione contra Turcas & Tartaros communes hoſtes prævio invictæ crucis vexillo cum cæteris Chriſtifidelibus inſurget; tibi cum omnibus & ſingulis dicti regni, & Moraviæ, & partium adjacentium, cujuſcumque gradus & conditionis exiſtant, ad veræ fidei lumen redire, & ejuſmodi errores deſerere & obviare volentibus eis, recepto ab ipſis abjuratione hæreſis & errorum legitime facienda, præſtandoque per*

eos

Sacrilegum jusjurandum a Selimo conceptum.

Concitati ab eo in Polonos Tartari.

De conciliandis Bohemorum & Moravorum reliquiis actum.

Impoſita Cardinali Strigonienſi ca provincia.

Collata illi authoritas pro iis conciliandis eccleſiæ.

eos juramento, quod talia per ſe deinceps non committent vel aliis talia committentibus conſilium, auxilium vel favorem per ſe præſtabunt, & alias in forma Eccleſiæ conſueta abſolvendi, & ad noſtrum & ejuſdem Eccleſiæ gremium, necnon gratiam & benedictionem prædictæ ſedis reſtituendi, & infra, *plenam & liberam tenore præſentium concedimus facultatem, authoritatem & poteſtatem. Dat. Romæ anno incarnationis dominicæ* MDXIII. *XV. kal. octobris pontificatus noſtri anno 1.*

LXX. Qui vero eſſent articuli controverſi inter hæreticos vel ſchiſmaticos, ac Romanam eccleſiam in Baſileenſis concilii repetita hiſtoria antea dictum eſt: a Leone vero eximie nunc recenſentur, & quæ concedi illis poſſent, vel quæ nulla ratione concedenda eſſent diſtinxit.

Leo epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Thomæ tit. S. Martini in montibus presbytero Cardinali, ad partes Hungariæ & Bohemiæ noſtro & Apoſtolicæ ſedis legato ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Cum te ad partes Bohemiæ tanquam pacis Angelum & nuncium pro urgentibus & graviſſimis etiam Chriſtianam religionem concernentibus negotiis deſtinaverimus de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, inter cætera peragenda fraternitati tuæ commiſerimus, ut dictos Bohemos ab unitate Eccleſiæ & rectitudine veræ fidei deviantes in viam ſalutis & veritatis reducere conareris; & cum aliqui articuli importantiæ & graviſſimi momenti cum eis per te noſtro nomine tractandi veniant & diſcutiendi, expediens judicavimus prædeceſſorum noſtrorum exemplo pro majori noſtra excuſatione, nec non ſatisfactione & tui ſecuritate, illos ſub plumbo in forma literarum apoſtolicarum per nos, tamen de venerabilium fratrum noſtrorum conſenſu examinatos & diſcuſſos in congregationibus, & deinde in ſacro conſiſtorio noſtro ſecreto, inſerere & annotare; quorum tenor talis eſt. In concilio Conſtantienſi fuerunt damnati quadraginta quinque articuli Joannis Wyclef, & triginta Joannis Hus, qui ponuntur in fine concilii Conſtantienſis, & in tertia decima ſeſſione ejuſdem definitum eſt, quod populus laicus ſolum ſub una ſpecie communicetur. Deinde in concilio Baſilienſi venientibus Bohemis cum ſalvo ductu concilii diſputatum eſt diverſis vicibus, quater cum ad illud concilium oratores Bohemi venerunt in ſex annis, & diſputationes fuerunt ſolum de quatuor articulis ſuis; omnes enim alios articulos damnatos Conſtantiæ vel alios quoslibet dicebant non eſſe articulos regni ſui.

Articuli cum Bohemis diſcuſſi.

Damnati articuli Wicleffi & Huſſi.

Primus ergo articulus fuit de communione Euchariſtiæ: videtur quod ſub utraque ſpecie eſſet utilis & neceſſaria etiam populo laicali, etiam pueris & amentibus. Fuit in hoc articulo acriter diſputatum: tandem etiam ſub canone definitum eſt in concilio Baſilienſi trigeſima ſeſſione, quod non aſtringuntur fideles communicantes tantum, & non conficientes, ex neceſſitate divini præcepti ſub utraque ſpecie communicare; ſed Eccleſia quæ regitur ſpiritu veritatis habet ordinare quomodo ipſis non conficientibus Euchariſtia miniſtretur, & ſive in una ſive in duabus exhibita proficit digne communicantibus ad ſalutem, nec ullatenus ambigendum eſſe ſub qualibet ſpecierum ſacramenti totum Chriſtum contineri, & ſumi, conſuetudinemque antiquam eccleſiæ Romanæ de communicatione populi laicalis ſub unica ſpecie panis laudabilem & rationalem eſſe & pro lege habendam; nec illam reprobare aut mutare ſine eccleſiaſtica authoritate alicui licere; in ſecretis tamen mandatis & inſtructionibus, ut ab aliquibus aſſeritur, ſi in aliis Bohemi cum Eccleſiæ unitate convenirent, permittebatur Bohemis clericis populum ſuum laicalem ſub utraque ſpecie communicare, dum crederent ſub qualibet totum Chriſtum contineri, & communicantes ſub altera tantum ſpecie non errare. Et in hoc articulo poſſet idem hoc tractari cum ipſis ad præſens, ſi in aliis Bohemi cum Eccleſia unitate convenirent ac nobis concluſione cum ipſis habita referri, ut ſi nobis expedire videbitur, omnibus conſideratis in hoc ſacro Lateranenſi concilio votive concedi & determinari poſſet. De pueris vero non potentibus ſe probare, & in amentibus non habentibus dilucida intervalla, videtur graviſſimum, quod communicentur propter periculum irreverentiæ & everſionis, aut expuitionis, vel vomitus: quod & Baſilienſes deſiderantes multum Bohemis ſatisfacere, non auſi ſunt permittere: ideo non videtur tutum aliquid ſuper hoc concedere, ſed per circumſpectionem tuam perſuaſionibus & rationibus ſanis, ut ab hoc errore recedant moveri poterunt & induci ad hoc ſervandum, vel ut abſtineant velut a re multum ſcandaloſa.

Articuli circa communionem utriuſque ſpeciei.

Non licuit propria authoritate mutare uſum communionis ſub una ſpecie. Si in cæteris convenirent Bohemi de uſu calicis agendum in concil. Later.

Cur negata pueris Euchariſtia.

Secundus articulus Bohemorum fuit, quod peccata mortalia publica eſſent omnino punienda & cohibenda, etiam per inferiores, ſuperioribus non providentibus; de quo in concilio Baſilienſi ſatis diſputatum eſt: & quamvis non ſub canone interloquendum, tamen & in cedulis ſcriptis, & organo præſidentis concilium declaravit, quod peccata mortalia publica ſecundum legem Dei, & ſanctorum docu- LXXI. Controverſia de peccatis.

Digitized by Google

Punitio eorum ſpectat tantummodo ad jus habentes.

menta doctorum, quantum rationabiliter fieri poſſet, eſſent omnino cohibenda, ac corripienda; poteſtas tamen puniendi criminoſos, non ad privatas perſonas, ſed ad habentes juriſdictionem in eis juris ordine ſervato reſervaretur.

LXXII. Controverſia de verbo Dei prædicando.

Tertius articulus de prædicatione verbi Dei, quod videlicet verbum Dei a ſacerdotibus Domini & levitis idoneis libere ac fideliter prædicetur, qui etiam in concilio ſub canone non eſt definitus, ſed ſimiliter verbo in diſputationibus, & deinde organo præſidentis declaratus, quod verbum Dei a ſacerdotibus & levitis idoneis, & per ſuperiores probatis & miſſis libere, non tamen paſſim, ſed ordinate ac fideliter prædicetur ſalva authoritate Pontificis, qui eſt præordinator cunctorum in Eccleſia ſecundum ſanctorum patrum inſtituta.

Illius deciſio.

LXXIII. Controverſia de poſſeſſionibus eccleſiaſticorum.

Quartus articulus de poſſeſſionibus eccleſiæ, num liceat clero ſub tempore legis gratiæ in bonis temporalibus ſæculariter & civiliter dominari, ſimiliter non fuit per canonem definitus: ſed in diſputationibus per cedulas ac organo præſidentis declaratus eſt, quod liceret clericis & Eccleſiæ habere dominia temporalia & poſſeſſiones: & hoc dixit præſidens concilii oratorem Bohemum reſpondentem de hoc articulo admiſiſſe, ſed feciſſe vim in proprietate dominii civilis, ita ut clerici ſub proprietate termini dominii civilis ſint tantum adminiſtratores bonorum eccleſiæ, & illa debent fideliter adminiſtrare juxta ſanctorum patrum ſalubria inſtituta; quæ tamen bona ab aliis, quam ab iis quibus eorum adminiſtratio canonice commiſſa eſt, uſurpari ſine reatu ſacrilegii non poſſunt. Tamen in hoc articulo, in quo eſt major difficultas, & qui maxime facit Bohemos non facile ab erroribus reſilire, & quo ſublato facilius ab aliis erroribus reducerentur ad ſanam doctrinam, & catholicæ fidei obſervantiam, omni diligentia per te invigilandum eſt, ut ab hoc errore recedant; & propterea poſſet tentari aliqua concordia, ut videlicet dum in aliis Bohemi prout eſt dictum cum eccleſia convenirent & nunc aliquas eccleſias erigerent, vel deſtructas inſtaurarent & reficerent, & epiſcopis & ſacerdotibus aliquibus inſtituendis ſub ratione alimentorum competenter providerent, & pro concordia præteritorum fructuum uſurpatorum ad minus ad unum annum exercitum decem millium vel quinque millium armatorum contra Turcos expedirent, & tenerent data illis media ſolutione ſtipendii, vel quomodo melius concordaveris omnes præteriti fructus dictis Bohemis, ſub iſto prætextu tute poſſent remitti; & quod inducerentur pro nunc ſuaſionibus & rationibus per circumſpectionem tuam ad reſtituendum eccleſiis tam Metropolitanis, quam aliis cathedralibus, & dignitatibus, ac canonicatibus, & aliis parrochialibus erigendis & inſtituendis, aut inſtaurandis & monaſteriis, medietatem, vel certam partem dictorum bonorum occupatorum pro dotibus dictarum eccleſiarum & beneficiorum, & ſuſtentatione miniſtrorum vel ſaltem quartam prout melius fieri poſſet rationibus & exemplis & authoritatibus ſanctorum, & ſacræ ſcripturæ, ac univerſalis Eccleſiæ obſervatione eos ad hoc inducendo. Item quod crederent, permitterent, & conſentirent in futurum, Eccleſiam eſſe capacem ſucceſſionis, vel acquiſitionis bonorum temporalium, quocumque titulo ultimarum voluntatum, vel inter vivos, videlicet teſtamento, legationum, donationum mortis cauſa, vel inter vivos, vel per alios contractus, prout jura permittunt indifferenter; ita quod ſi in poſterum relinquantur Eccleſiis, poſſint & illa tuto retinere. De reliquis vero bonis eccleſiaſticis per ipſos detentis & occupatis poſſet polliceri eis, quod per ſedem Apoſtolicam & nos ex juſtis cauſis, videlicet quia ſunt in confinibus infidelium, præſertim Turcorum, & ſunt parati quocumque tempore militare contra illos cum quinque vel decem millibus pro expenſis vel medio ſtipendio, dum occurrit caſus dari eiſdem in feudum vel emphyteoſim, vel cenſum in ſecundam & tertiam generationem ſub aliqua annua recognitione modici momenti; cum hoc tamen quod illis decedentibus ſine filiis, nepotibus, & pronepotibus maſculis dicta bona revertantur ad Eccleſiam, & poſſint vel debeant arbitrio prælatorum in totum vel pro parte aliis infeudari vel retineri pro Eccleſiæ dote: & hoc poſtmodum ad nos delatum propter rei gravitatem approbante ſacro concilio Lateranenſi, ad majus robur & authoritatem determinari & concedi poſſit ex iſtis & aliis cauſis, prout nobis videbitur poſtquam per te concluſum, opportunum fuerit cum illis: & de hoc nos certiores facti ante concluſionem perficiendam, quam omnino differri volumus per te, quouſque de ſingulis nos certiores feceris, & a nobis reſponſum fuerit.

An dominium civile iis competat.

Bohemi ab hæreſi non reſipuere obtetenta bona eccleſiarum.

Quæ concordiæ leges pro lite ſopienda propoſitæ.

Exactum ab iis ut credant Eccleſiam capacem ſucceſſionis vel acquiſitionis.

Actum de permittendis eccleſiaſticis bonis antiquitus occupatis ſub nomine emphyteuſeos.

LXXIV. De articulis aliis damnatis negata ulla concordiæ ratio. Sacerdotibus converſis ab hæreſi indultum circa officium eccleſ.

In aliis vero articulis Bohemorum antiquis per ſacra generalia concilia damnatis, nec diſputatio nec contractus concordiæ admittatur, niſi voluerint compactata Germaniæ, quæ illis offerri poterunt, ſi etiam aliquas relevationes ſeu diſpenſationes viciniorum vel graduum matrimonialium aut obſervationes feſtorum, aut officii longioris eccleſiaſtici in ſacerdotibus; in his enim ii, qui nunquam in fide catho-

lica

De ritibus & imaginibus decretum ut conveniant cum cathol.

lica permanſerunt, poterunt obligari ſine cenſuris vel culpa mortali [prout S. Dominicus fecit in præceptis rerum indifferentium in ſua regula] dum in quatuordecim articulis fidei, & ſeptem ſacramentis Eccleſiæ, ac decem præceptis decalogi, & ſacra Scriptura ac ritibus communibus Eccleſiæ de imaginibus, crucibus, aqua benedicta, pacis oſculo poſt agnus Dei, & reliquis omnibus cum Eccleſia conveniant.

LXXV. Cur Baſilienſes circa tres ultimos articulos decreta non ediderint.

Patres vero Baſilienſis concilii in his tribus articulis ultimis Bohemorum non diffiniverunt per canones aut decreta, quod in illis bene intellectis, ut ſupra, modice differebant ab Eccleſia. Et quia oratores Bohemorum venientes ad concilium & redeuntes celeriter ad patriam ſuam rogabant, ut diffinitionem patres concilii ſuſpenderent, quouſque ipſi cum baronibus & populo Bohemorum, ex quo rationes Eccleſiæ jam audiverant, & de illis edocti erant, rem tractatibus concordarent, adeoque & definitionem communionis, quæ rectius fidem ſpectabat, patres ipſi Baſilienſes ſub canone, non niſi poſtquam diſceſſerunt, ultimo oratores Bohemorum diffinierunt & conſtituerunt, quamvis ipſis præſentibus in omnibus quatuor articulis evidentiſſime ipſi ſynodales Patres diſputando ſuperaverint, & evicerint ipſos Bohemos, ac verbo vel cedulis interloquendo ſuperiores deciſiones fecerint. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis dominicæ MDXIII. XII. *kal. octobris pontificatus noſtri annu* 1. Monitos Bohemos, ut oratores ad concilium Lateranenſe ad controverſias fidei dirimendas mitterent, ſi a legato apoſtolico concordia redintegrari non poſſet, poſtea videbimus: ſed male ſopitum ignem flabello Lutheri poſtea ingenti catholicæ religionis & Germaniæ detrimento latius flammas ſparſiſſe, ſuo loco dicetur.

LXXVI. Concitati vero fuerant in arma Bohemi ſeu hæretici ſeu catholici a Ludovico Gallorum Rege, de quo ſupra dictum eſt, adverſus Maximilianum Cæſarem, a quo premebatur, ut a Gallico & Italico bello eum diſtraheret: ſed cum inde hæretici viribus augerentur, inque pertinacia magis obdureſcerent, Leo Wladislaum Bohemiæ Regem præmonuit (*a*), ut eos motus compeſceret, ne Bohemi eas cenſuras contraherent, quæ adverſus ſchiſmaticos fuerant conſtitutæ.

(*a*) *Apud Petr. Bemb. l.* 1. *ep.* 21.

Bohemi hæretici in arma concitati a ſchiſmaticis in Maximilian.

Wladislao Pannoniæ Bohemiæque Regi.

Nuntiatum nobis eſt, certos Bohemorum militum duces magnis pollicitationibus per fautores ſchiſmatis excitatos bellum cogitare; quu bello ſchiſmaticis auxilio ſint: cumque iis conjuncti populos recte ſentientes quique nobis parent, aggrediantur, remque Chriſtianam exagitent atque perturbent; id nos ægre moleſteque ferentes, qui quidem a Deo vocati ut Chriſti vicarium geramus, Chriſtiani gregis incolumitati ſalutique conſulere in primis debemus, magnopere te hortamur, abs teque amanter ac vere patrio animo petimus, ut eos Bohemorum motus comprimas, ardoremque animorum malis artibus ſolicitatum reſtinguas; duceſque illos in officio contineas, nam ſi ſe ſchiſmaticis adiunxerint præterquam quod pœnam a Julio Pontifice maximo ſchiſmaticis conſtitutam ipſi committent, nos etiam pro noſtri ufficii ratione quin eos ſacris interdicamus, pœniſque graviſſimis dedamus, facere non poterimus. Erit itaque optimum, ac propter tuam & eximiam in rebus omnibus prudentiam, ac perpetuam in Romanos Pontifices pietatem expectatum abs te vel plane etiam poſtulatum, & tum illis ſalutare, tum tibi ad laudem & gloriam ampliſſimam des operam, ut Bohemis meliora cogitantibus facilius contra hoſtes Chriſtiani nominis noſtra arma converti poſſint, &c. Dat. kal. aprilis MDXIII. pontificatus noſtri annu 1. *Romæ.*

Wladislaus Rex monitus, ut eos compeſcat.

LXXVII. Dum longinqua regna legatorum opera componere nititur Leo, ipſemet proximos Italiæ motus comprimere ſtuduit. Diſceptabant Veneti (*b*) cum Maximiliano Cæſare de veteri plurium urbium poſſeſſione, atque ab Hiſpanis, Helvetiis, Germanis, quibus etiam ſtudebat Leo, ut ejus literæ pro ſubmittendis Veronam, quam tenebat Cæſar Bononienſium auxiliis oſtendunt (*c*), timore perterriti Pontificem ſuarum cum Maximiliano controverſiarum arbitrum delegerunt: quam provinciam Leo lubens admiſit, ut ejus ad Petrum Bibienam apud Venetos internuntium apoſtolicum datæ literæ oſtendunt (*d*).

Pulſis Gallis Cæſar cum Venetis de præda certat.

(*b*) *Pet. Juſt. hiſt. Venet. lib.* 11. *Guicciard. lib.* 12.
(*c*) *Ext. apud Petr. Bemb. lib.* 3. *ep.* 12.
(*d*) *Apud eund. lib.* 3. *ep.* 11.

Petro Bibienæ.

Quam nobis gratum atque optatum accidit, id quod heri eu Venetorum legatu, publiciſque iſtius ſenatus atque tuis literis intelleximus, cum ſcilicet ſenatum remque publicam nobis arbitris ſuarum cum Maximiliano Romanorum Imperatore deſignato diſcordiarum, quæ quidem diutius, quam oportebat viguerunt, cauſam cognitionemque permiſiſſe: eoque accepto nuntio valde gaviſi ſumus; cum propterea quod iſta reſpublica ſenatuſque illuſtris, qui prudentiſſimus atque graviſſimus ſemper fuit, de noſtra in ſe vetere benevolentia tantum ſpei atque fiduciæ conceperit, ut ſuarum maximarum controverſiarum, atque rerum ſummam nobis eſſe plane credendam ſtatueris, eum quia magnopere confidimus, eu ea

Venetorum cum Cæſare controverſiæ arbiter Pontifex.

re ipſis quidem primum atque eorum oppidis & municipiis, omnique imperio, Italicis deinde rebus magna ex parte diuturno bello contritis atque labentibus, toti demum Chriſtianæ reipublicæ plurimas eſſe levationes, maximaſque utilitates proventuras. Dabimus equidem ipſi operam, ut hujus ipſorum de nobis judicii tem illuſtris tamque præclari eos nunquam pœniteat, &c. Datum. III. *kal. octobris anno* 1. *Roma.*

LXXVIII. (a) Pet. Juſt. lib. 11. Guicciard. lib. 11. Patavium contra Cæſareos defenſum. (b) Id. ib. Nicol. Baſ. in addit ad Naucl. Marian. l. 30. c. 21. Acie victi Veneti. (c) Par. t. 4. pag. 65. Negatum Cæſareis agendas Romæ ſolemnes pro victoria grates.

Interea ſicuti Verona Venetorum, ita Patavium Germanorum Hiſpanorumque hoſtiles impreſſiones eluſere (*a*): demum Raymundus Cardona prorex Neapolitanus Hiſpanorum vires in Vicentinum agrum effudit (*b*), ac paucis poſt exaratas ſuperiores literas diebus, nempe ſeptima octobris Venetum exercitum, cui Bartholomæus Alvianus ſummo cum imperio præerat, cruento prælio fudit; de qua victoria promulgata Romæ hæc tradit Paris de Graſſis (*c*): *Die jovis* XIII. *octobris cum heri nova veniſſent de victoria habita per Hiſpanos & Alemannos ac exercitum Papæ contra Venetos Regi Gallo confœderatos, & placuiſſet Cardinalibus & oratoribus prædictorum Regum Romanorum & Hiſpaniæ, & aliis indigenis, ſimilem miſſam in gratiarum actione pro ſimili victoria celebrare, ego ſimiliter, ac ardentius obſtiti, dicens Venetos non eſſe hoſtes Romanæ eccleſiæ, nec ſchiſmaticos declaratos; ideo deſiſtendum a gratiarum actione in Deum, ſed potius exequiis celebrandis incumbendum.* Et infra: *Denique Papam conſului in conſiſtorio ſtolatum & ſedentem, quid agi placeret: & reſpondit primo quod a memetipſo dicerem Cardinalibus prima vice congregandis, non licere eis in tali caſu facere, niſi quod viderent facientem Pontificem, & quod ego mandarem, ac quod inhiberem eis ne ſecus facerent.*

LXXIX. Multæ urbes occupatæ ab Hiſpanis. (d) Petr. Juſt. l. 11. Guicciard. l. 11. (e) Ext. apud Petr. Bemb. l. 4. ep. 24.

Everſæ ſunt admodum Hiſpana vi res Venetæ; quippe Vicentia, Bergomum, Brixia, aliaque loca ad victorem inclinarunt (*d*): Pontifex vero, quem pacis arbitrum deſignatum vidimus, redintegrandæ concordiæ percupidus Hiſpanum Cæſaris fœdere junctum continere, ne tot cladibus Italiam atterere, paciſque confundere conſilia pergeret, hiſce literis (*e*) conatus eſt.

Raymundo Cardonæ proregi Neapolis.

Raymundus Cardona poſtulatus de pace.

Cum id noſtrum conſilium ſemper fuerit, ut inter Maximilianum Romanorum Imperatorem deſignatum, & Leonardum Lauredanum Venetorum principem diſcordiæ, quas quidem uterque diutius quam opus fuerat exercuit, fœdere inito componerentur, ut bella cædeſque in Italia deſinerent, pax atque tranquillitas exiſteret, idemque optare prudentiſſimum Regem tuum ſæpenumero intellexerimus; gratiſſimus nobis atque jucundiſſimus is profecto nuntius fuit, quem nuper accepimus, Venetos ſcilicet ad ineundam cum Maximiliano pacem animum induxiſſe, nobiſque arbitris omnem diſcordiarum ſuarum cauſam totiuſque rei ſummam velle permittere; ab hoc enim fonte confidimus plurima eſſe atque maxima Chriſtianæ reipublicæ commoda, ex quibus haurire omnes homines poſſint, propediem emanatura. Hanc eorum voluntatem cum certam propemodum exploratamque habeamus, neque dubitemus, quin illi ea, quæ nuntiantur omnia, ut volumus, ſint confecturi, etiam atque etiam te hortamur, ut magis in ea ſententia Veneti confirmentur, ab armis, atque in Venetos impreſſionibus abſtineas tantiſper, dum ſyngrapham, qua nobis ejus rei poteſtas permittatur, ipſi conficiant. Rogatus ab hoſtili impreſſione in Venetos abſtineat. *Eſt autem prudentiæ tuæ paucorum dierum moram tanti non æſtimare, ut eam ob cauſam ab utriuſque noſtrum diu optatæ, communique conſilio ſuſceptæ, & toti rei Chriſtianæ maxime profuturæ pacis atque fœderis confectio impediatur: quæ quidem mora, ne longior ſit, quam neceſſitas poſtulat, Petro Bibienæ noſtro apud Venetos internuntio mandamus det operam, ut trium aut quatuor dierum ſpatio poſt has ſibi redditas literas, ea quam dicimus ſyngrapha conficiatur, teque illico tota de re certiorem faciat. Tu vero ea intellecta Cæſarianos tuoſque milites uſquequaque continebis, dum pax ipſa fœduſque ſanciatur, &c. Dat.* IV. *kal. novembris anno* 1. *Roma.*

LXXX. Exorant Veneti pacem. (f) Ib. ep. 28. (g) Guicciar. lib. 12. Cæſarei oratoris nimia audacia. (h) Par. mſ. ubi ſup. Gurcenſis cardinalitiam purpuram accipit. Cæſareo nomine obſequia defert.

Miſerant, ut diximus, Veneti ad Pontificem ſyngrapham, qua ipſius arbitrio ſuas cum Maximiliano controverſias permiſere: qua recepta Leo Cardonam ipſum monuit (*f*), ne Venetos ab regio exercitu lædi pateretur. Maximilianum pariter miſſo Romam Gurcenſi Pontificem controverſiarum judicem delegiſſe, ait Guicciardinus (*g*); contractam tamen ferendæ ſententiæ poteſtatem ita voluiſſe, ut ea ipſis inconſultis non promulgaretur. Meminit de Gurcenſi Cardinale Paris (*h*), quem veluti Cæſareum legatum Romam ingredi voluiſſe, contendiſſeque ut urbani magiſtratus ſibi venienti occurrerent; ſed Leonem intentata anathematis pœna id vetuiſſe. Addit etiam illum ſe a Julio ſacra purpura donatum oſtentaſſe, atque Cardinalibus a Leone creatis præire voluiſſe: demum vero cardinalitium galerum a Leonis manu ſolemni ritu accepiſſe; tum etiam Maximiliani nomine Pontifici obedientiam

men-

menſe decembri in Cardinalium publico ſenatu detuliſſe. Quod autem ad ſequeſtrem pacem inter Cæſarem & Venetos attinet, eujus Pontifex interpres erat, latam fuiſſe proximo anno fœderis ſententiam dicetur ſuo loco.

Cæterarum quoque Italiearum rerum, Liguſticarum nempe & Etruſcarum Leo arbiter extitit, ſedavitque pontifieia authoritate Genuenſe bellum. Jam Adurnii a Mediolanenſi & Helvetiis aceeptis copiis caſtra ad urbis mœnia poſt varia tumultuaria prælia promoverant, affectabatque Maximilianus Maria, dux Mediolanenſis Genuæ arcem ſibi dedi ab Octaviano duee Genuenſi, ut eam militari præſidio ad urbem in ſua fide continendam communiret: a quo conſilio eum deducere niſus eſt Leo, ſinceram Octaviani Fregoſii amicitiam illi pollicitus (a): ſed cum flectere illum non poſſet, atque Helveticæ copiæ ab Adurniis conductæ Genuam vexarent, Pontifex qui una cum Hiſpaniarum Rege patrocinium Genuenſium ſuſceperat, proregem Neapolitanum hortatus eſt (b), ne Genuam imperii formam mutare ſineret.

(a) Leo apud Bemb. lib. 3. ep. 19.

Genuæ imperium affectatum a Mediolanenſi.

(b) Ext apud Bemb. lib. 6. ep. 9.

LXXXI.

Raymundo Cerdonæ proregi Neapolis.

Ex literarum Octaviani Genuenſium ducis, illiuſque oppidi decurionum ed nos exemplo, quo in loco ejus civitatis res ſint, propter illorum audaciam, qui perturbare eam armis, collectiſque exercitibus omnia permiſcere aggrediuntur, facile perſpicies. Ea res cum nihilo ſane minus Ferdinandi Regis tui tuamque dignitatem, quorum auſpiciis is, qui nunc viget, ejus urbis ſtatus magna cum omnium civium voluptate fuerat conſtitutus, quam noſtram ipſorum, qui municipium illud in fidem & clientelam recepimus, diminuere lebefactareque videatur, hanc nobis operam ſumpſimus, ut curaremus ut eorum te uihil lateret: quæ cum erunt abs te intellecta & cognita, tui conſilii erit, perferre ne ac perpeti velis tantam indignitatem, ut paucis Galliæ Ciſalpinæ rebus reliquis, quæ turbari fortaſſe poterant, plane jam conſtitutis, teque prope uno in Italia paratiſſimum exercitum hebente cæteris aut ſuperatis, aut communi ſententie bellum tecum edminiſtrantibus, tamen ſint, qui urbem Genuam in noſtram tuamque fidem receptam oppugnare audeant ſub oppidi prope jam mœnibus, atque ipſas ad portas poſitis caſtris. Equidem quod ad nos attinet, eos unde illa, de qua loquimur, armetorum hominum manus ad quietem ejus oppidi avertendam comparari audiebatur, propterea quod eum rerum motum totius Italiæ res turbandi & permiſcendi, ac bellum maximum excitandi noveſque res moliendi afferre initium exiſtimabamus, non unis vel literis vel certis miſſis hominibus monuimus ab incæpto deſiſterent, præſentemque ejus urbis ſtatum noſtræ fidei commiſſum & traditum ne vexarent, exiſtimantes ipſos hortatu noſtro facile quieturos; præſertim cum ſcirent facile in eo non minus Ferdinandi Regis, quam noſtrum nomen dignitatemque convelli, & conteri: triremes etiam noſtras tum ad urbem tuendam miſimus: nunc vero cum neque noſtræ neque Regis tui dignitatis, majeſtatis, nominis ulla ab ipſis ratio habeatur, æquum eſt, te, qui exercitui lectiſſimo atque fortiſſimo præes, ejuſdem cum Regis tum noſtras, tuas denique ipſius partes ſuſcipere, omneſque nos, teque in primis ob injuria tam inſigni præteferre vindicaturum, ne te nominiſque tui amplitudinem pertemque jam gloriam contemnendam quiſpiam poſt hac ducat: quis enim tuæ ſe Regiſque tui fidei creditum tutum ſecurumque exiſtimabit, ſi Genuæ ſtatum tuis armis conſtitutum, in Regis tui fidem receptum viderit vel perverti, vel labefactari? Quamobrem incumbe in eam cogitationem, ſenſuſque tuos omnes atque animum excita, ut oppidum egregium, cujus oppidi otium cæteris Italiæ oppidis quieti, bellum tumultui eſſe maxime poteſt, ab imminenti hoſtium periculo tua diligentia, conſilio, authoritate, armis etiam ſi neceſſe erit, quæ quidem arma hoc tempore tibi præcipue parent, tuis denique opibus eripiatur: quod unum & Regi tuo ſempiternam gloriam pariet, & nobis tam erit gratum, ut nos tibi ea de cauſa plurimum debere ſimus exiſtimaturi. Tibi certe ipſi, nominique tuo megnum ſane ſplendorem magnam authoritatem afferet. Dat. VII. kal. decembris pontificatus noſtri anno 1. Romæ.

Monitus Cardona ne rem Genuenſem convelli patiatur.

LXXXII.

Moniti etiam Helvetii (c), ut Genua diſcederent: verum jam tum confecta res erat; quippe præcedente (d) nocte VII. kal. decembris Adurnii tumultuaria prope ſuga caſtris diſceſſerant, eujus cauſam latuiſſe ait Auguſtinus Juſtinianus, ve-

(c) Ext. apud eund. ep. 12.

(d) Aug. Juſt. l. 6. Foliet. lib. 12.

rum

(a) *Bizar. hiſt. lib.* 28.

Adurniorum expeditio diſſoluta. Lucenſes Pontificis & Hiſp. clientelæ commiſſi.

rum illam aperit Bizarrus (*a*) : [1] *Dux*, nempe Inſuber, *copias ſuas & Helvetii quatuor peditum millia ſubſidio mittebant; verum tantum potuere proregis Neapolitani regni in ducem ipſum minæ, tantumque valuit Pontificis mirum in modum Octaviani partibus faventis apud utroſque gratia & authoritas, ut fruſtratis ipſis Aduriis illa decreta expeditio nullum locum ſortita ſit*. Sedatæ etiam Pontificis authoritate Etruriæ turbæ, ac Lucenſes, qui in Pontificis & Hiſpaniarum Regis clientelam ſe commendarant, pronuntiatis pactionibus, Florentinis conciliati ſunt (*b*). Cæterum Florentia hoc anno tres e ſuis civibus ſacra purpura donatos ſuſpexit; de qua Cardinalium creatione hæc memorat Paris (*c*).

(b) *Guicciar. l.* 11. *in fine*

(c) *Paris t.* 4. *pag.* 58.

LXXXIII. *Die lunæ, quæ fuit* XXIII. *decembris* MDXIII. [2] *ſanctiſſimus dominus noſter Leo quatuor Cardinales creavit*, & infra, *nomina autem Cardinalium quatuor novorum ſunt; Laurentius Puccius nuper datarius natione Florentinus; Julius de Medicis natione Florentinus conſobrinus Papæ*, is in pontificatu Clementis VII. nomen ſibi aſcivit, *Bernardinus* * *de Bibiena Florentinus alumnus Papæ & theſaurarius; Innocentius Cibus nepos Papæ eu ſorore natione Januenſis eu domino Franciſco Cibo filio olim Innocentis Papæ VIII.* De his in Cardinalium ſenatum cooptatis certiorem fecit Leo Ferdinandum Regem Hiſpaniæ hiſce literis (*d*).

Auctum Cardinalium collegium.

* Alii Bernardum vocant.

(d) *Ext. apud Bemb. lib.* 5. *ep.* 7.

Ferdinando Hiſpaniæ Regi.

Scies nos ad XI. *kal. octobris, fratribus noſtris eccleſiæ Romanæ Cardinalibus conſentientibus, Laurentium Puccium familiarem noſtrum a dandis literis, & Julium Medicem archiepiſcopum Florentiæ deſignatum patruelem noſtrum, & Bernardinum Divitium Bibienam queſtorem, atque Innocentium Cibum ſororis noſtræ filium Innocentii Papæ octavi nepotem plurimis maximiſque de cauſis in Cardinalium collegium cooptaviſſe; quorum trium prudentiam, integritatem, agendiſque rebus uſum, atque ſcientiam, virtuteſque cæteras & eſſe tibi perſpectas exiſtimamus, & reipublicæ & honori & præſidio confidimus fore: de Innocentio autem ſperamus fore, ut volumus; habet enim egregiam indolem conjunctam cum optimis moribus, quos ornat literarum & bonarum artium ſtudiis, &c. Dat.* IX. *kal. octobris MDXIII. pontificatus noſtri anno* 1. *Roma.*

Leonis literæ de novis Cardd. creatis.

Inſignitos autem titulis hoſce Cardinales & ſacro ritu initiatos deſcribit Paris de Graſſis (*e*), ſic inquiens: *Die mercurii in conſiſtorii principio Papa dedit titulos & annulos, & clauſit os novis Cardinalibus hoc modo; quia primo legit en libro formam dandi titulum primo preſbytero, & eodem contextu dedit annulum in digito dexteræ manus annullari videlicet reverendiſſimo domino Laurentio Puccio tit. SS. Quatuor coronatorum, tum reverendiſſimo domino Julio de Medicis diacono eccleſiam S. Mariæ in Dominica, inde reverendiſſimo domino Bernardino de Bibiena diacono eccleſiam S. Mariæ in porticu & ultimo reverendiſſimo domino Innocentio Cibo diacono eccleſiam SS. Coſmæ & Damiani: & ita unuſquiſque accepit titulum & annulum & oſculatus eſt pedem, & manum, & os Papæ. Papa autem cum legeret deponebat biretum, & quando illi oſculabantur, rurſus accipiebat illud, quod fuit bene. Quo facto Papa clauſit os novis Cardinalibus ſimpliciter & poſitive abſque lectione, & ego alte diui eiſdem, ut eligerent quam denominationem vellent habere de ſe ipſis, an nomine proprio, ut Aſcanius, Hadrianus; an a tit. ut S. Georgii & S. vitalis; & multi alii, an a vocabulo domus, ut de Graſſis & Medicis: & reſponderunt quod in primo conſiſtorio reſponderent*. Horum denominationes expreſſas in actis concilii Lateranenſis cupidus lector inveniet; namque proximæ ſeſſio-

LXXXIV.

(e) *Paris t.* 4. *pag.* 62.

Qui tituli iis collati.

NOTÆ [1] CUr Helvetii arma ſubito e Genuæ obſidione retraxerint cauſam nec ſatis exploratam tunc pariter fuiſſe, cum res agebatur teſtatur Bartholomæus Senarega in hiſtoria de rebus Genuenſibus cujus hæc ſunt verba: *Hujus ſubiti diſceſſus alii alias cauſas eſſe crediderunt, nam quidam arbitrati ſunt externum militem mercede conductum non ſoluto ſtipendio pugnare periculiſque ſe objicere recuſaſſe. Alii Helvetiorum militum Adurnos & Fliſcos ſuſpectam fidem habuiſſe, qui ad mille in caſtris erant.* MANSI

[2] MEndum irrepſiſſe in fragmentum illud diarii Paridis Craſſi, hic ab Annaliſta productum, nemo prudens negaverit. Neque enim decembri menſe renunciari primo novi illi cardinales potuerunt, cum electionis illorum pontifex in ſuis literis, hic recitatis, datiſque IX. Kal. Octobris, meminerit. Rurſus ſi pro *decembri* ſubſtituendus ibi fuerit ſeptembris mendax tamen eſt dies hebdomadæ in eodem fragmento ſignata; Neque enim dies XXIII. Septembris ejus anni in diem Lunæ ut ibi legitur, ſed in feriam. VI. incidit. Igitur novorum Cardinalium adlectio ſtatuenda eſt die XXII. ſeptembris hujus anni, quæ dies in literis illis ad Ferdinandum ſignatur; ac biduo poſt Leo Ferdinandum regem de re tota per literas hic recitatas & die IX. Kal. octobris ſignatas fecit certiorem. Ex quo Panvinum falli conſtat dum novorum Cardinalium renunſiationem ad diem Kalendarum octobris revocat. MANSI

Digitized by Google

(a) Id. ibid. pag. 80. ſeſſioni octavæ interfuere : cujus hiſtoriam ita deſcribit idem Paris (a).

LXXXV. Servati in octava ſeſſione ritus. *Die lunæ XIX. menſis decembris MDXIII. fuit habita ſeſſio octava in concilio Lateranenſi, ad quod Papa ante diem iſtum acceſſit cum omnibus Cardinalibus, qui tunc in urbe ſunt, videlicet viginti quatuor.* Et infra : *Omnes Cardinales & prælati parati præſtiterunt reverentiam Papæ ; ex quibus Cardinales manum, ut alias, prælati etiam non conſecrati omnes ex diſpenſatione genu, abbates pedem oſculati ſunt. Fuerunt in totum mithræ centum & viginti duæ præter Pontificem & Cardinales, qui ſunt, ut dixi, viginti quinque : oratores omnes fuerunt in latere dextro, quorum caput fuit dux Bari.* Nonnullis interjectis addit : *Finitis precibus, duo oratores Regis Franciæ, videlicet epiſcopus Maſſilienſis nomine Claudius de Seiſello, & alius baro venerunt ad Papam cum duobus mandatis, & dixerunt alte, & quidem eleganter, quod Rex Franciæ ſuæ ſanctitatis & ſanctæ matris Eccleſiæ ac ſedis Apoſtolicæ filius obedientiſſimus, cum credidiſſet antea concilium Piſanum fuiſſe legitimum, adhæſit illi, credens ſe bene & legitime facere, quia etiam multi Cardinales & prælati adhæſerant eidem : nunc, quia certior factus eſt & etiam per literas ſuæ ſanctitatis invitatus ad concilium Lateranenſe tanquam legitimum & canonicum, illud dimiſit, ac ex nunc dimittit, & Lateranenſi adhæret, & rogat, ut ſibi ſuper præmiſſis ignoſcatur, prout in literis quas præſentarunt plenius continetur.* Conceptæ erant hiſce verbis, quibus conflati Piſani ſchiſmatis invidiam extenuare Gallus annitebatur.

LXXXVI. *In nomine Domini. Amen. Univerſis præſentes inſpecturis fiat manifeſtum, quod ſuperioribus annis bonæ memoriæ Julio II. Pontifice maximo in humanis agente, ſubdolæ falſæque ſuggeſtiones inimicorum atque æmulorum ſereniſſimi & Chriſtianiſſimi Ludovici Francorum Regis apud eundem Julium uſque adeo invaluiſſent, quod illum adverſus dictum Regem obſequentiſſimum filium, & Eccleſiæ primogenitum, ex patre apertum acerrimumque hoſtem effeciſſent ; & licet idem Rex, quantum fieri potuit, patienti animo dicti Pontificis impetum atque iracundiam tolerare ſtatuiſſet, ſperans aliquando fore, ut ſuæ ſanctitati reconciliaretur, nihilominus tamen* Excuſat ſe Gallorum Rex de Piſano ſchiſmate. *præter opinionem dicti Regis evenerit, quod multi eccleſiaſtici etiam ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales, aliique doctiſſimi & præſtantiſſimi viri, in civitate Piſana ſub nomine concilii generalis convenerint, aſſerentes firmiter & pluribus coloratiſque rationibus perſuadentes, ſe dicti concilii congregandi multis de cauſis legitimam poteſtatem habere, accedente etiam ad hoc conſenſu & authoritate ſereniſſimi Romanorum Imperatoris electi, prætenſum concilium Piſanum indixerint, dictuſque Rex ex conſilio plurimorum, & aliorum doctiſſimorum virorum eccleſiæ & nationis Gallicanæ dicto prætenſo concilio Piſano adhæſerit, prælatoſque, qui illud legitime congregatum eſſe arbitrabantur, ad prætenſum concilium præfatum ire permiſerit, illudque in terris, regno, & dominiis ac ditionibus ſuis continuare paſſus fuerit, & illius decretis & proviſionibus paruerit, & in regno & dominiis ſuis prædictis pareri fecerit, non quidem, ut ſanctæ ſedi Apoſtolicæ aut ſanctæ Romanæ eccleſiæ [quod abſit] maculam aliquam aut ſciſſuram ſchiſmaque inferret, ſed prædictis concilii ſuaſionibus adhortationibuſque inductum, præſertim quia cauſæ propriæ, per quas ad id faciendum motus fuit, perſonam ejuſdem Julii Pontificis, a quo, ut præfertur, provocatus fuerat, præcipue concernebant. Cumque poſtmodum præfato Julio Pontifice vita functo, & ſanctiſſimo domino noſtro Leone decimo in ejus locum ad ſummi apoſtolatus apicem, atque univerſalis Eccleſiæ regimen aſſumpto, intellexerit præfatus Rex, ſanctitatem ſuam inſequendo in hac parte geſta præfati Julii dictum prætenſum concilium Piſanum tanquam minus legitimum, & a non habentibus poteſtatem indictum, nec non omnia in eo geſta damnaſſe & improbaſſe ; & dictum concilium Lateranenſe tanquam rite & legitime indictum, ejuſque omnia geſta & decreta approbaſſe ; fueritque poſtmodum per ſuam ſanctitatem, tam per literas in forma brevi, quam alias diverſimode paterne admonitus, ut a dicto prætenſo concilio tanquam minus rite, & a non habentibus poteſtatem indicto recederet, & dicto Lateranenſi tanquam vero, indubitato, unico œcumenico concilio adhæreret, ipſeque Rex ſolo religionis zelo atque inſtinctu adductus, ſperans deſideratam univerſalem Chriſti fidelium pacem auſpiciis præfati ſanctiſſimi domini noſtri Leonis Papæ X. præſto aſſuturam, ac propediem, favente Domino, unanimi Chriſtianorum principum & populorum conſenſu arma in orthodoxæ fidei communeſque hoſtes convertenda eſſe : conſiderans inſuper quanti ſit in his & cæteris rebus omnibus ſummi Pontificis authoritas, quam præſertim vitæ munditia atque innocentia comitatur, quæ ſunt in præfato ſanctiſſimo domino noſtro perſpicua, & paternis ſuæ ſanctitatis monitis & ſuaſionibus abunde permotus, quippe qui illius authoritati & ſententiæ potius, quam alterius cujuſ-*

Pietatem in colendo ſummo Pontifice profitetur.

que

Poſt alios errorem agnoſcit.

que mortalium ſanctius & ſeverius ſemper ſtare judicabit, præſertim ubi ſcandalum Eccleſiæ imminet & ſciſſura, pro ſingulari, quam erga præfatum ſanctiſſimum dominum noſtrum, & ſanctam ſedem Apoſtolicam gerit devotione, veſtigia Chriſtianiſſimorum Franciæ Regum prædeceſſorum ſuorum non ſolum imitari, verum etiam, ſi fieri poteſt, anteire cupiens; animadvertens præſertim quod per mortem præfati Julii omn's odii & ſuſpicionis materia eſt eutincta, & quod nonnulli eu prænominatis Cardinalibus, nec non Imperator electus, qui dictum prætenſum concilium Piſanum indixerant, jam illi renuntiarunt, & dicto Lateranenſi adhæſerunt.

LXXXVII. *Hinc eſt quod in præſentia præfati ſanctiſſimi Domini noſtri Leonis Papæ X. coram nobis notariis & teſtibus infraſcriptis præſentialiter conſtituti reverendiſſimus in Chriſto dominus Fridericus S. Theodori diaconus Cardinalis de S. Severino vulgariter nuncupatus, nec non reverendus in Chriſto pater dominus Claudius de Seyſello electus Maſſilienſis, ac magnificus & generoſus dominus Ludovicus Forbini dominus de Soleriis, præfati chariſſimi Ludovici Francorum Regis procuratores ad omnia & ſingula infraſcripta peragenda ſpecialiter deputati, conſtantibus literis patentibus dicti Chriſtianiſſimi Regis ſua manu ſubſcriptis & ſigillo ſigillatis ejuſdem Regis nomine & mandato, cum ea, qua decuit, reverentia atque humilitate, a dicto prætenſo Piſano concilio penitus diſceſſerunt, illique plenarie renuntiaverunt, ac pure, libere, & ſimpliciter ſacroſancto Lateranenſi concilio prædicto tanquam vero, unico, & legitimo adhæſerunt; & inſuper procuratorio nomine quo ſupra promiſerunt, quod præfatus Rex Chriſtianiſſimus nullum deinceps fævorem, nullamque aſſiſtentiam dicto prætenſo concilio Piſano quoquomodo præſtabit; quinimmo quoſcunque in civitate Lugduni, aut alibi in regno terris, & dominiis ſuis ſub nomine dicti prætenſi concilii Piſani perſiſtentes, infra unum menſem prouime futurum abire faciet, & pertinaciter reſiſtentes, cujuſcumque ſtatus, gradus, dignitatis, aut conditionis fuerint, eccleſiaſtici vel ſæcularis de facto eiiciet & eupellet, ac pro ſchiſmaticis habebit, & contra eos velut tales ad omne mandatum præfati ſanctiſſimi domini noſtri etiam manu armata, ſi opus fuerit, procedet.*

Damnatum Piſanum conciliabulum.

Schiſmaticos Lugduni congregatos diſſipaturum pollicetur.

LXXXVIII. *Et ulterius promiſerunt præfati procuratores nomine, quo ſupra, prænominatum Chriſtianiſſimum Regem facturum & curaturum cum effectu, quod ſex prælati & quatuor doctores ſeu graduati eu honorationibus & numero eorum, qui prædicto prætenſo concilio Piſano intervenerunt, deſtinabuntur ad eundem ſanctiſſimum dominum noſtrum Papam nomine dicti prætenſi concilii Piſani, & cum legitimo mandato per illud pro tempore repræſentantes, tam eorum, quam aliorum omnium, qui dicto concilio adhæſerunt, nomine facto: qui prælati & doctores ſeu graduati infra kalend. januarii prouime futuri coram ſua ſanctitate perſonaliter comparebunt, dictoque concilio Piſano pure & ſimpliciter renuntiabunt, illudque abjurabunt, & veniam atque abſolutionem a ſua ſanctitate humiliter in forma convenienti & ſuæ ſanctitati accepta poſtulabunt; & ulterius dicto concilio Lateranenſi tanquam vero unico, indubitatoque tam ſuo quam aliorum adhærentium prædictorum nomine adhærebunt & ſe incorporabunt. Quodque ſi præmiſſa facta non fuerint, præfatus Rex nulli eorum, qui dicto prætenſo concilio Piſano interfuerunt, aut faverunt, opem, auuilium, aut favorem dabit adverſus ſanctæ ſedis Apoſtolicæ authoritatem; quinimmo præfati ſanctiſſimi domini noſtri ſententias, decreta, & cenſuras contra eos exequi faciet ſuo poſſe etiam manu forti, & armata, ſi opus ſit abſque ulla ſimulatione vel fraude: & ulterius promiſerunt præfati procuratores quo ſupra nomine, quod quamprimum commode fieri poterit venient aliqui prælati & inſignes viri nomine totius eccleſiæ Gallicanæ cum ſufficienti mandato, qui dicto concilio Lateranenſi adhærebunt & aſſiſtent, quemadmodum ceteræ nationes.*

Daturum operam, ut Lateranenſi concilio adhæreant.

Admiſſas clementer Ludovici Francorum Regis excuſationes a Leone refert Paris, *Deinde*, inquit, *Papa probavit animum Regis, & admiſit excuſationem ejus. Inde idem orator aliud dedit mandatum Papæ, in quo conſtituit ſuos procuratores Cardinalem Sanſeverinum, & prædictos duos ad comparendum nomine ſuo.* Eo monumento publico Francorum Rex ſe de non miſſis ob graviſſima externa internaque bella præſulibus ad Lateranenſe concilium purgabat, miſſurumque proximo tempore pollicebatur (*a*): tum ut de pragmatica ſanctione abolenda actio extraheretur orabat. LXXXIX.

Excuſat ſe ob bella hactenus non miſiſſe.

(*a*) *Ext. ejus act. lit. in concil. Later. ſeſſ. 8.*

Ludovicus Dei gratia Francorum Reu duu Mediolani, dominus Genuæ, univerſis præſentes literas inſpecturis ſalutem.

Notum facimus, quod nos confidentes de prudentia, denteritate, diligentia & fide chariſſimi & amantiſſimi conſanguinei Friderici Cardinalis de S. Severino protectoris negotiorum noſtrorum in Romana curia, & dilectorum ac fidelium conſiliariorum noſtrorum Claudii epiſcopi Maſſilienſis, domini Ludovici de Soleriis oratorum per

Qui procuratores ab eo conſtituti.

nos

nos deſtinatorum ad ſanctiſſimum Papam, eoſdem & quemlibet eorum ex certa noſtra ſcientia & authoritate regia facimus & conſtituimus noſtros veros & indubitatos procuratores, generales & ſpeciales, ita tamen, quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec contra, ad petendum nomine noſtro & eccleſiæ Gallicanæ, pro qua, quo ad hoc promittimus a ſanctiſſimo domino noſtro Papa, & a ſacro concilio Lateranenſi in ſeſſione, quæ proxime celebrabitur, aut alias prout eis videbitur, terminum & dilationem competentem pro dicta eccleſia Gallicana, ut interea poſſint congregari & deputari, & mitti aliqui præfati & aliæ notabiles perſonæ, ad ſe præſentandum in dicto ſacro Lateranenſi concilio, & ibidem ſuper facto pragmaticæ ſanctionis reſpondendum; conſiderato quod antea & in præſenti propter bella & diſſenſiones, quæ ſunt in Italia, non fuit neque tutum eſt iiſdem prælatis & perſonis dictæ eccleſiæ Gallicanæ Romam poſſe accedere, & quod dicta eccleſia Gallicana cum in præſentia congregata non ſit, ad ſe congregandum propter regni magnitudinem, diſtantiam diœceſum & habitationum dictorum prælatorum, necnon propter bella, quæ in limitibus regni noſtri geruntur, indiget temporis ſpatio convenienti: & inſuper ad requirendum a præfato ſanctiſſimo domino noſtro Papa & a ſacro concilio Lateranenſi prædicto tam noſtro quam dictæ eccleſiæ Gallicanæ nomine, pro qua promittimus, ut præfertur, ne ullo modo velint procedere in facto prædictæ pragmaticæ ſanctionis, dicta eccleſia Gallicana & noſtris procuratoribus & deputatis non audiſis; & ad petendum & requirendum de præmiſſis inſtrumentum publicum loco & tempore profuturum & valiturum, prout juris fuerit. In quorum fidem præſentes literas manu noſtra ſcripſimus & ſigilli noſtri juſſimus munimine roborari. Dat. Corbejæ die XXVI. octobris anno ſalutis MDXIII. & regni noſtri XVI.

XC. *De Mediolanenſi titulo mota lis.*

Admiſit ejus preces Pontifex: verum ob præfixos literis Mediolanenſes titulos regio diplomati, illi rogationi interceſſiſſe Mediolanenſem oratorem referunt acta ſynodalia: ac tum Maſſilienſem epiſcopum reſpondiſſe, ea controverſa jura alio loco, & tempore diſceptanda dirimendave. Cæterum Leo ejuſmodi altercationi occurrit, dum Mediolanenſis interceſſionem ſine alterius detrimento ac fraude admittere ipſum profeſſum fuiſſe refert Paris: *Quia*, inquit, *prælatis de ſua natione*, nimirum Gallica, *etiam ſe excuſabant, propterea ſuperſedit contra illos omnes, eiſque ad primam ſeſſionem, quæ erit pridie idus aprilis, id eſt die lunæ ante dominicam palmarum, quæ erit XIV. martii: ſed hæc ſeſſio poſtea fuit prorogata ad diem quintam maii: demum comparuerunt tres oratores marchionis Brandeburgenſis.*

Admiſſi in concilio oratores Brandeburg. marchionis.

Erat is Joachimus, qui ſe etiam Romani imperii archicamerarium principemque electorem Stetiniæ, Pomeraniæ, Caſſuborum, & Sylavorum ducem Burgravium Nureburgenſem, ac Ruſſiæ principem appellabat (*a*), concilioque Lateranenſi a Julio indicto ſe adhærere magna religione profitebatur: *Et ſimiliter dederunt mandatum & marchionis Montisferrati, qui pridie præſtiterant obedientiam; & poſtea multi procuratores multorum prælatorum ex diverſis partibus mundi: ſed hæc minora mandata receperunt protonotarii. Papa autem dedit Regis Franciæ & marchionum prædictorum mandata domino Fedræ ſecretario concilii, ut ea legeret: & legit in pulpito. Verum quia Rex Franciæ nominavit ſe ducem Mediolani in ſuis mandatis dominus Marinus Caracciola orator ducis Mediolani unus ex multis, qui ibi aderant, approximans ſe ad tribunal Papæ alte proteſtatus eſt in forma: & Papa reſpondit ſe admittere ſine alterius præiudicio.*

(*a*) *Actis concil. Later. ſeſſ. 8.*

Plures alii principes concilio adhæreſcunt

XCI. Deinde procurator concilii nomine Marius ſupplicem libellum (*b*) refertum gravioribus expoſtulationibus adverſus Aquenſem regium ſenatum, qui in Provincia libertatem eccleſiaſticam labefactabat, pontificiaque de ſacerdotiis decreta variis artibus eludebat, neque ea niſi ad arbitrium ſuum promulgari ſinebat, Pontifici porrexit, ut ſingulos ſenatores ac præſides illius corruptelæ participes cenſuris eccleſiaſticis percelleret: quæ cum explorata & comperta eſſent e ſacri cœtus conſenſu, Aqoenſibus Senatoribus, quorum nomina in libello exprimebantur, intentata judiciaria ſeveritate, diem ut ad Lateranenſia ſubſellia trimeſtri flexu ſe conferrent dixit, publicaque de ea edicta in finitimis Provinciæ urbibus divulgari juſſit. Quæ vero poſthæc geſta ſint ita proſequitur Paris (*c*): *Et cum hæc facta fuiſſent; Ego alte indixi omnibus, ut exirent: & ſic omnes exierunt præter neceſſarios & ſolitos: unus conſervator remanſit, alter exivit ad excludendum populum, & indicendum ſilentium & quietem in populo, qui in eccleſia convenerat, propter pluvias juges & denſat: quo facto Papa vocari ad ſe fecit oratorem Poloniæ, qui erat archiepiſcopus Gneſnenſis, & dedit ei bullam plumbatam, ut eam legeret ſuper pulpitum; & bulla erat pro fide.*

(*b*) *Ext. in actis.*

Aquenſis ſenatus in judicium vocatus ob immunitatem eccleſiaſticam labefactatam.

(*c*) *Paris de Graſſis in mſ. diar.*

XCII. Diſſeminabantur tum in aliquorum impiorum philoſophorum ſcholis putidæ & nefandæ opiniones de natura animarum hu-

Errores de anima humana ſparſi.

humanarum: nonnulli ſiquidem Arabum ac veterum ethnicorum falſa doctrina infecti effutire cœperant, animam ſua natura mortalem eſſe: alii licet immortalem ſtatuerent, unicam tamen eſſe in omnibus hominibus, atque ex antiquorum hæreticorum pravis dogmatibus multiplicari per traducem diſceptabant; ex quarum hæreſeorum ſentina cum innumeri alii errores, quibus Chriſtiana convellebatur religio, pullularent, e concilii ſententia (a) confirmatum eſt antiquum fidei orthodoxæ dogma, animam eſſe immortalem in ſingulis diſtinctam numero, creari a Deo, efformatiſque jam corporibus, uti in Viennenſi ſynodo declaratum fuerat, infundi: tum eorum inſanæ argutiæ damnatæ, qui impium dogma juxta philoſophiam, verum quamvis juxta theologicam falſum faterentur, jactabant. [1]

(a) *Act. Later. conc. ſeſſ. 8. pag. 81. ext. etiam in Leon. X. conſt. 5.*

Ad perpetuam rei memoriam ſacro approbante concilio.

Cum diebus noſtris, quod dolenter ferimus, zizaniæ ſeminator, antiquus humani generis hoſtis nonnullos pernicioſiſſimos errores a fidelibus ſemper exploſos in agro Domini superſeminare & augere ſit auſus, de natura præſertim animæ rationalis, quod videlicet mortalis ſit, aut unica in cunctis hominibus; & nonnulli temere philoſophantes, ſecundum ſaltem philoſophiam id verum eſſe aſſeverent: contra hujuſmodi peſtem opportuna remedia adhibere cupientes, hoc ſacro approbante concilio damnamus & reprobamus omnes aſſerentes animam intellectivam mortalem eſſe, aut unicam in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes; cum illa non ſolum vere per ſe eſſentialiter humani corporis forma exiſtat, ſicut in canone felicis recordationis Clementis Papæ V. prædeceſſoris noſtri in generali Viennenſi concilio edito continetur; verum & immortalis & pro corporum, quibus infunditur, multitudine ſingulariter multiplicabilis, & multiplicata, & multiplicanda ſit; quod manifeſte conſtat ex evangelio, cum Dominus ait: Animam autem occidere non poſſunt; & *alibi*, Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam; & *cum æterna præmia & æterna ſupplicia pro merito vitæ judicandis repromittit; alias incarnatio & alia Chriſti myſteria nobis minime profuiſſent, nec reſurrectio expectanda foret, ac ſancti & juſti miſerabiliores eſſent juxta Apoſtolum cunctis hominibus: cumque verum vero minime contradicat, omnem aſſertionem veritati illuminatæ fidei contrariam omnino falſam eſſe definimus, & ut aliter dogmatizare non liceat diſtrictius inhibemus, omneſque hujuſmodi erroris aſſertionibus inhærentes veluti damnatiſſimas hæreſes ſeminantes per omnia, ut deteſtabiles & abominabiles hæreticos, & infideles catholicam fidem la-*

Damnati a concilio qui unicam in omnibus effutiunt.

NOTÆ [1] HAnc Lateranenſis concilii conſtitutionem, qua de animæ immortalitate dogma aſſeritur, ea occaſione latam eſſe non ambigo, quod Petrus Pomponacius, clarus ætate illa philoſophus Peripateticus, librum ediderat, quo ex Ariſtotelis ſenſu animam natura ſua mortalem eſſe defendit. Pomponacius ille Mantuæ ex honeſta familia natus inter Peripateticos ætatis ſuæ philoſophos princeps eſt habitus. Philoſophiam legit primo quidem Paduæ, dein Bononiæ, ubi librum edidit illum cujus jam memini, eoque ſibi validos, præſertim ex Dominicana familia viros Literatos adverſarios provocavit. Hæc Guazzus in chronico fol. 346. Obiit an. 1526. Acriter in illum invectus eſt Hieronymus Amideus Lucenſis, ex ordine Servorum B. M. V. cujus excuſa eſt Mediolani A. 1518. *apologia pro animæ immortalitate in Petrum Pomponatium Mantuanum Philoſophum, Bononiæ publice profitentem.* Hujus operis Annalium Ordinis illius ſcriptor Gianus non meminit. Porro ex ea Lucubratione diſcimus Pomponacium in ſuo illo ſcripto non Ariſtotelis tantummodo, ſed ſuo pariter ſenſu prompſiſſe, cum ſententias S. Scripturæ, quibus animæ immortalitas probatur, eodem Hieronymo teſte *conetur ſolvere; & mirabilia in Machabæis viſa ad effectus naturales trahat.* Inſuper Symonidem poetam, Homerum, Senecam, Plinium juniorem quos mortalis animæ aſſertores inducit, viros *juſtos & ſanctos* appellat. Quibus impiis dogmatibus cum multos offendiſſet viros catholicos ſibique invidiam creaſſet ingentem, ideo famam ſuam defenſurus *apologiam* edidit, *per quam* addit Hieronymus, *cognovi tractatum iſtum in inclyta Venetorum Civitate eſſe correptum, prohibitum & igni traditum vel tradendum, atque poſtmodum aditum jam habuiſſe ad ſummum pontificem, cujus infallibili determinatione ſtandum eſſe cenſuit.* Hæc Hieronymus, quem Lucenſem fuiſſe, Theologum Ordinis ſervorum B. M. V. inclytum, ex Giano in annalibus ejuſdem Ordinis diſcimus; qui tamen Gianus in eo forte erroris arguendus eſt quod hunc Hieronymum Lucenſem tantummodo monaſtica profeſſione, patria vero Senenſem aſſeruit. Conſtat enim Amideos, cui familiæ virum hunc idem Gianus aſſignat, ex vetuſta ætate Lucæ conſediſſe; & ipſe pariter Hieronymus in libris ſuis numquam non ſe Lucenſem, Senenſem vero nullibi appellat. In Tractatu etiam de Cambiis, quem latine edidit, ac vernacule ab alio redditus eſt, Lucenſes Cives ſuos, *delli noſtri Cittadini* appellat.

Ex verbis vero Hieronymi ſuperius recitatis liquet non temere prorſus (quæ cenſura eſt continuatoris Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Abb. Fleurii) aſſeruiſſe quoſdam, opus illud Pomponacii igni damnatum fuiſſe Venetiis. Quod vero addit continuator ille operis illius Pomponaciani iteratam editionem permiſiſſe quoſdam ex Inquiſitoribus fidei, id quidem cum damnatione ejus Venetiis facta non pugnat. Quod enim Veneti Inquiſitores adjudicarunt igni, id alii Inquiſitores recudi permiſerunt rati Pomponacium ſuo illo libro nihil aliud voluiſſe quam ex Ariſtotelis ſenſu animam mortalem probare. MANSI

labefactantes vitandos, & puniendos fore decernimus.

Inſuper omnibus & ſingulis philoſophis in univerſitatibus ſtudiorum generalium & alibi publice legentibus diſtricte præcipiendo mandamus, ut cum philoſophorum principia aut concluſiones, in quibus a recta fide deviare noſcuntur, auditoribus ſuis legerint ſeu explanaverint, quale hoc eſt de animæ mortalitate, aut unitate, & mundi æternitate, ac alia hujuſmodi, teneantur eiſdem veritatem religionis Chriſtianæ omni conatu manifeſtam facere, & perſuadendo pro poſſe docere, ac omni ſtudio hujuſmodi philoſophorum argumenta, cum omnia ſolubilia exiſtant, pro viribus excludere atque reſolvere.

Proſcripti errores de animæ mortalitate vel æternitate mundi.

XCIII. Et cum non ſufficiat aliquando tribulorum radices præſcindere, niſi & ne iterum pullulent, funditus evellere, ac eorum ſemina originaleſque cauſas, unde facile oriuntur, removere; cum præcipue humanæ philoſophiæ ſtudia diuturniora, quam Deus ſecundum verbum Apoſtoli evacuavit, & ſtultam fecit abſque divinæ ſapientiæ condimento, & quæ ſine revelatæ veritatis lumine in errorem quandoque magis inducunt, quam in veritatis elucidationem; ad tollendam omnem in præmiſſis errandi occaſionem, hac ſalutari conſtitutione ordinamus & ſtatuimus, ne quiſquam de cætero in ſacris ordinibus conſtitutus ſæcularis vel regularis, aut alias ad illos a jure arctatus, in ſtudiis generalibus vel alibi publice audiendo, philoſophiæ, aut poeſis ſtudiis ultra quinquennium poſt grammaticam & dialecticam ſine aliquo ſtudio theologiæ aut juris pontificii incumbat: verum dicto exacto quinquennio ſi illis ſtudiis inſudare voluerit, liberum ſit ei, dum tamen ſimul, aut ſeorſum, aut theologiæ aut ſacris canonibus operam navaverit, ut in his ſanctis & utilibus profeſſionibus ſacerdotes Domini inveniant unde infectas philoſophiæ & poeſis radices purgare & ſanare valeant, & hos canones per ordinarios locorum, ubi generalia ſtudia vigent, & rectores univerſitatis eorundem ſtudiorum ſingulis annis in principio ſtudii in virtute ſanctæ obedientiæ publicari mandamus. Nulli ergo, &c. Datum Romæ in publica ſeſſione in Lateranenſi ſacroſancta baſilica ſolemniter celebrata anno Incarnationis dominicæ MDXIII. XIII. kal. januarii pontificatus noſtri anno 1.

Vetitum eccleſiaſticis dare philoſophiæ vel poeticæ operam poſt quinquennium.

XCIV. Poſt hanc ſanctionem, Vincentium Senenſem archiepiſcopum promulgaſſe ſequentem de legatis pro pace mutua inter principes redintegranda decernendis (uti in ſuperiori ſeſſione agitatum fuerat) de Turcica expeditione conficienda, de excindendis Bohemicarum hæreſum reliquiis, actorum concilii ſcriptor (a) & Paris de Graſſis referunt.

(a) Acta concil. Lat. ſeſſ. 8. p. 71.

Ad futuram rei memoriam ſacro approbante concilio.

Cuncta ad optatum finem perduci omni cogitatione, cura, ſtudio, ac ſedulitate affectantes & dante Domino, confidentes, legatos de latere noſtro ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales in conſiſtorio noſtro ſecreto de fratrum noſtrorum conſilio, per nos poſtmodum nominandos, cum authoritate & facultatibus neceſſariis & opportunis, tanquam angelos pacis pro hujuſmodi Chriſtianorum pace univerſali tractanda, componenda, & conducenda, expeditioneque contra infideles ineunda, eodem ſacro concilio approbante, ad eoſdem Reges pro eorum regia magnanimitate & erga catholicam fidem devotione prompto & alacri animo ad utrumque ſanctiſſimum opus pacis expeditioniſque inducendos, pro univerſa republica Chriſtianæ integra atque perfecta tutela, defenſione & ſalute mittendos & deſtinandos eſſe decernimus.

A concilio Lateranenſi legati miſſi.

XCV. Præterea cum ex diuturna & multiplici hæreſi Bohemorum plurimum Deus offendatur, & Chriſtianus populus ſcandalizetur, quorum etiam ad veræ fidei lumen, atque concordiam reducendorum provincia dilecto filio noſtro Thomæ tit. S. Martini in montibus presbytero Cardinali Strigonienſi ad Hungariam & Bohemiam noſtro & Apoſtolicæ ſedis legato eſt a nobis his proximis diebus plene demandata; eoſdem tamen hortamur in Domino, ut vel ad nos & hoc ſacrum Lateranenſe concilium, vel ad eundem Thomam Cardinalem legatum, qui propinquior illis erit, aliquot ex ſuis oratores cum ſufficienti mandato deſtinare non negligant ad tractandum de opportuno remedio, quo errores, quibus diu detinentur, agnoſcant, & ad verum religionis cultum & ſanctæ matris eccleſiæ gremium Deo duce reducantur; quibus hoc ſacro approbante concilio, veniendi, eundi, ſtandi quouſque præmiſſa tractanda duraverint, & poſtmodum diſcedendi & ad propria redeundi in fide pontificia liberum ſalvum conductum, & fidem publicam tenore præſentium concedimus & elargimur, eorumque votis, quantum cum Deo poterimus, annuemus. Ut autem hoc ſacrum Lateranenſe concilium ad finem uberrimæ ſperatæque utilitatis perducatur, alia namque plura & gravia in eo tractanda diſcutiendaque remanent, ad omnipotentis Dei laudem & Eccleſiæ ſuæ exaltationem, nonam ſeſſionem continuationis celebrationis ipſius ſacri Lateranenſis concilii nono aprilis MDXIV. pontificatus noſtri anno 1. quæ erit quarta feria poſt dominicam paſſionis ſacro concilio

Bohemi hæretici moniti ut ad concilium oratores mittant.

cilio approbante indicimus. Nulli ergo, &c. Datum Romæ in publica ſeſſione in Lateranenſi ſacroſancta baſilica ſolemniter celebrata anno Incarnationis dominicæ MDXIII. XIV. *kal. januarii pontificatus noſtri anno* 1.

XCVI. *(a) Acta concil. Later. ſeſſ. 8.* De eccleſiaſtica diſciplina ſancienda actum.

Tertiam ſanctionem legit Joannes Franciſcus epiſcopus Taurinenſis (*a*), qua Leo profeſſus eſt, ſe reſtituendæ in priſtinum ſplendorem diſciplinæ eccleſiaſticæ dare operam decreviſſe; caſtigataſque jam ante a Julio cenſura apoſtolica corruptelas, quæ apud Romanæ curiæ adminiſtros inoleverant, ut ſumma integritate munera ſua obeant; ac ſi principes in concordiam redigi contingeret, ad conficiendam adverſus infideles expeditionem ſe incubiturum.

Ad perpetuam rei memoriam ſacro approbante concilio.

Sedula a deputatis relatione habita, & quid a quibus exorbitaretur animadverſo, ut quæque vel a decenti & laudabili more, vel a primæva inſtitutione deſciverant, ad normam retraximus, & ea in unam reformationis bullam, ſacro approbante concilio, ſuper hoc editam ex ordine conceſſimus, in eaque executores, qui ordinata ſervari cogerent, deputavimus, quam ab officialibus ipſis, & cæteris, ut quemque tanget, ſine fraude & inviolabiliter obſervari, hoc ſacro approbante concilio, mandamus ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, a qua niſi per Romanum Pontificem, excepto mortis articulo, abſolvi non poſſint; ita ut ultra hanc & alias pœnas in bulla ipſa particulariter expreſſas, contravenientes officio, in quo deliquerint, ad ſemeſtre tempus ſint eo ipſo ſuſpenſi; & ſi ſecundo erraverint in eodem officio, quod quantum in ſe fuit coinquinarunt, perpetuo careant: qui poſtquam conſtitutione noſtra ad frugem reducti erunt, inhibito atque ſublato communi damno ad cæteras reformationis partes procedemus. Et ſi nobis omnipotens pro ſua miſericordia conceſſerit, ut pacem inter Chriſtianos principes componamus, non noxiis ſolum ſeminibus extirpandis, ſed & propagandis Chriſti finibus inſiſtemus, ac ſanctiſſimam contra infideles expeditionem, cujus deſiderium aſſidue noſtro cordi inhæret, Deo ipſo rei ſuæ favente, eorundem fulti præſidiis aggrediemur. Nulli ergo, &c. Datum Romæ in publica ſeſſione in Lateranenſi ſacroſancta baſilica ſolemniter celebrata anno Incarnationis dominicæ MDXIII. XIV. *kal. januarii pontificatus noſtri anno* 1.

Decreti, qui eas ſervandas curent.

XCVII. *(b) Ad acta concil.*

Rogatis patrum ſententiis Jacobus epiſcopus Potentinus dixit (*b*), non tantum edenda diplomata, ſed re ipſa corruptelas removendas. Bernardus archiepiſcopus Spalatenſis illud de componenda Romana curia decretum promulgari voluit. Alexius Amalphitanus, & Paris de Graſſis Piſaurienſis epiſcopi non in Romana modo eccleſia, ſed in univerſi totius orbis eccleſiis reſtituendam diſciplinam veterem, excindendaſque omnes ubique corruptelas cenſuerunt, quod idem Paris in ſua ſynodali hoſtria accurate repetiit (*e*): *Finita*, inquit, *cujuslibet*, nimirum trium ſuperiorum ſanctionum, *lectione lector depoſita mithra alte dixit: Placentne vobis, patres, omnia, quæ per me lecta fuerunt? At illico ſcrutatores votorum acceſſerunt ad Papam, qui reſpondit: Placet, & ſic hinc inde ſcrutatores cum protonotariis & ſcribis duobus a quolibet latere perſcrutati ſunt vota. Secunda fuit ſuper pacem; & omnibus illa placuit indifferenter. Tertia fuit ſuper reformatione; & multis abſoluta non placuit, ſed quod reformatio fieret univerſalis in toto a capite ad pedes: quo audito Papa quæſivit an multi eſſent, & ille reſpondit: Quaſi media pars eorum prælatorum qui eſſent in latere ſiniſtro. Et ego, qui aderam, reſpondi ſimiliter: Placet quod reformatio fiat univerſalis, & quod reformatores reformentur; quo audito Papa quaſi ſubridens dixit, velle aliquantulum cogitare, ut omnibus ſatisfiat; & ſic in prima ſeſſione futura deliberare quod omnium reformatio fiat tam ſui, quam reformatorum. His dictis ego dixi Papæ, an placeret Papæ cantare: Te Deum laudamus; qui hymnus ſemper ſolet cantari quando eſt aliqua materia gravis concluſa: & Papa dixit quod ex quo Rex Franciæ adhæſit concilio Lateranenſi, & facta eſſet unio in Eccleſia, magnam eſſe importantiam & ſic incœpit cantare: Te Deum laudamus; quod cantores proſecuti ſunt: & ſic apertis januis populus ingreſſus eſt, & omnes exuti ſunt patres. Papa ad verſum: Te ergo quæſumus, cum pluviali deſcendit, & genuflexit, & in fine ibidem ſedens depoſuit calceamenta, & inde diſceſſit reverſurus ad palatium. Alia ſeſſio fuit quinta maii* MDXIV. Cujus ſeſſionis hiſtoriam proximo anno proſequemur. Nunc non prætermittendum viſum eſt, in prædicta ſeſſione octava peroraſſe poſt divina myſteria peracta Joannem Baptiſtam Gargam equitem Rhodium, ac Pontificem & patres de Rhodo adverſus Selymi ingentes apparatus firmanda tuendaque monuiſſe.

(e) Paris ubi ſup.

Inſiſtunt aliqui præſules in tota hierarchia diſciplinæ ſ[t]atum reſtituendum.

Decantatus hymnus *Te Deum* ob Gallorum cum concilio conjunctionem.

Scis, inquiebat, *pater beatiſſime, & tu Lateranenſis ſynode, Rhodon inſulam ab omnibus laudatam atque opportuniſſimam ſemper ad res gerendas eſſe judicatam: nam Rhodos noſtra adjacet Aſiæ, qua maxime*

XCVIII. Rhodii equitis oratio.

nime Aſia in mare noſtrum excurrit; hinc in Syriam & in Ægyptum commodiſſima eſt navigatio: hinc in mare Aſiaticum, Helleſpontum, Proponside, ac Pontum commodiſſime ſolvitur, & rebus navalibus atque claſſicis ea civitas ſemper floruit. Et infra: *Arx enim iſta eſt expultrix ſæviſſimorum hoſtium, qui ſemper veſtras urbes & imperia invadere, & religionem noſtram funditus evertere ſtudent. Et ut jam per literas præteritis menſibus, pater ſanctiſſime, tibi illinc a noſtris ſignificatum fuit, Sultanum Selynſectæ Mahometanæ immitem tyrannum claſſem ingentem paraviſſe, & innumeras copies contra Chriſti fideles & Rhodi inſulæ milites & incolas contraxiſſe, & tantam tormentorum vim, quantam nullus unquam ad id bellum inſtituiſſe exploratum habuimus: qui illinc poſtmodum ſemotis caſtris alio contra orthodoxæ fidei cultores impetum fecerunt, ubi multas clades & urbium everſiones inferre conati ſunt: & nuperrime, cum quieturum eſſe illum ſperaremus, per alteras a noſtris tuæ ſanctitati ſignificatum eſt, in eoſdem belli apparatus ingenti ſtudio ſummeque celeritate incumbere; & cum nihil majori odio proſequantur, quam Rhodum, ei multo magis in poſterum timendum eſt, cui nunquam minari deſiſtunt.*

Significatum parari bellum a Selimo in Rhodios.

XCIX. *Neceſſe igitur eſt, ut principibus Chriſtianis accerſitis, & tuis diſperſis in ſencta ſepte collectis, quo unum ſit ovile, ſicut unus eſt paſtor, cui pacifice & quiete præcipias, ut abs te magnanimo duce & vexillifero tua animi ſinceritate, mirabili ſapientia, cœleſtique virtute adverſus hanc infidelium potentiam bellum ſuſcipiatur. Expergiſcimini ergo, expergiſcimini tandem Chriſtiani principes, & labenti Eccleſiæ auxilium afferte, & ſub Leone feliciſſimo paſtore invictoque duce de bello Turcis inferendo in medium conſulite, nec ulterius patiamini noſtri Redemptoris ſepulchrum, & Conſtantinopolim novam Romam ſub Turcarum imperio detineri, & tantam peſtem atque perniciem adverſus Chriſtianos populos diutius ſævire; ſed religionem veſtram propius reſpicietis, quam colore & augere veſtri imperii & regni intereſt.* Et infra: *Jacet deſolata Aſia, jacet Africa, jacet Ægyptus, ac bona Europæ pars deſerta abjecta ſine lege, ſine moribus, ſine ullo Chriſtianæ religionis conſortio; ubi tot civitates, tot populi, tot Imperatores, tot Reges, tot principes cultu veræ fidei & armorum uſu præſtentiſſimi; ubi tot celeberrima Chriſti & ſanctorum templa in crudeliſſimam jam Turcarum & barbarorum ditionem devenerunt: a quibus acceptas clades, everſiones, contumeliaſque non eſt hujus temporis recenſere, cum jam omnibus notæ ſint atque teſtatæ: & cum tot jam annos nihil aliud audiamus, quam excidia alia ſuper alia Chriſtianorum. Quid, quod Tyrrenum mare toties infeſterunt, & quod pudet referre ad littora uſque Romani agri prædatum venerunt? ſed hæc loca tam efferata barbarie ſine fide, ſine Deo tamdiu in poteſtate infidelium eſſe, ac non tam regi quam devaſtari paſſi ſunt principes Chriſtiani, dum quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Jeſu Chriſti; dum quiſque luxui, ſimultatibus, otio indulget; dum Romanum Pontificem toties acclamantem rabidos lupos gregem Domini invaſiſſe, non audiunt, &c.*

Expoſitæ clades a Mahometanis illatæ Chriſtiano imperio.

Et quotidianæ graſſationes maritimæ.

Aucta ſunt ea mala temporum decurſu obſurdeſcentibus ad Pontificum clamores preceſque principibus Chriſtianis. C.
Conſtat quidem Leonem magno ſtudio univerſos Reges ac principes ad mutuam concordiam reducere ſtuduiſſe, ut ſacrum bellum adverſus Chriſtiani nominis hoſtes poſt obrrirum orienrem jam occidenti imminenres ſuſciperetur; omnium nationum epiſcopos ſumma cupiditate in ſingulis Lateranenſis ſynodi ſeſſionibus id experiiſſe, pioſque ſtimulos ſponte incitato Pontifici addidiſſe; cujus ſanctiſſimi conſilii ad exitum perducendi ſtudio, exeunte anno Laurentium Feltrienſem epiſcopum deſignatum in Germania internuntium apoſtolicum apud Cæſarem & ſeptemviros operam navare juſſit (*a*), ut ad omnia alia inteſtina Chriſtianorum bella componenda eos promoveret. Conſignatæ ſunt hac temporis nota eæ literæ: *Dat. Romæ* XXIII. *decembris* MDXIII. *anno* I. Excuſæ typis ipſæ literæ a Petro Bembo (*b*) fuere inter alias, quas Leonis nomine, cui a ſecretis erat, compoſuit; ſed immutatis paululum conſuetis Romanæ curiæ formulis, quas Latinæ linguæ nitori elegantiæque, quam conſectabatur conſentire non putabat: quo ſtudio dum ſcripta perpoliebat, Tullianoſque floſculos avidius colligebat, incautus etiam gentilitiarum vocum putores aliquos inſeruit, a quibus ſtyli Romanæ curiæ ſanctitas penitus abhorret: qua de re monitum lectorem volumus ad retundenda maledicentiæ tela, quæ aliqui captata ex hujuſmodi voculis occaſione jaculari poſſunt; quapropter nos in literis, quas ex Bembo decerpimus conſuetam pontificalis curiæ formulam, cum Pontifex loquens inducitur, reſtituiſſe cum ea verborum formula fuiſſent conceptæ, atque a Bembo elegantiarum latinarum cupidiſſimo, dum typis excudebat, immutatæ.

Magno molimine enilus eſt Leo Reges in Turcam conjungere.

(*a*) *L.* I. *brev. p.* 14.

(*b*) *Bemb. l.* 6. *ep.* 24.

Bembus elegantiæ ſtudio putridas Gentilium voces interdum inſeruit.

Quod autem attinet ad pontificias literas, quibus Maximilianus ad publicam CI.

im-

imperio Chriſtiano maximeque Italiæ pacem reponendam, de qua cum Gurcenſi Cardinale Cæſareo legato egerat, ad rem Chriſtianam in priſtinam dignitatem atque amplitudinem revocandam ſolicitatus eſt; conceptæ erant his verbis (a).

(a) Ext. apud Bemb. l.6. ep.24.

Maximiliano Imperatori deſignato.

Etſi & animo ſemper agitavimus ex eo tempore, cum Pontifex maximus creati ſumus, ut pro reipublicæ Chriſtianæ otio communique bono te ab armis, ab ardore animi, ab odio exercendo cum iis, quos hoſtes tuos appellas, Chriſtianis Regibus atque principibus, ad pacem atque amicitiam revocaremus, & poſteaquam Matthæus Cardinalis Gurcenſis vicarius rerum Italicarum tuus, prudens excellenſque vir, Romam ſe contulit, cum eo ſæpius eadem de re ſumus locuti; tamen quoniam iis diebus fratres noſtri eccleſiæ Romanæ Cardinales, non ſolum ſeparatim, ut cuique uſui fuit, quod ſæpe antea fecerant, ſed etiam una omnes atque palam nos ea de re multo diligentius atque accuratius monuerunt, veriti ne, ſi paulo modo ulterius noſtrorum principum diſcordiæ inter eos viguiſſent, Chriſtianam rempublicam bellis civilibus debilitatam validiſſimi hoſtes noſtri Turcæ adorirentur atque opprimerent, qui tractare arma, parare exercitus claſſem conficere audiebantur; idem nunc quoque nobis tecum per literas multo accuratiſſime agendum eſſe contendendumque exiſtimavimus, præſertim cum & nonnullorum Regum ac principum querelæ acceſſerint literis eorum & nuntiis ad nos perlatæ petentium, ne Chriſtianos populos noſtræ curæ fideique creditos diutius inter ſe concurrere, collidique ſineremus, & ipſe Italiæ devaſtatæ prope ac deſolatæ vocibus & quaſi lacrymis excitemur, ut de grege Domini paſſim pereunte, ac ſe conterente ſoliciti nihil non curæ in eo continendo conſervandoque adhibeamus, nihil remittamus laboris. Itaque te & monemus & hortamur, & plane etiam atque etiam rogamus per Dei optimi maximi nomen, a quo tuo ſane nomini dignitas omnis majeſtaſque acceſſit, per ſedem hanc Chriſtianæ reipublicæ, cujus unius tuendæ cogitatio ad te maxime omnium atque juſtiſſime pertinet, per tot ſanctorum virorum humata hac in urbe atque tellure corpora, qui multos labores, multas ærumnas pertulerunt, multum etiam ſanguinis in ſtituendis noſtris ſacris augendiſque profuderunt, ut ad pacem cum tuis hoſtibus ineundam, animum & cogitationem tuam des, eamque de ſedibus deque populis Domini prope expulſam te quidem certe implorantem, ne aſpernere præſertim ſi æquas illam ad te conditiones afferre perſpexeris; quam certe in ſententiam adduci eo facilius debes, quo laudabile illud propoſitum animi tui, qui cum in primis ad arma proſiluiſti, ut libertatem eccleſiaſticam audacia nonnullorum violatam comminutamque defenderes, dignitatemque noſtram ab injuria vindicares, ſuos jam exitus habet, hoſteſque tui Dei munere tua incredibili virtute, ſuorumque fœderatorum auxilio poſitis animis contumacibus ad hujus reipublicæ cultum & obſervantiam humiles acceſſerunt.

Expoſitum Cæſari Turcas ob noſtrorum diſcordias confirmatum iri.

CII. Nil glorioſius quam victi pacem dare.

Certe quemadmodum te bello fortiſſimum atque invictum adhuc quidem omni tempore præſtitiſti, ita optimis conſiliis tractabilem dari nunc te erit non minus prudentiæ tuæ, quam illud fuerit fortitudinis. Meminiſſe etiam debes, cum omnium Chriſtianorum Imperatorem geras, datum te a Deo eſſe quaſi tutorem ejus populi, ut non tam tibi cogitandum ſit, quos vincere atque ſubiicere tuæ ditioni poſſis, quam ut omnes eſſe incolumes te procurante conſpiciantur. Deinde quo major ipſe excelſiorque es, eo te decet omnibus hominibus faciliorem commodioremque eſſe, benignitatemque non acerbitatem naturæ, oblivionem injuriarum, non vindictam, liberalitatem, non potentiam exercere; neque tam quærere quibus artibus latiores imperii tui fines habeas, quam quibus virtutibus gloriam tui nominis extendere, hominumque in te benevolentiam augere atque amplificare melius atque facilius poſſis.

CIII. Victoriæ contra fideles ſemper luctuoſæ.

Quamobrem, ut ad illud redeamus, quod initio diximus; rogamus obteſtamurque te primum quidem, ut animum tuum ad pacem inter omnes Chriſtianos principes conciliandam applices, deinde ut te ad eas pacis conditiones cum tuis hoſtibus deducas, quæ ſi non tales erunt quales ipſe voles, maxime ſint tamen ejuſmodi, ut qui te ſummopere diligunt non eſſe eas abs te reiiciendas putent; cruentari enim gladios, vaſtari provincias, oppida dirui [quæ quidem mala cum bellis ſemper conjuncta ſunt] exerceri denique inter Chriſtianos principes tam acerbas contentiones non ſolum reipublicæ Chriſtianæ periculoſum eſt, ſed ne illis quidem ipſis, qui eas exercent non triſte, non miſerum, non fugiendum. Id ſi ipſe per te feceris, plane confidimus, reliqua bella omnia in univerſo ejuſdem reipublicæ imperio omnibus hominibus tum unius præclarum factum reſpicientibus facile quietura, quique noſtris cervicibus imminens hoſtis noſter perpetuus Turca, deque noſtris ſeditionibus incredibilem lætitiam capiens, nos eam ob cauſam a ſeſe facilius debellatum iri ſpem non dubiam alit, vel ſe intra ſuos limites continebit,

Junctis Regibus obteri Turcam poſſe.

vel

vel nos una in redimendis a ſervitute Chriſtianis gentibus conſpirantes aliquando victores ſentiet. Nos quidem ipſos, qui te unice atque ſummopere amamus, fratrumque noſtrorum Cardinalium collegium, vel potius Chriſtianam rem univerſam tibi egregie atque in omne tempus devincies. Dominus autem, ut eſt in remunerando benefacta hominum largus, quidquid hac in re atque hoc tempore amore ſui nobis hortatoribus tuis hoſtibus remiſeris, tibi nominique tuo auguſto reliquis tuis in rebus poſtulatiſque decupla menſura atque centupla ſarciet. Datum v. kalend. januarii MDXIV. a natali ſcilicet cœpto computo, *anno 1. Romæ.*

CIV. Tranſmiſit Leo harum literarum exemplum ad ſingulos principes ſeptemviros, utque ſua ſtudia ad pacandum Chriſtianum imperium & ſacra adverſus Turcas defendenda conjungerent arma, eſt adhortatus (a): *Vehementer*, inquit, *etiam atque etiam abs te petimus, ut noſtras apud illum hortationes literis, poſtulationibus, internuntiis, per te ipſum denique, ſi fieri poterit & quantum poteris juves; plane enim in eo qui tuos conatus adjuvabit Deus, tum in tua diligentia, prudentia, authoritate ſpem maximam habemus, fore ut ab illo ſis quæcumque voles impetraturus, tam juſta præſertim in re atque cauſa; quæ quidem id agit, ut Chriſtiani ſanguinis, quam exhauriri profundique tam largiter his temporibus perditis atque miſeris vidimus, aliquando tandem ratio habeatur, reſque Chriſtiana publica vel nervos atque vires reſumat, &c. Dat. IV. kal. januarii anno 1. Romæ.*

(a) Ib. ep. 23.

CV. Rogatus Anglus, ut pacem cum Gallo ineat. Ad ſedanda pariter bella ab Hiſpanis Angliſque cum Gallis geſta, Leo Ferdinandum & Henricum Reges rogavit (b), ut pacis conſilia cum Ludovico ad vertendos in Turcas impetus amplecterentur. Et ſane Henricum ſolius pontificii honoris cauſa ſumpſiſſe arma ac poſuiſſe, refert Polidorus Virgilius (c); nam cum poſt expugnatum Tornacum Maximilianus Cæſar illum ad urgendum victoriæ curſum incitaret, recedente ad pontificium obſequium Francorum Rege in Angliam ſe recepit: *Hic Maximilianus*, inquit author, *cum Rege de toto belli negotio agere cœpit*, nimirum Tornaci; *qui videns res Gallicas jam aperte longe infirmiſſimas eſſe, plurimum hortabatur Henricum ad ſequendam victoriam: contra Henricus juvenis quieto ingenio, qui non ſuæ ſed Romani Pontificis injuriæ vindicandæ cauſa bellum ſuſceperat, ratus Francum ſatis eſſe doctum ad erratum ſuum agnoſcendum, in eo bello ceſſandum putabat: quæ ſententia, cum jam hyems inſtaret poſtremo retinetur*, & infra, *Maximilianus vero dolens Anglum bene gerendæ rei occaſionem dimiſiſſe, in ſuam mox Germaniam ſe recepit.* Firmaſſe Anglum ipſum cum Gallo pacem, pariterque Hiſpaniarum Regem inducias iniviſſe cum eodem Ludovico dicetur inferius.

(b) L. 6. ep. 15.

Ponit arma, quæ pro Pontifice ſumpſerat.

(c) Polydor. Virg. l. 27.

Maximilianus recedit e Belgio.

CVI. De collocata vero apud eos Reges Ferdinandum & Henricum opera, ut civilia cum Gallis eorumque fœderatis bella componerent, monuit Leo Hungariæ Regem, authorque extitit, ut eoſdem ad pacem conficiendam hortaretur; ut Selimi Turcarum Imperatoris exultantis imminentiſque Hungariæ ferocia contundi poſſet: tum animos ad propugnandum Chriſtianum imperium adjecit (d): *Te*, inquit, *& monere & hortari volumus, ut eiſdem Regibus ipſe quoque in eam ſententiam ſcribens, hominesque tuos mitteres, qui eos ad pacis ſtudia cogitanda ſuſcipiendaque hortarentur: quod tu quidem certe facere eo diligentius debebis, quo periculo es proximior, teque ipſi Turcæ his temporibus primum omnium ex Chriſtianis principibus delegerunt, in quem invaderent, quemque debilitare ac proterere conarentur, &c. Dat. tertio kal. januarii MDXIII. pontificatus noſtri anno 1. Romæ.*

(d) Ext. apud Petr. Bemb. l. 6. ep. 25.

Solicitatus, ut per oratores eam urgeat.

CVII. Meditatum fuiſſe Leonem bellicos labores cum Cæſare ac Regibus ſubire, atque exercitum Chriſti cruce inſignitum ex omnibus fidelibus populis conflatum ad Turcicam tyrannidem obterendam educere, profeſſus eſt publicis literis (e), in quibus, recenſitis Turcarum graſſationibus Selimum Imperatorem, ac Tartaros illius fœderatos in Hungaria, Polonia regionibuſque finitimis promulgari juſſit, ac ſacram militiam profeſſuris ſuſceptis rite ſacramentis noxarum omnium veniam contulit, & clero ſacerdotiorum decumas ad ſuppeditanda militi ſtipendia indixit, ſtipemque collaturis factas indulgentias propoſuit.

(e) Lib. bull. 16. p. 34.

Ad futuram rei memoriam.

CVIII. *Nos, qui pontificatus dignitate, & officio mediatoris, quamvis non paribus B. Petro meritis, poteſtate tamen pari nuper vocati fungimur, conſiderantes, ac præjugi nobis a Deo commiſſa cura animo attentius revolventes, quod nullum majus aut gravius onus nobis & Apoſtolicæ ſedi incumbit, quam expurgare a noxiis dominicum agrum, & oves cogere in ſanctum ovile, ſpurciſſimos inſuper pſeudoprophetæ Mahumeti ſectarios immaniſſimos Turcas compeſcere, & quantum fieri poteſt, ad meliorem frugem convertere, ſi minus in eas, unde prodiere, ſcilicet ſeptentrionum latebras generali expeditione per nos ſumpta coercere, qui a quadringentis uſque vel cir-*

circiter annis Chriſtianam rempublicam tunc florentem non fatigarunt ſolum, ſed in Aſia quod meminiſſe doles Ciliciam, Lyciam, Armeniam, Paphlagoniam, Phrygiam, Lydiam pulcherrimas olim orbis Chriſtiani partes; in Europa univerſam Græciam & Serviam, Bulgariam, Boſnam impiis armis ſubegerunt, & memoria parentum noſtrorum Conſtantinopolim Thraciæ & orientalis imperii caput, magni olim Conſtantini ac tot fidelium Imperatorum ſedem vi expugnaverunt; ſacras ædes magnis ſumptibus in honorem Dei extructas, & inter cæteras divæ Sophiæ templum, Dei ipſius ac ſanctorum imagines polluerunt, & proculcaverunt; virgines in ſtuprum & matronas, cunctam vero tam antiqua & populoſiſſima urbis nobilitatem in eadem & diriſſimam ſervitutem rapuerunt, & abſumpſerunt.

Quanta regna erepta Chriſtianis a Turcis.

CIX. *Quodque nuper, non abſque dolenda recordatione præteritorum & ingenti animi noſtri moleſtia, uti ex chariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Wladislai Hungariæ & Bohemiæ, & Sigiſmundi Poloniæ Regum ac privatim illorum regnorum literis, & finitimarum partium fidedignorum nuntiis accepimus, quod orthodoxæ noſtræ fidei hoſtes Turcæ elati præteritis victoriis duce Imperatore Selimſatu, qui crudeliſſimus omnium ſuorum patrem armis compulit ad deponendum imperium, fratres ac ex iis filios ferme omnes ad unum inſigni crudelitatis exemplo trucidavit, & innocentiſſimum Chriſti fidelium ſanguinem ſæva rabie ſitit; & ut jurejurando profeſſus eſt, Hungaricam nationem in primis, ac deinde totam Chriſtianam religionem penitus extinguere conatur, adjunctis ſecum Tartaris glacialis Oceani accolis; ſicque omnes ſimul dictorum regnorum fines numeroſa peditum atque equitum manu crebris incurſionibus diripere, igni ferroque vaſtare, continuoque novos moliri apparatus, ut ad primam occaſionem, occupatis inter ſe impio ac deteſtabili bello principibus Chriſtianis, dicta regna, & præcipue Turcæ Hungariæ regnum, quod hactenus vallum & antemurale Chriſtianæ reipublicæ habitum eſt, maximis exercitibus aggrediantur, ut eo perdomito ad cætera eis facilior aditus pateat; dudumque nonnulla ipſius regni oppida & caſtra Trebernek, Theſſent, Barka, Zukul, Waiia, & in Croatia Dalmatiaque provinciis eidem regno ſubjectis Siin & Chaſenna, quæ ſitu locique natura admodum munita vigintiquinque, aut circiter millibus paſſuum a Spalatro diſtat, & plura alia dolo partim, vi partim cepiſſe, totamque non ſolum Hungariam, Croatiam, Dalmatiam, verum Sclavoniam ac finitimas eis adjacentes provincias & populos metu conſternaſſe, eoſdemque Tartaros non ſolum conjunctis animis cum Turcis, ſed affinitate firmatis ſimul cum Moſcovitis ad abolendam Chriſti fidem, & nefandi Mahumeti ſectam extollendam Poloniæ regnum validiſſimo equitatu invaſiſſe, non abſque magno illorum regnorum periculo; ſic Wladislaum & Sigiſmundum Reges præfatos cum univerſa procerum ac regnorum ipſorum nobilium manu obviam proceſſiſſe: plane innumeris terrarum cladibus, populorum ſtragibus, ingenti Chriſtiani ſanguinis effuſione admoniti intra noſtrorum viſcerum intima altius ſauciati, aliiſque pluribus detrimentis, quibus prædicta regna afficiuntur, & ne in dies magis afficiantur formidamus; quodque Chriſtianam rempublicam paulatim minui cernimus, vires, audaciam & potentiam hoſtium prædictorum augeri; tenentes ejus locum, licet indigne, cui Chriſtus ſuam commendavit Eccleſiam, cui etiam pollicitus eſt, quod inferi portæ adverſus eam non prævalerent, dubitantes ne diuturno bello, aſſiduiſque calamitatibus & detrimentis prædicta regna attrita & exhauſta ſint, ita per ſe tantos hoſtium impetus ferre nequaquam valeant, ſicque in maximam animarum jacturam, ipſorum regnorum in primis ac Chriſtianæ religionis exitium ſuccumbant, licet nuper ad coercendos eorundem hoſtium impetus & defenſionem ſuſtinendam pro ſalute eorum regnorum, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, dilectum filium noſtrum Thomam tit. S. Martini in montibus presbyterum Cardinalem Strigonienſem legatum de latere creaverimus:* Et infra.

Selimi apparatus in Chriſtianos.

Crudelitas illius in patrem fratreſque ac nepotes.

Plures arces ab ejus ducibus expugnatæ.

Tartari & Moſchovitæ illi conjuncti.

Polonia Hungariaque in diſcrimen adductæ.

CX. *Pro commiſſa itaque nobis cura defenſionis Chriſtianæ plebis & fidei, cupientes ipſos reges & regna, qui undique conjunctis viribus adverſus eoſdem Turcas & Tartaros hoſtes exercitus compararunt, & ad defenſionem hujuſmodi perſonaliter accinxerunt, & ad loca ſe contulerunt; ac uti crebris literis & nuntiis poſt creationem & deputationem legati hujuſmodi accepimus, Deo, cujus in primis cauſa agitur, cœlitus piis noſtris precibus ex intimi noſtri cordis emiſſis annuente, dum anxii atque admodum trepidi defenſionem ipſam meditamur, in Boſna provincia ad tria vel circiter millia Turcarum ad devaſtandum Hungariæ regnum venientium, duce venerabili fratre noſtro Petro Boriſko epiſcopo Weſprimienſi, ad internecionem profligarunt, quatuorque eorundem hoſtium duces in præſentia victoris exercitus trucidarunt, quintum captum ac conſtrictum vinculis ad præfatum Hungariæ Regem perduxerunt, ex alto auxiliante Deo, al-*

In Boſnia feliciter res geſta in Turcas.

lecti.

lectivis favoribus, ac ſpiritualibus Eccleſiæ theſauris, quos dominus noſter Jeſus Chriſtus Apoſtolorum principi regni cæleſtis clavigero, ac ejus ſucceſſoribus conceſſit, indulgentiis videlicet & remiſſionibus peccatorum tantiſper proſequi, ut eoſdem Turcas retardare & remorari valeant, quoad compoſitis Chriſtianis principibus, armis inter ſe diſſidentibus generalem expeditionem perſonaliter ſumemus, in confuſionem eorum, & aliorum inimicorum crucis Chriſti, & ſalutem eorum, qui contra eoſdem hoſtes Chriſtiani ſanguinis avidos pugnabunt, ad tam ſanctum & neceſſarium opus, ejuſdem Dei omnipotentis authoritate hortamur, requirimus, & monemus univerſos Chriſti fideles, præſertim in prædictis regnis, dominiis, provinciis, inſulis, civitatibus & terris eiſdem Regibus ſubjectis, & præcipue Daciæ, & Norvegiæ, ac Sueciæ regnorum incolas & habitatores, ut eidem Thomæ Cardinali & legato, ac eiſdem Regibus pro expeditione hujuſmodi adverſus ipſos hoſtes Turcas & Tartaros cum bonis & perſonis ſuis pro viribus conſtanter aſſiſtant, & inſurgant, & illius exemplo, qui pro nobis cælo in terras deſcendere, mortemque ſubire non abnuit, tollant in cordibus ſuis crucem ſuam; & illi, qui ad hoc idonei exiſtunt, expeditionemque jam moverint, ſalvatorem noſtrum pro ſuæ fidei defenſione ſequantur, & memores ejus verbi, qui dixit: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me; *& confidentes in eo, qui Eccleſiam ſuam toties periclitantem non dereliquit, neque permiſit inimicos ejus de eorum iniquitate gloriari, ſeque ad arma accingant, pericula mortis non formident recepturi exinde præmia felicitatis æternæ.*

Expectata aliorum fidelium auxilia.

Dani Sueci Norvegi ad ſacra arma in Turcas vocati.

CXI. *Et ut in proſecutione tam ſancti & neceſſarii operis ad ejus proſecutionem ipſius Regis Hungariæ non ſuppeterent facultates, Chriſti fidelium ſuffragia ſunt plurimum neceſſaria, eo promptius aſſiſtant, & quæ poterunt auxilia ſtudeant exhibere: quo exinde majora animarum ſuarum commoda adipiſci poſſint, & eis pro tam ſalubri bono portas paradiſi & perennem gloriam cum ſanctis Apoſtolis & glorioſis martyribus reſerari, univerſis fidelibus eiſdem qui ad bellum contra eoſdem Turcos in perſonis propriis ſe contulerint, & per tempus quod a præfato legato præſcriptum & ordinatum fuerit in illo permanſerint, confiſi de ejuſdem Dei omnipotentis miſericordia ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum authoritate, ac verbi ejus, qui eſt via, veritas, & vita, ac nobis, qui ejus perſona ejuſdem B. Petri ſucceſſores ſumus dixit:* Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis; quodcumque ſolveris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis; *ac etiam de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine nobis cælitus tradita, plenariam omnium peccatorum ſuorum, ac cum Altiſſimo reconciliationem, indulgentiam, & remiſſionem qualis per prædeceſſores noſtros dari conſuevit proficiſcentibus in ſubſidium terræ ſanctæ, & contra eoſdem perfidiſſimos Turcas, & qualis in anno jubilei conceſſa extitit, concedimus pariter & indulgemus, ac eorundem omnium animas, quos in hac ſancta expeditione proficiſci contigerit, ſanctorum angelorum conſortio in cæleſtibus æterna felicitate manſuras perpetuo decernimus aggregandas.* Plura adjecta, quibus etiam ii eodem ſacro munere affecti, qui milites ad ſacrum bellum miſerint, vel ſtipem pro opum ſuarum tenuitate vel amplitudine porrexerint, vel qui in exercitu operam locaverint, aut in itinere obierint.

Promiſſa iis cum ſanctis martyribus gloria.

Sacræ indulgentiæ iis propoſitæ.

Præterea ad jam dictorum exercituum manutentionem & defenſionem contra eoſdem potentiſſimos & perfidiſſimos hoſtes Turcas & Tartaros, ac eorundem expeditionem & confuſionem, quatenus divina faverit clementia, magna expedit ſubire onera expenſarum, pro defenſione & propagatione fidei Chriſtianæ, matura ſuper hoc cum eiſdem venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus deliberatione præhabita attentis præmiſſis, unam, veram, integram decimam omnium fructuum, redditMuum, & proventuum eccleſiaſticorum ſecundum valorem annuum quarumcumque cathedralium & metropolitanarum, aliarumque eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, & beneficiorum eccleſiaſticorum ſæcularium, & quorumvis ordinum regularium tam virorum quam mulierum, etiam mendicantium ex privilegio vel alios certos redditus habentium & militiarum etiam, quarum redditus ad hoſpitalitatem deputati forent in omnibus dominiis, provinciis, inſulis temporali dominio Wladislai Hungariæ, & Bohemiæ ac Sigiſmundo Poloniæ Regum prædictorum ac Daciæ, Sueciæ, & Norvegiæ regnis, nec non in Pruſſia, Livonia, & Dalmatia, omnibus comitatibus, terris, oppidis, ac locis dictis regnis, ac Pruſſiæ, Livoniæ, & Dalmatiæ ſubjectis, & conſiſtentibus & infra pro ejuſdem fidei, ac reipublicæ Chriſtianæ defenſione ſolvendam, exigendam, ut præfertur, de fratrum prædictorum conſilio apoſtolica authoritate tenore præſentium imponimus. CXII.

Imperatæ ſacerdotibus decumæ pro ſumptu bellico.

Et ut ex eis fructus, quos ſperamus, proveniant uberiores; in hujus ſanctæ expeditio- CXIII.

ditionis favorem, de probitate, fide, integritate & authoritate ejus, ac ſolertia animique magnitudine & conſtantia ſpecialem in Domino fiduciam gerentes, præfatum Thomam Cardinalem, & legatum ad hunc effectum, ut præfertur, creatum, ordinatum, & inſtitutum hujus ſanctæ a nobis indictæ cruciatæ indulgentiarum ac decumarum, ac omnium & quorumcumque præſentium literarum, tenore contentorum caput, authorem, ordinatorem, & obventionum hujuſmodi & decumarum percipiendarum conſervatorem, diſtributorem, etiam cum poteſtate nominandi, ac deputandi ſeu ſubſtituendi nonnulliſque interjectis *ad effectum, defenſionis dictorum regnorum & Chriſtianæ fidei dumtaxat, & non in aliam prorſus cauſam quocumque neceſſitatis colore quæſito obvenerunt, integre & fideliter conſervabuntur, adminiſtrabuntur, & in hanc ſanctam expeditionem erogabuntur & convertentur cum omnimoda & plenaria poteſtate legati de latere, durante dicto tempore ſuæ legationis, conſtituimus, deputamus, & ordinamus*. Et paulo poſt.

CXIV. Percuſſi anathemate qui ſacrum aurum in alios uſus avertemt.

Cæterum volentes, illos, quos Dei timor a malo non revocat, ſaltem pœnæ formidine & publica diſciplina compeſcere; omnes & ſingulos cujuſcumque dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, etiamſi pontificali vel alia eccleſiaſtica, aut quacumque maxime mundana dignitate fungantur, qui de hujuſmodi exigendis decumis aliquid uſurpare vel ſubtrahere, aut in exigendo, & colligendo, vel conſervando illas fraudem aut deceptionem aliquam committere, ſeu quod in aliam, quam præmiſſam, quovis quæſito alio colore cauſam defenſionis fidei exponantur procurare, & operari, ſeu quomodolibet verbo aut facto conſentire, vel ne ſolvantur perſuadere malitioſe, directe vel indirecte præſumpſerit, maioris excommunicationis, ac etiam privationis beneficiorum ſuorum, quæ obtinent, inhabilitatis ad illa & alia obtinenda, ſententias, cenſuras & pœnas incurrere volumus ipſo facto; a qua excommunicatione ab alio quam Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolutionis beneficium, dum tamen prius ſatisfecerint, aut de ſatisfaciendo idoneam cautionem dederint, nequeant obtinere. Nonnullis in hanc ſententiam interjectis additur.

CXV.

Et ut expeditio hujuſmodi tanto majorem fructum reddere poſſit, quanto in dictis regnis & dominiis, provinciis, inſulis, civitatibus, terris, & locis omnes diſſenſiones ceſſaverint, ac pax & concordia vigeant; univerſos Chriſti fideles regnorum & dominiorum prædictorum incolas & habitatores, dominos, duces, principes, comites, & barones, ac cujuſcumque alterius præeminentiæ, dignitatis, vel excellentiæ fuerit, per viſcera miſericordiæ ejuſdem domini noſtri Jeſu Chriſti, & per acerbiſſimam ejus paſſionem, quam immaculatus & innocens agnus, ut nos miſeros peccatores ab æterna morte redimeret, dignatus eſt pati, per judicium extremum, in quo ante ejus tribunal quiſque conſtitutus ſecundum opera ſua mercedem ſuſcipiet, & per ſpem vitæ æternæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe, harum ſerie enixe monemus atque requirimus, & nihilominus in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandantes, ut mutuam inter ſe charitatem ſervent atque pacem & concordiam, vel ſaltem quo expeditio prædicta durabit, treguas, inducias, ſeu belli moram, quas tenore præſentium authoritate omnipotentis Dei, ac pro ſecuritate tam ſanctæ & laudabilis expeditionis nos indicimus, &c. Pluraque adjecta de ampliſſimis mandatis quibus legatus inſtructus eſt & ſublatis aliis indulgentiis. *Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis dominicæ MDXIII.* III. *non. ſeptembris pontificatus noſtri anno* I. Coacti fuere pontificio ſtudio ſolemnes Germanorum, Polonorum, & Hungarorum cœtus pro belli ratione in Turcas ineunda, atque in iis mutuum fœdus contra Turcas ſancitum eſt: verum irrito exitu diſſolutum, ut dicetur inferius. Nunc ad Africanas, Indicas, & Americanas res properat oratio; ex quibus Indicæ primæ occurrunt.

Vigente bello Turcico Polonis & Hungaris pax mutua imperata.

CXVI. Indictum a Javæ Rege Luſitanis bellum.

Ineunte hoc anno Javæ majoris Rex Saracena ſuperſtitione infectus comparata aliquot ante annis maxima claſſe, bellicis tormentis egregie inſtructa, illique duodecim militum millibus impoſitis, necnon cum Malacenſibus nonnullis coitione facta, nondum bene confirmatum Malacæ Luſitanum imperium, Chriſtianamque religionem in iis oris propagari cœptam convellere conatus eſt: ſed divina vis noſtris affuit, cujus ope potentiſſimus fidei hoſtis fuit profligatus. Unde vero is eruperit, quæve ſint Javenſium inſtituta deſcribit inter alios accurate Hieronymus Oſorius (a): *At ortum*, inquit, *ſolis progredientibus nempe a Somatra & Zunda aliæ duæ inſulæ ſe oſtendunt, quarum prima Javæ major, altera minor appellatur. Omnes hæ tres inſulæ Regum imperio continentur. Javæ vero præcipue ſunt fertiles & opimæ, fruges multiplices & fructus varios proferunt, & maximam vim pecorum, & armentorum, & equorum nutriunt: venatu & aucupio mirifice redundant: piperis & aliorum a-*

(a) *Oſor. eod. l.* 8.

Javenſium regio & ritus. Cur radant anteriorem capitis partem.

ro-

romatum copiam paſſim efferunt : mediterranea loca homines dediti ſimulachris incolunt ; qui maritimas oras habitant : maxima ex parte Mahumetanis inſtitutis vivunt : homines nudi plerumque umbilico tenus incedunt ; multi tamen lautiores veſtibus bombycinis aut goſſypinis amiciuntur : barbas evellunt, anteriorem capitis partem radunt, reliquam ſtudioſe criſpant : nullum integumentum in capite gerunt ; indignum enim hominis præſtantia cenſent, hominis principatum, quem in capite conſtituunt, aliquo velamento, quaſi rem probroſam tegere : ſi quis caput alicujus manu tangit, eam injuriam armis acerrime perſequuntur. Sunt in bello feroces, & intrepide ſeſe in quodvis magnum diſcrimen iniiciunt : artibus fabrilibus dediti ſunt : arma, tormenta, variaque telorum genera ſingulari ope perficiunt : æs ad quodvis genus inſtrumenti egregie fundunt : naves ingentes ædificant : aſtra diligenter obſervant, & magicas diſciplinas incredibili ſtudio colunt : ſilvas vænandi ſtudio peragrant, neque ſolum canibus & venabulis ad apros atque cervos eminus configendos, verum & accipitribus ad volucres capiendas utuntur. Omnes colorati ſunt : mulieres neque deformem faciem, nec obtuſum ingenium gerunt : eleganter excoluntur in ſaltationibus : non mediocrem præ ſe venuſtatem ferunt : curribus invectæ cum viris ſilvas & nemora luſtrant, & venatione oblectantur. Homines Sinarum moribus & inſtitutis vivunt, a quibus ſe originem ducere jactant.

Magicis artibus ſunt addicti.

Ajunt trahere originem e ſinis.

CXVII. Hujus aliarumque inſularum, & continentis Indiarum maritimas oras Arabes ſenſim progreſſi, inſtitorum ſpecie invaſerant, ac fœdiſſima Mahometis ſuperſtitione inquinaverant, varia inter ſeſe imperia partiti ; e quibus Onuſius, qui tyrannydem Malacenſem per ſeptem annorum ſpatium affectaverat, ſuſceptumque a ſe conſilium arte tandiu diſſimularat, Malacam repente adortus eſt ingenti claſſe inſtructus, cujus navis prætoria maximi alvei, inſtar arcis munitiſſimæ in mari videbatur tantæ firmitudinis, ut omnes globos non minus quam ſi cautes eſſet repelleret ; quippe latera ſeptuplici compagine contecta ac bitumine calceque, oleoque ſuperfuſo firmata habebat : noſtrorum autem claſſis numero ſexdecim tantum navium erat, quam barbarus accerſita Bintani Regis claſſe intercipere facile ſperabat ; ſed a Chriſtianis Andradio duce ſtrenuiſſimo prælio peritus fuſa diſſipataque ipſius claſſe in Javam ſe fuga proripere (*a*) coactus eſt : *In hoc prælio*, inquit Oſorius, *Pate Onuzius quinquaginta novem naves maximas ex iis, quas appellant juncos, amiſit : ſexaginta in prælium adduxerat, una tantum ex illis evaſerat : longarum vero navium & velocium, quæ vel incenſæ vel depreſſæ ſunt, ingens multitudo fuit : ſupra octo millia hominum vel cæſa, vel incendio conſumpta ſunt : e noſtris triginta deſiderati ſunt, vulnerati quamplurimi : Andradius, & navarchi reliqui cum maxima civium admiratione, fuerat enim prælium omnium, quæ viderant aut audierant acerrimum, in urbem ingreſſi ſunt.* Perfuncti eo diſcrimine Luſitani, quos Deus amplificandi per Indica regna evangelii adminiſtros delegerat, in maximum aliud adducti ſunt a Mahomete Bintani Rege, qui proditione arce Malacenſi pene potitus eſt : ſed divino beneficio eo quoque periculo liberati fuere. At de his hactenus, quæ fuſe Barroſius (*b*) & Oſorius (*c*) proſequuntur : nunc ab ulterioris Indiæ rebus ad Arabicas narrationem traducamus.

Malaca ab iis petita bello.

(*a*) *Joan. Barroſ. l. 9. c. 5. Oſor. & Maff. ubi ſupra.*

Claſſis barbarica capta a Luſitanis. Cæſa hoſtium octo millia Chriſtianis triginta tantum deſideratis.

Bintani Regis proditio ægre oppreſſa.

(*b*) *Barroſ. l. 9. c. 6.*
(*c*) *Oſor. & Maff. ubi ſup.*

CXVIII. Monitos olim Romanos Pontifices vidimus ab evangelicis præconibus, qui per Indica regna fidem Chriſti gentibus inferebant ; Mauros ingentem cladem accepturos, Chriſtique religionem incremento ingenti augendam, ſi vel duæ tantum triremes in Erythræum mare immitterentur, qui obſeſſis illius faucibus imperium maritimæ oræ Arabicæ tenerent : ſed inutile videbatur conſilium, cum per Mediterraneum mare navigationem in Arabicum Ægyptiacus iſthmus prohiberer, nec dum divina providentia per vaſtos Africæ circuitus iter Luſitanis patefeciſſet : quod vero humana ſapientia fieri poſſe nondum perceperat, id hoc anno Luſitanorum virtute perfectum (*d*) eſt, qui duce Alfonſo Albuquerquio Erythræi maris imperium victrice claſſe, portubuſque idoneis occupatis ſibi pepererunt ; quod ſingulari divini Numinis beneficio ad fidem Chriſti in vaſtis Abyſſinorum regnis tuendam factum obſervat Joannes Barroſius (*e*), Æthiopas enim Abyſſinos unicum tantum portum Arquico nomine in mari Erythræo habuiſſe : quem ſi poſtea Stephanus Gamma quadringentis præſidiariis adverſus Mauros, qui jam labente anno hujus ſæculi decimo tertio majorem Abyſſini regni partem armis ſubegerant, non muniviſſet, nullas jam Chriſtianæ religionis futuras reliquias in eo regno, quod principum Chriſtianorum ope deſtitutum, atque undique Mauris cinctum tot ſæculis in fidei Chriſtianæ, quamvis aliquibus obſcuratæ ob ſacerdotum imperitiam erroribus, conſtantia perſtitiſſe mirum eſt.

Luſitani Erythræum mare victrici claſſe ſulcant.

(*d*) *Jo. Bar. decad. 2. l. 8. c. 1. Oſor. l. 9.*

(*e*) *Eod. cap. 1.*

Æthiopia infeſtata a Mauris

Ferentibus opem Luſitanis liberata.

CXIX. Porro neque hoc loco ſilentio prætere-

Oſtenſa cælo crux purpurea. (a) Id. c. 2. Oſor. l. 9. Maff. l. 5.

undum eſt divinitus factum prodigium (a), cum Albuquerquius mare Erythræum ſulcabat: quippe in ea cœli parte, quæ Abyſſinum regnum ſpectabat, purpuream crucem præclariſſima luce radiantem conſpexit, moxque cum cæteris claſſiariis in genua provolutus pias haſce voces effudit: *Salve crux noſtræ redemptionis inſigne. Salve victoriarum noſtrarum ſpiritualium & temporalium index, ornata pretioſiſſimo Jeſu Chriſti cruore. Salve arbor divina, cujus fructus mortem fructum peccati perimit. Profiteor in te ſitam ſpem noſtrarum victoriarum: te colimus poſcimuſque ut terra marique nos tueare.* Quibus verbis magno affecti omnes ſenſu pietatis in lachrymas effuſi immenſos clamores ad æthera ſuſtulere, inque lætitiæ ſignum de oſtenſa cœlo triumphorum ſacrorum ſpe clangores tubarum repetiti, tormenta ænea magno fragore diſploſa; quo tempore nubes candida crucem divinitus oſtenſam obtexit: confectaque ea de re Albuquerquius publica monumenta ad Emmanuelem Luſitaniæ Regem tranſmiſit.

Exultant ea viſa Luſitani.

De conſpecto prodigio confecta publica documenta.

CXX. Quod vero ad Albuquerquii geſta in Arabico mari attinet; Emmanuelis Luſitaniæ Regis imperio eo ſe contulerat, ut ſultani Ægyptii claſſem, quæ ad Indicam expeditionem conficiendam comparari ferebatur, diſturbaret. Accepit autem Albuquerquius, ſultanum priore victoria de Franciſco Almeida a Mirhocemo parta elatum quindecim triremes conflari juſſiſſe; intermiſſum tamen opus, cum materiam in Ægyptum convehendam equites Rhodii intercepiſſent: ſultanumque ipſum conſilii ardorem remiſiſſe, cum Mirhocenum profligatum in India audiſſet. Porro Albuquerquius ad occupandum Arabici maris imperium, fauceſque tenendas Adenam urbem Arabiæ maritimam invadere decrevit, ac præterea in Suezium, ubi claſſes Ægyptiæ ædificari ſolebant, minoribus navigiis invehere, navaliaque comburere. Adenam ita deſcribit Oſorius (b): *Ea eſt in radicibus montis editi, qui in mare ſingulare procurrit ſita & utrinque fluctibus in ſinus reductis alluitur, ita ut peninſula fiat.* Et infra: *Eſt cincta muris, munita turribus, exculta mœnibus, & ad aſpectum pulcherrima. In illam mercatores e Perſide, & India, & Æthiopia, & ex multis Arabiæ regionibus ſæpe commeant. Incolæ Mahumetem colunt: colore candido & ſpecie liberali ſunt: homines nobiles armis exercentur, & militaris gloria decus ardenter expetunt: Rex alias civitates in mediterranea regione poſſidet, & milites non paucos ſtipendiis alit, & e ſuis tantum ſubditis in prælium, cum opus eſt, duo millia equitum educit.* Si eam urbem caperet Albuquerquius, conſtabilitum adverſus Ægyptiorum potentiam Luſitanum in India imperium putabat, eamque expugnaſſet, niſi Luſitani nimio in eam impetu, non ſervato militari ordine aſſiliiſſent: ſi quidem ſcalæ irruentium pondere diffractæ; cumque jam nonnulli in mœnia evaſiſſent, aliique pertuſo muro ſubirent, demum noſtri poſt atrox prælium non ſine fortiſſimorum virorum clade repulſi ſunt. Interea increbreſcente de oppugnata Adena rumore inhorreſcebat ſultanus Ægyptius (c), cum Iſmael Perſarum Rex tunc Aleppum gravi bello premeret, tum vulgaret fama, inſtructam a Chriſtianis principibus claſſem in Alexandriam invehendam, necnon pœnas ob jactatas antea a ſultano de excindendo dominico ſepulchro perdendaque re Chriſtiana temere minas repetitum iri: ſed a tam egregio facinore occidentalium Regum animus abſuit.

Adena oppugnata ab Albuquerquio.

(b) Oſor. l. 2. Maff. l. 5.

Ejus deſcriptio.

Repulſi Luſitani ob non ſervatum militarem ordinem.

(c) Jo. Barr. l. 8. c. 3.

CXXI. Cæterum Albuquerquius cum adverteret, Adenam ſine graviori ſuorum damno expugnari non poſſe, incenſis omnibus navibus infidelium in inſulam Camaram ad reficiendos commeatus abiit. Cum vero eas oras pervagatus de condenda arce curas volveret, inavaſit claſſiarios dira lues, quæ repente nonnullos etiam Ludo jociſve certantes extinxit: ac tum id prodigium contigit (d), ut militis cadaver in mare projectum noctu carinam crebris ictibus pulſarit, dein tellure defoſſum ſponte emerſerit, donec illius anima anathematis, quo conſtricta erat, religione expiata eſt; quo Maffeius ea Barroſio Latinis verbis ita repetit: *Miles unus in mare projectus ingentem terrorem omnibus attulit; noctu quippe infra ſentinam pulſus frequentes exaudiri cœpti: quem ad ſtrepitum cum arrepta ſcapha vigiles deſcendiſſent, implexum carinæ ſub ipſa gubernaculo defuncti militis corpus offendunt; ſcilicet cunctis pilus inhorruit: ubi ex pavore collegere ſeſe; res ad navarchum delata, nec dubium fuit quin cadaver tranſlatum in littus humo contegerent: quo facto poſtridie ſuper ipſum ſepulchrum rurſus inhumatus apparuit. Ea re attoniti cunctis, cum apud ſe cauſam anquireret, Franciſcus denique incertum ex qua familia monachus qui concionatoris munere fungebatur, ſagaci conjectura ſuſpicatus eſt, hominem aliquo interdicti vel anathematis vinculo conſtrictum e vita exceſſiſſe. Itaque in terram egreſſus ſanctiſſimi viri Benedicti abbatis exemplo, e pontificia formula conceptis verbis animum demortui rite expiavit, eique veniam a Deo precatus eſt:*

Incendunt naves infidelium.

Dira lue corripiuntur.

(d) Jo. Barr. eod. c. 3. Maff. l. 5.

Prodigium in milite extincto cenſuris devincto.

Expiatus rite conquieſcit.

mi-

Defixa crux in ſinus Arabici faucibus. (a) Barr. ſup. c. 3.

mirum dictu! ab eo myſterio reddita mortuo pax, & vaga oſſa tandem in ſuo tumulo quievere. Inde Albuquerquius in inſulam Mehum in ipſis Arabici ſinus faucibus medio julio profectus, in ea prælta crucis vexilla defixit (*a*), magno omnium gaudio, qui redemptionis noſtræ ſignum in eas infidelium oras delatum triumphabant; initumque eodem ſigno Arabici maris imperium: illius autem inſulæ nomen cum Veræ crucis nomine commutatum; ac licet in ea extruendæ arci locus commodus viſus eſſet, differri tamen opus placuit.

(b) Id. ib. (c) Id. c. 4. 5. 6. Succenſus Zeilæ portus. (d) Oſor. l. 9.

CXXII. Porro antequam ex Arabico mari abiret Albuquerquius, Zeilæ urbis ſuccendit portum (*b*), noviſque molitionibus Adenam oppugnavit (*c*), quam recentibus operibus præſidiiſque communitam reperit, quocirca in Indiam, interceptis ex itinere aliquot navibus opulentis, rediit: *Claſſis vero illa*, inquit Oſorius (*d*), *tantis opibus & induſtria comparata, quæ vel propter Imperatoris nomen, vel propter virtutem militum maximam ſui expeditionem concitarat, & multis nationibus ingentem terrorem iniecerat, hunc ſolum fructum tulit, ut animos ſucceſſibus elatos ſibique nimium præſidentes ab ea temeritate & inſolentia ad modeſtiæ ſtudium revocaret: tum enim demum ſe vinci poſſe intelligere potuerunt, & partas victorias non fuiſſe illorum viribus, ſed clementiæ divinæ tribuendas*. Mox autem ab hoc reditu aucta eſt, amplificataque in India res Chriſtiana; quippe Cambaiæ Rex extruendæ in Dienſi urbe arcis, & Naubeadarinus, qui in Malabarico imperio ſucceſſit Zamorino avunculo in Calecutienſi alterius condendæ poteſtatem fecere (*e*), quanquam poſtea (*f*) Dii regulus Azius Cambaiæ Regem ab ea mente dimovit, adeo ut nec muneribus ampliſſimiſve legationibus flecti potuerit. Ejus regni ſitum, fertilitatem telluris, moreſque impios incolarum, qui omnibus rebus affluentes ſempiterna animarum damna patiuntur, deſcribit Oſorius (*g*).

Dienſis arx condita a Luſitanis. (e) Id. ib. Barr. l. 8. c. 5. 6. & l. 10. c. 1. (f) Jo. Barr. dec. 2. l. 10. c. 1. Oſor. l. 9. (g) Oſor. ib.

CXXIII. Cambaiæ deſcriptio.

Cambaiæ, inquit, *regnum eſt prima Indiæ pars ad ſolis occaſum, quæ Arachoſiæ terminis definitur: eam fluvius Indus, unde India nomen duxit, interfluit: in eum ab ortu & occaſu fluvii complures illabuntur: ſinus ingens, in quem Indus influit, Canticolpus a ſcriptoribus antiquis appellatur. Regionem tanta fertilitate præditam eſſe perhibent, ut paucis jugeribus incredibilis hominum multitudo ali atque ſuſtentari poſſit: fruges varias, ſacchari magnam vim & fructus multiplices effundit: pecora & armenta innumerabilia nutrit: oram maritimam maxima ex parte Saraceni, mediterraneam regionem homines dediti ſimulachris colunt. Eſt gens quædam acris, quæ montes incolit, quæ poſtquam Reges Mahumetis diſciplinis imbui cœperunt ab illis deſcivit: homines Resbuti nominantur, & cum Regibus ſæpe bella gerunt: mercatores ſunt ditiſſimi, vectigalia Regis ampliſſima: milites externi uberrimis a Rege congyariis alliciebantur, & ita fiebat, ut Cambaja patria quædam communis exiſtimaretur. Dium eſt civitas huius regni, in inſula quadam parva exiguo ſane freto a continenti diſiuncta, quæ propter portus bonitatem multos undique mercatores ad commercium alliciebat; ita ut fieret emporium valde celebre opibuſque multis opulentum. Albuquerquius in ea inſula arcem ædificare cupiebat, & ut ea ſibi poteſtas fieret, multis officiis animum Regis ad ſuam amicitiam pellicere contendebat*. Sed deluſi blanditiis fictis Luſitani ſunt: quos demum potitos Dio, ingentiaque a Cambajanis Turciſque illata bella fortiter perrupiſſe viſuri ſumus.

Emporium Dienſe celeberrimum.

Cæterum Cairi Caliphius ſupremus Mahometicæ ſuperſtitionis antiſtes, qui ſultanorum Ægyptiorum regiæ inaugurationi præeſſe conſueverat, oratores ad Cambaiæ & Decani Reges miſit, ut eos in arma ad pellendos India Chriſtianos concitaret; accepiſſe enim maxima detrimenta rem Mahometicam, ex quo illi Indicis portubus fuerant excepti, querebatur; Albuquerquium multis graſſationibus Erythræum mare infeſtaſſe; portum, cui Inda nomen eſt, expugnare meditatum, ſed reſtatu ventorum prohibitum. Adenam tentaſſe, Mechamque Mahometiſque delubrum vi numinis a Chriſtianorum profanatione vindicatum: tantam vero Luſitanorum audaciam Regum Indorum ignaviæ tribuebat, cum vix credi poſſet, exiguum hominum numerum unius tantummodo principis vim ſuſtinere poſſe, multo minus ſi univerſi ſociarent vires, quæ domando orbi univerſo pares eſſe poſſent: conſtare id certiſſimis ſignis, quandoquidem Adenæ prætor exiguis munitus præſidiis eorum impetus propulſaſſet: denique luſtrationes Mahometicas noxarumque veniam proponebat iis, qui ad exturbandos India Chriſtianos arma caperent, veſteſque elegantes ex Alcorani formula prece luſtratas proceribus Indis dono dedit, pollicitus iis indutos victoriam immortalitatemque conſecuturos. Sed hæc impoſtoris molimina divina vis diſcuſſit. Sultanus etiam Ægyptius cum noſtros ſerpentis inſtar veneno ſuo perimere non poſſet, ſibilis exterruit; excito enim dominici ſepul-

CXXIV. Ægyptius conjurat cum Indicis Regibus ad pellendos Luſitanos.

Mahometanorum impoſtorum artes.

Intentatæ minæ de ſepulchro dominico diſturbando.

pul-

pulchri præfecto Minorita, feroces minas ut antea effudit; diſturbaturum ſepulchri dominici ſacrarium, ni Luſitani excurſionibus maris Arabici abſtinerent: quod idem Minorita Albuquerquio literis ſignificavit, & coronam precariam omnium reliquiarum Jeroſolymis conditarum religioſo contactu conſecratam, necnon campanulam, cum divina victima extolli a ſacerdote oſtendique populo conſuevit, pulſari ſolitam, quæ ſæpius ſuo tinnitu ingentia miracula in ſacello Jeroſolymitano edita præſignarat, munere miſit: quæ Albuquerquius ad Emmanuelem Regem tranſmiſit.

CXXV. Pontificem autem a Luſitano de partis in India adverſus infideles triumphis, conſtabilitaque Chriſtiana religione certiorem factum, meminit Paris de Graſſis (a) his verbis: *Superioribus diebus*, nempe medio circiter julio, *allatæ fuerunt literæ Regis Portugalliæ ad ſanctiſſimum dominum noſtrum Leonem, ac ſacrum ſenatum de victoria maxima pene incredibili contra infideles in partibus Indiæ habita, prout in literis plenius continetur; quarum copia hic inſeritur. Unde ſua ſanctitas conſiſtorialiter decrevit de eo gratias reddere Deo publicas juxta morem quem anteceſſores ſervarunt.* Deſiderantur in eodem mſ. Luſitani Regis literæ, quæ typis excuſæ fuiſſe videntur; & cum fortitan male volumini cohærerent periiſſe: extant vero apud Paulum Langium (b), quas etſi non integras, cum ea, quæ levioris erant momenti in iis videantur prætermiſſa, ſubiicimus.

(a) *Paris in mſ. diar. to.4. p.54.*

Factus certior Pont. de partis in India victoriis.

(b) *Apud Langium in chron. Citiz.*

Sanctiſſimo in Chriſto patri, ac beatiſſimo domino domino Leoni ſuus addictiſſimus filius Emmanuel Dei gratia Rex Portugalliæ & Algarbiorum citra ultraque mare in Africa, dominus Guineæ & conquiſtæ navigationis ac commercii Æthiopiæ, Arabiæ, & Perſiæ, atque Indiæ, humillima beatorum pedum oſcula.

CXXVI. *Quantum Deo optimo maximo, quantum & tibi gratulari debeamus, beatiſſime pater, vel ex nuntio quem noſtra Indicæ claſſis proxime attulit ſatis apparet: quod enim te Pontifice maximo, & ſanctiſſimæ Romanæ eccleſiæ & Chriſtiano orbi præſidente, tam admiranda in Dei laudem & gloriam geſta, tam ex voto ſucceſſerint, tua certe laus, tua gloria cenſeri debet: jure itaque viſum quæ in India Dei ſuffragio ad ipſius cultum ſpectantia noſtris armis modo facta ſint, ad tuam ſanctitatem ſummatim perſcribere. Igitur pacata poſt plures dubii conflictus victorias non ſine labore & ſanguine partas, India, relictis in ea opportunis præſidiis Alfonſus de Albicher protocapitaneus noſter, ut jacturam, quam ſuperioribus annis noſtri fecerant injuriamque ulciſcerentur, auream Cherſoneſum [Malacam accolæ appellant] contendit. Ea eſt inter ſinum magnum & Gangeticum ſita urbs miræ magnitudinis, ut quæ viginti quinque millium & amplius ædium cenſeatur; terra ipſa fœcundiſſima, ac nobiliſſimarum, quas fert India, mercium feraciſſima.*

Aureæ Cherſoneſi expugnatio.

CXXVII. *Huc itaque cum inſtructa claſſe appulisset Alfonſus urbem oppugnare deſtinat: quod præſentientes ſaraceni bello ſe & armis præparant; ſed fruſtra, nam commiſſo his prælio noſtri tandem Dei auxilio ſuperiores plurimis ex hoſtibus cæſis urbem vi intrant, occupant, data prædæ libertate diripiunt, incendunt: Rex ipſe, qui ex elephanto pugnabat graviter vulneratus cum ſuperſtitibus Mauris fuga ſibi conſuluit. In ea pugna magnus hoſtium numerus exiguo noſtrorum damno interiit, capti plures: magna etiam ablata ſpolia, in quibus & ſeptem ipſius Regis bello aſſueti elephantes ſuis turribus ſericis atque auro intextis ephippiis illius provinciæ more muniti, ac æneorum omnis generis tormentorum ad duo millia ſumma arte fabricata. Erant eo tempore Malacæ plures extranei ac diverſarum nationum mercatores, ſcilicet Zantri, Pegui, Javaes, Gores, & ab extremo oriente atque ultima Sinarum regione Chines, aliique gentiles, qui urbem commercii gratia frequentantes multis divitiis, auro & argento, margaritis & pretioſis lapillis ſerico etiam vellere ac multifariis aromatibus & odoribus affatim replent. Hi cum multis quoque finitimis ab Alfonſo fœdus & amicitiam ultro flagitantes, ab ipſo & benigne & favorabiliter ſunt accepti.*

Capti ſeptem elephantes turriti.

CXXVIII. *Hæc cum cognoviſſet Rex de Anſiam & gente & ſolo orientem verſus potentiſſimus, ad quem fama erat, jure Malacam ſpectare, & a Mauris olim uſurpatam, legato ad præfectum noſtrum deſtinato, qui ſe ſuoſque noſtro manciparet obſequio, aureum ſimul craterem cum pretioſe magnæque æſtimationis carbunculo, enſemque aureum affabre elaboratum in ſignum videlicet recognitionis ac veræ perpetuæque futuræ amicitiæ miſit: ad quem præfectus aliquos ex noſtris expertos vafroſque viros intima regionis ſcrutaturos cum multis etiam muneribus remiſit. Unde maximum Dei obſequium & catholicæ fidei augmentum fore non dubitamus. Rebus ſic apud Malacam compoſitis, Alphonſus in Indiam revertens Goæ urbis præcipuam arcem, quam ipſe ſuperioribus annis magno noſtrorum periculo, ſed majore hoſtium ſtrage occupaverat, noſtræque ditioni & imperio adjunxerat, a Mauris obſeſſam re-*

Rex Anſiam Luſitanis de victoria gratulatur.

Liberata Goa.

pe-

perit, ſtructa etiam alia juxta eam firmiſſima arce, e qua Ruminam Turcorum ſex millia numero noſtros continue infeſtabant: quos cum adoriretur præfectus plurimis jam trucidatis deſperata ſalute, pacta tantummodo corporum incolumitate, ſe tandem & reliqui noſtris dedidere, partiſque & ibi machinarum, equorum, armorum, & hujaſmodi haud contemnendis ſpoliis, quibuſdam etiam, qui inter Mauros reperti ſunt apoſtatis, qui a fide noſtra deſciverant, debito afflictis ſupplicio, urbem priſtinæ quieti reſtituit. Appulerat interea ad Dabuli urbem haud procul a Goa preſbyteri Joannis potentiſſimi Chriſticolarum domini ad præfectum noſtrum legatus, qui ejus nomine ut Chriſtiani Chriſtiano omnem opem, omnia ad bellum contra catholicæ fidei hoſtes opportuna, militum exercitus, armorum ac commeatus præſidia ultro offerat, præſertim ſi mare rubrum ſuo conjanctam dominio noſtra claſſis traiiciat, abi commodiſſime utriuſque viras jungi poſſent.

Parta de Mauris & Turcis ingentia ſpolia.

Fœdus ſancitum cum Abyſſino.

CXXIX. *Aderant tunc apad noſtrum præfectum a Narſinguæ Rege legati Rege gentili adeo potentiſſimo, ut mille & quingentos belligeros elephantes, armatorum equitum quadraginta millia præter innumerum peditum numerum ſuo arbitrio in aciem parvo negotio proferre, tantumque agri poſſidere perhibeatur, quantam ſemeſtri itinera vix emetiri poſſit. Huic plures Reges ac ſatrapæ parent; quorum nonnulli maritimis oris proximi nobis ſunt tributarii. Apud Alfonſum Cambajæ Regis legatus, terra marique potentiſſimi atque inter Mauros maximi, item a Zabajo Goæ quondam domino atque a Rege Groſopa, aliique complures Regum ſatrapumque legati a noſtro præfecto ſœdus pacemque ultro exorantes ac ſua munera ſinguli afferentes.*

Et cum Narſingu Rege.

CXXX. *Inter hos ſucceſſus, pater beatiſſime, divino ſuffragante numine per univerſam Indiam plurimi Spiritus ſancti gratia igneque afflati, depoſitiſque gentilitiis erroribus in dies ad noſtram religionem converſi veram Dei fidem agnoſcunt. Ob quæ Deo optimo maximo ſummæ gratiæ ſunt merito referendæ, quod tam procul a noſtra urbe in tam remotis regionibus, quo ne fama quidem ſui ſanctiſſimi penetraverat nominis, noſtra nunc ſedula opera ſuam veram fidem cultumque celebrari, publicari, ac propagari dignatus ſit. Unde procul dubio, divina favente clementia, ſperandum eſt, cum nunc præfectus noſter ad mare rubrum, ut ejus oſtio occupato Saracenis earum partium commercia interdicat, relictis in India opportunis præſidiis ingenti claſſe properat, ut ibi conjunctis ſub crucis vexillo presbyteri Joannis noſtriſque viribus maximum Dei obſequium, & Mahumeticæ ſectæ detrimentum & ignominia ſequatur; extremaque orientis ora, quo & ſacras Apoſtolorum voces intonuiſſe compertum eſt, occidentali noſtræ propediem jungatur, & ad veri Dei cultum, ipſius ſuffragante numine traducatur ſanctæ ſedi Apoſtolicæ ac tuæ ſanctitati, ut optimo patri paſtorique Chriſtiani gregis more debitum obſequium & obedientiam oblaturi bene valeat beatitudo tua; quam pientiſſimus Deus diu ac feliciſſime conſervare, & augere ad votum dignetur. Datum in Urbe noſtra Ulyſippona* VIII. *id. junias anno Domini MDXIII.*

Plures Indi ad Chriſtum converſi.

Conceptæ ſpes de Mahumetica ſecta deprimenda.

CXXXI. Indici hi triumphi Africanis cumulati fuerunt; hoc enim anno idem Emmanuel in Africa Azamoram urbem opulentam, nonnullaſque alias finitimas divina vi, quæ Mauros terrore diſpulit, Chriſtiano reſtituit imperio. Deſcribit illius ſitum opeſque, ac gentium mores Oſorius his verbis (*a*): *In ea Africæ parte, quæ ad occaſum ſolis extra fretum Gaditanum ad Auſtrum inflectitur, eſt provincia valde fertilis & opima, quam Arabes appellant Duccalam: per eam regionem ingens fluvius illabitur, quem Arabes appellant o mirabili; multi Aſamam eſſe credunt. Ad hujus fluvii ripas non procul a mari urbs hæc ſita eſt, quæ quidem murorum ambitu ſupra quinque millia domorum continebat: gens erat lauta, ædes amplæ & magnifice in multis extructæ: fuit autem in quatuor partes diſtributa; quarum quælibet ſuum rectorem habebat, ita tamen ut eo quod omnes unum ſummam imperium agnoſcerent nulla inter eos diſſenſio aut tumultus exiſteret: ager eſt latiſſimus cujus maximam partem ruſticani Arabes colunt, qui propterea quod a luxu civium plurimum abſunt, multo fortiores urbanis exiſtimantur: ii ædes nullas habent, ſed in tentoriis latiſſimis vitam degunt; tenuiſſimo victu contenti ſunt, & armis frequenter exercentur. Erat autem hæc provincia in tres partes diſtributa: quamlibet autem nomen a certo genere Arabum, qui primis eam colonis ejectis occuparunt, nomen traxiſſe ferunt.*

(*a*) *Oſor. l. 9.*

Azamora reſtituta imperio Chriſtiano.

CXXXII. Tenebat Azamoram Zeiamus, qui ad firmandam potentiam ſuam in Emmanuelis Luſitaniæ Regis clientelam certis pactionibus ſe commendaverat, ac deinde fidem ruperat: ad quam injuriam ulciſcendam debellandamque Azamoram, claſſis tanta inſtructa eſt Emmanuelis juſſu, ut fortaſſe nunquam in Luſitania viſam majorem referat Oſorius ſic inquiens: *Ea namque quadringentas naves omnis generis continebat: exercitus erat circiter*

Exercitus ingens inſtructus a Luſitanis.

viginti millia peditum, & duo millia & ſeptingenti equites, e quibus quingenti erant cataphracti. Imperator & adminiſtrator belli gerendi renunciatus eſt Jacobus dux Brigantinus ab Emmanuele, qui eum admonuit ut potiſſimam victoriæ ſpem in Chriſto domino collocaret. Decimo ſeptimo auguſti die claſſis Ulixſſipone ſolvit, compoſitiſque ordinibus copiæ ad Azamoram kal. ſeptembris promotæ fuere: cum hoſtes, qui initio quinque millia equitum, peditumque ſeptem millia eduxerant, ubi primum expoſiti in terram milites fuerunt, forti equitatu noſtros perrumpere, impetu ordineſque diſturbare conati ſunt: ſed repulſi. Cœpta urbis oppugnatione, in qua tantum bellatores eximii ejecta multitudine ioerant, conſpecta ſui ducis, qui fortiter pro mœnibus dimicabat, cæde, adeo conſternati ſunt, ut noctu per averſam portam aufugerint tumultu tanto, ut octoginta erumpentium turba eliſi ſuffocatique fuerint: quod ubi indicarum eſt Jacobo duci Brigantino, mox ille in genua procumbens Chriſto cœlorum terrarumque Imperatori victoriæ gloriam retulit: *Dux*, inquit, *flexis genibus & manibus in cœlum intentis, ſummas gratias egit Chriſto cœleſtium agminum Imperatori, cuius numine & beneficio civitas illa magnitudine ſatis ampla, civium multitudine frequens, opibus ſummis & valido militum præſidio munita, intra diem unum ſine ullius cæde in Chriſtianorum poteſtatem venerat, ut in eo loco, ubi dira Mahumetis ſuperſtitio miſerorum hominum mentes inſederat, Chriſti nomen ſanctiſſimum predicatione ſempiterna coleretur. Rebus deinde compoſitis ſigna Regis Emmanuelis in mœnibus conſtituta ſunt, & ipſe dux in urbem ingreſſus eſt: Saracenorum templum expiatum continuo & ritu ſolemni conſecratum fuit, & altare feſtinanter extructum, in quo res divina ſanctiſſime fieret.*

Hoſtes terrore divinitus perculſi.

Templum Saracenicum ritu ſacro expiatum.

CXXXIII. Eodem perculſæ metu Tite & Almedina urbes civibus deſertæ a noſtris occupatæ ſunt, firmiſſimiſque præſidiis communitæ. Tantæ victoriæ nuntius cum Ulixſſiponem deinde Romam perlatus eſſet, actas ab Emmanuele ac Pontifice Deo gratias addit author: *Urbis*, inquit, *captæ nuncius continuo Regi Emmanueli allatus fuit, qui lætitia elatus ſupplicationes decrevit & vota rerum omnium Domino, cujus numine bellorum omnium momenta ponderantur, magnifice atque religioſe perſolvit. Id etiam cum Leo decimus Pontifex maximus ex literis Regis Emmanuelis accepiſſet, dies feſtos egit, ſupplicationes inſtituit, ipſeque publice rem divinam ſolemni ritu atque ceremonia confecit, & concionator egregius orationem de laudibus Regis Emmanuelis habuit; quod eo tempore, quo reliqui principes Chriſtiani odiis acerbiſſimis irritati in mutuam perniciem ruebant, inteſtiniſque ſeditionibus hoſtium vires amplificabant, ſolus Emmanuel pro Chriſti gloria bellum ſuſciperet, & Chriſtiani nominis hoſtes in India & Mauritania profligaret*. Extant inſignes Luſitaniæ Regis ad Leonem Pontificem de reportata hac victoria, propagatoque Chriſtiano imperio literæ (*a*), quibus nitida rerum geſtarum narratio expoſita eſt.

Actæ a Pontifice numini gratiæ.

(*a*) *Ext. apud Damian. a Goez. to. 2. Hiſp. illuſt. pag.* 1315.

Sanctiſſimo in Chriſto patri, ac beatiſſimo domino domino noſtro eiuſdem ſanctitatis devotiſſimus filius Emmanuel Dei gratia Rex Portugalliæ, & Algarbiorum citra ultraque mare in Africa, dominus Guineæ, & conquiſtæ navigationis ac commercii Æthiopiæ, Arabiæ, Perſiæ, atque Indiæ, humiliſſima beatorum pedum oſcula.

CXXXIV. *Poſtulat noſtra in ſanctam ſedem Apoſtolicam, ac præcipue in veſtram ſanctitatem obſervantia, beatiſſime pater, ut ſucceſſus noſtros, præſertim qui ad Dei cultum & catholicæ fidei propagationem ſpectant, eidem ut vero Chriſti vicario ac ſanctæ Romanæ eccleſiæ arbitro perſcribamus. Poſtquam ſuperioribus diebus noſtrorum in India proſpere geſta beatitudini veſtræ ſignificavimus, placuit ſummo Deo unde omnis victoria pendet aliam nobis non minus inſignem contra ſui ſanctiſſimi nominis hoſtes victoriam de Mahumetanis concedere; quare conſiderantes nos, ſanctiſſime pater, quam grande opus, & quam præclarum ſit facinus, Fecenſe regnum & Marochenſe in Africa debellare, in quo tantopere ac tam ſedulo ſtudio ſemper laboramus, & quam præcipuus uſui rei, cardo, claviſque ſit Azamorenſis civitas [ea eſt urbs Mauritaniæ & murorum turriumque fortitudine & piſcoſi littoris ſolique ubertate percelebris, atque adeo Chriſtianis, ſed fruſtra antea expetita] Bragantiæ ducem noſtrum ex chariſſima ſorore nepotem ad eam expugnandam miſimus, cum haud exigua quingentorum navigiorum claſſe viris, equis, armis, omnifariis belli inſtrumentis, cæteriſque huiuſmodi expeditioni opportunis optime quidem inſtructa: cujus exercitus decem & octo millium bellatorum numero erat, in quibus & multi proceres nobileſque viri, & duo millia & quingenti tam cataphracti quam expeditiores equi.*

Luſitani Regis de parta victoria literæ.

Azamoræ deſcriptio.

Exercitus numerus.

CXXXV. *Ergo cum univerſa claſſis in portum Mauagham ab urbe Azamor novem millibus paſſuum diſtantem appuliſſet, noſtris haud magno negotio [licet in hoſtium conſpe-*

ſpectu] in terram egreſſis, dux ipſe verſus Azamor inſtructa ut oportebat acie contendit. In itinere quædam pugnæ prælusia cum hoſtium jactura, nullo noſtrorum hominum, parvo equorum damno ſunt habita eo die, nihil amplius. Poſtridie diſpoſito exercitu urbem oppugnant; ubi ad undecim Saracenorum millia ac totidem fere in campo equites, & innumeri pedites noſtrorum præſentientes adventum bello ſatis accincti expectabant. In ea oppugnatione nonnulli Mauri, & quidam etiam primates interempti, adeoque a noſtris fuere confracti, ut deſperata omni ſpe, ſequenti nocte, qua parte caſtris vacabat [non enim per loci ſitum totam urbem obſidio circumierat] omnes clanculum abierunt, ſolamque reliquere urbem.

Quantæ fuerint hoſtium copiæ.

CXXXVI. Eorum fuga.

Poſtera luce hoc cognito dux cum exercitu ſolemnique pompa urbem ingreditur occupatque, atque in ipſa Mahumetis præcipua æde [plures enim & aliæ erant, quas menquitas vocant] & templi magnitudine & ædificiorum ſtructura percelebri, Deo optimo maximo miſſa ac divina officia cum laudibus ſunt decantata. Clementiſſime Jeſu quam admirabilis eſt providentia tua, quod ubi ad mille annos impius ille Mahumetes tanto tuo opprobrio celebratus, ubi Chriſtianorum nomen tanto tempore peſſundatum, totieſque blaſphematum, ibi nunc occulto & jam præſago judicio tanta ſatanæ ignominia ac dedecore, tuum ſanctiſſimum nomen, tua laus, tua vera æternaque gloria prædicetur! Inventa in ea urbe ac parta machinarum bellicarum, armorum, ac frumenti haud contemnenda ſpolia, noſtro exercitu, quem illic habemus: ut propoſitum Deo propitio conſequamur, admodum opportuna. Perlato hoc ad finitimos nuncio, illico Almedinæ incolæ, quæ civitas ab Azamor quinquaginta paſſuum millibus diſtat, & ipſius magnitudine & glebæ fertilitate nobilis, noſtrorum metu, quos & alias ſæpius fuerant experti, urbem penitus deſeruere, ac libere noſtris permiſere. Thiti etiam antiquiſſima & maxima olim civitas, atque alia quamplura oppida ac finitima ſtatim ſeſe nobis dedidere, tributa etiam cenſumque pro noſtro arbitrio penſuri. En qua quidem, beatiſſime pater, divina freti clementia proculdubio ſperamus, ut tam auſpicata initia melior progreſſus, optimuſque finis ſubſequatur, atque illud Marrochiorum regnum, quod totius fere Africæ caput & imperium fuit, unde & ipſa Hiſpania omniſque Chriſtiana reſpublica tot damna, tot clades, tantam ſanguinis effuſionem, ac catholica fides tot opprobria, tot ignominias indigniſſime pertulit, nunc certe divino ſuffragante numine in noſtram poteſtatem penitus redigatur, ac tantæ culpæ malorumque luat pœnas, ac ſi Mahometica perfidia depreſſa, verus Dei cultus, & Chriſtiana religio, quod ſolum ſemperque optamus, ſublimetur. Bene valeat ſanctitas veſtra, quam Deus optimus maximus diu ac feliciſſime obſervare & augere dignetur. Data in urbe noſtra Ulixbona pridie kal. octobris anno Domini MDXIII.

Mahometis ædes verſæ in Chriſti templa.

Almedina a civibus relicta.

Plura oppida alia dedita.

CXXXVII. Ubi relatæ de fidei hoſtibus victoriæ felix nuntius Romam venit, actæ ſunt Deo proximo ineunte anno gratiæ a Pontifice & Cardinalibus ritu ſolemni, ut narrat Paris de Graſſis (a): *Die*, inquit, *dominica octava januarii Papa ſimul cum Cardinalibus & tota curia equitavit ad eccleſiam S. Auguſtini, acturus gratias Deo de victoria per Regem Portugalliæ habita contra infideles in partibus Africæ in loco qui dicitur Marrochius.* Et infra: *Et cum inquiſiſſem a Papa an vellet, quod clerus urbis faceret proceſſionem, & quod Cardinalis aliquis celebraret, ut alias ſub Julio Papa factum fuit; dixit quod non, quia cum veniſſent, nova de majori gloria & victoria, tunc faceret hujuſmodi & majora; ſed voluit quod Cardinales eſſent cum cappis rubeis. Itaque reverendus pater dominus Pompejus de Columna celebravit miſſam de dominica cum ſecunda oratione de victoria, quæ eſt in libro meo, & tertia de epiphania, & alia ut alias: finita miſſa dominus Capella ſic dictus canonicus S. Petri venit oſculato pede a Papa, habuit plenariam indulgentiam & fecit ſermonem elegantiſſimum de victoria, & in fine Papa intonavit: Te Deum laudamus; demum eo finito cantavit preces & orationem conſuetam & dedit benedictionem.*

(a) Paris to. 4. p. 87.

Actæ Romæ Deo gratiæ.

CXXXVIII. Interea Azamoræ in Chriſtiano exercitu aliqui motus excitati adverſus præcipuos duces, quod conceſſam partam divinitus victoriam non urgerent; cum enim urbem omnibus neceſſariis ad bellum apparatiſſimam ſine ulla ſtrage in Chriſtianorum redactam poteſtatem viderent, in ſpem erigebantur, fore ut Marrochienſe regnum, ſi a Brigantino duce cum univerſo exercitu adeo egregie inſtructo invaderetur, imperioque Chriſtiano, ditionique Regis Emmanuelis adjungeretur: nam ſi parva manu Luſitani toties illum in fugam abegiſſent, quid tandem expectandum, ſi cum tanto exercitu bellum ipſi inferretur? Verum ab eo ſuſcipiendo conſilio, Brigantinus dux abfuit, ne concitatus novo bello barbarus adeptam victoriam eriperet; ac licet multis argumentis hominum ſermonem compreſſerit: *Non ita tamen*, inquit O-

De Marrochenſi Rege debellando agitata conſilia:

Brigantinus dux diſſenſit.

ſorius, *ut non extent hodie permulti, qui doleant maximam fuiſſe tunc ab illo ſummi decoris opportunitatem prætermiſſam.*

CXXXIX. Patefactæ in America incognitæ terræ.

In America incognitæ provinciæ luſtratæ ſunt ab Hiſpanis, & Chriſtiani imperii fines latius propagati; quanquam eos, qui barbaras illas & omnis cultus & humanitatis expertes nationes luſtrabant, hiante potius cruenta avaritia quam pio ſtudio ductos fuiſſe, oſtendent immanitatis exempla in miſeros impie edita: etenim hoc anno kal. ſeptembris Vaſcus Nunnez, qui Darienes in America præfecturam invaſerat, comparata manu centum nonaginta bellatorum, ad ſubigendas novas gentes oraſque incognitas conquirendas ſe accinxit. Cujus geſta expoſiturus Petrus Martyr (a) Leoni X. Pontifici hæc præfatur: *Attentas nobis aures ſua ſanctitas præbeat, & quæ illis paſſim in re tanta evenerint ſerena fronte & gaudenti pectore ſuſcipiat; quandoquidem non centurias ſolum & legiones, ſed innumeras hominum natio hæc Hiſpana per varios labores & multa vitæ diſcrimina tuo ſacro throno ſubdendas domat myriadas.* Subdit ut Vaſcus juncto primum fœdere Ponchæ regulo in Quarequam copias duxerit: regioniſque princeps fœdiſſimis contaminatus vitiis abrumpere aditus cum ſuis conatus ſit, funeſto tamen eventu: *Brevibus actum eſt, ſclopetorum ſclopos (quibus auditis noſtros ſecum habere fulmina & tonitrua arbitrati ſunt) & ſcorpionum ſagittas non diu ſuſtinuerunt: terga igitur vertunt fugientes & veluti macellarii bovinas, arietinaſque ſecant in fruſta carnis, ita huic nates, illi femur, alteri humeros uno ictu noſtri ſcindebant veluti animalia bruta. Perierunt ex eis una cum regulo ſexcenti homines. Hujus reguli domum reperit Vaſcus nefanda infectam venere, femineo amictu reguli fratrem, pluresque alios comptos & vicinorum teſtimonio pathicos offendit: juſſit a canibus circiter quadraginta lacerari. Canum opera noſtri utuntur in præliis contra nudas eas gentes, ad quas rabidi inſiliunt haud ſecus ac inferos apros aut fugaces cervos; nec minus fidos Hiſpani ſuos reperiunt in periculis ſubeundis, quam Colophonii vel Caſtabalenſes, qui ad bella gerenda canum cohortes inſtituebant, ita quod primam aciem in prælio canes ſervarent, nec unquam detrectarent pugnam. Audita noſtrorum in obſcœnum id genus hominum ſeveritate tanquam ad Herculem populi confluebant, quoſcumque morbidos ea peſte ſentirent trahentes, ut e medio tollerentur expuendo in illos inclamitabant: in palatinos quippe, in populum haud quaquam contagio fluxerat. In cœlum oculos manuſque tendentes Deum inſinuabant eſſe tanto ſceleri iratum, inde mitti fulgura tonitruaque; crebris namque fulguribus vexantur, & aquarum frequentes alluvies, quæ ſata omnia raptent, famemque & morbos inde provenire conquerebantur, licet nil aliud pro Deo colant, præter quam ſolem; hunc præſtare, hunc tollere ſolum exiſtimant: dociles tamen ſunt, ad noſtros ritus facile trahentur, ſi doctores eos adierint: nil tetricum, nil prolatu durum in eorum lingua eſſe, quin Latinis poſſint literis, ut de Hiſpaniolis aliquando diximus, eorum univerſa vocabula ſcribi & proferri cognoverunt.*

(a) *Pet. Mar. decad. 3. c. 1.*

Barbari arbitrati noſtros fulmina habere in manibus.

Sodomitæ expoſiti canibus.

Pugnaſſe cælum fulguribus in Sodomitas teſtati barbari.

CXL. Nigritæ in America inventi.

Quarequanis finitimi ſunt Nigritæ feroces, quos ex Æthiopia eo navibus trajeciſſe putant. Luſtrandæ porro regionis cupidus Vaſcus ex Poncha regia ſumptis Quarequanis ducibus VII. kal. octobris celſa montium culmina conſcendit, e quibus optatum aliud Auſtrale mare deſpiciens inflexis genibus Deum Deiparamque precatus eſt, ut cœptis faverent: directo in Chiapæ regiam itinere barbari adverſas acies oppoſuere, qui ſcloporum diſploſione perculſi, ratique in ſe proiici fulmina, mox in fugam ſe conjecere: ex quibus nonnulli capti benevoleque habiti, ac deinde dimiſſi principem ad Vaſcum pellexere. Pacto cum eo fœdere, muneribuſque mutuis adſtricto, Vaſcus in littus maris excurrit, ac publicis editis inſtrumentis univerſum illud mare, & adjacentes mari terras veluti earum orarum domitor Caſtellano addixit imperio. Tum trajecto ingenti flumine ditionem Coqueræ dynaſtæ levi prælio ſubegit, clementiæque in ſupplices, in repugnantes acerbitatis oſtentatione uſus, barbarum ad fœdus ſecum ſanciendum adduxit. Reverſus in Chiapæ regiam exploravit ſinum vicinum, cui nomen S. Michaelis indidit, gemmarum cogendarum cupiditate: cumque ob ſtridentes toto autumno procellas ſocios terrerent pericula, prædicabat rem eam Deum tangere, ex qua Chriſtiana religio augenda foret, theſauroſque hauriendos, ex quibus in hoſtes fidei bella gererentur, maris æſtu intumeſcente adeo in littore, ut multæ rupes mari accedente obruantur, refluenteque emergant, atrociter jactatus ereptuſque periculo in Tumacci ditionem vicinam vertit impetus, regulum pugnare auſum vicit, victumque clementia & muneribus delinitum ſibi devinxit. Plurimo vero ab his regulis accepto auro, conchiliiſque ditatus in Darienem reditum ornavit, famaque victoriam perculſis regulis (b), per quorum terras pergebat, leges dixit.

Amplificatum late in America Caſtellanum imperium.

(b) *Id. ead. dec. 3. c. 2. & 3.*

Pa-

CXLI. Religio Chriſti diſſeminata inter Americanos.

Parabantur iis expeditionibus eæ terræ ad ſatus evangelicos excipiendos; Chriſtianorum enim arma paventes miranteſque barbari etiam animos ad ſuſcipiendam doctrinam flectebant, nam & Tubanama præpotens regulus improviſa ſubactus irruptione, filium, ut Chriſti inſtitutis excoleretur, Vaſcho tradidit: & Comogri dynaſta ſacro fonte ablutus Caroli nomen ſuſcepit. Cæterum nimia auri cupidine agitati Hiſpani, dum illud per mille labores conquirunt, onuſti auro vix præ inedia ſpiritum trahere poterant: felices certe, ſi ſpretis opibus, quos ſubegerant divinis præceptis imbuiſſent; ſed miſellos virga rexere ferrea, & contra humanitatis leges canum horridæ lanienæ exponebant: Pacræ enim dynaſta tribus aliis regulis ſociatus, cum victus fugatuſque, ac deinde benevolentiæ veniæque ſignificatione illectus ad Vaſchum veniſſet (a) nec montes ex quibus erutæ eſſent triginta auri libræ, quæ in illius gazophylacio compertæ fuerant, indicare vellet, accuſatuſque cum ſociis quod raptis quatuor vicinorum regulorum filiabus abuſus eſſet libidine deteſtanda, judiciaria Vaſchi ſententia cum tribus illis regulis fiduciariis canum bellatorum morſibus rabidis laniatus eſt, & reliquiæ cadaverum flammis abſumptæ.

Hiſpani nimia laborant avaritia.

Crudelitatem exercent in miſeros.

(a) Dec. 3. c. 2.

I. ANno excurrentis ſæculi quartodecimo indictione ſecunda auctum eſt Lateranenſe concilium Emmanuelis Luſitaniæ Regis oratorum, qui poſt Africanam victoriam affecto ſuperiore anno decreti fuerant, acceſſione. Deſcribit Paris de Graſſis (*a*) ſolemnem apparatum, quo obedientiam Romano Pontifici regio nomine delaturi, advectaque ex Indiis inſolita munera partarum in extremo oriente victoriarum nobiliſſima monumenta oblaturi urbem ingreſſi ſunt: ea vero erant ornamenta ſacra unionibus ac lapillis pretioſiſſimis conſperſa, tum elephas Indicus, Lynx & Panthera: pompæ elegantia in admirationem ſpectantium oculos rapuit, atque oratorum princeps Triſtanus de Cugna veſte oloſerica nitens pileum gemmis ingentibus intertextum geſtavit: ſecundus erat Didacus Pacecus juriſconſultus: tertius Joannes de Farra eques crucis ſymbolo inſignitus.

Luſitani Regis legatio inſignis.

(*a*) *Paris diar. mſ. arch. Vat. t. 4. p. 94.*

II. Addit author, ut Luſitani oratores Regis Emmanuelis nomine fidem ſedi Apoſtolicæ ſolemni ritu addixerint (*b*), utque Leo ſacratam antea precibus roſam auream Luſitano deferendam porrexerit: *Hodie*, inquit (*c*), *quæ eſt* XVII. *aprilis feria ſecunda paſchatis*, & infra, *vocatis ad ſe in ſolio ſedentem Cardinalibus & oratoribus, me roſam interim tenente dixit per commodiſſima verba, Regem Portugalliæ ob illuſtria opera, quæ in propagando Chriſtianorum nomine feciſſet, faceretque in dies, magnum nomen in republica Chriſtiana vendicaſſe; ita ut mereretur ab omnibus, & præſertim a Romana eccleſia multum excoli atque honorari, & multis muneribus inſigniri; unde, cum ſedes Apoſtolica & Romanus Pontifex ſoleat ſingulis annis roſam, quæ in ſe habet myſticum ſenſum alicui benemerenti Regi & principi donare, nunc ſtatuit eam Regi Portugallo donare, quæ etſi in ſe parvi ſit pretii, tamen maximi eſt myſterii, & ſcit quod Rex eam gratiſſimam habebit; non quia ſit aurea, nam & ipſe Rex imperat aurum habentibus, ſed quia eſt religioſa & religionem ſapit, cujus ipſe eſt fautor & augmentator. Itaque oratores tres roſa accepta pedem oſculati ſunt, & in fine fuerunt a prælatis & familiaribus palatinis aſſociati uſque ad ædes Apoſtolorum ubi habitabant.* Traditos etiam Emmanueli enſem ac pileum natalitio Domini conſecratos addit author. Cæterum de Leonis Papæ in hoſce beneficentia dicetur inferius: nunc ad ſe Lateranenſis concilii res nos vocant.

Delatum ab oratoribus Luſitanis Pontifici obſequium.

(*b*) *Id. ib. p. 95.*

(*c*) *Ib. p. 100.*

Roſa aurea tranſmiſſa ad Luſitanum.

III. Seſſio 1x. Celebrata eſt III. nonas maii nona concilii ſeſſio: in qua iidem Luſitani oratores adfuerunt, regiaſque literas protulere, quibus ampliſſimis mandatis ad decernendum una cum aliis Chriſtianis Turcicum bellum provehendamque Eccleſiæ amplificationem fulti erant, hiſce conceptas verbis (*d*).

(*d*) *Act. conc. Lat. ſeſſ. 9.*

Emmanuel Dei gratia Rex Portugalliæ & Algarbiorum citra ultraque mare in Africa, dominus Guineæ ac conquiſtæ navigationis ac commercii Æthiopiæ, Arabiæ, Perſiæ, atque Indiæ, univerſis & ſingulis harum ſeriem inſpecturis.

Notum facimus, quod confidentes nos plurimum de fide & induſtria nobilis & inſignis viri Triſtani a Cugna conſiliarii noſtri fideliſſimi, & dilectorum atque egregiorum juris doctorum Didaci Pacechi & Joannis de Farra noſtræ curiæ auditorum, quos ad ſanctam ſedem Apoſtolicam ac ſanctiſſimum dominum noſtrum dominum Leonem X. divina providentia ſanctæ Romanæ univerſalis Eccleſiæ Pontificem maximum cum obedientia oratores deſtinavimus, ipſoſque etiam oratores ac procuratores ad hoc ſacrum Lateranenſe concilium, quod ſua ſanctitas continuare & proſequi deliberat, deſignamus, deputamus, conſtituimus, dantes illis plenum mandatum & omnimodam poteſtatem pro nobis & regnis dominiiſque noſtris in ipſo ſacro Lateranenſi concilio dicendi, proponendi, agendi, tractandi omnia & ſingula quæ ad celebrandum & concludendum ipſum concilium tam quoad ſanctiſſimam & omnibus Chriſtianis optabilem contra Chriſti hoſtes expeditionem, quam quoad cætera ad ſanctæ Romanæ eccleſiæ ejuſque membrorum unionem, & Chriſtianæ religionis fideique catholicæ augmentum & commodum ſpectantia neceſſaria ſeu opportuna fuerint, &c. Datum in urbe noſtra Ulixbonæ XII. *kal. novembris anno Domini MDXIII.*

Oratorum nomina.

IV. His a Thoma Phedra coram patribus repetitis, procurator concilii conqueſtus eſt de Gallis præſulibus, qui moniti, ut ſynodo ſe ſiſterent de pragmatica ſanctione reſponſuri, nondum paruiſſent: verum Claudius epiſcopus Maſſilienſis Francorum Regis orator eam accuſationem diluit commendata eorum in ſedem Apoſtolicam obſervantia, utpote qui iter eſſent aggreſſi, ſed a Mediolanenſi principe (quem ducatus invaſorem appellabat) denegato inique ad ſynodum libero commeatu, retardati bimeſtri flexu in Sabaudia ſubſtitiſſent. Erant ii Joannes

Gallorum epiſcoporum acceſſus a Mediolanenſi retardatus.

Lexo-

Lexovienſis, Antonius Engoliſmenſis, Franciſcus Ambianenſis, Joannes Cabilonenſis, Symphorianus Laudunenſis epiſcopi, tum alii duo archidiaconi, totidemque theologi, qui præſulum Gallorum, qui Piſanæ pſeudoſynodo interfuerant, nomine, ad redintegrandam cum eccleſia Romana conjunctionem Romam petebant, publiciſque literis (*a*) culpam tantæ moræ a ſe dimovere. Extant Leonis literæ ad Octavianum Fregoſum Genuenſium ducem datæ (*b*) kal. januarii, quibus eum rogat, ut præſules doctoreſque Gallos venientes ad urbem: *Tollendi*, ut ait, *ſchiſmatis cauſa, ſeque cum ſacro Lateranenſi concilio reliquorum illius eccleſiæ ſacerdotum nomina conjungendi*; ſine ullo impedimento per Liguriam iter facere cum viatore pontificio illis obviam miſſo ſineret; tum aliæ ad Maximilianum Mariam ducem Mediolanenſem XVI. kal. martias ſcriptæ ſunt (*c*), quibus illum ita adhortatur: *Ne in tam opportuno & ſalutari Chriſtianæ reipublicæ negotio velis impedimento eſſe, quominus ii cum Romana eccleſia, a qua ut ſcis, aliquandiu alieniores fuerunt, paribus ſtudiis unanimique voluntate conjungantur.* Verum dux ipſe ad diſturbandam Gallorum cum Romana eccleſia conjunctionem pontificiis precibus non annuit: quare intentatas ei poſtea fuiſſe cenſurarum eccleſiaſticarum pœnas videbimus, Gallicique præſules, qui ipſius ditionis finibus conſederant ad eludendam ejuſdem ducis improbitatem, ſeque Lateranenſi ſynodo conjungendos, publicis monumentis (*d*) undecima januarii die confectis a Piſana ſynodo defecerunt; iterumque decima ſeptima die martii coram judice ordinario ſedente, ſervato judiciario ordine Piſana acta damnarunt, ac Leonem ſummum in terris Chriſti vicarium reveriti, ſi quas contraxiſſent pœnas eccleſiaſticas ſolvi earum nexu poſtularunt, Lateranenſique concilio ſe adhærere ſunt profeſſi: tum ad expeditionem conficiendam in Turcas, tum ad pacem inter Chriſtifideles componendam, tum ad mores ſeveriori diſciplina inſtituendos perpoliendoſque: profeſſi etiam ſunt, ſe nullum umquam ſchiſma conflare vel a communione ſedis Apoſtolicæ deſciſcere meditatos.

(*a*) Ext. in actis conc. Lat. ſeſſ. 9.
(*b*) Ext. apud Bemb. l. 6. ep. 20.

Ligur & Mediolanen. moniti ne tranſitu arceant.

(*c*) L. 7. ep. 13.

(*d*) Ext. in act. conc. Lat. ſeſſ. 9.

Piſana acta damnata a Gallis præſulibus.

V. *Præfati oratores*, inquiunt publica monumenta, *ne mora poſſit eis quomodolibet imputari, ſed ut de eorum obedientia, deque ipſius Maximiliani nempe ducis Mediolanenſis, contumacia, inobedientia, & reluctatione ipſi ſanctiſſimo domino appareat, curarunt ſuam præfatam ſanctitatem de omnibus præmiſſis iterum certiorare; & ut apertius liqueat, non tantum de eorum debita diligentia, ſed etiam de bona, quam erga præfatum ſanctiſſimum dominum noſtrum & ſedem Apoſtolicam gerunt voluntate, & talem hactenus fuiſſe, ut ab illius unitate nunquam voluerint, minuſque in futurum velint ullo pacto diſcedere, ſed illius mandatis perpetuo obtemperare, neque ſchiſmaticos unquam fuiſſe, ſed unam Eccleſiam catholicam ſub uno Pontifice maximo coluiſſe & obſervaſſe, & quidquid ab inimicis veritatis & Chriſtianiſſimi Regis & regni ex adverſo dictum fuerit; ipſi inquam oratores, non valentes habere optatam præſentiam prædicti ſanctiſſimi domini noſtri, quod dolentes ægre tulerunt, & hoc propter viarum diſcrimina & inimicorum Chriſtianiſſimi regni & Regis ex adverſo inſidias eis paratas, prout ipſis apertius conſtitit, tam nomine ſuo, quam procuratorio reverendorum patrum dominorum Gaſpardi de Turone Valentinenſis & Dienſis, Claudii de Longo vico Mariſcanenſis, & Guiſcardi Hierapolitani titularis & Lugdunenſis ſuffraganei epiſcoporum, ac domini Joannis Arzeleri jurium doctoris Lugduni exiſtentium; qui quidem prædicti patres interfuerunt prædictæ congregationi Piſanæ, prout dixerunt & expoſuerunt tam nomine ſuo, quam aliorum reverendorum patrum archiepiſcoporum, epiſcoporum, & omnium & ſingulorum cujuſcumque ſtatus, gradus, & dignitatis exiſtentium eccleſiaſtici, vel temporalis, qui in congregatione Piſana interfuerunt, eis adhærentium & adhærere volentium, ſub illa meliori forma, qua potuerunt & debuerunt, obtemperando mandatis apoſtolicis & exhortationibus regiis, ſuos fecerunt & conſtituerunt procuratores legitimos & oratores prædictos reverendos patres dominos ad ſanctiſſimum dominum noſtrum Papam ſpecialiter, & expreſſe, ad renuntiandum congregationi Piſanæ jam diſſolutæ, & adhærendum concilio Lateranenſi, nec non ad petendum abſolutionem, quatenus opus eſſet, a præfato ſanctiſſimo domino noſtro, prout latius continetur in dicto procuratorio inſtrumento, cujus tenor ob ſui prolixitatem, & brevitatis cauſa hic non fuit inſertus; quod tamen vidimus & tenuimus, & publice coram nobis, & prædictis notariis & teſtibus infraſcriptis renuntiaverunt & renuntiant dictæ congregationi MDXIV. undecima menſis januarii indictione ſecunda, & domini noſtri Leonis Papæ X. anno 1. receptum per magiſtros Joannem de Alverina Lemovicenſem & Petrum Queſnel Lexovienſis diœceſis notarios apoſtolicos.*

Conjungunt ſe Lateranenſi concilio.

Præfati igitur reverendi patres & ſpecta- VI.

ſtabiles doctores, legati, & oratores coram nobis pro tribunali ſedentibus, & notariis teſtibuſque infraſcriptis renuntiarunt & renuntiant dictæ congregationi Piſanæ jamdudum diſſolutæ, & adhærent adhærereque volunt in futurum concilio Lateranenſi, ut optata reformatio Eccleſiæ & pax univerſæ Chriſtianæ religionis, nec non proviſio neceſſaria contra immaniſſimum Turcam & hoſtes fidei ſubſequantur: & ſi forſan occaſione dictæ congregationis Piſanæ & geſtorum in ea aliquas cenſuras juris aut hominis, aut alias quaſcumque pœnas de jure aut de facto incurrerint, præſtito prius debito juramento de parendo mandatis Eccleſiæ & præfati ſanctiſſimi domini noſtri Leonis Papæ X. cum illa humilitate, qua poſſunt & debent, uſque ad proſtrationem & pedum oſcula, abſolutionem, qua indigent, ſibi dari, & quamcumque aliam juris pœnam ſeu maculam aboleri petierunt & poſtulaverunt, prout per tenorem præſentium petunt & poſtulant, ac ſi coram ſanctitate ſua præſentes perſonaliter intereſſent, ſupplicando ſanctitati ſuæ cum illa devotione, qua valent, ut ipſis præfatis oratoribus & aliis, quorum legatione funguntur, & qui in dicta congregatione interfuerunt, conſilium, auxilium, opem, favorem aut obedientiam præſtiterunt, abſolutionem & pro ſua ſolita clementia concedere dignetur, offerentes ſe ſupplices preces Deo effundere, ut regimini ſanctiſſimæ matris Eccleſiæ ſua ſanctitas feliciter & longæve præeſſe valeat, &c. Datum in cœnobio Uleic.ſi ſub ſigillo noſtri vicariatus die XVII. menſis martii anno a nativitate Domini MDXIV. indictione II. pontificatus prælibati ſanctiſſimi domini noſtri Leonis Papæ X. anno 1. Cum his publicis tabulis de damnato Piſano ſchiſmate coram loci ordinario judice, productæ ſunt eorundem Gallorum præſulum ſupplices hæ ad Pontificem datæ literæ (*a*).

Petita ob ſchiſmatis admiſſum crimen venia.

(*a*) *Ext. in act. ſeſſ.* 9.

Sanctiſſimo domino noſtro Leoni Papæ X. Pontifici maximo.

VII. Præſulum Gallor. ad Pont. literæ.

Sanctiſſime pater, cum omni humilitate reverentia & honore uſque ad pedum oſcula procidendo beatitudinis veſtræ perpetuum incrementum a Deo ſuppliciter petimus. Ex brevi apoſtolico, quod ad nos mittere ſanctitati veſtræ placuit, intelleximus, datam eſſe operam ab eadem ſanctitate veſtra cum Maximiliano & Octaviano Mediolanenſis & Genuenſis ducatus detentoribus, ut nobis ſalvum conductum darent; unde gratias agimus, qua valemus humilitate, eidem ſanctitati veſtræ, quæ pro innata clementia nos non niſi tuto & ſecure ad ſe proficiſci jubet: at vero ex quo breve apoſtolicum accepimus, interea dum ſalvum conductum præſtolamur, dies viginti effluxere; cumque jam ante quadraginta lapſi eſſent dum hic agimus, factum eſt ut ſexaginta dierum numerum egerimus quatuor menſium intervallo per agros ac diverſoria deducti. Beatiſſime pater; cum Maximilianus ſanctitatis veſtræ maſſario ſalvum abnuere conductum non veritus ſit: cumque etiam diuturna nos tenuerit expectatione ſuſpenſos quo in nos animo ſit, quam ſuſpecta nobis eſſe debeat profectio noſtra, facile cognoſcimus. Oramus itaque & totis animis obſecramus, ut Maximiliani contumacia, qui ſpretis ſemel & iterum mandatis veſtris, dudum ſeſe renitentem præbuit moram noſtram excuſet, & promptam, quæ in nobis eſt, voluntatem parendi nequaquam obſcuret; quam ut veſtræ ſanctitati certius teſtatam relinquamus, actum judiciale mittimus coram ordinario judice ſpeciali hujus loci legitime, ut voluimus, confectum, quale potuiſſemus agere juxta procuratoris noſtri facultatem in veſtræ ſanctitatis præſentia, Piſanæ congregationi jam diſſolutæ nomine & noſtro, & quorum cauſa procedimus, renuntiando, & adhærendo ſacro Lateranenſi concilio; apoſtolicam denique, utcumque indigemus, humiliter ac devote petendo abſolutionem. Sanctiſſime pater, ſolitam illam animi veſtri manſuetudinem obnixe imploramus, miſereatur tantorum laborum atque impenſarum dignetur expletos ſexaginta dies & amplius in deſerto hoc & vaſta ſolitudine pœnitentiæ noſtræ loco ſuſcipere, velitque ſacri hujus temporis & imminentis feſti Paſchæ rationem habere, quo divinis ut officii noſtri eſt vacare commode valeamus, ne commiſſis nobis gregibus diutina abſentia noſtra ſalutis diſpendium ferat, beatiſſime pater, paratos omni tempore ad obſequia veſtræ ſanctitatis animos offerimus, divinam majeſtatem oraturi, ut felicem donet veſtræ ſanctitati curſum hic agere, & in cœlis una cum omnibus quos dedit vobis pater perennem gloriam adipiſci. Ex Ulciis prope Secuſiam die XIX. * *maii ejuſdem ſanctitatis veſtræ humillimæ creaturæ & devoti oratores, &c.*

* *martii.*

Eximere Mediolanenſem ducem ex culpa niſus eſt ejus orator coram patribus, ipſumque fidem publicam illis non denegaſſe, ſed deliberandi cauſa rem extraxiſſe diſceptavit: Pontifex vero Gallorum præſulum demiſſione flexus in eos clementia uſus eſt, cenſuraſque eccleſiaſticas, quibus ob Piſana geſta ſe irretierant, removit ea lege, ut conſtituta die proximæ ſeſſioni ſe ſiſterent. Poſtularat etiam paulo ante a Leone Joannes Arelatenſis archiepiſcopus exolvi omnibus pœ-

VIII. Cenſuræ quibus erant devincti ob ſchiſma ſolutæ.

nis

nis & cenſuris, quas in conciliabulo Mediolanenſi aliiſve conventiculis adverſus Julium II. actis contraxerat, ut teſtatur Pontifex ſupplicibus ejus literis reſcribens (*a*).

(*a*) *Bren. l.1. p.29.*

Venerabili fratri Joanni Ferret archiepiſcopo Arelatenſi.

Nos more Salvatoris noſtri nemini gremium noſtrum claudentes, etſi ad perfectiorem ſtatum tibi conveniſſet omnia potius perferre, quam illi conciliabulo nimirum Piſano, quod ad reſcindendam unitatem ſanctæ Eccleſiæ pertinebat, intereſſe; tamen tuis ſupplicationibus inclinati, cum tu de præmiſſis graviter doleas, & nobis fidedignorum teſtimonio clare conſtet, te non voluntarie, ſed per terrorem ſeu metum, qui cadere poterat in conſtantem virum, ad illud acceſſiſſe, illique interfuiſſe, ita nobis ſuadente juſtitia ſimul & clementia en certa noſtra ſcientia eamquam nihil contra authoritatem ſedis Apoſtolicæ aut fidem orthodoxam commiſeris, ſi tamen forſan mente aut verbo aliquibus dictis ſeu actibus inibi factis conſenſiſti, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, privationis, inhabilitatis, & aliis ſententiis, cenſuris & pœnis tam ſpiritualibus quam temporalibus & aliis quas etiam ſi illi vere adhæſiſti propterea tam eu decreto & ſententiis dicti prædeceſſoris & aliis diverſis vicibus inſuper confectis, quam alias quomodolibet incurriſti, authoritate apoſtolica abſolvimus, &c. Datum Romæ MDXIV. die XXIII. *aprilis anno* 11. Admiſit ita ſupplices archiepiſcopi preces Leo, ut hanc formulam præſcripſerit (*b*), ex qua Eccleſiæ conciliaretur.

(*b*) *Ib. p.* 30.

IX. Formula ex qua ſchiſma ejuravit.

Ego Joannes archiepiſcopus Arelatenſis olim nube ſchiſmatis obductus divino illuſtratus lumine, ac gratia ſerenatus, compertoque ſchiſmatis laqueo, quo tenebar, divina mecum deliberatione pertractans prona & ſpontanea voluntate nullo adductus metu ad unitatem ſedis Apoſtolicæ, divina gratia duce, revertor, & ne non pura mente, ſed ſimulate reverſus eniſtimer, a ſanctiſſimo domino noſtro Leone Papa X. erratorum meorum veniam humiliter peto, ſupplicoque eidem ſanctitati, ut pro me ad Deum, cujus in terris vices gerit, intercedere dignetur: ſpondeo & promitto ſub pœna ſuſpenſionis a divinis & caſu ordinis mei, nec non privationis eccleſiarum mearum & anathematis obligatione tibi Leoni X. Pontifici maximo vero & indubitato Chriſti vicario, & pro te Sancto Petro Apoſtolorum principi, me nunquam quorumlibet ſuaſionibus vel cauſis, aut alio quæſito colore, aut ingenio ad ſchiſma, de quo Redemptoris noſtri gratia ereptus ſum, reverſurum, ſed ſemper in unitate ſanctæ Eccleſiæ catholicæ veraque obedientia ejuſdem ſanctiſſimi domini noſtri, & ſucceſſorum ſuorum ſemper & firmiter permanſurum: & juro per Deum omnipotentem, & ſacra Dei evangelia, me in unitate prædicta ſemper futurum, ac omnia & ſingula ſupradicta & infra dicenda perpetuo obſervaturum ſub pœna perjurii, aliiſque ſupradictis, & nihilominus ad abundantem cordis mei ſinceritatem oſtendendam ſimpliciter & expreſſe Piſanum conciliabulum ejuſque indictionem, ac omnia & ſingula in eo geſta, acta, & facta anathematizo & abjuro: ac promitto, credo, & ſimpliciter confiteor irrita & vana ac nullius roboris vel momenti, & a non habentibus authoritatem geſta; quin potius temerarie præſumpta. Conſentio autem ſacro Lateranenſi concilio tanquam vero & unico, illudque confiteor legitime juſteque & ex juſtis cauſis indictum: omniaque & ſingula in eo acta, geſta, & facta, præſertim contra dictum Piſanum conciliabulum; nec non omnes & ſingulas condemnationes, & ſententias latas contra dictum conciliabulum, ac illos, qui interfuerunt per bonæ memoriæ Julium Papam II. prædeceſſorem a ſanctiſſimo domino noſtro rite & legitime facta pronuntio, credo, & ſimpliciter confiteor. Promitto inſuper omnem pœnitentiam, quam idem ſanctiſſimus dominus noſter pro erratis meis indixerit injungendam, benigne & humiliter ſuſcepturum, & opere completurum. Promitto inſuper quod ceſſantibus impedimentis quibuſcumque me perſonaliter ad pedes ſanctiſſimi domini noſtri præfati, & coram ſua ſanctitate præſentabo, quando mihi hoc per ſuam ſanctitatem injunctum fuerit, ſub pœna reincidentiæ priſtinarum cenſurarum & pœnarum ſi contravenero, ac dum & quoties requiſitus fuero, rogabo omnes & ſingulos notarios & tabellarios, ut de præmiſſis omnibus & ſingulis unum vel plura publicum vel publica conficiant inſtrumentum & inſtrumenta. Datum Romæ die XV. *aprilis MDXIV.* Damnavit ex eadem formula ſchiſma Franciſcus archiepiſcopus Lugdunenſis, idemque Andegavenſis epiſcopus (*c*), profeſſuſque eſt in Romani Pontificis fide ac poteſtate ſe futurum.

Piſanum conciliabulum damnat anathemate.

Spondet impoſitam pœnam toleraturum.

(*c*) *Ib. p.* 30.

X. Lugdun. archiep. iiſdem verbis ſchiſma ejurat.

Ne vero ad ſedem Apoſtolicam acceſſuris intercluderetur aditus, publico decreto patere itinera venientibus ad concilium, remota quavis exceptione, juſſit Pontifex, pœnaſque in eos, qui non obtemperaſſent, ſancitas inſtauravit. Ad pacem vero inter Chriſtianos principes divini ſpiritus afflatu conciliandam prove-

Intentatum anathema prohibentibus itinera ad concilium.

hen-

hendaque belli ſacri in fidei hoſtes conſilia, ſolemnes preces indixit (*a*), fideliumque pietatem ad eas fundendas propoſito indulgentiarum præmio accendit.

(*a*) *Ext. ejuſd. lit. in act. conc. Lat. ſeſſ.9.*

Ad perpetuam rei memoriam ſacro approbante concilio.

Nihil prius, nihil ſtudioſius, aut magis ex animo curandum duximus, quam bella ſedare eccleſiaſticamque diſciplinam pro viribus ac temporum ratione componere; ut placato per vitæ emendationem Deo, dominicum gregem noſtræ fidei commiſſum compoſitis diſſidiis in unum cogere & aggregare, unanimemque ac pacis & concordiæ vinculo tanquam firmiſſimo glutino unitum adverſus communes hoſtes fidei Chriſtianæ, cervicibus imminentes facilius adhortari ac concitare poſſimus. Cujus quidem expeditionis impios & crucis Chriſti implacabiles inimicos hoc vehemens noſtrum deſiderium ita cordi noſtro infixum eſt, ut ſacrum Lateranenſe concilium a felicis recordationis Julio II. prædeceſſore noſtro indictum ac inchoatum, ejuſque obitu intermiſſum ea præcipue cauſa continuare & proſequi decreverimus, ut in diverſis ſeſſionibus in eodem ſacro concilio per nos habitis patet, ut Chriſtianis principibus ſeu eorum oratoribus in eo concilio congregatis, prælatiſque ex diverſis mundi partibus eo venientibus, pace inter ipſos Chriſtianos principes compoſita, extirpatiſque ut par eſt primo ex Domini agro peſtiferis hæreſum ſentibus, & quæ ad ipſam expeditionem contra eoſdem hoſtes neceſſaria, & ad gloriam & exaltationem orthodoxæ fidei aliarumve rerum conſultationem pertinent, maturo conſilio, omniumque aſſenſu decerni feliciter poſſent: ad quod quidem concilium ſolemniter indictum riteque denuntiatum, etſi multi ex diverſis Europæ partibus præclari, & in omni ſcientia præſtantes viri convenerint, multi etiam legitime impediti mandata in publica forma miſerint; non tamen bellorum ac temporum difficultatibus quibus loca plurima jamdiu hoſtilibus armis obſeſſa fuerunt, ea quam deſiderabamus copia & multitudo convenire potuit. Nihil eſt præterea quod nobis adſcribi poſſit, ſi hactenus quod forſitan multis neceſſarium videtur, & nos opportunum præ cæteris putamus, legatos de latere ad Reges & principes pro concordia eorundem principum & pace non miſimus: hac ſane cauſa id facere deſtitimus; principes enim fere omnes ſuis ad nos literis ac nuntiis legatos mitti minime expedire aut neceſſarium eſſe ſignificarunt.

Actum maxime in Later. concilio de Regibus conjungendis in Turcas.

Cur legati ea de cauſa non miſſi.

XI. *Circumſpectos nihilominus ac probatæ fidei viros nuntios noſtros etiam epiſcopali dignitate præditos ad eos ipſos principes, & graviora inter ſe armis ac quantum conjici poterat aſperiora bella molientes, ultro miſimus; quorum præcipue opera effectum eſt, ut pactis jam inter quoſdam principes induciis, cæteri eas brevi approbaturi eſſe credantur: quare legatos uti proxima ſeſſione decrevimus, ubi opus & expediens fuerit, pro ſtabili ac perpetua pace inter eos componenda, ac uti antea propoſuimus mittere non poſtponemus; neque interim cum eorundem principum oratoribus apud nos agentibus quæ ad rem hujuſmodi pertinent agere & meditari, neque ipſos etiam principes per noſtros nuntios & literas ad id urgere & admonere ceſſabimus: quinetiam ut noſtra pacis conſilia & juges cogitatus omnipotens & miſericors Deus promoveat ex alto, ac fidelem plebem æquis ac propitiis magis oculis aſpiciat, & pro communi ſalute, ac pace, compeſcendaque nefariorum Chriſtiani nominis hoſtium ſuperba rabie ejus piis annuat precibus; univerſis & ſingulis primatibus, patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, nec non eccleſiarum tam cathedralium quam collegiatarum, tam ſæcularium quam quorumvis ordinum regularium capitulis, collegiis, conventibus, plebanis, decanis, eccleſiarum rectoribus, cæteriſque animarum curam habentibus, prædicatoribus, quæſtoribus, ac verbum Dei ad populum pronuntiantibus, authoritate apoſtolica injungimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, quatenus intra miſſarum ſolemnia, & dum inter aut extra illa verbum Dei ad populum proponetur, ac in eorum orationibus, quas capitulariter & conventualiter, aut alias in quibuſcumque congregationibus facient, reſpective pro pace Chriſtianorum & infidelium confuſione has collectas habeant ſpeciales, videlicet:* Deus a quo ſancta deſideria; *Et:* Deus in cujus manu ſunt omnes poteſtates & omnia jura regnorum reſpice in auxilium Chriſtianorum; *& nihilominus ſuis diœceſanis & aliis quibuſcumque perſonis utriuſque ſexus tam eccleſiaſticis quam ſæcularibus, quibus ratione prælaturæ & alterius cujuſcumque ſuperioritatis eccleſiaſticæ præſidebunt, injungant ac in domino eos hortentur, quibus Dei verbum ſua aut alterius authoritate proponetur, ut privatim pro pace ut præmittitur Chriſtianorum & infidelium exterminatione ad Deum ipſum ac glorioſiſſimam ejus matrem in oratione dominica, & in angelica ſalutatione preces effundant.* Interjecta cohortatione ad proceres, ut colendæ mutuæ concordiæ apud Reges operam navent, ſubdit.

Indictæ ſolemnes preces pro publica pace.

Præterea omnibus & ſingulis prælatis, principibus, & perſonis tam ſæcularibus XII.

quam

Divinum judicium intentatum perturbaturis pacem.

quam eccleſiaſticis, cujuſcumque ſtatus, gradus, dignitatis, & præeminentiæ aut conditionis exiſtant, ſub interminatione divini judicii diſtrictius inhibemus, ne dictæ paci per nos aut noſtros ſeu ſedis Apoſtolicæ legatos vel nuntios & epiſcopali dignitate præditos, ut præfertur, pro Chriſtianæ reipublicæ defenſione & fidelium ſalute tractanda, aliquod impedimentum directe vel indirecte, palam aut occulte interponere quoquo modo præſumant: ſed qui in pace conficienda privatum aut publicum ſuorum principum, ſuarumve civitatum, aut rerumpublicarum, quorum quarumve ad eos ratione officii vel publici alicujus muneris cura ſpectabit, intereſſe prætendant, illud, quoad modeſtius tranquilliuſve poterunt, proſequentes, pacis nihilominus partes & ſtudia, quantum in Domino poterunt, amplectantur. Nonnullis additis, quibus indulgentiarum præmia iis proponit, qui preces pro pace publica & cruceatæ expeditionis ſucceſſu fuderint, ſubiicit. Quinetiam ad dictam pacem & expeditionem contra dictos Chriſtianæ fidei hoſtes procurandam & ab ipſo Deo impetrandam, volentes ſpiritualibus donis Chriſtifideles animare omnibus vere confeſſis & contritis, qui pro ipſa obtinenda pace ac decernenda expeditione, in miſſis, prædicationibus & aliis divinis officiis, aut in collegialibus, conventualibus aliiſve publicis aut communibus orationibus devote ad Deum preces effundant aut apud principes, conſiliarios, officiarios, rectores vel alias perſonas ſupradictas, quæ ad pacem faciendam vel tractandam & expeditionem in hoſtes invictæ crucis, ut præmittitur, decernendam, aliquam authoritatem habere videbuntur, diligentem ac ſolertem operam adhibebunt, quoties id fecerint; qui vero

Propoſitæ indulgentiæ pacis conſilia promoturis.

privatim ac particulariter pro præmiſſis a Deo conſequendis devotas effuderint preces, ſepties in die ſi toties id fecerint, aut ſi minus, quoties id fecerint donec pax univerſalis, quæ per nos aſſidue tractatur, inter principes & populos in præſentiarum armis diſſidentes confecta ſit & expeditio contra infideles noſtris auſpiciis decreta, de omnipotentis Dei miſericordia ac de beatorum ejus Apoſtolorum Petri & Pauli authoritate confiſi centum dies de injunctis eis pœnitentiis relaxamus, mandantes propterea venerabilibus fratribus primatibus, patriarchis archiepiſcopis & epiſcopis ad quos præſentes ſeu earum exempla ſub ſigillis authenticis vel in urbe aut alibi fideliter impreſſa pervenerint, quatenus illas per ſuas provincias & diœceſes quanto citius poterunt, faciant publicari ac debitæ executioni demandari.

XIII. Cæterum quod propoſuimus, & toto corde concupivimus, reformationem interim eccleſiaſticam tam curiæ noſtræ, quam etiam venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium & aliorum in urbe commorantium, & alia complura neceſſaria, ſacro approbante concilio, decrevimus, quæ aliis noſtris literis in hac eadem ſeſſione publicandis continebuntur, &c. Moniti etiam principes, ut oratores ad concilium mitterent, ſi quos nondum legaſſent: præſulibus, qui dignitatis religione obſtricti ſunt, ut interſint concilio, intentata ni veniant contumaciæ pœna; ac demum univerſis principibus imperatum, ut venientes ad ſynodum libere per eorum terras ingredi patiantur. *Dat. Romæ in publica ſeſſione in Lateranenſi ſacroſancta baſilica ſolemniter celebrata anno incarnationis dominicæ MDXIV. III. non. maii pontificatus noſtri anno II.*

Moniti principes ne differant præſules mittere ad concilium.

XIV. Aſſenſere omnes patres; nil enim altius omnium animis infixum erat, quam ut poſitis mutuis odiis principes arma adverſus Chriſtiani nominis hoſtes verterent; qua de re tum in præcedentibus ſeſſionibus ſacræ conciones habitæ erant, tum in hac ab Antonio Puccio cameræ apoſtolicæ clerico inculcatum comploratumque, in bellis iis civilibus quinquies centena fortium virorum millia, a quibus infidelium imperia excindi poterant, interempta fuiſſe: *Heu*, exclamabat, *eſurientia principum corda nondum innoxiis Chriſtianorum viſceribus ſatiata: heu ſitibundam terram nondum de ferventi Chriſtiani cruoris gurgite tumefactam: heu cæcam dæmonum rabiem nondum innumeris fidelium cladibus expletam, uſquequo in humanam perniciem anhelatis, æſtuatis, ardetis? quingentis Chriſtianorum millibus vigeſimo abhinc anno cruento gladio confoſſis atque proſtratis adhuc eſuritis? adhuc ſititis? adhuc inhiatis? En, pater beatiſſime, qui nihil libentius facere ab ipſo matris utero didiciſti, quam parcere inimicis, & qui tuam victor amari manſuetudinem, quam virtutem vincendo formidari maluiſti, parce obſecro filiis tuis non corruptibili emptis auro vel argento, ſed pretioſo ac vivifico (a) Chriſti ſanguine e diabolica poteſtate redemptis. Evigila, quæſo, intende enitere in ſaluberrimum componendæ pacis opus, quo perficiendo per legatos ac nuntios ſedulam impartiris operam, ut arma interim conquieſcant, a Chriſtiano ſanguine temperetur, expetendæ a cunctis induciæ ſtatuantur omnem tuam authoritatem decretumque interpone.* Delapſus deinde orator ad corruptos populi, cleri, ac monachorum mores, de

Quinquies centena militum millia mutuis diſcordiis necata.

Digna comploratio ob civilem hunc furorem.

(a) 1. Petr. 1.

iis in priſtinum ſplendorem reſtituendis egit, de quibus in ultima ſuperioris anni ſeſſione Leonem patribus editam ſanctionem ſignificaſſe vidimus; ea porro diutina ac diligenti diſquiſitione librata fuerat: cumque de iis, quæ cenſura in Cardinalibus & epiſcopis egere, vel ad eorum afferendam dignitatem ſanciri videbantur, agitaretur, aliquas æmulationes inter Cardinalium præſulumque ordines obortas deſcribit Paris de Graſſis his verbis (*a*).

Inter Cardinalium & præſulum ordines ortæ lites.

(*a*) *Paris to.4. pag.* 101.

XV. Affectata privilegia a Card. cum præſulum damno.

Hæc autem ſeſſio prius per menſes aliquos fieri debebat juxta cedulam intimationis jam factæ; ſed quia Cardinales, quibus expeditio demandata fuerat, tendebant ad pralatorum gravamen, & ſuorummet privilegiorum exaltationem cum dedecore prælatorum, propterea prælati, quorum conſenſus potius quam Cardinalium ratione numeroſitatis fecit concilium, deliberarunt nolle venire ad ſeſſionem, aut ſi veniſſent, dare votum in contrarium & reſpondere per verbum: Diſplicet; unde hoc Papa intelligens voluit ſcire fundamentum prælatorum ac cauſam contradictionis, & renitentiæ eorum: ipſi autem prælati dixerunt, quod ſi Papa dignaretur ad congregationem venire, ubi omnes prælati moniti adeſſent, intelligeret factum: & ſic Papa veniens præcedenti ſeptimana in capellam, ubi centum & viginti prælati aderant, intellexit a me ipſo cauſam prius, videlicet quod Cardinales volebant habere privilegia multa contra prælatos, maxime de conferendis beneficiis vacantibus per obitum familiarium ſuorum, qui eſſent in mea & aliena diœceſi, & quod volebant habere reſervationes in diœceſibus alienis, & nullus prælatus haberet in ſuis & ſimilibus caſibus, quos prælati tolerare nolebant; & ſic Papa blande colloquutus eſt prælatos, ut reſpective cum Cardinalibus agerent: Prælati autem reſponderunt, quod ſi particulatim omnia recenſerentur, Papa intelligeret cauſas motivas prælatorum.

XVI. Reſiſtunt præſules communi conſenſu.

Et ſic propoſitis aliquibus capitulis, quæ in ſeſſione ſanciri debebant, omnes prælati reſponderunt per verbum: Diſplicet; unde Papa in me ſubridens qui ejus lateri aſſiſtebam, laudavit mentem prælatorum, addens quod prælati melius ſapuiſſent quam ipſe Papa, qui ligatus fuerat a Cardinalibus: immo dixit mihi, ſi poſſet, nollet hujuſmodi concilium procedere; quia nemo magis gravatus eſt quam ipſe: & ideo proponi fecit quod ſi placeret prorogari ſeſſionem faceret etiam prorogari; unde prælati contenti omnes aſſurrexerunt, benedicentes Pontifici: Cardinales autem ex hoc male contenti invenerunt cauſam quomodo poſſet utriuſque parti ſatisfieri; & ſic factum eſt, videlicet quod nihil in cedula diceretur de his, quæ ſpectarent ad prælatos, niſi quæ communia eſſent prælatis & Cardinalibus, ſed ea differretur ad aliam ſeſſionem ſequentem, ut factum eſt ac concluſum: quod tamen ægre factum eſt, venientibus prælatis hinc uno reſpectu, & inde Cardinalibus alio reſpectu; volebant enim Cardinales fieri domini prælatorum, pralati vero volebant liberari a ſuperioritate Cardinalium quoad multa. Itaque concluſio facta quod de prælatis nihil diceretur in hodierna ſeſſione. Et infra:

XVII. Diploma de eccleſ. diſciplina inſtauranda.

In ipſa ſeſſione epiſcopus Maſſilienſis orator Regis Franciæ legit cedulam quoad pacem inter Chriſtianos: & demum archiepiſcopus Neapolitanus legit longiſſimam cedulam ſuper reformatione curiæ. Cujus dignitas non parum ſplendoris eccleſiaſticis annalibus afferet. Concepta eſt hiſce verbis.

Leo &c. ad futuram rei memoriam, ſacroſancto approbante concilio.

Cum piæ memoriæ Alexander Papa III. prædeceſſor noſter etiam in Lateranenſi concilio decreverit, ut ætas, morum gravitas, ac literarum ſcientia in perſonis promovendis in epiſcopos & abbates diligenter inquirantur, nihilque magis Dei Eccleſiæ officiat, quam cum immeriti aſſumuntur prælati ad regimen eccleſiarum; propterea in promotionibus prælatorum, quarum a Romanis Pontificibus maxima ratio haberi debet, eo præſertim quod de promotis per eos ad eccleſias ſeu monaſteria in extremo judicio rationem Deo reddituri ſunt, ſtatuimus & ordinamus, ut deinceps perpetuis futuris temporibus patriarchalibus, metropolitanis, ac cathedralibus eccleſiis & monaſteriis pro tempore vacantibus, de perſonis juxta præfati Alexandri conſtitutionem ætate matura, gravitate morum, literarumque ſcientia præditis, non ad alicujus inſtantiam per commendam & adminiſtrationem ſeu conſervationem aut alio quovis modo provideatur, niſi ratione utilitatis eccleſiarum, prudentiæ, nobilitatis, probitatis, experientiæ, atque curialitatis antiquæ cum competenti literatura, & in ſede Apoſtolica meritorum aliter viſum fuerit faciendum; idemque in electis & poſtulatis, quorum electiones & poſtulationes per ſedem Apoſtolicam admitti conſueverunt, volumus obſervari: & ſi de minoribus ætate triginta annorum eccleſiis aut monaſteriis hujuſmodi contigerit provideri, non diſpenſetur cum eiſdem, ut eccleſiis citra vigeſimum ſeptimum ætatis annum, monaſteriis vero citra

Deſignatorum præſulum & abbatum merita diſcuti juſſa.

Quæ dotes in iis expetitæ.

vige-

vigeſimum ſecundum præeſſe valeant.

XVIII. Quinimmo, ut accuratius diligentiuſque idoneæ perſonæ promoveantur, ſtatuimus, ut Cardinalis, cui electionis, poſtulationis, aut proviſionis eccleſiæ ſeu monaſterii relatio committetur, antequam in ſacro conſiſtorio, ut moris eſt, referat commiſſionem examinis ac relationis hujuſmodi ſibi datam uni cujuslibet ordinis antiquiori Cardinali in ipſo conſiſtorio per ſeipſum, vel ſi ea die, qua ſibi commiſſionis onus injunctum fuerit, conſiſtorium non fuerit, per ſecretarium ſuum, aut alium quemlibet ex ſuis domeſticis familiaribus notam illam facere debeat, qui tres priores aliis quamprimum ſui ordinis Cardinalibus eam ſignificare teneantur, negotiumque electionis, adminiſtrationis, poſtulationiſve, aut promotionis ſummarie & de plano per ſeipſum dictus relator examinet; & ſi qui contradixerint, his vocatis idoneos graves & fide dignos teſtes, & ſi expediens opuſve fuerit, alios ex officio aſſumere, proceſſuſque & jura ejuſmodi relationis una cum dictis teſtium die faciendæ relationis ſecum ad conſiſtorium deferre debeat, neque ullo modo referat, ſi præſens in curia promovendus majorem Cardinalium partem antea non adiverit, ut quæ a referente collega ſint Cardinales audituri, oculata fide quantum ad perſonam promovendi attinet cognoſcere poſſint. Promotus vero eoſdem Cardinales, qui præſentes in curia fuerint, ex antiquo more conſuetudineque laudabili quamprimum viſitare teneatur: quem quidem morem laudabilemque conſuetudinem innovamus ac laudabiliter obſerveri mandamus.

Promovendus ſi in curia fuerit, Cardinales adire juſſus.

XIX. Et quoniam epiſcopalem dignitatem tueri illæſam, & ne improborum impugnationibus aut accuſantium calumniis paſſim pateat, muniri par eſt; ſtatuimus, ut nullus epiſcopus aut abbas quovis inſtante ac requirente, niſi ſibi copia & facultas legitimæ defenſionis permittatur, etiamſi crimina fuerint notoria, diligenterque partibus auditis cauſa plenarie probata fuerit, dignitate priveri valeat, neve aliquis prælatus invitus, niſi aliis juſtis efficacibuſque rationibus & cauſis transferatur, juxta formam ac decretum concilii Conſtantienſis.

Nullus prælatus niſi probato crimine exauctorandus.

XX. Et quoniam ex commendis monaſteriorum, ut magiſtra rerum experientia ſæpius docuit, monaſteria ipſa tam in ſpiritualibus quam in temporalibus graviter læduntur; quippe quorum ædificia partim commendatorum negligentia, partim avaritia vel incuria collabantur, & in dies divinus cultus in his magis diminuitur, paſſimque obloquendi materia perſonis præſertim ſæcularibus præbetur, non abſque dignitatis Apoſtolicæ ſedis diminutione, a qua commendæ hujuſmodi proficiſcuntur; ut eorum indemnitati ſalubrius conſulatur, volumus ac ſancimus, ut cum illa per obitum abbatum, qui illis præerant vacaverint, nullo pacto cuiquam poſſint commendari [ni pro conſervatione authoritatis Apoſtolicæ ſedis, & ad occurrendum malitiis illam impugnantium pro temporum qualitate aliter nobis de fratrum noſtrorum conſilio viſum fuerit expedire] ſed de perſona idonea juxta præſcriptam conſtitutionem eis ita provideatur, ut illis idonei abbates, prout decet, præfuturi ſint. Additum eſt, ut monaſteria, quæ alienæ fidei & clientelæ commendata ſunt, poſt eorum obitum Cardinalibus tantum, & aliis dignitate ac meritis conſpicuis commendentur, ita ut quarta pars vectigalium eccleſiis addicatur. Vetita etiam xenodochia & alia pauperum uſui ac alimoniæ conſecrata Cardinalium adminiſtrationi commendari: tum hæc ſancita.

Monaſteriorum commendatio ſublata.

XXI. Ordinamus etiam, ne eccleſiarum, ac quorumcumque monaſteriorum, & militiarum membra a ſuo capite, quod eſt abſurdum, abſque legitima & rationabili cauſa disjungantur, aut ſeparentur. Uniones perpetuæ præterquam in caſibus a jure permiſſis vel ſine rationabili cauſa nunquam fiant. Diſpenſationes autem ad plura incompatibilia ultra duo, niſi qualificatis juxta formam juris communis non concedantur, niſi ex magna & urgenti cauſa: & perſonis cujuſcumque dignitatis parrochiales eccleſias, & earum perpetuas vicarias ac dignitates majores & principales, etiam per viam unionis vel commendæ ad vitam ultra quatuor obtinentibus, ex nunc terminum duorum annorum præfigimus, ut interim quatuor tantum ex eis retentis, reliquas dimittere teneantur, &c.

Quando permittendæ diſpenſationes ad plura quam duo incompatibilia.

De Cardinalibus.

XXII. Et cum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales cæteros omnes in ipſa Eccleſia poſt ſummum Pontificem honore ac dignitate præcedant, conveniens ac debitum eſt, ut vitæ munditia, ac virtutum ſplendore cunctis præfulgeant: quapropter non modo hortamur eos ac monemus; verum etiam ſtatuimus & ordinamus, ut de cætero quilibet Cardinalium pro tempore exiſtens juxta doctrinam Apoſtoli ita ſobrie, caſte, ac pie vivat, ut non ſolum a malo, ſed ab omni etiam ſpecie mali abſtinens, co-

Datæ Cardinalibus leges.

A ſpecie mali abſtineant.

coram hominibus luceat, Deumque inprimis operibus honorificet: ſint omnes vigiles ac divinis officiis miſſarumque celebrationibus intenti, habeantque capellas ſuas in loco honeſto, prout facere conſueverunt, ſitque eorum domus, familia, menſa, ſupellexque non faſtu aut pompa, neque ſuperfluis rebus, neque aliquo modo reprehenſibilis, ne peccandi excedendique modum licentia inde naſcatur; ſed ut æquum eſt, modeſtiæ & frugalitatis ſpeculum dici mereantur. Illis itaque ſint contenti, quæ ſacerdotalem præſeferant modeſtiam, ac prælatos & quoſcumque alios inſignes viros ad Romanam curiam venientes benigne honorificeque tam publice quam privatim tractent, & apud nos & ſucceſſores noſtros gratioſe liberaliterque eorum negotia commendata ſuſcipiant.

Modeſtiæ laude excellant.

XXIII. Venientium ad ſedem Apoſt. negotia pie promoveant.

Præterea miniſterium indecorum epiſcoporum prælatorumque in domibus non habeant, ne cæteris præeſſe inſtituti, & ſacro charactere inſigniti, in vilia deſcendant miniſteria, paſſimque paſtoralis officii contemptum inducant: eos itaque quos vel nunc habent, vel in poſterum ſunt habituri, honorifice, ut fratres, ac juxta eorum ſtatus condecentiam tractent. Cumque Romano Pontifici communi omnium Chriſtifidelium patri aſſiſtant, perſonarum acceptatores vel advocatos eos fieri valde inconveniens eſt: propterea ſtatuimus, ne partialitatem ſuſcipiant aliquam, neque principum, aut communitatum, vel quorumcumque aliorum contra quemquam, niſi quantum juſtitia & æquitas poſtulat, eorumque dignitas & conditio requirit, promotores aut defenſores fiant; ſed a privata omni paſſione ſejuncti ſedandis & componendis inter quoſcumque litibus omni diligentia vacent incumbantque: principum & quorumcumque aliorum, ac præſertim pauperum & religioſorum juſta negotia pio promoveant affectu; oppreſſos & injuſte gravatos juxta vires ſuas & officii debitum adjuvent: tituli ſui loca, ſi præſentes in curia fuerint, perſonaliter, ſi vero abſentes, per vicarium idoneum ſemel ſaltem ſingulis annis viſitent: clericos & populos eccleſiarum titulo ſuo ſubiectarum cum diligentia inquirant, vigilentque circa cultum divinum & bona dictarum eccleſiarum; moreſque in primis & vitam clericorum & parochianorum ſolerter explorent, eoſque omnes & ſingulos ad recte honeſteque vivendum paterno moneant affectu: pro augmento autem divini cultus & ſalute animæ ſuæ quilibet Cardinalis vel in vita donet, vel in mortis articulo relinquat titulo ſuo quantum ſit ſatis ad presbyterum unum ibi commode ſuſtentandum; vel ſi eccleſia indigeat reparatione, vel alia ſubventione, tantum illi relinquat vel donet, quantum conſcientiæ ſuæ videbitur. Subditur ut Cardinales ita ſuos affines benemeritos promoveant, ut largitionum magnitudo in aliorum damnum non vertatur: tum ut rem divinam in eccleſiis, quibus præſunt, ſtudioſe curent; idoneos ſacerdotes præficiant, ædificia earum inſtaurent ac jura tueantur; tum ſubditur.

Ne ſe cuipiam principi adverſus alium addicant.

Injuſte gravatos juvent.

XXIV. *Statuimus etiam, ut dicti Cardinales circa numerum familiarium equorumque ſuis impenſis alendorum magna utantur circumſpectione ac diligenti providentia, ne majorem numerum quam ſua facultas conditione ac dignitas patiantur habentes, luxus ac prodigalitatis vitio notari poſſint; neve rurſus avari ſordidive habeantur, ſi in magnis & amplis reditibus pauciſſimis victum præbeant, cum domus Cardinalis patens hoſpitium, portuſve, ac refugium proborum & doctorum maxime virorum & pauperum nobilium honeſtarumque perſonarum eſſe debeat. Sint igitur circa modum & numerum tenendi prudentes, ac de familiarium qualitate inprimis curioſi, ne ex alienis vitiis turpem ſibi contrahant infamiæ notam, vulgoque obloquendi calumniandique juſtas præbeant occaſiones. Et cum maxime providendum ſit, ut non ſolum coram Deo, cui primum placere debemus, ſed etiam coram hominibus opera noſtra probentur, ut cæteris exemplo ad imitandum poſſimus eſſe; ordinamus, ut quilibet Cardinalis ſe domus ac familiæ ſuæ optimum rectorem præfectumque oſtendat eſſe, tam circa ea, quæ extrinſeca omnibus apparent, quam quæ intus latent abſcondita.*

Sit eorum domus proborum & doctorum hoſpitium.

XXV. *Habeat itaque eorum quiſque ſacerdotes & levitas honeſtis veſtimentis indutos, atenteque provideat, ne quis in familia ſua quoquomodo beneficiatus & in ſacris ordinibus conſtitutus veſtes portet verſicolores, nec eo habitu utatur, qui ordini eccleſiaſtico parum conveniat: quare in presbyteratus ordine conſtituti veſtes colorum quæ clericis a jure non prohibeantur deferre debeant uſque ad talos ſaltem demiſſas: & habentes dignitates in cathedralibus, & canonici etiam dictarum cathedralium ac primam dignitatem in collegiatis habentes, & Cardinalium capellani miſſas celebrantes caputium deferre in publico teneantur.* Et paulo infra: *Tam clerici beneficiati, quam in ſacris ordinibus conſtituti comam neque barbam non nutriant, neque mulas aut equos cum phaleris ornamentiſque ex velluto aut ſerico factis habeant; ſed ejuſmodi rebus ex panno tantum, aut co-*

Sacerdotes honeſte cultos familiares habeant.

Clericis vetitum comam alere.

corio ſimpliciter utantur. Additis nonnullis aliis de honeſto familiæ cultu, & luxu caſtigando imperatum Cardinalibus, ut ſtrenue ad naſcentes hæreſes ex Dei Eccleſia extirpandas incumbant.

XXVI. Curent Cardinales explorare quæ hæreſes pullulent & in quibus locis. Qui populi vexentur bellis.

Et quoniam ad Cardinales maxime ſpectat operum optimorum cura; pro viribus laborabunt ſcire quæ regiones hæreſibus, erroribuſque ac ſuperſtitionibus contra veram & orthodoxam fidem infectæ ſint, & ubi divinorum mandatorum eccleſiaſtica deficiat diſciplina, quique Reges ac principes ſeu populi bellis infeſtentur, vel infeſtari timeant. Hæc & hujuſmodi ſcire ac nobis & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti referre operam dabunt; ut opportuna & ſalutaria talibus malis ac peſtibus remedia vigilanti ſtudio excogitari valeant. Et cum frequenti ac prope quotidiana experientia notum ſit, provinciis ac civitatibus propter ſuorum legatorum de latere abſentiam multa ſæpius contingere mala, variaque non ſine Apoſtolicæ ſedis præjudicio ſcandala oriri; ſtatuimus & ordinamus, ut nullis Cardinalibus provincias ac civitates legationis titulo obtinentes, eas per locumtenentes aut officiales quoſcumque adminiſtrare liceat; ſed perſonaliter ipſi pro majori parte temporis adeſſe, atque eas omni vigilantia regere & gubernare teneantur.

Legati de latere luſtrent provincias, non mittant internuntios.

Et infra: *Et qui nunc titulum legationis obtinent aut pro tempore obtinebunt, ſi in Italia intra tres menſes, ſi extra Italiam quinque a die præſentis publicationis ad ſuas provincias ire ac majorem temporis partem ibi reſidere teneantur, niſi de noſtro & ſucceſſorum noſtrorum mandato pro aliquibus gravioribus negotiis in Romana curia retineantur, vel ad alia loca prout neceſſitas poſtulat mittantur; & tunc in dictis provinciis ac civitatibus vicelegatos, auditores & locumtenentes cæteroſque conſuetos officiales cum debitis proviſionibus ac ſalariis habeant. Qui præmiſſa omnia & ſingula non ſervaverit emolumentis quibuſcumque legationis careat; quæ quidem propter hoc antiquitus ordinata & inſtituta fuerunt, ut opportuna legatorum præſentia populis eſſet ſalutaris, non ipſi laborum & curarum penitus expertes lucro tantum ſuæque legationis titulo inhiarent.*

XXVII. Cardinalitii eſt muneris Pontifici aſſiſtere.

Et cum Cardinalis officium imprimis verſetur in frequenti Romani Pontificis aſſiſtentia, & ſedis Apoſtolicæ negotiis; propterea ſtatuimus, ut omnes Cardinales in Romana curia reſideant; & qui ſunt abſentes, ſi in Italia intra ſex menſes, ſi extra Italiam intra annum a die publicationis præſentis conſtitutionis revertantur: alioquin fructus beneficiorum, & omnium officiorum ſuorum emolumenta amittant, omnibuſque privilegiis generaliter & ſpecialiter Cardinalibus conceſſis quamdiu abfuerint omnino careant; exceptis tamen illis, quos ratione officii ab Apoſtolica ſede injuncti, vel de Romani Pontificis mandato aut licentia, vel juſto metu, aut quavis alia legitima cauſa impediente vel ægrotationis abeſſe contingat, privilegiis, indultis, & immunitatibus eiſdem Cardinalibus conceſſis, & in bulla noſtra ſub data coronationis noſtræ contentis & expreſſis in ſuo robore nihilominus permanentibus. Prohibiti etiam nimii ac profuſi ſumptus in Cardinalium funebri apparatu.

Careant privilegiis ſi ſine cauſa juſta abfuerint.

XXVIII. Libertas dicendi in ſenatu permiſſa.

Pro reverentia autem ſedis Apoſtolicæ utilitateque, & honore communi Pontificis & ipſorum Cardinalium, ut ſcandalorum, quæ naſci poſſent, occaſio tollatur, majorque in ſacro ſenatu libertas votorum fiat, liceatque, ut par eſt, Cardinali cuique ſecundum Deum & conſcientiam ſuam libere & impune quodcumque ſentiat dicere; ſtatuimus ne quis Cardinalium vota in conſiſtorio data, & quæcumque ibi geſta aut dicta, quæ in odium, aut præjudicium, aut ſcandalum alicujus redundare poſſint, ſcripto aut verbo, vel quovis alio modo revelet, ſub pœna perjurii & inobedientiæ. Et quotieſcumque a nobis & Romano Pontifice pro tempore exiſtente ſpecialiter & expreſſe ultra præmiſſa indictum fuerit, ſupra aliqua re ſilentium, ſi quis contra fecerit, ultra pœnas, excommunicationem latæ ſententiæ incurrat, a qua non poſſit abſolvi niſi a nobis vel præfato Romano Pontifice, & cum expreſſione cauſæ, præterquam in mortis articulo.

Pœnæ arcana conſilia patefacturis propoſitæ.

Reformationis curiæ & aliorum.

XXIX.

Et cum omnis ætas ab adoleſcentia prona ſit ad malum, & a teneris aſſueſieri ad bonum magni ſit operis & effectus; ſtatuimus & ordinamus, ut magiſtri ſcholarium & præceptores pueros ſuos ſive adoleſcentes, nedum in grammatica & rethorica, ac cæteris hujuſmodi audire & inſtruere debeant; verum etiam docere teneantur ea, quæ ad religionem pertinent, ut ſunt præcepta divina, articuli fidei, ſacri hymni & pſalmi, ac ſanctorum vitæ, diebuſque feſtivis nihil aliud eos docere poſſint, quam in rebus ad religionem & bonos mores pertinentibus, eoſque in illis inſtruere, hortari & cogere in quantum poſſint teneantur; ut nedum ad miſſas, ſed etiam ad veſperas divinaque officia audienda ad eccleſias accedant; & ſimiliter ad prædicationes & ſermones audiendos impellant, nihilque contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat eis legere poſſint.

Diebus feſtivis magiſtri artium divina tantum docere juſſi.

Ad abolendam vero execrabilem blaſphemiam, quæ in maximum divini nominis & ſanctorum contemptum ſupra modum in-

Blaſphemis propoſitæ pœnæ.

invaluit; ſtatuimus & ordinamus, ut quicumque Deo palam ſeu publice maledixerit, contumelioſiſque atque obſcœnis verbis dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, vel glorioſam virginem Mariam ejus genitricem expreſſe blaſphemaverit, ſi munus publicum jurisdictionemve geſſerit, perdat emolumenta trium menſium pro prima, & ſecunda vice dicti officii; ſi tertio deliquerit, illo eo ipſo privatus exiſtat: ſi clericus vel ſacerdos fuerit, eo ipſo quod de delicto hujuſmodi fuerit convictus, etiam beneficiorum quæcumque habuerit fructibus, applicandis ut infra, unius anni mulctetur; & hoc ſit pro prima vice, qua blaſphemus ita deliquerit: pro ſecunda vero ſi ita deliquerit & convictus, ut præfertur, fuerit, ſi unicum habuerit beneficium, eo privetur; ſi autem plura, quod ordinarius maluerit id amittere cogatur: quod ſi tertio ejus ſceleris arguatur & convincatur, dignitatibus ac beneficiis omnibus quæcumque habuerit eo ipſo privatus exiſtat, ad eaque ulterius retinenda inhabilis reddatur, eaque libere impetrari & conferri poſſint.

Si clericus fuerit.

Si laicus nobilis.

Laicus vero blaſphemans, ſi nobilis fuerit, pœna viginti quinque * *ducatorum mulctetur, & pro ſecunda vice quinquaginta fabricæ baſilicæ principis Apoſtolorum de urbe applicandorum & aliis, ut infra deducitur; pro tertia vero nobilitatem perdat.*

* alias xxxv.

Si laicus ignobilis & ter deliquerit.

Si vero ignobilis ac plebeius fuerit, in carcerem detrudatur: quod ſi ultra duas vices publice blaphemans deprehenſus fuerit, mithra infami per integram diem ante fores eccleſiæ principalis mithratus ſtare cogatur: ſi vero pluries in hoc ipſum peccatum lapſus fuerit, ad perpetuos carceres, vel ad triremes damnetur ad judicis deputati arbitrium. In foro autem conſcientiæ nemo blaſphemiæ reus abſque graviſſima pœnitentia ſeveri confeſſoris arbitrio iniuncta poſſit abſolvi: qui vero reliquos ſanctos blaſphemaverit, arbitrio judicis rationem perſonarum habituri mitius aliquanto puniri volumus.

Judices non animadvertentes in blaſphemos plectendi.

Statuimus etiam, ut ſæculares judices, qui contra tales blaſphemiæ convictos non animadverterint, eoſque juſtis pœnis minime affecerint, quantum in eis fuerit, quaſi eidem ſceleri obnoxii eiſdem quoque pœnis ſubiiciantur: qui vero in illis inquirendis puniendiſque diligentes & ſeveri fuerint, pro qualibet vice decem annorum indulgentiam conſequantur, & tertiam partem mulctæ pecuniariæ habeant:

Audientes blaſphemos coarguant vel denuntient.

quicumque vero blaſphemantem audierint, cum verbis acriter objurgare teneantur, ſi citra periculum ſuum id fieri poſſe continget, eundemque deferre vel notificare apud judicem eccleſiaſticum ſeu ſæcularem intra triduum debeant: quod ſi plures dictum blaſphemantem ſimul audiverint, ſinguli eum accuſare teneantur, niſi forte omnes convenerint, ut unus pro cunctis tali fungatur officio. Quos omnes in virtute ſanctæ obedientiæ hortamur & monemus in Domino, ut pro divini nominis reverentia & honore in ſuis dominiis ac terris præmiſſa omnia ſervari & exactiſſime exequi mandent, ac faciant, uberrimam ab ipſo Deo tam boni ac pii operis mercedem habituri, ſimilemque annorum decem indulgentiam ab Apoſtolica ſede conſequuturi cum tertia parte mulctæ, qua dictus blaſphemus plectetur, quoties tales ſcelus puniendum curaverint: quam quidem indulgentiam & reliquam tertiam mulctæ partem accuſatori blaſphemi nomen deferenti ſimiliter concedi & aſſignari volumus, aliis pœnis contra hujuſmodi blaſphemos per ſacros canones expreſſis nihilominus in ſuo robore manentibus.

XXX. *Ut clerici præſertim caſte continenterque juxta canonum præcepta vivant, ſtatuimus ut contra facientes acriter ſecundum canones puniantur:*

Sodomitæ ſevere puniendi.

ſi qui vero tam laicus quam clericus de crimine, propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ, convictus fuerit, pœnis per ſacros canones aut jus civile reſpective impoſitis puniatur:

Et concubinarii.

concubinarii autem ſive laici ſive clerici fuerint, eorundem canonum pœnis mulctentur, neque ſuperiorum tolerantia ſeu prava conſuetudo quæ potius corruptela dicenda eſt, a multitudine peccantium, aliave qualibet excuſatio eis aliquo modo ſuffragetur; ſed juxta juris cenſuram ſevere puniantur.

Ægydii Card. leges inſtauratæ.

Ad bonum vero & quietum regimen civitatum ac locorum omnium Romanæ eccleſiæ ſubiectorum, conſtitutiones bonæ memoriæ Ægydii epiſcopi Sabinenſis olim editas innovamus eaſque inviolabiliter ſervari præcipimus & mandamus.

Conſtitutiones in ſimoniacos renovatæ.

Et ut nefariæ ſimoniæ labes ac peſtis non ſolum a Romana curia, ſed ex omni etiam Chriſtiana ditione in perpetuum eiiciatur, conſtitutiones per anteceſſores noſtros etiam in ſacris conciliis contra hujuſmodi ſimoniacos editas innovamus, eaſque inviolabiliter ſervari præcipimus, ac pœnas in eis contentas pro expreſſis & inſertis haberi, & delinquentes etiam authoritate noſtra affici volumus,

XXXI. *Statuimus quoque & ordinamus, ut quilibet habens beneficium cum cura vel ſine cura, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio divinum officium non dixerit, legitimo impedimento ceſſante, beneficiorum ſuorum fructus ſuos non faciat pro rata omiſſionis recitationis officii & temporis; ſed eos tanquam iniuſte perceptos in fabricam huiuſmodi beneficiorum, vel pauperum eleemoſynas erogare teneatur: ſi vero ultra*

Intermittentes divina officia ſtipendiis privandi.

di-

Digitized by Google

dictum tempus in ſimili negligentia contumaciter permanſerit, legitima monitione præcedente beneficio ipſo privetur; cum propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omittere quoad hoc, ut beneficio privari poſſit, qui per quindecim dies illud bis ſaltem non dixerit; Deo tamen ultra præmiſſa de dicta omiſſione redditurus rationem: quæ pœna in habentibus plura beneficia reiterabilis toties ſit, quoties contrafacere convincantur.

Sacerdotio deturbetur, qui diebus quindecim bis non dixerit.

Et cum fructuum eccleſiarum cathedralium & metropolitanarum, monaſteriorumque & aliorum quorumcumque beneficiorum eccleſiaſticorum plenaria diſpoſitio & adminiſtratio ad nos & Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, & illos etiam, qui ejuſmodi eccleſias, monaſteria, & beneficia jure & canonice obtinent, ſolum pertineant, ſæcularesque principes omni etiam divino jure id prohibente dictis eccleſiis, monaſteriis, ac beneficiis intromittere ſe nullatenus debeant; ſtatuimus & ordinamus, ut fructus, redditus & proventus eccleſiarum, monaſteriorum, ac beneficiorum per ſæculares ullos principes, etiamſi Imperatores, Reges, Reginæve, ſeu reſpublicæ, vel potentatus fuerint, aut per eorum officiales ſeu judices etiam eccleſiaſticos vel quaſcumque alias perſonas publicas vel privatas de eorundem Imperatoris, Regum, Reginarum, ac principum, rerumque publicarum, vel potentatuum mandato, ſequeſtrari, occuparive, aut modo aliquo detineri, ipſique hujuſmodi eccleſias, monaſteria, ac beneficia obtinentes ſub prætextu fabricæ inſtaurationiſve, ſine Romani Pontificis pro tempore exiſtentis expreſſa licentia, aut eleemoſynarum ſeu quovis alio colore aut fuco impediri non debeant, quominus de illis, ut antea, libere ac ſine impedimento diſponere valeant. Propoſitæ ſunt graviores pœnæ eccleſiaſticæ iis, qui hæc ſacra imperia infregerint.

Ne principes eccleſiaſtica vectigalia detineant.

XXXII. Et cum a jure tam divino quam humano laicis poteſtas nulla in eccleſiaſticas perſonas attributa ſit, innovamus omnes & ſingulas conſtitutiones felicis recordationis Boniſacii Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: Felicis; & Clementis V. quæ incipit: Si quis ſuadente; nec non quaſcumque alias apoſtolicas ſanctiones in favorem libertatis eccleſiaſticæ, & contra ejus violatores quomodolibet editas, & pœnis etiam contra talia præſumentes in bulla, quæ legitur in cœna Domini, contentis, in ſuo robore permanſuris: & cum in Lateranenſi pariter ac conciliis generalibus, ſub excommunicationis pœna prohibitum fuerit, ne Reges, principes, duces, comites, barones, reſpublicæ, & alii potentatus quicumque regnis, provinciis, civitatibus, ac terris quoquo modo præſidentes, collectas, decimas, & alia hujuſmodi onera clericis, prælatis, & aliis quibuſcumque perſonis eccleſiaſticis imponant exigantque, neve a ſponte etiam dantibus & conſentientibus etiam recipiant, atque in præmiſſis auxilium, favorem, conſiliumve palam vel occulte præſtantes, in excommunicationis latæ ſententiæ pœnam eo ipſo incidant; & ipſæ quoque reſpublicæ, ac communitates & univerſitates circa hoc quomodolibet delinquentes eccleſiaſtico eo ipſo ſubiiciantur interdicto: prælati etiam præmiſſis abſque Romani Pontificis expreſſa licentia ultro conſentientes excommunicationis & depoſitionis pœnam eo ipſo incurrant. Statuimus & ordinamus, ut de cætero talia præſumentes, etiamſi, ut præfertur, qualificati fuerint, ultra ſupradictas pœnas, quas contravenientes eo ipſo incurrere volumus, innovamus quod ad omnes actus legitimos inhabiles, & inteſtabiles habeantur.

Inſtaurata decreta vetera pro apoſtolica libertate.

Perculſi anathemate Reges qui decumas clericis imperent.

XXXIII. Et cum ſecundum leges civiles, & ſacrorum canonum cenſuras, ſortilegia per invocationem dæmonum, incantationes, divinationes, ſuperſtitioneſque prohibitæ ſint, ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, ut clerici, qui in præmiſſis culpabiles inventi fuerint, arbitrio ſuperiorum infamia notentur: ſi vero non deſtiterint deponantur, atque in monaſterium ad tempus arbitrio ſuperioris præfiniendum detrudantur, beneficiiſque & officiis eccleſiaſticis priventur: laici vero utriuſque ſexus excommunicationis & aliis pœnis juris tam civilis, quam canonici ſubjaceant.

XXXIV. Et ut omnes ficti Chriſtiani, ac de fide male ſentientes, cujuſcumque generis aut nationis fuerint, nec non hæretici ſeu aliqua hæreſis labe polluti; vel judaizantes, a Chriſtifidelium cœtu penitus eliminentur, & a quocumque loco, & præſertim a Romana curia expellantur, ac debita animadverſione puniantur, ſtatuimus, ut contra eos diligenti inquiſitione ubique & in dicta curia maxime procedatur per judices per nos deputandos, & ejus criminis reos & legitime convictos debitis pœnis puniri; relapſos vero abſque ulla ſpe veniæ aut remiſſionis affici volumus.

Decreta adverſus hæreticos inquiſitio.

XXXV. Et cum conſtitutiones & ordinationes noſtræ hujuſmodi, quas pro nunc ordinamus, vitam, mores, eccleſiaſticamque diſciplinam concernant; tam officiales noſtros, quam alios, tam in Romana curia, quam extra ubique locorum commorantes, illis ligari, eoſque ad eorum obſervationem inviolabiliter teneri volumus atque decernimus, &c. Nulli ergo hominum, & ſi quis &c. Datum Romæ in publica ſeſſione in La-

Lateranenſi ſacroſancta baſilica ſolemniter celebrata anno incarnationis dominicæ MDXIV. III. *nonas maii pontificatus noſtri anno* II.

XXXVI. De hac ſanctione a patribus comprobata hæc tradit Paris (*a*) : *Fuit tandem approbata, licet Papa dixerit : Placet ; ſed aliqua videntur mutanda : unde prælati aſſiſtentes & alii, qui diſpoſiti erant ad libere conſentiendum, etiam ipſi dixerunt varie, tamen fuit comprobata a majori parte ; nam cum eſſent in totum centum & quadraginta mithræ, vix decem perplexi reſponderunt*. Recenſita ſunt in actis concilii eorum reſponſa. Agitatam in hac ſeſſione controverſiam de ſupremo in Cruciferos Pruſſos imperio inter cæſareum & Polonum oratores, refert idem Paris ; ſed illam ad primum Cardinalium conſiſtorium, ut in eo dirimeretur a Leone extractam addit (cujus rei cauſæ inferius ex pontificiis ad Livoniæ magiſtrum literis aperientur) demumque ſeſſionem decimam indictam principio decembris celebrandam. Sed cum ea, quæ proponenda erant, ſæpius excuſſa ob ſui gravitatem nondum digeſta forent, ea ſeſſio in proximum annum iterum iterumque extracta eſt.

(*a*) *Paris in mſ. diar.*

Controverſiæ Pruthenorum & Polonorum Cardinalibus permiſſæ.

XXXVII. Interea Leo omnem curam poſuit in perducendis ad exitum arduis illis conſiliis, quæ in ſuperiori ſeſſione de pace inter Chriſtianos redintegranda, vertendiſque eorum armis adverſus Turcas promulgarat : quæ ſubinde eo magis intendit, quo Selimi Turcarum Imperatoris potentiam in dies ingraveſcere, Sophimque Perſidis Regem, cujus vis illius dominandi cupidini frænum iniicere poterat, ab eo fractum audivit (*b*); omnes namque maximus inceſſit timor, ne Turca triumphato Perſa ad convellendam Chriſtianam rem ſævos furenteſque impetus effunderet : nec fruſtra concepti erant metus ; quippe ipſum meditatum (*c*) univerſi orbis imperio potiri, primumque Italiam excidio dare eo ipſo tempore, quo Lateranenſe celebrabatur concilium : ſed ab ea conficienda expeditione (*d*) a Perſa, qui illius nepotis profugi ſuſcepta cauſa in Turciam incurrerat, diſtractum referunt literæ Henrici Pæniæ ad Cardinalem Saulum Genuenſem Conſtantinopoli datæ ; tum Bartholinum Cæſari atque Hungariæ & Poloniæ Regibus congregatis eadem expoſuiſſe pro concione videbitur ſuo loco.

De bello Turcico actum.

(*b*) *Leo apud Petr. Bemb. l. 10. ep. 5. & 7.*

Italica Selimi expeditio retardata a Perſa.

(*c*) *Barroſ. l. 10. c. 6.*

(*d*) *Ext. apud Bizar. hiſt. rer. Perſ. l. 10.*

Reverendiſſime in Chriſto pater & domine, domine obſervandiſſime, poſt humillimam commendationem, &c.

XXXVIII. *Selimus Imperator poſt fratres nepoteſque ſtrangulatos, omnia ſibi ex ſententia cedere perſpiciens, rerum ſucceſſu tumens, animo jam pridem orbis terrarum imperium complexus, expeditionem in Italos parare cœperat, ratus his ſubjugatis, reliquum quod deſtinaverat facile perfici poſſe. Itaque ingenti materia cæſa triremes fabricare, navalia ædificare, remiges ſocioſque navales atque milites congregare imperaverat ; commeatus ad maritimas urbes, unde facilior in Italiam tranſitus, qui ſatis navibus eſſent, deferre : atque ut hoc tutius peragere valeret, cum Hungaro pacem firmare mollitis aliquantulum conditionibus ab eo propoſitis ſtatuerat. Chendemumque a conſiliis, & longa familiaritate etiam antequam ad imperium adſumeretur notum, bellique non expertem Ciliciæ partique Cappadociæ Turcarum imperio ſubiectæ præſidem fecerat, data ei non parva militum manu, qua & fines imperii tutaretur, & hoſtem ſcilicet Amuratum ex fratre nepotem, ad Iſmaelem Sophum profugum arceret : quippe per exploratores cognoverat Iſmaelem Scythico bello impeditum id ſolum cogitare, neque ullo modo ſuppetias Amurato laturum arbitrabatur, tam in remotis orbis partibus præpeditum : quapropter ſatis tutum ab omnibus partibus imperium exiſtimans Italicam animo verſabat expeditionem. Sed longe aliter ac ipſe putabat evenit ; nam Iſmael Sophus peracto ſcythico bello, hoſtibuſque debellatis cum viginti ſignis collatis pugnaſſet, redacta in poteſtate regione, uſque ad glacialem Oceanum progreſſus, pacata provincia, ad Armeniam majorem rediit, motus Turcici, ut fertur, imperii propius, quos abſens intellexerat, inſpecturus : ibidemque invento Amuratho, deque rebus eo in Scythia orientali morante apud Turcas hoſtis apprime doctus, imperatorii filii fortunam miſertus, quem tam miſerabiliter amiſſo per dedecus patre exulem intuebatur, in avitum imperium armis reducere conſtituit : motoque ab Terva ſeu Teuris victore milite, quem in tria diviſerat agmina, triniſque caſtris intervallo ſexdecim ſtadiorum diſpoſuerat, duceſque aſſignaverat duobus Amuratum & Uſtaoglum, tertia vero ſibi reliquerat ; cumque his quaſi Cappadociam Turcico ſubditam imperio invaſurus proficiſcitur. Quod cum Chendemus præſenſiſſet, ad Selimum literis miſſis detulit, hortatuſque eſt, ut quam citiſſime trajecto Helleſponto, omiſſa Italica expeditione, ad tuendos imperii fines advolaret ; alioquin impar præſidium & tutandis contra tot hoſtes finibus idoneum nactum Iſmaelem omnia ferro ignique vaſtaturum.*

Ut claſſem apparari juſſerit.

Chendemum Ciliciæ & Cappadociæ præfecerit.

Sophi ingentes in Scythia progreſſus.

Amurathes ad eum profugit.

Cappadocia a Perſa tentata.

Italica expeditio Perſam averſa.

Quibus acceptis ab Hadrianopoli movit XXXIX.
[civitas hac Thraciæ eſt] & Conſtanti-

nopo-

nopolim petiit : non noſtro transfretato Helleſponto antiquam Chalcedonam urbem Bithyniæ juſſis ſubſequi provinciarum præfectis, quos Sangacos appellant, pariterque omnibus Europæ militibus, quibus aliquantulum ibi præſtolatis per Bithyniam, Phrygiam, atque Galatiam ad Erſegen Cappadociæ oppidum toto ſequente exercitu ſexageſimis pervenit caſtris. Interjectis nonnullis, ut Chendemum ſuadentem ne ulterius hoſtem, qui dolo ceſſiſſe videbatur, ſequeretur, cædi juſſerit, perque Moſcios montes, ubi Taurum Euphrates ſcindit, Armeniam majorem ingreſſus, dextraque Aladotum Cappadociæ montanæ principem Mahometanum; læva vero Regem Armeniæ (minoris ſcilicet Chriſtianum ſchiſmaticum) relinquendo ſemper proximus Euphrati ita inceſſerit, ut dextera parte agminis ripas tangeret, donec ad Pariadros montes & fontem fluminis pervenerit, atque Araxi fluvio trajecto prope Choim oppidum caſtra fixerit, ac demum Perſicæ copiæ comparuerint, nimirum Uſtaoglo duce quadraginta millibus cataphractorum equitum ſuccincto ab Iſmaele qui interjecto trium dierum itinere, reliquas acies colligebat exitumque pugnæ præſtolabatur, præmiſſo cruentiſſimum hoc inter Turcas Perſaſque certamen deſcribit Pænias.

Chendemus a Selimo cæſus.

Varia Selimi itinera.

XL.

Perſarum cum Turcis cruenta pugna.

Jam in occaſu ſol erat nono kal. ſeptembris; cum ſubito ingenti motu uno agmine eu cataphractis omnibus facto Turcis nihil minus tunc expectantibus, Uſtaoglus in dextrum cornu impetum fecit, Bechlerbechumque inter primos pugnantem obtruncat, cæteros proſternit fugatque: difficile enim erat partim inermibus partim lævi armatura & ſolis loricis tectis contra cataphractos reſiſtere: mouque diviſo agmine per transverſos pedites altera parte lævum invadit cornu, altera Imperatorem in ſubſidiis morantem; cœperantque pene omnes Turcæ retrocedere, cum Imperator inops conſilii bombardis hoſtem ferire juſſit: quare non minorem in ſuo quam in alieno agmine ſtragem edidit, quo factum eſt, ut inſolito bombardarum ſtrepitu equis perterritis renitentes Iſmaelitani equites terga verterent amiſſo Uſtaoglo duce ictuque bombardæ interfecto, & viginti millibus eu ſuis, quos Turcæ inſecuti caſtris ſpoliarunt; in quibus ingentem gemmarum numerum invenerunt, alimentorumque ſatis amplam copiam. At ipſi Sophi fuga elapſi [nam nocte impediente eos Selimitani perſequi non audebant] ad Iſmaelem, qui trium dierum itineris intervallo aberat, cum exercitu validiſſimo ſe contulerunt, remque ordine geſtam narrarunt. Quibus intellectis Iſmael ratus optimum univerſas vires in unum congregare totiſque viribus cum eo decertare, exercitum, cui Amuratum præfeceras, ſecum jungit pugnaturus occaſione capta; & noctu potius ob bombardarum metum, quam interdiu.

Bellicis tormentis profligati Perſæ.

XLI.

Quinquaginta millia Turcarum in eo prælio amiſſa.

Interea Selimus rem peregiſſe hoſtemque internecioni dediſſe exiſtimans, quamvis cruentiſſimam habuiſſet victoriam, ampliuſque quam quinquaginta millia hominum amiſiſſet; inter quos robur militiæ decem & octo Sangacos eu Europa cum omnibus pene eorum militibus, non tamen urbes Armeniæ ad deditionem ſolicitare deſtitit, nec enim opinio fefellit; nam Teuris ſive Terva urbs Armeniæ majoris & metropolis regni ſtatim imperium ſuſcepit, & præſidium in urbem intromiſit, miſſiſque ingentibus donis ad Imperatorem, ut ad urbem accederet rogavit, ſeu quia ita Iſmael ordinaverat, ut intercepto præſidio Selimum imbecilliorem redderet, ſeu favore vulgi eo ſe inclinante; quo & fortuna his geſtis Selimus nuncios alterum ad filium Hadrianopolim, alterum ad noſtram deſtinat rempublicam, a quo ego omnia ſuperius ſcripta præſens accepi, multaque alia, quæ ſciens prætereo alias latius ſcripturus.

Tarviſium Selimo deditum.

XLII.

Jamque in tuto eſſe videbatur Turcarum Imperator, converteratque animum ad provinciam ordinandam, octoque erant elapſi dies, ex quo apud Choim pugnatum erat oppidum, & hoc Armeniæ majoris, neque ex loco ſeceſſerat, fauſtum atque fortunatum id ſolum, in quo viceras arbitratus, aberatque a Teuris expedito homini itineris duorum dierum intervallo; & ecce qui nuntiarent præſidium Teuris impoſitum ab Iſmaelitanis deletum, ipſumque Iſmaelem ingentibus copiis recenti milite adventare: quo nuntio perterritus omnes ſub armis vigilare jubet; ipſe mutato tabernaculo ad contubernia gregariorum ſe contulit, veritus ne, ſi in ſuo pernoctaret tabernaculo, ab Iſmaelitanis aut vivus caperetur aut pugnans interficeretur; quippe per transfugam ſeptem millia cataphractorum conjuraſſe, ut ſe aut vivum caperent aut interficerent didicerat, feciſſentque ni tabernaculo mutato prævidiſſet: nam eadem nocte, qua tabernaculum mutaverat, imperatorio habitu depoſito Selimus Iſmael caſtra cum conjuratis reliquiſque militibus aggreditur, perque vim & militum robur cæſis, qui repugnabant, tabernaculum Imperatoris proſternit, illiuſque vicarium obtruncat, univerſumque eurcitum cædit; vixque Selimus cum paucis relictis bombardis, quibus in tanto tumultu uſus non erat, obſcuritate noctis adjutus effugit,

Perſarum equitum adverſus Selimum conjuratio.

Arte inſidiæ victæ.

Fugatus nocturno prælio Selimus.

qui nunc iu Amaſia oppido Cappadociæ dicitue eſſe vireſque reficere donec hoſtis adveniat, iterum pugnaturus. An Iſmael victoria uti velit incertum adhuc eſt, nullumque ejas rei judicium eatat, ſeu quia & ipſe cruentiſſimam victoriam babuerit, ſeu quod in nudo ſolo & ſine arboribus difficile militi & præſertim equiti per hyemem iter eſſet; alioquin potentiſſimum Regem, ut qui Armeniam, Meſopotamiam, Perſiam, Hircaniam, Albaniam, Parthiam, Bactrianos inſuper cum orientalibus Scythis & partem Indiæ poſſideat; nam Luſitanos in mari Indico nonnulla ejus caſtella cepiſſe Sophis referentibus intelleximus, & præſertim laceſſitum incredibile eſt poſſe quieſcere: utcumque erit, Selimus ruinam ſuam quantum poteſt occulit, novum militem parat, quamvis in Europa aut nemo aut pauci relicti ſunt, &c. Die VI. novembris MDXIV. ex Conſtantinopoli.

XLIII. Cæſar admonitus de periculis a Turca imminentibus.

(a) Ext. apud Petr. Bemb. l. 10. ep. 5.

Pontifex qui pro Chriſtianæ reipublicæ ſalute excubabat, per exploratores recentem Selimi de Perſa victoriam, nondum autem extremos adverſos caſus acceperat, metuenſque Hungariæ, quam anno ſuperiore adortus ſuerat, Maximilianum Cæſarem graviſſimis verbis monuit, ut diſſenſiones quæ ipſum inter ac principes Chriſtianos (a) finitimos, Gallum nimirum ac Polonum Reges & Venetos etiam hactenus fuerant, amica pactione componeret, periclitantiſque rei Chriſtianæ adverſus Turcam Perſicis ſpoliis exultantem patrocinium ſuſciperet.

Maximiliano Imperatori deſignato.

Quantum Selimus formidandus ſit.

Audita ea victoria, quam ingentem & maximam Turcarum Rex Selimus contra Iſmaelem Sophim Perſiæ Regem de menſe auguſti proſperrimo ſucceſſu eſt conſequutus, fratribus noſtris eccleſiæ Romanæ Cardinalibus ſtatim adhibitis, diligentique conſilio ea de re habito, viſum eſt nobis ad omnes Chriſtianos Reges eſſe literas dandas, quibus literis & eos certiores tanta de re faceremus, & hortaremur, ut imminenti univerſæ rei Chriſtianæ periculo communi conſenſu atque ſententia ire obviam vellent: quorum quidem Regum, cum tu primus & dignitate & authoritate ſis, id nobis tecum primum atque potiſſimum eſſe agendum exiſtimavimus. Itaque exemplum Selimi literarum ad Epidaurenſes, quibus victoriæ ſumma ſerieſque continetur, ad te miſimus; quo perlecto pro tua ſingulari prudentia facile perſpicies averſus a noſtris moribus atque ſacris homo efferus, ab ineunte ætate bello exercitibuſque ductandis aſſuetus, qui ſe regnandi libidine contra patrem ſenem armaverit, eumque regno expulerit, ad mortemque compulerit, per fratrum & propinquorum aliam ſuper aliam coacervatas cædes, ad maximum orbis terrarum imperium evectus, eo demum in Aſia Rege devicto, cujus unius maxime opes atque potentiam verebatur, ejuſque regno capto, quid ſit facturus cum illo integro ſuperſtitibuſque fratre, atque fratris filio, qui ei dubium paterni aviti que regni ſceptrum faciebant, perturbare tamen nos exercitibus in Pannoniam miſſis, oppidiſque aliquot vi captis anno proximo ſit aggreſſus: nemini profecto dubium eſſe debet qui modo recte minus etiam, quam mediocriter ſentiat, poſteaquam is eum hoſtem perdomuit, a quo ſibi uno ab altero regni ſui latere, Aſia videlicet ſuperiore, eſſe timendum videbat, quin ſit in illos, quos ad Europam habet exercitum victorem ſuum, omneſque ſuas imperiique ſui vires, ipſamque illam tot ſecundis ſucceſſionibus, tam crebris tamque illuſtribus victoriis ſibi blandientem fortunam ſuam, quam celerrime converſurus; qui quidem & odio illi ſunt propter alienam ſacrorum rationem totiuſque vitæ ſtudia, & majorem ei curam incutiant, propterea quod nos multo ſe potentiores eſſe multoque rebus omnibus ad bellum terra marique adminiſtrandum paratiores, homo minime demens intelligit.

XLIV. Affectatum ab eo Hungariæ imperium.

Itaque primum omnium debilitare nos cogitat ea ſocietate Pannoniamque ſuam facere; quæ tametſi eſt ipſa quidem per ſe firmiſſima atque bellicoſiſſima, ſuſtinere tamen tantos impetus una non poterit, id cum fuerit aſſecutus quid erit amplius, quod illius animum ad te atque nos oppugnandos unum tantummodo diem coercere atque continere poſſit? niſi forte qui propinquis, qui fratribus, qui parenti regnandi cupiditate non pepercerit, eum volumus credere a nobis unis, qui & moribus illi & certe voluntate hoſtes ſumus, animi facilitate atque adeo lenitudine temperaturum: huic tam præſenti malo atque periculo nobis remedium medicinamque adhibere ſedulo quærentibus unum illud ſeſe offert, multo ante jam a nobis & proviſum, & tibi reliquiſque Regibus & principibus Chriſtianis propoſitum, ut pace atque concordia inter illos omnes teque in primis tuoſque hoſtes conciliata, depoſitiſque privatis inimicitiis publice communique conſenſu hoſti victori opes vireſque noſtras omnes conjunctas atque conſociatas opponamus: atque id quidem nos, ſi ſæpe alias, ut diximus & tibi & reliquis Regibus fruſtra & ſine ullo uſu propoſuimus. Eſt certe ea re, tarditateque noſtra factum, ut idem Turca ut antea non anos ſuos hoſtes, & nunc Iſmaelem ipſum qui unus ex non Chriſtianis imi-

Moniti Reges, ut communia in hoſtem arma vertant.

mi-

minebat, eratque reliquus, debellare atque proterere, imperiique ſui fines longe lateque promovere, apeſque ſuas multo & firmiores ad ſe defendendum, & ad nos aggrediendos explicatiores paratioreſque reddere ſane potuerit: qui nobis rerum eventus quam ſit formidabilis nemo non vides; quod ſi nunc etiam non audiemur, aut potius ſi liberator noſter Chriſtus, qui vos per vicarium ſuum alloquitur, atque in populos remque publicam ſuam tuendam impellit, non audietur, dicamuſne an taceamus? Locus jam jamque tot peccata noſtra corrigendi, ſegnitiemque ſarciendi nullus dabitur, unuſque omnes exitus, una clades, atque interitus manebit; gliſcit namque malum ſerpitque in dies latius, & vires horis prope ſingulis ita ſumit, ut ſi paululum præſtolabimur, ac noſmetipſos, quemadmodum adhuc quidem fecimus, noſtris ipſorum viribus conteremus, ſpes jam nobis auxilii atque præſidii nulla reliqua ſit futura.

XLV. Salubres ad eos Pontificis cohortationes.

Quamobrem per illam te baptiſmatis tui ſacram ſalutaremque undam, qua te Chriſtianum es profeſſus, perque tuum Imperatoris nomen, quod te apud omnes nationes vere magnum & venerandum facit, oramus, abs teque precibus omnibus petimus & quæſumus, ut quando tu omnium Chriſtianorum Regum principem geris primus, etiam odia inimicitiaſque tuas, quas cum Chriſtianis populis exerces deponas, proque animi tui magnitudine pacem, ſi non qua utilius, certe, qua facilius fieri poteſt, conditione cum tuis hoſtibus ineas, omneſque moræ cauſas plane rejiciat; ne per te cuipiam ſtetiſſe videri poſſit, quominus Chriſtianæ reipublicæ Turcarum gladiis ac furori propoſitæ in tempore ſuccurratur. Id vel officii tui, propter quod reipublicæ Chriſtianæ plus quam cæteri debes, vel tui regni cauſa facere te oportet, ne tuos etiam aliquando populos, ſi obdormieris ea ipſa imminens omnibus illuvies atque pernicies trahat: deinde ut tuo nomini atque gloriæ conſulas, ne te eum locum tenente, quem tenes, ulla inſignis Chriſtianæ reipublicæ nota, atque calamitas inuratur: demum etiam ut reliqui tuo ſe exempla Reges ad id faciliores præbeant; non enim veremur cum tu unus noſtris fidelibus monitis obtemperaveris, quiſquam omnino ut ſit eccleſiæ ſenatuſque conſiliis hac in re, communique periculo adverſaturus, ut noſtra hæc in Turcas profectio, quam dies ac noctes cogitamus, neceſſitaſque ipſa nobis ſuadet, parari celerius atque commodius poſſit; quemadmodum quidem te facturum, pro tua quæ ſemper fuit pietas atque prudentia, ſane confidimus, &c. Dat. non. novembr. MDXIV. *anno* II. *Romæ.*

Miſerat jam Maximilianus Joannem Cuſpinianum juriſconſultum conſiliarium Cæſareum eundemque urbis Viennenſis præfectum ad Budenſes conventus pro pace cum Hungaro & Polono conficienda, quam hoc ipſo anno novembri menſe pactam refert Jodocus (*a*) ſancitumque, ut proximo anno tres Reges in colloquium inter ſe venirent. Cæterum præter Cæſarem reliqui etiam omnes Reges, ac principes a Pontifice ſolicitati ſunt, ut ſedatis diſcordiis arma inferrent Selimo excidium Chriſtiano imperio poſt triumphos Perſicos minitanti. De iiſdem præliis inter Selimum atque Iſmaelem commiſſis Rhodiorum equitum princeps Leonem Pontificem certiorem ita fecit. XLVI.

(*a*) *Jodoc. in Sigiſm.*

Fœdus inter Cæſarem & Hungarum agitatum.

Fabritius Carretus Rhodi magiſter Leoni X. Papæ.

Scripſeram jampridem beatitudini veſtræ de apparatu Turcarum adverſus Perſas: proximis autem diebus per certiſſimos nunsios nobis nuntiatum eſt, Iſmaelem Sophi Perſarum, & Selimum Turcarum Reges in Calderanis Armeniæ campiis ad Araxem Fluvium prælio decertaſſe. Turcarum copiæ ad centum quinquaginta millia hominum in acie erant; Perſarum ad triginta tantum millia equitum, quos inter decem millia cataphracti inerant ſpectatæ virtutis milites: tanta contentione utrinque animorum pugnatum eſt, ut poſt hominum memoriam magis decertatum nunquam fuerit. Quo prælio Selimus ſupra triginta hominum millia, in queis præter Caſſembaſſam, Græciæ Belleberchum, ſeptem Sanzachos, innumerabileſque duces amiſit. De Perſarum cæde nihil eſt, quod vere dicere poſſimus, præter illud, Iſmaelem primum prælio exceſſiſſe, urbem muniſſimam Tauriſium deditionem feciſſe. At Perſæ acta inſtauratoque exercitu accitis Iberorum, Albanorum, ac Parthorum copiis maxima celeritate Turcas iis locis decedentes inſecuti ſunt, extremumque agmen ad Euphratem, tormentaque aliquot intercepere: prælium geſtum eſt anno MDXIV. VII. *kal. ſeptembris. Multa mihi de utroque Imperatore nuntiantur, &c.*

Pugna inter Sophum & Selimum in Campis Calderanis.

Turcarum triginta millia cæſa.

Tauriſium Turcis deditum.

Victi ſecundo prælio ad Euphratem Turcæ.

Pergit Fabritius Selimi & Iſmaelis mores deſcribere, ut nimirum Iſmael comitate & aulicis artibus populos ad ſe alliciat; Selimus autem aditus difficultate acerbitateque majeſtatem regiam tueatur. *Dat. Rhodi.*

His conſentanea habet Paulus (*b*) Jovius, qui in Romana curia horum temporum hiſtoriam ſcribebat. At Pontifex cum certiorem feciſſet Rhodium principem de navata opera pro Regibus mutuo fœdere in Selimum conſtringendis, ipſum omnes orientis motus ad ſe perſcribere XLVII.

(*b*) *Paul. Jovius hiſt. l.* 14.

juſſit, quo ſalobria pro imperio Chriſtiano conſilia expedire, eaque tempori accommodare poſſet.

Leonis ad Rhodium principem literæ.

Fabricio magno Rhodi magiſtro.

Etſi te exiſtimamus de recenti Turcarum Regis victoria Sophianique belli exitu antequam nos intellexiſſe, tamen cum id ipſum ex nobis etiam ut ſcires voluimus, literiſque iis, quæ erunt infraſcriptæ, quibus tota rerum ſeries explicatur, tum illud in primis quod tibi viro optimo, & rei Chriſtianæ ſtudioſiſſimo fore pergratum putamus; nos ſcilicet ad omnes Chriſtianos principes dediſſe literas, quibus eos quanto maximo ſtudio & contentione potuimus, hortati obteſtatique ſumus, ut pacem inter ſe quamprimum rejectis privatis inimicitiis conficerent: ut nos ad illam jamdiu a nobis, ut ſcis, inſtitutam animo & ipſis propoſitam, nunc vero etiam neceſſario ſuſcipiendam in Turcas profectionem, atque bellum accingere comparareque poſſemus: quæ ut pax conficiatur, ſcire te volumus nos omnem noſtram curam, vigilantiam, authoritatem adhibituros; ſperamuſque pro Domini, cujus res agitur, clementia, non fruſtra eum nos laborem ſuſcipere. Te autem hortamur & plane rogamus, ut quoniam vicinus illis es, quid agant, quid moliantur, quid etiam cogitent, perquiras diligentiſſime, faciaſque nos in dies ſingulos de rebus omnibus certiores, ut prorſus ne quid ignoretur, quo facilius quid agendum nobis ſit ſtatuere in tempore poſſimus, &c. Datum pridie id. novembris anno 11. *Romæ.*

XLVIII. Rhodii Turcicam invaſionem metuunt.

Succeſſerat Fabricius Carrettus Guidoni in Rhodio imperio; de cujus oratoribus, qui ſexta martii die obedientiam novo Pontifici præſtiterant; agit Paris de Graſſis: metuentem autem Rhodo a Turcica vi in ipſo equeſtris magiſtratus exordio Leo confirmarat (*a*).

(*a*) *Apud Bemb. l.* 7. *ep.* 6.

Leo &c. ſocietas ipſa tua, quam nobis magnopere commendas, quæque nobis tanquam de re univerſa Chriſtiana optime merita chariſſima per ſe eſt, erit poſthac nobis tuo etiam nomine charior, proque ea inſulaque iſta ab Turcarum cupiditate belliciſque apparatibus de quibus ſcribis tuenda & defendenda ſi erit opus nihil ſumus neque ſtudii, neque diligentiæ, neque omnino laboris prætermiſſuri. Certe non ſi vitam ipſam profundere nos oporteat, ea in re tuæ unquam ſocietatis curam, tutelam, procurationem negligemus: quod te ſpondere ei noſtris verbis & optamus & volumus, eamque bono animo eſſe atque forti jubemus, &c. Dat. VIII. *id. februarii anno* 1. *Romæ.* Inſtructos eos apparatus bellicos ad invadendam Italiam, verſos autem in Perſam dictum eſt. Cæterum Fabricium Rhodium principem per internuntios cum Iſmaele Sophi de Turcica vi coercenda egiſſe, ejuſque oratorem proximo anno excepiſſe, refert Jacobus Boſius (*b*).

(*b*) *Boſ. par.* 2. *hiſt. eq. l.* 18.

XLIX.

Quod vero ad pontificiam pro conciliandis Regibus navatam operam attinet; extant plura apoſtolicæ diligentiæ monumenta: inter quæ poſtremum non eſt, quod ad ſedandas de Juliacenſi principatu controverſias pacis interpretem ſe fore offert (*c*).

(*c*) *Lib. brev. Leon. X. & alior. PP. p.* 52.

Duci Geldrenſi & duci Clivenſi patri ejuſdem ducis Juliacenſis & duci Juliacenſi, &c.

De Juliacenſi ducatu lis mota.

Cum rumor quidam & fama ad nos perlata fuerit, ac fidedignorum teſtimonio & dolenter quidem acceperimus ſuper jure ducatus Juliacenſis, qui nunc in manibus nobilis viri filii ducis Clivenſis eſt, graves diſcordias exortas eſſe, propter quas jamdiu periculoſa ac crudelia bella geſta fuere, & majora in dies propter id futura formidentur. Nos quibus his temporibus præcipue nullum majus ſtudium eſt, quam quod ut diximus pax inter Chriſtianos principes ſicuti communem patrem decet, vigeat, ut id fiat nihil prætermittimus; idcirco hujuſmodi diſcordiis finem videre cupientes, ut unicuique quod ſuum eſt reddatur ad reſecanda hujuſmodi odia & imminentia ſcandala, ne Chriſtianæ fidei hoſtis ad moliendum contra Chriſtianos ipſos, prout accenſum & animatum eſſe accepimus, cauſa facilius præbeatur, nobilitatem tuam hortamur & obnixe requirimus, omne ſtudium odiis ſemotis adhibere velis, ut res ipſa quam citiſſime concordia componatur, & imminentibus malis Deo authore, ne ſuccedant, occurratur; & ſi in hac re operam noſtram conducere arbitrabitur, & adjumento nos eſſe poſſe, id quod in nobis eſt etiam in cauſa ſuſcipienda facturos pollicemur: qui nulla habita perſonarum acceptione juſtitiam æqua lance in his miniſtrabimus, ſumus nihil certe prætermiſſuri quod ad componendas hujuſmodi res pertinere arbitrabimur. Dat. Romæ die II. *junii anno* 11.

L.

Dignum præterea navati conciliandæ publicæ pacis pontificii ſtudii opus extitit confecta (*d*) Leonis opera inter Ludovicum Francorum & Henricum Anglorum Reges pax, atque affinitate confirmata; de qua hæc tradit Polydorus Virgilius (*e*): *Per literas Leonis Pontificis Romani & pacem & ſororis connubium ab Henrico petivit & impetravit*, nimirum Ludovicus; *nam cum Leo, qui caput erat belli, pacem dandam ſuis literis decerneret non equidem fuit quidquam negandum, cum præſertim Carolus princeps Caſtellæ, cui*

(*d*) *Nic. Baſ. in addit. ad Naucl. Ferron. in Lud. XII. in fine.*

Inter Gallos & Anglos ſancita pax.

(*e*) *Pol. l.* 27.

Ma-

Confirmata affinitate.

Maria pacta erat, impubes eſſet. Pax autem ea lege conficitur, ut Ludovicus Rex augeret dotem puellæ Mariæ aſſignatis agris ex quibus illa poſt mortem viri vectigal ad tricena bina millia coronatorum in ſingulos annos caperet, & millia centum penderet quotannis Henrico uſque ad quinquennium completum. Edita Romæ de compoſita hac pace publicæ lætitiæ ſigna a Gallis Angliſque refert Paris de Graſſis his verbis (*a*).

(*a*) *Paris t.4.p.*110.

Die veneris, nimirum prima ſeptembria, *Papa dixit mihi quod duo Cardinales protectores Regum Franciæ & Angliæ volebant facere ſigna lætitiæ propter pacem inter iſtos Reges duos factam; & volebant invitare collegium Cardinalium & forte ſuam ſanctitatem, ut iret, ad ſanctam Mariam de Populo, ubi diceretur miſſa ſolemnis. Reſpondi non decere nec debere ſuam ſanctitatem ullo modo ire, ne complaceret iſtis Regibus & diſpliceret aliis: ſed ſi pax eſſet inter Papam & ipſos Reges, poſſet utique ſi vellet, aut ſi pax eſſet univerſalis ſimiliter poſſet. Itaque concluſum fuit quod ipſi Cardinales inter ſe facerent quid vellent: & factum eſt quod epiſcopus de Liliis, qui eſt orator Angliæ, cantet miſſam, & quod duo protectores invitent per ſuos ſcutiferos totam curiam, id eſt Cardinales & prælatos; & quod Papa det plenariam indulgentiam omni populo, præſentique publicetur, &c.*

Celebrata Romæ publica lætitia.

LI. Decreta Hungaro Regi ſtipendia ut bellum in Turcas moveat.

Junctis mutuo fœdere Gallis Angliſque ſperabat Pontifex facilius vim Turcicam a Chriſtianis avertere; quare de conciliata ea pace Wladislaum Pannoniæ Regem certiorem fecit: tum ad eum in Turcas, qui anno ſuperiori aliqua oppida ipſi eripuerant, & cum forti exercitu in limite Hungariæ, dum Selimus in Armenia majori, vel Cappadocia agebat, excubabant, concitandum, quinquaginta aureorum millia annua pollicitus eſt: ſi vero ſua tueri tantum oppida vellet, non Turcica adoriri, viginti millia in militare ſtipendium promiſit (*b*).

(*b*) *Apud Bemb. l.* 10. *ep.*3.

Wladiſlao Poloniæ Regi.

Dedimus proximis diebus ad te literas, quibus te de pace a Ludovico Rege Gallorum & Henrico Rege Britanniæ nobis authoribus nuper inita certiorem fecimus: poſtea vero & ex literis Thomæ Cardinalis Strigonienſis & Franciſci Marſupini ejuſdem Cardinalis internuntii ſermone intelleximus, te plurimis maximiſque bellorum ſumptibus jam prope exhauſtam ad tuenda iſtius regni vicina Turcis oppida ſolum, atque a ſociis deſtitutum, tuis tantummodo opibus & præſidiis idoneum hoc tempore non eſſe itaque rogare obſecrareque nos, ut quoniam cum oppidorum illorum conſervatione, tui etiam univerſi prope regni ſalus incolumitaſque conjuncta eſt, velimus tantum noſtræ opis tibi ſubminiſtrari, ut ea tueri atque defendere poſſis, ne Chriſtianæ reipublicæ hoſtes captis expugnatiſque iis vires lacertoſque confirment atque augeant, quibus cum libuerit in reliquas tui regni partes atque adeo in robur & pectus ipſum audacter utantur. Habere autem te loca & ditionem multis hominum millibus ad bellum aptiſſimorum refertiſſimam; ut ſi tibi ſtipendium ad eos alendos ſuppeditatum ſit, validiſſimum contra Turcas exercitum cogere atque conficere facile poſſis: itaque ſtatuamus utrum regnum iſtud per ſeſe firmiſſimum & populoſiſſimum gentibus inimicis proiicere ad ſervitutem & ludibrium velimus; an pro re facultatibuſque noſtris dare operam, ne hoſtes eo noſtri potiantur. Quas ad tuas poſtulationes tibi reſpondemus, primum quidem pro noſtra in te genteſque tuas charitate proque reipublicæ dignitate, te tuoſque populos regnumque iſtud omne nobis magnæ curæ eſſe: deinde verſare nos noctes atque dies animo non tuam modo ſalutem & incolumitatem tuam, quæ nobis chariſſima eſt, ſed etiam de amplitudine tua deque gloria ſæpiſſime cogitare, quoque te pacto juvemus, curamque adhibeamus, ut in bello quod tibi a Turcis nunquam non imminet adminiſtrando, ipſe te poſſis apud Deum quidem primum, deinde, apud omnes homines commendare quam maximis quamque pulcherrimis virtutis atque gloriæ monumentis: quamobrem ſi juſtum exercitum conficere atque in Turcas impetum facere ſtatueris, bellumque ſic adminiſtrare, ut illuſtris aliqua in illos impreſſio expugnatioque oppidorum, conſequatur, quinquies decies mille nummum aureorum nos ad id erogaturos, daturoſque tibi ſpondemus atque recipimus. Sin vero id tantummodo conſiliis ſuſcipies, ut tuta ab hoſtibus reddere tua illa propinqua Turcis oppida, de quibus ſcribis, tibi ſatis futurum putes, bis decies mille nummum aureorum tibi præſto ut ſint, cum nos commonefeceris, curabimus. Itaque excita exſuſcitaque te, Wladiſlae fili, præclaras ad actiones animi magnitudine atque conſtantiæ ſuſcipiendas, exemploque majorum tuorum maximorum atque ampliſſimorum Regum tibi propoſito, te cum ad tui regni populorum tuorum & gentium, tum ad Chriſtianæ reipublicæ non ſolum propugnationem, ſed etiam amplificationem para, &c. Dat. XI. kal. octobris anno 11. *Romæ.*

Promiſſa annua quinquaginta aureorum millia.

LII.

Provinciam autem impoſuit Leo Thomæ Cardinali Strigonienſi Apoſtolicæ ſedis legato (*c*), ut hæc ſingula accuratius & prolixius Wladislao Regi referret, men-

(*c*) *Ibid. l.* 10. *ep.*4.

tem-

Digitized by Google

Thomas Card. ſacram in Turcas militiam promovere juſſus.

temque pontificiam explicaret ; utque ardentiſſimis ſtudiis poſt Anglos Galloſque conciliatos, ad alios Reges conſociandos incumberet.

Leo, &c. Te ſcire volumus, nos nihil aliud ſingulis plane horis cogitare atque proſpicere, quam ut pacem inter omnes Chriſtianos principes conficiamus, eique rei neque ſtudio, neque diligentia, neque labore, neque certe ardore animi contentioneque deerimus : & quoniam in eo id quod volebamus a Gallia atque Britanniæ Regibus jam conſecuti authore Domino ſumus, cæterorum etiam Regum & principum controverſias placandi & terminandi, animoſque conſociandi confidimus eundem nobis Dominum vires & facultatem ſubminiſtraturum. Ac fieri profecto poteris, ut ad id authoritas atque prudentia Regis Poloniæ Wladislai Regis fratris nobis magno uſui ſit futura : quod cum erit, ſtatim te faciemus per literas certiorem, &c. Dat. XI. kal. octobris anno 11. Romæ.

LIII.

(a) *Abrahamus Barſchay in chronol. hoc anno*

(b) *Jodoc. in Sigiſm. Laurent. Sur. in comment. hoc ann.*

Immanis & impia cruceſignatorum conjuratio.

Emerſerat paulo ante Pannonia ex civili bello, quod ruſticani adverſus nobilitatem conflaverant (a), præcipueque in Tranſilvania, cujus originem funeſtoſque progreſſus ita deſcribit Jodocus Ludovicus Decius (b). [1] *Dum Thomas Cardinalis Strigonienſis Conſtantinopolis patriarcha nuper a Leone ſummo Pontifice [quod catholicis quondam commune erat] crucem conferendam ſuſcepiſſet, ut ea ſignati milites contra Turcas in Thraciam ducerentur, ſperabatur ea res Pannoniæ regnis magno commodo accedere : verum dum vel inconſulte vel negligenter initiata eſſet, ſummum deteſtabileque periculum fuit. Convenit ſub facinoroſis ducibus peſſima hominum plebeiorum ruſticorumque colluvies. Coacto itaque exercitu in Thraciam, non modo omiſſum iter, ſed peſſimum in hominum memoria facinus ſuſceptum eſt. Fuit primum in animo omne nobilitatis & patritiorum nomen deperdere, deinde epiſcopatibus omnibus deletis unum archipræſulatum relinquere. Incredibile dictu quam cito mala hominum peſtis irrepſit : inſurrexere peſſimi quique : ſi qui prius pietatis ſtudio rem ſuſceperunt, horum facile temeraria manu invaleſcente ad facinora animus mutatus fuit : tum ingens manus ex omni Pannonia [novarum etenim rerum ſtudioſum eſt vulgus] collecta hos ſibi duces conſtituit, Georgium Siculum ex populis, qui mox ad Metanaſtas ſunt, & Seckli vulgo vocantur, homo antea militiæ laudibus, præclariſque item facinoribus inſignis, cui cum æs deficeret, facile apud hos imperium conſecutus eſt. Laurontium deinde ſacerdotem, & Michaelem monachum imperii ſocios adſcivit : hac ſcelerata manu multo majorem Pannoniæ partem crudeli fœdaque ſtrage implevit. Tot vitiis exercitus provolutus erat, quot forte libido vias demonſtrarat : tribus ferme menſibus ingenti Pannoniæ malo exercitus circumactus eſt, eaque ſævitia plus ſexaginta hominum millia cæſa perhibentur. Pudet referre quam prava facinora hoc malum hominum genus perpetravit. Cæſi fuere & palis infixi viri inſignes ; in primis epiſcopus Senadenſis : ex nobilitate ferme ſeptingenti, qui paſſim ad palos ſeu gladium rapti fuere : matronæ virgineſque nobiles ad libidinem proſtitutæ ; cæterum ſine ætatis diſcrimine crudeliter multi necati. Pari ferocitate in Chriſtos domini uſi ſunt : eccleſias, ut aiunt, templa quæque profana vel ſancta ſuperis inferiſque non parcendo diruerunt & ignibus abſumpſerunt.*

Præcipui multitudinis duces.

In Hungaros verſa arma.

Sexaginta & amplius hominum millia cæſa.

Horrenda flagitia ab iis patrata.

Levandæ tantæ calamitatis ſolicitus Pontifex Sigiſmundum Poloniæ Regem precibus urſit (c), ut compoſito, quod gerebat cum duce Moſcovitarum bello, periclitanti Hungariæ opem ferret.

(c) *Apud Bemb. l. 9. ep. 3.*

Sigiſmundo Regi Poloniæ.

Solicitatur Polonus, ut periclitanti Hungariæ ſubveniat.

Perfertur ad nos, ſeditionibus non negligendis in Pannonia per factioſos homines & ſceleſtos excitatis arma temere tractari, ac trucidari paſſim plurimos, & inteſtinum quoddam quaſi bellum exiſtere contra Wladislai Regis Pannoniæ fratris tui voluntatem ; itaque timendum eſſe niſi ei rei quam celerrime occurratur, ne freti ac permoti ea occaſione Turcæ regnum illud jam convulſum per ſe ac debilitatum, ad quod quidem maxime omnium mentem atque animum adjecerunt propterea quod eſt cum ſuis regnis conjunctiſſimum, ipſi integri col-

NOTÆ [1] QUo potiſſimum tempore Hungariis ſeditio proruperit indicant Annales ſeu ephemerides Georgii Spalatini, Scriptoris Saxonis, qui res per ſingulos hoſce annos geſtas in Commentarios redigebat vulgatos a Menchenio rerum Germanicarum tom. 2. col. 589. &c. Narrat enim die XVI. junii Pannoniam univerſam ſus deque vertiſſe cruciſerorum ad centum millia, quorum Principem ſeu ducem hoc titulorum apparatu ſe produxiſſe in diplomatibus teſtatur : *Melchior Banniſter divina gratia rex benedicti populi cruciſerorum amicus & populares reges Pannoniæ, non dominorum prælatorum Baronum & equitum, avarorum &c.* Melchiorem iſtum alium cenſerem a Georgio Siculo, quem Jodocus Decius ducem tumultuantium exhibet. Forte tamen uterque Scriptor ita conciliaretur, ut Georgius Siculus concitator diceretur ; quæ ſemel commota ſeditio regem ſibi Melchiorem Banneſter conſtituerit. MANSI

collectis viribus adoriantur: eo regno atque populis vel ſub jugum miſſis, vel profligatis ac perditis, qui vos caſus maneat nemo eſt qui non videat, etiam tacentibus ac ſilentibus nobis. Eas ob res omnes te hortandum eſſe in primis duximus, ut vel ſublato modis omnibus eo bello, quod te in præſentia intelligimus cum Moſcovitis exercere, vel ſi fieri poteſt, ſuſpenſo atque in aliud tempus dilato ac rejecto, properes auxilium atque opem ferre fratri germano tuo, exercitumque in Pannoniæ fines adducas; non enim veremur, ſi te modo appropinquare populi illi ſenſerint fratri ſuppetias allaturum, quin ſe omnes in officio contineant: quod cum fecerint etiam Turcis ſpem eripiens, primum quidem in Pannonios fratremque ipſum tuum, deinde in reliquos Chriſtiani nominis populos atque gentes male cogitandi, &c. Dat. xv. kal. auguſti anno 11. Romæ.

Pacem cum Moſco ineat.

LIV. Solicitatus etiam eſt Livoniæ equeſtris ordinis princeps a Pontifice (*a*), ut operam ſuam ad ſedandam Moſcovitæ cum Polono bellum conferret, quo Sigiſmundus Wladislao fratri ſuppetias afferre poſſet, ne Hungaria civilibus armis laniata in ſervitutem mitteretur a Turcis, atque ex ea ad convellendum reliquum imperium Chriſtianum fidei hoſtes erumperent.

(*a*) *Ib. ep.*

Livoniæ magiſter ad eam promovendam ſolicitatus.

Livoniæ magiſtro.

Proximis diebus Pruſſiæ magiſtri atque tuis petentibus legatis, ut Regis Poloniæ ipſiuſque magiſtri veterem illam maximarum rerum & controverſiarum cauſam, quam habent, ſacro Lateranenſi concilio judicandam terminandamque aliquando tandem remitteremus, nunciatum eſt, in Pannonia tumultus magnos & ſeditiones exortas eſſe, ob eamque rem trucidari plurimos, excitarique tanquam inteſtinum bellum contra Wladislai Regis Pannoniæ voluntatem, verendumque eſſe niſi id tempeſtive bellum ſedatum ſopitumque ſit, ne animati ea occaſione Turcæ regnum illud, quod vicinum ipſis eſt, invadant, atque diripiant. Ea regio atque natio cum quaſi vallum quoddam, atque agger muniti ſſimus inter nos atque illos adhuc quidem ſemper ſit habita, quantum ex eo periculi rei Chriſtianæ impendeat, ſatis etiam tacentibus nobis res ipſa per ſe loquitur. Itaque enim exiſtimaremus, primum omnium oportere vicinorum & Regum & principum unanimi conſenſu rebus Pannonicis quam celerrime ſuccurri, ne inchoatum jam malum atque labes augendi confirmandique ſeſe moram atque ſpatium nanciſci poſſit, tuorum & magiſtri Pruſſiæ legatorum poſtulationes in aliud rejecimus tempus atque diſtulimus; ne dum animorum voluntatumque veſtrarum conciliatione novus hic Pannoniæ rerum ſtatus maxime indiget, lis inter vos ac diſceptatio magnis de rebus atque cauſis agi tractarique Romæ incipiat.

Expoſita pericula quanta immineant.

LVI. *Quamobrem tametſi Regem Poloniæ bello Moſcovitano eſſe implicitum audierimus, tamen quia Pannoniæ regno in periculum adducto vicina ei regna in tuto eſſe nequaquam poterunt, dedimus ad eum literas, quibus literis ut vel ſedato eo quoquo modo, vel ſuſpenſo bello ad Pannoniæ fines cum exercitu ſe conferret, deque ſedandis eo in regno ſeditionibus inteſtinoque bello cum Rege fratre ſuo ageret, ſumus illum diligenter hortati, ſperamuſque fore, ut noſtris monitis ſalutaribus præſertim atque amantiſſimis pareat. Eam ad rem tu quoque uti curam cogitationemque tuam adhibeas, pro noſtri muneris officio etiam atque etiam abs te petimus; nam quoniam propter eam, quæ tibi cum Moſcovitis eſt vicinitatem confidimus, tua nos opera & authoritate poſſe quod poſtulamus facile conſequi, ut id quod diximus bellum vel finem aliquem nanciſcatur, vel ipſum differatur, quo Rex Poloniæ Regi Pannoniæ auxilium afferre, eique præſto eſſe poſſit, valde cupimus, ut eam tu ad rem tam honeſtam tamque laudabilem conficiendam conſociandaſque duorum Regum voluntates atque mentes authoritatem tuam conferas nobiſcum, atque adjungas. Id ſi feceris, quemadmodum quidem tua freti cum prudentia, tum in nos, qui te unice diligimus voluntate, maxime confidimus te facturum, & officio eris functus optimi prudentiſſimique principis, & ſpem omnem hoſtibus noſtris communibus auferes, regnum quidem Pannoniæ primum, deinde alias nationes Chriſtianas invadendi atque proterendi, & tibi nos plurimum debebimus, cujus eris precibus, atque monitis obſequutus. xv. kal. auguſti anno 11. Romæ.*

LVII. Dum hæc conſulendi reipublicæ Chriſtianæ ſtudio perſcribebat Pontifex, qui etiam Piſonem internuntium pro Moſcovita & Polono inter ſe conciliandis miſerat (*b*), ſavit divinum Numen piis ejus conſiliis; ſiquidem iis ipſis diebus ſeditioſos a Joanne Tranſilvano oppreſſos narrat Jodocus (*c*): *Ad extremum*, inquit, *Joannis comitis Scepuſienſis Palatini Tranſilvanienſis Barbaræ Poloniæ Reginæ fratris ductu ſcelerata manus apud Themiſvarum medio Julio ſuperata fuit: hic crudelibus quoque mortibus anteſignanos & facinoris authores extinxit. Georgium colluviei Regem militum ſuorum dentibus antea diſcerptum ferreo ignitoque diademate coronatum capite truncavit, & quatuor in partes corpus diſtractum, caput ad ſceleris*

Victi a Tranſilvano ſeditioſi.

(*b*) *Jodoc. in Sigiſm. hoc ann.*

(*c*) *Id. ib. & Laurent. Sur. in comment. hoc ann.*

Eorum princeps ignito diademate ferreo redimitus.

leris ſocios apud Varadinum & Peſthum oppida ſubmiſit, qui pari deinde ſtrage affecti fuere. Stetit ob eam victoriam Hungarica res, ne Turcico poſtea furori ſuccumberet. Polonia etiam, quam Joannes Baſilius Moſcovitarum dux formidando exercitu quatiebat, parta divinitus victoria ab imminenti exitio vindicata eſt: licet enim ſuperiori anno Sigiſmundus Moſcoviticum fudiſſet exercitum, is tamen a Baſilio fuerat inſtauratus, ac majori terrore ad Lituaniam cædibus rapiniſque atterendam immiſſus, a quo Smolencea arx ad Boryſthenem amnem ſita obſidione cincta (*a*). Locarant nonnulli flagitioſi Latini artifices operam ſchiſmatico in librandis tormentis bellicis; verum arx munitiſſima natura etiam arte propuanaculis nimirum ingentis magnitudinis ex quercinis lignis terræ lapidibuſque repletis & circumactis ſepta, facile omnem vim telorum eludebat; cum ad artes converſus Moſcovita Michaelis Helinſæi induſtria ea potitus eſt.

Ut Smolencea arx a Baſiloo Moſco capta.

(*a*) *Jodoc. in Sigiſ. Sar. in comment. hoc ann.*

LVIII. Dum vero ipſius arcis obſidio in longius trahebatur, Romanus Pontifex, qui in concilio Lateranenſi de Moſcovitarum ſchiſmate & erroribus edoctus, uti dicetur inferius, eos in eccleſiæ Romanæ gremium revocare cupiebat, tum illud bellum, quod ipſos inter & Polonos gerebatur, ſedare, ut Pannoniæ opitularetur, Piſonem internuntium apoſtolicum legavit, qui primum ad Sigiſmundum, deinde ad Baſilium ſe conferret, de quo hæc narrat Jodocus (*b*): *Piſo vir inſignis Leonis Romani Pontificis legatus Vilnam julio menſe appulit: is a Pontifice ingens & ſupra vires negotium acceperat, cujus hæc ſumma fuit, ut Sigiſmundum a belli ſtudiis avocaret: deinde hoc idem apud Baſilium ageret, repertis utrinque conditionibus nova fœdera firmaret: Piſa rem ſummo ſtudio tentavit, ſed in ipſo ſtatim initio pacis ſpes per armorum ſtrepitum ſublata. Sigiſmundus Leonis de ſe ſtudium, grato animo ſuſcepit; ſed dum ſecundis jam ſucceſſibus hoſtem flagranti animo motum nihil avidius ac bellum expetere cognovit, omne periculum facile ſprevit, pacem unica armorum ac belli via quærere decrevit.* Sublatam de pace actionem, quod Moſcovita Smolenskea arce proditione parta inſolenter ſe extuliſſet, confirmat ipſe Piſo internuntius in ſuis literis ad Joannem Goritium datis.

(*b*) *Jodoc. in Sigiſm.*

A Pontificio internuntio inter Moſcum & Polonom pax agitata.

LIX. *Noſti*, inquit (*c*), *quam non ſponte obierim hanc provinciam, ut ad ſereniſſimum Poloniæ Regem, ac deinceps ad Moſcoviæ ducem, quo pacem inter ipſos Pontificis & legati nomine firmarem proficiſcerer; ſed non erat integrum reluctari diutius mihi: veni tandem Julio menſe Vilnam, quæ caput eſt Lituaniæ, ubi a principe, præterquam quod pro ſedis Apoſtolicæ reverentia ampliſſime acceptus fui, habitus ſum pro ſingulari ſua in me veterem alioqui clientem benevolentia admodum gratioſe: nam humaniter dicere regiæ celſitudinis dignitas vetat. Data deinde diebus duobus ſequentibus bis audientia, poſt tertium adventus mei diem Rex hinc caſtra movit, quo ante dies aliquot niſi me operiri dignum duxiſſet omnino ire ſtatuerat; jam enim utrinque ad bellum & quidem atrociſſimum inclinata erant omnia. Pacis nomine ob interpoſitas Pontificis partes auditum non ingrate. Cæterum inter tubas, inter tympana, inter alios armorum ſtrepitus facile appreſſum, jam enim & hoſtis arce Smolensko ſupra Boryſthenem ſita per proditionem potitus factus erat inſolentior, & Rex exercitum validiſſimum ex equitatu pedisatuque ſtipendio conduxerat pugnæ avidum in primis.*

(*c*) *Ext. in to. 3. ver. Polon. car.*

Moſchus ob arcem captam proditione inſolens.

LX. Recenſet deinde Polonicas copias Piſo: *Erant*, inquit, *in iis cataphracti duo millia, quibus nihil eſſe poſſit neque ornatum, neque armatum magis, peditum plus paulo duo item millia, in quibus belli poſtea moles ſtetit. Fuere deinde alia ſexdecim equitum millia fortiſſimorum virorum: id enim credas volo, neque vidiſſe me unquam majorem equitatum, quam conſtituere hic princeps poſſit, neque crediturum fuiſſe ſi non vidiſſem; ut certe, ſi velit, valeat centum millium equitatum armare: jam vero major fide quadrigarum numerus eſt commeatum ferentium; neque enim ipſe crederem cuicumque ita narranti, niſi meos ipſe oculos teſtes habuiſſem: quis enim crederet viginti quadrigarum millia conduci poſſe? tantum jam abeſt, ut ſcribere hæc auderem. Scribit hæc tibi Piſa, Piſa jam non poetarum, ſed annalium ſcriptoris æmulus niſi forte ne oculato quidem teſti adhuc credis: ſit id non voluptatis, ſed neceſſitatis cauſa homini jumento victus ferendus eſt propter loca ſola ſolitudine nobilia.* Subdunt apoſtolici internuntii literæ, Polonum motis in hoſtem caſtris prima Moſcovitarum agmina gemino prælio tumultuario deleviſſe; ac tum Moſcovitam copias omnes, quæ octuaginta millibus conſtabant, idoneo ultra Boryſthenem loco collocaſſe: at Polonos tranato incredibili virtute turgido imbribus flumine, incurriſſe in hoſtes, deque illis quadraginta millibus circiter cæſis, quatuor millibus captis, atque inter hos octo exercitus præfectis, trecentiſque proceribus, necnon raptis viginti equorum millibus, e Polonis autem quadringentis tan-

tum

tum deſideratis; triumphaſſe octava ſeptembris die ipſo virginis Deiparæ natalitio: quibus conſentanea paucis poſt partam victoriam diebus Sigiſmundus Rex ad Leonem X. Pontificem ſcripſit, cujus Laureatas literas (a) adiicimus.

(a) Ext. to.3. Polonicar. rer. p.5.

Epiſtola ſereniſſimi ac invictiſſimi domini Sigiſmundi Regis Poloniæ magni ducis Lituaniæ, Ruſſiæ Pruſſiæque domini & heredis ad ſanctiſſimum dominum Leonem X. Pontificem maximum, de victoria contra ſchiſmaticos Moſcovios apud aras Alexandri magni parta.

LXI. Poloni Regis ad Pont. literæ.

Beatiſſime pater & domine, domine clementiſſime, poſt pedum oſcula beatorum. Cum non ignorem, veſtram ſanctitatem, tum ex paſtorali ſuo debito, tum etiam ex genuina pietate in religionis ſacroſanctæ incrementum magna voluptate audire ſolere, quando aliquis catholicorum Regum adverſus infideles aut ſchiſmaticos inconſutilem Salvatoris noſtri tunicam ſcindentes ac dilacerantes, Dei virtute adjutus aliquid feliciter gerat; hinc convenit, ut ego qui Turcam infeſtum communemque Chriſtiani nominis hoſtem vicinum habeam Tartaros, & alias tranſtanaitanas Scythicas gentes numeroſas, feroces, ac infideles humeris meis a nullo Chriſtianorum principum adjutus ſolus ſuſtineam, & præter hos omnes magnum Moſcoviæ ducem, cum quo nunc atrocia bella gero, Sarmatiæ, Aſiaticæ tyrannum opibus, armis, equis, viriſque potentem, ac multis contra alios vicinos ſuos victoriis tumentem; blaſphemum tamen ac ſchiſmaticum ſanctæ Romanæ eccleſiæ infeſtiſſimum, hoſtem inſolentiſſimum habeam: hujus belli motus & præſtitam mihi a Deo victoriam contra ipſum perfidum Moſcovitam ſanctitati veſtræ perſcribam. Anno etenim exacto fractis antea inter nos antea pactis juramentoque firmatis fœderibus, immemor præſtitæ fidei & ſpreta juramenti religione, quæ modica aut nulla in blaſphemo & ſchiſmatico eſſe poteſt, dominia mea in magno Lituaniæ ducatu conſiſtentia, exercitu multorum millium equitum bellatorum comparato, magna vi machinarum bellicarum tormentorumque æneorum ſubſequente, hoſtiliter invaſit; dumque arces aliquas gravi obſidione premeret, nec propter valida præſidia mea, quæ illic erant, proficeret multis, ſicut anno præterito ſanctitati veſtræ ſignificaveram, ſuis in oppugnationibus munitorum locorum & tumultuariis præliis amiſſis, domum re male geſta, non abſque graviſſimo dolore, regreſſus erat: qui tamen jam alias ſibi perſuaſiſſet armis, opibus, & potentiæ ſuæ cuncta eſſe pervia, nec aliquid conatibus ſuis, in quo tamen deceptus erat, obſtare

Fœdus violatum a Moſcho.

Repulſus a Polonis.

potuiſſe. Æſtate demum proxime exacta, tanquam ignominiam ſuſceptam, damnaque prioris expeditionis & bellum non ſatis proſpere anno præterito cæptum & geſtum vindicaturus, iterum validiſſimum exercitum comparavit, in quo plures gravis armaturæ equites inerant, niſuſque eſt, me certis caſtris exuere, & præcipue caſtro Smolensko nuncupato; ut ſubinde tanto facilius totum magnum ducatum Lituaniæ aliaque mea dominia bello atrociori urgere, & totam Ruthenorum Ruſſiam ſui ſchiſmatici ritus, quæ ditionis meæ eſt mihi eripere poſſet.

Inſtauratum ab eodem bellum.

Smolenſcera arx vi & fraude occupata.

LXII.

Potitus tandem adminiculo fraudis arce ipſa Smolensko eſt, de ſuis plurimis amiſſis, ſubinde vero inſolentior factus exercitum auxit, ita ut excederet octuaginta millia hominum equeſtrium, auſuſque eſt ſibi polliceri, quod jam facile reliqua dominia mea opprimere poſſet: progredi itaque adverſus me ſuum exercitum uſque ad Fluvium Bereſinam mandavit. At ego, qui in domino Deo recte ſperaveram, eundem fluvium exercitum meum equitatu & peditatu tormentiſque bellicis bene inſtructum magna celeritate traiicere imperavi, hoſtiſque exercitum pedem referre, ita ut retrocedere coactus ſit, compuli & dum exercitus hoſtilis per meum arceretur, vigeſima ſeptima auguſti particulari prælio a meis militibus pulcherrima clades eidem hoſti inflicta eſt: alia iterum kal. ſeptembris; & ex utroque prælio plures ac inſignes captivi mihi adducti ſunt, & multi ex hoſtibus cæſi; miles autem meus ejuſmodi victoriis quaſi auſpicatis præludiis accenſus, ultro in pugnam ruebat. Equidem vero in præſentiſſima clementia Dei, & in juſtitia cauſæ meæ confidens, maximam jam de orta victoria ſecuritatem mihi pollicebar, & feci magno animo meum exercitum procedere, & ſtationibus hoſtis appropinquare: dumque hoſtis ſentiret meum exercitum ſibi imminere, Boryſthenem tunc ſolito magis exuberantem nando trajecit: meus vero exercitus inſigniter animis ad pugnam præparatis hoſtem retrocedentem ſecutus eſt; & ſimiliter Boryſthenem, dum in re tam ſubita & potis faciendi, poteſtas, & navigia ad tranſportandum militem deeſſent, ad eam ripæ partem, in qua jam hoſtis ordinatis aciebus tormentiſque diſpoſitis conflictum præſtolabatur, natando intrepide tranſmiſit: & tandem Deo auſpice, qui in ſe ſperantes non deſerit, & confundit manus filiorum alienorum, die natali beatiſſimæ Virginis, quæ erat octava ſeptembris, cum hoſtibus eiſdem feliciter pugnavit, totumque eundem validiſſimum hoſtis exercitum, qui [ut præmiſſum eſt] ex octuaginta millibus homi-

Gemino prælio Moſcus profligatus.

Boryſthenem Poloni audacter trajiciunt.

Quo die conſerta pugna.

Triginta millia hoſtium cæduntur.

num fuit comparatus, una acie fudit fugavitque, & tanquam viliſſima pecora totis campis cum fœda ſtrage & multa cæde ultra quadraginta millia paſſuum ante ſe egit: itaque ſupra triginta millia hoſtium & cæſa & ſubmerſa ſunt: caſtra hoſtilia plena opulenta præda direpta, & decem præcipui duces & ſatrapæ, & triginta ſeptem barones conſiliarii primores, officiales autem & armigeri nobiles ſupra duo millia capti cum ſignis ſui exercitus mihi adducti ſunt: De meis vero Deo auſpice pauci deſiderantur.

LXIII. Pauci ex Polonis deſiderati.

Quamobrem hanc tam inſignem & longo tempore memorandam, ſed nec minus mirandam (quoniam dextera excelſi facta eſt) victoriam veſtræ ſanctitati pro mea in ipſam ſumma & eximia devotione cognitam eſſe volui, ut ſanctitas veſtra ex eadem jucundum atque alacrem animum concipiat, mihique ſuo devotiſſimo filio gratuletur; quandoquidem pro ſacroſancta religione, proque ſede Apoſtolica & ſanctitatis veſtræ decore, ad ea, quæ facta ſunt poſſibilia, ſemper ſum paratus: collocavi namque magnam ſpem & confidentiam in veſtra ſanctitate erga me, regnumque meum clementia. Quoniam vero hoſtis ipſe adeo ſuperbus & obſtinatus extitit neceſſe eſt ut tanto ſtudioſius ipſum ſine intermiſſione perſequar & bello urgeam, ne tam cito vires recuperet ac reparet; quandoquidem non privatam meam & regni mei rem nunc ago, ſed totius Chriſtianæ reipublicæ, ne tam validus hoſtis ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ inimicus quandoque adverſus ſanctam Eccleſiam pro ritu ſuo falſo blaſphemo & ſchiſmatico invaleſcat. Et ut hæc mea geſta, quæ mihi ex miſericordia Dei feliciter evenerunt, audacter veſtræ ſanctitati ſcribo, ſic etiam ſemper audire cupio, ut ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ univerſalis ſtatus omni felicitate præfulgeat, atque ut veſtra ſanctitas incolumem & longævam felicemque vitam cum reverendiſſimis patribus ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus ducat. Oratorem autem meum & res meas una mecum veſtræ ſanctitati commendo; qui quidem orator meus veſtræ ſanctitati tam ea, quæ geſta ſunt, quoniam & gens & loca, in quibus geſta ſunt hæc ſibi cognita extiſtunt, quam alia e mente mea planius exponet. Datum in caſtris circa Boriſono decima octava ſeptembris anno Domini MDXIV.

Victoriam in Moſchos urgere decernit Sigiſm.

LXIV. Celebrata Romæ publica lætitia.

Actæ ſunt Deo gratiæ ſolemni ritu de reportato hoc triumpho, a Leone in Sixtino ſacello vigeſima quinta januarii die proximi anni; bellique ſeries a Camillo Porcario illuſtri oratore luculenta commendatione celebrata (*a*). Cæterum Sigiſmundus Rex poſt relatam hujuſmodi victoriam Vilnam rediit, ſecumque nobiliſſimos Moſcovitas in acie captos in triumphi ſpeciem circumduxit: exercitum vero ad perſequendam victoriam & Smolenskeam arcem recuperandam immiſit; ſed irrito exitu, nam ob ingruentis hyemis inclementiam non ſine damno ſoluta obſidio eſt: tria tamen inſignia oppida ad Polonicum imperium reducta fuere. Conduxerat etiam ſtipendio Sigiſmundus Mendlingerum Tauricæ Cherſoneſi Cæſarem, ut Moſcovitam laceſſeret, verum infidus Tartarus poſitis non longe a caſtris Polonicis legionibus ſuis eventum pugnæ eſt præſtolatus, ut in victum faceret impetus: itaque Polonicam ſecutus victoriam exercitum in Moſcoviam duxit, eamque: *Tanta cede affecit*, inquit Jodochus *ut ſupra hominum memoriam ſimilis præda ex Aſia non credatur abacta*. Ita Mahometanus Chriſtianorum diſſidiis uſus magnam eorum multitudinem in ſervitutem abduxit.

(*a*) *Jod. Lud. dec. in Sigiſm.*

Smolencea fruſtra a Polono tentata.

Tartari graſſantur in Moſchos.

LXV. Miſſus internuntius a Pont. ad Moſcum. Repulſus a Moſco.

Melius conſuluiſſet rebus ſuis Moſcovita, ſi Romani Pontificis ſalubribus monitis obtemperaſſet. Qui præterea Piſonis internuntii apoſtolici viatorem, qui kal. auguſti fidem publicam petiturus perrexerat, amne merſit: quo caſu exterritus Piſo hæſit in Polonia: *Audio*, inquit (*b*), *in amnem conjici fuiſſe juſſum. Non libenter bibo tam largo cantharo, ſed jocor verbis, re tamen vera ſerium eſt, quod ſcribo; ſcilicet mihi ſervabit, ſi etiam dederis fidem, quam neque Regibus, ac ne Deo quidem ipſi ſervare ſolet?* Et infra: *Parum a ſeptentrionali dicto Oceano, & longius adhuc progredi cogor. Jam hic ſeptember initium eſt brumæ, quæ tam ſæva ſolet ingruere, ut multis ſine naſo contingat eſſe; noctes æſtate breviſſimæ, hyeme dies parum. Sub divo Julio Pontifice laudatiſſimæ memoriæ minus menſe annum Roma ad duos miſſus Reges abfui non parvo certe labore: ſed nihil ad hæc, quæ hactenus mihi æquali temporis, ſed diverſo laborum calculo incidere, & tamen difficiliora adhuc reſtant. Levius fit patientia quidquid corrigere eſt nefas. Mihi certe ſatis erit Pontificis legatique*, nimirum Thomæ Cardinalis Strigonienſis, cui Polonicam legationem demandatam conjuncta Hungarica vidimus, *expectationi reſpondere; quod ut facere grate valeam pro ſanctitatis ſuæ ac ſedis Apoſtolicæ nomine, gloria, amplitudine, ne glacialem quidem [vel ſub bruma] ſum reformidaturus Oceanum.*

(*b*) *Piſo in lit. 1.3. rer. Polon. init.*

Vis frigoris quanta ad ſeptentrionalem oceanum.

LXVI. Rutheni cum Græcis conſentiunt.

Cæterum de Ruthenis, inter quos erat, & Moſchovitis ad quos profectionem parabat hæc tradit: *Cum Græcis par eſt religio; ſunt utique Chriſtiani, ſed ſchiſ-*

ma-

matici: templa habent, hic præſertim Vilnæ, auro argento & gemmis opulenta, paucis hinc annis ex lapide ædificari cœpta, & quidem ſumptuoſe, cum lignea tantum prius habuerint non culta admodum. Sunt autem Rutheni, ut illud quoque addam, ingenio Lituanis promptiore; quo ſit ut operibus non mediocriter excellant. Multi ex iis peculiare proditionis vitium habent, quod ad principum ſive ducum aliquorum domos irrepſit: quin & hoc nuper bello dux quidam Ruthenius cum omnibus ſuis Moſco ſe dedidit, quamvis egregium adoleſcentem filium in Regis aula reliquiſſet. Sentiunt multi ex iis ſecreto, ut creditur, pro Moſco, nulla alia magis quam religionis cauſa; eam enim per omnia commune habent, transfugerentque paſſim multi niſi exploratam Moſci tyrannidem formidarent, is enim ſæviſſimis ſubditos legibus coercet: omnia illi naſcuntur, omnia creſcunt, omnia adducuntur. Si qui ſunt, qui vel genere vel dignitate magni ſunt, in illius nihilominus manu ſunt, neque diutius divites quam ipſe velit: commercia eorum terra marique plurima: aurum argentum pro pellibus inferre ſoliti, mercatores nihil aliud referunt; ea omnia principi accedunt: hinc opes iſtæ tantæ, quanta neminem unum in Europa principem habere fama eſt, populo miris artificiis inſigni potens. Italos habet multos, & honeſte, & utiliter: cæterum ſuas circa fidem partes coactos ſequi. Hæc ab iis, qui iſtic verſati ſunt didici. Vilnæ XXVI. *ſept. anno MDXIV.*

Sævam in Moſcos tyrannidem dux exercet.

Ruthenos aliquos Reges, quo nomine Moſcovitæ olim continebantur, ſedi Apoſtolicæ fuiſſe conjunctos in annalibus vidimus, necnon Joannem Baſilium Sixto IV. per oratorem ſervato ritu Græco fidem addixiſſe.

LXVII. Rituum autem ſacrorum diſcrepantiam inter Polonos & Moſcovitas tanta inter eos accendiſſe bella, cum Rutheni, qui in Lituania agunt, Græcis cincti ritibus facile a Polono ad Moſcovitas deſciſcerent, confirmat Jodochus Ludovicus Decius his verbis (a): *Mihi tantæ perfidiæ nulla conſtat ratio; ſed hoc unicum bellorum apparet incendium, quod jam plerumque in Lituanicis oris Ruthenica religio invaluerit: nam cum Ruthenis, qui ſub Rege agunt, religio cum Moſcis ſit per omnia communis: ad defectionem nihil deeſt ſed principis tyrannis, & quod opibus nemo dives eſt, niſi quem velit princeps, & quouſque velit, demum ut neque præſtiti juramenti fides ſit obſtat. Wladislaus Jagello, qui ex ea familia primus apud Sarmatas regnavit, Chriſtianæ fidei & religionis primus ſummuſque plantator ab initio orthodoxam fidem tota Sarmatica ſancte religioſeque tutatus eſt: Ruthenorum ſecta ligneis templis ſua ſemper perfecit ſacra. Hoc deinceps ſancte cuſtoditum ſemper fuit, ſed hac ætate Ruthenorum paucis patrocinantibus invaluit; jamque ſumptu magno templa lapidibus in ſectæ ratificationem extruuntur. Hæc me eo anno paulo ante quam apud Boryſthenem pugnatum eſſet, Vilnæ videre contigit. Præfecti ſunt item ſummis privatiſque officiis ejus ſectæ homines: eo facile fieri poteſt, ut religionis obſervantia & amore plerique Moſcum quam Regem malint Imperatorem*. Tanti intereſt ad conſtabilienda Regum ſolia non pati, ut religio, quæ ſolida eorum baſis eſt, convellatur. Præter autem Græcanicum ſchiſma pluribus aliis fœdiſſimis erroribus, quorum maxima parte infectos fuiſſe Græcos ſui temporis recenſet Alvarus Pelagius (b) in ſuo de hæreſibus catalogo, contaminatos eſſe conſtat ex iis, quæ Joannes Laskus archiepiſcopus Gneſnenſis in concilio Lateranenſi Leoni Pontifici, qui errantes ipſos in rectum ſalutis iter revocare optabat, retulit (c) hoc anno, dum ea, quæ in nona ſeſſione ad nonas apriles indicta, poſteaque ad III. idus maii extracta, decernanda erant, proponendave excuterentur. Propoſita vero a Gneſnenſi archipræſule his erant concepta verbis.

(a) Jodoc. in Sigiſm.

Regnorum baſis religio.

(b) Alvar. Pelag. mſ. bibl. Vat.

(c) Ext. ea relat. in mſ. bibl. Vallic. ſig. lit. C. n. 20. p. 53.

Ruthenorum nationes cum erroribus eorundem in concilio Lateranenſi per reverendum in Chriſto patrem dominum Joannem de Lasko archiepiſcopum Gneznenſem & ſereniſſimi principis domini Sigiſmundi Dei gratia Regis Poloniæ oratorem deſcriptæ atque productæ anno Domini MDXIV. ad ſeſſionem pro V. *aprilis publicatam.*

Rutheni albi, quondam Colchitæ dicti, modo vero Moſcovitæ, habent primum dominum ſeu principem, qui titulatur magnus dux, vicinus in terra Regi Poloniæ in magno ducatu Lituaniæ, item aliis dominiis Livoniæ & Gotiæ. Item a ſeptentrione ejus terram Moſcoviam alluit mare glaciale, & ſicut Indiam aromata, ſic Moſcoviam pelles ſabellinæ, mardurinæ, liſminæ ſeu variolinæ & megalinæ, quibus abundat ea regio, & eas toti orbi porrigit, celebrant redduntque auri ditem & ducem ipſum potentem; nam ſupra bis centum millia equitum habere conſuevit. Ex eadem etiam Moſcovia aquæ paludis Mæotidis replent flumen immenſum Tanaim: replent etiam multo majorem Tyra, qui influit in mare Caſpium, qui fluvius Tanais Stythiam & Sarmatiam dividit, abſorbetque eundem mare Ponticum poſt Taricam inſulam, & in Rha fluvium ver- LXVIII.

Moſcus ducenta equitum millia cogit.

Quæ flumina perluant Moſchoviam.

ſus orientem. Ibi vero ſcilicet in eo oſtio maris ejuſdem Tanaitani, arx eſt Turcurum Ozon, in qua Turcæ a Tartaris emunt populum per Tartaros Tauricanos aliquando de Polonia, aliquando de Lituania, aliquando de Moſcovia raptum & deportatum utriuſque ſexus. Habere etiam itidem conſueverunt Turcæ & Tartari commercium cum Moſcis ſericum pannos ſericeos, lanichatos, sapetes, & gemmas orientales pro pellibus cum Moſcis permutantes: eſt enim eo loci inſigne emporium ſeu portus Turcarum & Tartarorum, plus tamen communis quam inſignis.

LXIX. Quæ ſit Valachiæ potentia.

Rutheni Walachii ſunt feroces, armigeri; quadraginta millium communis populi conſtituunt exercitum, vel circa: incolunt propriam terram Moldaviam ſive Myſiam, idioma habent commune cum Rutheno & Italico vulgari; nam dicunt ſe eſſe Romanorum quondam milites ad præſidia Pannoniæ contra Scythas miſſos; unde eſt quod pro magna parte idioma habent Italicum, ſed ritum Ruthenicum. Habere conſueverunt proprium dominum tanquam præfectum: ſed hæreditarius eſt eorum dominus & titulatur, palatinus ſeu vvaivoda Moldaviæ, qui aliquando Regi Hungariæ, aliquando Regi Poloniæ, aliquando Turco ſit homagiatus. In qua terra Turcus caſtra recipit, & habet duo omnium prima, ſcilicet Moncuſtrum & Licoſtomium: ſituatur autem inter Hungariæ & Poloniæ regna, ac inter Thraciam, in qua Byzantium ſeu Conſtantinopolis eſt; ſed dividit eam terram ab Hungaria & Thracia Danubius, a Polonia Tiras fluvius, a Tartaria Taurica mare ponticum.

Italicum idioma ſervat ſed ritum Græcum.

LXX. Rutheni rubei Poloniæ ſubditi ritum Latinum colunt.

Rutheni rubei habebant quondam proprios Reges & proprios etiam magnos duces. Omnes iſtos Reges Poloniæ debellarunt & ſunt ſubditi fideles Regis, in corporeque Regni Poloniæ & magni ducatus Lituaniæ: inter quos rubeos Ruthenos Reges Poloniæ fundarunt unam Metropolim & ſeptem cathedrales eccleſias, & parochiales multas fidei Romanæ: ſed tamen multo plures ſunt eccleſiæ Ruthenorum, quorum terra Sarmatica procedit a Polonia minori ex parte occidentis verſus orientem per fluvium Boryſthenem magnum, ac per totam Sarmatiam Europeam incluſive ad Tanaim, & ad inſulam Tauricam, in quibus ſcilicet Tanais fluvius, & intra illum & intra Rha & orientem; & in ipſa Taurica ſunt Tartariæ Scythicæ diverſæ, quibus diverſi ſcilicet tredecim Cæſares Scythæ imperant Mahumetanæ ſectæ. Item procedunt Rubeorum terræ ex parte tanquam Meridionali a fluvio Tyras verſus ſeptentrionem uſque ad Moſcoviæ fines Lituaniæ contiguos per longitudinem verisimilem ducentorum milliarium magnorum, ſex Germanicorum. Sunt autem Cæſares prædicti Tartari potentiſſimi; nam Tauricanus eorundem rubrorum & regni Poloniæ & Lituaniæ vicinus habet circiter bis centum millia equitum: alius iſtum ſequens tercentum millia: tertius, quartus, & ſic de aliis in campis illis Scythicis quanto ulterior, tanto majorem habet populum, qui licet ſint inermes, tamen multitudine & celeritate vincunt. Inſuper Tauricanus præter Turcos optimos equites, qui cum eo contra Polonos & Lituanos venire conſueverunt, in illa ſua Tartariæ colluvie habere conſuevit ad minus ſeptuaginta millia ſuo modo armatos, ſcilicet vel cum lorica, vel cum ſquammatis anterioribus & poſterioribus armis capite & manibus ferro tectis: reliqui omnes arcus & ſagittas habent pro armis. Iſtæ omnes nationes Ruthenæ ſeu Ruthenorum præſumunt ſe eſſe de fide Græcorum, attamen fidei ipſorum errores colliguntur infraſcripti.

Tartaria in tredecim Cæſares Mahometanos diviſa.

Tauricanus ducenta equitum millia ſub ſignis numerat.

Ruthenorum errores.

LXXI. Negant primatum Pontificis.

In primis negant S. Petrum verum Papam, & verum Romanæ ſedis antiſtitem & Eccleſiæ militantis caput unicum eſſe, nec accepiſſe plenitudinem poteſtatis a Chriſto: quod & de quolibet Romano Pontifice ſucceſſore ejus tenent, & communem cum aliis Pontificibus eſſe dicunt. Item negant eccleſiam Romanam caput eſſe eccleſiarum omnium principem, rectricem & magiſtram, ſecundum quod ſcribitur diſtinct. XXII. cap. Sacroſancta. Item omnes obedientes Romanæ eccleſiæ veros Chriſtianos non eſſe, neque ſalvandos, eo quod ab Eccleſia primitiva diſcrepent: ſe vero ſolos eſſe veros Chriſtianos aſſerunt, ſectatores Chriſti & Apoſtolorum, & ſic eſſe de numero ſalvandorum; immo dominum Papam cum eccleſia Romana dicunt hæreticum eſſe de hæreſi Ariana, & catholicos omnes Arianiſtas vocant & anathematizant ipſum tempore cœnæ Domini cum ſuo clero; dicuntque non habere plenam poteſtatem ligandi & ſolvendi: quod ſumpſerunt ex ſectione ſeu diviſione Græcorum decima ab eccleſia Romana.

Fingunt ſentientes cum Romana eccleſia damnandos.

LXXII. Sanctos doctores Latinos rejiciunt.

Item dicunt omnes Latinos Eccleſiæ doctores nullius veritatis & efficaciæ eſſe fuiſſeque: hinc nec alicujus eorum dicta ſuſcipiunt quantumcumque forent ab Eccleſia ſuſcepta & approbata, nec credunt afflatione Spiritus Sancti loquutos fuiſſe aut ſcripſiſſe: hinc nec libris aut ſcriptis beatorum Hieronymi, Auguſtini, Gregorii, Ambroſii, & ex conſequenti aliorum doctorum fidem dant, & eorum authoritatem nullo modo ſuſcipiunt. Sed dicta & ſcripta doctorum Græcorum ſuſcipiunt, dummodo nihil adverſus eorum errorem

in

Dicunt corruptos textus SS. Græcorum quibus convincuntur.

in eis invenerint : ſi vero quid eis, quod adverſus ſectionem eorum & ritum erroneum fuerit, acceperint, corrupta dicunt & vitiata eſſe, & fidem eis adhiberi non debere aſſeverant. Item ſanctos ex Eccleſia Dei & fide catholica Romana profeſſioniſque Romanæ & obedientiæ blaſphemant & damnant.

LXXIII. Sacras imagines factas a Latinis ſpernunt.

Item imagines operis & artificii catholicorum horrent, & quantum eſt ex eis inhonorant, etiamſi Crucifixi aut ejus ſanctorum fierent : ſin vero artificii ſui ſint, venerantur, dummodo in ſynagogis eorum locatæ aut pictæ fuerint, alias non. Item eccleſias catholicorum ſpernunt, confutant, inhonorant & blaſphemant contra canonem Innocentii III. de baptiſmo c. Licet Græcos; *nec ullam in eis exhibent reverentiam ſacerrimo ſacramento, niſi coacti metu majoris offenſæ, aut ſimulata aſſentatione :*

Negant in azymo conſecrari Euchariſtiam.

& ſicut de earundem eccleſiarum conſecratione nihil tenent, ſic & de conſecratione corporis Chriſti, dicentes in azymis, ipſum conſecrari non poſſe : eorum vero ſynagogas per ſimplices eorum ſacerdotes conſecrari poſſe dicunt, prout de facto conſecrant. Item ſtatuta Eccleſiæ dictaque aut ſcripta, ſeu canones & conciliorum determinationes, ac decreta nulla eſſe dicunt; etiam de primis conciliis dicunt, quod a ſeptima ſynodo omnia concilia nullius efficaciæ fuere, neque de jure catholico, quia ſine eorum conſenſu agebantur approbationes.

Sequuta poſt ſeptimam ſynodum concilia reſpuunt.

LXXIV. Latinæ eccleſiæ ſacramenta negant.

Item omnia Eccleſiæ ſacramenta prophanant ac blaſphemant, ridentque & inhonorant, præcipue ſacramenta ſacræ Euchariſtiæ, eo quod non ſecundum formam ritus eorum fiant. Item nullum Pontificem catholicorum habere poteſtatem dicunt chriſma conſecrandi; ſolum patriarcham, quem ſe habere jactant Conſtantinopoli, per quem ſi ſemel conſecratum fuit, dicunt ad annos plurimos illud efficaciam habere ad unctionem. Item ordines, benedictiones pontificias, ſacerdotia, orationes, jejunia, indulgentias, Jubilæos & omnia eccleſiaſtica officia & ea quæ authoritate clavium diſpenſat eccleſia, damnant, nec ullius efficaciæ dicunt eſſe : ſimiliter obedientiam eccleſiaſticam authoritatemque rident. Et ſicut de indulgentiis ſic & de excommunicationibus eccleſiæ nihil tenent. Item dicunt confirmationis ſacramentum nullum eſſe, ideo nec illud accipiunt, ſine quo promovent ſacerdotes ſuos : nec habent tempora limitata ad ordines, ſed paſſim & uno die promovent & plures ordines conferunt.

Indulgentiarum & anathematiſmorum vim negant. Et confirmationis ſacramentum.

LXXV.

Item dicunt ſacramentum extremæ unctionis nullam adverſus peccati reatum medelam conferre poſſe, & beatum Jacobum unctionem intellexiſſe tantum ad medicinam languoris corporalis. Item ſicut quandoque baptizant in acetabulo, id eſt in aqua acida expreſſa de ſucco pomorum aut fructuum confecta cum aqua naturali & fermento, dum aqua pro tempore caruerint diſcretionem in aqua non ponentes; ſic in defectu vini in eodem acetabulo ſacrificant, immo execrant.

Et extremæ unctionis. Liquores alios præter aquam naturalem in baptiſmo interdum adhibent. Aceto pro vino interdum utuntur in ſacrificio.

LXXVI. Eorundem ritus in Euchariſtia conſecranda.

*Item in præparatione calicis duas aut tres guttas vini aquæ immiſcent calidæ, nec vinum ſentitur in aqua abſumptum; & damnant Eccleſiæ ritum, quod aquam frigidam ad calicis præparationem accipiat, & panem fermentatum pro ſacrificio recipientes dividunt biſariam ſuperiorem partem in panis medio triangulariter in profundum excidentes in corpus Chriſti conſecrant, reliquum panis beatæ Virginis corpus deſignare dicunt, & in veneratione conſervant; in cujus panis præparatione farinam recipiunt in nomine Patris, fermentum mittunt in nomine Filii, calidam mittunt in nomine Spiritus Sancti. Item ad panis ſacrificium plures aſſociant & apponunt, unum in nomine Mariæ, alium panem in nomine præcurſoris, alium in nomine Baſilii, tandem Leonis, Eliæ, & ſic conſequenter ſingulis panibus ſanctos ſingulos invocantes attribuunt; unde & in calicibus ligneis in locis pluribus ſacrificant, ubi pane ex pluribus, ut factum eſt, po*lentis exempto *offam quandam faciunt & conſecrant : tandem in conſumptione coclearibus ligneis & ſordidis vorant, & micas ſeu reliquas panniculis detergunt, eiciuntque ſic quoque communicant populum coclearibus ex calice expromendo, & in eſum offerendo.*

Reliquias ejus irreverenter tractant.

LXXVII. Superſtitio nefaria in conſecratione.

Item ſumunt experientiam de calicis conſecratione tanquam dubitantes de conſecrationis effectu & virtute; nam antequam communicant in ſacrificio faciunt eis dari aquam calidam, quam infundunt in calicem conſecratum; unde ſi vapor exhalaverit, credunt illic eſſe ſacramentum, tunc prima communicant; & ſi pars in calice relicta fuerit ſervatur, & peractis prandiis a ſacerdote redeunte voratur. Item conſecrant pro bellantibus panem ſimilagineum in corpus Chriſti, & laicis in bella procedentibus tradunt in manus, qui cum ſunt cum hoſte conflicturi & jam manus conſerturi, replent vas eſcarium aut poterium, quod in promptu fuerit, aliquo liquore qui tum occurrerit, & illic pane illo poſito ſeipſos ordine communicant.

Militibus dant Euchariſtiam ſumendam prælio inſtante.

LXXVIII. Infirmis ſæpe panem corruptum dant pro Euchariſtia.

Item ſacramentum Euchariſtiæ, quod die cœnæ ſacræ conſecrant, illud ſolum dicunt pro infirmis procurandis valere, & non aliud quod diebus aliis conſecratur; & tale ad anni decurſum conſecrant in

ea-

calice præparato, quod vermiculoſum & tabidum infirmorum ori imprimunt cochleari. Item ante præparationem calicis incenſis cereis panem conſecratum cum vino & aqua calida in calicem fuſa, velut dictum eſt, cum reverentia ſumma ſpectandum populo offerunt & circumferunt, & populus pronus cadit & veneratur, & poſt in altari poſitum nemo veneratur neque elevatur.

Panem antequam conſecretur adorant.

LXXIX. *Item non ſolum in forma baptiſmi ab Eccleſia diſcrepant, ſed etiam in materia; quandoquidem ut ſupradictum eſt, & ſacro epiphaniarum die loco fontis eccleſiaſtici flumina rapide manantia, dummodo haberi poterunt, pro baptiſmate infantium conſecrant inſtar Jordanis, & quem puerum in immerſionem ibidem mori frigore aut ei manibus elabi, aut mergi contingat, ab angelo raptum dicunt in cœlum, neque mundum ejus præſentia fuiſſe dignum ajunt. Item ſacerdotes eorum communiter non orant niſi quando miſſæ officium ſunt habituri, & quæ aut quales horæ eorum ſint Deus videat; & dicunt preſbytero ſufficere ad conſcientiæ purificationem cum uxore cubanti & celebrare volenti, quod ſe fermentata aliqua aqua calida abluat a vertice capitis ad pedum veſtigia; hanc loturam tantæ dicunt efficaciæ, quanta foret confeſſio.*

Flumina expiant.

Pueros impie ſuffocant interdum.

Pro exomologeſi ſacra utuntur balneo.

LXXX. *Item ſi caſu quis catholicorum presbyterorum in altaribus eorum celebraverit, mox velut execratum violant & effringunt: & dicunt quod in uno altari tantum miſſa una debet in die celebrari. Item dicunt populum mereri & magnas indulgentias adipiſci, quoties quis hominem catholicum obedientiæ Romanæ interemerit. Item dicunt, ſuos presbyteros irregularitatem incurrere, cum paſſerem aut aliquod volatile occiderint, qui non prius regularitatem acquirunt, donec idem volatile ſub aſcellis geſtum ab eis totaliter computreſcat: hæc eorum eſt pœnitentia, quæ non eſſet adeo dura ſi Chriſtianum hominem occidiſſent. Item falſe jurare adverſus inimicum, & præcipue contra virum Romanæ profeſſionis, non eſſe peccatum dicunt: ſimiliter, & decipere, damnificare, aut fraudare eundem.*

Altaria prophanari a Latinis dicunt.

Fingunt homicidium Latini laude dignum. Volatilis cædem ducunt pro crimine.

LXXXI. *Item dicunt ſabbatum in quadrageſima nullo modo fore jejunandum, & peccare eos mortaliter, qui jejunaverunt, neque miſſam celebrandam in tota quadrageſima niſi ſabbatinis diebus & dominicis; unde damnant eccleſiam Romanam celebrantem aliis diebus quadrageſimalibus præter ſabbatum & dominicum: & ſimili errore ante jejunia ſua octo diebus ſolemnizant ſimiliter, & poſt jejunia carnes vorantes quotidie, feriiſque ſextis immo & in vigiliis, ſi quæ tum occurrerint: nec piſcibus licere uti dicunt niſi eorum inteſtinis, cum jejunia quadrageſimalia peragunt, & communiter die ſabbati veſcuntur carnibus.*

Sabbatum in quadrageſima ſolvunt jejunium.

Item Chriſti fideles peccare mortaliter dicunt quod barbas radant, & manducant ſuffocata: & ſimiliter damnant Chriſtianos carnes edentes ultima dominica ante carnis privium & conſequenter. Item dicunt licite vendi poſſe prælaturas, ac beneficia, aut emi. Similiter & ſacros ordines, & quæ beneficia patres tenuere, dicunt filii ad ea jus hereditarium ſe habere, & ſuccedunt, præſertim in parrochialibus eccleſiis. LXXXII.

Simoniacum crimen apud eos viget.

Item dicunt viventem hominem mortaliter peccare non poſſe. Item dicunt fornicationem ſimplicem non eſſe peccatum mortale: ſimiliter & uſuram. Item dicunt furi ſufficere rationem furti ſui ſeptem ſacerdotibus repræſentari, & fateri crimen, & petere olei unctionem ab eis, nullaque poſt hoc pœnitentia aut reſtitutione debiti debere onerari. LXXXIII.

Fornicationem & uſuram negant peccatum eſſe. Furto ablata reſtituenda negant.

Item aſſerunt non eſſe purgatorium: ſolum eſſe duo receptacula animarum cœlum & infernum. Item dicunt animam ante diem judicii beatitudinis gloriam non habere, quod & credunt corpore in terra manente. Omnia hæc in concilio Florentino caſſata ſunt, & per bullam Eugenii correcta. Item dicunt quod vivorum ſuffragia proſint in inferno damnatis, & non aliis. LXXXIV.

Et purgatorium. Et viſionem beatificam ante diem judicii. Fingunt preces damnatis prodeſſe.

Item dicunt Spiritum Sanctum non procedere a perſona Filii niſi ſolius Patris, alias duo eſſent principia, duæ ſpirationes: quod tamen ſufficienter explanatum eſt in concilio Florentino. Item divortia faciunt in matrimoniis pro pecuniis nulla rationabili cauſa interveniente, pro ſola avaritia & libitu, quæ laici ſimplices inter conjuges dicunt & faciunt quemlibet, qui petit ſeparari licere. Item dicunt ſecundas & tertias nuptias ac deinceps eſſe illegitimas nec facere verum matrimonium, nec inde ſequi prolem legitimam. LXXXV.

Negant proceſſionem Spiritus Sancti e filio. Dirimunt matrimonia ſine cauſa. Secundas & tertias nuptias illicitas contendunt.

Item mortuorum tumulos peracta ſepultura jubentur ſinguli per ſacerdotes ſuos oſculari, & poſt ipſam ſepulturam convivant vorantes quaſdam polentas ab ipſis presbyteris benedictas. Item dicunt ſæcularibus dominis eorum præſidibus licere ſine nota excommunicationis majoris verberare & deponere eorum patriarchas, epiſcopos, ſacerdotes: cujus rei origo cœpit, ut habetur, in decima diviſione Græcorum ab Eccleſia. LXXXVI.

Sæculares poteſtatem in epiſcopos & ſacerdotes ſibi arrogant.

Nec ſeptentrionales modo ſchiſmaticos, verum ſubmotos etiam ad meridiem LXXXVII.

popu-

De Moſchis ad gremium eccleſiæ revocandis actum. Miſſus a Leone ad Maronitas internuntius.

populos, Maronitas nimirum & Abiſſinos, qui circumfuſi undique Mahometanis non carebant erroribus, apoſtolicæ doctrinæ luce colluſtrandos Leo ſuſcepit. Inprimis itaque ad Maronitarum, qui Libani montis juga incolunt, patriarcham viros religioſos Franciſcanæ familiæ cum apoſtolicis literis miſit, ut eum orthodoxis inſtitutis erudirent: tum ab illo quæſivit, qua ratione apud eos patriarcha crearetur, qui ritus ſervarentur, qua forma in ſacramentis conficiendis uterentur, ut inde excutiendorum qui apud ipſos invaluiſſent errorum occaſio captaretur. Excepit patriarcha nomine Furache filius Mobaret Maronitarum maxima cum veneratione ac lætitia pontificias literas, atque honoris ergo eas more gentis capiti impoſuit. Licet autem

Exceptus honorifice a patriarcha.

ſedi prophetarum Dei, nimirum Apoſtolorum ſe inſidere ex ſuorum traditione dicat, Romani tamen Pontificis apices atque imperia colere profeſſus eſt, nec non divinorum myſteriorum ritus cum noſtris conſentientes ſervare: cæterum oſtendit aliquibus veterum Armeniorum erroribus in conficiendo ſacro chriſmate ex varia aromatum mixtione ſe irretitum, ex imperitia nimirum, non ex impietate, ut ſuo loco oſtendetur. Tranſmiſſarum porro a patriarcha ad Leonem literarum præcipua pars hæc eſt (a).

(a) Ext. in mſ. biblioth. Vallicel. ſign. lit. C. n. 20. p. 47.

Leoni Papæ Romano Dei gratias in æternum, Præſentem ſalutationem Dei eſſe cupio Leoni Papæ Chriſtianorum, Deo dilectiſſimo, excelſo, catholico pio, pleno miſericordia, vicario Dei, Regi regum.

LXXXVIII. Profeſſio fidei.

Quem cœlum adorat & terra, qui pedibus ſuis ſternit planum mare, potentiſſimum, excelſum, verum, quem laudamus pientiſſimum, cujus nomen eſt benedictum, baſim & auxilium magni nominis & gloriæ Deum adoramus, tanta præditum cœleſti gratia altiſſimum, qui cœlos exaltavit ornavitque luce, ab ipſo ſecuritatem & veniam petimus, qui ordine certo tempora diſpoſuit & per prophetas præcepit ſequendam nobis, capeſſendamque doctrinam, cujus negotiatio melior eſt auro & argento, qui etiam ſequi nos voluit juſſitque electum a luce, patrem lucidum beatiſſimum, januam & indicem viæ rectæ, ducem ducum, qui videt animas peccatrices, quas & poteſt a pœnis eripere, cui pro ſalute proque via ſalutis genu flectunt omnes patrem & dominum noſtrum, noſtrarumque ſuſcitatorem animarum patris, vicarium altiſſimi, ſoliumque tenentem Romæ, dominum noſtrum Papam Leonem Papam Romanum, quem potentiſſimus Altiſſimuſque Deus ſecundet ſemper in nomine ſuo, faciatque nos participes felicitatis ſuæ orationumque ſuarum ſanctiſſimarum: Amen. Nos itaque ſubditus Petrus patriarcha, qui ſedemus in ſede prophetarum Dei, patiens, electus, cuique cura eſt reformatio eccleſiarum Dei, qui ſuo favore complectatur non ſolum patriarcham Petrum, ſed & eas creaturas, quæ ipſum Petrum ſequuntur, qui ſequitur id quod Chriſtus Jeſus dixit beato Petro:* Tu es Petra, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; *hoc eſt quod credimus, & continuo cultu agimus horas ſanctas, quodque præcepit creator Deus, diligimus præcepta ſua ſancta.*

* id eſt Apoſtolorum.

LXXXIX. De Deo uno & Trino.

Credimus in Deum ſolum & in tria benedicta nomina. Credimus firma fide in tres perſonas ſanctas unicum Deum, unicum creatorem, unicum adoratum, unicum Regem, unicum infinitum, unicum potentem, unicum fortiſſimum, unicum in Trinitate, unicum Deum & tres perſonas, unicum creatorem cœlorum & omnium, quæ in eis ſunt, terræ, & quæ in ea ſunt omnium, atque creatorem viſibilium omnium & inviſibilium, Deum vivum, æternum, antiquiſſimum, purum, immaculatum, cujus nec principium nec finis eſt, cujus ſunt abdita ſecreta publica dona, qui nec veteraſcit, nec mutatur, nec movetur: eſt & inacceſſibilis & inviſibilis, in quo eſt infinita gratia, qui nec menſurari poteſt nec melior eſſe, nec fuit unquam aut eſſe poteſt in donis ſuis diminutus, eſtque unicus Deus in regno æterno in æternum regnaturus: eſt Deus ſuper omnia potens rerum omnium creator: creavit cœlum, & exaltavit illud: creavit terram, & firmavit illam: creavit mare & implevit illud, mundumque univerſum perfectum fecit, univerſum ſuæ ditioni ſubegit, atque ſupra cœli verticem ſedit: creavit hominem & ſuper omnia dilexit illum, boniſque omnibus donavit. Eſt Deus in principio, in medio, in fine, cujus nec principium eſt, nec medium, nec finis: eſt vivus in æternum, eſt lux & veritas, & ſapientia, eſt ſine avaritia munificus, ſine mutatione firmus, ſine debilitate fortis: eſt auxilium indigentium, non derelinquit ſperantes in ſe: eſt vera lux, unit ſibi juſtos, injuſtos a ſe repellit; recipit pœnitentes, & veniam poſtulantes. Eſt verus Deus, juſtus, datque præmium juſtis gloriam æternam cœleſtem: dat injuſtis pœnam infernæ caliginis. Hic eſt verus creator, cui & in quem debent univerſi credere & adorare & laudare ſemper benedictum nomen ſuum: eſt unus ſolus Deus, & eſt Trinitas, & eſt unus Deus. Eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, tres perſonæ, unus Deus: & ita credimus eſſe excelſum, unicum creatorem in unitate,

Digitized by Google

te, unum Deum ſolum, creatorem, & non creatum firma tenemus fide. Hoc una anima & una ſimilitudo & una voluntas: quod facit Pater, hoc & Filius & Spiritus Sanctus, & eſt una poteſtas in unico Deo pleno pietate, qui miſericordia ſua liberavit Adam cum ſua poſteritate. Sic nomen Dei benedictum. Miſit Gabrielem ducem paradiſi angelorum electum ad puellam virginem immaculatam, gratia præditam, devotam, pudore conſpicuam, benedictam Mariam. Gabriel dominam ſalutavit, dominus ſapientiæ excelſus ſuper ſapientes eam ſolam elegit habitaculum Domino. Ingreſſus eſt ad eam Gabriel, ſubito genuflexus vultu reverenti & humili expoſuit excelſi omnipotentis Dei Incarnationem. Meſſiæ nuntium, humano generi pretioſum lætiſſimumque: angelus eam ſalutavit dixitque: Domins tecum, benedicta tu inter mulietes: *quæ cum audiſſet angelum magna humilitate reſpondit:* Si Domino placet, fiat voluntas ejus; *concepitque virgo Filium Dei ſine ſemine, & ſic factus eſt Deus homo humanus, fuit Deus in corpore humano, & in anima humana indutus carne humana: fuit natus, ſed non fuit creatus: ipſe eſt creator & ante omnem creaturam genitus eſt a Patre omnipotente, creavitque glorioſam virginem inclitam Mariam, quæ ipſum novem menſes portavit in utero. Ipſe eſt Deus & verus Deus, unicus filius, unicus creator, verus Deus, vera lux, totus veritas ſine ſuſpicione, ſine dubio: providens univerſum genus humanum, univerſamque videt creaturam: in ejus manu eſt vita & mors, & poſt mortem vitam præſtat. Nihil aut in cœlo, aut in terra, aut in mari ejus latet obtutum. Eſt Deus, eſt homo immaculatus: eſt lux & ſapere in cœleſti paradiſo: eſt bonum noſtrum, ſalus noſtra, iter vitæ noſtræ, porta vitæ noſtræ, fons vitæ noſtræ perpetuæ; & credimus & firma tenemus fide, quod ſemper eſt noſter Deus Jeſus Chriſtus. Nos humiles & deſiderantes catholicæ fidei proſpera exaltationemque, & nos liberari, noſtramque ab eo orationem exaudiri, quemadmodum vocem fameſcentium exaudivit, & dat eis panem in abundantia.*

De Verbo Incarnato.

XC.
De reſurrectione Chriſti & adventu ſecundo.

Scimus miſericordiam ſuam infinitam, qui propter nos crucifixus, mortuus, & ſepultus eſt, tertia die reſurrexit, & aſcendit in cœlum, & Deus Pater ſedere illum fecit ad dexteram ſuam, deſcendit ad inferos & liberavit juſtos, & univerſam generationem ſuam, & a Patris dextera venturus eſt judicare vivos & mortuos. Juſtus judex dabit juſtis præmium, quod merentur, & injuſtis ſecundum opera ſua, unicuique retribuet ſecundum opera ſua; & ita credimus quemadmodum ſancta Eccleſia, unica Eccleſia ſuſtentationem & remiſſionem noſtrorum peccatorum, & ſic expectamus reſurrectionem in die judicii vivorum & mortuorum, poſt quæ habebimus vitam æternam. Amen.

XCI.

Oleum ſacroſancti chriſmatis quod cum ſancto baptiſmate liberat a periculo, ſicut dominus noſter Jeſus Chriſtus dixit: Qui baptizatus fuerit, ſalvus erit, qui vero non, minime videbit gloriam meam; *hoc modo facimus. Primo accipimus libras ſex olei virginis & muſchi boni atque perfecti quatuor certi ponderis menſuras, & omnes mixturæ ex muſco extractæ, duas ejuſdem rationis menſuras croci exacti quod a Genuenſibus deportatur; menſuras decem ſtoracis, quo adolendo in honorem noſtræ dominæ utimur menſuras octo; canabræ* perfectæ menſuras quindecim cinamomi exacti menſuras ſeptem, maſticis menſuras quindecim, thuris albi menſuras decem & ſeptem, roſarum menſuras decem & octo, radicis redeſuſi menſuras novem, unguenti balſami magnæ & inclitæ civitatis, quæ Cayro dicitur, quod impoſitum manui ad alteram uſque partem penetrat, & miſſum in aquam tendit in fundum, naſciturque ex arboribus, quæ in eo loco adoleverunt, in quo veſtes domini noſtri Jeſu Chriſti pueri abluebantur, quodque ſuperat omnia balſama, quæ uſpiam terrarum inveniuntur; hujus inquam balſami menſuras unam & viginti, quorum omnium quod terendum eſt in vaſe mundo ſeorſim tritum, telaque ſericea cribratum ad invicem miſcetur oleo, quod diximus virgine, deinde tela alba atque munda colatur, poſteaque coquuntur in vaſe mundo atque novo, vel quod antea ad hos uſus deputatum eſt.* Interjectis nonnullis aliis eorum ritibus, ſubdit: *His omnibus ceremoniis, quas diximus ſanctum oleum conſecramus pauperes Maronitæ derelicti, ſpreti, ſubjugati ab infidelibus, oblivioni traditi, a regnis atque dominiis Chriſtianorum quam longiſſime diſtantes, & ſemper obedientes ſanctæ matri eccleſiæ Romanæ & Papæ; quin etiam obſervamus & cuſtodimus ea omnia, quæ ſancta mater eccleſia Romana inſtituit, pro qua proque domino noſtro beato patre noſtro Papa Deo dilecto, Deique vices in terra gerenti Deum Dominum noſtrum ſemper in horis ſanctis oramus, & ex corde ſanctam ſedem glorioſi Petri diligimus, quam Deus exaltet.*

Conficiendi oleĩ pro ſacra unctione ratio.

* ambræ

Balſamum naſcitur in loco in quo Chriſti veſtes ablutæ fuere.

XCII.

Electionem autem patriarchæ Maronitarum, quam ſibi petit ſignificari dominus & pater noſter felix Papa Leo, quo ſcilicet modo creatur & aſſequitur gratiam atque felicitatem ſedis ſupra ſedes prophetarum, ſic facimus. Sede patriarchatus vacante,

duo-

Digitized by Google

Eligendi patriarchæ Maronitarum modus.

duodecim ſacerdotes boni, pudici, catholici, quos jam ad id muneris deſtinatos eſſe cognoſcimus, quamprimum viſa functus eſt patriarcha in quodam monaſterio, quod ad eum uſum habetur, appellaturque domus S. Mariæ, in ſua quiſque cella concluduntur ea cuſtodia, ut nullus alium videat vel alloquatur.

XCIII. *Accipit unuſquiſque horum duodecim folia chartarum, redditque ſingulis diebus ſingula folia ſcripta nomine ejus, quem eo die in patriarcham elegit; & quando in unum conveniunt omnes Dei gratia, & non eorum voluntate, confeſtim congregantur prælati, diacones, & ſubdiacones, & univerſi ſacerdotes, totaque noſtra reſpublica, & electum conſtituunt in ſede felici in qua ſedes hodie ſervus Chriſti Petrutius patriarcha in ſede prophetarum, quæ rupes fidei eſt, manuque tenet pauperes & derelictos Maronitas, qui ſemper Chriſtianam fidem tenuerunt, tenent, tenebuntque humiles & obedientes ſanctæ matri eccleſiæ Romanæ, & domino noſtro patri Papæ, omnibuſque ſuis præceptis & in Chriſti famulatu.*

XCIV. *Ritus divinorum officiorum noſtrorum, quem exponi jubet dominus & pater noſter felix Papa Leo, ſimilis per omnia eſt ritui eccleſiarum omnium, quæ ordinem ſanctæ matris eccleſiæ Romanæ ſequuntur: & quia longa verborum indigent ſerie, ſi ad amuſſim narranda ſunt, omnia paucis dicimus, ſimilem eum eſſe prorſus ritui bonorum omnium Chriſtianorum. Poſt officia namque noſtrarum horarum noſtras miſſas cantamus bono quodam ordine, eoque concentu, quem veteres patres noſtri benedicti gratia ſibi a Deo collata inſtituerunt, eumque modum in miſſæ celebratione omnibuſque ſacris paſchalibus obſervamus, in qua celebratione ipſe Maronitarum patriarcha ſacra facit.*

Divina officia decantari ab his ſolita.

Modus conſecrandi patriarcham.

XCV. *Creatus patriarcha tres a Deo gratias obtinet: prima eſt quod omnes ejus ſubjacent jugo: ſecunda quod ſi quid exequendum indicit, omnino parendum eſt ei: tertia eſt quod nulli unquam licet decreto factove ejus ulli contradicere. Ex quo autem creatur & elevatur uſque ad primum paſcha proxime ſequens confirmatur & juratur, daturque ei obedientia ab omnibus prælatis, totaque republica; eoque die ſancto paſchæ poſt celebratas tres miſſas magiſter chori, & cum eo omnes diacones, & univerſi presbyteri procedunt ad altare majus ducentes ſecum patriarcham electum, quem ſequuntur omnes prælati. Sedere eum itaque faciunt ante altare, deinde induunt ipſum veſtibus ſacris, imponentes novam capiti mithram exuto primis veſtibus quibus antea utebatur.* Nonnullis aliis ritibus, quos brevitatis ſtudio prætermittimus interjectis, additur: *His actis magiſtro chori cæteriſque quos diximus & univerſo populo genuflexis coram electo, magiſter ipſe chori alta voce illum his verbis alloquitur. Spiritus Sanctus voluit te patriarcham patremque ſuper omnes patres eſſe in dignitate ſedis benedictorum prophetarum, obtinereque locum Chriſti & vicarii ſui ſancti Petri; tuque eris pater ſuper nos. Confeſtim electus patriarcha procidens genuflexus in terram, verſoque ad altare vultu alta voce ter ait. Ego ſum humilis & obediens omnibus præcepsis excelſi Dei & ſanctorum prophetarum, & ſi quid deinceps Spiritus Sanctus juſſerit protinus explebo cum juſtitia & reformatione Jeſu Chriſti. Statim diacones elevatum a terra patriarcham abſcondunt in loco ſecreto apud altare; poſteaque unus prælatorum cui id muneris a magiſtro chori mandatum eſt, patriarcham abſconditum educit foras, collocatque ante majus altare. Eo igitur in loco patriarcha ſedente officium miſſæ majoris celebratur ea ſolemnitate, ut omnes prælati de quibus ſupra diximus ſuo quiſque ordine inſerviat: quod ſi patriarcha vult miſſam celebrare, illi defertur; ſin autem committit uni prælatorum, aſſiſtunt patriarchæ duo diacones collateres, finitoque officio miſſæ cui devote totus interfuit populus, omnes prælati cæterique ſuper caput electi manus imponunt dicentes: Sit ille laudatus excelſus Deus, qui tibi contulit gratiam. Deinde acceptus baculus patriarchatus datur ei in manu hoc ordine: minimus prælatorum primus tenet manu baculum; deinde ordine ſuo manus ſuperiores eſſe faciunt cæteri prælati tenentes baculum; poſtremo vero manu ſua ſupra cæteras poſita tenet baculum ipſe patriarcha: eoque facto pater patrum effectus eſt.*

Ritus in conſecrando patriarcha.

Quibus geſtis, magiſter chori, omnibus, ipſo etiam patriarcha cum obedientia & humilitate audientibus, pro concione loquitur in hunc modum; O tu patriarcha, quem Spiritus Sanctus ſua gratia tibi collata ad hoc faſtigium evexit, ſuper ſcapulas tuas populum hunc tibi commiſſum portabis, obſervabiſque, & manutenebis ea omnia quæ priores tui & obſervaverunt & manutenuerunt in famulatu domini noſtri Jeſu Chriſti & ſanctæ fidei noſtræ, quæ vera eſt & firma, in qua & ſalvandi ſumus. Tu autem, cui cura omnium noſtrum commiſſa eſt, id quod a te petimus, ſis in operibus tuis juſtus, ſerveſque quidquid evangelium dicis; utque juſtus ſis, memento XCVI.

præceptorum illius, qui te conſtituit ſuper nos. Tu es nunc pater noſter, guberna filios: tu es paſtor noſter, cuſtodi gregem: tu es dux noſter, duc nos recta via ſalutis in nomine Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Unici Dei, omnes angeli benedicti cuſtodiant intellectum tuum, animam tuam, & corpus tuum mundum atque catholicum, ut cuſtodias tu populum obedientem, tuaque monita ſequentem, Recordare diei & horæ, quando juſto judici, qui reddit unicuique ſecundum opera, rationem reddes. Nos quidem a te pendemus: tu autem debes cæcum ducere, ægrotum ſanare, eumque qui aberravit, tua doctrina in viam reducere, & tandem noſtrum omnium Deo rationem reddere. Nos vero Deum pro te orabimus: qui precibus noſtris, tuiſque bonis operibus gaudere te faciat ſua gloria. Quod ſi audebis promiſſa non implere, diſſentiens, deviabiſque ab illo, quod & prophetæ ſervarunt, & tu Deo ſervandum ſpopondiſti; quorum in die judicii a te exigetur ratio; nos enim tibi ſubdimur, debemuſque præceptis tuis ſine ulla contradictione parere. Si autem obſervabis promiſſa, & quæ benedicti patres obſervaverunt, ipſe cuſtodias, orabimus Deum, ut in præſenti vita res tuas ſecundet, & in futura, quæ æterna eſt, beatitudine te donet: quod & nos ipſos tuum populum, tua doctrina & benedictione conſecuturos ſperamus; te vero lucrum gratiæ habiturum. Conſerva igitur dona Dei, quæ recepiſti ſerviens illi, laudibuſque extollens benedictum nomen ſuum.

XCVII. Sacræ veſtes, eorumque myſteria ad conſecrandum altaris ſacramentum hæc ſunt. In primis planeta alba utimur, de qua Iſaias propheta loquitur, quod ſimilis eſt, qua induuntur angeli in die judicii; & dicit etiam eam ſignificare habitum angelorum, in quo apparuerunt in reſurrectione benedicti ſalvatoris noſtri: cingulo utimur propter id quod dixit Dominus ad Moyſem inter alia, videlicet: Oportet quod media veſtra ſint fortia. Amictu capitis utimur propter ea verba, quæ dixit Dominus ad Moyſem, quod ſcilicet ſimilem faceret fratri ſuo Aaron, eo modo, quo præcepit ei Deus: aliter amictus ſignificat ſudarium capitis Dei, quod habuit in ſepulchro: ſtola ſignum eſt funis, quo maledicti Judæi collum domini noſtri Jeſu Chriſti cinxerunt: manipuli vero pendentes a brachiis, vincula S. Petri; camiſi vero ejus veſtis ſignum eſt, qua induerunt Chriſtum Judæi, quo die crucifixerunt eum; ſignificat etiam veſtem Chriſti, quæ non texta quidem nec conſuta erat; ſed ab excelſo demiſſa cœlo ad Meſſiam, ſuper quam* Judæi ne divideretur miſerunt ſortem: ſimilitudo autem roris marini bene olentis in corona, ejuſdem ſignum eſt marini roris quod poſitum fuit ſuper caput Meſſiæ domini noſtri, quod & præcepit Deus Moyſi faceret fratri ſuo Aaron: baculus autem quem manu geſtamus, eſt, ut ait Deus in lege, baculus qui datus eſt in manu Moyſi; ob id enim datur baculus in manu noſtra, quod dictum eſt in pſalmis; teno baculum in manu quo caſtiges inimicos tuos.

Veſtium ſacerdotalium myſteria ex Maronitarum interpretatione.

* milites.

XCVIII. Ego humilis, derelictus, ab infidelibus ſubjugatus Petrus patriarcha humiliter peto a noſtro felici domino patre, ut ea omnia concedere dignetur, quæ ad patriarcharum a ſanctis patribus Romanis Pontificibus dari debent, & neceſſaria ſunt: itaque confirmationem meam peto a veſtra paternitate. In primis igitur benedictiones per bullam paternitatis veſtræ, deinde veſtes pontificales, quibus patriarchæ Maronitarum utantur, annulum, crucem, & cætera neceſſaria humiliter peto, quæ non ſunt, tam divitiis pretioſa, quam ad celebranda miſſarum officia ſufficientia, ſicut ſanctitati veſtræ placebit. Item ornamenta pro altari & miniſtris quatuor ordinatis: & hæc omnia poſtulo potius pro habenda ſancta veſtra benedictione, & pro memoria & honore fidei Chriſtianæ, quam alia quavis terrenæ gloriæ cupiditate: & hæc eadem miſerunt alias ſancti patres antiqui prædeceſſores ſanctitatis veſtræ, quorum unus ut meminimus, fuit Eugenius, qui ea, quæ diximus, omnia per nuntium ſuum miſit ad nos. Innocentius item Papa, quidquid nominis digna ſedis patriarchatus ad nos attinet ſubjectos ſanctis patribus & ſanctæ matri eccleſiæ Romanæ miſit ad nos; & alii plures ſancti patres, qui tranſierunt, quos nominare neſcimus, nobis de iis omnibus providerunt. Sic & ego derelictus & obediens ſupplico ſanctitati veſtræ illis nos donare dignetur, quibus nos majores veſtri donarunt, quibus conſolemur lætemurque. Profeſſus dein ſe a duobus Franciſcanis ſodalibus catholicæ fidei inſtitutis inſtructum fuiſſe, flagitavit ſibi nonnulla in Cypro ſacerdotia ad Maronitas ſpectantia reſtitui: Non multum temporis elapſum eſt poſtquam duo fratres ordinis S. Franciſci alter Hiſpanus natione, Gorſon appellatus, alter nomine Scander, perſonæ quidem religioſæ devotæque nos in noſtra ſancta fide inſtituerunt, informaruntque, ſupplico etiam ſanctitati veſtræ, epiſcopo Cypri, ut quaſdam canonias in Cypro inſula ad patriarchas Maronitarum pertinente nobis reſtituat, præcipere digne-

Ornamenta altaris expetit patriarcha a Pontif.

tur

tur, quas & nobis ſanctitas veſtra confirmes. Juſtum eſt enim quod petimus & Dominus noſter ait in evangelio; ſi quid juſtum aliquis a te poſtulaverit, ei ne denegaveris: quod ſi impetraverim, ſanctitas veſtra afficiet corda noſtra lætitia, & extollemus nomen veſtrum cum bona memoria ſanctitatis veſtræ; omnes enim provinciales confines & quæ in circuitu nationes cognoſcent, eſſe nos & curæ & cordi ſanctæ eccleſiæ Romanæ, quodque univerſi vos & nos ſimus unius fidei profeſſores.

XCIX. *Supplico item ſanctitati veſtræ mittere dignetur per iſtum noſtrum nuntium bullas ad nos canoniarum quas diximus, & confirmationem hujus ſancti loci, qui mons Libanus dicitur, quem David propheta in ſuis pſalmis & nominavit & honoravit. Nos quidem pauperes & ſubiecti ſperamus in ſanctitate veſtra, & bono ſumus animo, & poſtulamus ab ea gratias Dei Sanctitas veſtra, ut ait evangelium, nobis concedat quod petimus, noſque in noſtris precibus Deum ſemper orabimus proſperum faciat & exaltet nomen ſanctum veſtrum in ſancta Apoſtolica ſede, & in Eccleſia, donetque vobis gratiam, ut in diebus veſtris ab infidelium juriſdictione liberemur, qui nos vectigalibus & tributis graviſſimis, opprobriis, percuſſionibus, colaphis, & alapis devorant, afficiunt, cædunt. Nec hoc dumtaxat ab illis patimur infidelibus, verum & noſtri Chriſtiani Cypriani ſcilicet, qui ſub ditione Venetorum agunt, afflictionibus noſtris addiderunt. Compatiatur itaque ſanctitas veſtra, & miſereatur nobis, digneturque more Dei ad Venetorum ducem literas dare ut pauperes Maronitas, qui in ſua Cypro ſunt, a tributis, quæ ſolvunt, liberos eſſe faciat; quorum plures ſunt vel ſacerdotes vel eccleſiaſtici viri, & pro ſe quiſque dimidium ducatum, pro ſale decimam ducati partem; decimam item pro uxore & liberis; denique decimas infinitas ſolvunt, adeoque male tractantur, ut toleratu poſſibile non ſit. Non illi cuſtodiunt ſancti evangelii præceptum, dicentis:* Qui opem feret proximo ſuo erit qui ferat ei. *Nos itaque de pedibus ſanctitatis veſtræ animos ſumimus, filii, ſubditi, obedientes patri pientiſſimo ſupplicamus, ut miſereatur noſtri.*

Queritur oppreſſos eſſe tributis Maronitas ab infidelibus.

Et a Venetis in inſula Cypro.

C. *Poſtulamus etiam a ſanctitate veſtra aliquid indulgentiarum in ſuis bullis quæ afficiant lætitia & conſolentur populum ſubditum & inopem, cujus & paupertatem & ſervitutem guardianus Jeroſolymitanus, qui nobiſcum fuit, bene conſpexit, viditque literas ſanctitatis veſtræ ad nos, quas & deoſculati ſumus, & ſuper capita noſtra poſuimus, quas cuſtodimus & obſervamus ac reliquias. Supplicamus etiam ſanctitati veſtræ dignetur ad dominum Maronitarum commendatitias literas dare pro nobis; plurimi enim faciet epiſtolam veſtram: vocatur ipſe Elias filius Yrmes filii Jacob, deſideratque literas ſanctitatis veſtræ, quæ ei apprime placebunt, &c. Scripta eſt epiſtola in ædibus noſtris anno Incarnationis Chriſti quartodecimo ſupra milleſimum & quingenteſimum, octava die præſentis menſis martii.*

Expetitæ indulgentiæ.

CI. Acceptis hiſce literis Leo, qui de pluribus Maronitarum erroribus certior factus fuerat, Maronitarum patriarcham docuit, ſacrum chriſma ex oleo tantum & balſamo conficiendum, ſeponendamque omnem aliam aromatum congeriem: circa baptiſmum; non expectandum diem quadrageſimum ad expiandos illo infantes, uti Maronitæ conſueverant, quare plures nondum renati moriebantur: quibus verbis ſacrum corpus Chriſti conficiendum eſſet; qui ritus in clericis initiandis ſervandi: tum plura de matrimonii & pœnitentiæ ſacramentis, de paradiſo & purgatorio, de Spiritu Sancto a Patre Filioque tanquam unico principio & unica ſpiratione procedenti: de Euchariſtia a fidelibus in paſchate ſuſcipienda: ac de primatu Romanæ eccleſiæ apoſtolicis literis informavit: quæ ſacra oracula reverenter a ſe excepta aliis literis (*a*) Maronitarum patriarcham teſtatum eſſe, miſſiſque oratoribus ſacroſanctæ ſedi Apoſtolicæ obedientiam deferentem, aggregantemque ſe cum ſuis concilio Lateranenſi, victuri ſumus.

Vetitum miſceri aromata in confectione olei. Emendati plures Maronitarum errores.

(*a*) *Ext. in act. concil. Lat. ſeſſ. 12.*

CII. Interea Leo aliis literis (*b*) Davidem Abyſſinorum Imperatorem hortatus eſt, ut in disjunctiſſimis illis regionibus propagandæ Chriſti gloriæ ac religioni operam ſtudioſe navaret.

(*b*) *Ext. apud Bemb. l.9. ep.41.* Miſſa ad Abyſſinos legatio a Pont.

Davidi Regi Abyſſinorum.

Proficiſcenti ad te Andreæ Corſalo civi Florentino mandavimus, ut tibi noſtris verbis plurimam ſalutem diceret, certioremque te faceret pro tua in nos obſervantia, & pro ardore tuo atque cultu in Chriſtianam rempublicam mirifico propeque ſingulari, & amari te a nobis ſummopere & fieri ſane plurimi; quod etiam his ad te literis perferri volumus, ut te hortaremur, ut in iſtis remotiſſimis a Romana eccleſia regionibus, Dei dominique noſtri Jeſu Chriſti nomen atque gloriam, quantum poſſes maxime propagares & extenderes: poteris autem, ſi in eo curam atque animum intendes tuum: ſemper quidem plurimum ipſe etiam Dominus, quem co-

Digitized by Google

olueris, cuique gratum te earum, quas ab ipſo poſſides, maximarum fortunarum, atque memorem præſtiteris, te fovebit, adjuvabit, provehet, &c. Dat. VI. id. octobris anno 11. Romæ.

CIII. Miſſa alia ab Abyſſino in occidentem legatio.

Perveniſſe ſub hoc tempus Oliſſiponem Davidis Æthiopum orientalium Imperatoris inſignem legationem, quam Matthæus natione Armenius religione Chriſtianus cum juvene Æthiope obivit, ut Emmanuelem Regem Luſitaniæ ad ineundam armorum ſocietatem convellendumque Mahometicum imperium excitaret, refert Oſorius (a): *Cum*, inquit, *Vaſcus Gama primum in Indiam iter aperiret, & regiones illas exploraret, cum deinde Luſitaniæ claſſes & duces fortiſſimi in Indiam venirent, & inſignes victorias adipiſcerentur, fama nominis Luſitani per omnes illas oras cum hominum admiratione vagabatur; & cum ad Davidis aures perveniſſet, & ex Petrejo intellexiſſet, gentem illam Luſitanam eandem eſſe a cujus Rege is miſſus extiterat, miro ſtudio incitatus eſt, ut legatum ad illum mitteret: erat autem Rex adhuc puer, & Helena illius avia ſingulari prudentia fœmina regnum nomine illius adminiſtrabat. Conſilio igitur cum ea communicato decretum fuit, nihil fore vel ad nominis claritatem, vel ad religionis ſanctitatem utilius, quam principi virtute clariſſimo & religione ſanctiſſimo ſingulari amicitiæ fœdere copulari. Ad eam autem legationem Matthæum quem diximus natione Armenium, religione Chriſtianum, virum non vulgari prudentia præditum, qui diutiſſime apud Reges illos verſatus, cum non mediocri probitatis & induſtriæ laude fuerat, delegere, qui munus id obire pro dignitate poſſet. Cum illo veniebat Æthiops quidam adoleſcens ſumma nobilitate, ut mores noſtros & inſtituta perdiſceret. Hi fuerunt ab Albuquercio his honoribus accepti, quos ſupra retulimus, & a ducibus ea immanitate tractati, quam expoſuimus. Fuit Oliſſipone legatus ab omni nobilitate & a Pontificibus cum maxima ſignificatione Chriſtianæ charitatis in regiam deductus, & ab ipſo Rege ſatis benigne & comiter acceptus. Poſt triduum fuit admiſſus, ut ſummam legationis exponeret, is prudenter atque diſerte muneri ſibi commiſſo ſatisfecit, & literas Helenæ Reginæ quinque bullis aureis conſignatas Regi detulit: deinde crucem e ligno crucis qua Chriſtus pro generis humani ſalute mactari ſuſtinuit, Regi nomine principis ſui donavit. Hanc Emmanuel obortis lachrymis venerabundus accepit, ſummaſque gratias Deo egit, quod in longinquis illis regionibus hoſtium immanitate vaſtatis, Chriſtianæ religionis & pietatis ſemina conſervaſſet: alteras deinde literas arundine aurea incluſas eduxit, quas David Rex ad Emmanuelem dederat. Omnes hæ literæ erant Arabica & Perſica lingua conſcriptæ: ſententia illarum hæc erat. Principio quidem Rex trium perſonarum diſtinctionem una natura & divinitate conjunctam debita veneratione proſecutus: Regi Emmanueli ſalutem & felicitatem precabatur: deinde gratias de epiſtolis ad Reges Æthiopiæ miſſis agebat, & ſuam potentiam & opes exaggerabat, quibus confidebat futurum, ſi Rex Emmanuel mari, ille vero terra in Mahumetanam nationem invaderent, ut impii & ſcelerati Mahometis nomen ex omni memoria hominum evellerent, & Chriſti ſepulchrum in libertatem vindicarent: Matthæi legati authoritatem conſtituebat, & crucem, quam Rex ipſe in amoris ſignum mittebat, e ligno crucis, in quam generis humani liberator ſublatus fuerat perfectam fuiſſe confirmabat: ad ſocietatem belli atque pacis Emmanuelem invitabat, & jus etiam connubii libenter offerebat; nihil enim ſibi gratius fore dicebat, quam illam amoris conjunctionem & religionis conſenſionem matrimonii etiam fœdere ſacroſancto inter utriuſque Regis liberos icto confirmari: laudabat poſtremo facinora; quæ in India Regis Emmanuelis duces ediderant: eaque dicebat non abſque Chriſti præſentia geſta fuiſſe, & ut quod inſtituerat ad exitum perduceret hortabatur.*

(a) Oſor. l.9. Marian. l.30. c.23.

Luſitanorum fama apud Abyſſinos propagata.

Crux e ligno crucis dominicæ Regi Luſitano oblata.

De bello in Mahometanos gerendo agitatum.

CIV. Abyſſini imperii deſcriptio.

Digreditur deinde Oſorius ad Abyſſini imperii deſcriptionem, ac populorum mores atque errores, quibus Chriſtianam pietatem contaminant, exponit: *Locus*, inquit, *hic poſtulat, ut de hujus Chriſtiani principis imperio pauca dicamus. Regnum illius a ſeptentrione Ægypti finibus ab auſtro montibus Lunæ terminatur: ab ortu mari quod per oſtium Arabici ſinus influens ad Heroum civitatem pertinet, definitur: in occaſum vero latiſſime protenditur, ita ut cum gentibus atro colore & criſpo & aduſto capillo, quæ ad Ægeſimbam regionem pertinent conjungatur; montes tamen multos in illius regno Saraceni tenent, qui illi non obediunt: reliqui principes illi parent, & multi tributi nomine ei non mediocrem auri vim ſingulis annis pendunt. A Lunæ montibus Nilus exoritur, qui inde varios lacus & inſulas efficiens Ægyptum interfluit uſque eo, dum per Alexandriam in noſtrum mare influat: regni totius ambitum ſeptingentis milliaribus patere dicunt. Multi in ea regione mon-*

Nili exortus.

monteſ editi, & excelſi contineri dicuntur, undique prærupti aditu peranguſto, adeo ut unus tantum homo per oſtium penetrare poſſit: in ſummo autem faſtigio ſunt miræ planities late patentes, aquæ perennes, pabula & fruges latiſſimæ, amnes pellucidi, pecorum & boum multitudo, alvearia e quibus vis ingens mellis exprimitur. Regio maxima ex parte eſt fertilis & opima, multiſque auri, argenti, & æris metallis abundat; equos nutrit: goſſipii copiam ingentem profert: vino caret; ſed incolæ potionem e melle & aqua conficiunt potu jucundam, & corpori valde ſalubrem: medicis atque pharmacis raro admodum utuntur. Gens tamen eſt ſupra modum ignava, & propter ingentem deſidiam & artificum penuriam telluris bonitate frui neſcit.

Hydromelite utuntur Abyſſini.

CV. *Rex cum finitimis gentibus continenter bella gerit; & ideo urbes non incolit, ſed in caſtris perpetuo ætatem degit: tanta autem eſt hominum & tabernaculorum multitudo, ut caſtra circiter duodecim millibus paſſuum in longitudinem pateant, & totidem in latitudinem: eo autem ordine locantur, ut quamvis crebro mutentur, & facillimum ſit cuivis caſtrorum vias oculis deſignare, & in hominum, quos convenire velit, tentoria ſine ullo errore pervenire, & principes, quos velit adire, & tanquam in urbe notiſſima verſari. In caſtris ſeptem parrochiæ ſunt, & ſingulis parœciis ſacerdotes præfecti, qui ſacra peragunt, conciones habent, ſubditos diſciplinis inſtituunt, & rebelles pœnis a flagitiis deterrent, & ad Chriſtianam moderationem frequenter erudiunt. Urbes regionis exiguæ ſunt, ædes humiles, muri fragiles; templa tamen magnifica, & monaſteria maximis ſumptibus ædificata. Rex ſe tanquam numen cæleſte coli faciebat: vultum ne principibus quidem apertum niſi ſtatis diebus oſtendebat: illis, qui eum convenire volebant aliquando pedem tantum, aliquando vero manum demonſtrabat, reliquam ſpeciem Regis intueri nefas exiſtimabatur: cum vero reſpondere volebat, internunciis utebatur, & e cortinis, quaſi ex aditu oraculum ederet, reſponſa per interpretes edebat: ſed hæc ineptiſſima divinitatis ementitæ fabula poſteaquam Luſitani gentibus illis in ultimum diſcrimen adductis opem attulere, & morem Chriſtianorum Regum expoſuere, deriſa fuit: jam nunc Reges intueri, jam illos alloqui, jam audire licet.*

Caſtra inſtar urbis ab iis diſpoſita ſolita.

Templa & monaſteria magnificentiſſime extructa.

Inſana Regum vanitas.

CVI. *Quod vero ad religionem attinet; multa ab Hebræis deſumpta conſervant: mares octavo ab ortu die circumciduntur, & fœminis etiam aliquid amputatur, ut non omnino incircumciſæ videantur; quod dicunt ſe facere, non quod in circumciſione vim aliquam ad ſalutem conſtituant, ſed ut Abrahami & aliorum ſanctorum patrum exemplum ſibi ob oculos proponant, & illo monimento commoniti acrius & ardentius in ſimilis ſanctitatis ſtudium incitentur. Quadrageſimo deinde a circumciſione die mares, octogeſimo autem fœminæ ſalutaribus aquis expiantur, & Euchariſtiam eo die infantes initiati in mica panis aſſumunt: ſingulis annis diem, quo Chriſtus a Joanne aquis Jordanis ablutus baptiſmi ſacramentum inſtituit, ejuſdem luſtrationis renovatione celebrant; & tamen aſſerunt unico tantum baptiſmo peccata deleri, reliquas luſtrationes quotannis inſtauratas corpus tantum tingere, animum vero non expiare; ſe tamen id facere, ut Chriſti divinum beneficium, qui, ut noſtras ſordes elueret, ſanguinem & aquam e latere ſuo profudit, ſæpius in memoriam redigant: fœminæ ſi mares ediderint quadraginta diebus, ſi fœminas octoginta a templorum liminibus arcentur.*

Circumciſio ab Abyſſinis ſervata.

Euchariſtia data infantibus.

CVII. *Sacerdotes uxores ducunt: ſi uxores deceſſerint cælibes permanent, & ſumma caſtimonia vitam peragunt; & ſi adulterio ſe contaminaverint, aut poſt uxorum mortem aliqua ſe libidine commaculaverint, ſacerdotio privantur: antequam rem divinam faciant aliquot diebus ab uxoribus abſtinent, ut libidinis impuritate dierum numero ſublata ſanctius Chriſti ſanctiſſimum corpus immolent, & attentius de rebus divinis cogitent, & ſic facilius perliſent. Monachis uxorem ducere nefas: nemini niſi nudis pedibus ingredi in templum licet: in fanis flagitium eſt videre ſermocinari, deambulare, aut aliquid denique meditari, quod non ad cæleſtia atque divina referatur. Cum jejunant, uſque ad ſolis occaſum nec edere quidquam neque bibere ſolent: a cibis, quos antiqua lex vetabat, abſtinent: flagitia ſacerdotibus ſæpenumero confitentur: ſub utramque ſpeciem Euchariſtiam ſumunt. Monachi Antonium Ægyptium authorem religionis habent. Pontifices a Rege creantur, patriarcha a monachis deligitur, & a patriarcha Alexandrino confirmatur. Multa ſunt, in quibus Judaicis ritibus atque cæremoniis adhæreſcunt, quanquam affirment ſe non illis ſed Chriſti tantum virtute atque meritis initi: multos dies feſtos agunt: ſanctos homines hac vita perfunctos colunt atque venerantur. Hi ſunt Æthiophum Chriſtianorum mores, quorum Imperator David legatum, quem dixi, ad Regem Emmanuelem miſit.*

Sacerdotes apud eos uxores ducunt.

Nudis pedibus ingrediuntur in templum.

Rex epiſcopos creat.

CVIII. Proferebat autem religionis limites tum in Indiis tum in Africa, ut ante diximus, Emmanuel; ad cujus ſacri belli faciendos

Digitized by Google

dos ſumptus, tum ad ornandos meritis præmiis viros nobiles, refert Oſorius (*a*), Emmanuelem ſuperiori illa inſigni legatione, de qua actum eſt ſupra, plura a benefico Pontifice obtinuiſſe, nempe tertias atque decimas partes vectigalium alendis ſacerdotibus & ſacris uſibus deſtinatas; tum monachorum quorumdam templorumque cenſus in uſum eorum, qui in militiæ Jeſu Chriſti ordinem cooptantur convertendos; tum nonnulla equeſtris religioſæ familiæ bona conferendi jus obtinuiſſe illa ſpecie, ut ejuſmodi ſubſidiis felicius rem Chriſtianam augeret; de quibus in pontificiis ad ipſum datis literis mentio fit his verbis (*b*): *Superioribus menſibus, ad preces ejus condeſcendentes, ad defenſionem Chriſtianæ fidei & augmentum, certum numerum præceptoriarum militiæ ordinis Jeſu Chriſti contra infideles in Africa in tuo regno inſtituimus, quarum diſpoſitio juxta noſtrarum literarum continentiam ad tuam majeſtatem pertinet, &c. Dat. XI. maii MDXIV. anno* II. Hæc porro male petita a Luſitano Rege ſuaſoribus avaris hominibus, qui rerum ſacrarum direptioni inhiabant, ac non ſine damno rei ſacræ conceſſa; cum ita ſacerdotales cenſus non in viros fortes de religione bene meritos, ſed in molles & effœminatos aulicos fuerint profuſi conqueritur graviter cum aliis Hieronymus Oſorius (*c*).

(*a*) Oſor. l. 9.

Decumæ & tertiæ eidem conceſſæ.

(*b*) Lib. brev. par. 2. p. 268.

(*c*) Oſor. eod. l. 9.

CIX.

Sacris opibus Emmanuel abuſus.

Hoc introitu, inquit, *ad hominum cupiditatem patefacto factum eſt, ut vectigalia ſacra multis in locis hominibus lautiſſimis, qui non ſolum nunquam hoſtis vultum aſpexerunt, ſed illata Africani belli mentione contremiſcunt, donarentur. Poſtremo quod Rex hominum ſermonibus inductus ſibi propoſuit, conſecutus minime fuit; maritimas enim Mauritaniæ civitates facillime tueri, & nobilitatem opibus amplioribus devinctam tenere, & ærarium demptis ſumptibus amplificare cupiebat. At poſt illius muneris conceſſionem nec Africæ bellum eadem felicitate geſtum fuit, & nobilitas majore inopia conflictari, & pluribus querelis uti cœpit; & Regis ærarium, quo plures vectigalium acceſſiones fiunt, eo ſumptibus minus neceſſariis & caſibus interdum acerbioribus exhauritur. Sumptus quidem ſacræ pecuniæ moderatos, & hominibus, qui non militiæ ſacræ nomen uſurpant, ſed pro religione ſanguinem profundunt, attributos laudandos cenſeo; tantam largitionem en ſacris vectigalibus in luxum multorum hominum, qui nunquam gladium ſtrinxere, fieri minime ferendum arbitror.* Hactenus author, qui ſubdit Emmanuelem tertias atque decimas ſacrorum vectigalium remiſiſſe, ipſique maximæ laudi fuiſſe tributum; ſacerdotalem vero ordinem pro tanta benignitate centum & quinquaginta nummorum aureorum millia tribus penſionibus illi obtuliſſe. Fuiſſe præterea in miniſtrorum regiorum avaritiam vel humanitus vel divinitus animadverſum, cum ii literis apoſtolicis, quibus noxarum venia propoſita erat ſtipendia in Africanum bellum collaturis, abuterentur.

Diſſipatores ſacrorum vectigalium mulctati.

CX.

In America amplificata eſt Chriſtiana religio, conditique plures epiſcopatus Leonis Pontificis authoritate, ad quem præcipuas res geſtas Petrus Martyr (*d*) ſcripſit his verbis: *Bene redegeram in ordinem, quæ Vaſcho Nunnez Balboa & commilitonibus ejus in auſtralis pelagi diſcurſu acciderunt, ad beatitudinem tuam mittenda per Joannem Ruſſum Forolivienſem Cuſentinum archipræſulem, & Galeatium ipſum Buerigarium ſacræ tuæ ſedis apoſtolicæ nuntios mei ſopiti ingenii excitatores in præſentiarum; quando ecce literas a Petro Aria, erat is Africanis bellis exercitatus, quem anno ſuperiore cum exercitu & claſſe Oceanum conſcendiſſe ad novas has terras trajecturum diximus, claſſem ſeque ac exercitum appulſos incolumes ſignificat.* Nonnullis interjectis, ut Pariæ barbaros domuerit; de religione Chriſtiana in iis oris hactenus incognitis adoleſcente ſubdit idem Petrus Martyr Leonem X. compellans: *Epiſcopos jam quinque ſupplicatu regio tua ſedes Apoſtolica, beatiſſime pater, novos erexit. In urbe primaria S. Dominici in Hiſpaniola fratrem Garſiam de Padilla divi Franciſci regularem: in conceptione oppido, doctorem Petrum Xuarez de Deza, & in inſula S. Joannis licentiatum Alfonſum Manſum ambos divi Petri inſtitutionis obſervatores: quartum fratrem Bernardum de Mes nobilem genere Toletanum concionatorem Dominici aſſeclam in Cuba inſula: quintum Joannem Cabedum, & eundem Franciſcanæ obſervationis pulpitarium concionatorem tua ſanctitas unxit, ut Darienenſibus præſit.*

(*d*) Petr. Martyr. dec. 3. c. 5.

Amplificata in America Chriſtiana res.

Epiſcopatus quinque a Leone in ea conditi.

CXI.

Deinde aggreditur author (*e*) provincias deſcribere, quæ Chriſtiano adjunctæ ſunt imperio, deque Uraba & Beragua Pariæ regionibus, in quas invectæ ſunt Hiſpaniæ coloniæ, tum de frugiferis arboribus, plantis, animalibuſque noſtro orbi incognitis plura addit, ex quibus pauca hæc delibaſſe non injucundum erit: *Animal*, inquit, *unum præcipue procreat, in quo natura ſtuduit ſeſe miram artificem oſtendere, id eſt corpore bovem æquans: proboſcide armatum eſt elephantina non elephas, bovino colore, non bos; equinis ungulis non equus, auriculis etiam*

(*e*) Cap. 9.

Aliqua mira in America reperta.

ele-

Digitized by Google

elephantinis, ſed minus patentibus & demiſſis quam cæterorum tamen animalium patentioribus: de animali ferente ſecum natam ſobolem in uterali crumena [ſcriptorum nulli meo judicio noto] quod ſerpens arboreis depaſcitur fructibus, in decade ſatis quam puto ad tua ſanctitatis manus priuſquam id rerum culmen adipiſceretur deveniſſe. Adjungit plura de fluminum magnitudine, ingentibus æſtibus, terrarum ſitu & amplitudine. Quem commentarium hac temporis nota conſignat: *Ex catholici Regis curia pridie nonas decembris anno a Chriſti natali MDXIV.*

Cele-

1\. CElebrata eſt anno a Chriſto nato milleſimo quingenteſimo decimo quinto indictione tertia poſt magnas inter Cardinalium ac præſulum ordines concertationes, decima Lateranenſis concilii ſeſſio: quippe præſules graviſſime conqueſtos epiſcopalem authoritatem a cardinalitia imminui; nec non monachorum immunitatibus apoſtolicis utentium licentia labefactari, refert Paris de Graſſis (a) [1] in ſua hiſtoria ſynodali, additque priorem quidem litem compoſitam, alteram vero extractam fuiſſe: *Seſſio*, inquit, *decima concilii Lateranenſis celebrari debuit dudum antea, ſed primo prorogata, & etiam ſecundo iterum prorogata fuit ad hanc diem quartam maji* MDXV. *quæ etiam vix obtenta eſt hac die celebrari; nam cum epiſcopi in multis a Cardinalibus gravarentur, & ſic juriſdictio & authoritas epiſcopalis in pluribus Cardinalium authoritate minueretur, deliberarunt ipſi epiſcopi nolle niſi per verbum: Non placet; quod aliqua ordinatio expediatur, niſi prius epiſcopi eſſent ſublevati: & ſic Papa abſque Cardinalibus voluit aliquoties prælatos audire, & tandem cogitavit Papa quomodo poſſet utrinque ſatisfacere, & ſic habuit prælatorum petitiones in ſcriptis; & vocatis poſtea Cardinalibus dixit quomodo poſſet eis ſic & ſic ſatisfieri, prout in cedulis videri poteſt. Itaque hac re una compoſita, etiam prælati voluerunt quod privilegia fratrum, quæ mare magnum vocantur, reducerentur ad jus commune; quia ipſi fratres nimis confundunt ordinem & juriſdictionem epiſcopalem; & fuerunt vocati omnes generales, qui habent hoc mare magnum: & in conſiſtorio ſecreto deputati prælati propoſuerunt, petentes propter nimias & incredibiles licentias, quibus utuntur fratres contra epiſcopalem ſplendorem & poteſtatem, omnes revocari debere, præſertim cum illis abutantur, & * demonſtrarunt deputati quomodo fratres in omnibus abutantur. Itaque generales, cum non poſſent honeſte aliter ſe deſcadere, petierunt ex gratia quod iſta liceret eis in capitulis generalibus, quæ tunc & de proximo inſtabunt publicare: quod Papa & Cardinales prima facie conceſſerunt; ſed prælati e contrario inſtiterunt, aperientes hanc eſſe fraudem generalium, ut ſic prælati excluderentur, quia fiet finis concilii; unde prælati concluſerunt non velle ad ſeſſionem venire niſi omnino ſimul expedirentur. Ergo propterea vocatis a me generalibus & Cardinalibus concluſit, quod ipſe hortaretur prælatos ad tolerandum de mari magno uſque ad aliam ſeſſionem, in qua omnino proponeretur revocatio ſive fratres vellent ſive non vellent; & ſic dedit fidem prælatis quod omnino hoc in prima ſeſſione expediretur, dummodo ipſi prælati veniant ad ſeſſionem & expediant quæ jam fuerant diſpo-*

(a) *Paris* to. 4. p. 116.

Epiſcopi adverſus Cardinales & monachos conqueſti.

Litem inter epiſcopos & Cardd. ſopire ſtudet Leo.

De revocandis monachorum privilegiis agitatum.

* *poſtularunt*.

Judicium monachi ſubterfugere.

NOTÆ [1] QUid actum ſit in controverſia illa Epiſcoporum cum monachis nemo melius edocere nos poteſt per Ægidio Viterbienſi, Auguſtinianæ familiæ ſupremo Antiſtite, dein S. R. E. Cardinali qui rem totam in duplici epiſtola inter vulgatas a P. Martene Veter. monum. tom. 3. ſub num. XXIII. & XXIV. narrat. Prior data eſt *ad conventum Pariſienſem* ſequenti anno, ut ea collatione utriuſque epiſtolæ elicitur, quamvis hæc temporis adſcriptione caret. Narrat vero in illa Ægidius delectum ſe a cœtu monachorum ut una cum Supremo præſide ſeu magiſtro Ordinis Prædicatorum communem cauſam defenderet. Id turbarum ante triennium ortum perhibet; ex quo intelligimus vix inito a Leone Pontificatu Epiſcopos in monachos tumultuari cœpiſſe. Non quod antea ſub Julio ſiluerint ait idem Ægidius in altera epiſtola ad Ordinem univerſum data anno 1517. Sed cum Julius rigidior eſſet, nec flectendum ſe ab Epiſcoporum ſollicitationibus præberet; iden res ſub illo jacuit. Leonem vero faciliorem Pontificem nacti, ſtatim Epiſcopi in monachos querelas inſtaurarunt. Igitur Auguſtinianorum & Prædicatorum ſupremi Antiſtites a Monachis delecti cauſam ſuam defendere ſummo oiſu aggreſſi ſunt. Res in contentiones abiit ac diſſidia; Epiſcopi octoginta capita in monachos protulerunt, quæ totidem continebant monachorum jura (privilegia vocant) a Pontifice & a Concilio abroganda. Illorum ſummam hanc exhibet Ægidius; agebatur *de quarta rerum omnium poſſeſſione ſolvenda, de confeſſionibus, de ſepulturis, de prædicatione, de juſtitia adminiſtranda, ut niſi per menſem faceremus, in jus epiſcoporum transiremus, & alia ejus generis*. Nihil eorum dare volebant monachi; omnia poſtulabant epiſcopi. Pontifex hortari monachos ut aliquid adverſariis concederent, ne a concilio de omnibus multarentur. Quare, addit Ægidius, nos cum omnia ſervari non poſſe intelligeremus, ea retinere adniſi ſumus, quæ præcipua & neceſſaria Ordini videbantur. Impetraſſe proinde ſe addit, ne *quarta ſolveretur*, & ne Prælatorum judicio res monachorum cognoſcerentur. Ita res compoſita utraque parte litigantium inter ſe conveniente. Addit vero Ægidius, cauſa finita ſe a Pontifice facultates quaſdam impetraſſe, quas ita commemorat ut *Mantellatæ quæ in collegio vivunt non ſubderentur Ordinariis*, idque ad omnes etiam monachos extenſum eſt. Auguſtinianis vero Mantellatis, Ægidio rogante, conceſſum, ut facultates illæ quæ puellis in collegio degentibus permittebantur *ad privatas etiam virgines extenderentur*. Dein anno 1517. *etiam pro viduas idem impetravit*. Concludit demum: *de Conjugatis loqui nulli licuit*. MANSI

Digitized by Google

ſpoſita. Itaque re ſic concluſa tenta eſt ſeſſio decima apud Lateranum, Papa illuc acceſſit die Jovis, quæ fuit feſtum S. Crucis. Et infra.

II. *Priuſquam Papa accederet petii de aliquibus mihi conſulto reſpondere.* Et infra: *An habendus ſit ſermo & per quem; quia aliqui dixerunt non eſſe neceſſarium nec ſolitum in antiquis conciliis fieri & placuit quod fieret ſermo, dummodo brevis per epiſcopum Torcellanum. Item an aliqua nova mandata principum ſuper adhæſione concilii: & fuit dictum quod nomine ducis Sabaudi legeretur unum, prout fuit. Item an accuſanda ſit prælatorum non comparentium contumacia; & placuit quod omnes prælati abſentes declararentur incidiſſe in pœnas, ut infra. Item petii quot eſſent cedulæ legendæ & darentur prælatis eligendis per Papam; & dictum eſt eſſe quatuor cedulas legendas: & Papa elegit prælatos, id eſt epiſcopum Hadrienſem tunc oratorem Ferrariæ, qui legit primam ſuper montem pietatis.* Diſceptatum (*a*) jamdiu fuerat a theologis magna contentione de mutuis pecuniis, quæ publica authoritate dantur pauperibus ad eos ab uſurarum voragine vindicandos, num certo temporis intervallo aliquid præter ſortis rationem exigere liceret, quo adminiſtri pii illius collegii ſuſtentari poſſent; aliquibus doctoribus id licere affirmantibus, negantibus aliis hac de cauſa (*b*): *Cum*, inquiebant, *Dominus noſter, Luca evangeliſta atteſtante, aperto nos præcepto obſtrinxerit, ne ex dato mutuo quidquam ultra ſortem ſperare debeamus; ea enim propria eſt uſurarum interpretatio, quando videlicet ex uſu rei non germinat nullo labore, nullo ſumptu nullove periculo lucrum fœnuſque conquiri ſtudetur.* Hanc controverſiam concilio conſentiente ita diremit Leo (*c*).

(*a*) *Act. conc. Lat. ſeſſ.* 10.

An ratione mutui aliquid exigere liceat.

(*b*) *Ibid.*

(*c*) *Ibid.*

Leo, &c. ad futuram rei memoriam.

III. *Sacro approbante concilio declaramus & definimus, montes pietatis per reſpublicas inſtitutos, & authoritate ſedis Apoſtolicæ hactenus probatos & confirmatos, in quibus pro eorum impenſis & indemnitate aliquid moderatum ad ſolas miniſtrorum impenſas, & aliarum rerum ad illorum conſervationem, ut præfertur, pertinentium pro eorum indemnitate dumtaxat ultra ſortem abſque lucro eorundem montium recipitur, neque ſpeciem mali præferre; nec peccandi incentivum præſtare, neque ullo pacto improbari; quinimmo meritorium eſſe ac laudari & probari debere tale mutuum, & minime uſurarium putari, licereque illorum pietatem & miſericordiam populis prædicare, etiam cum indulgentiis a ſancta ſede Apoſtolica eam ob cauſam conceſſis; ac deinceps alios etiam ſimiles montes cum Apoſtolicæ ſedis approbatione erigi poſſe: multo tamen perfectius multoque ſanctius fore, ſi omnino tales montes gratuiti conſtituerentur, hoc eſt, ſi illos erigentes aliquos cenſus aſſignarent, quibus ſi non omni, ſaltem vel media ex parte hujuſmodi montium miniſtrorum ſolvantur impenſæ, ut ad leviorem æris ſolvendi portionem medio hoc pauperes gravari contingat; ad quos cum hujuſmodi cenſus aſſignatione pro impenſarum ſupportatione erigendos Chriſti fideles majoribus indulgentiis invitandos eſſe decernimus, &c. Dat. Romæ in publica ſeſſione in Lateranenſi ſacroſancta baſilica ſolemniter celebrata anno incarnationis dominicæ* MDXV. IV. *non. maii pontificatus noſtri anno* III.

Pro adminiſtrorum ſtipendiis perſolvi aliquid poſſe ſancitum.

Sanctius fore ſi ad miniſtri aliunde ſuſtententur.

IV. Lecta deinde eſt a Bernardo epiſcopo Tarviſino, patrumque ſuffragiis confirmata ſanctio ad conſtabiliendam epiſcoporum authoritatem: nam in primis ad compeſcendam canonicorum & aliorum clericorum licentiam, qui apoſtolicas immunitates in irritamenta vitiorum & munimenta audaciæ adverſus epiſcopos, qui eorum flagitia coercere vellent convertebant, hæc conſtituta fuerunt.

Leo, &c. ad futuram rei memoriam.

Sacro approbante concilio ſtatuimus, ut de cætero illi, quibus exemptorum correctio & punitio a dicta ſede demandata eſt, circa illam vigilanter intendant, & diligenter officii ſibi commiſſi debitum exequantur, & quamprimum eis exemptos ipſos deliquiſſe legitime conſtiterit, ita eoſdem exemptos delinquentes puniant, quod iidem exempti metu pœnæ a ſuis arceantur inſolentiis, & illi eorum exemplo perterriti proſilire ad ſimilia merito perhorreſcant; & ſi circa hoc negligentes fuerint, diœceſani, & alii locorum ordinarii, eoſdem, quibus exemptorum correctio hujuſmodi competit, perſonaliter, ſi illorum copia & notitia haberi poterit, alioquin vel ſi nullas in partibus exemptorum ipſorum certus judex fuerit, eos, quorum ſua in præmiſſis intereſſe putaverint, per edictum publicum cathedralium ſeu aliarum eccleſiarum locorum, in quibus exemptorum judices hujuſmodi reſidere, ſeu nullis eorundem exemptorum judicibus exiſtentibus, ipſos exemptos deliquiſſe contigerit, valvis affigendum moneant, ut ipſi tales exemptos delinquentes, & criminoſos puniant & caſtigent infra competentem terminum monentium ipſorum arbitrio moderandum: & ſi ipſi moniti in hoc negligentes fuerint, & id adimplere negle-

Exempti ſi deliquerint ab epiſcopis pœna aſfici juſſi.

uerint, ſeu recuſaverint, tunc ut in eo, in quo deliquerint puniautur, cognitione hujuſmodi ea vice ſint privati, & ſe non intromittant ullatenus de eiſdem; ſed diœceſani & alii locorum ordinarii hujuſmodi contra tales exemptos delinquentes & criminoſos authoritate noſtra ad inquiſitionem, vel per accuſationem ſine aliquibus tormentis procedere & teſtes per ſe ipſos examinare poſſint, ac proceſſum ipſum, quem ratione ſolemnitatis juris, præterquam ratione citationis omiſſæ, dummodo delictum aliàs rite probatum fuerit, nullum allegari vel dici poſſe prohibemus; ſed per eos habitum & eorum ſigillo munitum ad ſedis Apoſtolicæ examen ipſorum exemptorum delinquentium expenſis etiam in ipſo proceſſu factis, ad quarum ſolutionem ordinarii ipſi poſſint eoſdem inquiſitos & accuſatos compellere, & proprium vel alium nuntium quanto citius deſtinare procurent apud eandem ſedem, per Romanum Pontificem, vel alium cui duxerit committendum, diligenter examinandum; & ita culpabiles repertos, quod ad condemnationem, vel propter ſufficientia indicia, propter quæ ad torturam pro veritate exquirenda procedi valeat, ad ipſos diœceſanos, ſeu ordinarios per eos authoritate noſtra in cauſa inquiſitionis ſeu accuſationis ulterius legitime procedendum, & cauſam ipſam prout juſtum fuerit terminandam vel remittendam, &c. Notarii, quorum officium a S. Clemente Papa I. ad ſanctorum geſta conſcribenda inſtitutum fuit, tum protonotarii, & alii curiæ apoſtolicæ adminiſtri a foro ordinario immunes pronuntiati: Cardinalium familiares, qui ra ipſa hujuſmodi ſint, non vero alii, qui ejuſmodi privilegium affectara arant ſoliti ad eludenda epiſcoporum imperia, immunitate donati: inſtaurata Viennenſis concilii ſanctio da axamptis ſanctimonialium monaſteriis ſamal unius anni intervallo luſtrandis a diœceſano: lex de caſibus, in quibus in axemptos conceſſa ordinariis authoritas, confirmata: reſciſſæ omnes immunitates, quæ non vocato in jus eo, cujus intereſt, concedarentur: dicendi juris limites ordinariis definiti.

Immunitas data prothonotariis a foro ordinario.

Reſciſſæ immunitates non vocato eo cujus intereſt.

V. Demum ad comprimendam laicorum jus eccleſiaſticum obterentium licentiam veteres in eos leges inſtauratæ; & Cæſar, Reges, ac principes admoniti, ut eas ad exitum perducandas curarent. De ſynodis varo provincialibus celebrandis hæc ſancita.

Leo, &c. ad futuram rei memoriam.

Mature conſiderantes, quod poſt Chriſti ad cœlos aſcenſionem Apoſtoli per ſingulas urbes & diœceſes epiſcopos diſtribuerunt, ſicut ſancta Romana eccleſia per orbem conſtituit, eoſdem epiſcopos in partem ſolicitudinis vocando, onera gradatim diſtribuendo per patriarchas, primates, archiepiſcopos, & epiſcopos; ac ſacris etiam canonibus fuerit definitum, per eos, pro morum correctione, & controverſiarum deciſione, & determinatione, ac mandatorum Domini obſervatione fieri debere concilium provinciale, ac ſynodum epiſcopalem, ut depravata corrigerentur; & illa facere negligentes canonicis pœnis ſubjacerent; cum conveniat nos circa ea quæ rempublicam Chriſtianam concernunt, eſſe intentos, deſiderantes canones ipſos firmiter obſervari, eiſdem patriarchis, primatibus archiepiſcopis & epiſcopis diſtricte injungimus, ut de officio eis commiſſo dignam Deo poſſint reddere rationem, canones, concilia, & ſynodos hujuſmodi fieri mandantes, quocumque privilegio non obſtante, inviolabiliter obſervent, præterquam quo ad concilium provinciale, quod de cætero ſingulis trienniis mandamus, ad illaque etiam exemptos accedere debere decernimus, privilegio ac conſuetudine quacumque contraria non obſtantibus; circa hoc autem negligentes pœnas in eiſdem canonibus contentas ſe noverint incurſuros: & conſtitutione in concilio Viennenſi edita quæ incipit: In pleriſque; *ut pontificiæ dignitatis honor ſervaretur, ſtatutum fuerit ne eccleſiis cathedralibus bonis temporalibus, ſine quibus ſpiritualia diu eſſe non poſſunt, privatis ac clero & populo Chriſtiano carentibus, de aliquibus perſonis præſertim religioſis provideretur, conſtitutionem ipſam innovamus, illamque inviolabiliter obſervari debere volumus atque mandamus, &c. Dat. Romæ in publica ſeſſione in Lateranenſi ſacroſancta baſilica ſolemniter celebrata anno incarnationis dominicæ MDXV. IV. non. maii pontificatus noſtri anno III.*

Synodi pro emendandis erroribus celebrari juſſæ.

VI. Promulgata tertia ſanctio eſt a Franciſco epiſcopo Nannatanſi, ad illorum improbitatem atqua avaritiam, qui libros infectos erroribus contra fidem orthodoxam a Græca, Hæbraica, Arabica, Chaldaica linguis, in Latinam translatos val famæ virorum dignitata conſpicuorum detrahentas typis cudunt, vulgantque, cohibendam.

Pœnæ in eos conſtitutæ, qui hæreſes libris mandarent.

Ad futuram rei memoriam.

Statuimus & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus nullus librum aliquem ſeu aliam quamcumque ſcripturam tam in urbe noſtra, quam aliis, quibuſvis civitatibus, diœceſibus imprimere ſeu imprimi facere præſumat, niſi prius in urbe per vicarium noſtrum & ſacri palatii magiſtrum, in aliis vero civitatibus & diœce-

ſibus

ſibus per epiſcopum, vel alium habentem peritiam ſcientiæ libri, ſeu ſcripturæ hujuſmodi imprimendæ, ab eodem epiſcopo ad id deputandum, ac inquiſitorem hæreticæ pravitatis civitatis ſive diœceſis, in quibus librorum impreſſio hujuſmodi fieret diligenter examinentur, & per eorum manu propria ſubſcriptionem ſub excommunicationis ſententia gratis & ſine dilatione imponendam approbentur: qui autem ſecus præſumpſerit, ultra librorum impreſſorum amiſſionem & illorum publicam combuſtionem, ac centum ducatorum fabricæ principis Apoſtolorum de urbe ſine ſpe remiſſionis ſolutionem, & anni continui exercitii impreſſionis ſuſpenſionem, excommunicationis ſententia innodatus exiſtat, ac demum ingraveſcente contumacia taliter per epiſcopum ſuum vel vicarium noſtrum reſpective per omnia juris remedia caſtigetur; quod alii ejus exemplo ſimilia minime attentare præſumant, &c. Dat. ut ſupra.

Sine facultate epiſcoporum libri typis excudi vetiti.

VII. Vocati in jus Galli pro ſanctione pragmatica reſcindenda.

Dirimenda ſupererat controverſia de pragmatica ſanctione; cum vocati in jus Galli ſive eccleſiaſtici, ſive nobiles, forenſeſque illius aſſertores nondum in concilio comparuiſſent: quibus cum fides publica eſſet tradita, conſtituta eſt dies peremptoria prima octobris: captabant quippe diffugia variis excuſationibus, ut morem gererent Regi, cujus orator Ludovicus Solerius publicis actis concilio denunciavit, nondum hoſtium improbitate tuta patere itinera, rogavitque, ut præſulum excuſationes admitterentur acceſſuros enim cum poſſent ad pontificios pedes, ejuſque imperiis ſacroſanctis obtemperaturos: ita extracta re varias inter Leonem & Francorum Regem initas pactiones viſuri ſumus.

Galli epiſcopi maxima ſegnitie inſignes.

Inanes erant ejuſmodi allatæ cauſæ: quippe omiſſo Inſubrico itinere, ex Provincia per Liguriam, vel hac etiam prætermiſſa non difficili trajectu ad pontificium portum, tot aliorum quotidie ad urbem adventantium exemplo, conferre ſe ad concilium poterant, in quo longe magis ardua & plena periculis decernenda erant, interque illa de oriente ex infidelium tyrannide eripiendo. Cæterum ſi ſulcandi Liguſtici maris deerat animus tranſalpinis epiſcopis, num principes affluentes omnibus deliciis aulas ad hoſtes fidei per aſpera procelloſaque maria invadendos deſerturi erant? Inoleſcente autem præſulum principumque ſegnitie rem Chriſtianam peſſum iiſſe planxit Stephanus epiſcopus Patracenſis, idemque epiſcopus Torcellanus luculenta (a) oratione, cujus extremam partem delibamus; *Lingua calculum ignis Chriſti exoptat, ut circumquaque lingua velociter dicentis diffundere valeat, quanta ſit latitudo, ſubmerſio, & periculum imminentis tribulationis tam Sophi & impiorum hominum, tam Turcarum, in qua Dominus propter ſcelera, vitia & peccata, quæ in Regibus ac populo Chriſtiano hoc noſtro tempore vigent, ad noſtri temporis flagellum potentiſſimos fidei noſtræ hoſtes excitavit, & negligentiſſimos principes Chriſtianos pro illius defenſione adhuc multis flagellis a ſomno turpiſſimo excitare non valuit; quandoquidem in malevolam animam intrare ſapientia divina nequeat (b), ut fiant noſtra poſteriora pejora prioribus, in quibus ab annis multis populus Chriſtianus Chriſti ſanguine redemptus ductus eſt captivus incuria & negligentia prælatorum Eccleſiæ, & principum Chriſtianorum, qui quærentes quæ ſua ſunt, non quæ Chriſti ſunt neglexerunt, ac ad præſens fortius ſolito negligunt: quandoquidem bella duriſſima ab annis viginti inter ſe exercentes, tantorum bellatorum ſanguinem tum in Italia, tum extra ſine pietate fuderunt, presbyteris, religioſis, nobilibus, honeſtiſque viris, ſanctimonialibus virginibus, viduis, aliorumque uxoribus, pueris, & puellis, tam turpiter abuſi fuerunt, quod nec ſexui, nec ætati nec religioni, nec Eccleſiæ, nec ſacris rebus pepercerunt, ac ſi feræ ſilvarum immaniſſimæ & ſine ratione fuiſſent, in membra Chriſti conculcatione turpiſſima ſævientes, & non minus in extinctione veteranorum militum laboraverunt, in quibus robur exercitus Chriſtianorum contra tantos hoſtes tutiſſimum erat.* Nonnullis in hanc ſententiam interjectis additur.

Principes Chriſtiani inertia infames.

(b) Sapient. 1.

Graviſſima damna paſſa religio a Mahometanis.

Et a civilibus bellis.

(a) Ext. in act. concil. ſeſſ. 10. pag. 104.

VIII. Hebræi & Græci ex titulo crucis abraſi.

Brevi tempore quatuor patriarchales eccleſiæ aliæque innumerabiles, in quibus Hebræorum & Græcorum eccleſiæ de titulo crucis abraſæ opera diaboli fuerunt, ac propter illarum hæreſes & rebellionem contra obedientiam ſanctæ ſedis Romanæ ad manus infidelium devenerunt: ſiquidem & in ſede Romana in ſuo vicario Deus ſibi obedientiam incommutabilem reſervaverat inſtar illius, quoniam in ligno paradiſi Adam poſuerat ut imperaret mundo & ſoli Deo unice ſerviret, & obediret, & tantam obedientiam a ſubditis exigeret, quantum ipſe Deo præſtaret: idcirco adverſantes obedientiæ ligni ſedis Apoſtolicæ a crucis ligno aſſumptæ, dicente propheta (c): Dominus regnabit a ligno; graviſſime duriſſimeque puniti fuerunt, quod talium exemplo etiam ſedens in Apoſtolica ſede animadverteret qua cenſura plectendus veniret, ſi ipſe Deo non obediret; quandoquidem Deus illum ſibi ſoli judicandum ſervaverat, prout in Pontifice Aaron & Petro concipere potuimus.

(c) Pſ. 95.

Quapropter noſtro tempore duo imperia, tot tantaque regna & Chriſtianorum dominia ad ſpurciſſimam ſectam Mahumeti cum maxima jactura reipublicæ Chriſtianæ & regentium in ea venerunt; quoniam ab obedientia ſedis Apoſtolicæ receſſerunt, de quibus valde timeo & pertimeſco, quoniam obſtinationem in malis rectoribus tum Eccleſiæ, tum reſidui populi, Chriſtiani in orbe terrarum non ignoro, quod dicente Ezechiele (a): Dominus jam per flagellum Turcarum ſive impiorum a paſtoribus requiret gregem ſuum tempore nubis & caliginis male præſidentium diſperſum, & ab uberibus ſanctæ Eccleſiæ evulſum per inobedientiam. Et infra.

Principum crimine Chriſtiani obruti.

(a) Ezech. 34.

IX. *Jamjam tempus vindictæ aderit, niſi per veram Lateranenſis concilii ordinationem pœnitentia de commiſſis & omiſſis in populo Chriſtiano te jubente, pater ſanctiſſime, qui plenitudinem poteſtatis in te habes, prædicabitur, & vera reformatio tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus ubique terrarum tuo decreto diffuſa fuerit. Arripe ergo gladium divinæ poteſtatis tibi traditum bis acutum, & jube, impera, & manda ut pax univerſalis & colligatio per decennium inter Chriſtianos ad minus fiat, & Reges ad id in compedibus magnitudinis magni Regis liga, & nobiles in manicis ferreis cenſurarum conſtringe; quoniam tibi data (b) eſt omnis poteſtas in cælo & in terra. Utere ergo illa, ut pacem inter Chriſtianos habeas, & expeditionem contra hoſtes fidei, ut par eſt e veſtigio obtineas; quandoquidem hoſtis noſter tanquam draco ſæviſſimus ad nos devorandos properat & feſtinat: & ſi ante proviſionem noſtram ingredietur terram noſtræ promiſſionis Italiam; quid tibi tunc, pater ſancte, dignitas pontificalis proderit? quid gemmæ? quid pretioſa latera domus? quid dominia & principatus tui & tuorum? quid ſponſæ fidei tuæ commiſſæ ornamenta? quid vaſa pretioſa & palatia digne conſtructa? quid Cæſari maximo noſtro imperii ſceptrum, & regni Romani dignitas valebit, ſi eo vivente & negligente talis calamitas eveniet? quid Regibus Chriſtianiſſimo & Catholico talis denominatio Chriſtianiſſimi & Catholici operabitur, ſi de illorum negligentia tot divino judicio fiant? quid aliis Regibus Chriſtianis cæteriſque tum Italiæ tum extra, regna, theſauri maximi & paratus armorum, ſi ſanctam eccleſiam Romanam dominam & Reginam ac omnium matrem prophanari permiſerint? quid vobis, patres optimi, dignitas maxima cardinalatus? quid arca plena nummis? quid vaſa aurea & argentea? quid lapides pretioſi? quid equorum, & familiæ ornatus & domorum, cæterarumque rerum uſus deceptione plenus? quid denique Eccleſiæ ſanctæ prælatis dignitas, poteſtas, & divitiæ? quid Romanis aliiſque populis, & Romanæ curiæ officialibus, cæteriſque miſeræ Italiæ cultoribus vita & opera ipſorum tunc prodeſſe poterunt? Dicat a memoria mea calamitoſa illa Conſtantinopolitanæ civitatis clades: probet totius illius imperii dura ſanguinis effuſio; confirmet Trapezundæ & omnium populorum Helleſpontiaci maris circumquaque everſio: clamet Theſſalonicæ, Mytilenes & Peloponenſi occupatio; in medium afferant Aſiæ & Europæ ditiſſimæ devaſtatæ provinciæ: inſinuent totius Theſſaliæ, Macedoniæ, Epiri, & Illyriæ opulentiſſimæ ſine numero deprædatæ civitates, oppida, & caſtra. Exclament, tot millia millium populorum totius fere plagæ orientis, meridiei, ac ſeptentrionis, qui ab annis ducentis, ſed turpius duriuſque noſtris temporibus ab infidelibus ſubjugati fuerunt, & jam ſucceſſivis temporibus (quod dolenter dico) a fide noſtra diverſi, quorum ſanguinem dicente Ezechiele (c) in die diſtrictis examinis Dominus de manibus illorum, qui tunc in Dei Eccleſia indigne præſidebant, duriſſime requiret: declaret tantarum virginum violatio, puerorum ululatus, mulierum planctus, matrimoniorum diviſio, captivorum venditio, & aliorum ſine numero occiſio: aperiat, & ante oculos noſtros ponat hujus matris noſtræ & ſponſæ Dei tantarum eccleſiarum ubique fornicatio, & ſanctarum religionum diſſipatio & in reliquos ſanctorum conculcatio: quæ quidem omnia in illa miſera Chalcidis ſeu Euboiæ, Croiæ, Drivaſti, Aliſſii, Scodræ, Motoni, & Corone & aliorum direptione fuerunt, quæ cuncta hæc domus Othomannorum brevi temporis ſpatio debacchata eſt; & denique proclamet in auribus noſtris crudele ac nefandum Hydrunti excidium, in quo quam ſæva fuerit Turcarum rabies, nemo noſtrum ignorat: nam & quo in periculo tunc fuerit & Romana eccleſia, & tota Italia, quod, tertium Væ apocalypſis (d) non ſuſtinuerit, ſicut Jeroſolymitana primum, & Conſtantinopolitana ſecundum propter illarum averſionem contra regnum Chriſti & ſuæ ſanctæ Apoſtolicæ ſedis ſuſtinuerunt, miſericordia & miſeratio magna Domini ad ſuorum fidelium preces apertiſſime declaravit, quando inſtante periculo noſtro opportuno tempore Turcarum principem Imperatorem ſæviſſimum Mahumetum ſoldanum interemit. Hæc nos doceant: hæc nobis ad doctrinam fiant: hæc in exemplum accedant: hæc nos excitent: hæc nos cautiores & diligentiores efficiant, & reddant, &c.*

Datum Leoni conſilium, ut pacem ad decennium indicat.

(b) Matth. 16.

Monita Regibus data.

Quantæ a Turcis illatæ clades diſſimulantibus Chriſtianis.

(c) Ezech. 34.

Rei tot malorum principes Chriſtiani.

Inſignes arces a Turcis ereptæ Chriſtianis.

(d) Apocal. 8. & 18.

Mahometes II. divina providentia ſublatus cum Italiæ immineret.

Dum

X. Ludovicus XII. nuptialibus jocis extinctus. (a) Ferron. in Lud. XII. Maſſon. in eod.

Dum piæ hæ declamationes in concilio fiebant, principes privatis cupiditatibus irretiti civilia cogitabant bella, ac repentinus turbo Italiam concuſſit. Obierat (a) kal. januarii Ludovicus Francorum Rex, dum compoſitis cum Anglis & Hiſpanis rebus Mediolanenſem expeditionem meditaretur; ſed eas curas pereuntis vitæ formidine reprimere juſſus eſt: ſecundis rebus adverſiſque exercitus princeps, qui plurima Gallorum fortiſſimorum millia ſtragibus pro imperii proferendi cupidine expoſuit, longe clariorem famam adepturus, ſi vires non cum finitimis Chriſtianis, ſed cum Turcis exercuiſſet. Laudatur (b) quod expilationem quamlibet populorum penitus oderit, plebejique ordinis pater appellaretur, prædicareque conſueverit, nihil debere potius quam multa largiri ſapientem Regem. Succeſſit ei in Gallicanis regnum Franciſcus Valeſius Engoliſmenſium dux ipſi ſanguine conjunctiſſimus, qui ſuperiore anno Claudiam illius filiam Leonis legem de propinquitatis gradibus ſolventis authoritate (c) duxerat, ætate florens, quem Rhemis ſacra de more unctione delibutum xxv. januarii die tradunt, ac regalibus titulis ducales Mediolanenſes adjunxiſſe. Inſubriam itaque repetiturus controverſias cum Henrico Anglorum Rege & Carolo Belgii principe compoſuit; armorum vero fœdus cum Venetis ſancivit: adverſus quem ex alia parte Maximilianus Cæſar, Ferdinandus Hiſpaniarum Rex, Maximilianus Maria dux Mediolani, atque Helvetii arma vireſque pro tuenda Italiæ libertate authore Pontifice conjungere decreverunt.

(b) Id. ib. Petr. Juſtin. l. 11. Guicc. l. 12. Aug. Juſt. Jov. Ferr. Petr. Defrey. Biz.

Franciſcus dux Engoliſmæ ſceptris ſuccedit.

(c) Leo. brev. par. 2. pag. 31. & 50.

Mediolanum affectat.

Leo illi adverſatur.

XI. Exoptabat ſiquidem Leo, ut alia quæcumque ſilerent bella, atque omnium arma adverſus Turcas verterentur; de quo pio conſilio hæc ſcripſit (d) ad Helvetios, quos non modo ſedi Apoſtolicæ, verum etiam Florentinæ reipublicæ & Mediceæ genti fœdere conſociare annitebatur.

(d) Apud Bemb. l. 10. ep. 14.

Helvetiis.

Dicimus noſtra utrorumque maxime intereſſe, vos in hoc fœdere ſive confirmando ſive ſanciendo non eſſe lentiſſimos; imminet enim nobis omnibus hoſtis efferus atque præpotens Turca, quem quidem tot proſperrimis ſucceſſibus atque victoriis exultantem niſi retuderimus, jam jamque aderit noſtris in jugulis ſuos gladios cruentaturus, quos modo e neceſſariorum, quos e propinquorum, quos e fratrum ſuorum abſciſſis cervicibus ac prope patris ſui cano corpore atque tremulo eduxit: nam & magnos comparare illum exercitus & ingentem claſſem ornare atque inſtruere ad nos perferunt, qui Bizantio veniunt; quibus utriſque rebus ſimul uti niſi contra nos plane non poteſt: id veriti rem pulcherrimam illam quidem maximeque ſalutarem ſed implicatam ac perdifficilem & cogitamus dudum, & paramus, ut pacem inter Chriſtianos Reges omnes atque populos conficiamus; ſperamuſque Dei optimi maximi benignitate atque munere non fruſtra nos laborare, modo vos uni veſtram nobis operam navetis: id erit ſi quam celerrime hæc quæ inſtant fœdera ſancietis. Quibus conſtitutis major nobis erit apud reliquos Reges authoritas, ſi vobis ſociis eos commonefecerimus, ut pace atque concordia cum ſuis hoſtibus inita, ad profectionem ſe in Turcas comparent, &c. Dat. VI. kal. februarii MDXV. an. II. De villa Severina.

De armis in Turcas vertendis agit.

XII. Intentus tollendis diſſidiis Leo, ne aliqua ad turbandam publicam Italiæ pacem daretur occaſio, excuſabat; cum Adurnii Mediolanenſibus armis fulti, Genuenſium rerum dominos Fregoſos bello & inſidiis fatigarunt, adeo ut extremo ſuperiori anno clam urbem ingreſſi ſeditionem concitare, ſed irrito conatu, auſi fuerint: Pontifex Genuenſibus tum Florentinas tum eccleſiaſticas copias ſubſidio miſit, ut oſtendunt hæ literæ (e).

Exortæ inter Genuenſes turbæ.

(e) Foliet. l. 12.

Duci & magiſtratui Genuenſium.

Egimus cum Florentinorum magiſtratibus, Laurentioque Medice fratris noſtri filio, mandarent eis equitibus atque militibus, qui Piſis ſunt, ut ad vos tuendos defendendoſque contenderent, vobiſque præſto eſſent, quo tempore, quoque loco juſſiſſetis: quod ſi vobis erit opus majore auxilio, Florentinorum equites militeſque, quotquot habent, & noſtræ copiæ omnes ad vos, ſtatumque veſtrum, & dignitatem retinendam, atque oppidum conſervandum & confirmandum, celeriter traiicientur, &c. Dat. VII. id. januarii anno II. Romæ.

Submiſſæ a Florentinis auxiliares copiæ.

XIII. Cum artes clandeſtinæ ad Fregoſos Genuenſis reipublicæ gubernaculis deturbandos non profuiſſent, dehinc iis apertum bellum Maximilianus Maria Sfortia Mediolanenſis, Helvetiique intulerunt; metuenſque Leo ne Fregoſi ad eorum impetus reprimendos in Gallorum clientelam ſe commendarent, ſicque pax Italiæ eriperetur, Fregoſis pontificium patrocinium pollicitus, eos hortatus eſt (f), ut cum ipſo ſentirent.

Fregoſi in clientelam adſciti adverſus Mediolanenſem.

(f) Apud Bemb. l. 10. ep. 32.

Octaviano duci Genuenſium, & Frederico archiepiſcopo Salernitanorum fratribus.

Quoniam ſimultates, odiique ſemina, quæ inter vos & ducem Mediolanenſium, populumque Helvetiorum nimis jam & diu & acriter jactantur, ſine gravi & urbis, & totius Italiæ incommodo ulterius progredi exercerique non poſſunt; pro noſtra in

vos

vos charitate etiam atque etiam a vobis petimus, animum & mentem inducatis ad ea ſtatuenda, quæ nobis, qui propterea quod abſumus ab earum rerum culpa longius indicare recte poſſumus fore vobis & uſui, & dignitati, & certe otio magnopere videntur: non enim, ut bene vobis atque feliciter ſit, minus laboramus, quam ſi vel pro patria ipſa noſtra, vel hoc pro imperio Romanaque republica eam curam ſuſcepiſſemus. Dat. xv. kal. junii anno III. *Romæ.*

XIV. Suſpicatus fuerat, nec levi de cauſa, dux Mediolanenſis, Octavianum ad Gallicas partes deſciviſſe, ſeque ad eum ducali gradu dejiciendum adductis Novariam quatuor Helvetiorum millibus, & Adurniorum Fliſcorumque ingenti manu accinxerat: verum poſtea cæptis deſtitit, ne Leonem in ſe irritaret. Contra vero Genuenſis dux præſtitam eidem Pontifici fidem, nulla nimirum cum Gallo conſilia niſi conjuncta cum Pontifice ipſo ſe initurum, fregit; veritus enim Gallicæ potentiæ ſe imparem fore ſi Gallus vinceret, nec minus diſcrimen ſi vinceretur a victore Mediolanenſi ſibi infenſiſſimo paſſurum, primus omnium cum Gallo de Genua certis legibus (a) in illius imperium redigenda convenit, ducalemque apicem cum præfecturæ nomine commutavit.

Cum Gallis paciſcuntur.

(a) *Ext. apud Guicc. l. 12. Bizar. l. 19. Foliet. l. 12. Aug. Juſt. l. 6.*

XV. Ita Genua potitus Franciſcus Francorum Rex Pontificem variis legationibus ac ſponſionibus in ſuas partes pellicere tentavit: quem ambiguis reſponſis eluſit Leo Cæſari Regique Hiſpaniarum conjunctior, uti dignitas eccleſiaſtici imperii depoſcebat; etenim Gallus Parmam & Placentiam, quæ ſedi Apoſtolicæ reſtitutæ fuerant repetiturus erat; tum etiam, ut Rhegium ac Mutina in fœderati Ferrarienſis poteſtatem redirent eniſurus. Itaque arma Gallica pertimeſcens Leo, ac Parmæ & Placentiæ, quas initio pontificatus ſui recuperaverat retinendarum cupidus, promulgavit (b), ſe jura Romanæ eccleſiæ Julii exemplo tueri omni opera & conatu decreviſſe: eniſum Reges ac principes permovere, ut mutuas lites æquitate dirimerent, atque arma adverſus Turcas vertenda conjungerent; verum iis in bella inteſtina ruentibus, ſe anathema, interdictum, dignitatis cujuſcumque abrogationem iis intentare, qui ditionem eccleſiaſticam, ac præſertim Parmam & Placentiam adorirentur.

Genua potitus Franciſcus.

Gallica arma pertimeſcit Leo.

(b) *Bull. in Leon. X. conſt. 13.*

Ad futuram rei memoriam.

XVI. *Poſt noſtram ad ſummi apoſtolatus apicem, divina favente clementia aſſumptionem, Parmam & Placentiam civitates, quibus Apoſtolica ſedes ea tunc vacante ſpoliata fuerat, ſumma diligentia reſtitui curavimus, & omnia quæque per eundem Julium prædeceſſorem recuperata, pro noſtro & dictæ ſedis honore non minori diligentia ac opportunis juris remediis conſervare intendimus, quam idem Julius prædeceſſor, cum in humanis ageret, recuperare ſtuduerit: animo etiam ſemper geſſimus, Reges & principes, ac potentatus, quos tempore aſſumptionis noſtræ hujuſmodi inter ſe bello diſſidentes audivimus, non armis, ſed concordia eorum differentias & lites, Domino concedente, terminari, & inter fideles quoslibet controverſias ſuper quacumque etiam maximas importante re, via juris & non armis decidi & terminari, ipſaque arma Regum, & principum ac potentatuum prædictorum unanimi conſenſu contra immaniſſimos Chriſti nominis hoſtes ad fidei exaltationem converti ſummo ſtudio concupivimus. Et cum a quampluribus prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus conſtitutiones diverſas, cenſuras, & pœnas in ſe continentes, contra occupantes civitates, & loca hujuſmodi, aut illa hoſtiliter invadentes emanaverint, & ſingulis annis cenſuræ hujuſmodi contra talia præſumentes in die cœnæ Domini innoventur; ea propter ne terrarum aut locorum ac jurium ſeu bonorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ, curam negligere videamur, nec non ad tollendam ſuper præmiſſis ignorantiæ aut cujuslibet alterius generis excuſationem; omnes & ſingulas conſtitutiones & literas apoſtolicas ac proceſſus, qui ſingulis annis publice promulgantur in die cœnæ Domini en more Romanorum Pontificum, ac alias quaſcumque conſtitutiones ſeu canonicas ſanctiones quomodolibet editas excommunicationis, ac alias ſententias, cenſuras & pœnas contra, civitates & terras, loca & jura ad dictam Romanam eccleſiam pertinentia occupantes, aut illa hoſtiliter invadentes, vel ad id per ſe vel alium ſeu alios auxilium, conſilium, vel fa. rem directe, vel indirecte, aut alias quovis quæſito colore præſtare præſumentes, cujuſcumque ordinis, præeminentiæ & conditionis & ſtatus, etiamſi cardinalatus aut patriarchali, regali, reginali aut alia quavis eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate, continentes, approbamus & innovamus, illaſque inviolabiliter obſervari debere decernimus, &c.* Expreſſis porro verbis Parmam Placentiamve occupaturis anathema incuſſit, eoſque infamiæ nota inuſſit: loca & civitates, in quibus illi ditionis eccleſiaſticæ invaſores agerent ſacris interdixit, eorumque ſectatores & ſtudioſos eadem ſeveritate ſine dignitatis diſcrimine perculit. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* in-

Parma & Placentia recuperatæ.

Navato ab eodem ſtudio pro dirimendis concordia litibus.

Inſtaurata decreta contra occupatores eccleſiaſticarum urbium.

Parmam Placentiamque occupaturis intentatum anathema.

incarnationis dominicæ MDXV. XIII. *kal. junii pontificatus noſtri anno* III.

XVII. Fruſtra Gallis itinera tentat abrumpere. (a) Ferr. l.5. in Franc.1. Expeditio Gallorum florentiſſima.

Eccleſiaſticas cenſuras fulcire armis conatus eſt Leo, ac Proſperum Columnam cum mille quingentis equitibus ad arcendos alpibus Gallos ad ducem Mediolanenſem ſubmiſit (*a*). Verum Proſper, cum ſine metu apud Villamfrancam ageret, aſtu a Palicio Gallorum duce oppreſſus eſt: parte alia Helvetii, qui alpium fauces cum numeroſiſſimo exercitu obſederant, deluſi; nam Francorum Rex per incognita & prærupta itinera alpes ſuperavit cum florentiſſimo exercitu, quo præter pedites, cataphractorum equitum circiter quatuor millia, quorum ſinguli de more ternos vel quaternos equos trahebant; levis autem armaturæ ad octo millia fuere (*b*). Quacumque circumtulere illata ſigna Galli, & urbes atque oppida iis patuere, donec Mediolanum, quod fortiſſimis Helvetiorum copiis munitum erat, caſtra moverunt. Pertimeſcens autem vim Gallicam Pontifex, ne poſt occupatam Inſubriam, Etruriam, & ditionem eccleſiaſticam invaderet, Henricum Anglorum Regem ſolicitavit ut ad diſtrahendum ab Italico bello Gallum arma Gallis inferret; eamque ob rem ipſum cardinalitia purpura donaſſe Thomam archiepiſcopum Eboracenſem regiorum conſiliorum moderatorem refert Paris de Graſſis (*c*).

(b) Maſſon. in Franc. 1.

Anglos in Gallos ſolicitatus.

(c) Paris to.4. an.5. mſ. arch. Vat.p.123.

XVIII. *Die*, inquit, *veneris* VII. *ſeptembris MDXV. cum eſſem in aula conſiſtoriali, ubi Pontifex ad conſiſtorium venturus expectabatur, intellexi ab oratore Anglico, qualiter illo mane debebat creari Cardinalis unus qui eſſet dominus Thomas archiepiſcopus Eboracenſis in Anglia: & quia dicebatur, quod Rex Franciæ, qui tunc cum validiſſimo exercitu Mediolanum oppugnabat, & eo expugnato intendebat etiam moleſtare Pontificem non tantum in ſtatu Florentino, cujus ipſe ditionem obtinebat ſimul cum fratre & genere ſuo de Medicis; ſed etiam volebat occupare quas poſſet Eccleſiæ civitates, quia Romanus Pontifex ex adverſo favebat duci Mediolanenſi, & reſiſtebat eidem Regi Franciæ: unde Papa ſciens Regem Angliæ debere & poſſe favendo Pontifici obſtare conatibus Regis Franciæ, propterea requiſivit præfatum Regem Angliæ, ut ſuccurrat ſtatui Eccleſiæ Romanæ contra minas Gallorum, hinc quia Rex Angliæ promiſit noviſſime hæc facere inſtante Pontifice, & Pontifex de hac promiſſione multum contentus nonnullis poſtulationibus & capitulis Regis Angliæ conſenſit, inter quæ hoc unum eſt quod hic archiepiſcopus, qui etiam mediator extitit, quod Rex Angliæ accipiat arma contra Gallos, ex nunc fiat Cardinalis quod Papa promiſit: & ita hoc die propoſita res eſt in conſiſtorio.* Nonnulliſque interjectis ut res ad alios cœtus XI. ſeptembris cogendos extracta ſit, addit: *Fuit objectum quod Rex propter iſtam dignitatem cardinalatus ſolum non ſe movebit contra Regem Franciæ, maxime quia jam paucis menſibus ante inſtante Pontifice inter ipſos duos Reges pax & confœderatio facta fuerat; unde non eſt veriſimile, quod propter hanc cauſam ſolam Rex Angliæ moveat ſe cum tanto diſpendio: ſed omnibus non obſtantibus Pontifex, ad quem res remiſſa eſt, die lunæ* XI. *ſeptembris ipſum reverendiſſimum dominum Thomam archiepiſcopum Eboracenſem aſſumpſit in Cardinalem ſanctæ Romanæ eccleſiæ.*

Pactiones inii cum Leone.

Eboracenſis archiep. creatus Card.

Aliquot poſt dies pileum cardinalitium Thomæ ſolemni ritu imponendum tranſmiſit, mandataque nonnullis præſulibus dedit (*d*), ut auguſtiori, qua poſſent pompa, tantæ dignitatis inſigne pontificio nomine illi conferrent; tum ſacramentum fidei ex concepta hiſce verbis formula ab eo exigerent. XIX.

(d) Lib. brev. p. 219.

Leo, &c. Mandamus ut vos, ſeu alter veſtrum aliqua dominica, vel alia ſolemni die, convocatis & aliis prælatis & proceribus ac nobilibus, quos in civitate, in qua pileum ipſum capiti ejus imponetis eſſe contigerit, miſſa in pontificalibus per alterum veſtrum, ſeu alium antiſtitem, aut presbyterum, qui miſſam hujuſmodi de mandato veſtro celebraverit, celebrata, & præſtito per eumdem Cardinalem, & per vos noſtro & ipſius Romanæ eccleſiæ nomine recepto fidelitatis juramento juxta formam præſentibus inſertam, eodemque convenienter præmonito ad quam excellentem dignitatem ſit ſublimatus, & qualem ipſum eſſe conveniat: quid denique deſignetur per pileum purpureum; ſingulare cardinalatus inſigne adimpletur; demum cerimoniis ſervari ſolitis ad laudem & gloriam omnipotentis Dei & Eccleſiæ ſuæ incrementum, prædictum pileum noſtro & Apoſtolicæ ſedis nomine ipſi Cardinali aſſignetis & ſuo capiti imponatis, &c. Dat. Romæ XXIII. *ſeptembris MDXV. anno* III.

Non modo Pontifex Anglos in amicitia habere ſtuduit, verum Hiſpanus Henricum Angliæ Regem ſolicitavit, ne Gallum æmulum proferre in Italiam imperii limites pateretur: quem etiam, ajunt Franciſcum Regem in ipſo expeditionis Italicæ procinctu commoneſeciſſe (*e*), ne nova in Italia bella accenderet. Saluberrima erant ea monita; quandoquidem Franciſcum poſt multas victorias plurimo fœdatas ſanguine nec minores acceptas clades, inutilibus & funeſtiſſimis ſe attri-

XX. Monitus Gallus Italia abſtineat.

(e) Guicc. l.12.

viſſe

viſſe laboribus eo tempore, quo divinam potius quam ſuam gloriam conſectari debuerat, ac denique in bello captum in Hiſpanum carcerem perductum viſuri ſumus. Interea Anglum Italicos ſibi triumphos invidere facile Gallus credidit, ſuoque imperio adjungendæ Inſubriæ percupidus, Gallos indictis novis vectigalibus obtrivit, ac jura vendidit, ut ærarium pro militaribus ſtipendiis reficeret, de quo graviter queritur Belcairus (*a*) : *Vænales enim magiſtratus*, inquit, *vænales quoque ſententias habere conſentaneum erat*. Inſtructo florentiſſimo exercitu irrupit in Inſubriam, contulitque (*b*) cum Helvetiis ſigna apud Marignanum tertio a Mediolano milliari; cum illi a Matthæo Cardinale Sedunenſi, nec non hortatoriis Leonis Pontificis literis (*c*), quibus eorum fortitudo extollebatur, moderandarum Italicarum rerum ſpe inflammati, decima tertia ſeptembris die prono jam in occaſum ſole, cum in caſtra Gallica cœco furore irrupiſſent, adeo ut non modo pugna ad quartum uſque noctis horam pertinaciſſimis animis producta fuerit; verum etiam albeſcente aurora inſtaurata, donec poſt quinque horarum circiter intervallo multiplices editas utrinque ſtrages Helvetii a Veneto exercitu Gallis ſubſidio veniente a tergo oppugnati certamen intermiſere, ac ſervato militari ordine Mediolanum ſe recepere, Gallis in caſtris, quæ tormentis bellicis egregie ſepſerant, ſe continentibus, ne partam victoriam corrumperent. Adiiſſe in hoc certamine Franciſcum Regem diſcrimen ingens, atque pium votum de peregrinatione ad ſacram Chriſti ſyndonem obeunda nuncupaſſe refert Gualterus (*d*) : *Cum ad Marianum in ſummo belli diſcrimine votis ad Chriſti ſyndonem directis victoriam mox ab Helvetiis reportaſſet, in Galliam reverſus anno* MDXVI. *Lugduno movens Camberium iter pedibus fecit, ſacramque ſindonem religioſiſſime inviſit, & humillime veneratus eſt*. Tot viri fortes in eo certamine ceciderc, ut cæſorum numerum lugubre ſit recenſere, cum eorum virtus ad defendendam contra Mahometanos religionem exerceri, non fraterno ferro ita miſere proſterni debuiſſet. Communis ſententia ex Helvetiis quatuordecim millia interfecta affirmat, ex Gallis ad tria & eo amplius millia.

Turcicum bellum diſſolvit.

(*a*) *Belcair. l.* 15. *num.* 4.

(*b*) *Petr. Juſt. l.* 11. *Belc. l.* 15. *Guicc. l.* 12. *Ferr. l.* 5. *in Franc.* 1. *Maſſon. in eod. Pet. Defrey in eod. Paul. Lang. in chr. Citz. Gaſp. Hedion. in addit. ad Naucl. in comm. Sur. Paul. Jov. l.* 15. *Aug. Juſt. l.* 6. *Bizar. l.* 19. *Folier. l.* 12. *& alii.*

(*c*) *Ext. apud Bemb. l.* 10. *ep.* 53. 56.

Sævum Helvetiorum cum Gallis prælium. Helvetii victi.

(*d*) *Gualt. in Chronolog.*

Franciſc. Rex ſacram ſyndonem pie veneratur. Horrenda ſtrages.

XXI. Mediolanum Franciſco deditum.

Debilitati porro tanta ſtrage Helvetii ad patrias ſedes per Retias alpes reverſi ſunt, ac mox Mediolanum deditionem fecit arce excepta, quam Maximilianus Maria Sforzia cum fortiſſimis præſidiariis inſidebat: Mediolani exemplo aliæ urbes in victoris pariter fidem ac poteſtatem venere, præter Cremonenſem arcem. Trigeſimo obſidionis die Maximilianus hoſtilibus undique impreſſionibus laceſſitus, ac maxime diſiectis per cuniculos ignis vi molibus exterritus, pacto annuo ad vitam ſuſtentandam vectigali, principatui, quo ob ignaviam indignus exiſtimatus eſt, ceſſit. Franciſcus vero ovans Mediolanum ingreſſus templum ac monaſterium in loco, in quo Helvetios vicerat, beatæ Mariæ ſacrum, cui victoriæ nomen inditum eſt, condidit: quæ pluribus Guicciardinus, Belcairus, & alii referunt.

Maximilianus dux ad deditionem coactus.

XXII. Incendebatur etiam ingenti cupidine gloriæ, qua ad conſecrandam Chriſto militiam incitabatur, niſi a tanta gloria illum fœdæ voluptates abduxiſſent; ſiquidem in eo vitia virtuteſque ex æquo certabant: reliquas ipſius dotes ac nævos ſic exprimit Belcairus (*e*) epiſcopus Metenſis: *Viros doctos plurimi ſemper fecit, atque honoribus & dignis præmiis ornavit, quo rerum potiente in primis bonæ literæ antea fere incognitæ in Gallia noſtra floruerunt, atque magnam regni initio de ſe expectationem concitavit. At in præclaro ingenio duo vitia, alterum virtuti ſimilius ingens gloriæ cupiditas, alterum ad bruta magis accedens, inſana ad fruendas voluptates libido regnabant. Hinc ad omnem oſtentationem compoſitus & de ſe nimis magnifice ſentiens, aulicis adulatoribus plurimum ſe dedit: multa bella ſuſcepit, & avocante aut potius rapiente libidine bonamque regiæ gazæ partem diſſipante infeliciter geſſit. Hinc plebem novis pecuniarum indictionibus inconſultis tribus Galliarum ordinibus [ut olim moris fuit] vexare, veterem Galliæ libertatem imminuere, ſibi nimium multa permittere coactus eſt. Hinc ſe Gallos Reges en ephœbis eduxiſſe, atque e tutorum poteſtate exemiſſe ſæpenumero iactabat; illi enim antea majora negotia & ad rem Galliarum publicam ſpectantia, nonniſi de principum conſanguineorum, ac duodecim patriciorum conſilio expedire, nihil a plebe niſi ex trium ordinum conſenſu exigere ſolebant: Hic aliam viam ſecutus eſt, quam ejus poſteri ingredi potius, quam Regum antiquorum veſtigiis inſiſtere maluerunt*. Hæc de Franciſco Rege Belcairus.

(*e*) *Belc. l.* 16. *n.* 12.

Virtutes & vitia Franciſci.

Gallia ab eo atteri cœpta.

XXIII. Inter hæc Leo, cum varia de fœderatis ad reprimendam vim Gallicam excitandis, inſtaurandiſque lapſis rebus iniiſſet conſilia, metuens ne primus Gallorum exciperet impetus, antequam ſocii Reges opem ferrent, ac Medicea domus & Florentina reſpublica in diſcrimen adducerentur, pacem quam cum eo victor vehe-

Inter Franciſcum & Pontificem initum fœdus.

(a) Ext. ea de re Leon. lit. apud Bemb. l. 11. ep. 19.

(b) Ext. ibid. ep. 3.

vehementer expetebat, bello ancipiti præferendam cenſuit: cujus præcipuus author extitit Carolus dux Sabaudiæ, qui Juliano Medici pontificis germano fratri Philibertam ſororem eamdemque Franciſci Regis materteram (a) thoro junxerat: cui gratias egit (b) Leo, quod dignitas apoſtolica ipſi curæ fuiſſet, atque epiſcopum Tricaricenſem, qui fœderis capita inter Leonem Regemque ſanciendi ducali labore diligentiaque confecta attulerat, miſiſſet; illaqoe magna ex parte ſibi probari ſignificavit v. kal. octobris: quo die Francorum Regi qui plura amoris, & obſervantiæ notis illuſtria mandata Leoni perferenda dederat, paribus officiis humaniſſime reſpondit, legato ad ipſum eodem Tricaricenſi epiſcopo, atque hiſce literis (c) exaratis.

(c) Ibid. ep. 1. Leonis ad Gallum literæ.

Franciſco Gallorum Regi.

Capita fœderis inter te, atque nos remque hanc publicam ſanciendi ab epiſcopo Tricaricenſi legato noſtro allata Romam tanquam primordia & quaſi fundamenta voluntatis utriuſque noſtrum (quod magnopere concupivimus) conſociandæ libentiſſime vidimus: libentius autem ipſum epiſcopum audivimus; plura enim nobis, & clariora de tuo optimo in Dei Eccleſiam atque nos animo egregiaque voluntate narravit; quæ ſi vera ſunt, quemadmodum quidem putamus, cum te de hac tua pietate atque mento vehementer laudamus; nihil enim potes te dignius atque praelarius facere, quam nihil committere, quo te male gratum appellare Dominus tam in te largus tamque beneficus poſſit. Tum ſpero fore, ut hoc virtutum tuarum ſpecimen, quod quidem in tam tenera ætate nobis das, cum iis opibus, quas maximas atque ampliſſimas habes, conjunctum & conſociatum univerſæ reipublicæ Chriſtianæ magnum brevi adjumentum, atque ornamentum afferat. Itaque ejuſmodi tuæ & virtuti & pietati omnem noſtram & reipublicæ dignitatem tuendam ſtatuimus permittere, ut exiſtimare plane poſſis, nobis te & eſſe jam chariſſimum & ſemper fore; neque enim veremur, cum videas te a nobis plurimi fieri, quin ſtatuas hoc in fœdere ſanciendo honorem noſtrum abs te neglectum iri non oportere. Dat. v. kal. octobris MDXV. pontificatus noſtri anno III. Romæ.

XXIV. De mutuo colloquio actum.

(d) To. 4. p. 125.

Interjectis paucis diebus facturus Bononiæ cum Franco Rege colloquium itineri ſe accinxit ineunte octobri, de cujus profectione hæc narrat Paris de Graſſis (d): *Die prima menſis octobris Papa poſt prandium ab urbe receſſit ſpatiaturus verſus Viterbium, & montem Faliſcorum, ac Tuſcanellam, & Centumcellas ſive civitatem veterem; ubi cum eſſet rumore vario vulgatum eſt, Regem Gallorum, qui nuper Mediolanum in poteſtatem receperat, victo duce Mediolani & eo compoſito velle ad Papam perſonaliter in urbem venire devotionis gratia, ut & limina Apoſtolorum viſitaret, utque pedem Papæ oſcularetur: ſed quia etiam addebatur rumori, ipſum Regem velle cum omni ejus exercitu, cum quo Mediolanum expugnaverat, ad urbem venire, quia aliter ſecurus non poterat: unde Papa veritus, ne quid novitatis in tranſitu Florentiæ & in civitatibus eccleſiæ Romanæ machinetur per ipſum Regem, operatus eſt quod Rex ab eo propoſito diverteretur: ac concordatis ipſis ambobus inter ſeſe ordinatum eſt, quod Papa uſque ad Bononiam tranſcenderet cum omni curia, in quem locum Rex cum ſua ſola cuſtodia veniret, ut ibi Papam adoraret: quod quia prima facie indecens publice videbatur & erat, quod Papa illi quodammodo obviaret; propterea admonitus ut cautius ſaniuſque honori apoſtolico conſuleret. Itaque Cardinales omnes in vicinis agentes vocavit, quatenus in Viterbio eſſent in die omnium ſanctorum, ubi peractis de more ſacris, quid agendum foret conſultaretur. Et ſic die præcedenti intimata eſt hæc peregrinatio univerſæ curiæ, & præſertim Cardinalibus, ex quibus reverendiſſimus dominus Achilles de Graſſis Cardinalis S. Sixti presbyter cognomento Bononienſis habuit breve a Pontifice in hac forma videlicet.*

Gallus Rex ſignificat velle Romam accedere.

Trepidatum ne quid novaret.

Sumptum in re ancipiti conſilium.

Dilecto filio Achilli de Graſſis tit. S. Sixti S. R. E. presbytero Cardinali Bononienſi.

XXV. Fœdus initum inter Pont. & Gallum.

Dilecte fili ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Accepit, quemadmodum Domino placuit, eas conditiones pacis, quas ab ipſo poſtulavimus, chariſſimus in Chriſto filius Franciſcus Rex Francorum Chriſtianiſſimus, liberalique animo nobiſcum ac cum ſede hac ſancta fœdus iniit: quam rem non ſolum eidem ſedi, ſed univerſæ & Chriſtianæ reipublicæ ſperamus confidimuſque in Domino maxime utilem & ſalutarem futuram. Nunc autem cum exiſtimaremus ad eorundem ſedis & reipublicæ dignitatem magnopere pertinere, ut de tota re ejuſque partibus circumſpectionem tuam cæteroſque fratres noſtros S. R. E. Cardinales quamprimum conſulamus, ut quæ agenda deinceps ſint communi omnium ſententia diſcutiamus; circumſpectionem tuam hortamur in Domino, atque ab ea requirimus, ut omni mora poſtpoſita, quod commodo ſuo fiat, Viterbium ad nos ſe conferat: qua in urbe ad tertium kal. novembris erimus, &c. Datum Corneti ſub annulo piſcatoris die XXII. octobris anno MDXV. pontificatus noſtri anno III. Extant eædem literæ apud Petrum Bembum (e)

(e) L. 11. ep. 9.

elegantiæ ſtudio nonnullis, ut antea indicavimus, formulis immutatis; miſſaſque ad omnes Cardinales abſentes fuiſſe encyclicas in titulo præfixo deſignatur.

XXVI. Ita inter Pontificem & Francorum Regem pax coaluit iis legibus, quas partim extorſit neceſſitas: quippe ex Parma Placentiaque Pontifex præſidia militaria deducere pactus eſt (*a*), ut iis Gallus potiretur; tum etiam ex Verona ſubſidiarias copias arte elicere, & amicitiam diſſolvere cum Cæſare. Cæterum Franciſcus Pontificem eccleſiaſticumque imperium, tum Mediceos & Florentinam rempublicam regiis armis adverſus omnes hoſtes tueri; Juliano Leonis fratri Laurentioque illius filio ampliſſima in Galliis vectigalia & militaria munera cum egregio ſtipendio tradere ſpopondit: nullius præterea eccleſiæ beneficiarii principis patrocinium ſuſcipere, quin potius Pontifici vectigales ſuos plectere, meditanti opem ferre. Actum præterea eſt de celebrando colloquio; quod ab utroque expetitum, cum Franciſcus officiis & ampliſſimis ſponſionibus augendæ Mediceæ domus eblandiri a Leone invadendi Neapolitani regni poteſtatem ſperaret: contra autem Leo illi obviam ire conſtituit, ut nempe blandis verbis regiam mentem a confundendo armis regno Neapolitano revocaret, ſuperſtite adhuc Ferdinando Hiſpaniarum Rege, cui ob eximia officia Eccleſiæ præſtita deeſſe non poterat; tum etiam, ut Francorum Regis impetus a Chriſtianis in Turcas averteret; id enim ipſum facere conatum infra videbimus.

Pacis leges inter Pont. & Franciſcum.
(*a*) *Guic. l.* 12.

In Mediceorum commodum pax verſa.

Certatum mutuis artibus ab utroque.

XXVII. Creaſſe autem Leonem Viterbii in ſacro ſenatu legatum urbis Romæ Cardinalem Vulterranum, refert Paris, atque inde in Etruriam contendiſſe: Florentiam die S. Andreæ ſacro maxima pompa ingreſſum, ſparſaque in populum munera fuiſſe. Obſervat etiam author, Florentinos portas urbis cardinibus ſuis officii & obſequii ergo divulſiſſe: *Ordinavi*, inquit, *quod vexillifer nullas claves civitatis offerret Papæ ſicut alii magiſtratus conſueverunt; & hoc quia ipſi Florentini portas ad terram dejecerunt, & patefecerunt in totum*; Additque Pontificem duos legatos apoſtolicos creaſſe Florentiæ prima decembris die, qui in ditionis eccleſiaſticæ limite venientem Franciſcum Regem ſalutarent, mediumque honoris ergo exciperent: tum decreviſſe ut quatuor præſules ad Parmam illi obvii occurrerent. Hos autem legatos fuiſſe Nicolaum Fliſcum & Julium Medicem, oſtendunt datæ ad Francorum Regem literæ (*b*).

Leonis iter.

A Florentinis exceptus magnificentiſſime.

Legati ad Franciſcum deducendum miſſi.

(*b*) *Ext. apud Bemb. l.* 11. *ep.* 10.

Franciſco Gallorum Regi.

Mandavimus Nicolao Fliſco & Julio Medici Cardinalibus legatis noſtris ut tibi Bononiam ad nos venienti obviam proficiſcerentur, teque noſtro nomine exciperent, beneque tibi precarentur noſtris verbis, & cum de lætitia, quam ex adventu tuo capimus, tum aliis de rebus te certiorem facerent: quæ ad te propterea ſcripſimus, ut & ipſis fidem haberes te alloquentibus, & ſcires magnæ curæ nobis eſſe dignitatem tuam. Dat. IV. *non. decembris anno* III. *Florentia.*

Poſtridie ejus diei legatum urbanum Dominicum Jacobatium particulam dominicæ crucis ex baſilicæ S. Crucis ſacrario ad ſe juſſit (*c*) tranſmittere; cum eo munere Francorum Regem ornare decreviſſet. XXVIII.

(*c*) *Ext. apud Petr. Bemb. l.* 11. *ep.* 11.

Dominico Cardinali Jacobatio legato Romæ relicto.

Quoniam in hoc Franciſci Gallorum Regis ad nos adventu cupimus, ut is a nobis præclarum aliquod piumque munus habeat; volumus ut ſanctæ crucis Eccleſiam quæ in Jeruſalem dicitur, caſte atque perſancte adeas, capiaſque tantum de crucis dominicæ trunculo, qui ibi aſſervatur, quantum formæ cauſa hac membranula ſcriptum atque depictum conſpicies: id ubi feceris eam ligni partem bene obſignatam per celerem tabellarium ad nos mittito cum ejus facti teſtificatione tua manu ſcripta, quæ Regi una cum ligno tradatur, &c. Datæ III. *non. decembris anno* III. *de villa Caſagioli agri Florentini.* Pontificem eodem die Florentia iter intendiſſe Bononiam ſcribit Paris; ibique per ſummam ſocordiam conopæum detritum ex tela & charta Euchariſtiæ, Pontifici autem ſerico auroque intertextum paratum: at ex juſta indignatione vile illud laceratum fuiſſe, ac Pontificem imperaſſe, ut pretioſum illud ſacroſanctæ Euchariſtiæ prætenderetur: *Papa*, inquit, *miſit illud quod ex auro & ſerico erat ad honorandum corpus Chriſti, & ipſe voluit eſſe ſine baldachino; in quo optime & humiliter fecit.*

Particula crucis dominicæ data Gallo Regi.

Bononienſium impudentia.

Acceſſit deinde Bononiam IV. idus decembris Franciſcus Gallorum Rex: cujus ingreſſus poſtero die celebrati pompam, utque in ſacro ſenatu regiam obedientiam Leoni ut ſummo Chriſti in terris vicario detulerit, deſcribit idem Paris (*d*) epiſcopus Piſaurienſis, idemque ſacrorum rituum magiſter: *Die*, inquit, *martis* XI. *decembris MDXV. de mane ſumus Cardinales omnes viginti numero in palatio Papæ intra cameram legati, quæ tunc erat inferius parata, congregati ſunt, & collegialiter inde ad portam S. Felicis iverunt, & ſe extra illam in plano ad ſini-* XXIX.

(*d*) *Tom.* 4. *p.* 141.

Cardinales venienti Bononiam Regi occurrunt.

Digitized by Google

ſiniſtram exeuntium firmarunt, ita ut ſenior verſus eſſet ad Regem venturum: & erant quidem omnes veſtiti rubeis cappis hinc inde duas alas ut mos eſt, eorum facientes. Ubi poſtquam modicum quieverunt, Ecce Rex in brevibus veſtitus medius inter duos legatos adfuit; quem Cardinalis S. Georgii episcopus Hoſtienſis nudo capite & ſimiliter omnes alii adſtantes Cardinales cum eo ſemper nudo capite ſtans adverſus Regem ſimiliter nudo capite ſtantem & ſæpius orantem ut tam ipſe Cardinalis quam omnes Cardinales cooperirent, verba fecit in latino aperte clara & ſimplicia, ſicut ego eum inſtruxeram de conſenſu Regis nomine Papæ & totius ſacri ſenatus, congratulando de ſoſpitate Regis & felici adventu & optima voluntate adverſus ſummum Pontificem & ſedem Apoſtolicam & ſacrum ſenatum, qui dignatus fuerit perſonaliter venire & viſitare: & commendabat illi ſedem Apoſtolicam & ſacrum ſenatum, & nomine
Magnis excepti officiis.
Pontificis offerebat omnia, quæ in facultatibus eſſent ſuæ ſanctitati. Et Rex ſemper etiam nudo capite ſtans reſpondit in vulgari ſuo Gallico, ut mihi quidem videbatur, ſatis apte & convenienter, ſe filium ſuæ ſanctitatis & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ obſequentem amicum & filium appellans, cupidum omnium honorum & commodorum dominorum Cardinalium,
Data mutuo & accepta oſcula.
ſicut patrum & fratrum ſuorum. Facta collocutione omnes a primo ad ultimum Cardinalem oſculati ſunt eum in facie fraterne: quos Rex omnes intellexit a me ibi aſtante, & cognovit qui eſſent ſinguli nominatim: & tandem Cardinales ſeniores præceſſerunt & diaconi ultimum caput facientes, ut mos eorum eſt, ipſum Regem in medio duxerunt, videlicet Sanſeverinas & Oſtienſis; duo autem legati tunc ſe ad partem veſtierunt & in loco congruo inceſſerunt. Ordo autem venientium eorum, qui ex parte Regis erant, nullus ſervabatur, ſed ibant omnes, ut eis placebat; nam neminem eorum ego agnoſcebam, infiniti enim erant barones & principes, niſi illos tres ego cognovi, de quibus ſupra dixi; quia Rex eos mihi monſtrari fecerat, ut honorari facerem eos. Et infra: *Campanæ omnes civitatis, & inter eundum tubæ indeſinenter infinitæ, & omne genus ſonantium: populus infinitus proceſſit, ut videret; & etiam Papa in feneſtris ſuperioribus ſtetit & vidit, & poſtea modum meum & ordinem commendavit, quod omnia quiete & ordinate fecerim.*

XXX. *Rex tandem ductus eſt a collegio ad cameras ſuas, quæ erant inferius, ubi ſolet vexillifer juſtitiæ commorari, & ibi feſtiviter dimiſſus eſt a collegio toto, præterquam a quatuor Cardinalibus, videlicet duobus ultimis presbyteris & duobus ultimis diaconis, qui continue manſerunt ſocietatem Regi facientes, & etiam prandentes ſimul cum eo in eadem menſa. Interea alii Cardinales aſcenderunt ad Papam, & illico prandium fecerunt: quo facto ego acceſſi de mandato Papæ ad Regem, & invitavi eum ad conſiſtorium, qui libenter ſurrexit mox venturus.* Nonnullis de ſex Cardinalibus eum ſociantibus, ac Leone pontificio cultu in ſolio conſidente, deque turba, quæ confluxerat interjectis, addit: *Præcedebat Sanſeverinas: deinde ego ſimul & æqualis cum Rege, quem nunquam dimiſi ſemper eum per manum ducens; ſic enim ipſe volebat, nec me dimittere volebat. Itaque ter cum æquali ante Papam in medio quadraturæ diſtantia genuflenimus Rex & ego, & aſcendit ad oſculum pedis, & ridens ac jubilans pedem ac manum & faciem oſculatus eſt dicens aliqua pauca verba in vulgari Gallico, per quæ demonſtrabat ſe lætiſſimum quod videret facie ad faciem Pontificem vicarium Chriſti Jeſu domini noſtri, cujus ſe filium & ſervitorem ſe proferebat, deditiſſimumque ad omnia ejus mandata. Adverſus quem etiam Papa benigniſſime & humaniſſime reſpondit: Omnia hæc in Deum transferens, & Deo omnia attribuens: & in veritate Papa optime, ut ſui moris eſt ſemper bene loqui, tunc optime locutus eſt Regi: poſt quorum mutuam, licet non multam, locutionem, Rex qui a facie ad faciem Pontificis ſtabat, firmavit ſe in Pontificis dextera, me indicante: & tunc ego vocavi reverendiſſimos dominos Cardinales, ut ad ſolium venirent, ſi poſſent; & vix pauci venire potuerunt. Quibus ante Pontificem ſtantibus, cancellarius Regis veſte aurea longa indutus, & primo quidem genuflexus, per modum longæ & ordinatæ orationis obedientiam in forma præſtitit nomine Regis præſentis, qui primo voluit ſe detegere quando præciſe verba obedientiæ recitabantur, ſic enim ego eum inſtruxeram; ſed Papa inhibuit ne detegeretur, & ſic continuo recooperuit. Et finito ſermone Rex approbavit cum humiliatione capitis & humerorum omne id quod dictum fuerat per cancellarium ejus; & Papa elegantiſſime & commodiſſime reſpondit commendans multipliciter regiam fidem. Tum vocavi tres illos duces, qui venerunt ad oſculum pedis, manus, & oris: & Papa eos benigne admiſit. Rex interim cum Pontifice confabulabatur de ipſis principibus narrans eorum virtutes & conditiones. Poſt iſtos Papa ſtatuerat nullos alios admittere ad oſculum pedis ne detineret Regem; verum Rex vo-*

Pontificem in ſolio conſidentem Rex adit.

Verba a Rege habita & quid a Pont. reſponſum.

Præſtita a Rege obſequii ſponſio.

lebat hunc & illum, & Pontifici commendabat : ſic uſque quindecim vel viginti principes venerunt, quos omnes Papa oſculatus eſt ut priores illos tres ; & tandem Papa ſurrexit, & vix de ſolio, ac magis vix de aula exire potuit præ multitudine Deductus Rex a Pont. ſiniſtra manu. *turbarum : & ſemper Regem manu ſua ſiniſtra deducebat uſquequo apud locum paramenti fuerit : ubi Rege cum Cardinalibus & epiſcopis dimiſſo exuit paramenta. Interim vero Rex ad feneſtram, quæ ſupra plateam reſpiciebat ſeceſſit ; & Papa non ad eum acceſſit amicabiliter confabulans. Et quia timebam ne forte volens Regem honorare manum ſuam quoquo modo ad biretum apponeret, ſicut ſæpius ac quaſi ſemper faciebat Alexander cum Rege Carolo, admonui ne id faceret, quia omnino caveret ne ipſe Jeſu Chriſti vicarius in publico aliquem actum reverentiæ adverſus Regem, nec etiam Imperatorem quantumcumque coronatum exhiberet, prout non exhibait in publico ſaltem quantum viderimus. Itaque facta conſultatione Papa licentiavit Regem, quem collegium Cardinalium etiam reduxit ad cameras ſuas ordine, quo a porta in urbem venerant.*

XXXI. (a) *Apud Bemb. l. 11. ep. 12.* Certiorem eodem die fecit Leo (*a*) Franciſci Regis matrem de hujuſmodi congreſſu, demiſſique obſequii ſponſione ſolemni ſibi vero Chriſti in terris vicario exhibita.

Aloyſiæ Franciſci Regis Gallorum matri.

Leonis lit. ad Reginam Franciſci matrem. *Quemadmodum ei, qui cum vult, atque ubi vult ſpirat, ſane placuit ; Franciſcus Gallorum Rex filius tuus hodie Bononiam ad nos veniens clarum atque illuſtre nobis obſequii obſervantiæque munus præſtitit, ea pietate & religione, ut libentiſſime illum amantiſſimeque obortis prope paterna lætitia lacrymis complecteremur ; ageremuſque Deo optimo maximo gratias, qui nobis filii ſui vicarium in terris regentibus, dederit, ut hujus reipublicæ majorem dignitate & authoritate filium tantum Regem, tantis opibus, tanta potentia præditum omnibus animi corporiſque dotibus perornatum, Florentem, ætate, eidemque reipublicæ ſe tam pie conjungentem, addicentem, ſubmittentemque conſpiceremus ; valde enim confidimus fore, ut ea res univerſæ Chriſtianæ reipublicæ maximam & utilitatem & gloriam pariat : quamquam hoc quidem noſtrum tam mirificum gaudium, ea etiam lætitia eſt conſecuta, quod cum illum poſtea privato in congreſſu haberemus, ſpem expectationemque, quam nobis primo aſpectu atque intuitu, primiſque illis habitis a ſe verbis excitavit, pleno religionis & prudentiæ ſermone, ſuique in juvanda Chriſtiana re atque populis, erecti propenſique animi, deque nobis bene merendi cupidi oſtenſione etiam atque etiam auxit. Itaque has ad te quamprimum literas dedimus, quibus noſtram ex ejus adventu conceptam tecum lætitiam communicaremus, ſignificaremuſque tibi nulla enim ex parte, nulla ex re nobis non egregie, non ampliter, non cumulatiſſime ſatisfeciſſe.* Et infra : *Hortationes tuas ipſa ne intermittito, adoleſcentemque bene inſtitutum, tibique in primis parentem in eodem Dei cultu & reipublicæ obſervantia, a qua ſibi ſperare omnia ornamenta poteſt, magis magiſque in dies tuis præceptis tuiſque monitis confirma, & contine. Dat. III. idus decembris anno III. Bononiæ.* Pergit Paris.

Omnibus diſpoſitis venimus ad eccleſiam : & Papa ex ſua aula receſſit paratus proceſſionaliter : ſed Rex non aſcendit ; nam occurrit ei deſcendenti de ſcalis ; & ante Papam medius inter duos epiſcopos Cardinales inceſſit : quem duo aſſiſtentes & diaconus evangelii ſequebantur : collaterales ejus erant cancellarius ejus & multi barones aureis in veſtibus omnes induti : nobiles & barones infiniti Galli partim jam in eccleſia erant, partim præcedebant, partimque ſubſequebantur, & collaterales tam Pontificis quam Regis erant. Et infra : *Ab altaris gradibus ad ſedem paramentorum eunte Pontifice Rex ſuſtulit caudam, me eidem porrigente ; de quo illico advertentem feci Pontificem : & Papa ad Regem convertens oravit ut dimitteret ; ſed Rex benigne perſeveravit, aſſerens ſe vicario domini noſtri Jeſu Chriſti libenter ſervire, etiam in minoribus : & ſic uſque ad ſedem ſuſtulit, cui in fine Papa benedixit. Rex ſedente Pontifice etiam ſedit ſuper faldiſtorio parato ad dexteram Papæ.* Paucis interjectis addit author : *Admonui Regem, quoties Pontifex aliquid ſacrum dicturus aut facturus ſurgeret, etiam ipſe Rex ſurgere vellet : quod benigne ſemper fecit. Eundem Papam a ſede paramentorum ad altare Rex præceſſit, & ſuper cuſſino in eodem latere ſtrato Rex tranſverſalis genuflexit : quando Papa fecit confeſſionem, Rex reſpondit eidem ad longum : quando Papa ſimiliter ad ſolium ivit, etiam Rex præceſſit, & ſtetit apud faldiſtorium ſuum, quod poſui inter faldiſtorium epiſcopi Oſtienſis & ſedile epiſcoporum : ſic quaſi erat in medio hinc inde : & ſtetit cum ſtante Pontifice & ſedit cum eodem ſedente.* Et infra : *Reverſo ad altare Pontifice, quia ipſe Pontifex ibi ſtabat etiam Rex, quantumlibet faldiſtorium ſuum apud ſe haberet, tamen ſedere non voluit, ſed ſtetit,* & infra, *& habuit incenſum poſt epiſcopum Cardinalem.*

XXXII. (margin, beside "Omnibus diſpoſitis…")

Lacinia veſtis pontificiæ a Rege delata. (margin, beside "Ab altaris gradibus…")

lem. Levàto autem Sacramento, cum omnes præſertim prælati noſtri ſurgerent, ipſe ſurgere noluit, ſed devotiſſime ambobus genibus terræ innixis, & manibus ante ſuam faciem conjunctis manſit. Pontifex data pace epiſcopo Cardinali aſſiſtenti, etiam dedit Regi primo, demum duobus diaconis aſſiſtentibus, & ad ſuam genuflexionem rediit. Similiter dum Sacramentum ad ſolium Pontificis portaretur, ibidemque eſſet ſemper Rex ſic, ut ſupra, devotus genuflexus perſtitit. Poſt ſuam & diaconi ac ſubdiaconi communionem, Pontifex petiit a Rege an vellet communicare: & Rex gratias egit, quia non erat in voluntate; ſed audiverat quod aliqui principes de ſuis id ſummo deſiderio optarent. Papa libenter obtulit: unde factæ ſunt cerimoniæ in tali caſu neceſſariæ & conſuetæ, & Papa communicavit circa quadraginta; nam cum eſſent ſolum hoſtiæ triginta, Papa videns multos remanere ibi abſque communione fregit circa decem hoſtias, & ſic ſatisfecit eiſdem, & niſi Rex providiſſet, tantus concurſus ſuorum accurriſſet, ut quaſi Papam attriviſſent præ voluntate communicandi; ſed, ut dixi, Rex aſſurgens eos compeſcuit, & multos amovit non ita nobiles nobiliſſimis mixtos.

XXXIII. *Hic unum addere libet, quod & ſi jocoſum fuerit tamen non omittendum, videlicet ex his, qui communicare volebant & non potuerunt, ut dixi, unus baro ad Pontificem exclamavit dicens in ſuo vulgari Gallico, quod ex quo non potuit communicare de manu Papæ, & deſiderabat, ſaltem volebat Papæ confiteri & cum non poſſet propius accedere ſic, ut in aure Pontificis poſſet peccatum ſuum confiteri, alte dixit, ſe confiteri quod contra Papam Julium quantum potuiſſet etiam malo animo hoſtiliter præliatus eſſet, & ſuas cenſuras non curaſſet. Quod Rex audiens ſubdidit, & ſe quoque in eo peccato fuiſſe & eſſe. Poſt Regem multi barones idem dixerunt, & veniam petierunt: adverſus quos omnes Papa apertam manum proferens benedixit & abſolvit. Quo facto dixit Rex: Pater ſancte non miremini ſi omnes iſti ſunt inimici Papæ Julii, quia ipſe etiam fuit maximus inimicus noſter, & non cognovimus noſtro ſæculo terribiliorem hoſtem in bellis quam Papam Julium, qui in veritate fuit prudentiſſimus capitaneus, & melius fuiſſet Imperator exercitus quam Papa Romanus.* Debuerat potius Franciſcus Rex inconſulta damnare conſilia Ludovici XII. qui pacem cum Julio initam violarat, conflarat ſchiſma ditionemque eccleſiaſticam cum extremo rerum Gallicarum exitio invadere pertentarat.

Petunt plures veniam de bello in Julium facto.

Hoc facto Papa communicavit, cui aquam Rex ſtans miniſtravit: ego dixi prius Papæ an placeret, quod id fieret; & Rex audiens non permiſit me Pontificem de hoc interrogare. Itaque barones duo regii cum noſtris miniſtris de credentia attulerunt bacilia cum mantilibus, & abſque eo quod Rex faceret probam aquæ, cujus ego præguſtationem dedi architriclino papali, extendimus mappam ad ſpatulas Regis, & dedimus bacilia in manibus, & Papa continue laudans devotionem Regis lavit: & demum gratias egit ei. Primum aquam dedimus duci de Alanzon, ſecundam duci Aurelianenſi, tertiam duci Borbone, & quartam Regi: & dicti tres duces ſederunt in banco diaconorum Cardinalium poſt omnes Cardinales ſic petentes ex gratia Regis. Quando corpus Chriſti portatum fuit ab altari ad ſolium, feci quod quatuor funalia per duos acolytos anteferrentur; & ſimiliter quando ſanguis. Interjectis nonnullis, ut Rex die proximo ſepulchrum S. Dominici pie luſtraverit, ac laborantes ſtrumis vetere ritu contrectarit regia manu, ut divino beneficio liberarentur, addit. XXXIV.

Rex cum principibus Pontificiis manibus aquam affundit.

Die veneris XIV. *decembris fuit conſiſtorium ſecretum, in quo ad preces Regis unicus Cardinalis creatus & publicatus eſt, ac de toto expeditus cum titulo & apertione oris, & annulo; fuit reverendiſſimus dominus Adrianus epiſcopus Conſtantienſis frater magni magiſtri*, ſcilicet Rhodiorum equitum: addit paulo poſt author: *Ego reduxi ad mentem ſuæ Sanctitatis illud, quod ſub Julio ſtatutum fuerat, videlicet quod iſti prælati Galli, qui ſic ad preces Regum repente fiunt Cardinales, quaſi neſciunt quid ſit ipſa dignitas cardinalatus, quam acquirunt, & ſolum tenentur Regi ut interceſſori, non Pontifici, ut factori; propterea ſi Papa unum eis imponat & Rex aliud, magis Regi quam Pontifici obediunt, etiam ubi agitur de honore & ſtatu ſedis Apoſtolicæ: propterea ſtatuit ſanctæ memoriæ Julius, quod tales promovendi omnino debeant præſtare juramentum fidelitatis, quod alioquin legunt & præſtant novi Cardinales in manibus commiſſariorum in partibus, quando datur eis capellum.* Hujus ſacramenti formula a nobis ſuperius indicata eſt, quam etiam a Joanne Cardinale Metenſi nuncupatam Leonis brevia (*a*) oſtendunt. XXXV.

Conſtantienſis epiſc. creatus Card.

(*a*) *Lib. brev. p.* 219.

XXXVI. De Hadriano purpureo galero in Bononienſi colloquio donato meminit Ferronius (*b*), deque pactis fœderibus ait datum Pontifici, ut pragmatica ſanctio novis conventionibus in ejus locum ſubſtitutis aboleretur, non ſine Gallicarum eccleſiarum academiarumque interceſſione ac

(*b*) *Ferron, l. 5. in Franc.* 1.

Ex arcano actum de Neap. regno expugnando.

pro-

provocatione. Occultiora etiam fœdera Julii Cardinalis opera inita, Carolus Cæſar poſtea objecit Franciſco Regi, eumque de dividendis Italiæ plurimis principatibus urbibuſque, ac Siciliæ regno egiſſe ferunt: Regi Pontificem muneris inſignis loco particulam dominicæ crucis incluſam nempe aurea cruce gemmis quindecim pretioſiſſimis exornata tradidiſſe: Parmam & Placentiam veluti vetus Mediolanenſiom principum patrimonium Regi reddidiſſe: actum etiam de bello Turcis inferendo, imperiique Conſtantinopolitani infulas a Pontifice Regi delatas; ſed Franciſcum Antonii Gratiani juris præfecti & aliorum uſum conſilio eas tempſiſſe: Hippolytum Cardinalem Eſtenſem Alfonſi ducis, Ferrariæ fratrem ſuaſiſſe, dum vires erant integræ, ſtudia exterorum parata, regnum Neapolitanum Franciſcus invaderet, ſed domeſticum otium Gallum domum revocaſſe: quibus conſentanea refert Guicciardinus, (a) additque Pontificem Franciſco eſſe pollicitum, eccleſiaſticas vires ad Neapolitanum regnum Gallicæ coronæ adjungendum, ſi Ferdinandum Hiſpaniarum regem e vita decedere contingeret: petenti veniam pro duce Urbinate, qui a pontificio imperio deſciverat, Regemque concitare in Pontificem annisus fuerat, repulſam dediſſe, ne majeſtas apoſtolica obſoleſceret, utque eum principatum in ſuos transfunderet; Ægidium Auguſtinianorum magiſtrum communi cum Rege conſilio ad Maximiliaoum Cæſarem legatum decreviſſe, ut pacem cum Venetis redintegraret iis legibus, ut Brixiam ac Veronam, accepta ab iis ingenti auri vi reſtitueret: extantque de Ægidio viro doctrinæ & ſacræ eloquentiæ laude florentiſſimo, poſtea Cardinale commendatitiæ literæ ad Matthæum Cardinalem Curienſem (b) cæſareorum conſiliorum moderatorem, tum ad Maximilianum datæ, in quibus (c) hæc habet: *Ægidium ordinis Auguſtinianorum eremitarum magiſtrum, noſtrum ad te legatum mittimus, ut tecum non ſane pauca utriuſque noſtrum, ad munus, officium, dignitatem, reique publicæ Chriſtianæ utilitatem magnopere ſpectantia communicet noſtris verbis, apud teque ſit, quoad illa tractabuntur & terminabuntur, &c. Dat. idib. decembris anno* III. *Bononiæ.*

(a) Guicciar. l. 12.

Decreta legatio ad Cæſarem Maximilianum.

(b) Ext. apud Bemb. l. 11. ep. 14.

(c) Ib. ep. 13.

XXXVII. Optabat Pontifex una cum piis omnibus, ut Chriſtianorum arma adverſus Turcas verterentur; eamque maxime ob cauſam bellum Cæſarem inter ac Venetos geſtum ſedare conabatur: cumque Francorum Regem induſtria ſua a bello Neapolitano avocaſſe, ac potius ad Turcicum ſuſcipiendum apoſtolicis adhortatibus ſibi animaſſe videretur, Emmanuelem Luſitaniæ Regem ob Africanos & Indicos triumphos clariſſimum, de ſuo cum Franciſco Rege fœdere, deque egregii pro religione proferenda ſtudii ab illo edita ſignificatione certiorem fecit (d); hortatuſque eſt, ut arma ad tellurem redemptionis noſtræ myſteriis conſecratam recuperandam cum Gallo & ſede Apoſtolica conjungeret.

Gallus Rex a Neapolitano regno revocatus.

(d) Ib. ep. 17.

Regi Luſitaniæ.

XXXVIII. *Te hortamur, abs teque etiam atque etiam petimus, quando imminere noſtris cervicibus Turcarum Regem acerrimum atque bellicoſiſſimum vides, te, ut nobiſcum hoc ad bellum pares, atque ita pares, ut rejectis quidem reliquis conſiliis tuis omnibus nihil cogites, niſi hoc quod dixi, unum quod quidem maxime omnium cogitandum, aggrediendum, explicandumque eſt: ſpero enim in ipſo, cujus cauſam agimus, Deo, ſi ad noſtram Regiſque Gallorum copulatam voluntatem, tuam etiam voluntatem, tuam prudentiam, authoritatem, tuas opes alacri magnoque animo adjunxeris, fore, ut quæ alii omnes multorum ſæculorum Reges vix optare auſi ſunt, ea nos ſumma cum Chriſtianæ reipublicæ, tuaque in primis laude celeriter atque facillime conſequamur: nullus enim reliquorum Chriſtianorum Regum atque principum erit, modo vere Chriſtianus ſit, qui, cum nos ad id conjunctos animatoſque viderit, non ſe etiam comparet ad bene de Chriſtiano nomine pro virili parte, communi in re atque cauſa promerendum, quemadmodum omnibus his de rebus cum legato tuo ſumus locuti. Accinge itaque te cum Dei nomine ad rem cogitationemque tam præclaram ſuſcipiendam, & Domino, qui tibi tantum regnorum dedit, eorundem regnorum opes prome, ut recuperare amiſſa turpiter a majoribus noſtris ea, in quibus ipſe naſci verſarique inter mortales, demum etiam pro ſalute noſtra obire mortem voluit, loca terramque plane ſanctam poſſimus, &c. Dat.* XIX. *kal. januarii* MDXV. *anno* III. *Bononiæ.*

Excitatur adverteuda in Turcas arma.

XXXIX. Poſtridie Franciſcum Regem Bononia diſceſſiſſe, Mediolanum reverſurum; Pontificem vero deinde Florentiam repetiiſſe, ac vigeſima ſecunda ſeptembris die eam ingreſſum refert Paris de Graſſis, additque in natalitiorum Domini celebritate, vexilliferum Florentinum pontificiis precibus ſacrato enſe donaſſe: ex qua urbe datæ v. kal. januarii extant Leonis literæ ad Helvetios fœderis griſii, ut vocant, quibus ipſos hortatus eſt (e), ut ab invadenda Francorum Regis ditione ſibi temperarent; eam enim impreſſio-

Gallorum Regis e Bononia diſceſſus.

(e) Ib. ep. 18.

Digitized by Google

ſionem hoſtilem ob recentem cum eo factum fœdus adeo ſe graviter laturum, ac ſi in Apoſtolicam ſedem arma ſumpſiſſent. Conſignatæ ſunt eæ literæ hac temporis nota : *Dat. V. kal. januarii MDXV. anno III. Florentia.*

(*a*) *Maſſon. in Franc. I.* Cur in Gallias Franciſcus Rex redierit.

Solicitabantur porro Helvetii (*a*) a Maximiliano Romanorum, Ferdinando Hiſpaniæ, & Henrico Angliæ Regibus, ut in Gallum incurrerent ; quare Franciſcus Rex, ne novi in Galliis motus ab æmulis excitarentur, relictis in Inſubria fortiſſimis præſidiis trans alpes rediit, plurimoque auro promiſſiſque ingentibus ſtipendiis Helvetiorum partem maximam ad Gallicam amicitiam colendam adduxit.

XL. Parma & Placentia a Gallo ereptæ eccleſiæ.

Hactenus de Pontificio cum Francorum Rege fœdere, quod armorum terrore extortum fuit : ex cujus formulis Franciſcus Parmam ac Placentiam Romanæ eccleſiæ ademit ; quod Leonem ægre paſſum eſſe, doloremque alto preſſiſſe animo ferunt ; & jure quidem merito, cum ipſum in primo belli ardore publico diplomate profeſſum viderimus, ſe Parmam ac Placentiam, quæ vacuo ſacroſancto ſolio poſt Julii II. obitum amiſſæ fuerant, & a ſe recuperatæ, ſumma contentione defenſurum, & cenſurarum pœnas iis, qui ipſas eccleſiæ bello dolove eripere pertentarent impoſuiſſe. Affecerat etiam ſuperiori anno earum urbium cives conflandæ monetæ jure Leo, ut eos magis ſibi devinctos in tuenda Eccleſiæ dignitate teneret : *Vobis*, inquit : *ut nummos aureos, argenteos, æreos, cum hujuſcemodi literis : Leonis X. Pontificis maximi munus ; ab alio vero latere, cum veſtris inſigniis, in iſta civitate cudere, eoſque ubique locorum aſportare & pro juſto pretio expendere poſſitis tenore præſentium licentiam & facultatem concedimus, &c. Datum Romæ VIII. martii anno MDXIV.* Permoleſtum etiam fuiſſe Leoni ajunt (*b*) eſſe obſtrictum ad Mutinam Rhegiumque parta a Jolio II. reſtituenda Ferrariæ duci, refuſis ab eodem duce quadraginta aureorum millibus, quæ Romana eccleſia Cæſari, empta ab eo Mutina, numeraſſet : atque hanc pactionem a Pontifice variis obtruſis difficultatibus minime completam. Ex his vero refellas eos, qui Leonem ut Franciſci Regis amplitudini iniquum perſtringunt, cum Franciſcus re ipſa de Romaoa eccleſia male meritus fuerit, a qua prædictas urbes extorſerit : ampliſſimas vero ditiones a Turca repetendas illi a Leone delatas maleſano poliſicorum conſilio repudiaverit.

(*b*) *Guicc. l. 12.* Ægre fert Leo Mutinam & Rhegium Ateſtino reſtitui.

Franciſcus Eccleſiam potius quam Turcas ſpoliare maluit.

XLI. Conceperat vero Selimus Turcarum Imperator ſæviſſima excindendæ Chriſtianæ religionis, ſubiiciendique ſuæ tyrannidi totius orbis conſilia ; ſed illius ambitioni obſtabat Sophi, qui tuendi Perſici imperii percupidus, ad jungendam cum Chriſtianis occidentalibus armorum ſocietatem inclinabat : itaque cum Turca in Hungariam primos impetus effundere meditaretur, ut ea debellata in Germaniam Italiamve irrumperet, Leo Bohemiæ & Hungariæ Regi ſubſidiarium aurum tranſmiſit, ut copias adverſus Turcicos impetus contraheret : tum Poloniæ Regem ſolicitavit ut arma cum Gallo, Germano, Bohemo, & Hungaro in Turcas conjungeret, ac de Selimi Turcarum tyranni conſiliis, opportunaque educendæ in eum juncto Chriſtianis fœdere mutuo devinctis Perſarum Rege, expeditionis occaſione, certiorem hiſce literis (*c*) fecit.

(*c*) *Leo X. l. 1. brev. p. 85.*

Chariſſimo in Chriſto filio Sigiſmundo Poloniæ, &c. Regi illuſtri.

Scribis ſubſidium noſtrum pecuniarum ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Bohemiæ tum Hungariæ Regem illuſtrem pro regni ſui relevatione atque tutela miſſarum gratum tibi admodum fuiſſe : fecimus profecto libenter quod potuimus, ac paterna pietate miſerati populos miſeraque loca illa Hungarica, quæ tanquam propugnaculum & antemurale firmiſſimum Chriſtianorum, Turcarum finibus ſunt expoſita, eorum conſervationi ſolicite intendimus, ac mente ſedula conſiderantes quanti propterea univerſæ reipublicæ Chriſtianæ ſint momenti, quantum denique ab hominibus fidelibus non abs re ſint æſtimanda manutenenda, non parva pro eorundem populorum & locorum immo totius Chriſtianitatis defenſione cura tenemur ; nec minori etiam erga majeſtatem tuam regnique tui infidelium inquietationibus ſæpius vexati propagationem atque ampliationem ſtudio afficimur. Et certe generoſi atque invicti animi tui magnitudinem ac contra eoſdem infideles divino tibi aſſiſtente auxilio fortitudinem & ſtrenuitatem tuam libentiſſime atque jucundiſſime intelligimus, & quibus poſſumus ad Deum precibus adiuvamus, ſummiſque ac meritis laudibus plurimum commendamus & efferimus, crebras etiam pro te tuaque ſalute proſperioribus fœliciaribuſque contra inimicos fidei ſucceſſibus ab aliis fieri jubemus. Ad hæc maxima affecti ſumus lætitia, cum intelleximus ex tuæ majeſtatis literis, & etiam dilecti filii Cardinalis Strigonienſis legati noſtri jamdiu ſtudioſe pleniſque affectibus, concupivimus fraternas majeſtates veſtras concordiam, amicitiam, proficuam affinitatem ac de-

Solicitatus Polonus ad conjungenda cum Ungaris arma.

Inter Cæſarem & Ungarum ac Polonum fœdus initum.

mum confœderationem cum chariſſimo filio noſtro Maximiliano Imperatore electo iniviſſe, ea præcipue animorum conjunctione, & voluntate, ut ſancta ſalutifera ac pernecessaria contra infideles & præſertim Turcas expeditio paribus animis, concordibuſque armis, ac conjunctis viribus, Deo auſpice, confici poſſit: qua quidem te, nil menti & cogitationi noſtra tenacius inhæret, nil denique majori ardentiorique voto concupiſcimus; & propterea, quantum cum Deo poſſumus, egimus jamdiu cum Regibus & principibus Chriſtianis frequentibus & literis & nuntiis noſtris, & adhuc inceſſanter agere non deſinimus, ut privatis odiis omiſſis eliminatiſque diſcordiis, pacem dulciſſimam deſiderabilemque amplectantur, ac cauſam communem non aſpernantes, contra hoſtes fidei eorum indignatio atque armorum impetus convertatur.

XLII. Solicitatus Gallus ut Mediolanenſi principatu contentus ſit.

Et forte pacis hujuſmodi inferendæ aliqua nunc ſpes offerri poſſet; nam poſtquam permiſſione divina factum in dubium revocatur, ut Chriſtianiſſimus in Chriſto filius noſter Francorum Rex illuſtris Mediolani dominio ſine Chriſtiani ſanguinis effuſione ſit potitus, concordia atque unio inter Chriſtianos principes, ſi finibus tantum ſuis contentus eſſe voluerit facile ſubſequi ſperabitur; præſertim cum vos etiam oratores veſtros deſtinare velitis: quod ut fiat pro debito officii noſtri partes noſtras ex animo interponimus, nihilque ad ſuadendam & ſuſcipiendam pacem & concordiam hujuſmodi prætermittimus, idemque inprimis majeſtas tua cæterique potentatus facere debent, prout vos jam feciſſe intelleximus, oratores veſtros ad hæc jam deſignaſſe ad Regem Franciæ delegandos hac præſertim oblata temporis opportunitate: quippe ex magni magiſtri Rhodi literis nuper admoniti fuimus, Perſarum Regem Sophum concepto jamdiu in Turcarum tyrannum odio nuntium ad eum deſtinaſſe, quo Chriſtianos omnes & Reges & principes ſummo ſtudio incitaret ad arma contra eundem Turcham ex partibus noſtris viriliter atque animoſe capienda:

Perſa ſolicitat Chriſtianos Reges ad mutuum in Turcas fœdus.

quod ſi nos ad hæc ſimiliter paratos atque ordinatos intellexerit, pollicetur ſponte ex partibus item ſuis illum infeſtis armis adorturum, ac oppida omnia, quæ Chriſtianorum quondam fuerant, Chriſtianis ipſis munienda ac poſſidenda aſſignaturum. Omnes itaque certatim conari deberent, ut talis ac tanta profutura occaſio ex manibus noſtris non labatur. Supereſt poſtremo, ut majeſtati tuæ, quæ prior ad nos de omnibus hujuſmodi ſcripſit, prius etiam ſibi pro hujuſmodi contracta affinitate concordiaque & amicitia inter Cæſarem fraternaſque majeſtates veſtras innovata ac confirmata plurimum gratulemur. Sit igitur conjunctio iſta non minus animorum quam ſanguinis; ſit ad laudem & gloriam divinæ majeſtatis, fideique catholicæ exaltationem, ac totius reipublicæ Chriſtianæ tranquillitatem & amplitudinem: ſit cum benedictione Apoſtolorum, prophetarum, patriarcharum, ac ſanctorum omnium: ſit ad decus perpetuamque fœlicitatem regiarum majeſtatum veſtrarum, earumque ac ſucceſſorum ſuorum regnorumque ſuorum propagationem. Sit denique via modus & initium ad ſanctam Chriſti fidelium unitatem conficiendam omniumque hoſtium noſtrorum furorem & rabiem compeſcendam, & exterminandam: quod Sancti Spiritus gratia bonorum operum artifex & effector in cordibus Chriſtianorum principum inſpirare dignetur. Dat. Romæ VI. ſeptembris MDXV. anno III.

XLIII. Celeberrimus Viennenſis Regum conventus.

Celebrant (*a*) hiſtorici oratores ac poetæ prædictos opera Pontificis conventus Viennæ habitos; quibus una cum Cæſare tres Reges Sigiſmundus Poloniæ, Ludovicus Bohemiæ, Wladislaus Hungariæ, Thomas Strigonienſis Cardinalis legatus apoſtolicus, cui ſacerdotem argenteam crucem prætuliſſe narrat Cuſpinianus, Matthæus Cardinalis Gurcenſis cæſareorum conſiliorum moderator, Laurentius Feltrienſis præſul pontificius apud Maximilianum internuntius, tum Hiſpaniæ Angliæque Regum, & aliorum principum oratores, præter Reginas, epiſcopos, & principes alios interfuerunt. Coactos hoſce nobiliſſimos cœtus medio julio ad eum finem, ut pax in univerſo Chriſtiano imperio redintegraretur, memorat Joannes Dantiſcus in poemate, additque eorum authorem fuiſſe Thomam Strigonienſem legatum apoſtolicum, qui rempublicam Chriſtianam ſuperioribus diſſidiis inteſtinis laniatam reſtituere atque infideles perdomare annitebatur.

(*a*) *Richard. Barthol. 1. & 2. Cuſpin. in diar. Hodeporic. Matthæi Card. Gurc. to. 2. rer. Germ. ex edit. Freheri Jodoc. in Sig. Paul. Lang. in chron. Citiz. Jo. Dantiſci in poem. Surius in comment.*

XLIV. Cæſar illius intermiſſi culpam derivat in Gallum.

Plurima in eo ſenatu Regum agitata ſunt de ſacra in Turcas conficienda expeditione, de qua Poloniæ, Bohemiæ, & Hungariæ Regum oratores primis diebus ſuaſorias conciones habuerunt; deinde Maximilianus Cæſar profeſſus eſt, ſe illam ſemper meditatum, ſed a Gallis Regibus diſtractum fuiſſe; cujus Latinam orationem hiſtoriæ ſuæ inſeruit Richardus Bartholinus (*b*): *Cum*, inquit, *Cæſar ad Reges concionem habiturus eſſet: cum in loco quiſque ſuo (aderant enim Strigonienſis Gurcenſiſque pontifices Hiſpaniarumque Regis oratores) conſediſſet, ita exorſus eſt. Tam diuturnæ moræ, qua adventum meum expectaviſtis, sereniſſimi Reges, etſi per reverendiſſimum Gurcenſem*

(*b*) *Barthol. in Hodeporico l. 2.*

ſem oratoreſque noſtros ſatis excuſatum me eſſe arbitror, tamen ut de me etiam intelligatis, curæ, quæ in dies nobis ac imperio noſtro emerſere obſtiterunt, quominus communi noſtro conveniendi deſiderio ſatisfecerim: tamen nihil a me umquam prætermiſſum eſt, ut quam citius poſſemus optatum hunc conventum noſtrum, quem Chriſtianæ reipublicæ ſaluberrimum ſperamus fore, perficeremus: idque cum Dei optimi maximi auſpicio ex ſententia conſecuti ſimus, reliquum eſt, ut hæc noſtra affinitas amicitiaque perpetuo ad noſtram communemque omnium utilitatem conſervetur; ut non ſolum in ſeptentrione ubique pacem nos peperiſſe videamur, ſed etiam ut conjunctis viribus contra perfidos Turcas, [qua de re ſatis accurate oratores veſtri pridie diſputaverunt] expeditionem feliciter ſumamus. Quam ego quantum ab ineunte ætate ſemper deſideraverim, teſtis animi mei atque voluntatis reverendiſſimus Strigonienſis erit, qui cum apud me [jam vigeſimus ſecundus annus agitur] orator eſſet, bellum contra Turcas ſuſcipiendum perſuaderet, quam avidus hujuſce expeditionis ſemper fuerim, facile percipere potuit: verum & inteſtinis & finitimis bellis laceſſitus, quominus, quod ſummopere optabam exequerer, obſtitit: nam Ludovico XI. Gallorum Rege regnante, item Carolo VIII. ac Ludovico XII. quæ geſta mecum bella ſint intellexiſtis: nuper autem, cum ingentibus copiis Franciſcus I. Gallorum Rex in Italiam irrumpere tentet, deeſſe non poſſum, quin jure imperii ſuppetias Italis feram, qui ſemper a majoribus noſtris & a nobis pro virili & defenſi & aucti ſunt; & jam Helvetiorum peditum, qui nobis fœdere juncti ſunt, duodecim millia, quæ in armis eſſe mandamus, fauces alpium, ut Gallorum tranſitum prohibeant occupaverunt, ducisque Mediolani copiis noſtris, quas in Italia tamdiu contra Venetos habemus, coniungi juſſimus: quamobrem ſi Galli alpes ſuperabunt, quod non ſine parva ſuorum militum internecione facturos credimus, novis iterum bellis in Italia impeditos tranſiviſſe aliquando pœniteat. Hæc igitur & ſi nos ac deſiderium noſtrum in præſentiarum impediant, tamen ſi contigerit, ut vel bello vel pace res feliciter tranſigantur [ſperamus autem Pontificis Regiſque Catholici perſuaſione alterum omnino fore] æterna invicem pace conjuncti, feliciſſimam hanc in Turcas expeditionem faciemus: atque ne res abſentia noſtra frigeſcere quodammodo videatur, rogatos vos velim, ut aliqui ad hoc negotium tractandum perficiendumque deputentur, ut cum primum idonea tempora offerentur, quod & vos efflagitare videmini & nos ſummopere cupimus, pro gloria incrementoque nominis Chriſtiani exequamur. Subdit Bartholinus: *Cæſar igitur cum ornate acuteque in hanc ſententiam diſputaviſſet, Strigonienſis Regum mandato reſpondit; qui poſtquam Cæſaris tempora excuſavit, ſe teſtem etiam eſſe dixit, Cæſarem nunquam ad bellum in Turcas inferendum requiſitum fuiſſe, quin ſemper paratiſſimus [niſi finitima & inteſtina bella impediviſſent] inventus fuerit: tum quod aliqui ad hoc interim eligerentur, probavit. Sic quoque Gurcenſis, addito etiam in rei commendationem [ut ſuus eſt mos] verborum cultu, in eandem ivit ſententiam; ita dies orando diſputandoque finitus eſt.*

Causatur se Italico bello distrahi.

De sopiendis veteribus discordiis actum.

XLV. Laudavit XI. kal. auguſti hoc Regum fœdus luculenta panegyri idem author, ſpeſque ingentes ex felici hujuſmodi conjunctione Chriſtianæ reipublicæ magno ſplendore affuſas proponens, Reges his verbis compellavit: *Quid tam neceſſarium fuerat? quid expetendum magis, quam ut labantibus pene Chriſtianarum gentium rebus vos, qui Dii in terris habiti eſtis, communi omnium utilitati conſuleretis? inſtarque numinum cœleſtium curam totius orbis ſuſciperetis? O auſpicatiſſimos dies, o fœliciſſima tempora, o ſæculum aureum, in quo tam neceſſarium & vobis sereniſſimi Reges & toti orbi terrarum concilium celebratum eſt! Video enim [nec profecto fallor] ſimultates non modo odiaque [ſi qua prius interceſſerant] peritura; ſed etiam tam arctis vinculis ſaluberrimum amicitiæ fœdus oriturum, ut Chriſtiani quid in poſterum timere poſſint non plane videam; quandoquidem gentes impiæ, ac perfidum Turcarum genus, quique noſtræ adverſantur religioni, cum tanti Imperatoris, tot invictiſſimorum Regum ſocietatem affinitateſque intellexerint, ut ſibi ſuiſque ipſorum regnis timeant, neceſſe erit, cum prius multo liberius, quam dici poſſit [ut ſæpe intelleximus & experti ſumus] cum maxima Chriſtianorum clade atque internecione [quid meminiſſe piget] in noſtras eruperint ſedes, prædas abegerint, tantaque immanitate uſi ferantur, ut ne infantibus quidem parſum fuerit, idque tum in primis auſi ſunt, cum principes noſtros, quorum tuendi nos provincia eſt, & odiis & bellis inter ſe implicatos intelligerent. Neque enim ut eorundem diſcordiis a Turcis Byzantium captum fuerit repetendum eſt: non ut florentiſſimum totius Græciæ everſum imperium, impoſitumque tot provinciis jugum; ſed recentioribus inſiſtendum rebus eſt, ut hunc conventum neceſſarium fuiſſe omnes intelligant.*

Propositum excindi Turcicum imperium posse.

XLVI. *Literæ ſiquidem ad tuam majeſtatem, ſacratiſſime Cæſar, allatæ fuerunt; quibus ſignificabatur Selymum Turcarum Imperatorem poſt fratres nepoteſque ſtrangulatos, cum totius orbis imperium animo proponeret, expeditionem in Italos parare cœpiſſe, ratum (ut literarum verbis utatur) iis ſubjugatis, reliquum quod deſtinaverat facile perfici poſſe. Itaque ingenti navium claſſe parata, congregatis undique militibus commeatibuſque ad maritimas urbes diſpoſitis, tranſitum ad Italos meditabatur: quod ut tutius ſecuriuſque efficere poſſet, tecum, ſereniſſime Wladislae, pacem firmavit; atque id ipſum, quod cogitaverat, jam perfeciſſet, niſi a Sopho Perſarum Imperatore apud Araxem fluvium cum ingenti exercitus cæde profligatus fuiſſet:* Viciſſe primum multo ſuorum cruore, Tauriſiumque cœpiſſe dictum eſt: at poſtea cæſis Turcicis præſidiis ſe in Cappadociam recepiſſe diximus; ex qua poſtea irrupiſſe in Aladoli regnum viſuri ſumus. *Tanto enim animoſiores ad bellum in Chriſtianos ſuſcipiendum Turcas fuiſſe conicio, quanto majoribus odiis (ut retuli) principes noſtri detineri videbantur: quid ſi littoribus Italiæ cum quinquaginta millibus equitum appuliſſent? qui milites deſcribi, unde copiæ ex Italia, quæ diuturnis bellis jam viribus exhauſta eſt, ad tam immanes impetus repellendos parari poterant? atqui tu, auguſtiſſime Cæſar (nam tua Italia eſt, per te defendi debet) tandem ſuccurriſſes, triumphumque reportaſſes. Sed per Deum immortalem (libere fari liceat mihi) obſecro, quot prius cæſos, quot depopulatas regiones, quot oppida devaſtata fuiſſe putandum eſt quam Itali tuas, longe enim abes, ſuppetias ſenſiſſent.*

Affectata a Turca Italia.

Diſtractus a Perſa.

XLVII. *Quapropter Deo magno volente auguror, qui ſacræ religioni noſtræ nunquam defuit, actum eſſe, ut & Reges orientis mutuis ſe bellis debilitarent, & vobis ad concordiam pacemque ineundam tempus ſuppeterent: quæ cum primum ab externis hoſtibus intellecta fuerint, non ſolum noſtra non laceſſent, ſed etiam, ne ſuis quidem limitibus tutos eſſe poſſe arbitrabuntur. Idcirco hic conventus, ut neceſſarius, ita & utiliſſimus, ut ad hanc quoque partem deſcendamus, videri poterit: ſi enim proprium cujuſque commodum proſequi volumus; quid hoc utilius unquam cogitari potuerit, quid ſalubrius neſcio, cum regna non modo armis comparari, ſed etiam amicitiis fulciri debeant? quæ cum veræ ſunt, firmiſſimum ſtabilimentum afferunt contra autem maximo ſæpe exitio fuiſſe manifeſtum eſt: qua de re exempla & apud Romanos & apud externos, ne de vobis loquar, quamplurima referri poſſunt. Quare hæc ſocietas, & ab aliis, potiſſimum vero a vobis, auguſtiſſime Cæſar, ſereniſſimi Reges, ut diu cupetita, ita perpetuo conſervanda eſt; nam quemadmodum imperiis conjuncti eſtis, ita & ſocietate & amicitia conjuncti, ut perpetuo ſitis utiliſſimum erit. Germania ſiquidem, Sarmatiæ citra ultraque Viſtulam fluvium, jungitur ab ea. Item Pannones Carpathiis montibus, quos & Sarmaticos dicunt, ſeparantur, qui quidem hanc provinciam, in qua ſumus, incolunt, mutuoque commercia agitant: quorum ergo veſtra hæc imperia interlimentum dividit? ubi alter in alterius ſubſidium & parare ſimul & tranſmittere copias poteſt? quamobrem hujuſce fœderis feliciſſimæque affinitatis vinculum non ſolum vobis utile erit, ſed poſteris quoque & regnis illis pacatiſſima ſceptra, quo nihil prius aut antiquius optari poteſt, excipient.* Et infra.

Dissenſio Mahometanorum Regum ſaluti Chriſtianis fuit.

Oſtenſum quam facile Reges mutuo ſibi opem ferre poſſint.

Mihi quoque quanta regnorum veſtrorum amplitudo, quantaque eorundem potentia ſit, & in iiſdem, quam impavidi ad vulnera gignantur animi, dicendum eſſet, niſi tu, ſacratiſſime Cæſar, invictiſſimi Reges, verius vos, quam ut per me recitari poſſit, ſciretis. Sed, ut brevi omnibus innoteſcat; omnia veſtra imperia ab occaſu ad ortum, ſi a Belgis Pontum uſque auſpicemur, decies centenis ſexcentis millibus paſſuum fere protenduntur; latitudine autem ab Hadriatico ſinu Germanicum uſque Oceanum, ſepties centena quinquaginta millia paſſuum continent, quæ ut ampla, ita & innumerarum gentium ac populorum altricia ſunt, tantique animi atque roboris in iis aluntur viri, ut antiqui & recentiores ſine ſeptentrionalibus legionibus nihil unquam vinci potuiſſe, nihil perfici ſæpiſſime cognoverint. XLVIII.

Amplitudo Chriſtiani imperii quanta.

Et infra: *Proinde, auguſtiſſime Cæſar, ſereniſſimi Reges, in hoc ſacro conventu, qui quam neceſſarius & quam utilis reipublicæ futurus ſit intellexiſtis: hoc agite; quandoquidem vos neque prudentia, neque virtute, rerumque geſtarum gloria, quando nec regnorum potentia, gentiumque bellicoſarum multitudine a quoquam ſuperamini: hoc inquam agite; ut perpetua copulati, ut occœpiſtis, benevolentia, non veſtra modo imperia conſervandi cura ſit, orientaleque ſceptrum a crudeliſſimis Turcis repoſcendi, ſed etiam tum gloriæ, cum augendæ Chriſtianæ reipublicæ gratia ultra Armenias, Araxemque, ultra Garamantas & Indos inferendi ſigna flagret cupido. Quis veſtræ reſiſtet magnitudini? quis veſtras vires non reformidabit, cum omnes tum bellicis virtutibus, tum regnorum potentia, militumque fortitudine cunctos facile ſuperetis Imperatores; cum vos non*

Expoſita illius propagandi occaſio eximia.

alic-

alieno auxilio, ſed propriis freti viribus crebros externarum gentium triumphos reportabitis? Nunc autem cum Dei optimi maximi nutu conjunctæ vires imperiaque jam fauſto affinitatis vinculo connexa ſint; obſecro vos (ut vobiſcum jam loquar reverendiſſimi Cardinales) quantum ſalutis quietiſve Chriſtianæ reipublicæ allaturam putatis? quare etſi omnibus tum Germaniæ Pannoniæque, tum Sarmatiæ principibus, ſi omnibus, inquam, qui adſunt pientiſſimis præſulibus vobis autem potiſſimum Chriſtianus orbis debere fatetur, qui tam vigili cura, ſtudio, labore, ea pertractaveritis, quæ ad ornamentum gloriamque Chriſtiani nominis perpetuo futura videantur: quibus non ſolum communem omnium fortunam extuliſtis, ſed etiam cum Leone Pontifice maximo non vulgarem iniſtis gratiam, quippe qui nihil aliud cogitat, niſi, tranquillum catholicæ fidei ſtatum facere, principeſque noſtros ita concordes fore optat, ut vigilantius ſolertiuſque nihil hactenus, quam ut pacem benevolentiamque mutuo amplecterentur ſollicitaverit, &c.

XLIX. Juncta affinitas inter Cæſarem & Ungarum.

(a) Bartholi. in Hodep. Cuſpinian. in diariis Jodoc. in Sigiſm. & aliis.

(b) Id. ib.

Confirmatum eſt (a) hoc Regum fœdus affinitatibus arctiſſimis, nimirum Maria Cæſaris nepte Ludovico Regi Bohemiæ connubio juncta, & Anna illius ſorore alteri cæſareorum nepotum Carolo vel Ferdinando, quos ampliſſimorum regnorum certa manebat ſpes, vel ſi illi recuſarent, ipſi Maximiliano deſponſa. Tum ad perficienda quæ agitata fuerant, ventum eſt in alia colloquia; ac Thomam Strigonienſem Cardinalem Apoſtolicæ ſedis legatum ita exorſum refert Bartholinus (b): *Sacratiſſime Cæſar, ſereniſſimi Reges. Feliciſſimus tandem dies advenit, in quo inter vos perpetuum fœdus immortaliſque amicitia confirmaretur: itaque quod fauſtum & felix ſit vobis regniſque veſtris & Chriſtianæ reipublicæ profuturum, ſi pax fœduſque, ut inter vos tractata ſunt, placeat, & verbis nunc confirmate, & dextras invicem complectimini. Cum ergo,* Subdit Bartholinus, *lætis animis & annuiſſent, confirmaſſent, ita dextras conjunxerunt: Cæſaris dextram primus Wladislaus complexus eſt, inde Sigiſmundus, tertio Ludovicus Reges. Rurſus Wladislai dextram Sigiſmundus frater & Ludovicus filius complexi ſunt: tertio Ludovicus Sigiſmunduſque dexteras conjunxere. Tanto omnium applauſu hæc acta ſunt, ut neque cogitari, neque referri gaudium poſſit. Hæc paulo ſecretius: inde ut omnes, qui avidiſſime expectabant, palam Cæſaris Regumque fœdus intelligerent, ex podio ſyngraphum & Latine & Germanice ſic recitatum eſt, quod fauſtum feliuque, ſi & nobis ac Chriſtiano orbi, ſacratiſſimi Maximiliani Imperatoris, ſereniſſimorumque Regum Wladislai, Sigiſmundi, ac Ludovici fœdus perpetuum amicitiamque contra infideles atque hoſtium communium internecionem initam confirmatamque denuntiamus: quibus perlectis ferit aurea ſydera clamor, &c.*

Quo ritu dextras junxere Reges.

L. Diremptas in his conventibus controverſias, quas inter Cæſarem & Sigiſmundum Poloniæ Regem interceſſiſſe vidimus, refert Jodocus Ludovicus Decius (c); nimirum reſciſſum fœdus a Maximiliano, quod antea cum Baſilio Moſcovitarum duce adverſus Polonum ſanxerat; decretoſque ab eo oratores, qui Moſcovitam ipſum honeſtis legibus ad pacem cum Polono conficiendam, hortarentur. Abjeciſſe quoque Maximilianum patrocinium magiſtri Pruſſiæ, eumque Polono Regi addicta ſolemni ritu clientelari ſponſione conciliandum ſuſcepiſſe. Ad decretam vero in Turcas expeditionem facilius conficiendam, de pace inter Cæſarem & Venetos inſtitutam actionem, ac deſignatos ad eam proſequendam ex Hungarico ſenatu legatos: verum eos ex inopia commeatus remoratos: ad quam urgendam Ægidium Auguſtinianorum magiſtrum a Pontifice miſſum diximus.

(c) Jod. Lud. Decius in Sigiſm.

Abjecta a Cæſare cruciferorum clientela.

LI. Diſcedente porro ex Polonia ad eos conventus perrecturo Polono Rege, Tartaros in Ruſſiam irrupiſſe refert, de quo paulo ante memoravi, Jodocus; ſed eorum excurſiones ſtrenue repreſſas: infeſtos etiam tunc Pannoniæ Turcas fuiſſe, cæſumque Joannem Tranſilvaniæ præfectum, qui anno ſuperiori feliciter inteſtinum Hungaricum bellum ſedaverat, narrat his verbis Richardus Bartholinus (d): *Rumor increbuit, Joannem vayvodam cum quinque millibus Pannonum a Turcis fuſum fugatumque eſſe: is enim cum eis Danubium eſſet, ut aliquod egregium navaret opus, pontem in fluvium jecit, oppidumque Sarnoviecz ad alteram ripam obſedit. Turcæ collectis undique militibus Pannonum caſtra aggreſſi ſunt, tantaque ab iis ſtrages illata, ut ægre vaivoda ſaucius cum paucis evaſerit. Alii factum ducis culpa dicere, alii exploratorum incuriam accuſantes defendere, atque, ut cujuſque odium ac benevolentia erat, rem culpa dignam aut indignam facere. Sequenti die, ut cladem tegerent, levius factum vulgari, velites ſcilicet trecentos a Turcis, qui in inſidiis erant, interceptos cæſoſque. Verum, ut prior fama fuit, præſidium, quod illic tenebatur, aviditate gloriæ a vayvoda amiſſum eſt; qui cum Regis Wladislai filiam ſibi in uxorem dari ardentiſſime efflagitaviſſet, & quo mi-*

(d) Bartolin. l. 1. hodep. Card. Gurcen. to. 2. rer. Germ. ex editione Frehert Jo. Dantiſ. in poemate.

Tranſylvanus fuſus a Turcis.

nus cum Caſare affinitas contraheretur, pro viribus obſtitiſſet, aliquid præclarum glorioſumque moliri tentabat; ut inde ſibi Regis benevolentia regnique favore comparato, quod optabat facilius conſequi poſſet; ſed longe aliter quam ſperabat accidit.

LII. Exterriti porro omnes fuere, eum Selimum non modo triumphare in Perſide, ſed in Pannonia quoque de Chriſtianis victoriam retuliſſe, & Dalmatiam vexare audiverunt. Quod vero ad illius in Aſia geſta bella attinet; poſtquam ſuperiori anno in Cappadociam ex Armenia ob Iſmaelem cum maximis Iberorum & Albanorum, qui Georgiani & Mengrelli vocantur, equeſtribus copiis ingruentem ſe ſubduxiſſet, amiſſo Tauriſio, quod antea pepererat, atque exercitum circa Trapezuntem & Amaſiam in hybernis continuiſſet, hoc anno cum Sophi domeſticis ſeditionibus adverſus Hyrcanos & Bactrianos ulterioreſque Caſpii maris accolas, qui accepto pileo viridi filiorum Jeſcilbæ olim Sammarchandæ Regis partes ſequebantur (*a*), implicitum audiiſſet, adverſus Aladolum Tauri & Antitauri præpotentem Regem, cujus confinia ad Perſidem, Turciam, Syriamque pertinebant, & a quo in ſuperiori bello Perſico laceſſitus fuerat, adortus eſt, ac Sinami baſſæ ductu per montium anguſtias in illius regionem irrupit, eaque potitus, capti Aladoli caput cervicibus abſcindi juſſit: e cuius cruentis manibus elapſus Aladoli filius ad Ægypti Syriæque ſultanum ſe contulit; in quem proximo anno Selimum extuliſſe ſigna illiuſque convulſiſſe imperium, dicetur inferius.

Selymi & Iſmaelis geſta.

(*a*) *Boſius p.2. l. 18.*

Aladolus in prælio captus.

Illius filius ad Ægyptium confugit.

LIII. Interea Iſmael Sophi ad reprimendos Selimi impetus, non modo ad Fabricium Rhodiorum equitum principem oratorem miſit, ut occidentales Chriſtianos Reges ad inferendum Turcis bellum impelleret, pollicitus, ſe omnes urbes & oppida, quæ quondam Chriſtiani fuerant imperii, Chriſtianis reſtiturum; verum etiam ad Albuquerquium (*b*) Indiarum proregem, qui deportatis maximis triumphis Chriſtiani nominis gloriam longe lateque amplificaverat, oratorem ſuum Coieleamum nomine legavit, ut Luſitanam amicitiam expeteret; tum etiam, ut conditam a ſe inanem ſectam, unaque imperium ſuum firmaret propagaretque, Indicos Reges Mahometicæ ſuperſtitioni addictos ad ſuos ritus ejuſdem Coieleami oratoris opera conatus eſt pertrahere; ſed votis non potitum refert Oſorius (*c*): *Hoc tempore Iſmael Perſarum Rex, cum armis plurimum poſſet, tum religionis ſpecie multos mortales in ſui admirationem traduxerat: is originem ſuam ad Allem & Mahumetem referebat. Alles, ut multi referunt, frater patruelis atque gener Mahumetis extiterat; filiam namque illius nomine Fatimam uxorem duxerat. Porro autem poſt Mahumetis mortem, cum illi in principatu ſucceſſiſſet, Mahumetis legem multis in locis immutavit; quædam enim ſuſtulit, non pauca etiam adiecit, alia novis interpretationibus ita correxit, ut nova quædam lex gentibus illis videretur: ſic factum eſt, ut dum quidam Mahumetis, quidam vero Allis diſciplinam ſequerentur, Mahumetis ſecta in duas partes diviſa, gentes religione diſſidentes odiis etiam, quod conſequens erat, diſcinderet. Perſæ namque, qui Allem ſequuti fuerant, reliquos Mahumetis diſciplinis infectos, ut homines impuros, & divinæ legis ignaros a conſortio ſuo repellebant: Arabes contra Perſas, ut deſertores atque legis divinæ corruptores deteſtabantur. Alle vero e medio ſublato, Hocem illius filius & dignitatis, atque nefariæ religionis hæres extitit, & eundem exitum vitæ habuit; veneno namque periit. Alius deinde illius frater eodem nomine diſciplinam eandem uſque ad extremum ſpiritum vitæ retinuit: Huic duodecim filii fuere, quos Perſæ viros divinos, atque Deo propter egregiæ religionis pietatis & ſtudium valde charos arbitrantur; unus tamen, qui plurimum inter omnes excelluiſſe putabatur, appellatus fuit Muza Caim. Poſt horum hominum memoriam Allis nomen apud multas nationes in obſcuritate latuit. Homaris diſciplina, qui Mahumetis religionem ſummo ſtudio conſervavit inviolata permanſit, donec tandem Sophi Muza Caimi ſtirpe propagatus, cum primum ſapientiæ & religionis oſtentatione multos ad ſui ſtudium allexiſſet, tum armis eam ſectam, quam ſequebatur, eſſe veram Dei legem demonſtrare ſummo ſtudio concupivit. Cum igitur illi nationes multæ nomina darent, evenit ut Allis decus e tenebris emerſum videretur, & nomen illius extinctum reviviſceret. Is pro linteis ſpiris, quibus Mahumetani caput intexerant, pileos e lana conſtipata colore viridi confectos & ſenis utrinque gradibus diſtructos eo artificio, ut vel protendi vel contrahi poſſint ad tegendum caput inſtituit: quibus ii, qui Allis diſciplinis adhærent, ab aliis Mahumetanis, qui Allis memoriam odio proſequuntur internoſci facillime poſſent: hoc autem numero duodenario, quo pileos diſtinxit, memoriam filiorum, quos Hocem ſuſceperat, conſervare decrevit.*

Iſmaelis ad Chriſtianos legationes variæ.

(*b*) *Ext. de eo Leon. l.1. brev. p.85.*

(*c*) *Oſor. l.10.*

Ut Mahometis ſecta diviſa ſit.

Inter Perſas & Arabes inde ſequuta diſſenſio.

Allis ſuperſtitio inſtaurata ab Iſmaele.

Quo ſigno ſuos diſtinxerit.

Huius tandem ſatu propagatus Iſmael Aidami filius, qui Sophi nepos extiterat, LIV.

variis caſibus exercitus, & ſapientiæ opinione & ejuſdem religionis, quam diximus patrocinio tantum nomen fuit apud Perſas conſecutus, ut omnes libentiſſime illius imperio ſubderentur; fuit enim ſingulari animi magnitudine & liberalitate præditus, multaſque victorias adeptus imperii fines latiſſime protulit, & cum Selimo Turcarum Imperatore conſlixit, ad eaſque tandem opes pervenit, ut nec ipſi Selimo cedendum arbitraretur. Is, cum ditionis amplificandæ curam ſuſciperet, tum etiam religionis propagandæ miro ſtudio tenebatur, & partim precibus, partim minis, ut multi pileum illum geſtarent, & Allis inſtitutis & precationum formulis, quas idem in ſcriptis reliquerat, uterentur, operam enixe dabat: ea autem de cauſa legatos ad Regem Cambaiæ & ad Zabaimum Idalcanum decreverat, ut eos in ſententiam ſuam traduceret, quod illi tamen facere noluerunt.

Novæ precandi formulæ fictæ ab Iſmaele.

Indiæ Reges ab eo ſolicitati ut ſectam ipſius amplectantur.

LV. Miſiſſe eundem Iſmaelem pileum cum Allis precationibus & inſtitutis ad Armuziæ Regem Mahometanum Luſitani vectigalem imperii, addit Oroſius; atque Hamedium regiæ procuratorem, qui Luſitanos depellere Armuzia clam moliebatur, adverſabaturque modis omnibus, ne Albuquerquius prorex arcem Armuxienſem perficeret, hoc anno barbarum Regem adegiſſe, ut Iſmaeli ſe addiceret, ejuſque ritum profiteretur: verum Hamedium ipſum dolo interemptum ab Albuquerquio, diſcuſſiſque Perſicis fraudibus Regem Armuzienſem in Luſitanica fide & clientela confirmatum: ejus vero oratorem natione Siculum, qui in pueritia a piratis captus Mahumetanaque impietate infectus fuerat, cum Oliſſiponem ad Emmanuelem veniſſet ad Chriſti cultum reductum. Cæterum Armuzienſium Regum, antequam Luſitani eorum clientelam ſupremumque urbis imperium acciperent, adeo miſerabilem conditionem fuiſſe recenſet author, ut a regiæ procuratoribus pro libidine orbarentur oculis, regnoque dejicerentur, excito ad ſolium puero, eandem calamitatem ſi liber eſſe voluiſſet paſſuro, adeo ut quindecim Reges Armuzienſes a regni procuratoribus in regiis ædibus cum uxoribus & liberis incluſi ſervarentur: quos omnes Alfonſus Albuquerquius, tum ad memoriam ſceleris extinguendam, tum ad removendam diſſenſionum materiam, in Indiam juſſit abduci; ubi liberaliter & regio more alerentur. Albuquerquius ipſe, cum omnem ferme oram Indici maris, quæ Indo fluvio & Cori promontorio definitur, ſub Chriſtianum imperium ſubjunxiſſet, Malacam etiam adjeciſſet, regnum Armuzii armis cœpiſſet, firmaſſet arce munitiſſima, & prudentia ſtabiliſſet, Luſitanum & Chriſtianum nomen latiſſime propagaſſet, æmulos ſuæ virtutis & gloriæ luce adeo perſtrinxit, qui eum in invidiam affectatæ univerſæ Indiæ tyrannidis vocarunt apud Emmanuelem, ut ipſum ex India revocaret: cum in lentum morbum incidit, quo ingraveſcente ſacris expiavit animum, reviſendæque Goæ, cujus imperii erat conditor, cupiditate incenſus Indiam repetiit: ac licet initio moleſte tulerit ſibi ſucceſſorem datum, deinde tamen divinam in eo agnovit providentiam, ne eo moriente Chriſtiana res periclitaretur: abjectaque omni rerum humanarum cura, converſaque ad divina recolenda mente pie obiit decima ſexta decembris ætatis anno ſexageſimo tertio, ut tradit Joannes Barroſius (a), integris ſenſibus ac rite ſacramentis munitus; mortique proximus cruciatuum & mortis Chriſti ſacram hiſtoriam coram ſe repeti juſſit: *Crebriſque*, inquit Oſorius (b), *gemitibus, & aliis ejuſmodi ſignis ſe ea lectione mirum in modum recreari demonſtrabat.*

Armuziæ Rex Luſitani beneficiarius.

Reges Armuziæ a ſuis procuratoribus oppreſſi.

Alfonſus Albuquerquius geſtis rebus clarus.

Vocatus in invidiam apud Luſitanum Regem.

Pie ad obitum ſe comparat.

(a) *Barroſ. dec. 2. l. 10. c. 8.*

(b) *Oſor. l. 10.*

Addit Petrus Maffejus (c) illum duo ingentia conſilia animo volviſſe, nempe ut & Mecham atque execrabile Mahumetis monumentum everteret; tum ut Nilum in Arabicum ſinum maximo Turcarum detrimento averteret. LVI.

(c) *Maff. l. 6.*

In Africa & Phutenſi regno varia cum Mauris prælia lætis initiis & funeſto exitu a Luſitanis geſta ſunt: caſtellum Amagor munitiſſimum rupibus undique munitum & duobus incluſum fluminibus expugnatum eſt: *Victoria*, inquit Oſorius (d), *pro numero militum fuit inſignis pro qua Luſitani gratias Deo ſummas egerunt, & confeſſi publice ſunt, eam non humanis viribus, ſed Chriſti numine atque beneficio partam fuiſſe.* Deinde ad Marrochii portas copias adduxere, ut Luſitaniæ principibus debellandæ Mauritaniæ facilitatem oſtentarent: ac Rex Emmanuel ad maritimam oram pluribus arcibus obſeſſam tenendam, ut Phutenſe regnum facilius expugnaret, claſſem ducentarum navium, in quibus exercitus octo millium hominum præter fabros & nautas ſubvectus eſt, ad arcem in fluvii Mamoræ ripa conſtruendam menſe junio immiſit: ſed cum Mequinezius Rex cum tribus millibus equitum peditum triginta millibus, Feſſenſis vero cum centum millibus & eo amplius in Luſitanos incurriſſent, ſævam ipſis cladem intulerunt: *Circiter quatuor hominum millia*, inquit, *ab hoſtibus cæſa dicuntur: arce præterea cum tormentis & munitionibus & capti-* LVII.

Luſitanorum geſta in Africa.

(d) *Oſor. l. 10.*

Inſignis arx ab iis capta.

Ad Marrochii portas excurrunt.

Ingentem cladem accipiunt.

captivis hoſtes potiti ſunt. Clade hac nullam Emmanuelis ætate calamitoſiorem acceptam, addit Oſorius; in qua multi dedecoris infamiam demiſſius quam forte decebat pertulerint, quippe qui nullam umquam dederint operam, ut illam ignominiæ maculam claris facinoribus eluerent.

LVIII. Mauritani ab Hiſpanis fuſi.

LVIII. In alia Mauritaniæ parte felicius terra marique adverſus Afros Turcaſque pugnatum eſt a Ferdinandi Regis Caſtellæ ducibus; nam in primis ad Coſſyram inſulam vulgo Pantalaream appellatam menſe julio Ludovieus Requeſenius novem triremium dux Solimanum piraticæ claſſis principem rapinis ac flagitiis inſignis, qui ſuperioribus annis Chriſtiana littora vexaverat, ac Siculis ſpoliis tredecim piraticas triremes onerarat, adortus vicit (*a*): quatuor hoſtiles naves fuga lapſæ, tres fluctibus depreſſæ, ſex noſtrorum in poteſtatem redactæ, nongentis barbaris, qui in iis vehebantur, partim cæſis, partim in ſervitutem adductis. Cum vero idem Solimanus jam ante Julio II. longam navim ademiſſet, ac nonnulla vexilla pontificia in poteſtate barbarorum reperta eſſent, tranſmiſſa Romam fuere a Requeſenio, quæ Guſmanus Hiſpanus orator Leoni Pontifici obtulit. Aliquanto poſt parta (*b*) eſt alia victoria terreſtris de ferociſſimo alio pirata Omichu ſive Horuſcio cognomento Barbaroſſa, patria Mityleneo, qui ex vili prædone ſenſim latrociniorum magnitudine auctus, etiam Africæ regnum deprædatus eſt. Potitus ante erat pluribus Tunetani regni locis maritimis, ſecundiſque rebus elatus Bugiam urbem regiam Hiſpano eripere, atque in ea imperii ſedem collocare meditatus eum ſuperiori anno in portum claſſe invectus, arces, quas Chriſtiani obtinebant exploraret, bellico tormento laniatum brachium amiſerat; cujus vice cum ferreum ſibi aptari juſſiſſet, hoc anno majori conatu nefaria conſilia intendit: Turcica enim claſſe & Maurorum maximo collecto exercitu Bugiam obſidione cinxit, variis hoſtilibus impreſſionibus minorem arcem mari imminentem, cæſis omnibus Chriſtianis expugnavit.

(*a*) *Sur. to.6. l. 10. c.97. Marian. l.30. c.26.*

(*b*) *Sur. ſup. cap.*

Barbaroſſæ brachium tormento laniatum.

LIX. Bugia ab eo in diſcrimen adducta. Obſidione liberata.

LIX. Adducta erat ea urbs in extremum pene diſcrimen, qua capta reliquæ Mauritaniæ arces periclitabantur: cum Balearium prorex impoſitis claſſi tribus ſelectorum militum millibus ad eam propugnandam procurrit Ferdinandi Regis imperio (*c*) adeo ut barbarus extracta in plures menſes obſidione, cum poſt varias molitiones facto ſimul in quinque loca cum omnibus copiis impetu, maxima ſtrage Maurorum propulſatus fuiſſet, demum deſperata victoria diſceſſerit: quem felicem triumphum deſcribit Mariana (*d*). Non tamen poſuit ferox pirata nocendi conſilia; nam proximo anno Algerium Hiſpani vectigale imperii occupaſſe Maurica fraude & Chriſtianum exercitum concidiſſe, viſuri ſumus.

(*c*) *Sur. to.6. l. 10. c.97.*

(*d*) *Marian. l. 30. c.26.*

LX. Ferdinandus Rex diſtractus ab Africano bello.

LX. Diſtrahebant porro Ferdinandum ab Africano bello proximiora pericula: nam metuebat ne Francorum Rex, parto Mediolanenſi principatu, Neapolitanum regnum affectaret. Angebant (*e*) etiam eum domeſtica cum nepote Carolo & Ferdinando Conſalvo diſſidia: tum aliæ diſtinebant curæ retinendi Navarreni regni adverſus Joannem Alebretenſem, qui illud recuperare nitebatur. Inique armis comparatum illud regnum affirmabant nonnulli, iniicereque religionem Ferdinando voluere; ſed illum oppoſuiſſe eorum dictis refert Surita (*f*), ſe ſuſcepta Eccleſiæ cauſa adverſus ſchiſmaticos eorumque ſectatores rogatu Julii II. Pontificis regno illo potitum: tum obſervat Joannem Alebretenſem ejuſque conjugem jure illud ſceptrum non tenuiſſe, utpote Catharinæ natu maximæ a Leonora ſorore olim flagitio ereptum: porro Ferdinandum ipſum ad illud transferendum in nepotes in comitiis Burgis celebratis, Navarreni regni jura non Aragoniæ, ſed Caſtellanæ coronæ conjunxiſſe; qua de re Mariana hæc tradit (*g*): *Ex eo conſtat Ferdinando deſtinatum prorſus animo fuiſſe, eam ditionem nunquam abdicare, quaſi ſui juris, non ſecus ac alios principatus, neque ulla religione moveri, ut ab ea ſententia decederet: ſic variis ſermonibus præſeſulit: viribus potiori argumenta nunquam deſunt ad retinendum quæcumque armis occupavit. An principatum aliquem ultro veteri domino redditum docere quis poſſit? ſi verum fateri licet, nonnullis Ferdinandi cauſa præſidiis fulciebatur, neque contemnendis, neque prorſus inanibus. Primum Pontificis ſententia Reges veteres fuiſſe ditione ſpoliatos, quos more majorum extrema meritos exempla jure pontificio maledixit; deinde in Reges Caſtellæ translatum jus Claræ uxoris prioris Henrici Caſtellæ, deinde Regis eo nomine quarti, ipſius voluntate & donatione, quo tempore a patre ſævo ad non dubium exitium data eſt in Gaſtonis Fuuenſis ſororii poteſtatem, ejus necem oppido cupientis, quæ jure potior erat; quippe major natu Vaſconum imperium ad ſe trahere. Ita per omnes patrati parricidii affines & eorum poſteros pervagata ira cæleſtis haud longo tempore pœnas a ſingulis improbæ cupiditatis exegit, maneſque innocentis puellæ mortuæ*

(*e*) *Sur. c. 92.*

(*f*) *Id. ib.* De Navarreno regno motæ lites.

(*g*) *Marian. l. 30. c.24.*

Quo jure fultus fuerit Ferd. ad illud occupandum.

vin-

vindicta, quam vivæ regiis opibus felicioris nullo inimicorum innoxio relicto tandem quieverunt. Acceſſit ad cætera Ferdinandi præſidia Germanæ Reginæ jus Gaſtonis Namurſii fratris in locum. Bono certe religionis fuit ea regni Navarreni translatio cum Joanna illius hæres tanquam altera Jezabel ex reliquo principatu fidem catholicam excindere conata ſit, Galliarumque magnam partem hæreſi contaminarit: quamquam non deſunt qui ex concepta in Apoſtolicam ſedem, a qua regno everſa erat, rabie, flagitium molitam putant. Tentaſſe Joannem Alebretenſem proximo anno Navarram recuperare, ſed irrito exitu inferius dicetur.

Servata in Navarra religio divino conſilio.

LXI. In America ſimul cum Hiſpano imperio propagata eſt Chriſtiana religio; idque mirum narrat Petrus Martyr (*a*) in commentariis ſuis hoc anno conſcriptis: prænuntiatum jam ante barbaris fuiſſe Hiſpanorum adventum, triſtibuſque elegiis calamitates publicas ab iis inferendas celebratas fuiſſe; tum defixo in iis oris crucis ſigno dæmones ſe nuſquam viſendos obieciſſe: *In Avisis a majoribus habent vaticinatum noſtrorum adventum, quibus gemendo, uti per elegias perniciem ſuam detonant: Magnacochios, aiunt, id eſt veſtitos homines venturos ad inſulam armatos enſibus hominem ſcindentibus uno ictu, quorum jugo poſteritas eorum ſubdenda foret: nec miror quidem vaticinatos eorum majores ſervitutem filiorum, ſi verum eſt quod de lemurum familiaritate referunt, de quibus ſatis late in primæ noſtræ decadis libro nono, usi de zemibus, ideſt eorum ſimulachris, quæ colebant, diſſeruimus: nunc autem fatentur zemibus ſublatis nuſquam ultra quemquam apparuiſſe. Aſcribunt noſtri ſigno crucis, quo ſe muniunt; ſunt namque omnes baptiſmatis lavacro abluti.*

(*a*) *Pet. Mar. dec.* 3. *c.*7.

In America propagata religio.

Prædicta Americanorum ſervitus.

Olim dæmones barbaris familiares. Signo crucis depulſi.

LXII. Confirmata eſt fides miraculis, inſigneque illud eſt, quod in Bainoa provincia editum, quo Dei contemptor, & ſacrilegus dynaſta cœleſti ultione ad pietatem adductus eſt, ut author his verbis memorat (*b*): *Regionis regulus uxorem in ſacello a Chriſtianis in eius ditione ſtructo orantem reperit; concubitum petit habendam eſſe rationem loci Deo ſacri uxor arguit; cujus verba hæc fuerunt: Teisoca teitoca; quod ſonat, eſto quietus; Techeta cynaso guamechina; quod ſonat: Dominus multum iraſcetur; inquit excuſſo brachio maritus: Guaibba; id eſt: Vade; Cynato machabuca guamechina; interpretatur: Quid ad me quod iraſcatur Deus? Vim uxori intulit: repente mutus effectus eſt, & ſemimancus, pœnitentia ductus & miraculo perculſus donec vixit egit vitam religioſe, nec paſſus eſt ultra ſacellum verri aut ornari aliena manu. Eo miraculo & incolæ multi, & Chriſtiani omnes commoti ſacellum pientiſſime frequentant: æquiſſimo libentique animo ferunt, regulum fuiſſe paſſum ejus contumeliæ vindictam.*

(*b*) *Id. ib. c.*8.

Sacrilegium in barbaro repente vindicatum.

Perculſus miraculo barbarus crimen expiat.

LXIII. Admiranda alia ſummi conditoris in altero orbis hæmiſpherio opera ab Hiſpanis rei novitate perculſis comperta refert idem author, nimirum Oceanum ab oriente in occidentem perpetuo curſu fluere; neque tamen occidentem repleri vel orientem exhauriri: vocatum autem fuiſſe proximo anno Sebaſtianum Cabotum genere Venetum ad perluſtrandum hoc naturæ arcanum; cujus navigationem ita deſcribit (*c*): *Primo tendens cum hominibus tercentum ad ſeptentrionem, donec etiam julio menſe vaſtas repererit glaciales moles pelago natantes, & lucem fere perpetuam tellure, tamen libera gelu liquefacto; quare coactus fuit, ut ait, vela vertere, & occidentem ſequi, tetenditque tantum ad meridiem littore ſeſe incurvante, ut Herculei freti latitudinis fere gradus æquarit. Ad occidentem profectus tantum eſt, ut Cubam inſulam a lævo longitudine graduum pene parem habuerit: is ea littora percurrens, quæ Baccalaos appellavit, eoſdem ſe reperiſſe aquarum, ſed lenes delapſus ad occidentem ait, quos Caſtellani meridionales ſuas regiones adnavigantes inveniunt. Ergo non modo veriſimilius, ſed neceſſario concludendum eſt, vaſtos inter utramque ignotam hactenus tellurem jacere hyatus, qui viam præbeant aquis ab oriente cadentibus in occidentem, quas arbitror impulſu cælorum circulariter agi in gyrum circa terræ globum. Baccalaos Cabottus ipſe terras illas appellavit.* Gallos etiam in objectum Galliæ continentem trajeciſſe, fidemque Chriſti a viris religioſis illatam barbaris Canadenſibus inferius dicetur. Porro de Hiſpaniola inſula, quæ prima Hiſpanorum novos orbes conquirentium ſedes extitit, hæc Leoni narrat Petrus Martyr (*d*): *Per quatuor ea flumina, perque provincias quinque diximus inſulam dividi: datur & alia partitio. Conſtat inſula univerſa quatuor montium cacuminibus, quæ mediam ſecant ab oriente in occidentem: ſuccoſa cuncta, auro, feraciæ cuncta.* Et infra: *Beata omnia, beatiora nunc quod intra tui gregis oves, beatiſſime pater,* Leonem Papam alloquitur, *ſunt recepta tot hominum millia, zemibus omnibus dæmonum ſimulachris eliminatis: ſi res hujuſcemodi aliquando in diſcurſu noſtræ narrationis repetiero, ſique digredior interdum, ut hæc referam, beatiſſime pater, ne mihi ſuccenſeat: fervor animi præ lætitia cum audio,* cum

(*c*) *Ead. dec.* 3. *c.*6.

Caborti navigatio inſignis.

Baccalai ab eo perluſtrati.

(*d*) *Dec.* 3. *c.* 6. & 7.

Simulacra dæmonum ex ea ſublata.

cum video, cum ſcribo iſta, me velut divinus ſybillineus quidam ſpiritus exagitat, cogitque idem ſæpe referre, quando præcipue ſentio, quo tendat noſtræ religionis amplitudo. At noſtrorum avaritia, qui nimiis laboribus in auro effodiendo neophytos oppreſſerunt, miſeram gentem fere abolitam queritur apud Pontificem author (*a*): *Hoc tamen inter fata hæc uberrima jacet medium, quod me angit non mediocriter: ſimplices hi nudi homines parvo erant aſſueti labori; pereunt multi ex immenſa fatigatione in aurifodinis, deſperantque adeo, ut ſibi mortem multi conſciſcant, nihilque curent de procreatione filiorum: ſumere matres gravidas medicamina inquiunt, quo immaturos partus edant, cum cernant ſe parituras Chriſtianorum mancipia: licet ex regio diplomate liberos eſſe ſancitum ſit, ſervire tamen coguntur ultra quam homini libero placeat. Extenuatus eſt miſerorum numerus in immenſum: duodecies centena capitum millia amplius fuiſſe aliquando cenſita multi ferunt; quis nunc ſit horreſco referre.*

(*a*) *Id. ib.*

Crudelitas in barbaros ob avaritiam exercita.

LXIV. Optabat Pontifex novi orbis incolarum mores perdiſcere: quibuſnam ſuperſtitionibus irretiti tenerentur; utque ad excipiendos evangelicos ſatus comparati viderentur: atque adeo Petrus Martyr de his certior factus a Galeatio Butrigario & Joanne Ruffo archiepiſcopo Cuſentino Leonis internuntiis plura de barbarorum inſtitutis accuratiſſime ad Leonem Pontificem conſcripſit: inter quæ narrat, barbaros, utpote in omne laſciviæ genus effuſos, de uxorum pudicitia omnino diffiſos, heredes principatuum creare ſolitos filios ex ſororibus progenitos: extinctoque regulo chariſſimas illius pellices formæ elegantia præcellentes cum mundo muliebri vivas ſepeliri.

Uxores vivæ ſepeliri ſolitæ a barbaris cum regulis.

Excur-

I. EXcurrentis ſæculi anno decimo ſexto indictione quarta, decima ſeſſio concilii Lateranenſis, quæ die quarta junii celebranda erat, extracta eſt in decembrem ob varias præſulum, immunitates monachorum revocandas contendentium, epiſcopalemque ſocietatem ad aſſerendam antiſtitum authoritatem in urbe inſtitui depoſcentium lites, quas deſcribit Paris de Graſſis (a) epiſcopus Piſaurienſis & pontificiarum cæremoniarum præfectus: *In ultimis ſeſſionibus tribus aut quatuor, cum Papa & Cardinales vellent aliqua obtinere a prælatis, prout obtinuerunt, ſemper promittentes prælatis unam ſeſſionem particularem tenere pro exauditione petitionum, quas prælati intendebant, præſertim contra fratres & eorum mare magnum, ut tot eorum privilegia, quæ erant confuſio & vituperatio dignitatis epiſcopalis ad formam juris communis redigerentur.* Et infra: *Cardinales ſic ſunt operati cum Papa, quod Papa, qui petitiones prælatorum primo benigne exaudierat, demum omnem exauditionem hujuſmodi revocavit, dicens expreſſe talia non placere Cardinalibus, & propterea nullo modo velle concedere prælatis confraternitatem aliquam: unde prælati ſuper hoc congregati videntes ſe eſſe, qui ex quatuor partibus ſaltem tres eſſe, qui concilium faciunt, ſtatuerunt denuo ad Pontificem alios prælatos deputare, ut Pontifici, ac ſi opus eſſet, Cardinalibus perſuaderent ſuas petitiones æquas & honeſtas, & ad virtutem tendentes eſſe, & propterea exaudiendas: ſed omnino Papa perſtitit in ſua opinione, dicens non placere Cardinalibus, quod prælati habeant ſocietatem: & addidit quod ſi prælati perſeverent in hujuſmodi opinione velle ſocietatem, quod non tenebitur amplius ulla ſeſſio; & ſic quod privilegia, quæ petebantur per prælatos contra fratres tolli aut modificari, ſtabunt & amplius non revocabuntur, prout quaſi definitum eſt; videlicet quod non erit amplius ulla ſeſſio, ſed quod ab octobri ad alium octobrem & ſic in perpetuum differretur: & hæc fuit cauſa prorogationis.*

(a) Paris. to. 4. mſ. arch. Vat. p. 161.

Præſules de monachorum privilegiis conqueruntur.

Negata illis ſodalitia poteſtas.

II. *Capitula autem, quæ prælati petebant ſuper ſocietate ineunda hæc ſunt: nam cum primo Papa, ut jam dixi, reſpondiſſet placere ſibi, quod prælati poſtulaſſent ſuper ſocietate, Cardinales timuerunt neſcio quid, & inſtruxerunt Pontificem, ut non daret eis facultatem congregandi, ſed quod prælati aſſiſtentes Papæ eſſent, qui neceſſitates prælatorum intelligerent, & Papæ referrent quod placuit prælatis: ſed cum ipſi etiam ſuper hoc capitula hæc, quæ ſequuntur feciſſent, & Papæ obtuliſſent, Papa de conſilio Cardinalium non acceptavit, dicens ſe non poſſe quod vellet. Itaque hæc ſunt petita noſtra id eſt prælatorum, videlicet.*

Formidata ex eo ſodalitio diſſidia.

Beatiſſime pater.

III. *Poſtquam ſanctitas veſtra nobis demonſtravit ei placere, ut prælati aſſiſtentes promotores & defenſores ſint epiſcoporum, & ea procurent, quæ illorum neceſſitates ac etiam pietatis opera reſpiciunt, ſperandumque ſit quod, ex eo ſanctitas veſtra hoc munus indulget, ex quo ſuæ mentis inſtituto illa quoque, quæ ad hoc ipſum acceſſoria ſunt, & ſine quibus tam ſanctum opus exequi poſſet, ſint conceſſa; ut tamen poſſimus generali epiſcoporum congregationi clarius liberiorem ſanctitati veſtræ gratiam inſinuare, dignetur ſua clementia & bonitate hæc, quæ ſummopere huic negotio expedire videntur benigne comprobare, videlicet quod ſanctitas veſtra, quæ eſt caput & princeps epiſcoporum, epiſcopos ut ſemper fecit, commendatos habeat, illorumque protectionem, qua ſolet pietate, retineat; quodque ſanctitas veſtra & reverendiſſimi domini Cardinales, & ſacrum collegium hujus ordinis ſint perpetui protectores, & quod aſſiſtentes prædicti, quos ſanctitas veſtra ad defenſionem epiſcoporum deſignat, poſſint, quando opus fuerit, aliquo convenienti loco congregari ad conſulendum & tractandum de communibus epiſcoporum negotiis: quod iidem habeant facultatem, obtenta prius venia a ſanctitate veſtra, congregare ex cauſa epiſcopos in curia exiſtentes pro hujus ordinis indigentiis & neceſſitatibus: quod aſſiſtentes prædicti debeant inter ſe de ſuo numero aliquos deputare, qui ſpecialiter præpoſiti ſint defenſioni & ordinis epiſcoporum negotiis: quod habeant cancellarium communem, poſſintque ſcribere quibus opus fuerit juxta negotiorum exigentiam: quod poſſint habere arcam communem, ad pios uſus & ordinis neceſſitatem pecunias colligere, theſaurarium deputare, prout videbitur opportunum: quod poſſint pro defenſione ordinis & epiſcoporum negotiis eligere ſyndicos, procuratores, ſive advocatos; quod poſſint facere aliquas ordinationes honeſtas in defenſionem prædictorum epiſcoporum & ordinis & pietatis opera reſpicientes, dummodo ſanctitati veſtræ placeant, & approbentur ab eadem: & ſi qua alia pro tam ſancto opere neceſſaria videntur, conſulta tamen prius ſanctitate ve-*

Quænam a prælatis petita ſint.

ſtra, & ea ab eadem approbata poſſint per eoſdem adimpleri: cum major pars prædictorum aſſiſtentium aliis negotiis occupata ſit, & fere omnes Itali ſint, dignetur ſanctitas veſtra aliquos alios prælatos pro tempore in curia exiſtentes eiſdem adjungere, qui aliarum linguarum ſint & aliis occupationibus non intenti poſſint una cum prædictis aſſiſtentibus hujuſmodi negotiis vacare; vel, ſi magis placet alios prælatos de rebus epiſcoporum bene informatos una cum præfatis aſſiſtentibus deputare.

IV. Celebratos deinde xv. decembris die in palatio apoſtolico generales præſulum cœtus, atque in iis decreta, quæ in proxima ſeſſione proponenda erant, excuſſa fuiſſe, addit author (*a*): *Quemadmodum*, inquit, *ſupra die IV. junii ſcripſi, hæc ſeſſio, quæ debebat teneri anno præterito, fuit ex diverſis cauſis uſque ad hanc diem XIX. decembris prorogata, præſertim quia Papa & Cardinales aliqui faventes religioſis ex cauſa incerta contra prælatos, non potuit unquam clare a prælatis obtinere, ut darent vota ſua ſuper certis tractatibus concordiæ inter prælatos & religioſos ſuper derogationibus privilegiorum in mari magno contentorum, quamvis Papa pluries niſus fuerit tranquillare animos prælatorum. Et tandem die decimaquinta decembris Papa vocatis in capella palatii omnibus prælatis, qui fuerunt numero ſeptuaginta, & Cardinalibus quinque, fecit proponi quatuor minutas quatuor bullarum, quæ in concilio legi debebant; & ſic prælati dederunt vota ſua ad tres primas minutas, videlicet ſuper concordatis inter Papam & Regem Franciæ: ſecunda fuit abrogatio pragmaticæ ſanctionis in Francia: tertia fuit inhibitio contra fratres, ne prædicent ſine licentia ordinariorum: & quarta fuit ſuper tractatu concordiæ inter prælatos & fratres; ſed quaſi nullus approbavit, immo omnes contradixerunt aperte, ita ut Cardinales ibi præſentes ægre tulerunt hujuſmodi contradictiones, & tandem concluſerunt, in ſequentem diem mane ſummo accedendum eſſe ad ipſam capellam ſuper meliori ſcrutinio faciendo, quia ſperabant forte prælatos reducere poſſe ad vota ſua. Et ſic die ſequenti omnes prælati ſub pœna vocati ad congregationem, iterum melius confutarunt, & res compſita eſt ad vota prælatorum, licet etiam aliqui contra ſenſerint.*

(*a*) Id. ib. p. 173.

Actum de concordia inter prælatos & religioſo.

V. *Tandem die ſequenti jovis itum eſt ad baſilicam Lateranenſem*. Et infra: *Inchoata eſt*, nimirum craſtino, *ſeſſio in qua fuerunt Cardinales ſexdecim tantum: alii quatuor in urbe præſentes ſe excuſarunt; & dimiſſis votis admiſſa eſt excuſatio eorum: mithræ in totum fuerunt octuaginta, oratores ſæculares tres, videlicet Cæſaris, Hiſpaniæ, & Portugalliæ; & etiam affuit dux Urbini, qui ſedit in capite ſedilis cum oratoribus, & licet nonnulli fautores ejus voluiſſent, quod ſtaret apud Papam, ſicut in capella, ego non volui, dicens quod locus eſt Cæſaris & Regum ſtare apud Papam in ſeſſionibus conciliaribus tantum. Miſſa non fuit cantata propter multa proponenda in ſeſſione; ſed per ſacriſtam plana lecta, licet cantores de mandato Papæ cantarent ter in tota miſſa, & quidem breviter ac dulciter, videlicet, novem, Kyrie eleiſon, & Sanctus, & Agnus Dei*, & infra: *Demum factæ ſunt preces ſolitæ, & in fine earum poſt, Benedicamus Domino, Papa dedit ſolemnem benedictionem, & Cardinalis de Farneſio aſſiſtens a dextris publicavit indulgentias ſeptem annorum. Quo facto procurator fiſcalis vocavit omnes abſentes, & accuſavit contumaciam eorum; unde comparuit quidam procurator epiſcopi & dedit mandatum in manibus Papæ & conſenſit, &c.* Tum de legatione patriarchæ Maronitarum ad Leonem Pontificem miſſa hæc ſubdit.

VI. *Poſtea venerunt tres oratores nigri ex Æthiopia nomine patriarchæ Antiocheni, qui præſentarunt mandatum in ſcriptis, & erat quidem in membrana & ſcriptum literis Arabicis, ſive Syrianis, & legebatur more Judaico in univerſum: & iſti tres comparuerunt ante pedes Papæ cum interprete, qui erat frater Joannes Franciſcus de Potentia ordinis Minorum de Aracœli, qui fuerat miſſus a Papa ad illas partes jam ſunt anni duo, ad effectum, ut inſtrueret populos illos in fide Chriſti, quatenus illi vellent; & ſic revertens conduxit iſtos oratores nomine tam principis cujuſdam nomine Machadem montis Libani, & civitatis Beſſervi: Machadem autem interpretatur princeps foraneus; & iſte imperat genti Maronitarum, qui ſunt ad numerum quadraginta millium omnes Chriſtiani, licet compoſuerit cum ſoldano, ut publice ipſe non profiteatur ſe Chriſtianum, prout infra latius dicam particulari capitulo, & ponam literarum exemplum, quas miſit ad Papam, quæ fuerunt in ſecreto conſiſtorio lectæ. Itaque oratores iſti tres præſentarunt literas Papæ, & per interpretem expoſuerunt cauſas ſui adventus & comparitionis nomine patriarchæ Maronitarum: & non placuit Papæ quod dicerent eum patriarcham Antiochenum; quia in urbe erat, & eſt patriarcha Antiochenus. Et Papa mandavit uni ex eis, ut in pulpito legeret, prout legit alte ipſius literas patriarchæ: quarum interpretationem etiam dederunt, aſſerentes il-*

Maronitæ Lateranenſi Concilio adhærent.

illam eſſe ab eorum fratre Joanne Franciſco fideliter & vere interpretatam : & dominus Andreas Piperarius ſecretarius concilii in locum domini Phedræ defuncti ſuffectus, ipſam interpretationem legit, ut infra.

VII. *(a) Ext. in actis ſeſſ. 11.*

Conceptæ erant hiſce verbis eæ literæ (*a*), quibus patriarcha grates Leoni agebat de miſſo ad ſe internuntio apoſtolico, Armeniorumque veteres errores circa ſacrum chriſma, quod ex multiplici aromatum permiſtione confici conſueverat; tum circa baptiſmum, qui quadrageſimo tantum die conferebatur Maronitis, depoſuiſſe, fidemque orthodoxam & inſtituta Romanæ eccleſiæ colere profeſſus, apoſtolicos apices venerabatur, ac Romano ipſi Pontifici fidem ſuam præſtabat, deferebatque obedientiam.

Mandatum patriarchæ Maronitarum.

Gratias Deo reverenter agimus ſub mundiſſimis pedibus patris noſtri ſanctiſſimi Chriſti vicarii & domini noſtri Papæ Leonis X. qui vices beati Petri veritatis petræ gerit in terris, ſedetque ſuper Apoſtolicam ſedem ipſius ſanctiſſimæ benedictionis ſuper nos. Amen. Cogimur in divinas laudes erumpere, Deoque, a quo omne bonum, gratiarum actiones indeſinenter agere, qui puriſſimæ ſanctitati veſtræ menti illabi dignatus eſt, eamque per inſpirationem pulſare, ut nos per ſanctum nuntium ſuum fratrem Joannem Franciſcum de Potentia viſitaret : is enim fratre Franciſco Reatino interprete, & viam ſalutis nobis oſtendit, & ſancta documenta reliquit, nempe quomodo ſanctum conficiatur chriſma ex puro videlicet oleo & balſamo, nihilque præter hæc immiſcendum : quo etiam tempore aquis ſalutaribus infantes ablui debeant, & ſacro baptiſmatis fonte renaſci; non ſitque quadrageſimus præſtolandus dies ſicut antea erroris tenebris involuti præſtolari conſuevimus, ſed in octavo vel etiam ante cum neceſſitas expoſtulaverit. Qua vero ratione juxta patrum & ſanctæ Romanæ eccleſiæ inſtituta matrimonia contrahantur, quæ eadem impediant, ac ſacri quonam pacto conferantur ordines; quibus item verbis in conſecratione dominici corporis ac ſanguinis uti debeamus, & quod Spiritus Sanctus a Patre procedat & Filio ſicuti ab unico principio, & unica ſpiratione; & quod Chriſtianus, qui in hac vita ſufficientem de ſuis delictis pœnitentiam non egit, ea functus, ad quemdam divina permittente juſtitia ducatur locum, qui purgatorium dicitur, ut ibidem, quouſque dignior ſit cœlum aſcendere, maneat; & quod ſemel ſaltem in anno noſtra proprio ſacerdoti confiteamur peccata;

Maronitæ fidem eccleſiæ Romanæ profeſſi.

ſanctiſſimumque Euchariſtiæ ſacramentum in paſchate ſuſcipiamus domini noſtri Jeſu Chriſti, qui in SS. Apoſtolorum Petri & Pauli natali hoc conſueverimus adimplere : & ut ſemper & in omnibus Apoſtolicæ ſedis ac ſanctitatis veſtræ ejuſque ſucceſſorum ſubmittamur mandatis, præſentibus archiepiſcopis, epiſcopis, nec non doctoribus noſtris cleri & populi majoribus, & claro nos docuit eloquio & dulciter inſtruxit. Hæc enim, pater ſancte, & nonnulla alia ab eo inſtituta noſtrarum ſalutem concernentia animarum, & in Arabico conſcripta ſermone nobis relicta, quibus evitantur peccata moreſque reformantur in melius, prompta obedientia acceptamus, & confitemur, adimplereque ſperamus : & propterea apprime in Domino exultavimus; & animi noſtri immodicam ſpiritualem conceperunt lætitiam, Deoque optimo maximo ac ſanctitati veſtræ gratias egimus fratres hos ſanctos ad nos dirigenti, qui ſalutis iter nobis oſtenderunt, & animas noſtras in Domino recreamus.

VIII.

Nos vero cum prælibato fratre Joanne Franciſco quoſdam ex noſtris ad ſanctitatem veſtram deſtinamus ea ducti opinione, ut patrum inſtituta ac ſanctæ Romanæ eccleſiæ dogmata addiſcant, & cum edocti fuerint, ad nos docturi alios poſtmodum redeant. Interea non parvo afficimur tædio, quoniam ad deoſculandum adorandumque ſanctiſſimæ ſanctitatis veſtræ pedes accedere prohibemur, & quæ mente gerimus fixis in terram poplitibus proprio ore exprimere, ipſi nequimus. Ut autem affectui noſtro ac voto utcumque ſatisfaciamus, cum præfato ſanctitatis veſtræ nuntio fratre Joanne Franciſco oratorem noſtrum Acuri Joſeph cum Elia monacho ad ſanctitatem veſtram deſtinandum decrevimus, ut noſtro ac totius cleri Maronitarumque populi nomine terram fronte tangens, flexiſque genibus ſanctiſſimos pedes ſanctitatis veſtræ & adoret & deoſculetur, ac ſanctæ Apoſtolicæ ſedi coram fratribus veſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus ſanctitati veſtræ obedientiam præſtet, & fidelitatem juret, & quod veraciter ſanctæ ſedis Apoſtolicæ & ſanctitatis veſtræ ſervi fideles ſumus demiſſo capite firmiter proteſtetur. Amen. Amen. Quædam vero alia ſupradicto fratri noſtro Joanni Franciſco reſervamus, quæ ut ſanctitati veſtræ enarret ſub Dei atteſtatione adſtringimus : erit enim veluti noſter amabilis frater benedicti monaſterii S. Mariæ de Cambin in monte Libano ſancto, ac totius cleri & Maronitarum populi ad pedes ſanctitatis veſtræ ſolecitus procurator, omnia quidem noſtra & quomodo ſub

Præſtita Pontifici ab eorum internuntio obſequia.

infidelium deteſtanda ſervitute tamquam omni auxilio orbati infeliciſſimam vitam ducimus propriis oculis ipſe conſpexit. Hoc eſt reſponſum parvitatis noſtræ ſanctiſſimo & puriſſimo patri noſtro, cujus ſanctas benedictiones miſericors Deus ad nos tranſmittat. Amen. Amen. Amen. Scripta ſunt hæc anno dominicæ incarnationis MDXV. menſe februarii die XIV. A tergo: Præſentabuntur cum Dei gratia in manus ſanctiſſimi domini noſtri Leonis, qui ſuper ſanctam ſedem Petri Apoſtoli reſidet pro parte pauperis diſcipuli ſui Petri patriarchæ Maronitarum ex monaſterio Cannbin in monte Libano ſervi ſervorum Dei.

His perlectis Maronitæ oratores exarata literis complevisse, atque ad exitum perduxisse referunt acta concilii, confirmatque Paris dum ait: *Demum iterum ante pedes Papæ comparuerunt, & illis oſculatis præſtiterunt obedientiam capite ſolum tangente: demum ducti ſunt ad loca ſua in ſedilibus prælatorum, poſt tamen omnes prælatos ſedentes, quia ipſi erant religioſi.*

IX. Vetiti monachi ſine epiſcoporum mandato conciones habere.

Addit author deinde Andream epiſcopum Revalienſem oratorem marchionis Brandeburgenſis aſcenſo ſuggeſtu ſanctionem perlegiſſe, ne monachi ſine epiſcoporum mandato & authoritate ſacras haberent conciones, neve in iis titillandis fidelium auribus, commentis inanibus, ſed explanandis evangelicis oraculis, mentibuſque ad pietatem flectendis ſtuderent; funeſta quippe ea tempora ab Apoſtolo prænuntiata imminebant, quibus homines magiſtros ipſis lenocinantes & prurientes auribus quæſituri & a veritate quidem auditum averſuri, ad fabulas ſe converſuri erant.

Ad perpetuam rei memoriam.

Fide dignorum relatione percepimus, quod nonnulli prædicatores noſtris temporibus [quod dolenter referimus] non attendentes ſe eorum quos diximus & inſuper ſanctorum eccleſiæ doctorum aliorumque ſacram theologiam profitentium, qui aſſiſtendo jugiter Chriſtianis, ac ſe falſis prophetis rectam fidem ſubvertere annitentibus opponentes eccleſiam militantem illæſam prius per ſe talem eam eſſe manifeſtarunt, officium exercere & nonniſi utilia concurrenti eorum ſermonibus populo ad vitiorum extirpationem, virtutum laudem, animarum denique ſalutem, fidelium meditanda & perficienda debere aſſumere, multa tamen & varia contra inſtitutiones & exempla, quæ diximus, quandoque etiam ſcandaloſa populis prædicare, quod mentem certe noſtram mirum in modum commovit, dum nobiſcum ipſi mente volvimus, quod illi officii immemores ſui in ſuis ſermonibus non ad utilitatem audientium, ſed ad ſuam potius oſtentationem laborantes, vanis quorundam auribus blandiuntur, qui ad hoc jam devenisse apparent, ut verificetur dictum Apoſtoli ad Timotheum ita ſcribentis (a): Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt; ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus: & a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur; *quorum falſas & inanes mentes prædicantes ipſi præfati non modo in rectam veramque viam reducere minime ſtudeant, ſed illas majoribus etiam erroribus implicant, dum ſine ulla canonum atteſtatione vel reverentia, immo contra ipſas canonicas ſanctiones ſacræ Scripturæ ſenſum multifariam pervertentes, temereque ac perperam plerumque interpretantes, contra veritatem prædicare, terroreſque ac minas, multaque mala propediem affutura, jamque ingruentia nulla prorſus legitima ratione muniti, ſed ſuo dumtaxat ſenſui obſequentes comminantur, repræſentant, adeſſeque aſſeverant, plerumque etiam vana quædam & inania, & alia hujuſmodi populis ingerere, & [quod enormius eſt] ab æternitatis lumine & Sancti Spiritus admonitione aut infuſione illa ſe habere aſſerere audent. Cumque ii ſub confictorum miraculorum mendaciis varios errores fraudeſque diſſeminent, denique populos quos in evangelica doctrina ſedulo inſtruere, & in vera fide detinere & conſervare deberent, ſermones ſuos a ſenſu & præceptis univerſalis Eccleſiæ retrahentes, a ſacriſque conſtitutionibus, quas maxime ſequi deberent, deviantes auditores ſuos amovent ac longe faciunt e ſalute; & per hæc & alia hujuſmodi ſimpliciores homines, ut ad deceptionem procliviores, a via ſalutis & obedientia Romanæ eccleſiæ deviantes in errores varios perfacile inducuntur.* His malis hæc adhibita remedia.

Adulterantium a multis Verbum Dei.

(a) 2. Thimot. 4.

Auſi hæc ſibi divinitus oſtenſa quæ prædicarent.

Sparſi varii errores.

X.

Ut tam periculoſum contagioſumque malum ac mortifera peſtis radicitus evellatur, & arefactum ita penitus deleatur, ut nec memoria ejus remaneat; ſacro approbante concilio ſtatuimus & ordinamus, ut nullus tam clericus ſæcularis, quam cujuſcumque, etiam mendicantium ordinis regularis, aut quivis alius, ad quem facultas prædicandi tam de jure quam de conſuetudine, vel privilegio, aut alias pertinet, ad hujuſmodi officium exercendum admittatur, niſi prius per ſuperiorem ſuum reſpective diligenter examinatus (in qua re conſcientiam, ipſius ſuperioris oneramus) ac morum honeſtate, ætate, do-

Concionatores ſubjici examini juſſi.

ctri-

ctrina, probitate, prudentia, & vitæ exemplaritate ad illud aptus & idoneus reperiatur, & hic quocumque prædicaturus acceſſerit, de hujuſmodi examine & idoneitate ſua per literas autenticas ſeu alias ſus examinatoris approbatoriſque, epiſcopis, & aliis locorum ordinariis fidem legitime faciat; mandantes omnibus, qui hoc onus ſuſtinent, quique in futurum ſuſtinebunt, ut evangelicam veritatem, & ſanctam ſcripturam juxta declarationem, interpretationem, & ampliationem doctorum, quos Eccleſia vel uſus diuturnus approbavit, legendoſque hactenus recepit, & in poſterum recipiet, prædicent, & explanent, nec quidquam ejus proprio ſenſui contrarium aut diſſonum adiciant; ſed illis ſemper inſiſtant, quæ ab ipſius ſacræ ſcripturæ verbis, & præfatorum doctorum interpretationibus rite & ſane intellectis non diſcordant; tempus quoque præfixum futurorum malorum, vel antichriſti adventum, aut certum diem judicii prædicare vel aſſerere nequaquam præſumant, cum veritas dicat: Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate; *ipſoſque qui hactenus ſimilia aſſerere auſi ſunt, mentitos ac eorum cauſa reliquorum etiam recte prædicantium authoritati non modicum detractum fuiſſe conſtet.* Nonnullis interjectis, quibus etiam de epiſcopis detrahere coram laicis concionatores vetiti ſunt, additur.

Moniti ut ſcripturæ ſenſum ex ſanctis Patribus explanent.

Vetiti diem judicii vel adventus antichriſti præfigere.

XI. *Cæterum ſi quibuſdam eorum Dominus futura quædam in Dei Eccleſia inſpiratione quapiam revelaverit, ut per Amos prophetam ipſe promittit; & Paulus Apoſtolus prædicatorum princeps:* Spiritum, *inquit* (a), nolite extinguere: prophetias nolite ſpernere; *hos aliorum fabuloſorum & mendacium gregi cannumerari vel aliter impediri minime volumus: extinguitur namque ipſius gratia Spiritus, Ambroſio teſte, ſi incipientibus loqui fervor contradictione ſopitur; & tunc Spiritui Sancto injuria certe fieri dicitur. Et quoniam res magni momenti eſt, eo quod non de facile credendum* (b) *ſit omni ſpiritui, ſed ſint probandi ſpiritus, teſte Apoſtolo, an ex Deo proveniant; volumus ut lege ordinaria talet aſſerta inſpirationes antequam publicentur aut populo prædicentur, ex nunc Apoſtolicæ ſedis examini reſervatæ intelligantur: quod ſi ſine mora periculo id fieri non valeret, aut urgens neceſſitas aliud ſuaderet, tunc eodem ordine ſervato ordinario loci notificentur, ut ille adhibitis ſecum tribus aut quatuor doctis & gravibus viris, hujuſmodi negotio cum eis diligenter examinato, quando id expedire videbunt* [*ſuper quo eorum conſcientias oneramus*] *licentiam concedere poſſint, &c.* Si quis contra hæc tenderent, anathemate percelluntur, & concionatorio munere ſunt interdicti. *Dat. Romæ in publica ſeſſione in Lateranenſi ſacroſancta baſilica ſolenniter celebrata anno incarnationis dominicæ MDXVI. XIV. kal. januaris pontificatus noſtri anno IV.*

(a) 1. Theſſ. 5.

(b) Jo. 4.

Revelationes antequam promulgentur diſcutiendæ a ſede Apoſtolica.

Promulgata deinde in concilio eſt prolixior ſanctio, qua pacta inter Leonem Pontificem & Franciſcum Gallorum Regem in Bononienſi colloquio de ſacerdotiis, & dignitatibus conferendis eccleſiaſticis continebantur; detrahendique canonicis & monachis epiſcoporum & abbatum deſignandorum juris cauſæ adductæ fuere. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum ex electionibus, quæ in eccleſiis cathedralibus & metropolitanis ac monaſteriis dicti regni, a multis annis citra fiebant, grandia animarum pericula provenirent, cum pleræque per abuſum ſæcularis poteſtatis, nonnullæ vero præcedentibus illicitis & ſimoniacis pactionibus, aliæ particulari amore & ſanguinis affectione & non ſine perjurii reatu fierent, cum electores ipſi etiam, ſi ante electionem per eos faciendam magis idoneum, & non eum quem promiſſione aut datione alicujus rei temporalis, ſeu prece vel precibus per ſe vel alium interpoſitis electionem procurare didiciſſent, eligere ſponte juravent, juramentum hujuſmodi non ſervarent; ſed contra proprium hujuſmodi juramentum in animæ ſuæ præjudicium venirent, ut nobis notorie conſtat ex crebris abſolutionibus & rehabilitationibus a nobis & prædeceſſoribus noſtris petitis & obtentis, idem Franciſcus Rex nimirum Francorum, *nos paternis monitis, tamquam verus obedientiæ filius parere volens, tam pro bono obedientiæ, in qua magnum meritum vere conſiſtit, quam pro communi & publica regni ſui utilitate, in locum pragmaticæ ſanctionis, & ſingulorum capitulorum in ea contentorum conſtitutiones infraſcriptas invicem tractatas, & cum fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus diligenter examinatas, & de eorum conſilio cum præfato Rege concordatas per dilectum filium Rogerium Barne regium advocatum oratorem ſuum ad hoc ab eodem Franciſco Rege ad nos deſtinatum habentem ad hoc ſpeciale & ſufficiens mandatum, acceptavit: de eorumdem fratrum conſilio & unanimi conſenſu, ex certa noſtra ſcientia & poteſtatis plenitudine ſtatuimus & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus loco dictæ pragmaticæ conſtitutionis ac omnium & ſingulorum capitulorum in ea contentorum in dicto regno, del-*

Cur ſublatæ in Galliis epiſcoporum & abbatum electiones.

Quid decretum loco pragmaticæ ſanctionis.

phi-

phinatu, & comitatu Dienſi ac Valentinenſi infraſcriptæ obſerventur conſtitutiones, videlicet quod cathedralibus & metropolitanis eccleſiis in regno delphinatu, & comitatu prædictis, nunc & pro tempore, etiamſi per ceſſionem in manibus noſtris & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium ſponte factam vacantibus, illarum capitula & canonici ad electionem ſeu poſtulationem inibi futuri prælati procedere non poſſint, ſed illarum occurrente hujuſmodi vacatione Rex Franciæ pro tempore exiſtens unum gravem magiſtrum ſeu licentiatum in theologia, aut in utroque ſeu in altero jurium doctorem, aut licentiatum in univerſitate famoſa & rigore examinis, & in vigeſimo ſeptimo ſuæ ætatis anno ad minus conſtitutum, & alias idoneum, infra ſex menſes a die vacationis eccleſiarum earumdem computandos, nobis & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſeu ſedi prædictæ nominare, & de perſona per Regem hujuſmodi nominata per nos & ſucceſſores noſtros, ſeu ſedem prædictam provideri: & ſi contingeret præfatum Regem perſonam taliter non qualificatam ad dictas eccleſias ſic vacantes nominare, per nos & ſucceſſores noſtros ſeu ſedem hujuſmodi de perſona ſic nominata eiſdem eccleſiis minime provideri debeat; ſed teneatur idem Rex infra tres alios menſes a die recuſationis perſonæ nominatæ non qualificatæ, ſolicitatori nominationem non qualificatam pro ſequenti conſiſtorialiter factæ intimandæ computandos, alium ſupradicto modo qualificatum nominare: alioquin, ut diſpendioſæ eccleſiarum hujuſmodi vacationi celeriter conſulatur eccleſiæ, tunc ſic vacanti per nos & ſucceſſores noſtros ſeu ſedem hujuſmodi de perſona, ut præfertur, qualificata nec non eccleſiis per obitum apud ſedem prædictam vacantibus ſemper, nulla dicti Regis præcedente nominatione, libere provideri poſſit. Decernentes electiones contra præmiſſa attentatas, ac proviſiones per nos & ſucceſſores noſtros ſeu ſedem hujuſmodi factas nullas & invalidas exiſtere: conſanguineis tamen præfati Regis ac perſonis ſublimibus ex cauſa rationabili & legitima in nominatione & apoſtolicis literis exprimenda, nec non religioſis mendicantibus reformatis eminentis ſcientiæ & excellentis doctrinæ, qui juxta ſui ordinis regularia inſtituta ad gradus hujuſmodi aſſumi non poſſint, ſub prohibitione præmiſſa minime comprehenſis; ſed de eorum perſonis dictis eccleſiis pro tempore vacantibus ad dicti Regis nominationem per nos & ſucceſſores noſtros ſeu ſedem hujuſmodi libere provideri poſſit.

Data Regi poteſtas deſignandi illius qui in epiſcopum promovendus eſt.

Si deſignatus repellitur a Pont. alterius deſignandi collata poteſtas.

XIII. *Monaſteriis vero & prioratibus conventualibus & veræ electionis, videlicet in quorum electionibus forma capituli* Quapropter, *ſervari & confirmationes electionum hujuſmodi ſolemniter peti conſueverunt, in regno, delphinatu, & comitatu hujuſmodi nunc, & pro tempore etiam per ſimilem ceſſionem vacantibus, illorum conventus ad electionem ſeu poſtulationem abbatis ſeu prioris procedere non poſſint; ſed idem Rex illorum occurrente hujuſmodi vacatione, religioſum ejuſdem ordinis in ætate viginti trium annorum ad minus conſtitutum infra ſimile tempus ſeu menſium, a die vacationis monaſteriorum & prioratuum hujuſmodi computandorum, nobis & ſucceſſoribus noſtris ſeu ſedi hujuſmodi nominare, & de perſona per Regem hujuſmodi monaſterio vacanti nominata per nos & ſucceſſores noſtros, ſeu ſedem hujuſmodi provideri, prioratus vero perſonæ ad illum per eundem Regem nominatæ conferri debeat. Si vero idem Rex presbyterum ſæcularem, aut religioſum alterius ordinis, aut minorem viginti trium annorum, vel alias inhabilem nobis aut ſucceſſoribus noſtris infra dictum ſemeſtre, ſeu ſedi hujuſmodi nominabit, talis nominatus recuſari & nullatenus ſibi provideri debeat: ſed Rex ipſe infra trimeſtre a die recuſationis ſupradicto modo intimandæ computandum, alium modo ſupradicto qualificatum monaſterio ſeu prioratui tum vacanti nominare, & de perſona ad monaſterium nominata illi provideri; ad prioratum vero nominato prioratus ipſe per nos & ſucceſſores noſtros ſeu ſedem prædictam conferri debeat, &c.*

Abbatum etiam & priorum deſignandorum conceſſa authoritas.

XIV. Additum poſt novem menſes ſedem Apoſtolicam iis prioratibus & monaſteriis conſulturam: promulgatumque ſuperiori ſanctione non contineri collegia canonicorum & monachorum, quæ a ſede Apoſtolica deſignandorum epiſcoporum & abbatum jure ornata fuerint, de quo per apoſtolicas literas conſtiterit: reſciſſus Romanæ curiæ mos juris ad vacatura ſacerdotia conferendi; in cathedralibus tamen & collegiatis eccleſiis, in quibus cautum eſt, ne quis ſacerdotium adipiſcatur niſi illius munera præſens impleat, vacaturi unius ſacerdotii collatio ſedi Apoſtolicæ reſervata: conſtitutum ut epiſcopi in cathedralibus eccleſiis theologicæ ſapientiæ doctori ſacerdotium theologale conferant ea lege, ut bis ſingulis hebdomadis ſacram concionem habeat, vel ſcholaſtico more ſacerdotes circa divinarum rerum tractationem edoceat. Sancitum ut primo ſingulorum trimeſtrium menſe collatores ordinarii & patroni eccleſiaſtici ſacerdotia deferant viris

Vacaturi in cathedralibus unius ſacerdotii collatio Pontifici reſervata.

divi-

divinarum literarum, Pontificii juris civiliſve, vel philoſophiæ peritis, atque laurea in academiis donatis; proximorum vero duorum menſium ſpatio, aliis etiam tanta doctrina non excultis, verumtamen idoneis impertiri poſſint; ſin vero aliter conſultum ab antiſtibus fuerit, pronuntiatum illius ſacerdotii conferendi jus ad ſedem Apoſtolicam devolutum: deſignatum præterea eſt tempus, quo in celebribus academiis opera ſcientiis danda eſſet ab iis, qui prærogativa doctrinæ fulti ad ſacerdotia provehendi erant. Pergit Pontifex.

XV. *Tempus autem competens decennium in magiſtris ſeu licentiatis aut baccalaureis in theologia; ſeptennium vero in doctoribus ſeu licentiatis in jure canonico, civili, aut medicinis; quinquennium autem in magiſtris ſeu licentiatis in artibus cum rigore examinis a logicalibus incluſive, aut in ulteriori facultate; ſexennium autem baccalaureis ſimplicibus in theologia; quinquennium vero in baccalaureis juris canonici aut civilis, in quibus baccalaureis juris canonici aut civilis, ſi eu utroque parente nobiles fuerint, triennium eſſe decernimus: præfatique graduati & nominati collatoribus ordinariis, ſive patronis eccleſiaſticis ſemel ante vacationem beneficiis de literis gradus, ſeu nominationis, & de præfato tempore ſtudii per literas patentes univerſitatis, in qua ſtuduerint, manu ſcribæ & ſigillo univerſitatis ſignatas fidem facere teneantur.*

Privilegia doctis attributa.

XVI. *Concurrentibus autem nominationibus, ſtatuimus quoque & ordinamus, quod collatores ordinarii & patroni eccleſiaſtici præfati inter graduatos, qui literas gradus cum tempore ſtudii & atteſtatione nobilitatis debitæ inſinuaverint, quoad beneficia in menſibus eis deputatis vacantia gratificare poſſint illum eu eis, quem voluerint: quo vero ad beneficia in menſibus graduatis nominatis deputatis, antiquiori nominato conferre, ſeu antiquiorem nominatum, qui literas nominationis temporis ſtudii & atteſtationis nobilitatis debitæ inſinuaverit, præſentare ſeu nominare teneantur. Concurrentibus autem nominationibus ejuſdem anni, doctores licentiatis, licentiatos baccalaureis, demptis baccalaureis formatis in thelogia, quos favore ſtudii theologici licentiatis in jure canonico civili, aut medicinæ, præferendos eſſe decernimus; baccalaureos juris canonici, ac civilis magiſtris in artibus præferri volumus: concurrentibus autem pluribus doctoribus in diverſis facultatibus, doctorem theologum doctori in jure, doctorem in jure canonico doctori in jure civili, doctorem in jure civili doctori in medicina præferendos eſſe decernimus; & idem in licentiatis & baccalaureis ſervari debere volumus: & ſi in eiſdem faculate & gradu concurrerens, ad datam nominationis ſeu gradus recurrendum eſſe volumus: & ſi in omnibus his concurrent, tunc collator ordinarius inter eoſdem concurrentes gratificare poſſit. Volumus autem quod nominati literas nominationis ab univerſitatibus, in quibus ſtuduerint obtinentes, in nominationum literis beneficia per eos poſſeſſa, & eorum verum valorem exprimere teneantur, alioquin literæ nominationis hujuſmodi eo ipſo nullæ eſſe cenſeantur:* Et infra.

Inter doctrinæ profeſſores quæ ſublimior putanda ſit.

Statuimus quoque quod parochiales eccleſiæ in civitatibus aut villis muratis exiſtentes, non niſi perſonis modo præmiſſo qualificatis, aut ſaltem, qui per tres annos in theologia vel altero jurium ſtuduerint, ſeu magiſtris in artibus, qui in aliqua univerſitate privilegiata ſtudentes magiſterii gradum adepti fuerint, conferantur, &c. Adjectum etiam, ut religioſi ſæcularia ſacerdotia, nec ſæculares regularia exambire poſſent: tum ad convellendas litium cauſas, coercendamque cumulandi plures ſacerdotales cenſus cupidinem, plura conſtituta. XVII.

Ad refrœnandam vero concubinatuum licentiam, hæ leges conſtitutæ; ut nimirum evoluto bimeſtri flexu ab edicto promulgato publici concubinarii mulctentur ſacerdotiorum vectigalibus, quæ in eccleſiarum utilitatem convertantur; ac ſi concubinas ejicere detrectarint, vel ejectas receperint, ſacerdotiis, muneribus, ac dignitatibus deturbentur: qui vero publici concubinarii cenſendi ſint, ita deſcriptum eſt. *Publici autem intelligendi ſunt non ſolum hi, quorum concubinatus per ſententiam aut confeſſionem in jure factam, ſed per rei evidentiam, quæ nulla poſſit tergiverſatione celari, notorius eſt; ſed etiam qui mulierem de incontinentia ſuſpectam & diffamatam tenent, & per ſuum ſuperiorem admoniti ipſam cum effectu non dimittunt.* XVIII.

Qui cenſendi ſint concubinarii.

Quia vero in quibuſdam regionibus nonnulli juriſdictionem eccleſiaſticam habentes, pecuniarios quæſtus a concubinariis percipere non erubeſcunt, patientes eos in tali fœditate ſordeſcere; ſub pœna maledictionis æternæ præcipimus, ne deinceps ſub pacto, compoſitione, aut ſpe alterius quæſtus talia quovis modo tolerent, aut diſſimulent, alioquin ultra præmiſſam negligentiæ pœnam, duplum ejus, quod propterea acceperint, reſtituere, & ad pios uſus omnino convertere teneantur & compellantur. Ipſas autem concubinas aut ſuſpectas prælati omnibus modis curent a XIX.

Propoſitæ pœnæ in permittentes concubinatum ſpe quæſtus.

ſuis

ſuis ſubditis per auxilium & brachii ſæcularis invocationem [ſi opus fuerit] penitus arcere : qui etiam filios ex tali concubinatu procreatos apud patres ſuos cohabitare non permittant. Jubemus inſuper quod in prædictis ſynodis & capitulis præmiſſa publicentur : & ut quilibet ſuos ſubditos ad ipſarum concubinarum dimiſſionem moneat diligenter, injungimus. Præterea omnibus ſæcularibus viris, etiamſi regali præfulgeant dignitate, ne ullum qualecumque inferant impedimentum quocumque quæſito colore prælatis, qui ratione officii ſui adverſus ſubditos ſuos pro hujuſmodi concubinatu & aliis caſibus ſibi a jure permiſſis procedunt.

XX. Admoniti laici ut a fornicatione abſtineant.

Et cum omne fornicationis crimen lege divina prohibitum ſit, & ſub pœna peccati mortalis neceſſario evitandum, monemus omnes laicos tam uxoratos, quam ſolutos, ut ſimiliter a concubinatu abſtineant ; nimis enim reprehenſibilis eſt, qui uxorem habet, & ad aliam uxorem ſeu mulierem accedit. Qui vero ſolutus eſt, ſi continere nolit, juxta Apoſtoli (a) conſilium uxorem ducat. Pro hujuſmodi autem divini obſervantia præcepti, hi, ad quos pertinet, tam ſalutaribus monitis, quam aliis canonicis remediis omni ſtudio laborent.

(a) 1. Cor. 7.

XXI. Decretum cenſuras non contrahi niſi rite denuntiatæ ſint.

Demum ad antevertendam publicam offenſionem, quæ interdum concitari conſueverat ex conſortio inito cum iis, qui anathemate perculſi feruntur, confirmatum canonicum ſtatutum nullas contrahi cenſurarum pœnas, niſi ii rite denuntiati ſint, ipſoſque anathemate devinctos teneri conſtet. Vetitum, urbes, oppida, aliave loca ſacrorum uſu interdici, niſi ob incolarum vel magiſtratuum crimen. Ad fraudes etiam circa cenſuum eccleſiaſticorum renuntiationes ceſſioneſque, non ſine proximi damno intercedere ſolitas, pronuntiatum, eas non valituras, niſi publicis tabulis fuerint rite conſignatæ. Quas omnes pactiones inter ſedem Apoſtolicam & Gallos Reges in Bononienſi conventu factas Leo confirmavit ea lege, ut Franciſcus Rex ſex menſium flexu publicis literis ratas & gratas habere profiteretur, tum in legum Gallicarum tabulas referret. *Datum Romæ in publica ſeſſione in Lateranenſi ſacroſancta baſilica ſolemniter celebrata anno Incarnationis dominicæ MDXVI.* XIV. *kal. januarii pontificatus noſtri anno* IV. Conſentientibus omnibus patribus fuiſſe hoc decretum confirmatum, narrat Paris de Graſſis, quamquam Franciſci Regis oratores ferre palam ſuffragia ſubterfugerint : *Oratores*, inquit, *Franciæ duo epiſcopi in urbe præſentes noluerunt concilio præſentes eſſe, quia, ut mihi dixit Papa, noluerant conſentire revocationi pragmaticæ, ne diſplicerent prælatis & nationi ; ſed conſenſerunt ſecrete.*

Irrita deinde facta fuit apertius iterum novo decreto in concilio eadem pragmatica ſanctio, quæ Carolo VII. Rege in Bituricenſibus conventibus, vigente Baſilienſi ſchiſmate, adverſus Romanorum Pontificum authoritatem lata fuerat : quam licet a Ludovico XI. abrogatam magna religionis teſtificatione in publico Cardinalium ſenatu viderimus, ea tamen re ipſa ob præſulum & regiorum adminiſtrorum pertinaciam reſciſſa non fuerat, nec quæ a Sixto IV. aſſentientibus regiis oratoribus ſtatuta erant (b), perfecta fuerant ; nec præſules Galli repetitis ſæpius monitis Innocentii VIII. & Julii II. obtemperarant, donec idem Julius, quamvis ſacroſanctæ poteſtatis vi eam poſſet convellere, judiciarium tamen ordinem in concilio Lateranenſi ſervare maluit, quem referunt acta, præſulibus Gallis diem conſtituiſſe, ut in concilio ad dicendam cauſam, ob quam reſcindenda non eſſent, ſe ſiſterent : ac dein Leonem X. ejus inſtitiſſe veſtigiis, ac ſæpius judicium extraxiſſe, ut præſules ſtatuto die adeſſent. Verum conquiſita fuiſſe ab iis diffugia ad declinandum acceſſum ad ſedem Apoſtolicam patuit, cum jam patefactis itineribus, Inſubriaque ac Liguria in Gallorum poteſtatem redactis ad ſubſellia Lateranenſia non venerint. Lata itaque hæc eſt a Leone decretoria ſententia (c), qua etiam pontificiam authoritatem conciliorum authoritati antecellere demonſtratum, ac promulgatum eſt. XXII.

Pragmatica ſanctio reſciſſa.

(b) Sup. conſtitutio in princ.

Quæſita a Gallis varia diffugia ne comparerent.

(c) Ext. in act. conc. & in bullar. in Leo. conſt. 20.

Ad perpetuam rei memoriam ſacro approbante concilio.

Cum moniti & citati, nempe Gallicani præſules, *ſublatis jam omnibus impedimentis, effluxiſque omnibus terminis coram nobis & dicto concilio non comparuerint, nec comparere curaverint, ad allegandam cauſam, quare ſanctio prædicta*, nimirum pragmatica, *nulla declarari non debeat, ita ut excuſationi ultra locus non ſit, poſſintque merito contumaces reputari, prout eos exigente juſtitia reputamus ; nos mature attendentes, pragmaticam ſanctionem, vel potius, ut dictum eſt, corruptelam ſchiſmatis tempore a non habentibus poteſtatem editam, reliquæ Chriſtianæ reipublicæ eccleſiæque ſanctæ Dei nullatenus conformem & a claræ memoriæ Ludovico XI. Francorum Rege Chriſtianiſſimo revocatam, caſſatam, atque abolitam, authoritatem, libertatem, ac dignitatem dictæ ſedis violare ac diminuere, facultatemque Romani Pontificis pro tempore exiſtentis de ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium pro univer-* XXIII.

Sublata iis omnis excuſationis occaſio.

A quibus & quando edita ſit pragmatica.

ſali

ſoli Eccleſia aſſidue laborantium, virorumque doctorum perſonis, quibus abundat curia, & quorum conſiliis, ſedis Apoſtolicæ & Romani Pontificis, atque univerſalis Eccleſiæ authoritas & poteſtas conſervantur, negotiaque diriguntur, & in proſpero ſtatu confoventur, de eccleſiis & monaſteriis, eiſdemque perſonis de reliquis beneficiis eccleſiaſticis juxta eorum ſtatus exigentiam, providendi penitus auferre; prælatis vero eccleſiaſticis illarum partium cauſam præbere, ut ipſi nervum eccleſiaſticæ diſciplinæ, & obedientiæ nexum frangant & violent, ac contra nos & ſedem prædictam eorum matrem cornua erigant, & eis ad præmiſſa audendum viam aperire, ipſamque notorie nullatenus ſubſiſtere, nulloque niſi alicujus temporis ſeu potius tolerantiæ cujuſdam adminiculo fulciri, & ſi Romani Pontifices prædeceſſores noſtri præfati, prout ipſi ſuo tempore ſummopere optare demonſtrarunt, corruptelam & abuſionem hujuſmodi vel malignitate temporum, vel alias illi providere, & in totum occurrere non valentes ſuis temporibus tolerasse viſi fuerunt; conſiderantes tamen ab ipſius Bituricenſis ſanctionis editione jam annos ſeptuaginta fluxiſſe, nullumque infra hoc temporis ſpatium præter hoc Lateranenſe concilium legitime fuiſſe celebratum, in quo cum (diſponente Domino) conſtituti ſimus, ab ejuſdem improbæ ſanctionis extirpatione & totali annullatione ſine noſtra & tantorum patrum in præſenti concilio congregatorum nota, ac noſtra & dictorum illa utentium animarum periculo abſtinere ſeu deſiſtere non poſſe, Auguſtino teſte, judicamus atque cenſemus.

Ob temporum iniquitatem diu tolerata a Pontificibus.

XXIV. *Et ſicut piæ memoriæ Leo Papa I. prædeceſſor noſter, cujus in hoc libenter, quoad poſſumus, veſtigia imitamur, ea quæ in ſecunda Epheſina ſynodo temere contra juſtitiam & catholicam fidem geſta fuerunt, poſtmodum in Chalcedonenſi concilio mandavit ac fecit pro dictæ fidei firmitate revocari; ita & nos a tam nefariæ ſanctionis & contentorum in ea revocatione retrahi aut deſiſtere, ſalva conſcientia ac noſtro & ipſius eccleſiæ honore non poſſe aut debere cenſemus.*

XXV. *Nec illud nos movere debet, quod ſanctio ipſa & in ea contenta in Baſileenſi concilio edita, & ipſo concilio inſtante a Bituricenſi congregatione recepta & acceptata fuerunt; cum ea omnia poſt tranſlationem ejuſdem Baſileenſis concilii per felicis memoriæ Eugenium Papam IV. etiam prædeceſſorem noſtrum, factam, a Baſileenſi conciliabulo, ſeu potius conventicula, quæ præſertim poſt hujuſmodi tranſlationem concilium amplius appellari non merebatur, facta extiterint, ac propterea nullum robur habere potuerint, cum etiam ſolum Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem tanquam authoritatem ſuper omnia concilia habentem conciliorum indicendorum, transferendorum ac diſſolvendorum plenum jus & poteſtatem habere, nedum ex ſacræ Scripturæ teſtimonio, dictis ſanctorum patrum ac aliorum Romanorum Pontificum etiam prædeceſſorum noſtrorum, ſacrorumque canonum decretis, ſed propria etiam eorumdem conciliorum confeſſione manifeſte conſtet, quorum aliqua referre placuit, reliqua vero, utpote notoria, ſilencio præterire. In Alexandrina enim ſynodo, Athanaſio ibidem exiſtente, Felici Romano Pontifici ab eadem ſynodo ſcriptum fuiſſe legimus, Nicænam ſynodum ſtatuiſſe, non debere abſque Romani Pontificis authoritate concilia celebrari: neque nos latet etiam eumdem Leonem Pontificem Epheſinam ſecundam ſynodum ad Chalcedonenſem tranſtuliſſe: Martinum etiam Papam V. præſidentibus ſuis in concilio Senenſi poteſtatem transferendi concilium, nulla conſenſus ipſius concilii mentione habita, dediſſe. Epheſinam quoque primam ſynodum Cæleſtino, ac Chalcedonenſi eidem Leoni, ſextam Agathoni, ſeptimam Hadriano, octavam Nicolao; etiam Conſtantinopolitanam ſynodum Hadriano, Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris maximam reverentiam exhibuiſſe, eorumdemque Pontificum inſtitutionibus & mandatis in ſacris conciliis per eos editis & factis reverenter & humiliter obtemperaſſe. Unde Damaſus Papa & cæteri epiſcopi Romæ congregati ſcribentes de concilio Ariminenſi epiſcopis in Illyrico conſtitutis, præjudicium aliquod per numerum epiſcoporum Arimini congregatorum fieri non potuiſſe teſtantur; quandoquidem conſtet Romano Pontifici, cujus ante omnia decebat ſpectari decretum, talibus non præbuiſſe conſenſum; eumdemque Leonem Pontificem univerſis Siciliæ epiſcopis ſcribentem idem voluiſſe apparet: conſueveruntque antiquorum conciliorum patres, pro eorum, quæ in ſuis conciliis geſta fuerunt, corroboratione, a Romano Pontifice ſubſcriptionem approbationemque humiliter petere & obtinere prout ex Nicæna, & Epheſina, ac Chalcedonenſi hujuſmodi, & ſexta Conſtantinopolitana, & ſeptima eadem Nicæna, & Romana ſub Symmacho ſynodis habitis, earumque geſtis, nec non in Aimari libro de ſynodis manifeſte colligitur; quod etiam noviſſime Conſtancienſes patres feciſſe conſtat: quam laudabilem conſuetudinem ſi Bituricenſes & Baſileenſes ſecuti fuiſſent, hujuſmodi moleſtia proculdubio careremus.*

Baſilienſes ſchiſmatici nullum illi robur addere potuerunt.

Conciliorum authoritas inferior pontificia.

Vetera concilia paruere Pontificibus.

Cupientes quoque hujuſmodi negotium XXVI.

Baſileenſes & Bituricenſes a ſanctorum patrum inſtitutis deſcivere.

ad debitum finem perduci, ac tam vigore citationum hactenus a nobis & præfato Julio prædeceſſore ex abundanti emanatarum quam aliorum præmiſſorum, quæ ita notoria ſunt, ut nulla valeant excuſatione aut tergiverſatione celari; etiam ex noſtro paſtorali officio procedentes, omneſque & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan in præmiſſis intervenerint, ſupplentes, ex certa noſtra ſcientia, & de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, eodem ſacro approbante concilio, tenore præſentium, præfatam pragmaticam ſanctionem, ſeu corruptelam, ejuſque approbationem quomodolibet emanatam, omniaque & ſingula decreta, capitula, ſtatuta, conſtitutiones ſive ordinationes in eodem quomodolibet contentas, ſeu etiam inſertas, ac ab aliis prius editas, necnon conſuetudines ſtylum, uſus, ſive potius abuſum ex ea in hanc uſque diem quomodolibet emanatos, ſeu obſervatos, nullius roboris vel momenti fuiſſe & eſſe decernimus & declaramus.

Bituricenſis conventus corruptela damnatæ.

Necnon ad abundantiorem cautelam eandem Bituricenſem ſanctionem ſive corruptelam, ejuſque approbationem tacitam vel expreſſam, ut præfertur, & in ea contenta omnia & ſingula etiam inſerta quæcumque revocamus, caſſamus, abrogamus, irritamus, annullamus, ac damnamus & pro infectis, revocatis, caſſatis, abrogatis, irritatis, annullatis damnatis haberi volumus, decernimus & declaramus.

XXVII. Pronuntiatum eſſe de neceſſitate ſalutis ſubeſſe Romano Pontifici.

Et cum de neceſſitate ſalutis exiſtat, omnes Chriſti fideles Romano Pontifici ſubeſſe, prout divinæ ſcripturæ, & ſanctorum Patrum teſtimonio edocemur, ac conſtitutione felicis memoriæ Bonifacii Papæ VIII. ſimiliter prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Unam ſanctam *declaratur; pro earundem fidelium animarum ſalute ac Romani Pontificis & hujus ſanctæ ſedis ſuprema authoritate, & Eccleſiæ ſponſæ ſuæ unitate & poteſtate, conſtitutionem ipſam, ſacro præſenti concilio approbante, innovamus & approbamus, ſine tamen præjudicio declarationis ſanctæ memoriæ Clementis Papæ V. quæ incipit:* Meruit; *inhibentes in virtute ſanctæ obedientiæ ac ſub pœnis & cenſuris infra dicendis, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, &c.* Intentat anathema ex ſacroſanctæ poteſtatis decretoria ſententia, ſacerdotiorumque & dignitatum nullo diſcrimine ſacrarum prophanarumve ſpoliationem iis omnibus, qui pragmatica ſanctione in Francorum regno, Delphinatu, Provinciaque uſi fuerint: tum ex publicis legum tabulis eradi jubet. *Dat. Romæ in publica ſeſſione in Lateranenſi ſacroſancta baſilica ſolemniter celebrata anno incarnationis dominicæ* MDXVI. XIV. *kal. januarii pontificatus noſtri an.* IV. Corroboratam omnium ſententiis hanc ſanctionem refert Paris de Graſſis: *Omnes*, inquit, *abſolute reſponderunt: Placet; & inter alios Papa dixit: Non ſolum placet, ſed multum placet, & perplacet.* Tum ſubdit: *Ultimo fuit vocatus epiſcopus Sibinicenſis auditor rotæ, qui accepta mitura ac etiam cedula intimationis futuræ ſeſſionis undecimæ, legit eam, quæ erat revocatoria partim privilegiorum maris magni religioſis conceſſorum ad requiſitionem prælatorum introducta.*

Pœna in eos conſtituta qui pragmatica ſanctione uterentur.

XXVIII. Privilegia in mari magno contenta revocata.

Hac ſanctione compoſitæ ſunt ingentes illæ lites, quas vidimus ab epiſcopis creatas fuiſſe monachis, quos immunitatibus ab Apoſtolica ſede conceſſis abuti, indeque præſularis dignitatis ſplendorem authoritatemque obſoleſcere conquerebantur: temperatæ enim ita fuere illorum prærogativæ, ut debitus honos epiſcopis, deferretur, & monachorum pax aſſereretur (*a*).

Ad perpetuam rei memoriam ſacro approbante concilio.

Novimus epiſcopos in partem ſolicitudinis noſtræ aſſumptos fuiſſe, quorum honor & ſublimitas teſte Ambroſio nullis poteſt comparationibus adæquari: religioſos etiam in agro dominico pro Chriſtianæ religionis defenſione & ampliatione complura feciſſe, ac uberes fructus protuliſſe, & in dies ſingulos proferre, ita ut eorundem epiſcoporum ac religioſorum bonis operibus orthodoxam fidem incrementa ſumpſiſſe, & per orbem terrarum undique dilatatam fuiſſe, fidelium nullus ignoret: & ſicut ipſi ſæpenumero vigilantiſſima & ſolerti cura ſchiſmata in Dei Eccleſia extinguere, & eccleſiæ unitatem reddere, & ut eidem eccleſiæ pacis tranquillitas daretur, innumeros labores ſubire non dubitarunt, ita quoque par eſt eos inter ſe noſtris proviſionibus pacis vinculo ac fraterna charitate & unitate conjungi, ut eorum concordi doctrina & mutuis operibus uberiores in Eccleſia Dei fructus proveniant. Sane cupientes ut jura ſpiritualia, quæ ad Dei laudem, Chriſtifidelium animarum ſalutem pertinent, & quorum exercitium præfatis epiſcopis & eorum ſuperioribus in ſuis diœceſibus, cum ipſi in partem ſolicitudinis aſſumpti, ac diœceſes diſtinctæ, & cuilibet eorundem epiſcoporum aſſignatæ fuerunt, commiſſum extitit, ut per ipſos epiſcopos exerceantur & jus illa libere exercendi, quantum fieri poteſt, eis illæſum præſervetur; & ſi aliqua dictis fratribus mendicantibus in eorundem epiſcoporum læſionem per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros & Sedem Apoſtolicam conceſſa fuerint, conceſſiones hujuſmodi eiſdem religioſis factas in ſubſequentibus du-

Conſultum epiſcoporum dignitati.

(*a*) *Ext. in act. concil. & in bull. in Leo. X. conſt.* 22.

ui-

nimus moderandas, ut ipſi fratres potius ab eiſdem epiſcopis omni cum charitate foveantur, quam aliquo modo moleſtentur & inquietentur; una enim eſt regularium & ſæcularium prælatorum, & ſubditorum exemptorum & non exemptorum univerſalis Eccleſia, extra quam nullus omnino ſalvatur, eorumque omnium unus Dominus, una fides; & propterea decet eos, qui ejuſdem ſint corporis, unius etiam eſſe voluntatis: & ſicut fratres nexu invicem charitatis adſtricti ſunt, ſic non convenit alterum in alterius injuriam ſeu jacturam proſilire, dicente Salvatore: Hoc eſt (*a*) præceptum meum, ut diligatis invicem ſicut dilexi vos.

Eccleſia in plures ordines mutuo conjunctos diſtincta.

(*a*) *Jo.* 15.

XXIX. *Ad conſervandam inter epiſcopos & eorum ſuperiores ac prælatos & fratres hujuſmodi mutuam charitatem & benevolentiam, divini quoque cultus augmentum, pacemque & tranquillitatem univerſalis Eccleſiæ ſtatus, quod ita demum fieri poſſe cognoſcimus, ſi unicuique, quantum fieri poteſt, ſua juriſdictio conſervetur; ſacro approbante concilio ſtatuimus & ordinamus, quod epiſcopi & eorum ſuperiores, & alii prælati præfati, parochiales eccleſias ad eoſdem fratres ratione locorum ſuorum legitime ſpectantes, quoad ea, quæ ad parochianorum curam & ſacramentorum conſervationem, adminiſtrationemque pertinent, ſine tamen viſitatorum inſolito gravamine vel impenſa, viſitare, & illarum curam gerentes, & circa illam delinquentes ſi religioſi fuerint, juxta ipſius ordinis regularia inſtituta intra ſepta regularis loci, ſæculares vero presbyteros & fratres hujuſmodi beneficia obtinentes libere tanquam ſuæ juriſdictionis ſubjectos punire.*

XXX. Monachi ad ſolemnes ſupplicationes indictas ab epiſc. accedere juſſi.

Tam prælati quam presbyteri ſæculares, qui vinculo excommunicationis ligati non fuerint, miſſas in eccleſiis domorum eorundem devotionis cauſa celebrare volentes celebrare poſſint, ipſique patres tales celelebrare volentes libenter recipere debeant, ac poſſint ab eiſdem prælatis ad proceſſiones ſolemnes pro tempore faciendas requiſiti, dummodo eorum loca ſuburbana ultra unum miliare ac civitatibus reſpective, non ſint remota, accedere, nec non ſuperiores eorundem religioſorum quos pro tempore elegerint, eiſdem prælatis perſonaliter exhibere ac præſentare, ſi eos ſibi exhiberi & præſentari petierint: alioquin eorum vicarii, dummodo ad prælatos ultra duas dietas accedere non cogantur, omnino teneantur; poſſintque illi per eoſdem epiſcopos & prælatos ſuper ſufficienti litteratura, & aliqua ſaltem hujuſmodi ſacramenti peritia dumtaxat examinari, talibuſque præſentatis admiſſis, vel etiam indebite recuſatis confitentes, conſtitutioni, quæ incipit Omnis utriuſque ſexus, *quoad confeſſionem dumtaxat ſatisfeciſſe cenſeantur.*

Sacrorum exomologeſeon excipiendarum authoritatem ab iiſdem petere.

XXXI. *Ipſi fratres etiam forenſium confeſſiones audire valeant; laicos tamen & clericos ſæculares a ſententiis ab homine latis nullatenus abſolvere poſſint. Euchariſtia vero & extremæ unctionis aliaque eccleſiaſtica ſacramenta illis, quorum etiam infirmorum ac decedentium confeſſiones audierint, dicentibus proprium ſacerdotem illa ſibi dari denegaſſe dare nequeant, niſi denegatio ſine legitima cauſa facta vicinorum teſtimonio probata, aut requiſitio coram notario publico facta doceretur; eorundem vero fratrum obſequio inſiſtentibus ſacramenta hujuſmodi nullatenus miniſtrare valeant, niſi illorum durante obſequio.* Interjectis nonnullis de funebribus officiis, deque religioſis ad ordines promovendis additum.

XXXII. In examen adducendi cum ſacris ordinibus initiari volunt.

Quodque fratres ipſi ad ordines promovendi per ordinarios, de grammatica & ſufficientia examinari, & dummodo competenter reſpondeant, per eoſdem ordinarios libere admitti, ac nullatenus in eorum eccleſiis ſeu domibus aut aliis eorum locis ab alio quam a diœceſano epiſcopo vel ejus vicario ſuper hoc cum debita reverentia requiſito, & abſque rationabili cauſa contradicente, vel etiam a diœceſi abſente, ad dictos ordines promoveri debeant; nec ab alio epiſcopo conſecrationem eccleſiæ vel altaris aut cæmeterii benedictionem petere, ſeu in eccleſiis per eas pro tempore ædificandis primum lapidem per alienum epiſcopum poni facere poſſint, niſi ubi ordinarius bis aut ter cum debitis reverentia & inſtantia requiſitus ſine legitima cauſa id recuſaverit; & abſque curatorum conſenſu ſponſum & ſponſam benedicere nequeant.

XXXIII. *Et ut debitus honor matrici eccleſiæ reddatur, tam ipſi fratres, quam alii clerici ſæculares, etiam ſuper hoc Apoſtolicæ ſedis privilegio muniti, die ſabbati majoris hebdomadæ, antequam campana cathedralis vel matricis eccleſiæ pulſaverit, campanas in eccleſiis ſuis pulſare minime poſſint; contrafacientes pœnam centum ducatorum incurrant. Cenſuras autem per eoſdem ordinarios latas & promulgatas, ac in matrice eccleſia civitatum necnon in collegiatis & parochialibus eccleſiis caſtrorum & oppidorum reſpective ſolemniter publicatas, quando ſuper hoc ab eiſdem ordinariis requiſiti fuerint, in eccleſiis domorum ſuarum publicare ac ſervare teneantur.*

XXXIV. Data ut impenſa ut laicos ad pendendas decumas hortentur.

Et ut animarum utriuſque ſexus Chriſti fidelium ſaluti uberius conſulatur; illos quorum confeſſiones pro tempore audierint, cujuſ-

Digitized by Google

cujuſcumque ſtatus & conditionis fuerint, ad ſolvendum decimas ſive aliam bonorum ſeu fructuum quotam in locis, in quibus decimæ ipſæ aut ſimilia ſolvi conſueverunt, etiam ſub onere conſcientiarum ſuarum monere & hortari, ipſiſque etiam illas ſolvere recuſantibus, abſolutionem denegare, & ſuper hoc requiſiti id populo etiam publice prædicare, & perſuadere teneantur.

XXXV. *Conſervatores autem eiſdem fratribus pro tempore a ſede Apoſtolica deputandi, doctrina & probitate præſtantes, & in eccleſiaſtica dignitate conſtituti eſſe debeant, & coram eis per eoſdem fratres, quibus dati fuerint ultra duas dietas a loco ſuæ ſolitæ habitationis, nullus trahi poſſit, privilegiis ſuper hoc alias eis conceſſis nullatenus ſuffragantibus. Excommunicati quoque ordinem mendicantium profiteri volentes, ubi de intereſſe tertii agetur, abſolvi non poſſint niſi prævia ſatisfactione. Procuratores quoque & negotiorum geſtores ac operarii eorundem fratrum ſervitiis inſiſtentes, ſententiis excommunicationis promulgatis illaqueati ſint & eſſe cenſeantur, ſi illis cauſam dederint, aut dantibus conſilium auxilium, vel favorem præſtiterint.*

Fratres & ſorores tertii ordinis obnoxii epiſcopis.

Fratres autem & ſorores tertii ordinis, nec non mantellati, corrigiati, pizzocharæ, chordellati, & alii quocumque nomine nuncupati in propriis domibus habitantes ſepulturam ubi voluerint, eligere valeant; ſed die paſchatis tantum Euchariſtiam, nec non extremam unctionem cæteraque eccleſiaſtica ſcramenta, pœnitentiæ ſacramento duntaxat excepto, a proprio ſacerdote recipere, & ad onera, quæ laicis incumbunt perferenda, teneantur, ac in foro ſæculari coram judicibus ſæcularibus conveniri poſſint.

XXXVI. *Et ne cenſura vileſcat eccleſiaſtica & minoris authoritatis interdicti ſententia reputetur; iidem dicti tertii ordinis ad divina audienda in eccleſiis ſuorum ordinum tempore interdicti nullatenus admittantur, ſi cauſam dederint interdicto, vel cauſam ipſam nutriant, ſeu foveant, aut dantibus auxilium, conſilium vel favorem quoquo modo præſtiterint. Collegialiter autem viventes, ſeu cum clauſtralibus habitantes, ac mulieres virginalem ſeu cœlibem, aut caſtam vidualem expreſſo voto (ſub dicto habitu) vitam ducentes, privilegiis quibus fratres ordinis, cujus tertiæ regulæ habitum geſtant, gaudere debeant. Omnia etiam ſingula ſupradicta ad reliquos religioſos ordinum quorumcumque extendi, & per eos ſervari debere volumus atque decernimus; ſalvis tamen in reliquis deſuper non expreſſis tam epiſcoporum, quam fratrum & aliorum religioſorum prædictorum juribus, quibus per præmiſſa in aliquo præjudicare ſeu quidquam innovare non intendimus: non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis ac ſtatutis & conſuetudinibus dictorum ordinum:* Et infra.

Eoſdem inſuper fratres in virtute ſanctæ obedientiæ monemus, ut eoſdem epiſcopos loco ſanctorum Apoſtolorum ſubrogatos, pro debita noſtra ac Apoſtolicæ ſedis reverentia congruo honore & convenienti obſervantia venerentur. Ipſos quoque epiſcopos hortamur, ac per viſcera miſericordiæ Dei noſtri requirimus, ut fratres ipſos affectu benevolo proſequentes charitative tractent, ac benigne foveant, ſeque illis minime difficiles ac duros, vel moroſos, ſed potius faciles, mites, propitios, piaque munificentia liberales exhibeant, ac in omnibus prædictis tanquam in agro dominico cooperatores, eorumque laborum participes prompta benignitate recipiant, eorumque jura omni cum charitate cuſtodiant, atque defendant, ut tam epiſcopi quam fratres præfati, quorum opera veluti lucernæ ardentes ſupra montem poſitæ omnibus Chriſti fidelibus lumen præbere debent, ad Dei laudem, fidei catholicæ exaltationem, populorumque ſalutem, de virtute in virtutem proficiant; ac deinde a largiſſimo bonorum omnium retributore Domino perennis vitæ præmium conſequi mereantur, &c. Data Romæ in publica ſeſſione in Lateranenſi ſacroſancta baſilica ſolemniter celebrata anno Incarnationis dominicæ MDXVI. XIX. *decembris pontificatus noſtri anno* IV. XXXVII.

Commendata monachis obſervantia in epiſcopos.

Cum patrum ſententiæ rogatæ fuiſſent, nonnullos diſſenſiſſe, refert Paris: *Licet,* inquit, *a Papa & a nonnullis, qui ibi prope aderant, libere reſponſum fuiſſet per verbum: Placet, abſolute tamen multum dinque a patribus re examinata vix concluſa fuit: tamen votis enumeratis fuit concluſa.* Diſtinctius acta concilii explicant eam ſanctionem laudatam ab omnibus, & concertatum de particula, *Salvis, &c.* ubi reliqua monachorum privilegia corroborantur, quam Cumanus, Tarviſinus, Cavallicenſis, Melphitenſis, Hipporegienſis, Bellunenſis, Terdonenſis, Cæſenatenſis, Brumatenſis, Vincienſis, Ferentinenſis, & Senogallienſis epiſcopi detrahendam fruſtra optaverunt. Indictam deinde fuiſſe duodecimam ſeſſionem ad XVI. martii, diem refert Paris de Graſſis; tum addit: *Quibus expeditis procurator fiſcalis fecit officium contra abſentes contumaces, & Papa ſurgens depoſita mithra cantavit ex libro: Te Deum laudamus, &c.* Hactenus de Lateranenſis XXXVIII.

Reliqua monachorum privilegia corroborata.

ſis ſynodi ſeſſione undecima: nunc reliquas hujus anni res geſtas proſequamur.

XXXIX. Debilitatum eſt hoc anno Chriſtianum imperium triſtibus duorum Regum funeribus, quorum ſapientia & authoritate plura florentiſſima regna ſuſtentabantur, ſuccedentibus in eorum ſolia pueris, qui licet generoſiſſimi, impares tamen per ætatem tantæ rerum moli extiterunt: nam in primis initio anni Ferdinandus Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ, Sardiniæ, Africæ maritimi tractus, & novi orbis Rex, diuturno morbo abſumptus, dum vitæ extrahendæ cauſa novum ſubinde ſolum mutat, in vico, cui nomen Matricaleſium inditum eſt, reſciſſo Burgenſi teſtamento, novoque facto, quo Joanna filia regnorum hæres inſtituta (a) eſt, adminiſtratio Carolo ex ea nepoti commendata, hujuſque in Hiſpaniis procurator renuntiatus Franciſcus Ximenius Cardinalis & archiepiſcopus Toletanus: Ferdinando vero nepoti ex conſiliariorum ſententia nulla alia hæreditas quam fraterna benevolentia relicta (b), e vita diſceſſit rite ſacris omnibus Chriſtianis expiatus, de quo hæc narrat Gomeſius (c).

Ferdinandi Hiſpan. Regis obitus.

(a) Gomeſ. de rebus geſtis Card. Ximen. l. 5. Sur. to. 6. l. 10. c. 99. Marian. l. 30. c. 27.

(b) Guicc. l. 12.

(c) Gomeſ. ſup. l. 5.

His atque aliis prudenter curatis Rex ſe morti proximum intelligens ſanctiſſimæ Euchariſtiæ viatico ſuſcepto, & oleo ſacro unctus XIV. kal. februarii antequam illuxiſſet, religioſiſſimæ vitæ curſum clauſit, dignus qui inter Reges præſtantiſſimos adnumeretur; de quo in ſcholaſticorum frequenti conſeſſu Ciruelus Darocenſis theologus, ut illa ferebant tempora memorabilis, in oratione funebri unum inter Reges Ferdinandum fuiſſe dixit, qui regnandi rationem poſſet inſtituere, & ob inſignem prudentiam cum longa rerum experientia conjunctam de recta principum gubernatione non vulgaria præcepta tradere. Omnium conſenſu lauream inter principes Chriſtianos meritis & authoritate ſua ætate ipſum retuliſſe, Volaterranus ſcribit (d), nec immerito, cum etiam aliæ ætates felices cenſendæ ſint, quæ pares illi ferant, ut qui Granatenſi regno Chriſti cultum reſtituerit, Africæ oram domuerit, Marranos expulerit, monachorum ſodalitia purgari, tribunalia ad hæreſes excindendas erigi curaverit, novum orbem patefecerit, in eoque religionem amplificarit, atque inſtituerit epiſcopatus, ſedis Apoſtolicæ dignitatem tuendam armis adverſus ſchiſmatis Piſani fautores ſuſceperit, deque æmulis triumphando Neapolitanum & Navarricum regna ſuo imperio adjunxerit.

Sacramentis rite procuratus eſt.

(d) Volat. l. 2. Gom. Præcipuæ illius res geſtæ.

XL. Prænuntiatam a viro ſancto ingentem hanc illius felicitatem ipſo die, quo in lucem editus fuerat, refert Joannes Marianus (e): *Qua die natus eſt Ferdinandus, ſic affirmatum invenio; Neapoli quidam e Carmelitano ordine vir ſanctus Alfonſo Regi: Hodie,* inquit, *in Hiſpania citeriore puer tui generis eſt natus, cui cœlum nova imperia pollicetur, ingentes opes, felicitatemque pio præ cæteris religioniſque cultori & amplificatori præclaro. In tantis virtutibus quædam vitia ineſſe propemodum neceſſe fuit, ut nihil eſt in rebus humanis ſincerum; ſed avaritiam tamen calamitas vectigalium excuſare potuit, ſeveritatem temporum morumque labes; callido ingenio fuiſſe, fidemque eu commodo nonnumquam mutaſſe externi authores accuſant: an ex fide, an ex invidia gentis non diſputo: & ſolet hominum malitia virtutibus veris vicina vitiorum nomina affingere; ſicut e contrario fallunt atque laudantur vitia, quæ virtutes imitantur.*

(e) Marian. de rebus Hiſp. l. 25. c. 18. Vaticinium de illo a viro ſancto prolatum.

Nonnullis vitiis virtutes obſcuraſſe fertur.

Addit author de Ferdinandi obitu: *Peccata,* inquit, *Thomæ Mutienſo e Dominicano ordine ſibi ante a confeſſionibus aperuit. Regina Ilerdæ Regis periculo nuntiato, itinere feſtinato, pridie quam teſtamentum nuncuparet mœſta juxta ac ſolicita acceſſit. Proximo die mercurii poſt mediam noctem una amplius hora animam placide efflavit decimo kal. februarii auſpicante ſalutis anno MDXVI. princeps juſtitiæ cultu, prudentiæ laude, animique præſtantia excellentior omnibus, qui unquam in Hiſpania extiterunt. Vitia deeſſe numquam poſſunt; eſt ea humanæ vitæ conditio: en invidia quoque & malitia multa magnis viris immeritis affingi peccata proclive eſt. Imperii modeſtia, religionis amore, bonarum artium ſtudio, forma haud dubium juſti mitis, benefici, ac vere Chriſtiani Regis, ac ſpeculum in quod omnes Hiſpani principes intueantur: aureæ pacis in Hiſpania, & publicæ ſecuritatis atque elegantiæ & amplitudinis conditor.* Nonnullis interjectis, ut Joannam filiam regnorum hæredem teſtamento reliquerit, & Carolum procuratorem, addit ejus corpus Granatæ, cui expugnatæ Chriſtianam religionem ac veram felicitatem reſtituerat, ſepulchro illatum a Granatenſibus fuiſſe. XLI.

Morabatur Florentiæ Pontifex, cum de Ferdinandi obitu ab internuntiis ſuis in Hiſpania agentibus certior factus, has literas (f) contracti ex eo maximi doloris indices ad Maximilianum Cæſarem ſcripſit. XLII.

(f) Ext. apud Bemb. l. 11. ep. 24.

Maximiliano Romanorum Imperatori deſignato.

Etſi exiſtimamus ejus te rei nuncium jam accepiſſe, qua de re gravi cum dolore ad te ſcribimus, vel magnitudo tamen ipſius, vel noſtra in te benevolentia facit,

Pontificis ad Cæſarem conſolatoriæ literæ.

ut

ut ſtatuerimus de ea te certiorem fieri noſtris etiam litteris. Oportet itaque ſcias, noſtros in Hiſpania internuntios ſcribere, Ferdinandum Regem ea nocte, quæ non diem XI. *kal. februarias eſt conſecuta, vitam cum morte commutaviſſe. Equidem ſatis commemorare non quimus quantum nobis moleſtiæ, quantum mœroris, tam gravis, tam prudentis, tam noſtri & reipublicæ obſervantis, tam bello & pace præclari excellentiſque Regis mors atque interitus attulerit, exiſtimantibus multum nobis, multum Romanæ rei, multum etiam Chriſtianæ reipublicæ, eo extincto Rege tum præſidii tum ornamenti eſſe ſublatum. Quas ad cauſas tot atque tantas doloris noſtri illud etiam accedit, quod te ſcimus ejus viri obitum graviter & moleſte laturum, quippe qui magno ſapientiſſimoque Rege & tui amantiſſimo tecumque conjunctiſſimo te dejectum & ſpoliatum intelliges. Quamobrem uti de communi utriuſque noſtrum, aut etiam univerſæ Chriſtianæ rei damno atque jactura graviter atque magnopere dolemus, animique noſtri uberrimum tecum mœrorem, & ægrimoniam partimur: quod cum facimus tum Deum oramus quæſumuſque, ut te eſſe apud homines eo diutius velit, quo Ferdinando Rege optimo atque maximo noſtri homines ſpoliati, authoritatis, prudentiæ, temperantiæ, conſiliorumque tuorum impenſius indigebunt. Dat.* v. *id. februarii anno* III. *Florentiæ.*

XLIII. Joanna Regina mentis impos regnum adminiſtrare non potuit. Affectata a Ferdinando regni procuratio. (*a*) *Gomeſ. l.* 6. Ximenius dat operam ut regnum Carolo V. deferatur. (*b*) *Id. l.* 5. (*c*) *Id. l.* 6.

Non vana hæc fuere Pontificis præſagia; ſiquidem poſt Maximiliani obitum Chriſtianam rem in Germania magna ex parte collapſam, dum materno, ac paterno avis Carolus V. orbatus eſſet, deploraturi ſumus. Porro ille accepta avi morte Hiſpaniarum Regem ſe dixit Pontificis maximi & Cæſaris hortatu, quod matri Joannæ Reginæ ſuperſtiti nulla, ut ajunt, ob mentis motionem de gerendo & adminiſtrando regno cura eſſet. Affectarat (*a*) autem regiam authoritatem ejus frater Ferdinandus a ſuis moderatoribus impulſus, ex Burgenſium tabularum jure, quibus regnorum gubernator fratre abſente dictus fuerat: ſed regios ſenatores interceſſiſſe, reſpondiſſeque, Regem niſi Cæſarem habere neminem, narrat Gomeſius (*b*); eaque verba a Carolo veluti quoddam imperii omen fuiſſe poſtea uſurpata. Strenuam vero dediſſe operam Ximenium, ut Caſtellæ ordines illi una cum matre regium nomen deferrent (*c*): cumque nonnulli proceres novos excitarent motus, ad eos compeſcendos vertiſſe curas; tum ad inſtituendam militiam, quæ non ex profligatis vagiſque hominibus, qui armati ſeſe in omnium ſcelerum genus effunderent, ſed ex bene moratis urbium civibus, qui a flagitiis ſibi temperarent, quod ex Ferdinando Rege, qui pietatem cum militari arte ſemper conjunxerat, ipſum hauſiſſe refert author (*d*).

(*d*) *Id. ib.*

XLIV. Ferdinandi ſententia de exercitu habendo in procinctu. Scripti ab ipſo de ea re commentarioli.

Cum, inquit *aliquando de his rebus cum Rege Ferdinando privatim ageret, qui tum prudentia tum rei bellicæ cognitione & laude inter ætatis ſuæ principes excellebat, Regi in animo eſſe intellexit militarem exercitum, quem ſemper ad manum haberet, ex cujuſque civitatis incolis comparare & inſtruere. Dicebat enim experientia bellorum edoctus delectus, qui ex ignotis & vagis hominibus more majorum haberentur, perniciem potius quam utilitatem in rempublicam inducere: nam obſcuri illi & immodeſti atque impuri homines, peſſimiſque exemplis famoſi quocumque accederent ex rapto vivere, vicos & agros miſere vaſtare, infimam plebem & ruſticos homines affligere, milleque alia ſcelera patrare: quod ſi per ſingulas urbes certi quidam cives nomina ſua ad militiam ſacramento darent, qui quotieſcumque a Rege vocarentur, bellica ſupellectile inſtructi, ad omnes caſus prompti & præſto eſſent, innumera incommoda ceſſatura; hos enim melius & liberalius educatos, atque moribus civilioribus praditos liberis uxoribuſque timentes nihil indignum aut atrox auſuros, ſed potius totis viribus pro focis & aris depugnaturos. Quin commentariolos, quibus rei gerendæ forma tradebatur, aliquando per otium Ferdinandum ſcripſiſſe aiebat, & ſingula capita per partes digeſſiſſe, ſed moleſtiis & ægritudinibus ſubinde obortis impeditum efficere non potuiſſe quod tantopere moliebatur; quæ ne forte aliquis in re ancipiti & a multis improbata ad Ximenii ſententiam confirmandam conficta putet, hæc eadem Ximenium ad Carolum ſcripſiſſe inveniet literis, quas hoc de quo agimus anno pridie idus decembris Madrito ad eum dedit, quarum autographum Compluti aſſervatur.*

XLV. Qua arte a Ximenio exercitus ſine ſumptu ad ſubitos caſus comparatus.

Subdit Gomeſius id Ferdinandi conſilium ad exitum perductum a Ximenio, qui publico edicto ad omnes urbes miſſo excitavit cives multis propoſitis immunitatibus, ut nomen darent militiæ, quam parabat, qui reipublicæ, quoties flagitaret neceſſitas, ad illam tutandam præſto cum armis futuri eſſent: atque ita nullo publicæ rei ſumptu pluſquam triginta millia lectiſſimorum militum ex urbium civibus modico temporis intervallo ad omnes incurſus hoſtiles comparata, ludumque militarem apertum fuiſſe. Confeciſſe præterea feliciter Cardinalem Ximenium Navarricum bellum multis inter-

(a) Id. eod. l. 6.

terjectis addit (a): quippe Joannes Alebretenſis Navarra ante pulſus, ſimulatque Ferdinandum Regem obiiſſe cognorat, aviti regni recuperandi cupidus, Gallicisque fultus præſidiis, per valles Pyrenæorum montium Roncalem & Iſannam exercitum induxerat; ad quem propulſandum Antonius Manricus Najarenſium dux difficilem ſubiit provinciam, inſperatoque eventu Ferdinandus Vilaſva Placentinus tribunus militaris Gallos in præruptis montium anguſtiis vepribus obſitis deprehenſos fudit: quo comperto Joannes Rex obſidionem oppidi S. Joannis in citeriori montium radice ſiti ſolvit, regreſſuſque in Gallias inopina morte extinctus eſt. Cum Ximenius, ut rebellandi occaſionem Navarrenſibus adimeret, oppidorum mœnia, paucis exceptis everti juſſit, ne in præſidiis ſuſtentandis opes abſumeret, quas in tutanda ab Afrorum Turcarumque graſſationibus maritima ora erat collocaturus; eamque ob cauſam ipſum validam inſtruxiſſe claſſem ſubdit Gomeſius (b).

Joannis Alebretenſis in Navarram expeditio.

Infelici exitu diſſoluta.

(b) Eod. l. 6.

XLVI. *Quoniam*, inquit, *fruſtra exercitum terra parat, qui mari etiam, ut ſit potens non laborat. Triremibus quas eo tempore reſpublica obtinebat viginti adjungendas curat, atque ita claſſem inſtruxit, maritimis regionibus benigne, quæ ad eam armandam neceſſaria erant ſuppeditantibus, qua a littoribus noſtris hoſtium arma & piratarum incurſus depulit: nam ſtatim ſub menſem Julium cum prope Alicantum ad inſulam non longe in eo littore ſitam quinque longas Turcarum naves claſſis noſtra obviam habuiſſet, acri prælio cum illis commiſſo ſexcentis hoſtibus fortiter occiſis fuſæ captæque ſunt, & ad Alicantum captivæ remulco ductæ: qua de re Leonis X. Pontificis maximi gratulationes ad Ximenium ſunt miſſæ, animi præſtantiam & ſingularem prudentiam, qua in his rebus utebatur, commendantis. Eſt apud me epiſtolæ autographæ exemplum Cardinalis S. Mariæ in Porticu, in qua hæc verba leguntur: Superioribus diebus cum a magnifico, domino Benedicto Hurtado ſanctiſſimus dominus noſter literas veſtræ reverendiſſimæ dominationis recepiſſet, eumque diligenter ac copioſe mandata, quæ ab eodem tulerat, exponentem audiviſſet, libentiſſimo animo ejus ſanctitas intellexit tam Chriſtianas, tamque dignas viro principe cogitationes animo veſtræ reverendiſſimæ dominationis inſiſtere, ſcilicet quo pacto & ædificari & armamentis inſtrui, & continenter teneri claſſis neceſſaria poſſet contra acerrimos Chriſti nominis hoſtes, ſummoque opere ejus beatitudo veſtram reverendiſſimam dominationem commendavit, quod ad tam egregia & religioſa opera animum adjecerit, quæ ut ſunt maxime principibus Chriſtianis digna, maximeque pro fide Chriſti neceſſaria, ita etiam non mediocre paritura ſunt nomen veſtræ reverendiſſimæ dominationi, cui nec tenuis a ſummo Deo eſt expectanda ex hac re merces: ſed quemadmodum ex ea ſummum percepit, ita etiam ei minime deeſſe vult, quantum in ipſa erit, quin ad optimum finem deducatur, ut veſtra reverendiſſima dominatio poterit explorate judicare ex brevi, quod ab ea ſcribitur eidem.*

Parta de Turcis navalis victoria.

Ximenii curæ in claſſe adverſus barbaros inſtruenda.

XLVII. Immiſit igitur Cardinalis Ximenius Hiſpaniarum moderator in Africam validam claſſem, quæ octo militum millia Didaco Vera duce in Oranica expeditione virtutis militaris claritudinem adepto in Algerii littore III. kal. octobris expoſuit ad expugnandum Algerium, quod ab Horuſcio Barbaroſſa, qui ex pirata Regem ſe dixerat Morabitorum Mahometanorum Chriſtianum jugum excutere optantium factione occupatum fuerat, depulſo illius principe, qui Hiſpaniarum Regis fiduciarium ſe profitebatur: verum contrario ſucceſſu geſtum bellum eſt; quippe Algerium a tyranno fortiſſima Turcarum manu & Numidarum equitatu numeroſo munitum erat adeo, ut Chriſtiani in plures diviſi acies, cum in quatuor locis ſimul impetum feciſſent, hoſtibus impares ingenti accepta clade deleti fuerint: quam calamitatem cum Ximenius ſignificaſſet Leoni Pontifici, hoc reſponſum (c) ab eo tulit.

Africa a Ximenio tentata.

Algerio propulſatus Hiſpanus exercitus.

Leo, &c. Magna moleſtia tuæ nos literæ affecerunt, quibus ſcripſiſti, eum, quem contra communes noſtros hoſtes in Africam exercitum tranſmiſeras, ab Afris atque Turcis rejectum & fugatum magnam plagam apud Alzarem accepiſſe; te tamen animo fractum non eſſe, neque quidquam de tuo ardore & diligentia eam ob cauſam eſſe detractum: quæ quidem tua conſtantia & fortitudo dolorem noſtrum multo leviorem fecit; ſic enim exiſtimabamus, ſi te ipſe non contraxiſſes & ſpem vincendi non abjeciſſes, fore, ut brevi hæc ipſa res ſecundior multo majorem luctum & diuturniorem cuis hoſtibus parares, &c. Dat. IV. non. novembris anno IV.

(c) Ext. apud Bemb. l. 13. ep. 29.

Additi Ximenio Card. a Pontifice animi.

XLVIII. Porro Horuſcium Barbaroſſam, qui ex Mauritaniæ ora deturbare Chriſtianos, & Africam in Selimi Turcarum Imperatoris ſervitutem redigere annitebatur, ac Mahumeticæ ſuperſtitionis tuendæ ſpecie Maurica ſtudia ſibi conciliaverat; nec non alium piratarum Maurorum principem perfuſa Mediterraneo mari Chriſtiana littora, objacenteſque Italiæ inſulas infeſta claſſe vexaſſe, oſtendunt pontificiæ

Aucta in Africa Barbaroſſæ potentia.

ciæ literæ ad Viterbienſes (*a*) alioſque populos (*b*), tum ad Etruriæ prolegatum (*c*), ut ad reprimendas eorum excurſiones impigre ſe accingerent. Nec reprimendos modo, ſed conterendos hoſce piratas ſuſcepit Leo, ac Genuenſes, Francorumque Regem ſolicitavit (*d*), ut quas habebant inſtructas naves claſſi eccleſiaſticæ conjungerent.

(*a*) *Ext. apud Bemb. l.* 12. *ep.* 8. *ep.* 9. & *ep.* 10.
(*b*) *Ep.* 11.
(*c*) *Ib. ep.* 12. & 13.
(*d*) *Aug. Juſt. l.* 6. *Bizar. l.* 19. *Foliet. l.* 12.

XLIX. Genuenſes Solicitati a Pont. ut claſſem adornent.

Octaviano Fregoſio præfecto, & decurionibus Genuæ.

Etiam atque etiam a vobis petimus, ut ad hanc rem, quam paramus Italis quidem omnibus in primis honorificam, vobis certe propter periculi ſocietatem etiam ſalutarem, eas veſtras triremes, quæ inſtructæ paratæque ſunt commodetis, & ſimul ornari alteras totidem quam celerrime imperetis: quibus navibus cum noſtra claſſe conſociatis communes omnium noſtrum hoſtes nobis turpiter inſultantes aggredi atque opprimere poſſimus. Ea res, ut facilius confici poſſit, ſi nos admonueritis, partem ſtipis ad vos mittemus in nautas & milites cogendos, navibuſque imponendos: toto vero in apparatu atque negotio vos oportet unos, tum diligentiam & ſtudium tum maxime celeritatem adhibere; ſi enim præſtolabimur, nihil eſt cur illos, qui omnia temporum momentis metiuntur, poſſe nos conſequi ſpem ullam habeamus: id autem ut animis alacrioribus vobis eſſe faciendum ſtatueretis, petimus a Franciſco Gallorum Rege per literas non hoc ipſum modo, ut veſtras naves permitteret nobis præſto eſſe, ſed illud etiam, ut ſuam ipſe claſſem cum noſtra claſſe conjungeret quoad aliquid actum & confectum eſſet: quod quidem illum confidimus pro noſtra conjunctione, proque ſuo in tuenda Chriſtiana re ſtudio libentiſſime eſſe facturum. Dat. III. *non. maii anno* IV. *Romæ.*

L. Inſtructa (*e*) eſt in Genuenſi portu pontificiis auſpiciis ſumptuque maxima ex parte claſſis adverſus Mauritoniæ piratas, qui ex Biſertino, olim Uticenſi, portu excurrentes in Liguſticum & Siculum mare plurimas naves Genuenſibus ademerant. Comparabatur etiam Maſſiliæ Gallica claſſis Petro Cantabro duce, ac ſex millia militum ad evaſtandam Mauritaniæ oram a Franciſco Gallorum Rege promiſſa ſunt Pontifici: ex quo maritimo apparatu in ſuſpicionem adducti ſunt Hiſpani (*f*) ne bellum Neapolitanum Franciſcus Rex moliretur. Cæterum non immiſit Franciſcus eam claſſem, quam erat pollicitus certis pactionibus, ſed ſex naves Petro Joanne duce claſſi Liguſticæ, cui Pontifex Federicum Fregoſium archiepiſcopum Salernitanum ſummo cum imperio præfecerat, conjunxit.

(*e*) *Aug Juſt. l.* 6.

Comparatus a Gallo Rege navalis exercitus.

(*f*) *Guicc. l.* 12. *Gomeſ. l.* 6.

Cum vero Neapolitana claſſis Caroli Hiſpaniæ Regis Mauros, qui littora Sicula infeſtarant, inſecutura eſſet, Pontifex ne qua ex Hiſpanorum Gallorumque æmulatione diſcordia oboriretur navare operam ſtuduit, datis monitis hiſce ad Petrum Joannem Gallicæ claſſis præfectum literis (*g*): *Quoniam accidere poterit, ut cum Caroli Regis Hiſpaniæ claſſe, quæ quidem etiam proxime Neapoli ad Poenos perſequendos eſt ſolutura, noſtra claſſis ſe conjungat, te hortamur, ut cum ejus claſſis præfectis omnia amici hominis officia exerceas, &c. Dat.* VII. *kalend. quintiles MDXVI. anno* IV. *Romæ.* Fuiſſe autem eam claſſem Neapolitanam Leonis ſtudiis & impenſa paratam, oſtendunt ejus ad Petrum Navarrum, qui operam militarem contra Mauros deferebat, miſſæ literæ: *Scire*, inquit, *te volumus, id ipſum nos hoc anno ſummo ſtudio & diligentia curaviſſe, duaſque claſſes magna impenſa Neapoli alteram, Genuæ alteram paraviſſe.* LI.

(*g*) *Ext. apud Bemb. l.* 13. *ep.* 3.

Pontificiæ curæ in reprimendis barbaris.

Quæ porro Genuæ fuit comparata claſſis, pontificiis ornata inſignibus, & decumano ſacerdotali auro conducta, in qua præter minora navigia decem & novem erant triremes, tres majoris alvei naves, ac duæ Liburnicæ, Mauritaniam verſus vela direxit (*h*), ac nimia cupiditate prædæ faciendæ egregii facinoris, nimirum intercipiendæ Biſertæ, & Turcicæ claſſis avehendæ vel incendendæ occaſionem amiſit: Chriſtianos tamen barbarica ſervitute preſſos in libertatem vindicavit, ac prædam ingentem avertit. Deſcribit accurate Bizarrus (*i*) ex Auguſtino Juſtiniano geſta in ea ſacra expeditione apoſtolicis auſpiciis ſumptibuſque confecta: *Fulgoſius*, inquit, *poſtquam ſacris operatus eſſet, omniaque rite diſpoſuiſſet, claſſe, in quam ultra remiges ac nauticos ſocios amplius mille armati lectiſſimæ juventutis conſcenderant, pontificiis vexillis atque inſignibus erectis, ac ſecundis ventis educta, primo per Corſicam & Sardiniam in Africam prætervecta hoſtilem claſſem, quæ circiter quindecim biremium, & aliquot roſtratarum numerum æquabat, ferme omni præſidio nudatam in Biſertino flumine adinvenit, eaque facili negotio potitus eſt, & captivos Chriſtianos in libertatem aſſeruit, moxque Biſerti ſuburbana ædificia diripuit atque incendit. Adjacet Biſerta piſcoſi ſtagni faucibus, per quas ſubjectum mare ſtatis ſuis æſtibus irrumpit.* Et infra: *Sed milites prædæ cupiditate allecti pulcherrimam occaſionem oppugnandi oppidi neglexere; quod proculdubio facile conſecuti eſſent, ſi, uti debebant, ſua caſtra ex altera fluminis parte collocaſſent.* LII.

(*h*) *Aug. Juſt. l.* 6.

(*i*) *Biz. l.* 19. *Foliet. l.* 12.

Barbarica claſſis intercepta.

Biſertæ expugnandæ amiſſa occaſio.

Inte-

LIII. *Interim maxima multitudo Maurorum ad ejus loci defenſionem ſupervenit, ſimulque ingens turbo exortus tanto impetu & rapiditate, ut duo navigia ex noſtris in ipſo maris æſtu amnem ingreſſa naufragio, ſalvis tamen & incolumibus, qui eis devehebantur, perierint, adeo ut Fulgoſius ventorum ſævitia & tempeſtate claſſem illinc ſubducere cogeretur, & navigatione Tunetum verſus directa in arcem Guletanam vi ingreſſus eſt, & triremim Liguſticam prius a Turcis in Corſo promontorio captam recepit, indeque ad inſulam Meningens circumvectus ibi pleraſque biremes igne iniecto concremavit: quibus rebus peractis Genuam cum aliqua præda triumque hoſtilium navigiorum incremento claſſem incolumem reduxit.*

LIV. Perſcripſit ſingula hæc, necnon conſilia difficultateſque in gerendo eo bello Maurico apoſtolicus legatus ad Leonem Pontificem, qui eam claſſem inſtructam retineri ait (*a*) ad barbaros proximo anno contundendos optavit.

(*a*) *Leo X. apud Bemb. l.* 13. *ep.* 19.

Leonis ad legatum literæ.

Federico archiepiſcopo Salernitanorum.

Etſi antea de rebus tuis claſſe ea cui noſtro nomine præfuiſti contra Poenos geſtis abunde ex aliis intelleximus, tuæ tamen literæ, quibus ad nos ſingula e bello domum rediens ordine perſcripſiſti, nos magnopere delectarunt; aliquanto enim plenius ex iis & liquidius, conſilia, actiones, impreſſiones in hoſtem, tuas difficultates, eventuſque ſingulorum cognovimus: quæ quidem omnia quoniam magno conſtantique animo multoque tuo labore ex noſtra dignitate ſunt confecta, te de iis vehementer collaudamus, tibique benedictionem plurimam optimis verbis impartimur. Hortamur autem te civitatemque iſtam præclaram & fortem [quæ ſane omnibus in maritimis artibus ſemper excelluit] eundem ut animum eandemque alacritatem parandæ contra eoſdem hoſtes claſſis in æſtatem inſequentem retineatis; ut, ſi erit opus, Chriſtiani nominis offenſam atque illuſam ab illis dignitatem, noſtraſque & noſtrorum injurias communi conſilio vindicemus. Dat. x. kal. octobris MDXVI. *anno* IV. *Viterbio.*

LV. Dum id bellum in Africa gerebatur, Selimus in Aſia tantos bellicos apparatus inſtruebat, ut magnum finitimis terrorem inferret; cum non modo maximum fortiſſimumque terreſtrem exercitum, verum etiam ducentarum (*b*) navium claſſem contraxiſſet: ex quo apparatu Fabritius Carrettus Rhodiorum equitum princeps gravi concepto metu Rhodum firmiſſimis præſidiis communivit (*c*); cujus in ea re prudentiam Pontifex commendavit (*d*): coniecit tamen Selimum non in Rhodum ea vice, ſed vel in Sophi Armeniæ & Perſidis Regem, vel in Ægyptium impetus Turcicos converſurum.

Ingentes Selymi apparatus bellici.

(*b*) *Id. ib.*

(*c*) *Boſius p.* 2. *l.* 18.

(*d*) *Apud Bemb. l.* 13. *ep.* 52.

Fabricio magno Rhodi magiſtro.

Quod tuis literis de Turcarum Regis apparatu bellico certiores feciſti valde nobis gratum fuit; idque ut quam creberrime facias, neque ſolum quid ſpeculatores tibi tui referant, aut amicorum literis ad te perferatur, ſed quæ rumor ipſe dubius ſæpe iactet, ea ut nobis ſignifices abs te petimus; ut quid ille agat, quid paret, quo cogitationes intendat ſuas ex te ſciri & cognoſci poſſit. Equidem quod aſſequi conjectura poſſumus, ſic exiſtimamus in Aſiam illum, (nempe Turcarum Regem,) potius hoc tempore quam iſtuc, aut noſtras in oras cogitare. Itaque aut contra ſultanum Ægypti Regem, aut contra Sophim Regem Armeniæ, putamus illum ſuos exercitus moturum, ut eos, a quibus fere ſingulis annis premitur, prius aggrediatur atque opprimat: quibus integris nullum tibi, nullum Chriſtianæ reipublicæ periculum impendere magnopere arbitramur: nam niſi illos, quos habet hoſtes paratiſſimos atque audaciſſimos, & quibuſcum bello fere eſt ſemper implicitus, antea vel devicerit, vel debilitarit, vel inducias cum iis inierit, vires ſuas in nos atque furorem exercere ſatis commode profecto non poterit. Tibi tamen ſumus authores, inſulam, ut iſtam atque oppidum, quod tanquam in ore atque in faucibus eſt noſtrorum hoſtium commeatibus, apparatu reliquo rebuſque omnibus ad repellendum & ad ſuſtinendum bellum idoneis iam nunc fulcias, teque ante compares atque præmunias, ne imparatus offendi poſſis: neque tamen recuſamus, quin ſi accidat, ut te Turca velit aggredi, omnes noſtras opes tibi præſto futuras putes; volumus enim te ſcire, nos pro collegio iſto bene de re Romana optime de re Chriſtiana merito, omni tempore omnia, pro tua vero & ſalute & dignitate, uti & prudentis hominis & optimi fortiſſimique viri & nobis amiciſſimi plurima atque maxima eſſe facturum. Itaque bono animo eſto, valetudinemque tuam cura, noſque, ut facis dilige, ſicut te ſcis a nobis & amari & fieri plurimi. Dat. XI. *kal. ſeptembris* MDXVI. *pontificatus noſtri anno* IV. *Romæ.*

Explorandi ejus conſilia navata a Pont. opera.

Conſultum Rhodiorum principi ut ſe adverſus illum muniat.

Promiſſa illi auxilia pontificia.

Non aberravit a conjectura Pontifex; ſiquidem Selimus poſt necatum ſuperiori anno Aladolum Tauri & Antitauri Regem, illius filium, qui ad Campſonem Ægypti Syriæque Regem Sophi Perſæ fœdere junctum perfugerat, inſecutus, ac Tauri jugis ſuperatis, in Syriam irrupit, ipſiſque kalendis ſeptembris caſtris poſitis ad Singam amnem non procul ab Aleppo ful- LVI.

Selymi in Sultanum Ægyptium expeditio.

Syria Turcico adjecta imperio.

Fruſtra a Selymo tentata Rhodus.

ſultanum ejuſque mamaluchos prælio fudit proditione Caierbei præfecti Aleppi & Comagenes provinciæ, qui in medio pugnæ ardore deſcivit, vertitque in Campſonem arma, adeo ut infelix Rex excuſſus equo conculcatuſque interierit: qua victoria parta Selimus Syriam Turcico adjecit imperio, ac deinde ad Ægyptum invadendam terreſtrem exercitum promovit: illius vero claſſis centum & quinquaginta longarum navium confecto Syriaco bello ad tentandam Rhodum, ſi qua ſe daret occaſio, adnavigavit, ac decimoquinto octobris die ante portum comparuit, magnumque incuſſit terrorem, quatumvis barbaricis concentibus perſtreperet ad Syriacos triumphos denuntiandos; ac tum nil aliud hoſtile fecerit, cum Rhodiorum princeps ad comprimendos Turcicos impetus ſtrenue ſe accinxiſſet.

LVII. Hi porro Selimi progreſſus maximam univerſo imperio Chriſtiano injecere formidinem, adeo ut Pontifex ſuſtentandæ rei Chriſtianæ percupidus, univerſos Reges ad expedienda arma præmonuerit, ne inteſtinis diſcordiis diſtracti ſub feroscientis recenti victoria tyranni vi ſuccumberent: de quo ad Cardinalem Ximenium Hiſpanæ regiæ procuratorem, quem in Africa cladem accepiſſe diximus, hæc ſcripſit (a).

(a) Apud Bemb. l. 13. ep. 20. Pontificiæ ad Card. Ximenium literæ.

Cardinali Toletano.

Auxit ſtatim dolorem noſtrum atque moleſtiam Turcarum Regis contra ſultanum Ægypti Regem recens mirificaque victoria, de qua & arbitramur te cognoviſſe, & ipſi his diebus cognovimus, tum ejuſdem Regis ducentarum longarum navium claſſis, quam illum habere paratam dicunt, qui illinc veniunt: ſed hæc Dominus moderabitur. Te autem etiam atque etiam hortamur, ut quando hoc tuo parando mittendoque exercitu magna tua diligentia, majore impenſa confecto, maximam veriſſimamque gloriam apud omnes homines optimi fortiſſimique principis, apud noſque inprimis, tibi ipſe comparaviſti, magis etiam ad eoſdem hoſtes opprimendos & profligandos, remque publicam Chriſtianam juvandam pro virili tua iterum atque ſæpius te accendas, & pares: atque in hac quidem cauſa dignum te, dignum tua virtute, dignum etiam authoritate, quam tibi reſpublica dat animum quid dicam ſumas, qui tantam jam rem egeris? ſed tamen illum ipſum quem ſumpſiſti multo antea magnum, & fortem animum vel retineas diutiſſime, vel augeas: nam quod ad inſequentem annum attinet, eſſe nobis exploratum poteſt, vere inito mare noſtrum omne Turcarum claſſibus plenum fore. Itaque nos neque deſiſtimus reliquos Chriſtianos principes magnopere hortari, ut ſe ad capeſſendum contra Turcas bellum in tempore comparent, neque ſi quid erit, in quo juvare ipſi cauſam tam ſanctam boniſque omnibus tam expetitam poſſimus, nos id ſumus libentiſſime jam nunc ſi expediat præſtaturi, modo unum omnes ſentiant, unum ſibi & tentandum & conandum & perficiendum putent. Sed ut ad te exercitumque tuum redeamus; & dolemus tuas cogitationes atque conatus in communem utilitatem ſuſceptos non multum profuiſſe, & lætamur tui te ſtudii & voluntatis hoc accepto incommodo nihil remiſiſſe. Datum IV. non. novembris anno IV. Romæ.

Solicitatus ad excitandas in Turcam Hiſpaniæ vires.

Retuliſſe poſtea Ximenium de Afris Turciſque victoriam in Tremeſenio regno ex apoſtolico decreto inferius viſuri ſumus. Cæterum Selimus Turcarum Imperator, extremo ſuperiori anno cum prædictam in Ægyptum expeditionem conficere decreviſſet, ne diſtraheretur ab Hungaro, pacem ab eo petierat (b): Turcicam vero ingraveſcentem potentiam veritus Pontifex, Wladislaum monuit, ne pacem induciaſve cum Selimo perageret, qui ſubactis orientalibus provinciis omnes impetus in Pannoniam converſurus eſſet. LVIII.

(b) Ext. apud Bemb. l. 11. ep. 25.

Wladislao Pannoniæ Bohemiæque Regi.

Lectis tuis ad nos literis, quibus cum literis erat exemplum earum literarum quas Turcarum Rex de pace tecum ſancienda aut ſaltem de induciis ſtatuendis ad te ſcripſerat; quibus me literis ſuper ea re conſulis petiſque a nobis, velimus quid tibi agendum ſit mature conſtituere, ad teque perſcribere: viſum eſt nobis faciendum ut adhibitis ſtatim noſtris fratribus eccleſiæ Romanæ Cardinalibus tanta de re inter nos ſententiæ dicerentur: quod cum eſſet agitatum, tandem omnium conſilio atque ſententia decrevimus ad te ſcribi, oportere nullo ut pacto non ſolum pacem, ſed ne inducias quidem ullas cum Turcarum Rege faceres, ne tuam illi fidem, qui nulla fide obſtringitur, obligares, neve cauſam dares eo fœdere perpetuis noſtris hoſtibus rem Chriſtianam publicam commodius atque facilius perturbandi: non enim Rex pacem tecum vult ullius boni cauſa, ſed tantummodo te ut conſopiat quieſcereque faciat, dum ipſe cæteros ſuos hoſtes expugnet; ut poſtea ab iis, qui ei nunc imminent hoſtibus, ſecurus & fortior robuſtiorque factus, te tuaque regna cum prima rei bene gerendæ occaſione aggrediatur, atque opprimat.

Præmonitus Ungarus ne inducias cum Turca ineat.

Quamobrem non te quidem pax iſta tu- LIX.

tum

Digitized by Google

tum a Turcis reddet, otiumque tibi comparabit, ſed te quidem ipſe primum tuaque regna ea pace inita, deinde etiam Chriſtianam rempublicam opportuniorem illi obiicies ad debellandum, & quaſi de manu, quantum in te eſt, trades: quod quam tibi committendum ſit ſtatus ipſe, ac puto ſtatues ex tua majorumque tuorum dignitate. Verumtamen quoniam exploratum nobis eſt, ſine noſtro, cæterorumque Chriſtianorum Regum & virorum principum auxilio non poſſe te a Turcarum impetu regna tua tueri, atque defendere, externis præſertim, inteſtiniſque bellis defeſſa jam prope ac debilitata, dedimus Regibus ſingulis & principibus literas, quibus petivimus diligentiſſime ab iis, te, ut pecunia una nobiſcum juvarent: quod eos omnes libenter facturos putamus: quare bono animo eſto, &c. Dat. VI. kal. februarii MDXVI. pontificatus noſtri anno III. Florentiæ.

LX. Promiſſa a Gallo Rege in Turcas auxilia.

Tum Pontifex cæteros Chriſtianos Reges eſt adhortatus, ut fœdera cum Hungaro Rege adverſus Turcas, a quibus de pace rogatus erat inirent: cumque a propinquiore Francorum Rege perhumanum reſponſum accepiſſet, nimirum apoſtolicis ſe juſſis obtemperaturum, vireſque omnes in tuenda religione impenſurum, in ſpem maximam adductus eſt, ut Chriſtiani principes valida auxilia ſubmiſſuri eſſent, idque Veſprimienſi epiſcopo ſignificavit (a): tum ad Dalmaticas arces communiendas annonam ex Sibinicenſi penu ſubminiſtravit.

(a) Ib. ep. 27.

Epiſcopo Veſprimienſi.

Cum intellexiſſemus Turcarum Regem ab Wladislao Pannoniæ Bohemiæque Rege per legatum ſuum petere, ut vel pacem ſecum vel inducias triennales conficeret; de fratrum noſtrorum eccleſiæ Romanæ Cardinalium ſententia dedimus ad eum literas, quibus ab eo magnopere petimus, nihil eorum quæ poſtulabantur, faceret, neque ſe cum hoſte ſuo noſtroque ulla conditione conjungeret. Polliciti ei ſumus, nimirum Wladislao Hungariæ Bohemiæque Regi *daturos nos operam, ut communi Regum omnium & principum Chriſtianorum pecuniæ collatione juvetur, ut ſe ſuoſque populos tueri atque propellere hoſtem poſſit. Scripſimuſque ad ſingulos ea de re diligentiſſime; quorum qui vicinus nobis erat Franciſcus Gallorum Rex nobis amantiſſime reſcripſit omnia quæ vellemus libentiſſime ſe facturum. Itaque confidimus, ut maxime opus eſt, ita fore, reliquoſque Reges omnes idem reſponſuros, idemque facturos: quod cum erit ab ipſis confectum, omnem illorum ſtipem noſtra cum ſtipe quanta maxima fieri poterit, per noſtros homines magnis itineribus iſto mittemus. Quibus de rebus omnibus te certiorem facere voluimus, ut ſpem habe... Wladislaum Regem & ipſum & ejus populos non ſolum qua ſe tueri, ſed etiam qua, ſi volent offendere hoſtem poſſ... propediem habituros. Dum hæc autem ... terea comparantur, ſi tibi ad tuenda aliiſque munienda Illyrici municipia operæ pretium erit commeatus, is quem in op... do Sibinico Gilius Cortonenſis noſtro nomine aſſervandum reliquit, permittimus ti... ut eo univerſo, quemadmodum tibi vid... bitur, ſic utare. Hortamur autem ... ut ſtudium diligentiamque tuam, curam laborem animique tui fortitudinem nob... plone jam vel omnibus potius hominib... cognitam iis in rebus adminiſtrandis ita exerceas, ut quod ſperamus reipublicæ Chriſtianæ dignitas per te retineatur, & tu... gloria nominis augeatur, & tibi ipſi ma... gis magiſque debeamus. Dat. XVII. kal. martias anno III. Florentiæ.*

Ungari certiores facti non defutura illis ſtipendia.

LXI.

Percuſſerat anno ſuperiori fœdus armorum cum Maximiliano Cæſare & Sigiſmundo fratre Poloniæ Rege Wladislaus adverſus Turcas, ſuſpenſique erant expectatione florentiſſimæ alicujus expeditionis omnium animi, cum illius obitus Chriſtianas ſpes attrivit. Non illum modo Hungaria maximas poſthac paſſura calamitates planxit, verum etiam deflevit Roma, in qua peractos illi funebres honores & ſacra myſteria pro ſalute illius animæ peracta enarrat Paris de Graſſis: *Dies*, inquit, *mercurii quarta junii fuerat per ſanctiſſimum dominum noſtrum ac per conſiſtorium deſignata pro ſeſſione concilii, ſed aliis de cauſis, ut modo dicam, prorogata ad menſem octobris. Ne autem dies ipſa vacua pertranſeat, fuit deſignata promiſſa exequiali bonæ memoriæ Wladislai Regis Hungariæ nuper defuncti, qui etiam in teſtamento ſuo Pontificem Romanum ac eccleſiam Romanam reliquit ad defenſionem filii, & quodam modo pro exequutore teſtamenti ſui.*

Wladiſlaus Rex ex humanis ſublatus.

Pontificiæ clientelæ ab eo filius commendatus.

LXII.

Succeſſit in Pannoniæ ac Bohemiæ regnis Wladislao Ludovicus ejus filius ob ætatem gerendo regno non idoneus: quem Leo conſolatoriis literis (b) erigere conatus paterna omnia officia ei ſpopondit.

(b) Ext. apud Bemb. l. 1. ep. 13.

Ludovico Pannoniæ Bohemiæque Regi puero.

Conſolatoriæ ad Lud. Regem Pontificis lit.

Ex his literis Thomæ Cardinalis Strigonienſis legati intelleximus, Wladislaum Pannoniæ Bohemiæque Regem patrem tuum magno cum illorum populorum mœrore & luctu vivere deſiiſſe: quo ſane nuntio vehementer ſumus perturbati, magnumque, ut debuimus, cœpimus dolorem ex amantiſſimi noſtri prudentiſſimique Regis morte, præſertim tam alieno reipublicæ Chriſtianæ tem-

tempore; exiſtimamuſque te quidem primum, qui in tam tenera ætate patrem tuum maximum clariſſimumque virum amiſiſti, reliquos deinde iſtorum regnorum viros principes, regna, denique ipſa, & populos magno eſſe & præſidio & ornamento ſpoliatos, remque hanc publicam benevolentiſſimi in ſe animi Rege fideliſſima ſocietate maximis auxiliis eo extincto plane carere. Verum cum eiſdem literis certiores ſimus facti, regnorum te iſtorum a patre tuo hæredem fuiſſe inſtitutum, cujus indoles egregium jam ſpecimen, magnamque excellentis virtutis ſpem præbeat, ſtatuimus nobis a luctu atque moleſtia eſſe temperandum, Deumque optimum maximum rogandum, ut & illum mortali exutum corpore, terreniſque compagibus cæleſtem in patriam inter beatiſſimas fortium optimorumque virorum & ſanctiſſimorum hominum animas coventumque recipiat: & ut se cui quidem plane puero duo regna maxima jure, recteque obtigerunt, tantum pollere bonis ſtudiis optimiſque artibus velit, ut expectationem de se noſtram tuorumque populorum vota æquare atque implere facile poſſis, evadaſque in eum Regem, qui quidem in timore Domini eruditus, omnibus Chriſtianis populis atque gentibus multum gloriæ multumque roboris ſis allaturus: quod profecto animo libentiſſimo & facimus jam, & ſæpe in poſterum faciemus, ſperamuſque fore, ut nos pro se pie ſe atque ſuppliciter precantem Dominus audiat. Et quoniam idem legatus ſcripſit ad nos, patrem tuum extremo vitæ ſuæ tempore nobis te commendaviſſe; omnes noſtras opes, omnem authoritatem ad te fovendum ornandumque pollicemur, teque jam in chariſſimi nobis filii locum agnoſcimus atque recipimus, &c. Dat. pridie non. aprilis MDXVI. pontificatus noſtri anno IV. Romæ.

LXIII. Miſſus in Ungar. Reginus archiep.

Legavit ad eundem Regem Pontifex Robertum archiepiſcopum Reginum; ut una cum Thoma Cardinale Strigonienſi optima ſuggereret conſilia, Hungaricamque rem pontificio nomine adminiſtraret; de quo Sigiſmundum Regem Poloniæ fecit certiorem, nepotemque diligentiſſime illi commendavit.

Sigiſmundo Poloniæ Regi.

Cum Wladiſlai Pannoniæ Bohemiæque Regis fratris tui mors, ejuſque filii Ludovici nimis tenera ad perferenda onera duorum regnorum ætas aliquos nos dies mœrentes ſuſpenſoſque habuiſſet; de fratrum noſtrorum eccleſiæ Romanæ Cardinalium ſententia, Robertum archiepiſcopum Reginum deſignatum familiarem noſtrum, quem propter familiæ ſplendorem, & ſingularem ipſius doctrinam atque virtutem ita complectimur, ut ſit nobis plane chariſſimus, legavimus: quem illuc quam celerrime mitteremus, ut eſſet qui una cum Cardinali Strigonienſi, Regi puero, noſtro nomine adeſſet, atque ad pacem & otium ejus regni procurandum authoritatem adderet noſtram, ut quantum pro tempore poſſent, puerum, quem quidem pater extremo vitæ ſuæ tempore diligentiſſime amantiſſimiſque verbis commendaverat, ut pueri regnum ornaremus, atque protegeremus: volumus enim omnes homines intelligere, fratrem nos tuum, fortem virum & prudentem, ac religione præditum hominem cum fruentem vita dileuiſſe, tum ejus commendationem morientis non negleuiſſe, regnorumque illorum, & nationum fortiſſimarum & bene de re Chriſtiana meritarum quam debuimus curam & rationem habuiſſe, &c. Vale. Dat. III. idus aprilis pontificatus noſtri anno IV. Romæ.

Hortatus præterea eſt Pontifex univerſos Pannoniæ principes, ut communi conſilio & conſenſu regnum Hungaricum tuerentur: tum etiam Cardinalem Strigonienſem (*a*), ut omni cura ſtudioque ad componendas quaſvis exorientes diſcordias incumberet: opemque ad prohibendas in Dalmatia Turcicas irruptiones præſto futuram.

Moniti Ungari ut regnum tueantur.

(*a*) *Ib. ep.* 5.

LXIV. Petitum a Pont. conſilium an pax cum Turca admittenda ſit.

Aſſerendæ publicæ paci, continendiſque in Ludovici impuberis fide atque obſequio principibus ac populis navavit ſtudioſe operam idem Cardinalis Strigonienſis, celebratique ſunt ordinum regni Hungarici conventus ſine ulla diſſenſione, Turcique pacem antea ab Wladislao petitam iterum a Ludovico petierunt: de quibus idem Cardinalis legatus Pontificem conſuluit, num ea conficienda foret. At Leo, quem univerſos Chriſtianos Reges in bellum adverſus Turcas educere meditantem, ejuſmodique pacem Wladislao diſſuadentem vidimus, adhibitis in conſilium Cardinalibus iterum pacem diſſuaſit (*b*) Chriſtianorum Regum ſubſidia rurſus pollicitus: illam enim graviora diſcrimina parituram, quam Turca hoſtili animo poſceret, quo nimirum, protrito in oriente ſultano, crudelius deinde bellum in Hungaros intenderet.

(*b*) *Ib. ep.* 1.

Thomæ Cardinali Strigonienſi.

Lectis tuis literis quas binas uno tempore accepimus, alteris ad decimum, alteris ſexto kal. junias datis, ſtatim fratres noſtros eccleſiæ Romanæ Cardinales adhibuimus, ut una quid ſibi ad illas reſpondere nos oporteret mature conſuleremus. Itaque de communi noſtrum omnium ſententia tibi reſpondemus; utemur autem ordine, ad priorem ſcilicet epiſtolam prius, gratiſſimum nobis accidiſſe, quod in con-

Digitized by Google

conventu Pannonico nuper habito omnia tranquille atque pacate confecta tranſactaque ſint: nam cum proxime propter recentem Wladiſlai Regis mortem imbecillamque Ludovici ejus filii ad regendos populos ætatem, ne turbæ ſeditioneſque inter iſtos principes exiſterent, magnopere timuiſſemus, nunc cum res aliter ceciderit, jamque omnia per vos & prudenter & temperate adminiſtrentur, magna certe voluptate tuæ nos literæ affecerunt; valde enim fore credimus, ut ſi vos, nempe Hungariæ proceres, *in tractandis regnorum iſtorum explicandiſque negotiis idem atque unum omnes reſpiciatis, magna cum pacis & quietis, tum dignitatis & commodorum incrementa publice atque privatim veſtris rebus ſint acceſſura: pacis enim atque concordiæ cupidos, & retinentes protegit augetque pacificus & mitiſſimus Dominus. Quare eo de conſenſu & voluntate maximis vos ſingulas & ſtudiis proſequimur & laudibus. Hortamur autem ut in inſtituendo Rege puero ætateque illa tenera & flectenda & dirigenda eumdem conſenſum, eamdem curam adhibeatis quoad Rex ſe atque ſua regere per ætatem poſſit: nam ut arborum ſemina dum puſilla ſunt palis indigent, quibus nitantur, ne ventis & tempeſtatibus incurveſcant, obliquitatemque ducant creſcentia; ſic puerorum ingeniis moderatore opus eſt, & magiſtro, qui ea regat atque contineat ne flecti in vitia malaſque artes poſſint, ad quas tenera omnis & infirma ætas pronos maximeque lubricos lapſus habet.*

Solicitati proceres Ungari ad mutuam concordiam.

LXV. *Reſcripſimus ad priorem epiſtolam; nunc ad poſtremam venimus, qua nos de adventu ad vos Turcarum Regis legati certiorem facis, induciarum cum Rege ſuo conficiendarum cauſa, conſiliumque requiris noſtrum, ut quid vobis faciendum ſit ſcire poſſis: quod quidem nullum habemus tibi quod demus præter illud de quo ad te non unis literis ſcripſimus, quod idem nunc ſcribimus, nobis ſcilicet eamdem eſſe mentem eumdem animum, qui antea fuit, quique ſemper eſt futurus: cupimus enim, ut debemus, ne cum perpetuis noſtris hoſtibus ulli Reges noſtri, ulla imperia ſe conjungant: qui non id poſtulant, propterea quod pacem & otium velint, cum nihil niſi bella meditentur vel quod ullo vos commodo affici non ægerrime moleſtiſſimeque ferant, quorum oppida ditionemque ipſas inducias flagitantes depopulantur & proterunt; ſed ut a vobis populiſque iſtis bellicoſiſſimis atque fortiſſimis ſecuri tantiſper ſint, dum vel alia, quæ ſibi cordi ſunt, explicent, alioſque Reges opprimant, vel ſibi opes comparent, ad vos poſtea, quibus maxime inhiant, validis integriſque viribus aggrediendos planeque conficiendos. Itaque non poſſumus aſſentiri iis conditionibus, quas in veſtras cervices atque perniciem credimus reverſuras. Eam ob rem, ut ſcis, diligentiſſime ad omnes Chriſtianos Reges non ſemel ſcripſimus, multiſque precibus contendimus ab iis, ut Regi regniſque iſtis ad hoſtium conatus repellendos una nobiſcum opem atque ſuppetias ferant: id etſi ſerius ſit, quam volumus, quamque decebat; futurum tamen in tempore confidimus. &c. Dat.* VIII. *kal. quintiles* MDXVI. *pontificatus noſtri anno* IV. *Romæ.*

Diſſuaſa pax.

Promiſſa Regum Chriſtianorum auxilia.

LXVI. Armatus pacem orabat Turca; licet enim in Syria fulminaret, confiniis tamen Pannoniæ præfectos maximis inſtructos copiis impoſuerat, qui continuis hoſtilibus impreſſionibus Dalmatiam & Croatiam adeo atterebant, ut ii populi oratorem decreverint, qui ad Pontificem & Cardinales interciſa ſuſpiriis oratione per ſacra omnia obteſtatus eſt, ut laborantibus opitularentur, Chriſtianoſque Reges ad mittenda auxilia concitarent: in eas enim anguſtias adductos, ut penuria preſſi in Turcicam ſervitutem ſe tradere pene cogerentur: quibus lamentis commotus Pontifex, quem jam ante Gallorum Regem adhortatum eſſe diximus, ut Dalmatis Croatiſque ſtipendia ſubmitteret, novis ſtimulis incitavit (*a*), ut eos populos Gallicis opibus juvaret; docuitque Illyricis arcibus in Turcarum poteſtatem redactis, infideles quaſi perfractis repagulis, everſiſque Chriſtiani imperii munimentis, in Italiam irrupturos, maximumque inde dedecus omnibus Chriſtianis Regibus, quos certiores de his fecit, adhæſurum.

Dalmatia a Turcis vexata.

(*a*) *Apud eund Bemb. l. 12. ep. 24.*

Franciſco Gallorum Regi.

LXVII. *Binas jam ad te literas dedimus; quibus te literis ſimus cohortati, ut feſſis atque labantibus Pannoniæ rebus propter aſſiduam in Dalmatas Turcarum impreſſionem diuturnaque nimis bella, pecuniæ auxilio nobiſcum & cum cæteris noſtris Regibus pro ſua liberalitate ſuccurreres; & quoniam ea res magnæ ſane diligentiæ celeritatiſque indigebat, commonuimus in primis te, ut quæ tibi agenda eſſe ea de cauſa putares, ageres, efficereſque quamprimum, neque committeres ut elapſa rei bene gerendæ occaſione, quæ quidem erat perbrevis, tueri poſtea ab audaciſſimis hoſtibus noſtris regnum illud cum velles, non poſſes. Eas ad literas poſtulataque noſtra quod te dignum erat reſcripſiſti, te ſcilicet velle facere quæ proponebantur; itaque ei te rei pro tua portione non defuturum: quod quidem ſtatim nos Regi Pannoniæ principibuſque illius regni viris ſignificavimus, ae-*

Monitus Gallorum Rex ut ſubſidia ferat.

ei-

ciditque eis omnibus plane gratiſſimum: verum cum noviſſime per literas epiſcopi Veſprimienſis præfecti Croatiæ, Pannoniæque proregis optimi atque fortiſſimi viri certiores facti ſimus, ipſum quidem in exigua ſpe eſſe poſſe, ſe ulterius Turcarum vim atque impetum ſuſtinere; ipſius autem epiſcopi vicarius coram nobis & coram noſtris fratribus eccleſiæ Romanæ Cardinalibus proſtratus ante noſtros pedes, illorumque genibus advolutus flens, fidemque noſtram atque omnium Chriſtianorum Regum implorans, obteſtanſque Deum & homines, egerit, ne regnum illud, quod quidem adhuc hoſtium gladios noſtris a jugulis atque cervicibus ſemper repulit, iri perditum noſtra ignavia atque ſegnitia ſineremus; oppidorum enim eorum, quæ a Turcis hoc tempore obſiderentur premerenturque, modiſque omnibus Jaizæ Tininii Cliſii Scardonæ eam naturam eſſe, cum propter portus quos haberent maximos atque tutiſſimos, tum propter materiam ad naves ædificandas idoneam, qua abundarent, demum etiam propter ipſorum ſitus atque poſitus ita Pannoniæ atque Italiæ opportunos imminenteſque, ut uno eorum aliquo in Turcarum poteſtatem redacto, Pannonia quidem ipſa ſe tueri nullo modo poſſit: Italiæ autem ora, quæ ad mare Adriaticum eſt, noctis unius navigatione eorum claſſibus pateat, quibus diripi atque incendi poſſit.

Inſignes arces a Turcis obſidione premi.

LXVIII. *Hæc itaque cum ita ſeſe haberent; de eorundem fratrum noſtrorum ſententia ſtatuimus ad te ſcribere, teque hortari & rogare, ut quamprimum, quamque celerrime ſaltem quindecies mille nummum aureorum ad nos mitteres, qui una cum noſtris alteris totidem illuc tranſmitterentur, quibus ſe opibus illa municipia communirent, ne noſtris hoſtibus ſeſe dedere fame, ac rerum omnium egeſtate atque inopia preſſi ſe magno cum noſtro inquam reliquorumque Regum noſtrorum dedecore & ignominia cogerentur, &c. Dat. idib. maiis MDXVI. pontificatus noſtri anno* IV. *Romæ.*

Præſidia nummaria cum Pontificiis jungat.

LXIX. Extant eodem argumento in pontificiis regeſtis literæ (*a*) ad Sigiſmundum Regem Poloniæ datæ, quem una cum Pontifice tutorem Ludovici ab Wladislao ipſius fratre renuntiatum diximus, in quibus addit Leo, Dalmatas & Croatas ſibi ſuiſque fortunis jam pene deſperantes palam profeſſos eſſe, ab Apoſtolicæ ſedis ac Pannoniæ Regis obedientia ad Turcas defecturos, niſi vel Pontifex, vel Hungarus Rex, vel quivis alius princeps Chriſtianus opportuna auxilia ſubmitterent: adjecit etiam preces Leo, ut cum Ludovicus tuendis iis provinciis impar futurus eſſet, earum patrocinium forti animo ſuſciperet.

(*a*) *L.* 1. *Leon. & alior. Pont. p.* 147.

Dalmatæ in extremam pene deſperationem adacti.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Sigiſmundo Poloniæ Regi illuſtri.

Non ſine magna commiſeratione ac incredibili cordis atque animi noſtri dolore nos ac venerabiles fratres noſtri S. R. E. Cardinales audivimus quæ dilectus filius Thomas Nigro notarius noſter ac venerabilis fratris noſtri Petri epiſcopi Weſprimienſis Dalmatiæ & Croatiæ bani, ſeu viceregis, & ab eo nuntius ad nos nuper deſtinatus, nobis & eiſdem Cardinalibus in ſecreto noſtro conſiſtorio, præſentibus aliquos etiam Regum Chriſtianorum oratoribus longa & copioſa oratione percenſuit, inter alia deplorans incurſiones, excidia vaſtationes ac rerum & perſonarum miſerandas direptiones, & aſportationes in Dalmatiæ & Croatiæ finibus per ſæviſſimos Turcas hoſtes noſtros proxime factas in maximum totius Chriſtiani nominis opprobrium, deducus, atque ludibrium, ipſiuſque Chriſti ſalvatoris noſtri vilipendium; quæ jam intra paucos menſes multo ſæpius acciderint quamplurium annorum ſpatio antea fieri conſueverant, incolæ, comites, barones, & alii dictarum provinciarum nobiles, cauſam & culpam omnes in Hungaros reiicientes; quia certum fœdus cum Turcarum tyranno iniiſſe dicuntur, quod equidem vix credere poſſumus; ac ſe a dictis Hungaris proditos fuiſſe conquerentes, ad tantam deveniſſe dicuntur deſperationem, ut dicto epiſcopo & bano palam proteſtati fuerint, niſi per chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludovicum Hungariæ Regem illuſtrem, vel per nos & hanc ſanctam ſedem, vel alium Regem ac principem, ſeu potentatum Chriſtianum de opportuno auxilio, tutela, & defenſione ſibi proviſum fuerit, ſe non ſolum a dicti Ludovici Regis, ſed a noſtra & dictæ ſedis obedientia & devotione deſituros, & cum dicto Turcarum tyranno fœdus aliquod etiam inituros, illique annuum tributum, ſi neceſſe fuerit, penſuros, ac in quælibet Chriſtianorum regna & loca liberum tranſitum non ulterius denegaturos fore; ipſumque epiſcopum & banum ad ſimilem nobis quoque & dictæ ſedi nomine ipſorum & dicti epiſcopi novam facientes proteſtationem compulerint.

Denunciant ſe Turcis dedituros niſi ferantur iis ſuppetiæ.

Sane omnia licet majeſtati tuæ nota compertaque eſſe non dubitemus, ac pro certiſſimo nobis ipſis perſuadeamus, eam ſemper meditari & optime ſcire, quod ipſius eſt officium, parteſve ſint circa cuſtodiam & defenſionem univerſæ quidem Chriſtianitatis, præcipue vero regni Hungariæ, cum ipſius Regis patruus ſit, eique a claræ memoriæ Ladiſlao Hungariæ Regi fratri LXX.

Polonus ut ſubveniat ſollicitatus.

Digitized by Google

tri ſuo Germano, ac dilecti Regis genitore non ſolum tutor, ſed etiam pater relictus fuerit, quia tamen idem Ladiſlaus Rex nos etiam & dictam ſedem dicti Regis tutores in ultima voluntate ſua reliquit, nobiſque ejus ac ipſius regnum multis cum lacrymis moriens commendarit; ultra paſtoralis officii noſtri commune debitum ad nos pertinere ac ſpectare duximus, eandem majeſtatem tuam monere atque hortari, ut oculos aperiat; quia Judas ipſe non dormit, ſed aditum ad nos continue rimatur & explorat, illinſque diverſas inſidias & nefandos conatus, dum pro negotio licet prævenire nitatur, ne ſi fractis clauſtris in dictum regnum Hungariæ, vel quaſcumque alias Chriſtianorum provincias irruperit, non modo illis terrorem incutiet, ſed etiam damnum & ſtrages inferat, pedemque ibi fortius figat, quam ut inde totius Chriſtianitatis viribus poſſit expelli; quod ut anxie timeamus ac formidemus, non antiquorum modo, ſed noſtrorum quoque temporum ratio nos admonet.

LXXI. *Celſitudinem igitur tuam, quam ingenii & prudentiæ aliarumque maximarum virtutum donis inſignivit Altiſſimus, & cujus potentia & authoritas plurimum valet, ſedulo monemus, hortamur, ac per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, de cujus fide agitur, obnixe rogamus, ut pro ſolita ſua & prædeceſſorum ſuorum erga orthodoxam fidem, pro qua tot ac tam memorabilia geſſit, pietate erga nos & hanc ſanctam ſedem, in qua permiſſione divina ſedemus, devotione, periculum, in quo non ſolum Dalmatia & Croatia, ſed totum etiam regnum Hungariæ, ac vicinæ illi provinciæ, & demum tota Chriſtianitas vertitur, diligenter conſiderare, ac modum & rationem inire, ac excogitare velit, quibus Dalmatiæ & Croatiæ provinciis hujuſmodi, quas totius Chriſtianitatis fauces & firmiſſima propugnacula eſſe videmus, opportuno auxilio & defenſione provideatur ipſas, ſi opus fuerit, & dictus Ludovicus Rex impeditus & occupatus id facere non poterit, omnem tutelam & protectionem ſumendo, illiſque ſuppetias neceſſarias opportune ſubminiſtrando. Nos certe quantum, in nobis erit, & tenues vires noſtræ valere poterunt, in hoc, cæteriſque Chriſtianæ reipublicæ ſaluti concernentibus, nihil omnino prætermiſſuri ſumus, non ſolum noſtras univerſas res, ſed ipſam quoque animam quam pii more paſtoris pro gregis curæ noſtræ commiſſi defenſione & ſalute dare & effundere parati, ac etiam cupidi, prout eadem majeſtas tua ex eodem Thoma copioſius intelliget. Et ſane ad eam noſtrum etiam nuntium & commiſſarium propterea duximus deſtinandum, ut ſi neceſſe fuerit, ab ipſo, tanquam vero & oculato diſcriminum & periculorum imminentium teſte, ſingula diligentius percontari & ſcire poſſis, cum eadem majeſtas tua non ſecus ac ſi nos ipſos coram loquentes audiret, integram circa præmiſſa fidem præſtabit; & cum periculum ſit in mora, celerem ſperamque eidem expeditionem dabit. Dat. &c.*

Non de Dalmatia tantum ſed etiam Hungaria agi.

LXXII. Non diu firma ſtetit concordia, quam vigere inter Pannoniæ proceres Thomas Cardinalis ad Pontificem ſcripſerat (*a*); nam florentiſſimum illud regnum civilibus diſcordiis afflictum fuiſſe refert Jodocus (*b*): *Fuere*, inquit, *plurimæ apud Hungaros factiones, atque ſuo quiſque (uti fit dum princeps puer eſt) conſilio uſus in rempublicam advertis. Horribile eſt referre quam cito regnum illud nulli in orbe ſecundum opibus armiſque potens ſplendorem ſuum exuerit, atque exuuper domeſtica & paulo poſt etiam a Turcis accepta clade vix dum reſpirant, variis intricatum fuerit factionibus.* Tantis vero malis mederi non potuit Sigiſmundus Poloniæ Rex, cum Moſcoviticis Tartaricique bellis implicitus teneretur, adeo ut a Tauricano Cæſare quem ſocium in Moſcovitas ſibi aſciverat, Ruſſia, Podolia, atque Hungariæ pars ferro flammaque fuerint evaſtatæ improviſa excurſione dum a barbaro fœderato nil hoſtile metueretur: ſupra triginta millia illos fuiſſe, & in quatuor agmina diviſos irrupiſſe, & ſupra quinquaginta Chriſtianorum millia abduxiſſe in ſervitutem luget idem author ſic inquiens (*c*): *Feruntur in eo exercitu barbarorum ſupra triginta millia fuiſſe hoſtes. Penetrata Ruſſia, haud longe a Buſthio oppido caſtra poſuere: deinde, uti barbaris mos eſt, per cohortes deſtinatas univerſam provinciam igne ferroque vaſtarunt, hominum pecorumque prædam egerunt, ut omnes dato die ad caſtra ſemper cum ſpoliis redirent. His erupsionibus pleroſque diſtrictus & oppida in cineres verterunt. Superato Tyra amne ad Hunnorum uſque montes ſpolia legerunt. Exuſtæ ſunt hac eruptione villæ Pannonum imperio ſubiectæ, quod in hominum memoria accidiſſe non conſtat. Cæterum hoſtes tanta in Chriſtianos crudelitate uſi, quanta victoribus barbaris placuit: homines pecoraque juxta abegerunt: matronas puellaſque nobiles ad libidinem ac voluptatem rapuerunt. Feruntur ſupra quinquaginta millia hominum tunc abacta præter eos, quos tenera ætas atque annoſa ſenectus ad iter haud idoneos fecerat. Ex his in fruſta conciſi, alii capite truncati: præterea plerique inter fugiendum*

(*a*) *Apud Bemb. l. 13. ep. 1.*

(*b*) *Jodoc. in Sigiſmundo.*

Hungari in graviſſimas diſſenſiones prolapſi.

Tartarorum Præcopenſium irruptio in Poloniam.

(*c*) *Id. ibid.*

Ruſſia vallata.

Chriſtiani ſupra quinquaginta millia in ſervitutem abacti.

Digitized by Google

dum exanimes relicti fuere. O infortunata hominum ætas. O miſera tanto Chriſtianorum ſanguine reſperſa clades.

LXXIII. Hæc autem mala divinæ iræ tribuit (*a*): *Tam negligentia*, inquit, *in tuendis rebus quam populi peccatis merentibus juſta Dei ira, quæ ad ſui vindictam tardius graditur, permiſſa creduntur: nam poſtquam nuper res aliquantulum feliciores eſſe cæperunt, in Deum ac religionem, timor refriguit* * *non modo divina aliquibus neglecta, ſed etiam Dei religioniſque hoſtes fovere in uſu fuit. Hoc tempore* [*quod jam antea cæptum*] *Judæi magis in pretio habiti: vix teloneum aut vectigal ullum, cui non præfecti, aut quod ſaltem invadere non cuperent, paſſim ea in re Judæis Chriſtiani ſubmiſſi: vix etiam ex magnatibus & ipſis reipublicæ primoribus aliquis, qui rem domeſticam per Judæum non curaret, Judæis in Chriſtianos imperium permitteret, atque citius quam Chriſtianos ab injuria vel ſimulata eriperet. Recte itaque quod Deus quondam Hebræis minatus eſt, in hos convenit, quia videlicet Dei ac crucis hoſtes contra legem divinam ac canonum ſanctiones foverent, & ipſi hoſtibus ſuis expoſiti prædæ in direptionem fierent.*

(a) Id. ib.

Peccatis populi clades aſcripta.

* refrixit

Præferebantur a proceribus Judæi Chriſtianis.

LXXIV. Immiſit deinde in Lituaniam Moſcovita exercitum, ſed ſtrenue a Polono ad Starodubam victus (*b*) propulſatuſque deinde ab ipſo Baſilio revocatus eſt ad depellendos Tartaros, qui glomeratis octuaginta equitum millibus in Moſcoviam irrumpentes pervaſtabant agros ferro, & populando atque urendo tecta, commiſſa pugna victoriam retulere; in qua Moſcovitarum viginti & eo amplius millia cecidiſſe, præter maximam multitudinem in ſervitutem adductam, feruntur. Ita mutuis Polonorum Moſcovitarumque bellis uſi Chriſtiani nominis hoſtes & Poloniam Moſcoviamque depaſti ſunt; quos ad hæc mala Chriſtifidelibus infligenda præſtigiis afflatuque dæmonum impelli ſolitos narrat Jodocus (*c*): *Habent*, inquit, *barbari in ſtellis atque lunæ motu uniuſcujuſque ſortis indicia. Cæterum quando religionis ſacerdotibus ex uſu viſum eruptiones parant, mox in ipſo itinere primum obvium barba ruſſum interimunt; ereptum cor igni ad hoc paratum injiciunt: aſtant tunc religionis primores, & cordis quoſdam ſaltus ſudoreſque ſuſpiciunt; ex his aruſpicum more ſecundam fortunam pollicentur: verum ſi cor unico ſaltu extra ignem proſiliret, mali ominis & infortunati itineris apud barbaros eſt indicium; hiſque ſemper auſpiciis rebus ſuis bene vel male futurum pollicentur.* Feciſſe eos iterum affecto autumno excurſiones in Ruſſiam prædæ ſuperioris illecebra pellectos, addit author; ſed egregie a Polonis, qui ad ſubitos eventus ſe jam paraverant, repreſſos: at Baſilium Moſchovitarum ducem præteritis Tartarorum Tauricanorum irruptionibus male affectum poſitis ſuperbis animis mentem ad pacem cum Polono redintegrandam flexiſſe: Maximilianum vero Cæſarem quamvis Italicis diſtrictum bellis, ad ipſam conciliandam Sigiſmundum Herberſtenium, qui poſtea de rebus Moſcoviticis conſcripſit commentarios, oratorem legaſſe: pauciſque interjectis eidem hiſtoriæ finem imponit. Confectam (*d*) vero Polonos inter ac Moſcovitas pacem, verſaque in Tartaros Moſcovitica arma viſuri ſumus.

(b) Leuncl. de bellis Moſchor.

Moſchi a Tartaris profligati.

(c) Jodoc. ubi ſup.

Tartari a dæmonibus ad irruptiones agendas impelli ſoliti.

Secundo in Ruſſiam excurrunt ſed propulſantur.

(d) Leunc. de Moſch. bellis.

LXXV. Interea auxere ſuperiora mala, atque hoſtibus fidei ad laceſſendum Chriſtianum imperium addidere audaciam graviſſima alia duorum maximorum Regum, qui præcipui rei Chriſtianæ defenſores eſſe debuiſſent, nimirum Maximiliani Romanorum, ac Franciſci Gallorum Regum diſſidia; quamquam Pontifex omnem operam pro iis componendis collocavit: nam in primis, ne alia ex aliis bella in Italia oborirentur, potito jam Inſubricarum rerum Gallo Rege, Helvetiorum, qui illius quietum ſtatum convellere poterant, cum eo concordiam, ut nimirum Franciſcus Italicis bellis liber tuendam adverſus Turcas, qua de re plures ad eum literas ſcriptas videmus, rem Chriſtianam ſuſciperet, provexit: quo argumento ad Helvetios octo regionum (vulgo cantones vocant) extant hæ datæ literæ (*e*).

Orta inter Gallum Regem & Maximilianum diſſidia.

(e) Ext. apud Bemb. l. 11. ep. 28.

Leo, &c. Speramus fore, ut veſtra ea cum Rege illo inita benevolentia & conjunctione admoniti reliqui noſtri Reges ad communem pacem, quam velle omnes atque optare tantopere debemus, conciliandam, faciliores & lubentiores conveniant, eaque ſtatuant, quæ ex uſu dignitateque reipublicæ maximopere ſint futura. Hortamur autem vos, amantiſſimeque commonefacimus in eam curam cogitationemque incumbatis, id enitamini, ut reliqui etiam veſtræ nationis populi eandem pacem, idem fœdus conficiant conglutinentque, cum vobiſcum quidem ſe ſuoſque animos nedum ejuſdem corporis partes atque membra contraria inter ſe pugnantiaque tendunt, eſſe exiſtimationem apud omnes homines veſtram, incredibili virtute partam imminuant, & opes ipſæ vireſque veſtræ diſcretæ atque diſſociatæ debilitentur; tum certe etiam cum Romana re atque nobiſcum, ut quam ante hac Dei optimi maximi Eccleſiæ majeſtatem contra labefactare illam, atque proterere impudenter aggreſſos, veſtro ſanguini non parcentes ſæpenumero protexiſtis, eadem in poſterum per diſcordiam diſſi-

Helvetii plures Gallo conciliati.

Pontificia ad eos cohortatio.

Digitized by Google

diſſidiaque veſtra nullam a ſuis hoſtibus offenſionem, nullam inſignem notam accipiat; voſque omnes & veſtra natio univerſa tam præclara, tam fortis, tam ſemper hujus certe imperii Romanorumque Pontificum ſtudioſa conſentiens ſecum ipſa atque unanimis in eiſdem ſtudiis maneat: quæ quidem ſtudia multum vobis dignitatis, multum authoritatis & pepererunt jam & ſunt profecto, ſi neque in veſtris inter vos ſententiis, neque in hujus reipublicæ obſervantia infirmi labanteſque eritis, etiam deinceps paritura, &c. Dat. XVI. kal. martii anno III. Florentia.

LXXVI. Vocarant Helvetii illi in invidiam apud Pontificem Matthæum Cardinalem Sedunenſem veterem Gallorum, qui jam ante Piſano ſchiſmati faverant, hoſtem ob defenſam apoſtolicam majeſtatem, quique factam cum Franciſco Rege Helveticam pacem oderat, divulſiſſe a ſociorum ſententia ſex alias Helvetiorum regiones. At Pontifex, qui omnes Helvetios mutuo amicitiæ nexu conjunctos cupiebat, ut tam eorum, quam Gallorum arma adverſus Turcas verteret, Matthæum de publica pace diſturbata perſtrinxit (a) apoſtolicis literis, monuitque ut illi potius confirmandæ ex dignitatis, quam gerebat, officio operam navaret.

Sex Helvetiorum regiones a Gallorum ſocietate divulſæ.

(a) Ib. ep. 29.

Matthæo Cardinali Sedunenſi.

Certiores nos per literas fecerunt Helvetiorum legati vicorum octo nobiſcum fœderatorum, qui in oppido Bergenſi convenerant, ſe quo facilius nos communem omnium Chriſtianorum concordiam inire, neceſſariamque in Turcas profectionem parare atque conficere poſſemus, ſuas cum Franciſco Rege Gallorum ſimultates atque inimicitiam depoſuiſſe, neque dubitare quin conſentientes ſtatim una cum ipſis futuri ea in re fuiſſent reliqui eorum fœderis ſocii, niſi tu eis impedimento fuiſſes, tuiſque eos ſtudiis a propoſito retraxiſſes; deque eo graviter apud nos ſunt conqueſti, ut pote qui prævideant, ſi quæ optas quæque conaris effeceris, novos bellorum in Chriſtiana republica motus, magna inter ipſorum ſocietates diſſidia, graviſſimaſque brevi tempore diſſenſiones futuras: quæ quidem nobis omnia incredibilem moleſtiam attulerunt, fortiſſimæ illius nationis conſenſum atque concordiam & Chriſtianorum principum unanimem, præclarum illud ad bellum conſpirationem ſummo jampridem ſtudio deſiderantibus atque ſpectantibus. Quamobrem has ad te ſtatim literas duximus dandas, quibus te commonefaceremus atque hortaremur, ab incœpto deſiſteres, quietique potius & tranquillitati quam bellorum & diſcordiarum fovendis initiis incendendiſque animis te dares, cogitareſque quam te deceat cum a nobis diſſentire, atque in alia omnia diſcedere, qui pro tua dignitate una nobiſcum Romanæ reipublicæ curam ſuſtines, tum Helvetiorum nationem tam egregiam, ex qua oriundus es, concordiæ præſertim cupidam velle diſſociare atque dirimere: quod ſi tu vel privatus omnino vel alienus homo eſſes, deberes tamen & cum reipublicæ voluntate Romanique Pontificis ſtudiis conſociare ſtudia & voluntatem tuam, & velle fortem præclaramque gentem illam & populos concordes potius inter ſeſe eſſe, quam bellis inteſtinis laborare; nihil eſt enim tam alienum a boni viri prudentiſque hominis conſiliis, quam quæ conjuncta pacis & benevolentiæ ſtudiis præſtat eſſe, ea cupere, dareque operam, ut bellis & diſſenſionibus conterantur.

Matthæus Card. Sedun. eos retrahit.

Commonitus ne publicæ paci obſiſtat.

LXXVII. *Cum & unus ſis ex noſtris fratribus eccleſiæ Romanæ Cardinalibus, & in Helvetiorum terra Helvetiis parentibus atque majoribus genitus, vide quam de te hominum opinionem ſis excitaturus, cum & a nobis atque a republica diſſentias, & ea tractes, quibus Helvetiorum natio, quæ te progenuit, a pace atque concordia ad arma ſeditioneſque concitetur: quanquam id quidem etiam movere te plurimum debet, quod in ea univerſæ rei Chriſtianæ publicæ male conſulis, quæ quidem maxime in Helvetiorum & inter ſe concordia & cum re Romana conjunctione, tanquam in optimo totius ſpei rerum bene gerendarum fundamento atque initio nititur. Neque a nobis illud quoque ſilebitur, amorem erga te noſtrum, quo te ſemper fraterne coluimus, veteremque benevolentiam mereri, ut ne noſtris conatibus, præſertim cum omnium Chriſtianorum bono atque ſalute, conjunctis ad pacem otiumque tendentibus ire obviam ſtatuas, adverſariumque te pares: quod ne pergas facere, atque ut verborum Domini memor, qui pacem nobis diſcendens commendavit, pacem & concordiam nationis tuæ iniri cœptam ne impedias, per hujuſce reipublicæ dignitatem, cujus eſſe propugnator in primis debes & conſueſti, perque eam, qua Chriſtianus es religionem abs te magnopere quæſumus & poſtulamus: id ſi feceris, & ipſe tuorum in nos officiorum, & plurimorum neque ſane leviſſimorum memoriam nunquam projiciemus, & dignitas tua principem apud nos curam locumque ſemper obtinebit, & facies quidem ex uſu cum omnium hominum, tum tuorum maxime civium; ſed certe atque in primis tuo. Dat. XVI. kalend. martii MDXVI. pontificatus noſtri anno III. Florentia.*

Propoſitum illi quam ſit indignum bella alere.

Diſciſſi poſthac Helvetii in duas factiones LXXVIII.

Diſciſſi inde in duas factiones Helvetii.

nes fuere; quarum altera ſub Francorum Rege, altera ſub Auſtriacis ſtipendia fecit, ex qua diſcordia male compoſita, tum ex Zuingliana hæreſi obtrita eorum vis & gloria obſolevit. Non deerant vero argumenta & rationes, quibus Matthæus Cardinalis Sedunenſis, qui poſtea aſſenſit (*a*) Leo, ut Helvetios ſuarum partium ſectatores Cæſari Germano Hiſpaniſque conjungeret; ſiquidem Galli non obſecundabant pontificiis votis in ſuſcipiendo adverſus Turcas bello, ſed Neapolitanum regnum Carolo poſtea inter Cæſares V. ejus nominis nuncupato eripere moliebantur; nec æquum erat Pontificem externorum politicorum cupiditatibus commodiſque inſervire: quocirca deinceps ad Carolum ipſum ſtudia deflexiſſe, nec Verulanum epiſcopum Gallis ſuſpectum admodum ex Helvetica legatione, quantumvis id expoſcerent, revocaſſe, tradit Guicciardinus (*b*): additque Franciſcum Regem poſt Ferdinandi Regis Hiſpaniarum obitum invadendæ Neapolis conſilia Borbonio exercitus Gallici duce ſuſcepiſſe; verum Germanicæ in Inſubriam irruptionis metu retardatum.

(*a*) *Guicc. l.12.*

Franciſcus Rex ſua commoda Chriſti cauſæ præfert.

(*b*) *Guicc. l.12.*

Meditatur expeditionem Neapolitanam.

LXXIX.

Nec fruſtra concepti erant ejuſmodi metus; quandoquidem Maximilianus Hiſpano inſtructus auro quindecim Helvetiorum millia ex quinque regionum ſociis conduxit, conjunctiſque quinque millibus equitum, a Matthæo Cardinale Sedunenſi ſociatus in Inſubriam irrupit (*c*), quo tempore Brixia a Venetis Galliſque ingenti obſidione premebatur. Non ſecutus autem eſt Cardinalis Ximenii Hiſpaniarum moderatoris conſilium, inquit Gomeſius (*d*), ut dimiſſa Aſula Mediolanum Inſubriæ totius caput peteret, quo parto univerſa provincia eſſet potiturus; ſed facta ab ipſo in ea arce expugnanda longa mora, Galli (*e*), qui irruptionis illius timore perterriti, ſuiſque diffiſi viribus Mediolanum deſerere cogitarant, colligere animos, extractoque bello Maximilianum in Germaniam ſe ſubducere coegerunt, ac Brixia pluribus a Veneto hoſtilibus impreſſionibus fatigata demum deditionem fecit: de qua Petrus Delphinus hæc ad Jacobum priorem Opitergii ſcripſit (*f*): *Brixia tandem recepta eſt abſque oppugnatione: idque nudius tertius hora tertia decima excepti ſunt noſtri in urbem magnis tripudiis, occurrente illis multitudine virorum atque mulierum. Petierunt veniam rebelles illis primariis flexis genibus coram clariſſimo viro Andrea Gritto, quam de conſenſu ſenatus iſtius acceperunt, ſervatis, ſibi facultatibus ſuis & fortunis omnibus. Heri exceptus eſt diu expectatus nuntius ingenti totius civitatis lætitiæ ſignificatione. Faveat Dominus cœptis, ut reliquiæ tam gravis belli eodem tenore conſumantur, &c. Ex monaſterio S. Michaelis Murani die* XXVIII. *maii MDXVI.*

(*c*) *Id. ib.*

Immiſſus a Cæſare in Longobardiam exercitus.

(*d*) *Guicc. l.6.*

Conſtatione nimia profligatus.

(*e*) *Guicc. l.12. Pet. Juſt. l.11.*

Brixia Venetis dedita.

(*f*) *Pet. Delph. l. 11. ep. 32.*

Cæterum in eo bello Pontifex, qui Romanorum Maximilianum ac Franciſcum Francorum Reges hortabatur, ut compoſitis diſcordiis divini cauſam Numinis conjunctim defendendam adverſus religionis hoſtes ſuſciperent, in neutram partem inclinavit (*g*): quod permoleſte tulit Gallus (*h*), quod nimirum arma eccleſiaſtica Gallicis non conjunxiſſet in Cæſarem, atque ad illum venientem in Italiam legatum apoſtolicum miſiſſet Bernardum Bibienam S. Mariæ in porticu Cardinalem, qui res Auſtriacas Hiſpanaſque in curia pontificia provehere conſueverat. Miſſum autem eum fuiſſe ad procuranda ſedis Apoſtolicæ Chriſtianorumque omnium publica negotia oſtendunt pontificiæ ad Jacobum Banniſium cæſareum ſcribam literæ (*i*). Redintegrata demum pax eſt (*k*) medio auguſto Noviduni inter Franciſcum Galliæ & Carolum Hiſpaniæ Reges, ea præcipua pactione, ut Franciſci filia in cunabulis adhuc vagiens cum dotalibus Neapolitani regni controverſis juribus Carolo deſponderetur; ac Navarra conſtituto temporis flexu vel reſtitueretur, vel eo elapſo, Gallo Regi ad recuperandum id regnum armis juvare Navarrum liceret. Inſtituta præterea de Maximiliano Cæſare, Gallo, Venetoque inter ſe conciliandis, nec non Verona, quam Cæſar ancipiti bello tuebatur, reſtituenda Venetis certis legibus actio (*l*): quibus ſedatis bellis Maximilianus, qui aſſidue hortatibus a Pontifice urgebatur, ut tanquam Romanæ eccleſiæ & religionis Chriſtianæ præcipuus propugnator crueeſignatam expeditionem adverſus infideles, conficeret, reſcripſit (*m*), proximo anno ſe omni amota excuſatione Leonem & Cardinales patreſque Lateranenſis concilii adverſus Turcas præeuntes ſecuturum. LXXX.

(*g*) *Guic. ib.*

(*h*) *Id. ib.*

Compoſita pax inter Franciſcum & Carolum V.

(*i*) *Ext. apud Bemb. l.12. ep. 1.*

(*k*) *Guicc. l.11.*

(*l*) *Id. ib. Petr. Juſt. l.11. Ferron. in Franc. Rege.*

(*m*) *Ext. ejus lit. in conc. ſeſſ. 12.*

LXXXI.

Cæſaris ad Pont. de bello Turcico gerendo reſponſum.

Non caruit autem inteſtino bello Pontifex; ſiquidem Franciſcum Mariam Robureum Julii II. nepotem depulit Urbini principatu, quem in Laurentium ſuum ex fratre nepotem transfundendum decrevit; de quo ſcriptæ ad Urbinates extant hæ literæ (*n*).

Ortum inter Leonem & Urbinatem bellum.

(*n*) *Ext. apud Bemb. l.12. ep. 26.*

Urbinatibus.

Intelleximus veſtris ex literis [id quod nobis pro ea qua urbem iſtam omni ſumus benevolentia charitateque proſecuti, jucundiſſimum ſane fuit] vos ad noſtrum & hujus reipublicæ imperium libenti animo rediiſſe. Equidem vos ea de re vehemen-

ter

Digitized by Google

ter laudamus, qui tempeſtatibus huc illuc diu jactati, poſt longos atque multos labores in republicæ piæ optimæque matris ſinum tanquam in portu conquieſcere voluiſtis. Itaque municipium iſtud, voſque omnes in noſtram curam atque fidem libentiſſime recipimus, dabimuſque operam, ut in noſtra erga vos tum benevolentia tum ſtudio & diligentia ſecure pacateque degatis; atque aliquem ex intimis chariſſimiſque nobis, perſpectaque probitate & virtute virum propediem iſtuc mittemus ad vos non ſolum regendos, ſed maxime etiam & fovendos & omni pietate complectendos: neque interea vobis deerit Laurentii Medicis fratris noſtri filii, veſtri ducis induſtria, qui ſuis vos opibus amantiſſime tuebitur. Hortamur autem vos, ut quam vobis nuper Dominus in recuperanda hujus reipublicæ benevolentia mentem dedit, eam in poſterum pietate, fide, ſtudiiſque veſtris etiam augeatis. Dat. kal. junii anno IV. Romæ.

Laurentio Medicæo parere juſſi Urbinates.

LXXXII. Non deerant juſtæ deturbandi Roburei Urbinate ducatu cauſæ, quas in judiciaria adverſus eum ſententia expreſſiſſe refert Guicciardinus (*a*), objeciſſeque inter alia Leonem defectionem ab apoſtolicis imperiis, & militiam poſt accepta ſtipendia repudiaſſe: tum veterum eriminum nempe trucidati Papienſis Cardinalis, inſigniſque ejus perfidiæ, dum adverſus patruum Julium II. eum Gallis hoſtibus pontificiis conjuravit memoriam repetiiſſe. Addit vero author, imminente eccleſiaſtico & Florentino exercitu Urbinates in deditionem veniſſe, ac Franciſcum Mariam Piſaurum ſe recepiſſe, eamque urbem, quamvis milite præſidiario egregie munitam, tueri non auſum; ſed ad marchionem Mantuanum ſe contuliſſe. Ita dierum quatuor flexu Urbini, Piſauri, & Senogalliæ principatibus exutum: quibus conſentanea refert Paris de Graſſis (*b*).

(*a*) *Guicc. l.12.*

Ob quas cauſas Urbinas exauctoratus.

(*b*) *Paris to.4. pag. 163.*

LXXXIII. *Die mercurii quarta menſis junii hujus anni Pontifex novam habuit, quomodo Franciſcus Maria olim dux Urbini, & Piſauri ac Senogallii dominus eu ipſis locis aufugit noctu per mare ad Mantuanum marchionem ſocerum ejus, & exercitum eccleſiæ Romanæ, qui ad mœnia Piſauri caſtra metatus erat aliquantulum receſſiſſe, miſſis in urbem Piſauri aliquibus ex primoribus, qui cum civibus pacis conditiones haberent. Et ſic die ſequenti iterum Pontifex nova habuit qualiter omnes pedites ducis, qui intus erant, recepto aliquali ſtipendiolo receſſerunt conducti ab exercitu eccleſiaſtico per illa loca: ne in tranſitu aliquid mali facerent, ut mos eſt militum fugientium: &, ut mihi dixit Papa, epiſcopum Trojanum eo deſtinavit commiſſarium, qui non patiatur aliquod malum civibus inferri.* Paucis poſt diebus arces illius provinciæ, quæ a Ruvereo præſidiis validis firmatæ fuerant, partim vi, partim promiſſis ad deditionem faciendam fuerunt adductæ (*c*): quibus potitus Laurentius Mediceus, a patruo Pontifice ſolemni ritu ducalibus inſignibus ornatus eſt; de quo hæc memorat Paris (*d*): *In eodem conſiſtorio*, nempe decima octava auguſti die celebrato, *ut mihi poſtea dixit Papa, creavit illuſtrem dominum Laurentium de Medicis nepotem ſuum, ducem Urbinatem & dominum Piſaurienſem ſive perpetuum vicarium Piſauri in omnibus & per omnia ſicut ſolitum eſt de creatione novi ducis.* Confirmatum apoſtolico diplomate, cui omnes Cardinales, excepto Cardinale Grimano, ſcribendo affuere, eum principatum Laurentio Medici, refert Guicciardinus: adhæſiſſe autem invidiam aliquam Pontifici, qui prædeceſſoris de ipſo optime meriti propinquos bonis exuiſſet: tum proximo anno novos excitatos motus a Robureo amiſſa recuperare annitente, ortaſque alias ex aliis lites, dum Leo ſuos augere novis principatibus ſtudet; adeo ut etiam impiæ conjurationes in eum factæ ſint, proximo anno dicetur.

Receptus a Leone ejus principatus.

(*c*) *Guicc. l.12.*

(*d*) *Paris co.t. to.4. p.167.*

Laurentius Mediceus creatus Urbini dux.

Graves inde diſſenſiones ortæ.

Ardebant hoc tempore in Germania graviora odia inter politiorum literarum ſtudioſos ac theologos: ex quibus poſtea authore Luthero immenſum hæreſeos incendium conflatum eſt. Florebat laude literaria Joannes Reuclin Capnion Phorcenſis legum doctor, linguarum trium Hebraicæ, Græcæ & Latinæ pene ex æquo peritus, ut ait Baſelius (*e*). Cum vero editis libris Hebraicæ linguæ cognitionem intuliſſet Germaniæ, & Caballicas nugas (*f*), ut Genebrardus (*g*) teſtatur, ſectaretur, rogatus (*h*) etiam a Maximiliano Cæſare, ut ſententiam de abolendis nonnullis libris Hebraicis, quos fidei cenſor flammis iniiciebat proferret, Judæis ſavere viſus eſt adeo, ut Jacobus Hocſtratus ex Prædicatorum ordine theologus qui cenſuram ſacram agebat, illi crimen hæreſeos intenderit. Commota fuit inde in Dominicanos maxima invidia; quippe literarum cultiorum amantes, quorum princeps Eraſmus Roterodamus erat, Reuclini cauſam tuendam ſuſcepere, conſcriptis libellis non Dominicanos modo, verum omnes theologos veluti agreſtes & barbaros ob vocum inconditarum in ſcholis uſum deridere, ludibrioque habere cæperunt? tum vero maxime religioſarum familiarum alumnos proſcindere dicteriis & per ora hominum traducere: nec non ſacræ fidei cenſores inſimularunt LXXXIV.

(*e*) *Baſel. in fin. chron.*

Reuclinus ſuperſtitionis Judaicæ accuſatus.

(*f*) *Albert. Pius Carp. in reſp. ad ep. 1. Eraſm.*

(*g*) *Genebr. in chron.*

(*h*) *Annales Colonien.*

Literarum humaniorum cultores inſurgunt in Theologos.

Impactum fidei cenſoribus tyrannidis crimen.

tyrannydis intolerandæ, qui viros claros quorum gloriæ ſplendore perſtringerentur, per invidiam ac ſummum nefas injuſta hæreſeos nota opprimere niterentur.

LXXXV. Diſcuſſa Reuchlini cauſa, theologi, ut invidi calumniatores male audierunt in aula Cæſarea, quod Maximiliani ad Leonem Pontificem afferendæ literæ (*a*) indicant: tum vero apud ſubſellia apoſtolica non defuere, qui eumdem Reuclinum tuerentur, accuſatoreſque ut iniquos deterrerent; inter quos Albertus Pius Carporum princeps eruditionis laude præſtans extitit. Inde vero cenſorum fidei authoritas adeo obſolevit, ut exorientem poſtea Lutherum hæreſiarcham comprimere non potuerint: nam cum theologi illum judicio cœpiſſent perſequi, univerſa mox rethorum ac poetarum cohors malevolentia jam ex Reuchliniana cauſa imbuta in theologos, illi ſe improvide conjunxit. Atque hinc conflatum eſſe turbinem Lutheranum, qui adeo Eccleſiam Dei concuſſit, affirmat conſtanter Albertus Pius in ſuo reſponſo primo ad Eraſmum: qui cum maximus mali author eſſet, ut inferius, videbimus, commotum hunc turbinem a ſacerdotum quorundam palam impia vita, ac theologorum faſtu & monachorum tyrannide effutierat, addideratque: *Non dubito quin audita tibi ſit Reuclinica tragedia. Hinc cœpit in illos incrudeſcere doctorum odium: mox fervente adhuc bello inter myſtas & oſores muſarum exortus eſt Lutherus.* Hæc ille; cujus calumnias refregit Albertus Pius, & quantum flagitium rhetores ac poetæ, qui ex concepto in theologos odio propugnationem hæreſis temere præcipitanterque ſuſcepere, commiſerint, ita illuſtrat.

(*a*) *Ext. an.* 1518. *n.* ..

Præludium hoc fuit Lutheranæ hæreſeos.

Rhetores ac Poetæ ſeſe temere addixere tuendæ hæreſi.

LXXXVI. *Alia profecto magis fecerunt locum huic tempeſtati, quæ & tu non inficiaris, cum ais: Principio erat cum linguis ac bonis literis bellum theologorum, &c. Illa enim verius origo fuit: inde conflata invidia inter Themiſtas & theologos ob eorum ſymbolum & politiorum literarum authores: inde euorta controverſia Reuchlinica, ex quo fonte primæ aquæ ſcaturiere. Non enim illius cauſæ expers fui, immo & mea erga viros doctos conſuetudine non vulgariter favi Reuclino apud Leonem X. Pontificem maximum, quod literæ ipſius ad me teſtantur, & ſæpe monui deterrnique accuſatorem ipſius Hochſtratum, ne tam vehemens eſſet, mitiuſque in ipſum ageret. Ex quæſtione illa prodiere primum epiſtolæ obſcurorum virorum, quibus feſtiviſſime ridebantur theologi minus elegantes: quas me fateor legiſſe non ſine quadam voluptate; ludum tamen nunquam probavi. Inde igitur demum factum eſt, quod & tu ingenue fateris, ut quotquot veſtratium amabant bonas literas, ſe Lutheri naſcenti furori fautores exhibuerint. Hæc cauſa tantorum malorum fuit: hinc enim Luthero natura temerario audacia crevit & arrogantia, tantis videlicet auxiliis confidenti. Quanto, bone Deus, fuit optabilius, ut hi, qui ſe Luthero addixerunt, quaſi nacti opportunum ducem ad profligandos theologos, non tanto ardore bonis literis faviſſent? quanto ſalubrius, ut illas nunquam didiciſſent, quam ut earum occaſione tam vaſtum incendium excitaſſent, quo fere univerſa Germania conflagravit? quanto commodius Germaniæ, ut hæ bonæ literæ alpes nunquam tranſcendiſſent.* Et infra.

Hoeſtratus Reuchlini adverſarius.

Sed nunquid hæc bonis literis imputabuntur? minime: abſit ut bonis artibus nota talis inuratur, quarum profeſſores multi ſunt, qui in eximia pietate perſiſtunt, ac pro vera catholicaque religione propugnant. At increpandi ſunt ipſorum nonnulli, qui illis fuerint abuſi, quos ſcribis mox nato Luthero penitus adhæſiſſe. Grammatica enim & rhetorica poeſiſque peregregiæ & utiliſſimæ artes ſunt, & neceſſariæ, veruntamen ſtudia earum ſapientem non efficiunt, quinimmo & plurimi ab ipſis arrogantes & temerarii evadunt, ſi illis tantum incubuerint: nec mirum, cum doceant congrue & commode proloqui, concinne dicere, dictione oblectare, non autem res ipſas recte exiſtimare: quamobrem, ut ſcis, perantiqua fuit quæſtio, an ſtudium eloquentiæ reipublicæ magis obeſſet quam poſſet prodeſſe; definitumque eſt plus incommodi afferre ſolere, quam commodi, niſi cum ſapientia fuerit conjuncta; quod noviſſimo exemplo comprobarunt iſti diſerti magis, quam vere eloquentes Germani, qui ſe Luthero dediderunt: qui ſi æque ſapientiam ac elegantiam ſermonis coluiſſent, non apud eos plus valuiſſent invidia in quoſdam theologos, quam reverentia veri & honeſti; non plus cupiditas vindictæ, quam religionis cauſa, & amor patriæ. At ut furentes gladio, ita ipſi eloquentia abuſi, Germaniam cunctam in ſeditionem induxerunt: cui facultati ſi parcius operam præſtitiſſent, & partem aliquam tribuiſſent ſapientiæ, neutiquam tanti ſceleris ſocietatem iniviſſent. Hæc Albertus; qui in alio commentario (*b*) docte oſtendit, quam immerito Latinarum elegantiarum cultores invehantur in theologos, reſpuantque ſapientiam incultis verbis traditam; cum omnis verborum vis & elegantia ex gentium arbitrio pendeat, interque ſpinas etiam legantur roſæ; nonnulliſque interjectis verbis ſubdit. LXXXVII.

Rhetores & Poetæ facile in arrogantiæ crimen labuntur.

(*b*) *Id. de ſententiis Moral.* 3.

Non tam ingentibus periculis immenſiſ- LXXXVIII.

que

que laboribus perquirimus aurum & gemmas in viſceribus terræ, antra & cuniculos ſubeuntes, nec illa aſpernamur, quamvis natura, ut plurimum non ipſum ferat obrizum & ſincerum, ſed ſpurca & fuliginea materia, lapidibuſque & terra halitibus ſulphureis ſuppurata commixtum, quod e ſordidis fodinis eruimus; nec profundi maris gurgites metiri veremur, ut margaritas in conchis ſaxo affixis deliteſcentes colligamus: ſapientiæ documenta, cui aurum, gemmæ, & omne quod pretioſum eſt collatum, veluti ſquallida eſt & informis arena, aſpernabimur; quia non ſermone reſonanti, rotundiſque verbis nobis tradatur, ſed rudiori & minus culto ſermone. Non equidem laudatiſſima vina refutamus, quamvis non gemmeo myrrhino aut chryſtallino, ſed rudi poculo, ut pote ligneo aut fictili nobis propinentur, ſed cupidiſſime illa haurimus, modo ſitis non abſit; pari modo ſapientiæ profeſſores, ut pote ſemper illius ſitientes, eam imbibere non reſpuunt quocumque poculo proferatur.

LXXXIX. Blaſphemæ Eraſmi voces in Theologos.

(a) Albert. Pius l. 10. de noviiis Theologis.

Grammatiſtarum in theologos furor. Refellitur Eraſmus.

Ad hæc parum attendebat Eraſmus; qui inſano pernicialique theologorum odio flagrans, theologiam Judaiſmum dixit, effutiitque impie dormite Chriſtum, qui theologos in Eccleſia ſineret; cujus blaſphemas voces idem Albertus Pius ita confutat (*a*): *Supereſt uni loco reſpondere, qui tamen magis attinet ad theologos ſcholaſticos, quam ad ipſam methodum & theologiam, quo ais in annotationibus ſuper novum teſtamentum. Utinam aliquando expergiſcatur Chriſtus, & hoc judaiſmo atque hac tyrannide liberet populum ſuum: niſi forte ideo nos redemit, ut hujuſmodi portentis ſerviamus, &c. Quibus verbis exulceratiſſimum in eos animum impotenſque odium nimis patefeciſti: quid enim atrocius, quid immanius in hoſtes truculentiſſimos, in peſtes humani generis dici optarique poſſet, quam univerſum, quod inſectaris genus, aboleri & e medio tolli? & tu ipſum theologorum genus innocuum verendum, tum profeſſionis dignitate, tum vitæ innocentia peſſumdari optas: quod ſi non vererer te offendere, dicerem magis forte eorum humanitate facilitateque, quam tuis meritis: ſed tibi hoc peculiare, magis eos inſectari inter quos nomen dediſti. Optas ut theologorum ordo perdatur a Chriſto, ut ſcilicet hæreticis licentioſius debacchandi adſit facultas, ut arrogantibus & temerariis liberum ſit ſcribere quæcumque eis ad buccam veniunt, dummodo dicacitatem aliquam calleant.*

XC. Immane hoc grammatiſtarum & rhetorum Germanorum, quos maxima ex parte Lutherana hæreſi ſe irretiiſſe viſuri ſumus, in theologos odium propagatum eſt per ætates ad alios hæreticos, qui ſimili imbuti odio, theologiæ magiſtros ſannis inſectantur: *Quod magiſtri ſententiarum*, inquit Surius (*b*), *Scoti, Bonaventuræ, Alexandri de Ales, Thomæ Aquinatis, & ſimilium libros vocant ineptiſſimos, non certe facerent ſi non ipſi eſſent omnium ineptiſſimi & indigni potius, qui iis viris ulla ex parte comparentur: ſcioli iſti grandes ſibi ſophi videntur, quod bilingues vel etiam utcumque trilingues interdum ſint, norintque ſcribere latinius quam illi patres.*

(b) Sur. in commen. an. 1564. Inſignes eorum ineptiæ.

XCI. Quod porro ad Eraſmum Roterodamum acerrimum Theologorum & rerum ſacrarum hoſtem attinet; prudentes viri viam ipſum Luthero, ut irrumperet in Eccleſiam, ſtruxiſſe, putarunt: quamquam ille libris apologeticis tantum dedecus purgare niſus eſt, ſed fruſtra, ut Albertus Pius Carporum princeps (*c*) ac Stunica Hiſpanus & Beda Pariſienſis oſtenderunt. Nam inprimis, ut quiſque illud vitæ genus odiſſe conſuevit, quod deſeruit, Eraſmus non minus religioſorum virorum quam theologorum hoſtis, cum ordinis canonicorum S. Auguſtini eſſet apoſtata, atque per academias plures vagatus ex humaniorum literarum cultu magnum nomen adeptus eſſet, antequam Lutherus monaſteria manu hoſtili eſſtingeret, monaſtica inſtituta publicis ſcriptis traduxerat, tanquam illa vel Pythagoræ delira inventa eſſent a recentiori ætate accepta: religioſos phariſæos ob diſciplinæ & precum formulas, hiſtriones ob veſtium varietatem appellarat, ac pluribus aliis aculeatis convitiis onerarat, tum in ſua Moria virulenta, tum in dialogis, ut juventutem legendis amœniorum literarum floſculis intentam veneno ſuo imbueret, atque a religionis & pietatis ſtudio avocaret: cujus dicteria & futilia argumentata poſtea dictus Albertus Pius (*d*), de quo ſupra memoravi, confutavit his verbis.

(c) Eraſm. ep. 2. ad Albert. Eraſmus apoſtata odium profeſſus eſt in religioſos.

(d) Alb. Pius de Monachis.

XCII. Quænam fuerint monachorum initia.

Longe igitur ante Chriſtum natum hoc vitæ genus, quod monachiſmum vocant liquet fuiſſe conſtitutum in filiis prophetarum; in Eſſenis, in Nazareis; ipſoque nato ac nondum prodito in Joanne Baptiſta & diſcipulis ejus; evangelizante autem eodem, in Apoſtolis, & poſtquam ad cælos conſcendit, in iiſdem & cæteris, qui ferventiori ſpiritu erant, & poſt ipſos Apoſtolos in ipſis patribus primitivæ Eccleſiæ proximis Apoſtolorum temporibus, quo tempore valde locupletatum & ordinatum eſt; brevi enim poſt illos ſequuti ſunt & alii patres divino ſpiritu repleri, qui varias formulas vivendi ad illud propoſitum

per-

Digitized by Google

perficiendum, eodem ſpiritu ſuggerente, conſtituerunt. Prætereo Antonios, Paphnutios, Macharios, Hilarios cæteroſque ſimiles meros eremi incolas, de quibus Hieronymus & Caſſianus multa referunt, cum illorum integræ vivendi formulæ communes non extent: ſed eos huc cito patriarchas, qui communes regulas ediderunt, quorum diſciplina monachiſmus per univerſum Chriſtianum orbem diffuſus & propagatus eſt, ut magnum Baſilium in oriente, Aurelium Auguſtinum in Africa, Benedictum ac Franciſcum in Italia & occidente, & alios uti divum Dominicum, quem non recenſui cum aliis, eo quod contentus Auguſtini regula propriam non ediderit; cum tamen author & pater graviſſimi & docti ordinis fratrum Prædicatorum extiterit.

XCIII. Monachi in ipſa Æthiopia reperti.

Referunt enimvero graviſſimi viri claſſis Luſitaniæ Regis præfecti, ſe comperiſſe apud Æthiopes, ac in ipſis Arabiæ ſinus fauribus, monachos numeroſiſſimos vitæ ſanctimonia & morum honeſtate præclaros; patremque ipſorum, quem e montibus acceſſierant, ut eos ad littora conveniret, de re Chriſtiana cum ipſis loquuturus, venerandum longe virum, ac trium millium monachorum antiſtitem, poſt lachrymas præ gaudio emiſſas, & fraternos amplexus, adorationemque vexilli triumphantis crucis in claſſe pendentis & poſt multa interloquia viciſſim habita, ei tradidiſſe quemdam librum laudum & precum divinarum tranſmittendum ſummo paſtori & vicario Chriſti: quem quidem Emmanuel Luſitaniæ Rex præclariſſimus, ac egregie pius Romam tranſmiſit, illuſtri, ingenioſoque, ac erudito viro Michaeli a Silva oratorem ipſius agente apud Leonem X. quem & ego conſpexi, & manibus evolvi: pariter apud Perſas & Indos multos inveniſſe ejuſdem propoſiti viros referunt. Conſtat & apud Armenios, Cappadoces, & Medos plurimos eſſe monachos, nullamque eſſe regionem in terris [in qua Chriſti nomen reſonet] quæ monachis careat, quorum vivendi formam conſtitutam condemnare non valeas. Florere quidem illos in Moſcovia, Sigiſmundus Heberſtenius & Joannes Faber in ſuis de rebus Moſcovitarum commentariis docuit.

XCIV. Monaſticus cultus impie ab Eraſmo contemptus.

Monaſticum vero cultum ab Eraſmi, Lutheri, aliorumque hæreticorum ſcommatibus ita vindicat Albertus Pius: *Nec eſt quod calumnieris veſtium [ut inquis prodigioſa novitate inſignem, ac digito notandum] præſertim ſi ad amictum Baptiſtæ D. Joannis reſpexeris tam agreſtem & horridum, ſi ad Jacobi Apoſtoli fratris Domini cultum, qui [Hegeſippo & Joſepho teſtibus] linea tunica ſuccinctus, pedibus nudis, capilloſus, & barba horridus ſemper inceſſit; ſi pariter ad Eliæ & Eliſei pallium, ſi ad Pauli Thebaidis tunicam palmulis contextam, ſi ad magni Antonii cucullum & D. Martini veſtem, monachorumque Ægypti & Syriæ ruſticana indumenta; nam convenit quidem, & veſtitum ipſum indicare vitæ profeſſionem. Plurimum certe dedeceret eos, qui tota vita ex profeſſo a communi vulgo diſcrepant, cultu ipſo eſſe ſimiles; convenit enim, ut externa internis conſentiant: nam par eſt alium eſſe veſtitum militis, civis & agricolæ, cum ille chlamyde, hic toga, alius rudi tunicula veſtiatur: ſimiliter aliud Imperatoris, ſenatoris, plebeiique hominis: nam ille paludamento, ſenator laticlavo, plebeius palliolo vel tunica induitur. Convenit autem & communem eſſe monachorum habitum, uniuſque formæ omnium, ut monachum viſio ipſa deſignet.* Et infra:

Quam juſte ſint illius ferendi cauſæ.

XCV. Objectio Eraſmi contra religionum nomen.

Alteri autem dicto tuo, quando ais; cum una ſit Chriſtianorum religio, dicere religiones varias non multum abeſt a blaſphemia, & hoc eſt vere ſcindere tunicam Chriſti inconſutilem: nunc dicunt, qui religioſi vocantur. Nos religioſi, &c. Age, quæſo, quis tam mentis hebes, quis tam obcæcatus ſenſu, qui his verbis auditis non videat impotens tuum calumniandi ſtudium, & detrahendi religioſis? ridiculum enim ac puerile nimis eſt aſſerere, non abeſſe a blaſphemia, ſcindereque tunicam Chriſti, qui dicis religiones varias, quaſi non poſſint ſub religione communi plures particulares eſſe, quemadmodum ſpecies ſub genere. Et infra: *Non certe negare poteris, magis religioſos fuiſſe, nomenclaturamque hanc potius convenire Apoſtolis, quam turbis & populo communi, qui ad fidem Chriſti convertebantur.* Et infra: *Nec eſt quod compares vitam Chriſtianorum communem, vitæ religioſorum, niſi contenderis æs ac plumbum auro & gemmis eſſe conferendum: quantum autem inter utrumque ſit diſcriminis, Joannes Chryſoſtomus, qui nec monachus nec monachorum pater quemadmodum magnus Baſilius fuit, declarat aſſerens monachi inſtitutum veram & perfectam philoſophiam eſſe, ipſoſque monachos virtutum magiſtros appellandos, eorumque inſectatores eſſe iniquiſſimos gehenna æterni ignis ulciſcendos, viventeſque in urbibus vitiis ac ſceleribus eſſe obnoxios; quamobrem nequaquam conferendo eis, qui ut illa diffugerent ſucceſſerunt, duriſſimum vitæ genus præferentes deliciis urbium.*

Elogium a D. Baſilio datum monachis.

Hæc & alia ex Chryſoſtomo Albertus adverſus Eraſmum; cui etiam objecit omnia ferme hæreſis Lutheranæ venena ex ipſius libris peſtiferis decerpta fuiſſe: ſiquidem

dem dum Lutherus proximo anno hæreſim diſſeminare oppugnata pontificiarum indulgentiarum vi cœpiſſet, jam ante Eraſmus eas, ut commentitias & fallacia ad emungendam popelli ſimplicis pecuniam aucupia deriſerat; adeo ut mox pervulgari cœperit, Lutherum cum Eraſmo aut Eraſmum cum Luthero ſentire.

XCVI. (a) *Albert. Pius l.3. in Eraſm.* Eraſmus ante Lutherum declamavit adverſus indulgentias.

Cum autem hoc ſcelus ab ſe depellere Eraſmus vellet, hiſce illum verbis convicit Albertus (a): *De Pontificum condonationibus [ab illis initium ſumam] ita ſcribis. Nam quid dicam de iis, qui ſibi fictis ſcelerum condonationibus ſuaviſſime blandiuntur, ac purgatorii ſpatia veluti clepſydris metiuntur, ſecula, annos, menſes dies, horas, tanquam e tabula mathematica, &c.* Et paulo poſt: *Hic mihi puta negotiator aliquis, aut miles, aut judex, abjecto ex tot rapinis unico nummulo univerſam vitæ lernam ſemel expurgatam putat, &c. exiſtimat velut ex pacto redimi, &c. Quis hæc verba audiens negare audebit, Eraſmum Lutherizare, aut potius Lutherum Eraſmizaſſe, cum inſanire cœpit? nam & prima ejus debacchatio fuit adverſus has Pontificum condonationes, quas indulgentias vocant. Quis non videbit, quinimmo manibus & pedibus tanget, ex hortis illum tuis primæ hæreſeos ſuæ ſemina collegiſſe? cum iſta tu longe antea ſcripſiſſes, quam ipſe inſanire cœpiſſet.* Nec procacem linguam hic continuit Eraſmus; verum illam in ſanctos, immo & in virginem Deiparam exacuerat (b): a quorum ope imploranda Chriſti fideles avocare dicteriis conatus, illis idololatriæ ſcelus attribuebat, ac in variis regionibus pro neceſſitatum modo ſibi adulterina numina affingerent: carpebat (c) jejunia ab Eccleſia indicta, quaſi plus eſſet ſuperſtitionis in delectu ciborum, quam apud Judæos: dies feſtos, ſacrarum (d) imaginum & ſanctarum reliquiarum cultum, religioſas peregrinationes, tum omnes eccleſiæ cærimonias (e), quaſi nullæ in lege evangelica imperatæ eſſent. Templorum ornatum (f) contempſit: ſacerdotum & epiſcoporum authoritatem & opes oppugnavit (g): erroneas opiniones adverſus primatum Petri & poteſtatem Pontificis Romani ſparſit (h): calumniatus eſt: ſanctiones eccleſiaſticas (i) figi & refigi ad populum irretiendum, meramque in eum tyrannidem exerceri: nuncupata Deo vota improbavit (k): cælibatum damnavit (l) in ſacerdotibus & epiſcopis: conjugium modo, dum virginitati illud præferebat, inter ſacramenta annumeravit, modo (uti hæretici inconſtantes eſſe ſolent) ut Eccleſiæ decretis detraheret, e ſacramentorum numero, allatis inanibus rationibus, ſuſtulit (m) confeſſionem ſacram deriſit (n): finxit ſola fide juſtificari homines (o), ac non licere Chriſtianis bella gerere docuit (p): bella in Turcas & alios Chriſtianæ fidei hoſtes diſſuaſit, hortatus (q) ipſos ut tolerantia vincere niterentur: affirmavit juſjurandum (r) Chriſtianis interdictum eſſe; ſed mendacium pro re & tempore licere & expedire cenſuit (s).

(b) *Ib. Albert. in Eraſm. l.9.* Impia alia dogmata ab Eraſmo ſparſa.
(c) *Lib.4.*
(d) *L.8.*
(e) *L.6.*
(f) *L.7.*
(g) *L.13.*
(h) *L.14.*
(i) *L.15.*
(k) *L.5.*
(l) *L.17.*
(m) *L.18.*
(n) *L.19.*
(o) *L.20.*
(p) *L.21.*
(q) *Ibid.*
(r) *L.22.*
(s) *L.23.*

XCVII. Favit Turcis Eraſmus. (t) *Albert. Pius Carp. princeps l.13.* Marſiliana hæreſis ab eo defenſa.

Marſilii etiam & Janduni damnatas hæreſes revocare ab inferis non perhorruit, ac repetere eaſdem impiorum argutias quas ita refellit Albertus Pius (t): *Reſtat tantum reſpondere tuis ratiunculis; etſi enim dominus Jeſus crucem ſuſtinuerit, & tributum reddiderit; & quærentibus an tributum Cæſari reddere liceret, reſponderit: Reddite Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, &c. quid tum? ex his non ſequitur, quod ſacerdotes debeant pendere tributa profanis: ſi enim omne Chriſti factum trahendum eſſet in exemplum, & ideo obſtringerentur ſacerdotes ad reddendum tributa, quia Chriſtus reddidit, pariter oporteret eos conſtringi ad ſubeundum crucis equuleum. Et ſi rurſus inſtares, oportere eos eſſe paratos crucifigi, ſi res poſceret; reſponderem pariter, & illos tributa reddere, cum res exigeret. Tributum autem reddidit Dominus, quia expediebat ad id quod venerat facturus, non quod illud deberet; exinaniverat enim ſemetipſum, & formam ſervi acceperat; quamobrem & quod cæteri ſervi faciebant, ipſum etiam facere par erat; quod ſi ſecus egiſſet arcanum myſterium vel quoquomodo revelaſſet vel exemplo ſeditionem commoviſſet: venerat autem paſſurus, ideo poteſtatem occulere oportebat, ne quid decretum ſummi Patris impediret: eandem ob cauſam reſpondit tentantibus eum: Cuius eſt imago hæc? Cæſaris dixerunt; & ille: Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari; ſed ſubjunxit; Et quæ ſunt Dei Deo.*

XCVIII. (u) *Id. ib.* Vonæ Eraſmi argutiæ.

Valdenſium etiam & Wicleffiſtarum Huſſitarumque negantium eccleſiaſticos in bona temporalia jus aliquod conſequi poſſe, hæreſes inſtauravit, ſparſitque nefariis & acutis ſcriptiunculis, quas idem Albertus refellit (u): *Quod autem*, inquit, *quæris, ubi receptum ſit, ut epiſcopi ditionem profanam gerant. O vocem peſtiferam, ſeditioſam, blaſphemam, plenam ſcandali & tumultus, præbentem anſam cupidis, parumque piis invadendi ac diripiendi univerſam ditionem eccleſiaſticam, quæ tanto eſt pernicioſior, quanto artificioſior eſt, prolata tribus nempe verbulis, ac ſi ex ore excidiſſent, cum tamen tam prava & perverſa ſint: ſi enim jus non competit epiſcopis in ditione rerum profa-*

na-

Digitized by Google

narum, illud igitur tyrannice, dolo aut vi ſibi vendicarunt: qui autem injuſte & tyrannice aliquid poſſidet, non injuria a poſſeſſione deturbari videtur. Sed cum quæris quomodo id receptum ſit: ſi de licito quæris, reſpondeo receptum eſſe primum ex lege naturæ; Melchiſedech enim ſacerdos fuit Dei Altiſſimi, & idem Rex Salem. Deinde receptum eſt lege ſcripta: Confutatur. *Moyſes enim ſummus ſacerdos præerat rebus, moderabatur innumerabilis populi Iſrael negotia, dunque ipſius erat in rebus bellicis & judex in omni republica adminiſtranda. Samuel propheta & ſacerdos, & populi judex fuit & rector. Omitto Heli ſummum ſacerdotem, & cæteros, qui populo præfuerunt antequam populus Regem peteret; quod tam deteſtatus eſt Omnipotens, ut Samueli dixerit: Regem petunt & adminiſtrationem tuam reiiciunt, ne ego regnem ſuper eos, &c. Denique receptum ab ipſo evangelii authore domino Jeſu Chriſto pientiſſimo ſervatore, qui, licet non exercuerit omnimodam poteſtatem ipſi traditam, eo quod id maximo operi, quod per ipſum erat perficiendum, adverſatum fuiſſet, & quia gregem ac populum acceptabilem, quem congregaturus erat, non vi & poteſtate ſibi ſubiici, & ad ſe cogi volebat, ſed amore & ſpiritus virtute; attamen ſe eam habere tum verbo tum opere declaravit, cum dixit: Omnia mihi tradita ſunt a Patre meo, &: Omnis poteſtas mihi data eſt in cœlo & in terra. Et Pilato interroganti an Rex eſſet non negavit; ſed profeſſus eſt ſe eſſe Regem, ut teſtimonium perhiberet veritati.* Et infra.

XCIX. Ut episcopi jus acquiſierint in res prophanas.

Si autem quæras quomodo receptum ſit quod hujus poteſtatis poſſeſſionem adepti fuerint, cum in ipſo principio naſcentis Eccleſiæ tam pauperes eſſent, & poteſtati profanorum ſubjecti; reſpondeo, id eſſe perſpicuum: ſummo quidem ac omnipotenti Deo decernente ac aſpirante, pietas tum principum, tum populorum hoc fecit; agnoſcentes enim complures populi ſacerdotum dignitatem, ſeſe illorum poteſtati ultro dediderunt: principes quoque profani ad idem proſpicientes multa illis liberaliter tribuerunt, partim reſtituentes, quæ juris eorum erant, partim condonantes; hiſque modis conflata eſt ditio eccleſiaſtica & recepta juriſdictio. Obiicienti vero impio homini epiſcopos ad apoſtolicam paupertatem redigendos, reſpondit Albertus: *Tranſacta autem nunc ſunt illa tempora, & peracta myſteria: his temporibus alia requiruntur, in quibus ſi ipſi Apoſtoli ſuperſtites eſſent, non illa præſcripta prorſus ſervarent, quibus tunc uſi fuerant: quinimmo nec ſemper eandem vivendi normam tota vita tenuerunt, ſed pro negotiis, pro reque & temporibus multa immutarunt.* Hæc & alia adverſus Eraſmum & alios novatores Albertus. [1]

Variis temporibus varius fuit ſtatus Eccleſiæ.

C. Arrium ſequutus Eraſmus.

Quid plura? Eraſmus omnia pro intellectus maleſani modulo tum profana tum ſacra menſus, in ipſam ſanctiſſimam Triadem conſurrexit, Arianumque dogma pluribus locis, quos refert Albertus Pius (*a*), fovit. Tum authoritatem ſacrarum (*b*) ſcripturarum & conciliorum (*c*) in dubium revocavit, in eamque impietatem prolapſus (*d*) eſt adverſus Spiritum Sanctum, ut in præfatione adverſus Hilarium non minus impie quam imperite hæc effutierit: *Audemus Spiritum Sanctum appellare Deum, quod veteres auſi non ſunt*; quaſi non modo veteres ſancti patres, verum & evangeliſtæ & Apoſtoli Spiritus Sancti divinitatem non prædicarint. Denique infelix homuncio veluti in atheiſmum lapſus religionem Chriſtianam, ut ſtultitiæ quoddam genus deriſit; quod illi idem Albertus hiſce verbis exprobravit: *Inſinuatione quadam niteris perſuadere felicitatem Chriſtianorum ſumptam ex placitis Platonis, illam conferens furori naturali, quovis homines vaticinari futura prædicere, & variis loqui linguis, de literiſque diſſerere, quas ante nunquam didicerant; quod &, inquis, quibuſdam morti vicinis quiddam ſimile accidere ſolere, ſubjungens felicitatem Chriſtianam auſpicantibus uſu venire, quod juxta Platonicum figmentum accidit his, qui in ſpecu vincti, rerum umbras mirantur; & fugitivo illi, qui reverſus in antrum veras res ſe vidiſſe prædicat, &c. Quibus dictis, obſecro, quidnam ad confodiendam religionem dici potuiſſet atrocius? primum felicitatem Chriſtianam, quæ totius religionis ſummam & finem continet, nil aliud*

(*a*) *Pius L.* 12.
(*b*) *L.* 11.
(*c*) *L.* 12.
(*d*) *Eod. lib.*

Negavit divinitatem Spiritus S.

Lapſus in atheiſmum Eraſmus.

NOTÆ [1] CUm de hæreſibus ſermo hic habeatur ab Annaliſta, animadverſione dignum hic cenſeo Lutherum, anno licet ſequenti hæreſim ſuam palam, & in aperto protulerit, hoc tamen anno cœpiſſe fidem velati per occultos cuniculos ſuffodere. Author enim anonymus annalium Torgavienſium, qui hoc ſæculo ſcribebat, vulgavitque Menckhenius rerum Germanicarum to. II. ita ad hunc annum notat, hæreticus de hæretico: *Indulgentiæ ingenti numero venales ferebantur, fuitque hic extremus conatus. Ita enim impudenter, atque impie acta res eſt, ut Deus, Lutheri animum incenderit, qui hoc anno fratres ſuos a Tezelio* (Dominicanæ familiæ alumni, de quo ſæpe in Annalibus ad ſequentes annos) *mercibus* (nempe indulgentiis, quas ille palam de pontificis mandato prædicabat) *dehortari cœpit; & porro ſequenti anno poſitiones ſuas contra eum publice affixit.* MANSI

Cum Porphyrio & Juliano apoſtata conferendus.

Lutheri præambulo exitii.

liud eſſe, quam inſaniæ ſtultitiæque genus quoddam, ſumptamque eu placidis Platonis fabulantiumque figmentis dormientium ſomniis, & rerum umbris perſimilem, fororique naturali comparandam. Sane Porphyrius aut Julianus, illius profeſſi hoſtes, tam execranda adverſus illam nunquam ſcripſerunt. Si enim figmentis umbræ, & ſomniis, inſaniæque, & furori perſimilis Chriſtiana felicitas; non igitur vera res, ſed commentitia deliriumque quoddam & inſaniæ genus eſſe concluditur. Hoc virulento atheiſmo inficiebat incautam juventutem Eraſmus, quamvis ſacerdotio initiatus, & inter theologorum numerum cooptatus, antequam Lutherus in Eccleſiam erumperet: eaque venena avidius hauriebantur, quo Latinarum elegantiarum melle perlita erant; nec hæreſiarcharum more commentarios omni ex parte inquinatos conficiebat, ſed brevibus & aculeatis ſententiolis hæreſes inſtillabat. Atqui cum ſectam condere non videretur, interdumque etiam nonnullas elucubrationes pro Eccleſiæ & Pontificis authoritate, nec non adverſus impia aliqua Lutheri dogmata ediderit; ita tamen, ut neutri parti addictum ſe gereret: a pleriſque etiam Cardinalibus, epiſcopis, & doctoribus, ut catholicus habitus eſt; cum parte alia hæretici illum ſibi palam vendicarent, donec excuſſa ejus ſcripta primum a Stunica, deinde a Beda, poſtea ab Alberto Pio, qui ad convellendas inanes ejus excuſationes ſingulos textus hæreſibus inquinatos ſuperius a nobis indicatos recenſuit, ac viginti duobus libris egregie confutavit, demum ab Eccleſia damnata fuerunt.

CI.

(a) *Annales Servor. cent. 3. l. 6. c. 1.*

Philippus Benitius in albo beatorum collocatus.

(b) *Annal. to. 14. A. C. 1285. n. 82. & ſeqq.*

(c) *Oſor. l. 10.*

(d) *Annal. to. 15. ann. 1327. n. 42.*

(e) *Oſor. l. 10.*

Luſitani Regis filius in Cardinalium ordinem aſcitus.

Permiſit hoc anno Leo X. (*a*) publicos honores ſacros, quibus viri beati decorari ſolent, a ſervitis dari B. Philippo Benitio ordinis ſervorum B. Mariæ illuſtratori & amplificatori, patria Florentino; qui in arte medendorum corporum clarus, ubi ad medendas animas ſe contulit, majorem longe claritatem adeptus eſt: de quo a nobis in annalibus mentio facta (*b*). Emmanuelis etiam Luſitaniæ Regis rogatu conceſſit (*c*), ut in diœceſi Conimbricenſi B. Elizabeth Reginæ, de cujus vita ſanctiſſima, miraculiſque cœleſtibus illuſtrata ſuis locis egimus (*d*), memoria celebritate anniverſaria recoleretur: cui poſtea Urbanus VIII. ſolemni ritu ſanctorum honorem cultumque decrevit. Ornatum præterea Emmanuelem a Leone X. aliis beneficiis hoc anno refert Oſorius (*e*), conceſſum illi nimirum, ut equitum Jacobenſium & Ciſtercienſium magiſtratus non rogato decreto pontificio, cui vellet conferret: tum ejus filium Alfonſum in ſacrum Cardinalium ordinem fuiſſe relatum proximo anno, quamvis ſeptennem, viſuri ſumus.

CII.

Arzila a Phutenſi Rege obſeſſa.

In Africa hoc anno Phutenſis Rex ad Chriſtianum nomen ex Arzila Luſitanico obnoxia imperio, ex qua plures excurſiones hoſtiles a Coutigno duce in Mauros fiebant, excindendum coactis triginta equitum & peditum ſeptuaginta millibus eam urbem ferociſſimis impreſſionibus oppugnavit: ſuſtentata tamen eſt ſubmiſſis aliquot ex Bætica & Algarbio ſubſidiis; ac demum, Lupo Siqueira cum navibus triginta juſſu Emmanuelis veniente, ſoluta. Hujus victoriæ gloria non levi clade labefactata eſt; nam cum Ataidius dux egregius ſtipendiarios Mauros Luſitanicæ coronæ tueri adverſus Xerquienſes decreviſſet, Safinio egreſſus poſt hoſtem non longe a Marrochio fuſum, ab eo collectis novis copiis redeunte in prælio transfixus eſt; quo extincto Luſitani tanto furore inter ſe de militari imperio contenderunt, ut vectigales Mauri ab iis deſciverint ad hoſtes, atque omnes cæſi captive ſtultæ ambitionis pœnas dederint. Ornata eodem anno eſt Africa Gundiſalvi Mauri, qui Mahometem execratus ſe ad Chriſtum adjunxerat, martyrio inſigni. Is itinerum ductor in Chriſtianorum expeditionibus eſſe conſueverat, in quibus illi confractum crus fuerat: quo curato ex Tingitana urbe Arzilam, ubi uxorem filioſque tenebat, una cum filio Chriſtiana nave contendebat, cum a piratis Mauris captus eſt, atque ab iis ob Chriſtianam fidem crudeliſſime necatus; cujus hiſtoriam ita deſcribit Oſorius (*f*): *Non multis poſt diebus Gundiſalvus Vaſcius itinerum ductor vir animi maximi; qui cum fuiſſet Maurus natione, & religione Mahometanus, impiam ſuperſtitionem execratus ad Chriſti ſe nomen & fidem adjunxerat, in Tingitanam urbem ſe contulit, ut opera ſummi cujuſdam chirurgi crus, quod illi in bello confractum fuerat, ſanari poſſet. Vix ſanitatem recuperarat, cum navem conſcendit, ut Arzilam, in qua urbe domicilium habebat [deſiderio enim magno videndi uxorem & filios tenebatur] repeteret; magiſter enim navis dabat fidem, fore ut intra tres horas navem ſalvam in Arzilenſi portu conſtitueret: ſed cum ventus deficeret, duæ longæ Maurorum naves in inſidiis collocatæ in illam invehuntur. Is quamvis eſſet vir in armis, non tamen arma tunc, neque præſidium ullum, quibus hoſtes repelleret habebat; & cum ſibi moriendum eſſe neceſſario cerneret, ſi in manus hoſtium perveniret, in ſcapham deſiluit, ut remis periculum*

(f) *Oſor. l. 10.*

culum declinaret : captus tamen cum parvulo filio ſuis : in navem ſimiliter [nemo enim erat in ea, qui reſiſtere poſſet] hoſtes ingreſſi, viros & mulieres qui ea vehebantur Tetuanum abduxerunt. Mulieres vim & libidinem a corporibus ſuis lachrymis & ingentis pecuniæ promiſſis cohibuerunt. Pretio autem perſoluto omnes cum viris, qui ſimul capti fuerant in libertatem reſtitutæ ſunt : ſolus Gundiſalvus Vaſcius quamvis ingentem pecuniam pro redemptione illius multi viri nobiles offerrent, & Mauri eſſent avariſſimi, non potuit in libertatem vindicari ; erant enim hoſtes in illum propter deſertam Mahumetis nefariam & impiam ſuperſtitionem vehementer infenſi. Itaque cruciatus in illum diros excogitant : & primum filium in illius conſpectu dilacerant, quem ipſe, ut ſupplicium libenter pro Chriſti gloria ſubiret, verbis exhortatur : illius deinde, nempe laniato jam atque interfecto filio, *manus atque pedes duobus aſſeribus fibula conjunctis atque diſcluſis alligant, & illum verberibus concidunt, & ungulas evellunt ; atque ut diutius torqueretur ita corpus paulatim carpunt, ut non celeri morte doloribus acerbiſſimis finis imponeretur. Is interim omnem a corpore dolorem nomine Chriſti ſæpius invocato depellebat, & illi gratias agebat, quod ſe tanto beneficio cumularet ; neque enim ſibi clarius in hac vita munus concedi potuiſſe dicebat, quam ut pro illius nomine, qui tantos in cruce pro generis humani ſalute cruciatus pertuliſſet, vitam cum inſigni cruciatu profunderet : neque ſolum ſuppliciis oblectari videbatur, verum & ſupplicibus verbis flagitiorum veniam poſtulabat.*

Gundiſalvus Vaſcius a Mauris affectus martyrio.

Inſignis ejus conſtantia.

CIII. *Hoſtes fidei conſtantia perturbati multo graviora animis ſupplicia perferebant ; non poterant enim pati omnes ſuos conatus, quos ad illius virtutem frangendam & debilitandam comparaverant, ad nihilum recidiſſe : itaque flagrabant furore & amentia ; & quo ille conſtantius in fide permanebat, & fortius cruciatus contemnebat, eo illi magis animis efferebantur * & vehementius illum novis cruciatibus oppugnabant. Cum vero Chriſtum in ſuppliciis laudari & Mahumetis nomen lacerari perſpicerent, linguam illius præciderunt, qui tamen ipſo ſpiritu, qui e vultu & ex oculis eminebat, eorum immanitatem & impietatem refutabat & clariorem triumphum tacitus ex eorum crudelitate victor agebat, quam verbis dicere potuiſſet : mentem enim tunc cum Deo clarius, evulſa lingua, loquebatur, & magnificentius Chriſti numini vota perſolvebat, quam ſi ſummis humanæ eloquentiæ viribus hoſtes exterreret. Biduo hæc cruciamenta invicto animo pertulit : & ſic tandem in cælum e corporis vinculis expeditus immigravit. Is fratrem habebat, qui ſimiliter ſeſe ad Chriſti nomen applicuerat, & poſt aliquos annos ab hoſtibus captus in acerbiſſimo cruciatu pro Chriſti religione fortiſſime tolerato clariſſimam mortem oppetiit ; & ita fratris veſtigiis inſiſtens idem virtutis præmium in cælo conſecutus eſt.*

* *efferabantur.*

Ejuſdem frater a Barbaris pro fide trucidatus.

Decretæ ſunt hoc anno ab Emmanuele Luſitaniæ Rege tres legationes inſignes inter alias, nimirum Congenſis, Perſica, & Sinenſis, amplificandæ religionis ſtudio : in primis Congenſis geſta eſt magna cum dignitate & ſplendore Chriſtianæ fidei ; ſiquidem ſacerdotes una cum libris ſacris, rebuſque aliis ad divina peragenda neceſſariis honorificentiſſime exceptos ab Alfonſo Congi Rege, quem Chriſtianis ſacris initiatum, ingentibuſque miraculis in fide confirmatum vidimus, narrat Oſorius (*a*), qui de illius eximiis virtutibus, atque in religione propaganda ſtudio hæc refert : *Dum hæc in India geruntur, Emmanuel in Luſitania propagandæ religionis ſtudium non intermittebat : & cum intelligeret in Æthiopia Congi regionem quotidie magis Chriſti diſciplinis illuſtrari, ut opus præclare inſtitutum rectius abſolvi poſſet, ſacerdotes alios ad Regem Alfonſum cum libris & muneribus, quibus hominem multo acrius ſtudio religionis incenderet, miſit. Rex eo tempore, quo ſacerdotes & Emmanuelis famuli, qui ſimul miſſi fuerant, in Congi fluvium penetrarunt, aberat bellis implicitus contra Reges ſtipendiarios, qui ab illo defecerant ; fuere tamen interim noſtri in oppido, quod Sonum appellant, ſatis benigne a regiis accepti. Rex, bello ex animi ſententia confecto, rediens ſacerdotes cum amoris eximii ſignis excipit, Emmanuelique pro tantis beneficiis immortalem gloriam precatus eſt. Noſtri ſacerdotes virtutem ipſius Alfonſi Regis in cælum laudibus efferebant ; erat enim in ſceleribus vindicandis acer, & in egentium inopia ſublevanda benignus, in regni opibus ſtabiliendis induſtrius, in moribus atque vita continens, in religionis ſtudio ſanctus, atque tam inſigni pietate præditus, ut cælum ſemper intueri videretur ; ſive enim jus diceret, ſive cum populo ageret, ſive belli conſilium, ſive pacis iniret, ſemper Deum in oculis & conſpectu proponebat, omniaque ad illius gloriam revocabat. Literarum ludos aperire jubebat, magiſtros magna mercede conducebat, ut pueros non literis tantum, ſed multo etiam ſtudio pietatis imbueret. Ipſe vero tempus, quod illi a negotio publico vacabat, in literis conſumebat : evangeliorum ſententias in-*

CIV.

(*a*) *Oſor. l. 10.*

Sacerdotes miſſi ad Congenſes pro amplificanda fide.

Alfonſi Regis Congenſis virtutes inſignes.

nu-

Digitized by Google

numerabiles, & prophetarum oracula in ore ſemper habebat; nam & lectione perpetua multum in ſanctarum literarum ſtudio profecerat, & quæcumque a ſacerdotibus audierat, in illius memoria penitus inſita permanebant: frequentes ad populum conciones habebat, quibus illum ad pietatem & religionem ardenter incitabat. Erat ingenio acri & memoria firma præditus: quinque libros Luſitanarum legum cum diligenter evolveret, legum quidem ſapientiam & ordinem atque diſciplinam reipublicæ laudavit; ſed rebus etiam minutiſſimis leges certas inventas eſſe, non facile probabat. Itaque hanc legum exactiſſimam diligentiam irridens, de Luſitanis quæſivit, quænam pœna eſſet iis, qui in terra pedem ponerent, ſtatuta. Regem vero Emmanuelem tanta abſens fide colebat, ut ſæpe diceret, ſe nullam eſſe de rebus humanis voluptatem percepturum, antequam in Luſitaniam veniret, ut ad Emmanuelis pedes provolutus illi ſe totum addiceret: quod enim cæleſti luce frueretur, quod verum Deum coleret, quod ad immortalem vitam aſpiraret, id totum eſſe Emmanueli Regi clariſſimo atque ſanctiſſimo in acceptis referendum.

Apoſtoli munus agit.

CV. Sunt hi clariſſimi triumphi, cum barbari Reges ad Chriſtum trahuntur, excoluntur que in fide, non crudelitate, ſed beneficentia victi. Abhorruiſſe autem Emmanuelem ab illis funeſtis triumphis, quæ Chriſtiani principes de mutua populorum internecione agere ſolent, addit Oſorius, ac Franciſco Gallorum Regi, eum ad belli ſocietatem ſecum adverſus Hiſpanum ineundam ſolicitanti, hoc anno reſcripſiſſe: *A bellis, quæ Chriſtiani principes inter ſe gerebant, vehementer abhorrere; ſibi namque in animo eſſe, Saracenis ſi poſſet perniciem & interitum machinari, Chriſtianis vero principibus bonam mentem & animorum concordiam cum bonorum omnium amplificatione precari.* Obtuliſſe (a) ipſum Pontifici operam ſuam ad ductandam adverſus Selimum Chriſtianam claſſem, dicetur inferius.

Luſitanus de belli ſocietate in Hiſpanum ſolicitatus a Gallo. Inſigne ejus reſponſum.

(a) *Ext. de eo conſultatio apud Dolgaſt. to. 2.*

CVI. Poſtulaſſe autem de armorum fœdere Selimi hoſtem acerrimum, nimirum Iſmaelem Sophum Perſarum Regem hoc anno, refert Oſorius (b), qui Perſicam illam legationem deſcribit, deque Iſmaelis potentia hæc prodit: *Regia caſtra locata erant in campi planitie, montibus excelſis & editis multa nive coopertis incluſa: numerus tabernaculorum quinque & triginta millium fuiſſe dicebatur, equites ſupra centum millia: magnus etiam mulierum numerus & famulorum innumerabilis turba illis caſtris continebatur.* Et infra: *Legatus intromiſſus eſt, ut legationem exponeret: Iſmael illum in tabernaculo pulcherrime facto, quod auri miro fulgore ſplendebat, & in loco ſublimi aureis veſtibus inſtrato, Regibus & principibus, qui illi parebant ſtipatus expectavit: literas hilari fronte accepit; legatum cum ſociis ſedere juſſit: tum de valetudine Pontificis maximi, de ſtatu & amplitudine multa quæſivit: deinde de Regis Emmanuelis moribus, ætate, conſuetudine, de filiorum numero percontatus eſt, &c.* Agitatum a Pontifice & Regibus de facienda cum Iſmaele adverſus Turcam ſocietate, dicetur inferius: nunc ad Sinenſem legationem digredimur.

(b) *Oſor. l. 10.*

Miſſa ad Iſmaelem legatio. Caſtrorum illius forma.

CVII. Sina Tartarici olim vaſtiſſimi imperii pars extitit, ut ex Marci Pauli Veneti, qui in Tartarica aula multum authoritate & gratia potuit, eaſque terras peragravit, narrationibus conſtat: miſſique etiam fuere a Romanis Pontificibus epiſcopi & ſacerdotes a Clemente V. & Joanne XXII. ad eas gentes luce evangelica colluſtrandas; ſed vitio gentis ad voluptates arteſque magicas pronæ, religio ita paulatim extincta eſt, ut tenuiſſima illius veſtigia in aliquibus locis perſtiterint. Quibus vero hoc tempore moribus & inſtitutis præditi Sinenſes eſſent, cum novus ad eos aditus non per ſeptentrionales oras ſive Tartaricas regiones, ſed per Indias evangelio panderetur, deſcribunt Luſitani hiſtorici (c), ex quibus hæc refert Petrus Maffejus (d): *Vitam cultui Gallico & Germanico non abſimili multis in rebus inſtituunt: ludis & jocis & vini copia frequenter oblectantur: amoribus atque libidinibus nimium dediti ſunt: mulieres nobiles carpentis bombycina veſte & auro pulcherrime facto, & undique tectis per urbem vehuntur: cantibus & ſymphoniis & inſtrumentis muſicis animorum curas jucundiſſime relaxant. Auguriis dediti ſunt: ſortibus eventura prædicere nituntur: magos in honore habent: mathematicas diſciplinas colunt, & aſtra diligenter obſervant: in libris deſcribendis & rerum memoria propaganda aneis formis uti ſolent, quarum uſus adeo antiquus apud illos eſt, ut qui primus eam artem excogitavit ignoretur.*

(c) *Jo. Barro dec. 3. l. 2. c. 7. Oſor. l. 11.*
(d) *Maff. l. 6.*

Mores Sinenſium.

CVIII. *Arte & ſtructura non parum eleganter magniſque ſumptibus ædificant: templa ampliſſima multiſque ſtatuis & picturis illuſtrata frequentant; & quamvis varia ſimulachra venerentur, unum tamen Deum rerum omnium opificem & rectorem præcipue colendum eſſe dicunt, eique potiſſimum ſupplices preces adhibendas: unius mulieris imaginem, quam appellant Nammam, quam aiunt eſſe apud Deum ſummum humani generis advocatam, honoribus ſum-*

Una cum Idolis Deum ſummum colunt.

ſummis afficiunt. Eſt aliud apud illos ſimulachrum virginis, quam tradunt fuiſſe Regis cujuſdam filiam, & rerum cœleſtium cupiditate omnes opes humanas neglexiſſe, ut divinarum contemplatione frueretur: in hujus tutela Sinarum gentem eſſe credunt. Alius apud illos Deus ſane ſanctus habetur: hunc hominem fuiſſe narrant fortiſſimum, atque tantis virtutibus præditum, ut miracula multis in locis ediderit. Et infra:

CIX. Qui honorum gradus inter eos ſervati.

Reſpublica in tres partes eſt diſtributa. Principatum ii, qui in diſciplinis & juris ſtudio valde profecerunt, obtinent. Secundus honoris gradus militibus aſſignatur. Poſtremi ordinis ſunt, qui artes fabriles colunt. In ſtudiis quantum quiſque profecerit, judicio eorum, qui maximis artibus præſunt, examinari ſolet. Sunt autem ordines horum judiciorum gradatim instituti, ita ut ei, qui infimi ordinis approbationem conſecutus eſt, ſi velit ad altiorem locum dignitatis aſpirare, ſint graviora doctiorum hominum judicia ſubeunda; qui plurimis & doctiſſimis probatus extiterit, is ampliores in republica honores conſequitur. Sunt in ſceleribus vindicandis acres: nemini ſano, quamvis oculis orbatus ſit, mendicare permittitur: cæci molas truſatiles verſando ſibi victum parant. Homines exteros difficile in urbes ſuas admittunt, ne moribus externis obliti ab inſtitutis ſuis paulatim deducantur. Comœdiis plurimum delectantur: & ita ſunt in venerem propenſi, ut varias libidinum formas excogitent dæmones conſulere dicuntur. Hi mores & inſtituta Sinarum ſunt, quæ perſtrinximus. Religionis, quæ juſtitiæ prima & præcipua pars eſt, cura genti poſtrema: ſacrificulis (quos patrio ſermone vocant boxiones) exiguus admodum honos: templa vulgo adeunt conſuetudine magis & inſtituto quodam, quam quod mortalia curari ab diis, vel humanis dictis, factis, cogitatis intereſſe cœleſte numen exiſtiment. Sane evangelium accepiſſe olim ab Apoſtolo Thoma creduntur, ut ſupra dictum eſt, Franciſcanos etiam apud eos evangelium late ſparſiſſe ſuo loco oſtenſum eſt in annalibus, *& imago teſtatur id ipſum proceræ mulieris puerulum in ſinu foventis, cui ardentes hodieque lyenuchos more noſtro ſuſpendunt: ſed nec Apoſtoli ulla jam ibi mentio, & cujuſnam ſit ea effigies prorſus ignorant; adeo vel ipſa regionum longinquitate vel diuturno cultorum deſiderio in ea terra ſemen omne Chriſtianæ pietatis interiit.*

Conſulunt dæmones pro libidine ſatianda.

Olim inter Sinenſes floruit Chriſti religio.

Virginis imago ab iis culta.

CX. Quod ad dogmata, quibus imbuti erant, attinet; hæc ab iis ſuſcepta refert Maffejus (a): *Qui ſapientiores habentur in arcanis, & quæ non temere vulgent decretis, Pythagoræ ferme ſomnia de tranſmigratione animorum ſequuntur, & pro meritis actæ vitæ ſua cuique præmia & ſupplicia ex communi omnium gentium opinione conſtituunt, ſedeſque fingunt refertas cunctis iis, quæ vulgo vel ad felicitatem prima, vel ad miſeriam extrema ducuntur: capillum tam diligenter idcirco nutriunt, quod credant ea ſe tanquam anſa in cœlum aliquando ſublatum iri; ſacrificuli contra [qui quidem cœnobiticam agunt vitam] abradunt capita; quod ſine tali adjumento ſydera ſe conſcenſuros eſſe confidant: mundum univerſum ex aqua initio conditum affirmant, quæ vehementius agitata e ſpumis ampulliſque cœlo ex imis partibus & craſſioribus materiam terræ præbuerit, reliqua reſervarit ſibi. Interrogati quiſnam initio aquas agitarit, ſponte ciendi vim iis inditam fuiſſe reſpondent: rurſus ubi quæritur a quo eam ipſam vim ac virtutem acceperint, ſubridens, quaſi plane ibi ſiſtendum.* Et infra: *Non pauci muta ſimulachra, vel etiam informes adorant, lapides namque ii ferme dii gentium ſunt. Ad hæc artis cujuslibet inventores alioſque privatim aut publice benemeritos, quidam etiam parentes charoſve in numina referunt, iiſque ſtatuas ac templa ponunt, & vota faciunt & adolent thura non mortuis modo, ſed interdum etiam, quod magis deteſtere, viventibus. Alii ſolem, & lunam ac ſtellas cœlumque præcipue ipſum, unde cuncta in terras bona promanent, omni ſtudio colendum exiſtimant. Sunt etiam qui inferna venerantur monſtra ſuccincta colubris, & igneo vomitu cujuſmodi cacodæmones in Europa depingimus; neque id tam impetrandi cujuſpiam commodi, quam depellendi maleficii cauſa; quippe obverſantia interdum ejuſmodi viſa majorem in modum extimeſcunt.*

Pytagoræ ſomnia de metapſycoſi colunt.

Stoltæ de mundi creatione opiniones.

Varia apud eos idololatriæ genera.

Cacodæmonibus honores deferunt.

Sed qui ſimulachris divinos habent honores, ii inter cætera illo vel in primis ridiculo genere ſuperſtitionis utuntur ad captanda itinera vel graviores quaslibet auſpicandas res; adhibita ad ſtatuam precatione ſortes obſervant, quarum eſt ritus ejuſmodi: dimidiatos globulos e ligno duos ad jugulandis fere magnitudinem filo traiectos coram ſimulachro ipſo temere ac fortuito jaciunt; ſi ambo ſupini vel etiam alterno conſederint ſitu, quod vulgo infauſtum putatur, idolum verbis ac jurgiis male admodum accipiunt: deinde quaſi contumeliæ pœniteat rurſum delinimentis votiſque ac ſupplicationibus propitiare contendunt; ſi nihilominus adverſæ appareant ſortes, idolum videlicet acerbius plectitur, ad verba accedunt verbera, in aquas proiicitur, amburitur igni; dein blanditiis CXI.

Inſana in ſortibus conſulendis ſuperſtitio.

denuo

(a) Maff. l.6.

denuo ac promiſſis placatur, atque in hac viciſſitudine tandiu perſiſtunt, quoad jacta in ſortes ambo miſſilia prona conſiſtant: tum vero modulato carmine grates laudeſque agunt inani Deo; mox etiam egregie conditas coctaſque gallinas, anates, anſeres, oryzam, & quod præcipuo eſt in honore menſarum, offerunt ſuillum caput & cantharum vini. Ex iis ubi ſinguli aliquid in diſco porcini capitis, imas auriculas reliquarum altilium ungues, vini guttas aliquot in ara ſimulachro appoſuerunt [qui vetus eſt libandi mos] cæteras ipſi dapes magno cum tripudio & effuſa lætitia comedunt. Nec minus inſana eſt in exequiis celebrandis ſuperſtitio.

CXII. *Sacerdotes*, inquit author, *noctu præſertim piacularia ſacra diis manibus faciunt, ac pictilem chartam vel ſuper demortui cadaver cum certis carminum præfationibus cremant, vel prætentis toto conclavi funibus appenſam agitant, vociferantes, eo motu animum defuncti ocyus ad aſtra tolli. Poſt quintum decimum diem arca in campum ſepulturæ dicatum ſolemni pompa devehitur, ibi cadaver incluſum paulatim abſumit dies: interea ſeſe identidem Hoxiones ingurgitant cibo, eaque illecti ſagina locupletum præcipue funeribus inhiant. Mortuos proximi biennium vel etiam triennium lugent: quo temporis ſpatio craſſiorem tunicam apprimunt carnibus & horrida ſeſe veſte præcingunt filii: ſi perſonam gerant publicam, illico ſe abdicant magiſtratu. Hæc de ſepulchris.*

CXIII. *Ac ne maritimæ quidem res ſuis carent ſuperſtitionibus: quæ naves primum deducendæ ſunt haſce lunæ vel cuipiam fabuloſo dicatas deo variis expiamentis & ſupplicationibus luſtrare mos eſt: ac cæteris item in rebus alias alii cæremonias ac ritus obſervant. Sunt qui omnem de diis ac ſpiritibus opinionem plane & impune derideant; unum eſſe interitum hominum ac jumentorum, neque poſt mortem reſtare quidquam, omnino arbitrentur. Huic de ſuperis perſuaſioni conſentanea hominum ipſorum inter ipſos eſt fides, quam eatenus colunt, quatenus commercii neceſſitas & fructuoſa exiſtimationis ratio poſtulat.*

CXIV. Interjectis nonnullis de eorum faſtu, quo alienigenas averſantur, atque uſu & hoſpitio prohibent, tum de judicum acerbiſſima immanitate, hæc addit author de Regis Sinarum intolerabili arrogantia: *Rex barbara & ſtulta quadam arrogantia ſeſe dominum mundi, cœli filium appellat: privatorum fortunas, & partam ſudore & vigilantia rem, per publicanos & exactores duriſſimos atterit, ex ipſis etiam capturis impudicarum, quod a Caligula olim factum legimus, fœdiſſimo vectigali inſtituto.*

Sinarum Regis arrogantia & tyrannis.

Externorum Regum oratores, quos quidem jure beneficiario ſibi habet obnoxios [ſunt autem plures variis impoſiti nationibus, quarum olim imperium depoſuit Sina] per ſummum faſtum & ſuperbiam tractat: non niſi humili equo inſidentes, qui pro habenis vili regatur fune, in regiam urbem deſpicatiſſimi introeunt; dein pedites intra palatii aditum accepti ad partem eam, in qua latere audierint Regem [nam ab ipſius quidem aſpectu prorſus arcentur] cum quina ex intervallis adoratione procedunt: tum elata voce legationem nixi genibus peragunt. Adeſt regius apparitor, qui cuncta per ſcribam excipiat idemque veluti numinis, internuntius ferat ab Rege reſponſum. Eo accepto reſponſo ceſſim orator & ſubinde flectens genua plane inhonoratus abſcedit. CXV.

Inter hæc & alia longe turpiora, quorum vel mentionem bene morata horreat mens; nihilominus elato ſupercilio Sinæ reliquas omnes gentes præ ſe contemnunt, rudes, inertes, barbaras putant: de ſuis tantum ipſi rebus magnifice & glorioſe non ſentiunt modo, ſed prædicant; noſtris tamen hominibus tribuere nonnihil videntur, quippe Sinas utroque oculo præditos ajunt Europæos altero, cæteros neutro. In hoſce mores & inſtituta Chriſti diſciplinam inſerere quantæ ſit molis, quilibet non imperitus rerum exiſtimator facile judicaverit: obſtant regia edicta & difficultas introitus: obſtant conſpirationes antiſtitum, qui peregrina in eas terras inferri ſacra, & extorqueri ſibi neſarios quæſtus, & coargui mendacia minime patiuntur. Hactenus Maffejus ex eorum, qui Sinarum regna perluſtrarunt, fidiſſimis monumentis. CXVI. Reliquæ gentes temnuntur a Sinenſibus. Quam difficile ſit evangelium Sinis inferre.

In America novæ in dies patefactæ regiones Hiſpanorum ducum audacia fuerunt, atque una fides Chriſti a ſacerdotibus, qui eos comitabantur propagata; de quibus Petrus Martyr (a) ex regia Caſtellana Pontificem fecit certiorem ſcriptis, ut ſupra diximus, ad eum commentariis, ex quibus pauca hæc delibamus: *Diximus*, inquit, *Vaſcum Nunnes Balboam eorum ducem, qui montes arduos ſuperaverant, ad auſtrum fama didiciſſe jacere inſulam in proſpectu littorum margaritis grandioribus opimam, cujus regulus potens eſſet ac dives, qui bello ſæpe littorales regulos infeſtaret Chiapen & Tumaccum præſertim ſcripſimus, & relictam fuiſſe intactam ob furentes tempeſtates, quæ mare illud auſtrale rabidis tribus anni menſibus infeſtant: nunc jam tritam habemus nunc mitem ex ferociſſimo regulum ejus effecimus. Hunc cum univerſo* CXVII. In America fides Chriſti latius amplificata. (a) *Petr. Mar. dec.* 3. c. 8.

ejus

ejus dite regno tua ſanctitas amplectatur, quandoquidem ad baptiſmatis lavacrum admiſſus eſt.

CXVIII. (a) Cap. 10.

Ferrum præferunt auro barbari.

Addit author (a) Petrum Ariam præfectum Morali Ditis inſulæ ſubigendæ provinciam ſuſcepiſſe, a quo regulus quatuor præliis fractus finitimorum exemplo, quos Hiſpani in poteſtatem ſuam redegerant, vectigalem ſe profeſſus eſt, pro gemmis donatus ferrea ſecuri, munus maximi fecit; ſiquidem illi barbari hanc longe pluris ducunt, quam auri cumulos, noſtroſque derident, qui ad plura commoda utiliſſimam rem cum auro luxui tantum idoneo commutent. Aperuum ille pelagus immenſum adjacenteſque inſulas omnes ſub imperium Hiſpanum ſubjunxit: pluribus de natura unionum interjectis, addit in novo orbe reperiri populos inſtitutos legibus, qui ſeptas mœnibus colant urbes, & libris utantur, & Corralis prætoris teſtimonio confirmat.

Clau-

I. CLauſum eſt Lateranenſe concilium anno a virgineo partu decimo ſeptimo ſupra milleſimum quingenteſimum quinta indictione poſt celebratam medio martio duodecimam ſeſſionem: quatuor vero ante diebus actus eſt omnium epiſcoporum conventus ad excutiendam parandamque materiem rerum, quæ in proximo celeberrimo cœtu promulganda erant. Præfuiſſe illi ſeſſioni ſummum Pontificem, octodecim interfuiſſe Cardinales, tres Latinos patriarchas Antiochenum, Alexandrinum, & Aquilejenſem, tum octoginta ſex archiepiſcopos & epiſcopos, nonnulloſque Regum ac principum oratores referunt acta concilii (a); quibus conſentanea ſcribit Paris de Graſſis (b): *Die*, inquit, *lunæ* XVI. *martii fuit habita ſeſſio in concilio Lateranenſi præſente Papa & Cardinalibus* XVI. *ac prælatis XC. vel centum mithratis: ad quam itum eſt tardiuſcule propter conſiſtorium habitum. Miſſam cantavit Cardinalis S. Crucis epiſcopus Sabinenſis cum unica oratione, licet impoſitum ei fuerat, quod cum tribus, ut alii fecerant. Ego huic Cardinali optatus ſum, quod miſſa hæc cantanda demandaretur, quia ſicut ipſe fuerat cauſa concilii propter conciliabulum per ipſum Piſis præſumptum etiam inchoatum, ſic ipſe idem clauderet concilium Romæ per ſuam miſſam.* Tam paucos numero præſules ex tot ampliſſimis regnis, quæ tunc Romanæ eccleſiæ parebant, toties ad concilium apoſtolico imperio vocatos veniſſe indicat eorum temporum ſocordiam, quibus plures epiſcopi, abjecta eccleſiarum cura, terrenarumque rerum amore irretiti inanibus curis ſe implicabant; quamobrem nec unius pſeudomonachi impios furores coercuerunt: hujus concilii decreta optato fructu magna ex parte demum caruerunt.

Ultima ſeſſio Lateranenſis Concilii.

(a) Acta Later. Concil. ſeſſ. 12.

(b) Paris tom. 4. mſ. arch. Vat.

Inſignis præſulum non accedentium ad Concilium ignavia.

II. Pecoravit (c) in hac ultima ſeſſione Maximus Corvinus epiſcopus Iſernienſis de conciliorum dignitate authoritateque: tum de Græcia in qua olim ſanctitas & doctrina adeo efflorueraut, e Mahumetanorum ſervitute vindicanda: ac ſolitis precum divinarum formulis repetitis lectæ ſunt Maximiliani Imperatoris deſignati literæ (d) ad Leonem, quibus profitebatur ſe Pontificem & concilii patres adverſus Turcas crucis ſignum attollentas ſecuturum.

(c) Acta Conc. Later. ubi ſup. Paris e Graſſ. ubi ſup.

Cæſar ad ſacram expeditionem in Turcas ſollicitatus.

(d) Ext. in actis conc. Later. ſeſſ. 12. & apud Dolgaſt. to. 3. p. 485.

Sanctiſſimo in Chriſto patri & domino, domino Leoni X. divina providentia ſacroſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici, domino noſtro reverendiſſimo, Maximilianus divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, archidux Auſtriæ, dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. comes Palatinus, &c.

Beatiſſime pater domine reverendiſſime. Nuntius beatitudinis veſtræ apud nos reddidit nobis breve ſanctitatis veſtræ in quo nobis ſignificat illuſtrem victoriam Turcarum tyranni adverſus ſultanum Ægypti dominum, noſque toto animo hortatur, rogat, obteſtatur, ut ſanctam expeditionem adverſus tam impium Chriſtiani nominis hoſtem ſumere velimus, & una cum beatitudine veſtra illius furorem comprimere, & Chriſtianæ reipublicæ pariter conſulere; idque etiam eu relatione præfati nuntii ſui intelleximus, & quo fidei amore, qua pietate optet animam ſuam pro ovibus ſibi commiſſis ponere: quæ quidem res graviſſima nobis, ſed & moleſtiſſima fuit; quippe non potuimus non afflictim dolere Chriſtiano nomini inimiciſſimi tyranni tantam & tam nobilem victoriam, cui ubi ille, quem optat finem impoſuerit, ac ſuam ſibi potentiam firmaverit, in quos potius aut libentius debacchabitur, quam in miſeros Chriſtianos? miſeros eos appellamus qui cum opibus florentiſſimi ſint, viribus & animi magnitudine egregii, quorum virtuti non Aſia ſolum cederet, ſed & ſi alter terrarum orbis reperiretur, quaſi tamen nullibi locorum divitiæ extent, niſi inter ipſos Chriſtianos, nullibi civitates ſe invicem abſumunt; perfidos autem Chriſti hoſtes hac & illac victores impune vagari permittunt: quin &, ſi Deo placet, de ſemet triumphum referre ſinunt.

Reſponſum illius ad Leonem.

Spes ingentes de vincendo hoſte oſtentatæ.

III. *Cæterum cum animo noſtro repetimus, quod nullus Deus fortis eſt præter Deum noſtrum, nullus autem alius qui convinciat gentes in fortudine brachii ſui; in eam ſenteutiam devenimus, ut pro certo habeamus, Turcarum victoriam Chriſtianis ſalutem fore. Voluit enim divina majeſtas per hanc cæcas Chriſtianorum aliquorum mentes illuminare, & dormientes excitare, ac januam pulſare, tempus jam eſſe ex ſomno ſurgere: quæ nobis cogitantibus omnis mæror ille a nobis recedit, & in lætitiam potius vertitur; ſperamus enim jam prope futurum, cum externæ & infidæ gentes agnoſcent Chriſtum dominum Deum ſuum: neque Turcarum tanta victoria nobis formidoloſa eſſe debet; ſcimus enim quoties omnipotens Deus hoſtibus ſuis vires dederit, ut ſuorum ſcelera ac peccata ulciſceretur*

retur

tetur: novimus etiam quoties voluerit fidos nominis ſui cultores parva manu ingentes hoſtium copias fundere. Speraverunt in eo patres noſtri, ſperaverunt & liberavit eos (a). Quod ſi tam cœcæ aliquorum mentes erunt, quæ tam certis futuri exitii nuntiis nondum reſipiſcant; non tamen nobis deſperandum erit tali Pontifice, qualem multa ſæcula non tulerunt. Scimus egregias virtutes, inclytas animi dotes beatitudinis veſtræ, & nunc cernimus quo fervore, qua pietate pro commiſſo ſibi grege inſudet. Quæ quamquam gratiſſima nobis ſunt, unum tamen nobis ſummæ admirationi fuit, admirationi an potius mœrori? quod ſanctitas veſtra optat, ut Deus aures noſtras aperiat ad audiendam aliquando veritatis vocem; quaſi vero veritati aures hactenus occluſerimus: atqui ita de nobis reſpondemus, nos non tam profundo ſomno ſopitos in hanc uſque horam obdormiviſſe, ut hac demum Turcarum victoria nos excitaret; ſed diu ante prævidimus ea, quæ nunc ante oculos habemus; ſanctiſſimæque memoriæ prædeceſſores ſanctitatis veſtræ, qui ætate noſtra vixerunt, monuimus rogavimuſque & per viſcera miſericordiæ Dei obteſtati ſumus, ut Chriſtianæ reipublicæ conſulerent: quorum aliqui nobiſcum conſenſerunt; ſed tamen ſemper reperti ſunt, qui tam glorioſæ & tam Deo acceptæ expeditioni inviderent, & omni nixu nobis adverſarentur. Quod ſi illi iidem ſanctitatis veſtræ prædeceſſores viverent, qui ætate noſtra fuere, redderent veritati teſtimonium, & nobiſcum una Chriſtianæ reipublicæ tam lugubrem hoſtium victoriam ingemiſcerent, & ſponte ſua faterentur, expeditionem iſtam non hac tempeſtate magis, quam ſemper neceſſariam fuiſſe: verum Deo optimo maximo gratias agimus, quod majeſtas ſua nos potiſſimum excitare voluit, beatitudine veſtra ejus vicem gerente & gregem ovium ſuarum egregie tutante, quæ ſi cœptum iter peregit duce virtute ſua, nullum diſcrimen, nulla calamitas Chriſtianæ reipublicæ ſubeunda aut pertimeſcenda eſt; noſque, quoad vita ſupererit, nunquam deſeremus tam glorioſam provinciam, tam neceſſariam, tam ipſi Deo acceptam; ſed opes, vires, ſanguinem noſtrum etiam ad certum exitium pro Chriſti fide conferemus.

(a) Pſ. 21.

Intermiſſæ expeditionis culpa a Cæſare in alios derivata.

IV. *Non labores in nobis itaque ſanctitas veſtra, qui a teneris annis, cum adhuc quid eſſet bella gerere per ætatem neſciremus; cum tamen audiremus eſſe Turcas, qui Chriſti religionem negligerent, odiſſent, perſequerentur, eos potiſſimum cum primum licuiſſet radicitus evertere optabamus: non labores in nobis, qui ubi adolevimus & militarem artem didicimus, non eam ſcire voluimus ad Chriſtianorum civitates occupandas, ſed potius ad eas vindicandas e manibus tyrannorum, non ad fines adimendos, ſed tuendos, non ad eorum dedecus, ſed laudem, non ad perniciem denique, ſed ad cuſtodiam; hujuſque rei teſtes erunt cuncta bella quæ geſſimus, ſemper laceſſiti, ſemper coacti. Et nunc cum videremus beatitudinem veſtram tot perſuaſionibus nos ad pacem & concordiam cohortari, & ita velle pro bono Chriſtianitatis, flecti nos permiſimus & conditiones quaſcumque ſuſcepimus, ne mora ulla in nobis eſſet, ne per nos defuiſſe videretur, quin labanti fidei Chriſtianæ opitularemur, neve unquam vox juſti coram Deo ſuper nos clamaret: neque vero nos cohortetur ſanctitas veſtra, qui poſtquam imperii ſceptrum ſuſcepimus, ipſi nunquam deſtitimus cum quocumque Pontifice agere, ut ſanctam hanc expeditionem ſuſciperet: ſcimus enim eam & neceſſariam, & utilem, & glorioſam fore. Excitet modo ſe beatitudo veſtra & Chriſti vexillum erigat, & cum reverendiſſimis illis patribus iter feliciſſime adverſus hoſtes arripiat. Nos comitabimur eam, & opes ac vires noſtras omnes conferemus: neque ætas noſtra, quæ jam celeri gradu ad ſenectutem feſtinat, nos tantillum morabitur; quin ſi mors illa pro Chriſti nomine optatiſſima obtigerit, reviviſcere nos ad æternam gloriam ſperamus. Sed quid de nobis dicimus? nemo tam impudens erit, aut tam Chriſtiano nomini inimicus, qui ſi viderit Dei vicarium cum reverendiſſimis Cardinalibus bellum in Turcas moventem, ac euntem in expeditionem euntem, non omni renuntiata merce, etiam ad certam mortem convolet: imbecillis nimirum ſenus & infirma ætas beatitudinem veſtram ſequetur.*

Flecti ſe ad pacem ſiviſſe profitetur ſpe belli in Turcas avertendi.

Pontificem & Cardd. euntes in Turcam ſe ſociaturum.

V. *Quare nos itidem rogamus ſanctitatem veſtram, imploramus, obteſtamur, ut provideat, ne quid detrimenti Chriſtiana reſpublica capiat. Confirmet opinionem, quam omnes de ea conceperunt, ſuccurrat nutanti reipublicæ Chriſtianæ, liberet e faucibus ſæviſſimorum luporum oves ſibi commiſſas: neque expectet quod Chriſtiani principes congregentur, quippe longum illud eſſet, & fortaſſe periculoſum; ſed ſanctitas veſtra gladio Domini ſuper fœmur potentiſſimum cincta iter auſpicatiſſimum ingrediatur, quæ quanto magis ab aliis principibus derelicta erit, tanto erit glorioſior, tantoque magis immenſa Chriſtianorum multitudo confluet Deo victimas gratas offerri optantium. Nos vero, qui aut ubi ſanctitatem veſtram deſeremus, qui ultro cupimus hanc fragilem & corruptibilem coronam, quam gerimus, cum illa pretioſiſſima & æterna martyrii coro-*

na

Mortis pro Christo oppetendæ cupidum eſſe.

(a) Pſ.17.

na permutare? neque vero ſubvereatur beatitudo veſtra Turcarum potentiam, non tot apparatibus, non tanta bellatorum copia indigemus; ipſe namque Deus eſt, pro quo certaturi ſumus: ipſe docebit (a) *manus noſtras ad prælium, & ponet ut arcum æreum brachia noſtra: ipſe dabit nobis protectionem ſalutis ſuæ, & dextera eius ſuſcipiet nos. Quod ſi hæc tam ſancta deliberatio in auras evaneſcat, prout aliæ hactenus fecerunt, neque alia eupeditio fiat, tum ſummum illum rerum opificem obteſtamur, per nos non defuiſſe, quin vita & ſanguine noſtro Chriſtianæ reipublicæ conſuleremus; videbuntque gentes & ipſe, cui nil innotum eſt Deus, nos nulla alia pro re magis unquam elaboraſſe: per quem vero deerit, is ſciat ſe rationem ante tribunal Dei redditurum. Cætera intelliget ſanctitas veſtra ab oratore noſtro, cui latius ſcribimus. Datum in oppido noſtro Mechliniæ die ultima menſis februarii anno Domini MDXVII. regnorum noſtrorum Romani* XXXII. *Hungariæ vero* XXVII.

VI. Non Cæſaris modo, ſed aliquorum etiam principum ſe ad cruceſignatam expeditionem conficiendam paratos eſſe profitentium oſtenſas patribus literas narrat Paris de Graſſis: *Finitis*, inquit, *precibus ſecretarius concilii venit ad Papam, eu cujus manibus accepit literas Imperatoris & aliorum principum, quas legit: & erant Imperatoris literæ ſuper expeditione contra Turcos euhortatoriæ, & excluſi ſunt omnes præter mitbratos.* Porro una cum Cæſare Franciſcum Galliarum & Carolum Hiſpaniarum Reges arma ad pontificium imperium verſuros ſe adverſus Turcam ſpopondiſſe oſtendunt Leonis ad Henricum Regem Anglorum aliquot ante hanc ſeſſionem diebus datæ literæ (*b*).

Galliæ & Hiſpaniæ Reges plura in Turcas polliciti.

(b) Ext. apud Bemb. l.4. ep.21.

Regi Britanniæ.

Quam pro noſtra in rem Chriſtianam pietate gaviſi ſumus, & Maximilianum Romanorum Imperatorem deſignatum, & Franciſcum Gallorum Regem & Carolum Regem Hiſpaniæ ſuper capeſſendo in Turcas communi ſententia bello paratos ſe eſſe omnia facere nuper nobis amantiſſime ſignificaviſſe: qui quidem omnia ſua ſtudia omnes facultates, ſemetipſos denique ad id pollicendo noſtram omnem de illis ſpem eupectationemque impleverunt. Itaque ſperare jam incipimus non longe abeſſe illud tempus, quo vivere nos non pœniteat: nam ut adhuc quidem ſe res habuit, dum & noſtris inter nos odiis diſceptationibuſque conterimur, & Turca ſuis progreſſibus major in dies formidabiliorque fit, bene cum illis actum videri poterat, qui ſe ab iis, quæ impendere mala putabantur moriendo præripuerant; præſertim ſi eſſent ejuſmodi qui alios regerent, ut ſi quid mali accidiſſet, ipſis tribueretur. Nunc vero cum & illi, quos dico Reges, nihil ſe recuſaturos profiteantur, ut bellum ſuſcipiatur, & tuæ item literæ, ſuorumque legatorum ſermones in eandem nos opinionem erexerint, ut quod ad te attinet nihil ſimus deſideraturi eorum quæ per te parari conficique poterunt; cum, ut diximus, lætamur tantum eſſe conſenſum veſtrorum animorum belli gerendi, tum in eam ſpem adducimur, ut exiſtimemus, qui extrudere nos noſtris ſedibus cogitant audaciſſimi hoſtes, noſtri ſuis ipſos regnis eurturbatos, ſuis eupulſos brevi tempore domiciliis, ea nobis victoribus relicturos. Quamobrem cum venerabilibus fratribus noſtris eccleſiæ Romanæ Cardinalibus re mature conſiderata, adhibitis ad id tuis cæterarumque Regum legatis primum quidem quinquennales inducias inter Chriſtianos omnes indiximus, eaſque ſumus his diebus inter ſacra, Deo immortali teſte edicto noſtro publice ſancituri.

Angliæ Rex ſocialia arma ſpondet.

Indictæ inter principes quinquennales induciæ.

Deinde quoniam nummi quaſi nervi bellorum ſunt; ad eos cogendos eam propè rationem inire nobis placuit, de qua nos Mauimilianus admonuit ſcripto ſuo, cuiuſ exemplum ad te mittimus, additis, quæ nobis addenda eſſe & ad celeritatem & ad facilitatem ſunt viſa; ut vel id tu quoque ſi tibi videbitur, probes, vel ſcribas ad nos cur non probes, afferaſque ipſe meliora. Sed te putamus facile probaturum; novimus enim ingenium & liberalitatem tuam: atque ut hæc & reliqua, quæ agenda ſunt, majori cum dignitate tranſigantur, ad te Regeſque reliquos mittere legatos decernimus eu iis, qui Cardinales ſunt magnos & claros viros, quibus ea ſola cura ſit, quæ ad bellum pertinent apud vos procurandi, ut celerius omnia confici atque teſtatius poſſint: quæ cum ita informata ſint, ut res jam caput habere videatur, quod eſt omnium difficillimum atque mauimum, te non hortamur modo, ſed plane etiam atque etiam petimus, quæſumuſque ut quod nobis ſignificaſti velle facere te, id ita jam re curas, agas, efficias, ut ſi quis erit Regum noſtrorum ad fidem ſuam præſtandam lentior, is tuo euemplo commoveri poſſit; ut cum tu, a quo propter longinquitatem minus celeriter curari poteſt, tuas jam partes impleveris, ſeſe pudeat tardiorem te fuiſſe, negligentiamque ſuam, plura etiam quam pollicitus fuerit in commune conferens, reponat: id quantæ tibi gloriæ futurum ſit, nemo te melius intelligit. VII.

Rogatus Anglus ut verba exornet operibus.

Plura non dicemus, res enim per ſe ipſa loquitur, vel Deus dominuſque noſter VIII.

potius te pro ſe alloquitur, cum te par eſt audire, cui tantum ipſe rerum optimarum maximeque expetendarum dedit, ut niſi earum multo maximam ſi ſit opus partem ipſi te hoc tempore poſcenti profuderis, non ſatis dignus eo munere fuiſſe videare. Hæc dies atque noctes cogitare te oportet, & ut videmus cogitas, ſed non tam pulchrum eſt profiteri atque recipere te facturum recte aliquid, quam perficere quod pollicitus es etiam neceſſarium, ut boni Regis nomen adipiſcare: in altero nutus animi voluntaſque tantum oſtenditur, quæ flecti & commutari facile poteſt: in altero ineſt conſtantia perpetuitaſque voluntatis, quæ quidem multum roboris multumque virtutis requirit, ſed hæc tu fortaſſe melius reliqua, quæ ſunt ea de tuis legatis intelliges, quibuſcum & multa & ſæpe ſumus locuti. Tu velimus ad nos literas omnibus de rebus des quam creberrimas, ut quod locorum longinquitas intercipit, ſedulitate nobis diligentiaque tua reſtituatur. Dat. III. non. martii MDXVII. anno IV. Romæ.

IX. Electi Pontificis ædes diripi vetitæ.

Lectis Maximiliani Cæſaris, & aliorum principum de Turcico bello ſuſcipiendo in concilio literis: *Epiſcopus Melitenſis*, inquit Paris, *venit ad Papam, & accepiam de manibus ſuis cedulam legit in ambone: cedula autem de non invadendis ædibus Cardinalis illius, qui eſt electus in Papam, ſicut eſt mos Romanorum facere, ac ſæpe fingere hunc & illum eſſe electum Papam, ut hac occaſione diripiant domum & ſuppellectilem ejus: & placuit omnibus indifferenter.* Inſtauratæ ſunt ea ſanctione (a) Honorii III. & Bonifacii VIII. leges adverſus illos, qui Cardinalibus hoſtilem vim inferrent latæ; earundemque acerbitas Cardinalium in conclavi agentium, renuntiative pontificis ædes direpturis propoſita. Pergit Paris: *Demum patriarcha Aquilejenſis ſimiliter acceptam*, nimirum ſchedulam, *legit, quæ multa continebat, præſertim clauſuram concilii & cauſas clauſuræ, ac etiam tres decimas in univerſo orbe pro expeditione contra Turcas.* Concepta erat ea ſanctio hiſce verbis (b).

Inſtauratæ pro Cardd. dignitate leges. Decretum pro tuenda contra Turcas Chriſtiana re.

Leo epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam ſacro approbante concilio.

Conſtituti juxta verbum prophetæ (c), meritis licet imparibus, ſuper gentes & regna officii noſtri debitum decenter exequimur, cum univerſi ſtatus eccleſiaſtici ac univerſalis eccleſiæ eorumque negotiorum reformationem per nos utiliter factam innovamus, & pro illius inviolabili obſervatione opportuna remedia adhibere, & eccleſiis cathedralibus ac etiam metropolitanis, ne diutius ſuis paſtoribus careant, providere cogitavimus, ac ad illa curis aſſiduis vigilamus & operibus intendimus indefeſſis, per quæ dominicum gregem curæ noſtræ commiſſum in conſpectu divinæ majeſtatis acceptum & obſequentem reddere valeamus. Turcas vero & infideles alios tam in orientalibus, quam in meridionalibus partibus conſiſtentes, qui veri luminis veræque ſalutis iter pertinaciſſima mentium caligine contemnentes, vivificæ cruci, in qua Salvator noſter mortem ultro ſuſcipere voluit, ut mortem noſtram moriendo deſtrueret, ac vitam ſacratiſſimæ vitæ ſuæ ineffabili myſterio repararet inſidiantes, & hoſtes Deo odibiles ac Chriſtianæ religionis perſequutores acerrimos ſeſe reddunt, reprimere ac infeſtiſſimis crebriſque eorum inſultibus, quibus in Chriſtianum ſanguinem crudeliter debacchantur non ſolum ſpiritualibus, verum etiam temporalibus muniti præſidiis poſſimus authore & fautore Domino contraire.

Decretum pro tuendo imperio Chriſtiano.

X.

Cum felicis recordationis Julius Papa II. prædeceſſor noſter ſacrum generale Lateranenſe concilium de venerabilium fratrum ſuorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium, de quorum numero tunc eramus, conſilio & aſſenſu laudabiliter, legitime, & ex rationabilibus cauſis Spiritu Sancto cooperante convocaſſet, & in eo quinque ſeſſiones tenuiſſet, ac ſextam ſeſſionem indixiſſet; nos quibus etiam in minoribus conſtitutis juſtum cordi deſiderium ſemper fuerat generale concilium, ut pote agri dominici culturam præcipuam celebrari videndi, dicto Julio prædeceſſore humanis rebus exempto, divina favente clementia ad ſummi apoſtolatus apicem aſſumpti, honeſto utilique deſiderio noſtro debitum ex injuncto nobis curæ paſtoralis officio acceſſiſſe conſpicientes, rem hanc ardentiori voto & tota animi alacritate ſuſcepimus, ac in dicta ſeſſione illius prorogationem ex tunc expreſſis & aliis cauſis noſtrum & dictorum fratrum animum moventibus, de eorundem fratrum conſilio & aſſenſu ad certum tunc expreſſum tempus per nos factæ, approbante eodem ſacro Lateranenſi concilio approbavimus & concilium ipſum uſque ad perfectionem cauſarum, propter quas indictum extiterat, & præſertim inter principes & potentatus Chriſtianos bellis atrocibus pacatis, hoſtilibuſque armis depoſitis, univerſalis & firma pax componi valeret: pro qua tanquam pro ſaluberrimo bono inexactum nihil relinquendo, conatus omnes noſtros adhibere intendebamus proſequi, & fine debito terminare velle; noſtrique incommutabilis animi & intentionis fore & eſſe declaravimus, ut his, quæ ad Dei laudem Eccle-

Ut Reges ad mutuam pacem ſollicitati ſint.

ſiæque

(a) Ext. in actis conc. & in Bullar. in Leon. X conſt. 16

(b) Ext. in actis Lat. conc. ſeſſ. 12. & in Bul. in Leon. X. conſt. 17.

(c) Jerem. 5.

ſtæque præfatæ exaltationem & Chriſti fidelium concordiam pertinent abſolutis, ſancta & pernecceſſaria expeditio contra catholicæ fidei hoſtes fieri, feliciterque de illis Altiſſimo favente triumphari poſſet.

XI. Et ut ad tam perutile concilium accedere debentes, ab acceſſu hujuſmodi nullatenus retrahantur, nullamque omnino cauſam prætendere poſſent, omnibus & ſingulis ad celebrationem concilii per Julium prædeceſſorem convocatis, & ad dictum concilium Lateranenſe venientibus, ipſorumque venientium ſervitoribus ad concilium Lateranenſe, ad urbem hujuſmodi veniendi, & in ea libere commorandi ſalvum conductum, dicto ſacro Lateranenſi approbante concilio, dedimus & conceſſimus: ac Reges & principes hortati ſumus, ut pro ſedis Apoſtolicæ reverentia venientes hujuſmodi non moleſtarent; ſed eos libere venire permitterent: ac ſeptimam ſeſſionem indiximus; in qua cum nihil magis affectaremus, quam ut cauſæ utiles & neceſſariæ, propter quas dictum concilium Lateranenſe indictum fuerat, ut deſiderii noſtri erat, ad finem debitum perducerentur, tres Cardinalium aliorumque prælatorum, qui cauſas hujuſmodi & alias conciliares materias audirent & diſcuterent, auditaque & diſcuſſa in eodem concilio referrent, particulares deputationes fecimus, atque mandavimus: quarum quidem deputationum una pacis univerſalis componendæ inter Reges ac principes Chriſtianos, quæ una ex principalioribus congregationis concilii præfati cauſa fuerat, & ſchiſmatis extirpationis: altera generalis reformationis etiam curiæ; reliqua vero diſcuſſionis & abrogationis pragmaticæ ſanctionis & rerum orthodoxam fidem concernentium peculiarem curam haberent.

Quæ cauſæ in concilio agitatæ.

XII. Et cum unaquæque deputatio quamplura utilia & neceſſaria diligenter examinaverint, & accurate nobis retulerint, ac per eos diſcuſſa & examinata in aliis quinque ſeſſionibus ſucceſſive per nos tentis ſacro approbante concilio per nos, favente Domino, abſoluta fuerint; proculdubio cognoſcimus, Deum ipſum bonorum datorem piis noſtris & non niſi ad communem bonum tendentibus deſideriis pro ſua immenſa pietate & miſericordia plurimum faviſſe, ac nobis, ut quæ mente noſtra geſſimus, & circa quæ plurimum laboravimus, videlicet, ut concilium ipſum, cauſis, propter quas indictum fuerat, juxta votum terminatis, feliciter claudi & abſolvi poſſet, conceſſiſſe. Chariſſimus namque in Chriſto filius noſter Maximilianus in Imperatorem electus Julii prædeceſſoris præfati, noſtro vero tempore claræ memoriæ Ludovicus Francorum Rex, & cæteri Reges & principes Chriſtiani ſummo cum omnium gaudio Lateranenſi concilio in Spiritu Sancto legitime congregato adhæſerunt, ac Piſanum conciliabulum per quoſdam nullam poteſtatem habentes indictum, & per eundem Julium prædeceſſorem damnatum juxta ipſius Julii prædeceſſoris ſententiam pro damnato habuerunt, & ſchiſma ex his pullulare cœptum, quod ſemper, dum viguis, quamplurimas calamitates prælatis & aliis Chriſti fidelibus ex diverſis ſchiſmatum temporibus & aliis generalibus conciliis hactenus celebratis attuliſſe conſtat, extinctum, ac univerſalis Eccleſiæ pax & unio ſequuta extitit; necnon tam eccleſiaſticarum, quam ſæcularium & aliarum perſonarum mores: quantum expedire viſum fuit, reformati, & nonnullæ cauſæ orthodoxam fidem concernentes terminatæ, at nonnullæ aliæ materiæ in dictis tribus deputationibus Cardinalium & prælatorum diligenter examinatæ & diſcuſſæ, in dicto concilio ſolerti cura expeditæ & terminatæ fuerunt: nobiſque per Cardinales & prælatos & deputationum hujuſmodi pluries relatum fuit, nulla negotia eis diſcutienda examinandaque remanſiſſe, & a pluribus menſibus citra nulla prorſus de novo a quoquam ad eos perlata fuiſſe; epiſcopoſque in partem ſolicitudinis ad curam gregis dominici nobiſcum perferendam vocatos, ac alios prælatos in dicta urbe præter ſacrorum conciliorum conſuetudinem cum eorum & eccleſiarum ſuarum incommodo ac damno diutius permanſiſſe.

Schiſma Piſanum a Concil. Later. fœliciter extinctum.

Controverſiæ ad fidem ſpectantes diremptæ.

Itaque ex præmiſſis omnibus, quæ per nos & dictas deputationes in ipſo concilio expediri deſiderabantur, ſola Regum & principum pax & animorum concordia reſtare videbatur: pro qua qualis mens noſtra ſemper fuerit, quantumve omni ſtudio noſtro circa illam componendam laboraverimus, cunctis literas a nobis emanatas legentibus apertiſſime conſtare poteſt, novitque Deus ipſe, qui ſumma eſt omnium rerum lux & veritas, quos precibus, quamve aſſiduis orationibus ab eo petere & implorare nunquam deſtiterimus, ut Chriſtianum gregem, cujus cuſtodiam nobis licet immeritis, commiſit inſuo charitatis fervore accenſum ad firmam ac perpetuam pacem ineundam pro ſua clementia inducere dignaretur. Et nihilominus tam nuntiis noſtris, quos apud Maximilianum Imperatorem electum, ac eoſdem Reges & principes habemus, quam literis eos multis & efficaciſſimis rationibus, præſertim ſi religionis Chriſtianæ & catholicæ fidei in grave periculum ac diſcrimen propter tyranni Turcarum potentiam nuper dilatatam & auctam deductæ, ut par eſt, conſulere & providere vellent in Domino, cujus cauſa XIII.

Ut moniti ſint de armis adverſus vim Turcicam comparandis.

præcipue agitur hortati fuimus : ac ex eorum nuntiorum Regumque & principum ipſorum literis percepimus, exhortationes noſtras tantæ apud eoſdem Reges & principes authoritatis & efficaciæ fuiſſe, illorumque corda & animos adeo flexiſſe & commoviſſe, ut fere inter omnes pax, tam diu a nobis pro reipublicæ Chriſtianæ univerſali bono deſiderata animo, concluſa fuerit, & ſi quid ſupereſt propediem componendum (ipſo Deo favente) ſperetur ; quod mente animoque noſtro ſubinde nobis revolventibus exultat cor noſtrum in domino noſtro Jeſu Chriſto, ipſique ſuper hoc gratias agimus omnium gratiarum largitori, quod ipſos ad optatam nobis concordiam induxerit ; ac per omnes Chriſtifideles ea ſigna lætitiæ, quæ in ſimilibus fieri conſueverunt, & gratias Deo agendas, ipſumque Deum, ut pax concluſa perduret rogandum eſſe cenſemus.

XIV. *Solum itaque ſupereſt, ut ſancta ac pernecesſaria contra infidelium rabiem Chriſtianum ſanguinem ſitientium expeditio capiatur, nec non omnia & ſingula, quæ in undecim ſeſſionibus partim per nos, partim per Julium prædeceſſorem hujuſmodi hactenus tentis geſta & facta potiori pro cautela approbentur, ac innoventur, ac inviolabiliter obſervari mandentur. Habita igitur ſuper his cum fratribus noſtris & aliis prælatis matura deliberatione, ſacro approbante concilio, omnia & ſingula in dictis undecim ſeſſionibus geſta & facta,* (Concilii geſta confirmata a Pont.) *ac literas deſuper editas cum omnibus in eis contentis clauſulis, exceptis quibuſdam, quæ certis perſonis pro univerſalis Eccleſiæ pace & unione duximus concedenda, nec non executorum in illis deputatione, apoſtolica authoritate approbamus & innovamus, illaque perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obſervari debere decernimus atque mandamus :* Et infra. *Et illorum executores ad illa & in eis contenta obſervari faciendum, in Romana curia gubernatorem almæ urbis noſtræ & vicarium noſtrum pro tempore exiſtentes, ac cameræ Apoſtolicæ generalem auditorem, qui perſonas ſibi reſpective ſubjectas ad id cogere & compellere valeant ; extra vero eam omnes & ſingulos locorum ordinarios deputamus, inhibentes ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus, ne in præſenti concilio geſta & facta ſine noſtra & dictæ ſedis licentia ſpeciali gloſſare aut interpretari præſumant.*

XV. *Ac fidei urgente nos zelo, dictam contra infideles expeditionem per nos & dictum Julium prædeceſſorem, dictis cauſis conciliaribus expeditis, toties in dictis ſeſſionibus propoſitam, & præmiſſam, & cum oratoribus Regum & principum, apud nos exiſtentibus pluries communicatam & diſcuſſam, piæ memoriæ Nicolaum Papam V. etiam prædeceſſorem noſtrum, qui poſt Conſtantinopolitanæ urbis calamitoſum excidium, ad vindicandas Chriſti injurias & infidelium furorem reprimendum, generalem contra eos expeditionem indixit & quam ſolerti ſtudio felicis memoriæ Calixtus III. ac Pius II. Romani Pontifices etiam prædeceſſores noſtri imitati fuerunt,* (Indicta triennalis decuma pro expeditione inſtruenda.) *imitantes, ad triennium proxime futurum cum facultate per nos una cum eiſdem fratribus noſtris decimas fructuum ex eccleſiis & monaſteriis, ac aliis beneficiis in univerſo orbe conſiſtentibus imponendi & exigendi, ac omnia & ſingula alia, quæ ad hujuſmodi expeditionem neceſſaria ſunt, & quæ in ſimilibus expeditionibus fieri conſueverunt faciendi, ſacro approbante concilio, ſumendam, faciendam & proſequendam decernimus, &c.* Moniti ſunt Reges ac principes, ut ſopitis ſimultatibus pacem mutuam colant : dimiſſique præſules ad ſuas eccleſias, atque ſacris indulgentiis donati. *Datum Romæ in publica ſeſſione in Lateranenſi ſacroſancta baſilica ſolemniter celebrata anno incarnationis dominicæ MDXVII. kal. aprilis pontificatus noſtri anno V.*

Rogatis patrum ſententiis nonnullos XVI. (Expeditionis turcicæ conficiendæ ſpes admodum fracta.)
diſcrepaſſe, extrahendumque concilium, ut meditata expeditio Turcica conficeretur cenſuiſſe, alios non cogendas decimas donec Reges accincti ad iter forent, contendiſſe refert Paris de Graſſis : *Multi,* inquit, *& fere major pars dixerunt non eſſe tempus claudendi immo aperiendi potius concilium, ac etiam non ponendi aliquas decimas, præſertim quia non eſt ſpes de expeditione ulla contra Turcos ; ſed ſi actualiter & in veritate fiat expeditio, tunc fiat etiam exactio decimarum : quæ vota fuerunt in multa forma, quia vix evicta ſit propoſitio ; tamen in duobus aut tribus plura fuerunt pro Papa, quam contra eum.* Revocabant nimirum ii præſules in memoriam veteres nonnullorum Regum impoſturas, qui toties ſacri belli faciendi ſplendida ſpecie decumanum aurum a ſacerdotibus abraſiſſent, illudque in civilibus bellis ad edendas fidelium ſtrages convertiſſent : nec eos (ut ferme quiſque fit vates, dum mala prædicit) fefellit ſuſpicio, quantumvis pontificiæ menti inſideret, illud bellum conflare, ac Reges literis ſuis plurimum pietatis & bellici ardoris ſpecimen præbuiſſent. Cæterum acta concilii magis diſerte explicant (a), quinam antiſtites contrariam ſententiam tenere viſi ſint, nimirum Dyrachienſem, Salamantinum, Tarviſinum, Graſſenſem, Chienſem, Mon-

(a) *Acta conc. Lat. ſeſſ. 12.*

Montis viridis, montis Marani, Cervienſem, Licienſem, Ferentinum, Peruſinum, Soranum, Maceratenſem, Nebienſem, & Algarenſem, opinatos colligendas tum decimas, cum jam ſacra expeditio confici cœpta eſſet: Hadrienſem vero epiſcopum, necnon Prædicatorii ordinis ſupremum magiſtrum non imponendum finem concilio exiſtimaſſe: quod ſane vel ad provehendum bellum ſacrum, vel oborientem præter omnium expectationem Lutheranam hæreſim in ipſo ortu præfocandam plurimum præſidio & adjumento eſſe potuiſſet.

Summus Prædicatorum magiſter conſulit non diſſolvendam Synodum.

XVII. Corroborato demum ſuperiori decreto dimiſſam eſſe ſynodum ita narrat Paris (a): *Hoc facto aperta eſt janua ſeſſionis, & omnes ingreſſi ſunt, qui fuerant excluſi. Demum Papa ſurrexit & inchoavit cantando: Te Deum laudamus; & hymno finito verſiculis cantatis, Papa cantavit orationem: Adſit quæſumus Domine virtus Spiritus Sancti; & in fine dedit benedictionem ſolemnem videlicet: Sit nomen Domini; & mandavit diacono Cardinali.* Is erat Alexander Farneſius, quem parto pontificatu concilium Tridentinum coegiſſe, viſuri ſumus, *aſſiſtenti a dextris publicari indulgentiam plenariam; qua publicata, idem Cardinalis cantavit: Domini, Ite in pace; & reſponſum eſt: Deo gratias. Et ſic cum Dei benedictione finitum eſt Lateranenſe concilium, quod duravit a die ſecunda maii MDXII. uſque ad hanc diem* XVI. *martii MDXVII. tandem finitum eſt & penitus diſſolutum cum gratiarum actione apud Deum & Pontificem maximum.*

(a) Paris to. 4. p. 187.

XVIII. Quamvis diſſolutum fuerit concilium, inſtituta tamen eſt a Pontifice inſignium virorum congregatio, in qua ea, quæ ad ſacrum bellum pro religione gerendum pertinerent, agitarentur; in qua quidnam conſultum decretumque fuerit, dicetur inferius; nec Leo totius anni flexu apoſtolico muneri defuit in impellendis incendendiſque ad ſacrum bellum Regibus, vigiliiſque aſſiduis intendendis, ne quid detrimenti Chriſtiana reſpublica pateretur: nam in primis exeunte januario Rhodiorum equitum principem, qui Selimi Turcarum Imperatoris in Syria progreſſus ac maximos bellicos apparatus ipſi ſignificarat, præmonuit (b), ut Rhodum firmiſſimis præſidiis communiret, quantumvis exiſtimaret, nondum in eam verſurum illum impetus: eique præcepit, ut de omnibus barbarorum molitionibus ſedem Apoſtolicam faceret certiorem: interea incitandis Regibus Chriſtianis parandiſque neceſſariis ad retundendos fidei hoſtium conatus operam a ſe navatum iri.

Leonis ingens ardor pro bello in Turcas decernendo.

(b) Apud Bemb. l. 14. ep. 9.

Fabricio magno Rhodi magiſtro.

XIX. *Et gratum nobis tuum ſtudium fuit, quod, ut nobis notos faceres Turcarum Regis inopinatos progreſſus ſcribendis ad nos literis, adhibuiſti iis, quas ad diem* XV. *kal. novembris dederas; & cura vigilantiaque tua in munienda iſta inſula, de qua nos certiores facis, vehementer nobis probatur: eninvero nec abs te quidquam optatius contingere nobis poteſt, quam ita te animatum eſſe ad ſocietatem iſtam atque ordinem una cum Rhodo ipſa contra illorum conatus, ſi acciderit, fortiter atque viriliter defendendum; nec minora de te quidem nobis ipſi pollicebamur, cum ad eu mentem & cogitationem noſtram convertebamus. Perge igitur magno erectoque animo, ut facis, de univerſo Chriſtiano nomine bene mereri; nam etſi exiſtimemus hoc ſane tempore Turcarum Regem alio vires ſuas converſurum, eſt tamen tuæ prudentiæ ea comparare, ita te inſtruere, quaſi ille ad te opprimendum nervos omnes intendat ſuos, omnes cogitationes iſto conferas, omnem conatum; ut ſi quis caſus in tua damna Turcas armaverit, ii te imparatum non offendant: teque dominus tanquam vigilantem agricolam ſuæ iſti colendæ vineæ arcendiſque ab ea furibus eum cognoverit, meritos tibi laborum tuorum fructus vindemiamque affluentem paret. Quod ad nos attinet; omnibus iis in rebus, quas ad res opem auxiliumque noſtrum expetis, quoad fieri recte poterit, libentiſſime ſatisfaciemus, quemadmodum ab iis, qui apud nos ſunt procuratoribus tuis latius intelliges: tuam enim ſocietatiſque tuæ ſalutem, incolumitatem, dignitatem proxime facimus, facturique ſemper ſumus, ac hujus ipſius reipublicæ atque noſtram, idque & ſcire te & collegio iſti tuo noſtris verbis polliceri ſane volumus.*

Monitus Rhodius ut ſe adverſus Turcas communiat.

XX. *Quod autem nos hortaris, ut ad omnium Chriſtianorum Regum pacem conciliandam animum adhibeamus, ut poſſimus in communes noſtros hoſtes, nobis acriter imminentes aliquando tandem arma noſtra convertere; ſcire te plane volumus, nihil nos aliud dies atque noctes cogitare, nihil omni noſtra cura, diligentia, contentione, precibus denique omnibus moliri, ac niti, quam ut hoc ab illis conſequamur: ſperare etiam, moderatore & adiutore Deo, cogitationes ejuſmodi & contentiones noſtras in tempore profuturas. Tu velimus nos, cum de Turcarum molitionibus, tum de tuis rebus, quantum quidem locorum longinquitas & traiiciendi tempeſtates patientur, quam creberrime certiores facias. Dat. pridie kal. februarii MDXVII. pontificatus noſtri anno* IV. *Romæ.*

Additi a Rhodio ſtimuli Pontifici ut ſacrum bellum urgeat.

Ut

XXI. Cardinales legati ad Reges decreti.

Ut civilium metu ſoluti principes in Turcam expedirent arma, vireſque conjungerent, quinquennales inducias inter principes ipſos Chriſtianos jam ante, ut in literis ad Angliæ Regem datis vidimus, decretas ſolemni ritu inter divina myſteria Leo imperavit: tum Cardinales aliquos rerum gerendarum peritia claros in plura regna legandos conſtituit; de quibus ſcripſit (a) ad Ludovicum Pannoniæ ac Bohemiæ Regem, ut forti animo arma in Turcas acciperet, majorumque ſuorum gloriam fortibus facinoribus cumularet.

(a) *Apud eund. l. 15. ep. 1.*

Ludovico Regi Pannoniæ

Indictis per nos his diebus inter Chriſtianos omnes quinquennalibus induciis, ob ſuſcipiendum in Turcas communi conſenſu bellum ſtatueramus ad te mittere certum hominem, qui te multis de rebus doceret, quas te ſcire oportere majorem in modum exiſtimabamus. Itaque nunc ad te mittimus Nicolaum Scombergium Germanum, qui eſt ex ſocietate Auguſtinianorum, eum qui tibi has literas reddidit, & prudentem ſane hominem, maximiſque tractandis rebus exercitatum & nobis ſummopere probatum & gratum; ut & illa, quæ dicimus tibi ſignificet, & curam gerat, ea, quæ ad bellum pertinent, tecum & cum tuis procurandi, quoad Cardinalis aliquis ei ſuccedat; qui tibi noſtro nomine præſto ſit, quemadmodum tibi reliquiſque Regibus ſcripſeramus velle facere nos. Reliquum eſt, ut te hortemur, ut prætermiſſis omnibus aliis occupationibus tuis, huic curæ totum te plane des, hoc cogites, in hoc nervos omnes intendas tuos, ut Chriſtianæ reipublicæ plurimum opis atque præſidii compares, &c. Dat. XVI. kal. aprilis MDXVII. pontificatus noſtri anno V. Romæ [1].

Scombergius Auguſtinianus ad Ungarum miſſus.

XXII. Dum ita Hungaros ad tuendum ea parte Chriſtianum imperium adhortabatur Pontifex, in ea etiam cogitatione curaque verſatus eſt, ne Mediterraneo mari hoſtiles excurſiones a barbaris, ut ſuperiori anno fierent: acceperat enim florentiſſimam a Selimo claſſem comparatam; ac licet eam integram nondum immiſſurum ſentiret, plures tamen piraticas naves Chriſtianas provincias inſulaſque populaturas pertimuit. Ad quæ propulſanda pericula validam claſſem inſtruere, ac pontificiæ Hiſpanam Gallicamque conjungere decrevit, qua de re ad Franciſcum Regem Gallorum hæ datæ literæ (b).

De maritimis Turcarum graſſationibus comprimendis actum.

(b) *Ext. apud eund. l. 13. ep. 16.*

Franciſco Gallorum Regi.

De iis, quæ quidem ad commune noſtrum in Turcas bellum parandum pertinerent, aliis ad te literis ſcripſimus: his vero literis te hortari voluimus, ut quando eſſe nobis exploratum poteſt, etiam ſi Turcarum Rex juſtam illam, quam quidem magna diligentia comparavit, claſſem hac æſtate non ſit deducturus; partem tamen aliquam ejus claſſis privatorumque hominum noſtrorum hoſtium longas naves ad piraticam exercendam non defuturas, quibus mare noſtrum infra ſupraque navigantes, noſtraque littora infeſtentur, dares operam ut tuis in locis idonea quam celerrime claſſis conficeretur, qua cum noſtra, & cum Hiſpaniæ Regis, a quo idem petimus, claſſe conjuncta & conſociata & hoſtibus iri obviam poſſit, & noſtra in communem utilitatem littora præmunita ſint; præſertim cum ad nos perferatur, & paratas eſſe jam nunc in Græciæ littoribus biremes aliquot, & triremes naves, quibus damna & cædes noſtris hominibus inferantur, & parari alias ad id ipſum pluribus in portubus & locis, &c. D. II. kal. martii MDXVII. pontificatus noſtri anno IV. Romæ.

Monitus Gallus ut claſſem in eos comparet.

XXIII. Auctus eſt paulo poſt Turcicus terror, cum recentium de Mamaluchis Ægyptiiſque partarum a Selimo victoriarum fama occidentem pervaſiſſet: Selimus enim poſt cæſum ſuperiori anno Campſonem Guarium, adverſus novum ſultanum Tomumbejum Circaſſum genere, fidei Chriſtianæ deſertorem, qui Alcairi ad Ægyptium imperium elatus fuerat, bellum inſtruxit, illumque una cum omni Mamaluchorum genere impio male perdidit.

Qua

NOTÆ [1] EX epiſtola Leonis ad regem Pannoniæ ab Annaliſta hic recitata peculiarem hujus Pontificis morem in ſupputandis pontificatus ſui annis intelligimus. Cum enim data ſit die XVI. Kal. aprilis anni MDXVII. pontificatus ſui anno V. inde plane deducimus annos ſuos non a coronatione, ut deceſſores pontifices, ſed a conſecratione cœpiſſe; alioqui enim, ſi in coronatione habita anno 1513. die XIV. Kal. aprilis epocha illa figenda eſſet, annus pontificatus quartus, non vero quintus ſignaretur. Id tamen non uſque adeo adſeverantes dicimus, cum fieri potuerit ut annus quintus pontificatus in iis literis ideo ſignatus ſit, quod Leo veterem anni a die XXV. martii ſupputandi rationem tenuerit: ex quo illud conſequeretur, ut annus ille 1517. reipſa annum juxta novum ſtylum 1518. referat. Quod ſi admiſerimus, literæ hoc anno ab Annaliſta relatæ, ad ſequentem pertinent. Porro Leonem veterem anni ſupputandi ſtylum interdum ſequutum, demonſtrant literæ ab Annaliſta ſequenti anno 1518. num. 39. recitatæ, quæ cum ſignent annum 1517. V. non. martii, pontificatus annum V. ad annum 1518. referendæ ſunt. Illud etiam animadvertiſſe juvat aliam pariter anni rationem ex veteri ductam more Leonem interdum non reſpuiſſe, quæ novum annum, non quidem a Kalendis januarii, ſed a die natali D. N. J. C. exorditur. Vide literas Leonis ad Maximilianum apud Annaliſtam ad A. 1513. 102. MANSI

Selimi cum Tomumbeio & Mamaluchis bellum.

(a) Append. ad Naucl. poſt Baſel. Continuator Sabell. Paul. Jov. 17. 18. Surius in comment. hoc ann. Bzovi. ver Perſic. l.10. Boſius p.2. l. 81. (b) Petr. Martyr. de ſua legat.

(a). Qua in re divina etiam providentia perpendi poteſt, quæ Selimi impii opera ad delendum maximum illud Chriſtiani nominis opprobrium uſa ſit: ſiquidem Mamaluchi, quæ vox lingua Syriaca administros aut ſtipendiarios ſignificat, equeſtris erant ordinis apud Ægyptios: qui vero in eum ordinem, quem ſacrum volebant eſſe adeo, ut religioſorum inſtar in veſtimento amictorium ex lino candido atque pellucido geſtarent allegendi erant, prius Chriſti fidem debebant ſuſcepiſſe, eamque poſtea damnaſſe (b).

XXIV. Mamaluchorum horrida impietas.

(c) Sur. ubi ſup.

Qualis diſciplina.

Mamaluchi, inquit Surius (c), *Chriſtianæ religionis deſertores ſunt omnes a captivitate Mahometana ſuperſtitione eiurato Chriſti cultu & religione imbuti. Sunt etiam qui pueros ab uberibus matris raptos vel alio caſu exceptos vendant mercatoribus*. Edita in hos proditores graviſſima a Romanis Pontificibus decreta vidimus, *iique rurſus corporis & virium indole vel animi vigore præſtantes Alexandriam atque inde ad Sultanum Ægyptium perducuntur. Is emptos curat mox accurate a Laniſtis & præceptoribus inſtitui: ubi jam per ætatem norunt egregie tractare arma & militiam exercere, tunc ſtipendia facere incipiunt & in prætorianos equites alleguntur; indociles vero & ignavi fortibus perpetuo ſerviunt: atque ii omnes Chriſtiana ſunt religione initiati, quam abjurare coguntur; nemo enim Mahometano vel Judæo patre genitus poteſt in equitum numerum adſcribi, idque adeo, ut nec ad Mamaluchorum filios dignitatis equeſtris jura tranſeant, immo nec ſultanus ipſe ad filios imperium tranſmittat: multi perditæ vitæ & judiciis damnati e Chriſtianorum provinciis eo confugiunt, qui mox deciſis præputiis & Chriſto abjurato ſi bello idonei ſunt, ad ampliſſimos honores provehuntur*. Hæc Surius.

Ægyptiorum miſera ſors.

Hi perditiſſimi homines, cum Ægyptiis exoſi eſſent, quos intolerabili atterebant ſervitute, ſuam tamen retinebant dignitatem authoritatemque, cum nobilitatem virtute tantum bellica metirentur, nec quiſquam plus honoris vel commodi referret, quam ipſe meruiſſet, principumque & Regum filii non aliter, quam ſervi emptitii armorum tractatione & communi diſciplina militari inſtruerentur: in creandis vero Regibus præſtantiſſimi ex ſuo ordine deligendi morem tenerent. Cæterum inſenſiſſimi Chriſtianis, a quibus vel genus traxerant, vel ſacra olim hauſerant.

XXV. Mamaluchorum inſtituta a Saladino edita.

(d) Sabellic. continuat. Bzovi. l. 10. Sur. in comm. hoc ann. Boſius p.2. l.18.

Ut vero hæc impia peſtis, quam a Saladino hoſte religionis noſtræ immaniſſimo etiam conflatam ajunt, exciſa ſit, deſcribunt authores (d); nimirum Selimum compoſitis Syriæ rebus in Ægyptum expeditionem decreviſſe, ac Sinamum præfectum cum viginti equitum millibus & ſclopetariorum ingenti multitudine adverſus Gazellem Tomumbeii novi Ægyptiorum Regis, qui Gazam Judeæ urbem magnis ſuccinctus copiis ad iter abrumpendum inſederat, præmiſiſſe, partaque de Mamaluchis cruenta victoria Damaſco contendiſſe Jeroſolymam, luſtraſſe templum, in eoque plura ſacrificia peragi juſſiſſe; nec non eleemoſynas monachis ejus loci incolis elargitum: indeque inſpectis in via Mamaluchorum capitibus, quæ palmarum truncis affixa pendebant, penetraſſe in Ægyptum, ac Matarеam, ubi balſamum naſcitur, quinto ab Alcairo milliari perveniſſe. Muniverat eum locum Tomumbejus Ægyptiorum Rex aliquot tormentis bellicis, nec non crates foſſaſque diſpoſuerat ad equites in inſidias præcipitandos; ſed dolo comperto Turca longius circum iter flexit, atque Tomumbejum acerrimo certamine profligavit, potituſque Alcairo illum in Niliacas paludes ejecit, ubi reliquias colligere, novaſque copias inſtaurare molientem Muſtaphæ baſſæ opera fudit, cepitque, & ut Ægyptiaci imperii faſtum omnino protereret, miſerum Regem, qui antea cum Rhodiorum principe fœdus percuſſerat, ad Chriſtianos in Selimum concitandos, mulo impoſitum & cathena vinctum per vaſtæ urbis vicos ingenti cum opprobrio circumduci juſſit, illiuſque laniarum corpus ad portam urbis, appendi, ut Ægyptios ſuæ tyrannidis terrore percelleret.

Victi a Selimo Mamaluchi.

Cæſorum capita affixa arboribus.

Tomumbejus acri prælio attritus.

Amiſſo Alcairo demum in acie captus.

Exercita in eum a Selimo carnificina.

XXVI. Mamaluchi contra pactiones ferro conciſi.

Poſt tot clades Mamaluchi, qui ad ipſum defecerant, venia ampliſque ſtipendiis donati ſunt, quamquam ii, qui Alcairum adverſus illius vim tueri auſi erant, licet pactione militari deditionem feciſſent, ferro tamen conciſi fuerunt. Tantus terror ob hos ſucceſſus mox Ægyptiaci imperii provincias omnes pervagatus eſt, ut etiam feri Arabes illius jugo cervices ſubmiſerint. Exciſum ita eſt Ægypti, Syriæ, Babylonis, & Arabiæ ſultanorum ac Mamaluchorum regnum, Turcicoque adjectum, non ſine maxima totius occidentis formidine, ne ſub tantæ potentiæ mole, præſertim ob civiles diſcordias, ſuccumberet. Cum poſt has victorias Selimus validiſſimas claſſes inſtrueret atque ornaret, jamque plures barbarorum prædatoriæ naves inter Sardiniam Corſicamque excurrerent, Leo Franciſcum Gallorum Regem de his fecit (e) certiorem, monuitque ac repetitis precibus rogavit, ut ad ſacrum gerendum bellum ſe accingeret Gallicamque claſſem

Turcicum imperium auctum.

(e) Apud Bemb. l. 15. ep.17.

cum

cum pontificia Hiſpanaque conjungeret.

Franciſco Gallorum Regi.

XXVII. *Bis jam ad te literas dedimus de ea victoria, quam quidem maximam atque clariſſimam Rex Turcarum contra ſultanum Ægypti Regem unam atque alteram proſperrimis eventis eſt conſecutus, hortatique ſumus te, ut in ſuſcipiendo in ejuſmodi hoſtem bello, quod in poſtrema Lateranenſis concilii rogatione ſenatus decrevit, authoritatem conſiliaque tua nobiſcum conjungeres, atque ut res ad aliquas aliquando tractationes deduceretur, aut legatos ampla cum poteſtate ad nos mitteres, aut idonea mandata iis, quæ opus eſſent conficiendis ad eos, quos hic habes, tranſmitteres. Id etſi te pro tua pietate atque prudentia animique magnitudine curaturum plane confidimus; quoniam tamen non unis ex locis, neque leviſſimis authoribus idem nobis ſignificantibus certiores facti ſumus, Turcarum Regem non ſultani modo regno, ditioneque omni potitum Ægypti & Syriæ maximarum opulentiſſimarumque provinciarum Regem atque dominum eſſe factum; ſed claſſem etiam centum eoque amplius triremium cæterarumque longarum navium aptorumque ad bella navigiorum prope innumerabilium omni apparatu tormentiſque in primis bellicis egregie inſtructam ſuis e portibus eduxiſſe: his te etiam literis, id quod antea fecimus hortamur, ac per Dei matris teſtata nobis ſæpius viſcera oramus, obſecramuſque, ut vel miſſis Romam aliis legatis tuis, vel eis, quos hic habes facultate addita, des operam, ut una cum reliquis Chriſtianis Regibus atque principibus conſtituere, quæ ſunt conſtituenda, celeriter atque in tempore poſſimus: non enim dubitamus, neque quiſquam recte ſentiens exiſtimare aliter poteſt, quin ille cum primum rebus ſuis erit utile commodeque poterit, eam ſuam tantam tanique opportunam claſſem in noſtrum ſit excidium vaſtitatemque converſurus.*

Parata a Selimo ingens claſſis adverſus Chriſtianos.

XXVIII. *Itaque ne a Domino ſuprema die quaſi ſervi nequam talentis ab eo traditis male uſos fuiſſe deprehendamur, aut etiam ne jam nunc quidem tanquam indignos, quibus gregem ſuum regendum fovendumque permiſerit, idem nos ignaviæ atque inertiæ redarguat & condemnet Dominus; antequam lupus fame rabidus ſanguinemque ovium rore baptiſmatis reſperſarum ſitiens, qui jam e ſilva ſiccis faucibus eſt egreſſus, eas prædatum & depopulatum veniat, paremus ipſi quæ paranda ſunt, ut poſtea in tempore una omnes pro virili ſua quilibet in communem utilitatem viresopeſque noſtras explicemus: quod ſi facere cæteri Chriſtiani Reges debent, ut profecto debent, inita præſertim Dei optimi maximi beneficio, teque in primis adnitente inter ipſos concordia, ſedatiſque controverſiis, & diſceptationibus omnibus, quid a te cum maximeque Chriſtianus ſis, omnes homines non ſolum ſperent, ſed jure prope ſuo etiam expetant, te latere non exiſtimamus: quare per Deum atque homines excita, te, accelera, accingere atque ad bellum jam para, noſtriſque gentibus, quæ in te unum oculos maxime omnium conjecerunt, profer, oſtendeque te, ut non plus fortunam, quam virtutem admirentur tuam, neque minus quod optimus ſis, quam quod maximus veris laudibus in cælum ferant: ſed de communi bello hactenus.*

Præmonitus Gallus ut vires pro Chriſti obſequio exerceat.

Cæterum quoniam allatum ad nos eſt, quadraginta hoſtium biremes inter Corſicæ atque Sardiniæ littora nuper viſas, mare illud omne inſulaſque ipſas metu atque formidine impleviſſe; petimus abs te, ut quidquid habes Genuæ atque Maſſiliæ longarum navium (habere autem te aliquas certo ſcimus) eas imperes nobis præſto eſſe, ut cum noſtra, cumque Caroli Regis claſſe ad noſtras communiter oras tuendas conjungi poſſint. Id quo celerius confeceris, eo de hac omnino republica, in quam quidem optimi clariſſimique Reges majores tui plurima, atque maxima beneficia contulerunt, meritus amplius atque uberius fueris: verum hæc atque alia a Ludovico epiſcopo Bellovacorum legato noſtro latius intelliges, &c. Dat. VII. id. majas anno v. pontificatus noſtri. Romæ. XXIX.

Barbarica claſſis Sardiniæ & Corſicæ littora obſidet.

De Hiſpana Gallica & Italica conjungendis claſſibus actum.

Non ſine juſtiſſimis cauſis hoſce Gallo Regi addebat ſtimulos Pontifex; quandoquidem Selimus palam jactabat, ſe jam oriente ſubacto adverſus occidentem victrices exercitus educturum: tuendoque Chriſtiano imperio intentus Leo (a) una cum Cardinalibus & Regum ac principum oratoribus ſanctiorem ſenatum, ut ſuperius indicavimus, inſtituit, in quo plura de conficiendæ expeditionis ratione conſilia inivit, invadendum nempe Turcam in oriente, non in Chriſtiano ſolo expectandum; pangendas ex omnium principum conſenſu adjecta graviſſimarum pœnarum acerbitate inducias, ut qui eas infregerit publicus hoſtis cenſeatur: ſacrum militare ſodalitium inſtituendum, cui Pontifex Regeſque voto ſe aggregent, illique ſanctæ cruciatæ nomen indendum videri, præficiendos cruceſignatorum exercituum imperio Cæſarem Regemque Francorum, quos alii ſuis juvarent auxiliaribus copiis: implorandam publice divinam opem, piiſque operibus conciliandam. XXX.

Selimi de occidente ſubiciendo jactantia.

(a) *Ext. de eo lit. apud Bemb. l. 14. ep. 9. & apud Dolgaſt. to. 2. p. 127.*

Leonis pro tuenda re Chriſtiana conſilium.

Ad ſuppeditandos autem ſumptus in- XXXI.

rem

rem militarem faciendos, conſultum eſt, ut Reges ac principes, quorum capita præcipue ab hoſte expeti pluribus exemplis cognitum eſt, ultro maximam vectigalium partem pio huic bello addicerent: ut eccleſiaſtici decumas penderent, vel etiam frugali vitæ genere contenti reliquas opes in id conferrent: ut laici nobiles decimam, vigeſimam infimi, artifices vero partem congruam quæſiti ex manuum laboribus ſtipendii ſolverent, tum indulgentiarum præmia iis, qui pecuniam pro religionis & fidei defendenda cauſa præberent, propoſita promulgarentur.

XXXII. Sancitum de copiarum numero, ut Cæſareus exercitus ex peditum ſexaginta millibus, equitum levioris armaturæ duodecim millibus, gravioris autem quatuor millibus conflatus per Hungariam Conſtantinopolim tenderet: ut Franciſcus Gallorum Rex quinquaginta millibus peditum, equitum cataphractorum quatuor millibus, levis armaturæ octo millibus ſuccinctus per Dalmatiam in Macedoniam irrumperet, Cæſarique ſe conjungeret: ut Emmanuel Luſitaniæ Rex inſtructa trecentarum navium claſſe vel Conſtantinopolim, vel Syriam, vel Ægyptum peteret; de quibus libellus ſuis diſtinctus capitibus nitidioris ordinis ſtudio ad Reges ac principes mittendus compoſitus eſt; ut quid iis addendum detrahendumve foret perpenderent, ſuaque conſilia cum Romana eccleſia conferrent; cujus hoc eſt exemplum.

Propoſita & tractata Romæ a ſummo Pontifice & ſacro Cardinalium collegio in conſultationibus ſanctæ expeditionis, quæ ad principes imperii mittenda viſa ſunt; eorum quoque prudentia & conſilio examinanda, ſi quid addendum, minuendum corrigendum videatur, die XVI. novembris MDXVII.

XXXIII. Bellum in Turcam neceſſarium judicatum.

Cap. I. Hoc non videtur cadere in conſultationem, nimirum an bellum ſit nunc ſuſcipiendum, *non enim jam eſt in poteſtate noſtra; cum noſter æternus & idem potentiſſimus hoſtis maximos apparatus fecerit, facietque ad nos & ſtatu & fortunis & vita ipſa exturbandos ac ſpoliandos, palamque jactet valde ferociter ſe orientem modo ſubegiſſe, nunc ſtatim ad occidentem arma convertere, nec ſit niſi univerſa Chriſtianitate capta ullo modo quieturus, ut nos aut dare illi gratis noſtrum ſanguinem, aut ferro cum eo decernere oporteat: nullum igitur habet locum conſultatio, ubi intervenit neceſſitas.*

XXXIV. *Cap. II. Ne hoc quidem valde dubitandum eſt, quin longe melior ſit conditio inferentis bellum, quam propulſantis: primo quia aggredi ultro hoſtem majoris eſt & animi & authoritatis, quam illius impetum expectare, cum adverſarii animus eo magis minuatur, quo magis illum audere viderit, contra quem decertaturus eſt: deinde ſi quid debile aut infidum eſt in ſtatu inimici, id data occaſione detegatur; qualia multa profecto in ſtatu Turcarum, ſi eo noſtri exercitus pervenerint, deprehendentur, quæ & pro nobis valde & contra illos facient: poſtremo civitates & populi externo bello perturbati de ſalute ſua cogitant, nec habent ſpatium ad ea comparanda, quibus hoſtis in ſuis regionibus vexetur: atque hæc incommoda cum hoſtibus importantur inferendo ultro bello tum a noſtris removentur. Poſſunt & aliæ plures rationes adduci, quare inferri bellum utilius ſit, ſed eæ faciles cogitatu ſunt. Duo tamen in bello offenſivo diligenter animadvertenda ſunt, primum ut eis viribus contra hoſtem eatur, quibus ille opprimi debeat; deinde ut periti locorum atque hoſtium ad omnia belli conſilia adhibeantur. Sed hæc & alia multa prudentia ducum & vigilantia non fallent.* Inferendum potius quam propulſandum.

Cap. III. Pax quidem optanda, ſed generales omnino induciæ ſaltem ad annum ac deinde donec hoc ſanctiſſimum bellum manſerit, ac eo finito ad ſex menſes faciendæ ſunt, quæ omnium principum religioſiſſimo jurejurando ſanciantur, ac omnium eccleſiaſticarum cenſurarum anathematiſque, privationis quoque regni bonorum, privilegiorum, jurium pœnis muniantur; ut qui eas læſerit hoſtis publicus Dei & fidei Chriſtianæ appelletur, dictaſque pœnas cæteri ab eo principes repetere debeant: ſi quæ vero oriantur controverſiæ, ut per Romanum Pontificem & ſacrum Cardinalium collegium decidantur, aut poſt finem belli differantur. Eſſet etiam fortaſſe ſanctius & utilius, ut fieret una ſancta fraternitas principum cum Romano Pontifice juramento votoque vallata ſub eiſdem cenſuris & pœnis contra eam violantes, jurarentque omnes & obligarent ſe, ruptorem hujuſmodi fraternitatis ſe communiter armis perſecuturos, appellareturque iſta fraternitas ſanctæ cruciatæ. XXXV. Ut in mutua pace contineantur principes Chriſtiani.

Cap. IV. Scribitur in actibus Apoſtolorum, quod poſt adventum Spiritus Sancti in diſcipulos Chriſti, erat credentium cor unum & mens una. Hoc ſi in Chriſtianis principibus maximo Dei munere ineſſet, jam pateret Dei voluntas non ſolum de hac victoria, ſed de univerſo orbe terrarum ad ſuam ſanctam fidem convertendo; quod tamen per ejuſdem gratiam Dei futurum confidimus. Nunc vero non videtur numerus ducum pari poteſtate in uno exercitu neceſſarius, & tamen propter caſus humanos XXXVI.

duos præeſſe convenit, qui ſint potentia & authoritate magni & mutua charitate, Deo auſpice, conjuncti.

XXXVII. Cæſari & Gallo Regi decretum terreſtris exercitus imperium.

Nec vero dubium eſt, quin maxime apti proper plurimas cauſas ſacra cæſarea majeſtas & Chriſtianiſſimus Francorum Rex; quas cauſas, eo quod pateant non commemorabimus, ſed his duobus tantum terreſtrem exercitum ducentibus, & ſi cæteri Reges & principes ad hunc laborem propter longinquitatem non vocamus, eorum tamen auxilia, ut quiſque commodius poteſt, vel pecuniarum vel militum neceſſaria ducimus, ad quæ conferenda omnes prompti eſſe debebunt, cum unuſquiſque eorum nobilis pars ſit Chriſtianæ reipublicæ, Deoque acceptam referat regiam ſuam dignitatem, & in communi ſalute defendenda, ſuam quoque & propriam defendat. Omnium igitur auxiliis, ſed horum duorum concordi imperio & providentia bellum hoc recte adminiſtratum iri confidimus. Qui duo jam ſe obtulerunt, ſimulque multi alii Reges principes & nobiles ſuas facultates huic ſanctiſſimæ expeditioni polliciti ſunt: quorum virtutes & pietatis exemplum Deo corda diſponente, reliqui, ut ſperamus, ſequentur.

XXXVIII. Divinum auxilium in primis implorandum.

Cap. V. Apparatus vero hujus belli, cum multa & magna poſtulet, in primis eſt Dei auxilium pro nobis comparandum; in manu enim ejus ſunt omnium fines, & omnium jura regnorum, ſine quo nihil validum eſt, nihil forte; qui quamquam noſtris peccatis graviter offenſus credi poteſt, tamen eſt, ſi ad ejus miſericordiam compuncti corde confugimus, clemens ac placabilis; qui Ninivem, quam ſubvertere deſtinaverat, propter pœnitentiam illius populi ſalvam eſſe permiſit. Is ergo cum propter principum olim populorumque peccata Aſiam, Græciam, Thraciam, Africam, aliaſque provincias in prædam hoſti eidem conceſſerit, tota mente ab omnibus deprecandus, obſecrandus, humillimeque orandus eſt, ne nos in ſimilem det calamitatem.

XXXIX. *Modi autem, quibus reconcilietur Dominus, ſunt preces diurnæ nocturnæque, jejunia, eleemoſynæ, ſacrificia, & in primis cor contritum pœnitentia & humilitate. Hoc enim maxime vult Dominus, qui teſte propheta non eget aliis honoribus, nec etiam donis noſtris. Reformandi igitur mores, animi ad Deum convertendi, prædicatoreſque paſſim in omnes populos, qui eos ad pœnitentiam hortentur, ſunt mittendi, prælatique eccleſiaſtici, ut exemplo religionis & bonis operibus ac verbis eoſdem populos inducant, commonendi; ſic enim placatus Deus cum fuerit nobis propitius, de hoſte ſuo & noſtro nobis concedet victoriam.*

Mores ad priſtinam diſciplinam revocandi.

Pro comparandis militaribus ſtipendiis propoſitum, ut cum Turca maximis opibus polleat, ex recenti Syriæ & Ægypti expugnatione, Regumque maxime ſanguinem ſitiat, conſtitutum ut Chriſtiani ingenti vectigalium ſuorum partem bello ſacro addicant, clericique decumas pendant, vel quod ex moderato uſu pro cujuſque dignitate ſuperfuerit: cæterum laicis hæc imperata. *Laici vero, ſi nobiles fuerint & aut dominia aut feuda habuerint, decimam, ſi privati vigeſimam, ſi vero artifices manibus victum quærentes, eam partem ſuorum redditum ſolvent, quæ videbitur convenire.* XL.

XLI. Quaeſtione eleemoſynæ colligendæ.

Publicandæ etiam indulgentiæ ſanctiſſimæ cruciatæ ferentibus opem defenſioni ſanctæ fidei; ex quibus ſi bellum fide bona geritur, magnæ profecto pecuniæ comparabuntur; non enim mortua eſt fides in concordibus fidelium, nec cœleſtis patria uſquequaque contemnitur, ſed multi ſunt & erunt, qui parvo pretio vitam æternam libenter ement, ſi viderint ſerio & non ſimulanter pro Deo pugnari. Additum ut eleemoſynæ a viris integerrimis colligantur, & a trapezitis cum honeſto ac moderato laboris lucro transferantur. *Has vero pecunias nos indicamus ita eſſe & exigendas & cuſtodiendas & diſpenſandas, primum, ut uniuſcujuſque civitatis cum ſua diœceſi ordinarius ſacerdotem unum, & capitulum cathedralis eccleſiæ alterum deputent, qui ſint timentes Deum & moribus probati: deinde diœceſanus civitatis unum idonem eligat, deinde univerſitas civium unum idoneum ſeu duos aut ex numero civium, aut clericis ſæcularibus, ut melius judicant, conſtituant, qui ſimul omnes & exigant pecunias ad ſupradictam rationem, & eas in capſa aut in loco apto, cujus ſeorſum ſinguli habent claves diverſas, ut nullus eorum ſine cæteris omnibus attingere quidquam poſſit, congregatas & ſepoſitas teneant, rationemque totius hujus pecuniæ diligenter in ſcriptis redigant: quas pecunias nemo quavis dignitate præditus ſub excommunicationis latæ ſententiæ incurrendæ, nec non anathematis perpetuæque indignationis omnipotentis Dei pœnis conſtituendis, a quibus niſi per Romanum Pontificem vel in mortis articulo, & debita tunc ſatisfactione prævia, non poſſit abſolvi, nefario ſacrilegio audeat attingere, aut aliam ullam in rem quam ad hujus belli uſum convertere, vel ſanctiſſimo huic & neceſſario bello deſerviant; vel ſi quo caſu bellum omiſſum fuerit, iis unde exactæ fuerint optima fide reſtituantur.*

Quoniam autem neque ſimul omnis pecuniarum ſumma exigi, & continue in e- XLII.

xer-

Ut a trapezitis pecuniæ transferendæ ſint.

uercitu militibus ſtipendia ſolvi opus eſt, neceſſe eſt in omni provincia conquiri mercatores & nummularios boni nominis, qui hanc aſſumant, curam pecunias tranſmittendi, ac ubi neceſſarium fuerit permutandi cum honeſto lucro laboris ſui, quo quidem labore etiam cælum lucrabuntur. Ac ſingulis mercatoribus ſuæ regiones dividendæ, eu quibus redactæ pecuniæ ad eos referantur. Hæc enim videtur eſſe optima & cuſtodiendi & diſpenſandi ratio: ſed neceſſarium videtur ad cogendum euercitum habere ſaltem tertiam partem ſummæ totius, quam diuimus in pecunia numerata ſtatim a principio, poſtea reliquum, cum commoditate temporis exigeretur, ac ſupradicto modo ad exercitum mitteretur.

De copiis militaribus. Robur omne exercituum poſitum eſt in peditatu, & equitibus cataphractis, quo genere utroque Chriſtiani excellunt: pedites autem ſumendi ſunt ex eis nationibus, quæ mauime huic militiæ pedeſtri & ordinibus ſervandis ſtudent, ut Helvetiis, Germanis, quos Lantzknechtos vocant, Hiſpanis, Bohemis, ac eu toto hoc numero ſclopariis multi ſunt neceſſarii, propterea quod ea quoque parte militum, qui ſclopis utantur, adverſarius abundat. Videntur ergo peditum fortium virorum in euercitu neceſſaria ad minus ſexaginta millia; cataphracti vero equites Gallici optimi & Italici, qui videntur ad numerum quatuor millium accedere debere; duodecim autem millia levis armaturæ equitum [quo uno fere militiæ genere prævalet hoſtis nobis dumtauat, qui alia potiora ducimus] neceſſaria ſunt eu nationibus hujus ſtudii gnaris Hiſpanis, Italis, Dalmatis, & Græcis.

Pedites ex quibus nationibus comparandi.

Sexaginta eorum millia contrahenda. Cataphracti ex Gallis ad quatuor millia deligendi.

XLIII. Levioris armaturæ ad duodecim millia conſcribendi. Ex quibus gentibus conſtandus ſit navalis exercitus.

Hic terreſtris euercitus bonis gubernatus conſiliis, commeatu non egens, ſuorum tormentorum opportunis præſidiis inſtructus, cum Domini benedictione futurus eſt invictus. In maritimo autem claſſis apparatu Veneti & Genuenſes eu Italia; Galli eu Provincia, Britannia, & aliis locis; Hiſpani a ſeipſis, & ex utraque Sicilia; Angliæ quoque & Portugalliæ Reges optimam & hominum & navium militiam ac copiam ſuppeditabunt, ut mou dicemus.

XLIV. Ut trecentæ triremes paratæ ſint a Selimo.

Cap. VI. Ad conſultationem vero & adminiſtrationem belli gerendi, quod ſeuto loco propoſueramus, primo an ſit hoſtis terra an mari aggrediendus deliberandum eſt: & videtur omnino maritima quoque claſſis, & ea potens, cum ducibus ſuis ad bellum neceſſaria, cum hoſtis trecentas jam triremes paratas habeat, aliaque quotidie navigia paret ad traiciendos, ut nos arbitramur, equos. Ergo contrario nobis claſſis inſtituenda primum: cum dimidium belli mari geritur dura in conditione eſſemus ſine claſſe; jam enim dimidio belli inferiores eſſemus, foret enim hoſtis dominus maris. Deinde ſine claſſe nec commeatus vehi ad exercitum, nec littora & urbes noſtræ defendi ab hoſte poſſent. Tertio magnam authoritatis partem amitteremus, ſi ſine claſſe bellum gereremus, magiſque animum hoſtis & ſpem accenderemus. Poſtremo nec toto bello pares eſſemus, & fruſtra apparatus terreſtres faceremus, ſi maritimos dimitteremus: quare eſt omnino claſſis neceſſaria: ſed ea ita potens eſt comparanda, ut hoſtilem claſſem non pertimeſcat. Ac triremium quidem numero pares eſſe non poſſumus, ſed facilius eſt, aut certe non difficillima potentioris claſſis comparatio hoc modo.

XLV. * haberi poſſe

Triremes videntur * habituri centum, hac computatione: Rex Chriſtianiſſimus in portu Maſſiliæ complures habet, has ut viginti ſint poterit efficere: totidem Reu Catholicus, ſi ad eas duodecim, quæ continue in Sicilia ſunt, alias octo addiderit, quod non erit magni operis: ad quadraginta Veneti: Romanus Pontifex cum ſacro collegio, ut decem conferant conabuntur: a Genuenſibus vero tum triremes viginti, tum naves magnas, quas carachas, ſeu galeones vocant, euquiremus; ſed & magnarum hujuſmodi navium copiam Reges Franciæ & Angliæ poterunt ſuppeditare; habent enim non mediocrem earum numerum paulo ante ædificatum: Reges quoquo Hiſpaniæ & Portugalliæ grandem earum copiam afferent. Hanc autem claſſem præbebunt quæque nationes partim ſumptu ſuo, partim communi omnium collatione, & proventibus ſanctæ expeditionis adjutæ. Hæ naves cum illis triremibus inſtructæ, militibus Hiſpanis, & præcipue Biſcainis, Portugallenſibus, Gallicanis ex Provincia, Britannia, Normandia, aliundeque, & item Anglicanis, ac Italis, tormentiſque idoneis armatæ ſtabilitate ſua pro numero erunt triremibus, claſſemque hoſtium abſque controverſia aut repellent aut obruent.

Viginti Gallus totidem Hiſpanus inſtruere juſſus. Veneti quadraginta ornare juſſi. Pontifex cum Liguribus triginta apparare pollicitus.

Majores alvei naves a Gallo & Britanno adornandæ.

XLVI. Reges Angliæ & Luſitaniæ maritimi belli duces renuntiati.

Duces autem maritimi belli ab unaquaque natione ſuis quidem claſſibus præficiendi ſunt; ſed ad quos totius belli ſummam referretur, qui ampliſſimam poteſtatem haberent, optandi eſſent Angliæ & Portugalliæ Reges, qui ambo ſeſe ſumma pietate obtulerunt. Verum ſi Reu Angliæ ob longinquitatem commode ire non poſſet, duce & Imperatore Portugalliæ Rege contenta eſſet maritima expeditio. Secundo an diviſis an conjunctis viribus & exercitu aggrediendus hoſtis ſit, non eſt dubium quin noſtris unitas & conjunctio virium præſer-

tim terreſtri bello ſit aptior ; nam & in minori numero diviſio minuit vires animoſque ; quod hoſti, qui copiis innumerabilibus abundat, nequaquam contingeret, & in unum locum coactis copiis hoſtium, erit inutilis minima multitudo. Noſter exercitus, nec præ turba confuſus & viribus nullum pugnandi diſcrimen pertimeſcet : deinde non carpere diverſa loca, ſed ad hoſtem protinus vel ad regiam hoſtilem accedere erit & virtutis, & dignitatis, & maximæ in univerſo bello utilitatis.

XLVII. De profectione terreſtris exercitus per German. & Ungariam.

Tertio quoad iter exercituum, & qua regione commode poſſint incedere ; triplex via proponitur : aut per Germaniam & Hungariam ; commoda hæc quidem ubi ad Hungariam perventum erit, nam per Danubium flumen vehi exercitus & paucorum dierum itinera ad Conſtantinopolim exponi poſſet ; ſed hac longior, & quibuſdam principum forſan parum grata. Altera per Dalmatiam & Illyricum non longe fere a mari, ſed hæc difficilibus locis ſæpe impedita eſt, & equitatui maxime incommoda. Tertia quæ has difficultates omnes tollit, ut per Italiam ad urbem Anconam ac Brunduſium Cæſarea majeſtas & Chriſtianiſſimus Rex perveniant cum ſuis copiis : hinc enim facis commodus eſt tranſitus in Epirum & Græciam, & per amicas ambo regiones ſunt profecturi. Ab Ancona vero trajectus claſſe faciendus eſt, præmiſſaque parte copiarum, Imperatores poſtea ſubſequi poterunt.

De trajectu ex ſuperi maris littoribus in Epirum.

Quarto ubi convenire exercitus in unum & quæ primum loca hoſtium debeat invadere, terreſtres quidem copiæ Anconæ & Brunduſii, ut diximus, navales vero in Sicilia convenire debebunt, atque inde majore agmine ad prædictos portus Anconæ & Brunduſii contendere, ut inde quoque noſtras copias traducere ad hoſtium littus poſſint. In terra autem hoſtili videtur portus Dyrrachii opportuniſſimus, quamvis ſit hoſtium ; ſed non erit captu difficilis claſſe & exercitu noſtris eo convenientibus : quamquam tutum illud littus hoſpitale & portuoſum eſt, ut futura ſit facilis adhibitis locorum peritis in terram & ſi opus fuerit, ad portum Venetorum Cathari, deſenſio.

XLVIII. Conſtantinopolis oppugnanda communibus armis viſa.

Primus autem conatus noſtri exercitus vel ad ipſum ducem hoſtium, vel ad Conſtantinopolim aggrediendam faciendus eſt ; caput enim petendum, quo oppreſſo, facilior eſt reliquorum omnium acquiſitio : ſed hoc, ſi noſtrarum & hoſtis virium periti nos prævalere ſenſerimus, nam aliter non eſſet tranſmiſſio facienda, ſed noſtra potius præſidiis tuenda ; ſed hæc conſilio & prudentia Imperatorum diligentiſſime perpendenda ſunt.

Ex quibus provinciis commeatus petendi. Per quæ itinera militum ſupplementa ducenda.

Quinto de commeatibus non erit difficile providere, claſſe noſtra mari dominante, ut jam dictum eſt ; nam & mercatores tuto commeabunt, ex Marſia, Apulia, Calabria, Neapoli, Sicilia maximos commeatus poterunt ſupppeditare : venient enim ex Lombardia & tota fere Italia, ac etiam Gallia copiæ ingentes per commoditates fluminum, maximeque Padi ad mare devectæ, atque inde facile ad exercitum comportare, quod uſque ad littus parvi negotii erit : a littore vero ad exercitum quomodo tuto fieri poſſit, erit eorum, qui in re præſenti fuerint, deliberatio. Sed illud erit curandum, ut mercatores idonei conducantur, qui hanc provinciam deferendorum commeatuum pro honeſto lucro capiant, atque eis poteſtas & nomen commiſſariorum a locorum dominis detur, quo majore authoritate negotiari, & ibidem curare neceſſaria poſſint.

XLIX. An Perſa ad belli ſocietatem trahendus.

Capitula extrinſeca, De duobus vero, quæ extrinſecus conſideranda duximus, tentare aliquem infidelem principem, utpote Sophim ad bellum hoc contra Turcas, quibus inimiciſſimus eſſe debet, communicandum forte non eſſet inutile : ſed non in hoc magna ſpes a nobis, verum in Deo & viribus conſiliiſque noſtris eſt collocanda.

L. Pontifex & Cardinales ad ſpolia Turcica dividenda arbitri conſtituti.

De diviſione vero eorum, quæ bello acquirerentur ſic juſte facienda, ut nemo conqueri nec diſſenſionem quærere jure poſſit ; videtur eſſe commodiſſimum jam nunc judices & arbitros hujus diviſionis eligere, puta Romanum Pontificem & ſacrum collegium, aut alios communiter a principibus conſtituendos, qui confecto bello judicare deberent ſecundum rationem proportionis ſumptus & laboris in hoc bellum impenſi, vel alia præſcripta & ab omnibus accepta ratione, quorum judicio omnes ſtare deberent ſub pœnis ſupra in induciis appoſitis ; vel ſi illa ſancta confraternitas fieret, quæ recuperarentur communiter ab ea tenerentur pro indiviſo, quoſque per eandem deputati judices determinarent. Dividere autem res antequam partæ ſint, incongruum, & poſtea finito bello ad diſſenſiones venire periculoſum : hoc autem modo unuſquiſque jam ſciret fere quid ad ſe venturum eſſet, & nunc operam tempuſque in hac diviſione alienarum adhuc rerum conterere non conveniret. Hactenus noſtræ ſunt in ſingulis capitulis ſupra propoſitis dictæ ſententiæ.

LI. De Ungaris & Polonis in Turcam parte alia effundendis.

Nunc quædam præterea addemus : ſi enim fieri poſſet, ut Hungariæ & Poloniæ Reges paratis exercitibus Turcam ex ea parte invaderent, non eſt dubium quin multum proficeretur ad bellum conficiendum ; magnus enim inde terror injiceretur hoſti, ejuſ-

ejuſque vires diſtraherentur. Itaque ſunt illi quidem cohortandi & incitandi, auxiliaque illis danda, ſed ita ut de eo exercitu & de ea apparatione, quam diximus, nihil omnino imminuatur, in hac enim nervus & vis & ſpes belli ac victoriæ ſita eſt: verum ſi ſine hujus apparatus detrimento pecuniæ eu cruciatis ac decimis ab illis extremis nationibus Norvegiæ, Daciæ, Saxoniæ illis attribui poſſent, quibus exercitum alerent, eſſet id rebus noſtris magno adjumento. Interjectis nonnullis de ſpe victoriæ, cum ſuis Deus non ſit defuturus, atque hoſtis animis & induſtria militari ſit inferior additur.

Quæ ſubſidia iis præbenda & ex quibus provinciis.

LII. *De itineribus expeditionis. Imperator per viam Hungariæ cum Rege Poloniæ & electoribus cum gentibus Germanis, Lantzknecthis, Bohemis, Hungaris, Polonis, Dacis, militibus ordinis Theutonicorum, ſeptuaginta millibus armatorum, ſcilicet equitum viginti millibus, & peditum quinquaginta millibus in ordinantia & bona copia tormentorum. Rex Franciæ per viam Fori julii cum Gallis, Scotis, Suizeris, Lotharingis, Sabaudienſibus, Venetis, Florentinis, Senenſibus, Lucenſibus, cum quatuor millibus cataphractis, octo millibus levis armaturæ, quinquaginta millibus peditibus & bona copiæ tormentorum.*

Quantum exercitum Cæſar ducere poſſit.

Quæ copiæ ducendæ a Gallo Rege.

LIII. *Rex Portugalliæ cum claſſe maritima trecentarum navium magnarum & parvarum ad minus ſexaginta triremium, quæ claſſis remanens armatæ exponet (ubi vellet) quadraginta millia homines in terra cum gentibus Hiſpanis, Anglicis, Portugallenſibus, Januenſibus, Neapolitanis, Siculis, Flandrenſibus, maritimis; ita quod eſſent aliis ſexaginta millia armatorum equeſtrium & pedeſtrium; & bona copia tormentorum & equorum ad illa deferenda per terram, & ſanctiſſimi domini noſtri claſſis poſſet eſſe cum iſta, vel ſicut videbitur; & hæc deduceret commeatus pro alio exercitu occidentali pure terreſtri per Forum julium venienti: & poterit ire hæc claſſis Apolloniam & Dyrrachium, & ibi expectare alium exercitum cum Rege Franciæ venientem; & ſi videbitur inde divertere ad Peloponeſum, vel recta via Conſtantinopolim, vel jungere ſe ad ſinum Theſſalonicenſem cum prædicto exercitu, ſi erit neceſſe, vel ire ad Jeruſalem & Ægyptum; & alius exercitus per Hungariam non erit tunc a Salonicenſi ſinu multum diſtans.*

Quæ claſſis a Luſitano educenda.

Si tulerit occaſio invadenda Syria vel Ægyptus.

LIV. *Pro iſtis omnibus in duobus annis ſufficerent duodecim milliones ducatorum: quod ſi principes non recognoſcentes ſuperiorem volunt dare quartam partem redditu um ſuorum; ſimiliter ſpirituales principes unam quartam partem redditu um ſuorum, & alii principes, communitates & domini ſæculares recognoſcentes ſuperiorem unam dimidiam decimam redditu um, & populus impoſitionem unius quaterni in minutis vendiſionibus per libram, & cum cruciata pleniſſima bene prædicata & ſoluta per totum orbem: creditur iſtis quinque rebus bene exactis & diſpenſatis, introitus erunt in duobus annis multo majores quam impenſæ vel exitum duodecim millionum.*

Quanto ærario ad ſumptus bellicos ſit opus.

LV. Tranſmiſſum (*a*) eſt hoc ſenatusconſultum pontificium ad Maximilianum Imperatorem deſignatum atque imperii principes, qui in Auguſtano conventu adhibitis peritorum conſiliis illud maxime laudarunt. Cum vero tantus exercitus proximo anno conſcribi & comparari ducique non poſſet, atque interea Turca quippiam moliturus, nimirum aliquam Chriſtiani imperii provinciam oppreſſurus, vel ſubacturus reliquam Africam, aut Tartaros in ſuas partes allecturus videretur, antevertendos ejus conatus cenſuerunt: quorum reſponſa eodem anno afferemus. Ad cæteros etiam Reges, quorum oratores a Pontifice ad ſuperiora decernenda vocatos vidimus, miſſum eumdem libellum non dubitamus: extantque datæ proximo ineunte anno ad Hungariæ & Bohemiæ Regem literæ (*b*), quibus reſcribit Leo ſe cum oratore Hungaro ſenatus conſultum de adminiſtrandi Conſtaotioopolitani belli ratione contuliſſe, illudque ab eodem tranſmiſſum iri.

Germani principes decretum pontificium laudant.

(*a*) *Ext. de eo acta apud Dolgaſt. to. 2. p. 132.*

(*b*) *Apud Bemb. l. 16. ep. 7.*

Ludovico Regi Pannoniæ.

Legimus tuas litteras, quarum in extremo erat, te Franciſcum Marſupinum nobis legaviſſe: quod quidem nos libentiſſime cognovimus; nam & cupiebamus eſſe aliquem apud nos interpretem tum qui cum agere ſingulis horis poſſemus, cum alia ſane permulta, tum ea certe atque in primis quæ ad bellum Byzantinum pertinerent: & Marſupinus ipſe qui nobiſcum prope quadriennium in rerum Pannonicarum procuratione familiariter eſt verſatus, & fidem nobis ſuam & diligentiam addidit, etiam & prudentiam & probitatem magnopere probavit: cui quidem ut jam ipſo uti eo nomine inciperemus, quædam ſenatus conſultæ communicavimus, quibus habendis Regum legati interfuerunt in communis belli uſum agitata; quorum ille ſeriem ſe ad te perſcripturum recepit: quæ tu ſic accipies, ut ſi quid ipſe vel addere vel demere eis voles, ſcribas ad nos quam celeriter, animi tui ſenſum atque ſententiam; ſin tibi omnia probabuntur, des operam ut quæ curare te ſis in rebus oportebit, ita curentur ut te appareat, quanto ipſe hoſti propinquus magis expoſituſque es aliis Regibus, tanto etiam ve-

De Conſtantinopoli invadenda actum maxime.

Monitus Ungarus ut quæ ad ipſum ſpectant procuret.

ge-

geſtiorem & paratiorem ad tua obeunda munera partemque belli proſiluiſſe. Et infra: *Vale mi Ren teque ad rempublicam obeundam magno & invicto animo para*. VII. *id. januarii MDXVII. anno* V. *Romæ*.

LVI. Chriſtiani mutuo fœdere conjuncti in Turcam. Lutherus inter eos diſſidia ſpargit.

(a) *Coclæus de actis & ſcriptis Lutheri hoc ann. Ulemberg. in vita & reb. geſtis Luther. c. 2. Surius in comment. Serarius Mogunt. rer. l. 5. in Albert. II. Raymun. in hiſtor. hæret. & aliis.*

Excitato ita univerſo orbe Chriſtiano ad Chriſti fidem & religionem, quam Selimus Turcarum Imperator evertere moliebatur, tuendam fortiter, excindendamque cum Turcico imperio Mahometicam ſuperſtitionem, tum ad conſtituendum ærarium militare; decretaque ex principum unanimi cum Pontifice & Cardinalibus conſenſu indulgentiarum ſalutiferæque pœnitentiæ promulgatione, excitavit dæmon (a) ſatellitem ſuum improbiſſimum Lutherum pſeudoauguſtinianum, ut iiſdem diebus, quibus ſanctiſſima ſuperiora conſilia a Pontifice Regumque interpretibus ſuſcepta fuerant, ad novas hæreſes in Wittembergenſi academia adverſus ſacrarum indulgentiarum, & ſacramenti pœnitentiæ vim dignitatemque diffunderet, diſcordiaſque & bella inter Chriſtianos ſereret; adeo ut confirmata poſtea audacia etiam aperte Mahometis cauſam adverſus Chriſtum defendendam ſuſciperet, palamque diabolica aſtutia jactarit, capienda non eſſe adverſus Mahometanos arma, quod Dei flagellum eſſent, nec Deo uti eo flagello volenti obſiſtere deberent homines; quam hæreſim inferius damnatam a ſede Apoſtolica videbimus.

LVII. Negat capeſſenda in Turcas arma.

(b) *Jo. Fab. in comment. cur noluerit Lutheri approbare doctrinam c.* 30.

Excitat ab inferis omnes hæreſes.

Auctus etiam deinde audacia Turcarum egit anteambulonem: Germanos in communem hoſtem armandos in mutuas ſtrages tantis diſſidiis implicuit, ut inter ſe dimicantes irruenti Solimano non occurrerint. De quo perditiſſimo hæreſiarcha ita conqueritur Joannes Faber (b) egregius doctor Germanus, poſtea epiſcopus Viennenſis: *Honore nos noſtro apud cæteras privavit nationes, ut peſſime de nobis dicatur, univerſas apud Germanos renaſci hæreſes, noſque cunctos exuperare hæreticos. Et equidem heu verum eſt: diffiteri nequivero. Ad concilium dum aliquando ventum fuerit, univerſis coram Chriſtianitatis nationibus de tam ſæpiſſime damnatis hæreſibus confundemur: demonſtrari enim poteſt ab his doctoribus univerſas reſuſcitatas eſſe hæreſes: in principatibus civitatibuſque egregia nos privavit politia, ſanctos profligavit, ſubvertit religiones, templa rupit, invertit ſacraria, ſuffodit altaria, baptiſteria comminuit, turrim David demolitus eſt, & quidquid ſummatim patres noſtri ante plus mille ducentos annos multa cum pietate extruxerunt, ipſe deſtruxit, nullumque lapidem* [*quod juxta Chriſti prophetiam* (c) *per Titum & Veſpaſianum Jeroſolymis factum*] *ſuper lapidem dimiſit: baptiſteria, altaria, & ſacerdotia invertit; & non modo ſervos, ſed filium, & patrem & avum occidit; mulierculæ noſtræ in portis Jeruſalem querulæ plorant* (d), *ut generemus eis. Filiæ Germanorum divites dicere coguntur: Beatæ ſteriles & ventres, quæ non genuerunt, & ubera, quæ non lactaverunt: montibus dixerunt* (e): *Cadite ſuper nos, & collibus, operite nos. Eum in Rama ululatum fecit; Jam nunc venit, atque ſenes cum junioribus, virgines & pecora campi, herum cum famulo, diabolo in libro illo ſuo ad ruſticos laci Conſtantiæ tribuit. Quouſque eas feremus deluſiones? epiſcoporum ſi quis aut ſacerdotum quavis abuſione ſed huic neutiquam conferenda deliquiſſet, aut crimen aliquod admiſiſſet, verecundatus tamen eſt: at horum manus hominum ſanguinem plenæ ſunt*. Perpendit idem etiam, ut complures alii, Albertus (f) Pius Carporum princeps, non emendata a Luthero vitia fuiſſe, quæ reprehendit; ſed innumera alia longe graviora invecta eſſe: ſed hæc inferius lugebit hiſtoria.

(c) *Luc. 19. 21. Matth. 21. Marc. 12.*

(d) *Luc. 23.*

(e) *Matth. 2.*

Dum fingit vitia reprehendere plura invehit.

(f) *Pius in comment. in Eraſm.*

LVIII. Qua die cœperit publice hæreſim promulgare.

Sumpta ab eo declamandi occaſio ex indulgentiis.

Quam inique & impie.

Cœpiſſe porro Lutherum publicis ſcriptis hoc anno pervigilio ſanctorum omnium adverſus indulgentias hæreſim propugnare more ſcholaſtico, quam Eraſmus inſtar mimi & ſcurræ: vomuerat, teſtatur neſandus illius diſcipulus Philippus Melanchton in epiſtola ad Georgium Bucholtzerum ſic inquiens: *Pridie kal. novembris MDXVII. Lutherus propoſuit axiomata, quibus impoſturæ indulgentiarum*, ita loquitur hæreticus, *taxantur, & doctrina de pœnitentia renovata eſt*. Abuſos quandoque fuiſſe facultate ſibi tradita ad ſuos quæſtus illos, qui datam pro lucrandis indulgentiis ſtipem colligebant, nec non eos vel a divina vel humana juſtitia plecti conſueviſſe, jam ante diximus, nihil enim tam ſanctum eſt, quod profanare impietas non audeat: ingentia autem commoda in rempublicam Chriſtianam interdum ex indulgentiis ſtipe acquiſitis redundaſſe, nimirum Granatenſis belli ſumptus pecuniis ex indulgentiis coactis magna ex parte ſactos: confecta etiam adverſus illos infideles ingentia bella: ereptam Turcis Rhodum, plures Africæ urbes expugnatas vidimus; quamvis etiam interdum ſacrum illud aurum male diſſipatum fuerit: quod cum hæretici magno faſtu improperarent, Joannes Faber orthodoxæ fidei ſtrenuus defenſor ita Luthero reſpondit (g): *Pontifices olim Cæſares, ac principes prætextu expeditionis in Turcas ſuſceptæ maximam pecuniarum vim collegerunt, quam in a-*

(g) *Jo. Fab. in cenſura uſu. Saxon. c. 42.*

lios

Digitized by Google

Principes ſæpius abuſi auro ex indulgentiis collecto.

lios uſus, ne dicam luxus neſcio quos converterunt, quam rem pro eo ac debui ſane nunquam laudavi: quod autem populi ad præſcriptum iſtarum indulgentiarum peccata confeſſi fuerint & pœnitentiam egerint, improbare nequaquam poſſum.

LIX.

Luther rixam cum Tetzelio dominicano contrahit.

Cæterum Lutherus cum primum venena cœpit fundere, ea ſpecie boni temperavit: non nopugnavit aperte pias hujuſmodi Chriſtifidelium eleemoſynas cum indulgentias lucrarentur data ſtipe in ſanctiſſimos uſus, ſive ad templa divinn ponenda numini vel reficienda, ſive ad Chriſtianam religionem contra infideles defendendam convertenda, ſed invehi viſus eſt adverſus eos, qui ſimplices falſis pollicitationibus & erroribus irretitos, nimiumque de ſua ſalute præfidentes in ſalutis diſcrimen impellerent: de quo hæc narrat Ulembergius (a).

(a) Ulemb. c. 2. in Luth. vit.

Dum Tetzelius & alii, quibus ea res commiſſa erat, de indulgentiis ad populum concionantur, earumque virtutem magnifice prædicant, forte voces quædam per imprudentiam illis exciderunt, quas malignus animus & parum benignus interpres in contumeliam religionis detorquere poſſit. Fuerunt etiam in vulgo (ut minus ſanum eſt promiſcuæ multitudinis judicium) qui redempti indulgentiarum diplomatis ſecuri, de vera pœnitentia, ejuſque dignis fructibus, de converſione mentis ad Deum, deque interna voluntatis mortificatione parum cogitarent, hoc uno contenti quod indulgentiarum diploma ære ſuo redemptum haberent. Unde factum eſt, ut partim concionatorum importunitate, partim vulgi credulitate & imprudentia partim etiam antiſtitum incuria & ſecuritate abuſus quidam in hoc negotio ſubnaſcerentur. Hanc nactus occaſionem Lutherus, ad archiepiſcopum Moguntinum literas dedit, ultimo octobris anno MDXVII. *exaratas; quibus eum monuit divulgari paſſim indulgentias papales ab ipſius commiſſariis earumque virtutem immodice prædicari; quin & vulgi animis eam inſeri perſuaſionem eos qui diplomata quædam a quæſtoribus pecunia redemerint, eos certos eſſe de ſalute.*

Admiſſæ aliquæ a quæſtoribus corruptelæ.

LX.

(b) Cocl. ubi ſup. Ulemberg. eod. cap. 2.

Affert Coclæus (b) partem illius literarum, quas ad Albertum Moguntinum archiepiſcopum Germaniæ primatem dedit, quibuſque ſpeciem rigidiſſimæ conſcientiæ inſignis hypocrita præſefert: *Circumferuntur*, inquiebat, *indulgentiæ papales ſub tuo præclariſſimo titulo ad fabricam S. Petri, in quibus non adeo accuſo prædicatorum exclamationes, quas non audivi; ſed doleo falſiſſimas intelligentias populi ex illis conceptas, quas vulgo undique jactant, videlicet quod credunt infelices animæ, ſi literas indulgentiarum redemerint, ſe ſecuras eſſe de ſalute ſua. Item quod animæ de purgatorio ſtatim evolent, ubi contributionem in ciſtam conjecerint.* Et poſt pauca: *Idcirco tacere hæc amplius non potui; non enim fit homo per ullum munus epiſcopi ſecurus de ſalute, cum nec per gratiam Dei infuſam fiat ſecurus; ſed ſemper in timore & tremore jubet nos operari ſalutem noſtram Apoſtolus*: Et juſtus, inquit Petrus, vix ſalvabitur. *Denique tam arcta eſt via, quæ ducit ad vitam, ut Dominus per prophetas Amos & Zachariam ſalvandos appellet torres raptos de incendio, & ubique Dominus difficultatem ſalutis denuntiat. Cur ergo per illas falſas veniarum fabulas & promiſſiones prædicatores earum faciunt populum ſecurum & ſine timore? cum indulgentiæ prorſus nihil boni conferant animabus ad ſalutem aut ſanctitatem; ſed tantummodo pœnam externam olim canonice imponi ſolitam auferant, &c. En Wittemberga in vigilia omnium ſanctorum anno Domini* MDXVII.

Speciolus a Luthero quæſitus prætextus.

Arctam pœnitentiæ viam initio prædicat.

LXI.

An illi indulgentiarum concionatores lucri ſpe populum ad nimiam de ſua ſalute præfidentiam incitarent, an vero Lutherus conflandæ concionatoribus invidiæ cauſa calumniam illam adhiberet, non proditur: id tamen certiſſime conſtat, impudentiſſimum impoſtorem hoc ipſo crimine, quod aliis objecerat, ſe devinxiſſe, ac populos in apertum exitium falſa ſalutis confidentia ex ſola fide vacua bonis operibus concepta præcipites conjeciſſe: ſubdit enim Coclæus (c): *Quæ idcirco referimus, ut intelligat lector eam epiſtolam non tam ex animi ſententia, quam ex livido invidiæ affectu a Luthero ſcriptam eſſe; cum nulla aliorum doctrina tam ſecurum de ſalute & ad bona opera pigrum neligentemque reddiderit populum, quam fecit nova doctrina Lutheri, qui publice ſcripſit in Babylonico ſuo præludio, tam divitem eſſe hominem Chriſtianum, ut etiam ſi velit non poſſit perdere ſalutem, niſi nolit credere, nec ulla peccata eum damnare queant, eo quod per fidem in promiſſionem, quæ baptizato facta ſit, non abſorbeantur ac deleantur omnia peccata, modo credat aut cogitet ſe baptizatum eſſe.* Eodem die Lutherus, quo prædictam ad Moguntinum præſulem epiſtolam miſit, diſputationem comprehenſam nonaginta quinque propoſitionibus, *quibus*, ut ait Coclæus (d), *communem & receptam de indulgentiis opinionem Eccleſiæque ſententiam impugnabat*, evulgavit, ac templi Wittembergenſis foribus affixit.

(c) Cocl. in actis Lutheri.

Mox ad præfidentiam de ſalute peccatores allicit. Theſes propoſitæ a Luthero adverſus indulgentias.

(d) Cocla. Ulemberg. ubi ſup.

LXII.

Conſentientia iiſdem tradit Ulembergius (e): *Scripſit & theſes quaſdam numero* XCV. *quibus juxta ſcholæ morem ſententiam ſuam de indulgentiis breviter com-*

(e) Ulemb. cap. 2.

ple-

Digitized by Google

plexus eſt: quas literis ad archiepiſcopum Moguntinum ſcriptis adjunxit, inſinuans quem in hoc genere præſcribi docendi modum indulgentiarum præconibus oporteret. Eaſdem vero theſes eo ipſo die, quo literas ad Moguntinum dedit, valvis affixit eccleſiæ collegiatæ, quæ Wittembergæ ſub omnium ſanctorum nomine ſtructa caſtro principis verſus civitatem adhæret; provocans ad diſputandum omnes, qui ſecum vellent in hanc arenam deſcendere: factum hoc eſt anno MDXVII. *exeunte, pridie kal. novembris uti diximus: quo tempore Tetzelius indulgentiarum prædicator Francofurti morabatur, ad Oderam, quod oppidum eſt in ditione marchionum Brandeburgenſium, in quo eorundem marchionum ſtudio non ita pridem univerſitas erecta fuerat.*

LXIII. Lutheri theſibus oppoſitæ aliæ a prædicatoribus.

Interjectis nonnullis, ut Tetzelius Conradi Wimphinæ eximii theologi opera his Lutheri theſibus, ſex ſupra centum theſes oppoſuerit, atque Wittembergam magno numero tranſmiſerit, quas Lutherus bibliopolæ vi ereptas publice exuſſit, ſubdit author: *Quod certamen en parvis abuſum quorumdam initiis in eam, quam nunc videmus, amplitudinem ſe diffudit. Theſibus ad hunc modum divulgatis, ut diximus, concionem quoque Germanicam, quam de indulgentiis ad populum habuit, typis excuſam in vulgus emiſit, cui ſtatim exegeſim ſubjunxit apologiæ loco, nimirum ut labem hæreſeos ab adverſariis aſperſam detergeret: in hac exegeſi pertinaciter defendit omnia, quæ in theſibus tum in concione aſſeruerat, & quædam obſcurius dicta magno verborum ambitu declarat; unde factum eſt, ut quam a ſe removere voluit hæreſeos ſuſpicionem, ea in prudentiorum animis hoc ſcripto non parum augeretur: neque vero de indulgentiis tantum receptam in ſcholis ſententiam oppugnabat; verum etiam de pœnitentia ejuſque partibus & virtute, de ſatisfactione, de purgatorio, tum de poteſtate Romani Pontificis, de fide ſpeciali quam vocant opiniones ab Eccleſiæ doctrina prorſus alienas tuebatur.*

Motæ a Luthero novæ controverſiæ.

LXIV. Errores adverſus indulgentias jam ante damnati.

Moviſſe jam ante in Salamanticenſi academia has lites de indulgentiarum vi, deque ſacramento pœnitentiæ Petrum de Oſma, diximus, ejuſque errores a Sixto IV. damnatos (a) fuiſſe, tum naſcentem hæreſim, ne Hiſpaniam inficeret, Alfonſi archiepiſcopi Toletani diligentia extinctam: ſed ea virtute non valuit Moguntinus archiepiſcopus, ut eoſdem errores inſtaurantem Luthetum compeſceret: qui vero ex muneris ſui dignitate ejuſmodi controverſias tollere debuerat Tetzelius ordinis Prædicatorum ſacræ fidei cenſor, dum exorientem flammam ventilat ſive pietatis aſſerendæ ardentiore ſtudio, ſive etiam æmulatione in Lutherum & Auguſtinianos incitatus: imprudenter incendium auxiſſe fertur: *Tetzelius*, inquit Cochlæus, *qui Francofordiæ ad Oderam fluvium [ubi illuſtriſſimus princeps elector Joachim marchio Brandeburgenſis novam quoque circa idem tempus erexerat ſtudiorum univerſitatem] degebat, ubi illas vidit propoſitiones, cum eſſet indulgentiarum prædicator famigeratus & commiſſarius apoſtolicus, atque etiam hæreticæ pravitatis inquiſitor, ingenio ferox, & corpore robuſtus, indignam ferens Lutheri protervam audaciam, ut par pari referret, centum & ſex edidit propoſitiones, quibus contrariam explicabat ſententiam. Verbi gratia Lutherus ſic orſus eſt: Dominus & magiſter noſter Jeſus Chriſtus dicendo: Pœnitentiam agite, &c. omnem vitam fidelium pœnitentiam eſſe voluit, quod verbum de ſacramentali pœnitentia confeſſionis & ſatiſfactionis, quæ ſacerdotum miniſterio celebratur, non poteſt intelligi, non tamen ſolam intendit interiorem, immo interior nulla eſt, niſi foris operetur varias carnis mortificationes, &c. Contra hanc vero ejus ſententiam ita exorſus eſt Tetzelius: Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſacramenta novæ legis, ad quæ voluit cunctos obligari, poſt ſuam paſſionem & aſcenſionem, voluit etiam cunctos docere ante ſuam paſſionem per aptiſſimam ſuam prædicationem: quiſquis ergo dicit Chriſtum dum prædicavit: Pœnitentiam agite; ſic docuiſſe pœnitentiam interiorem, & exteriorem carnis mortificationem, ut non etiam docere, vel cointelligere voluerit pœnitentiæ ſacramentum ejuſque partes confeſſionem & ſatisfactionem tanquam obligatorias, errat: immo nihil nunc juvat ſi interior pœna etiam operetur exteriorem mortificationem, niſi adſit facto vel voto confeſſio & ſatisfactio, &c.*

(a) Sixt. IV. lib. bullar. 44. arch. Vat. pag. 317. bull. in Sixt. IV. conſt. 17.

Moguntinus archiep. naſcentem hæreſim præfocare ſpernit. Tetzeli nimius ardor nocuit.

LXV. Æmulatio inter Auguſtinianos & Prædicatores auxit incendium.

Hac itaque & contrariæ ſententiæ propoſitionum editione viſa eſt jam publice conteſtata inter hos duos antagoniſtas eſſe lis turbulentæ contentionis, quæ mox anno ſequenti in apertum efflagravit incendium, quo pax & unitas Eccleſiæ maximo cum ſcandalo infirmorum & animarum detrimento turbata ac diſſoluta fuit. Confidebat ingenio & eruditioni ſuæ Lutherus, atque etiam potentiæ & gratiæ ſui protectoris ducis Friderici electoris & vafris Staupitii ſui conſiliis ac practicis: cui cedere indignum putabat Tetzelius, qui celebris erat fama prædicationum ſuffultus, & ſedis Apoſtolicæ commiſſione atque authoritate, atque etiam inquiſitionis officio. Hic licet Lutherum ejuſque ſectatores de hæreſi vere

ac

Digitized by Google

ac juſte argueret; tanta tamen erat Lutheri hypocriſis, ut etiam piis & eruditis viris impoſuiſſe initio referat Surius (a): *Ex hac*, inquit, *lite ortum eſt illud immane & horrendum Lutheranæ hæreſeos incendium, quo tota pene Europa poſtmodum conflagravit, in ipſis hujus tragediæ initiis viſus eſt Lutherus etiam pleriſque viris gravibus & eruditis non peſſimo zelo moveri, planeque nihil ſpectare aliud quam Eccleſiæ reformationem.*

(a) *Surius in comment. hoc ann.*

Horrendum in eccleſia diſſidium ex monachorum diſſidio.

LXVI. Verum ipſum non pietatis ſtudium, ſed livor in Dominicanos accenderat; non enim ille nec Staupitius ejus ordinis provincialis magiſter ferre poterant, divulgandarum indulgentiarum munus, honorem, & quæſtum non Auguſtinianis, ſed Prædicatoribus ceſſiſſe; de Alberto enim Moguntino eodemque Magdeburgenſi archiepiſcopo locutus Coclæus ait (b): *Hunc ſpeciali commiſſione præfecit Leo Papa X. indulgentiarum per Germaniam publicandarum negotio: is autem etſi multorum conſilio & ſententia aſſumpturus fuerat ad id negotii fratres ordinis S. Auguſtini Heremitarum, qui & antea perſtrenuam ea in re operam non ſolum prædicando ad populos, ſed etiam ſcribendo & evulgando libros, quales ſunt verbi gratia cœli fodina & ejus ſupplementum, ſedi Apoſtolicæ navaverant, niſi Joannes Tetzelius frater ordinis Prædicatorum magis idoneus quibuſdam viſus fuiſſet eo quod recens eſſet nunc ſermonum ejus de indulgentiis memoria, quibus amplam per indulgentias pecuniam acquiſiverat, fratribus ſanctæ Mariæ militaris ordinis Theutonicorum dominorum in Livonia, quæ a Moſcovitis & aliis vicinis hoſtibus premebantur: id vero quam ægerrime tulerunt fratres Auguſtiniani, in primis Joannes Staupitius vir genere nobilis, facundia & eruditione clarus, generalis eorum per Germaniam vicarius, & Martinus Lutherus theologiæ doctor ordinarius Wittembergenſis, velut præcipui duo gregis ſui arietes fama & authoritate celebres, & præ aliis conſpicui.* Confirmat hæc Joannes Faber (c) his verbis: *Lutherus propterea quod in Romanis indulgentiis concedendis non pœnitentiarius, non commiſſarius creatus eſt, odio & inimicitia perſuaſus contra Eccleſiam intumuit.*

(b) *Cocl. in actis & ſcriptis Lutheri.*

Ut Auguſtiniani in Prædicatores elati invidia fuerint.

Grave Joannis Staupitii ſcelus.

(c) *Jo. Faber. lib. de interceſſ. SS.*

LXVII. Addit de Staupitio Coclæus, illum apud Saxoniæ duces, quibus ipſius cognatio ſubdita erat, in primis charum atque apud Fridericum principem electorem gratia & authoritate floruiſſe, illique inſtillaſſe plura de quæſtorum & præfectorum in impartiendis indulgentiis avaritia; flagitiis & publica offenſione emungii argento Germaniam ah Italis religionis ſpecie, & parta per ſacras expiationes, in profana lenocinia effundi: atque ita eundem Fridericum depravatum fuiſſe, ac Lutheri poſtea utpote academiæ Wiltembergenſis ab ipſo excitatæ doctoris theologi, patrocinium ſuſcepiſſe. Deploranda ſane res, ut magnis virtutibus & piis operibus clarus princeps ab hypocritis maximo catholicæ rei detrimento fuerit ſubornatus: *Recens*, inquit author, *inſtituerat magnis ſumptibus academiam Wittembergenſem, ad cujus incrementum larga fundavit ſtipendia, & amplis ſalariis accerſebat undique doctos & ingenioſos homines, quos fama notos habebat: erexit item novum canonicorum collegium, in quo Jonam præpoſitum Carolſtadium archidiaconum fecit; ipſum vero templum vocavit eccleſiam omnium ſanctorum, in quo ſane permultas undequaque congregavit ſanctorum oſſa, venerabileſque omnis generis reliquias auro, argento, & gemmis pretioſiſſime exornatas, quas & magnifico apparatu ſtatis diebus publice populis oſtendi curavit; ita ut ſummo Pontifici perquam religioſa & pia viſa fuerit ejus liberalitas & magnificentia, qui & facile concedebat petenti quæcumque privilegia, prærogativas, & immunitates tum pro nova univerſitate ſcholæ, tum pro novo canonicorum collegio.*

Subornatus ab eo Saxoniæ dux.

Academia Wittembergenſis ab eo condita fuerat. Eccleſia inſignis extructa.

At ea academia, quæ doctrinæ fax & pietatis magiſtra eſſe debuerat, lugenda commutatione hæreſum & impietatum ſentina extitit, non aliter in ſuo exortu infecta a Luthero, quam Oxonienſem a Wicleffo, Pragenſem a Joanne Hus & Hieronymo Pragenſi contaminatas vidimus. Funeſtiſſima etiam res fuit, illum Carolſtadium, quem ſacris eccleſiæ omnium ſanctorum Fridericus Saxo præfecerat, in ſacrorum hoſtem immaniſſimum converſum fuiſſe; de quo inferius: nunc ad Lutherum redimus. Arbitrantur nonnulli deplorando caſu fortuito in hæreſim impulſum, atque ex abuſu indulgentiarum cœpiſſe occaſionem, qui caſus ſi non incidiſſet, tot tantæque hæreſes non fuiſſent emerſuræ. At illum jam ante oppugnandæ religionis diſſeminandarumque hæreſum ad nomen ſibi ex novis opinionibus in diſquiſitionem vocatis comparandum ſumpſiſſe conſilium, indicant quæ anno ſuperiori de merito bonorum operum & libero arbitrio controverterat. LXVIII.

Academiæ in hæreſeon Seminaria interdum verſæ.

Superiori anno novas ſuderat hæreſes Lutherus.

LXIX. Præterea eum cacodæmonis familiaritate inquinatum fuiſſe tradunt, ac diſertiſſime ipſemet non ſemel ſcriptis prodidit: *Neque vero*, inquit Ulembergius (d), *de indulgentiis tantum receptam in ſcholis ſententiam oppugnabat, verum etiam de pœnitentia ejuſque partibus & virtute, de ſatisfactione, de purgatorio,*

(d) *Ulember. c. 2.*

tum de poteſtate Romani Pontificis, de fide ſpeciali quam vocant opiniones ab eccleſiæ doctrina prorſus alienas tuebatur. Et infra: *Nos autem non multum intereſſe putamus undecumque ſecundum carnem procreatus ſit ſive Luder, ſive Luter, ſive Lutherus, cujus mala mens, malus animus diabolicæ ſuggeſtioni ſubjectus tot malorum vel occaſio vel cauſa exiſtit.*

Patria & genus Lutheri. (a) Coel. ubi ſup. *Ulemberg. in vita Luth. Surius in comment.* Primum juri civili ſtuduit.

Natus (*a*) ille eſt Islebii in Saxonia ſub comitum Mansfeldenſium imperio anno Domini MCCCCLXXXIII. x. novembris die, Martinique nomen in baptiſmo accepit. Cum vero paternum cognomen Luder minus honeſtum videretur, poſtea Luther dici voluit; excultus vero literis ac Erfordiæ ætatis anno vigeſimo artium magiſter creatus eſt: cumque in agro veriaretur, perculſum fulmine ſocium intuitus, metuque perterritus nuncupato voto religioſis S. Auguſtini inſtitutis, non ſine multorum admiratione, ſe aſtrinxit: [1] *Quod quidem*, inquit Surius, *ſi ſolo, ut apparet, ſervili adactus timore fecit, debili ſane fundamento nixus eſt; quippe cum ejuſmodi timor etiam a Cicerone ethnico recte vocetur non diuturni magiſter officii; quamquam non eſt culpandus, qui vel metu ſolo ad vitam corrigendam adducitur, ſed tamen oportet niti ad magis magiſque obtinendam charitatem, quæ foras mittit timorem illum.*

Actus terrore Auguſtinianis ſe addicit.

LXX. Quocumque animo Auguſtiniana inſtituta amplexus eſſet, elapſo tyrocinii religioſi anno ſolemnibus ſe Deo votis obligavit, atque non modo ad literarum ſtudia, verum ad pias quoque exercitationes naviter incumbere præſetulit: *Tametſi*, inquit Cochlæus (*b*), *viſus eſt fratribus nonnihil ſingularitatis habere ſive ex occulto aliquo cum dæmone commercio, ſive ex morbo comitiali, tum propter alia quædam indicia, tum præcipue quod ſemel in choro cum legeretur evangelium de ejecto ſurdo & muto dæmonio, repente conciderit vociferans: Non ſum, non ſum.*

(b) *Cocla. in actis & ſcriptis Luth. hoc ann. Ulemberg. in vita Lutheri.*

Obſeſſus a dæmone deprehenditur.

Multorum itaque eſt opinio eum occulta uſum eſſe familiaritate dæmonii cujuſpiam; quandoquidem & ipſemet talia de ſe aliquando ſcripſerit, quæ lectori ſuſpicionem de hujuſmodi commercio nefariaque ſocietate ingerere poſſint. Ait enim in quodam ad populum habito ſermone, ſe bene cognoſcere diabolum, & ab eo ſe viciſſim bene cognitum eſſe, ſeque plus quam unum fruſtrum ſalis cum eo comediſſe: & proprium deinceps edidit Germanice librum de angulari (ut vocat) miſſa, ubi diaboli contra miſſam diſputationem ſecum habitam noctu commemorat. Sunt & alia non pauca hac de re argumenta, quod etiam corporaliter viſus quibuſdam fuerit cum eo converſari. His conſentanea tradunt alii.

Jactat ſe familiariter uti dæmone.

LXXI. Fuiſſe autem in diſputando acerrimum, inanis gloriæ cupidum, audacem, & in contradicendo vehementiſſimum Lutherum memorant: *Erat*, inquit Ulembergius (*c*), *vehemens, rigidus, fero ingenio, & iracundus ſupra modum, quo factum eſt, ut in rebus agendis nulli cederet, ſed ingenii ſui ductum potius, quam aliorum ſana conſilia ſequeretur: quod vitium in puero deprehenſum quidem fuit, ac ſeveritate quadam cohibitum, ſed evelli radicitus non potuit; immo cum ætate ſumpſit incrementa, donec ad hanc maturitatem crevit, ut qui puer contumacia ſua ac ferocitate parentes & præceptores exercuit, jam vir factus contra principes, epiſcopos, univerſitates, Cæſarem, Pontificem, Eccleſiam ipſam non triumphantem minus quam militantem, protervia faſtuque tumens, inſurgeret; ac demum ab hac indomita pertinacia ſymbolum ſibi deſumeret: Cedo nemini; & licet ſubinde verbis ad humilitatem compoſitis ſe demitteret, quaſi locum dare vellet ſanis conſiliis, & ad aliorum ſe ductum adjungere, tamen ſimulata fuit illa & fuco picta demiſſio ad captandum favorem, & prenſandum hominum animos comparata: quam ipſe poſtmodum, ubi rerum potitus eſt, ſtolidam humilitatem appellare conſuevit.*

(c) *Ulemberg. c. 1. & alii.*

Fuit ingenio acer & avidus gloriæ.

Lutheri mores.

Arrogans illius vox.

Bla-

NOTÆ [1] ANnus iſte luctuoſiſſimus eccleſiæ accidit ob exortam in Germania Lutheranam hæreſim, quæ claſſicum cecinit illud quo tot dein hæreſes excitæ ſunt, unde tot animarum excidium & olim, & nunc etiam provenit. Tanti mali author Martinus Lutherus natus eſt Iſlebiæ anno 1483. die X. novembris ex honeſta familia, matre Margaretha & patre Johanne, ærearum fodinarum in comitatu Mansfeldii inſpectore. Studiorum curſum primo quidem in patria ſua cœpit, dein Magdeburgi, tum Iſenaci proſequutus, tandem in Erfordienſi academia abſolvit. Anno ætatis XXI. Chriſti 1509. territus fulmine, quo aſſiſtens lateri ſuo comes peremptus fuit, die XVII. julii inter monachos eremicolas S. Auguſtini in Erfordienſi cœnobio nomen ſuum dedit. Triennio poſt, anno ſcilicet 1508. in academiam Wittembergenſem, quam Joannes Staupitius dirigebat, accitus, theologiam in frequenti auditorum cœtu legere exorſus eſt. Ingenium a natura tulit ad ea ſtudia non ineptum; quamquam doctrinæ ea tune novitatem amavit, cum Ocami ſcriptis ſupra Scotum & S. Thomam delectatum notent ſcriptores, quos inter Durand hiſtor. du XVI. ſiecle liv. 5. His fomentis indoles natura fervida ita incaluit, ut in incendium illud, quod nondum extinctum eſt, proruperit. Cætera omitto, quæ in Annalibus ſatis explicentur. MANSI

LXXII. Blaſphemum etiam illum fuiſſe, ac eaſdem impias voces, quas dæmones & damnati in divinam juſtitiam effundunt, vomere cœpiſſe, ipſemet profiteri publicis ſcriptis non erubuit, quem Sanderus (a) ita refellit: *Lutherus in præfatione primi tomi operum ſuorum: Ego, inquit, non amabam, immo odiebam juſtum & punientem peccatores Deum, tacitaque ſi non blaſphemia, certe ingenti murmuratione indignabar, & poſt furebam ſæva & perturbata conſcientia; & quæ ſequuntur. Si hæc non eſt blaſphemia, equidem neſcio quid appellem blaſphemiam, aut quid eo nomine accipi debeat. Non amabam, inquit, Deum: parum hoc ei viſum eſt? Immo, inquit, odiebam, quem tandem? Deum; quem? Creatorem tuum. At forte putaveras illum potuiſſe injuſtum eſſe. Oderam, inquit, juſtum & peccatores punientem: Itane? oderas juſtum Deum, imprudens opinor, id feciſti, odio quodam occulto, quod ipſe non intellexeras: Immo, inquit, ſi non tacita blaſphemia; forte igitur, te ipſo authore, etiam tacita blaſphemia, certe ingenti murmuratione indignabar, atque adeo furebam ſæva & perturbata conſcientia. O monſtrum hominis, qui non didicerat illud mite verbum Heli ſacerdotis 1. Regum III. Dominus eſt: quod bonum eſt in oculis ſuis faciat. Nec refert qua occaſione Lutherus hæc dixerit; nulla enim poteſt ſatis juſta cauſa intervenire, ob quam Deus etiam, ut juſtus eſt, odio haberi, & ingens murmuratio contra illum commoveri debeat.* Plurium aliarum blaſphemiarum eum fuiſſe reum, ex Coclæo & Fabro inſerius videbimus.

(a) Sander. de viſibil. monarch. l. 7.

Blaſphemiæ ejus horrendæ.

LXXIII. Tegere hæc Lutheri vitia nonnulli illius ſectatores niſi ſunt, præterque alios ipſius fautores, conſcripſit Joannes Sleidanus commentarios de ſtatu religionis & reipublicæ: *In quibus*, inquit Surius (b), *ita tuetur Lutheri & diſcipulorum ejus cauſam, ut blanda & mellita oratione religionis negotium cum aliis plerisque rebus geſtis commiſceat, ita ut miro artificio, dum lectorem, detinet hiſtoriarum varietate, ſimul incautis & imperitis animis identidem, etiam inſigniter mentiendo, damnatorum jam olim dogmatum virus exitiale inſtillet.* Perſtringi ab eodem impudenter per calumniam Coclæum & hiſtoricos catholicos admonet: *Cum*, inquit, *illis viris longe charior fuerit fides, quam Sleidano & aliis ſectariis, qui cum catholica fide omnem etiam pudorem, & dictorum factorumque conſtantiam & fidem abjeciſſe cernuntur: mentiri autem præſertim in fidei ac religionis negotio tam eſt pernicioſum & execrabile, ut quiſquis vel ſemel de induſtria, quod falſum ſciret pro vero affirmaſſe deprehenſus fuerit, illi omnis deinceps fides jure optimo detrahenda videatur.*

(b) Sur. in comment. hoc anno.

Sleidanus impudens Lutheri defenſor.

Interjectis de Luthero pluribus, ejuſdem Sleidani calumnias ſummo Pontifici Leoni impoſitas redarguit his verbis: *Sleidanus a Leone X. præclaram ſuam orditur hiſtoriam, & in ipſo ejus limine egregie mentitur, ſed ita tamen, ut hæc mendacia ei cum toto grege communia ſint; nec ideo tamen minus turpia, cum etiam religionem attingant, de cujus receptis approbatiſque ſententiis nemo niſi pernicioſe mentitur. Verba Sleidani ſunt hæc: Leo X. Pontifex Romanus ex familia Medicea Florentinus pro ſua, quam in omnes Chriſtiani nominis eccleſias habere ſe putabat, quadam uſurpatione majorum poteſtate, &c. Primo quidem non putabat Leo Pontifex (quem Sleidanus Romanum vocat, maximum pro ſuo candore non vult dicere) ad ſe pertinere curam omnium eccleſiarum, ſed ex evangelio certus erat dictum eſſe Petro ab ipſo Chriſto: Paſce oves meas, nec ignorabat Romanum Pontificem eſſe Petri ſucceſſorem: forte non legerat Sleidanus illud Ambroſii in prioris epiſtolæ ad Timotheum cap. III. Cum totus mundus Dei ſit, Eccleſia tamen domus ejus dicitur cujus hodie rector eſt Damaſus. Deinde non ſibi eam uſurparunt Pontifices authoritatem, ut Sleidanus aculeate ſcribit non ſine inſigni tot ſanctiſſimorum Pontificum injuria, ſed a Chriſto ſibi demandatam in totum orbem Chriſtianum ubicumque res poſtulavit exercuerunt.* LXXIV.

Illius in Leonem calumniæ confutatæ.

Mox addit ille Sleidanus, Pontificem miſſis per omnia regna literis atque diplomatibus, omnium delictorum expiationem ac ſalutem æternam eſſe pollicitum interventu pecuniæ, quam quiſque daret. Multa hic fraudulenter ſilet ille hoſtis Pontificum; ita enim non ſolent promulgari indulgentiæ vel condonationes: petiit autem Pontifex ſubſidium pecuniarium pro ſtructura templi S. Petri Apoſtolorum principis, & eam pia animi devotione largientibus dedit indulgentias, quæ tamen non dantur niſi vere pœnitentibus & contritis atque ſua peccata confitentibus; ſic enim ſolent habere diplomata condonationum. Perſpicuum id nobis maxime eſt oculata archetyporum inſpectione, quæ ſingulari Urbani VIII. & Innocentii X. beneficentia Pontificum regeſta in otio evolvimus, *nec putandus eſt Pontifex liberaliter eruditus aliter ſcripſiſſe in ſuis diplomatibus, licet forſaſſis quidam importuni earum indulgentiarum prædicatores turpis quæſtus cauſa pro concione temere multa dixerint: quæ culpa non debuit a Sleidano conferri in Pontificem. Ita ille bonus* LXXV.

Indulgentiæ pro baſilica S. Petri ut datæ ſint.

nus vir ſuam lepidam hiſtoriam ordiſur ab injuriis & calumniis in Romanum Pontificem, & in rebus graviſſimis impudenter mentitur: qui ſi volebat reprehendere abuſum, qui nonnumquam etiam in prædicandis indulgentiis incidebat, debebat abſtinere ab inſectatione Pontificis, de quo paulo poſt idem ipſe ſcribit quod Lutherus illius arbitrio atque poteſtati omnia ſua ſcripta, vitam quoque, & ſalutem permiſerit, ſcripſeritque quidquid a Pontifice profectum fuerit, eo loco futurum apud ſe, ac ſi dimanaſſet a Chriſto: quæ Lutheri verba tum Lutherum ipſum, tum Sleidanum quoque egregie pudefaciunt. At de his iterum inferius.

Lutherus initio profeſſus dicta ſua ſubjicere Pontificis ſententiis.

LXXVI. Increbreſcente late fama de conſtituta in Germania de indulgentiis controverſia Thomas de Vio (*a*) Cardinalis S. Sixti extremo anno commentarium de indulgentiis edidit, quem Julio Medici Cardinali, cui in pontificatu Clementis VII. nomen inditum, inſcripſit: ac primum cum ea, quæ de exortu earum compererat, ſubjeciſſet, (quarum tamen antiquiorem, & Apoſtolorum tempore fuiſſe indulgentiarum uſum demonſtrat Cardinalis Baronius) (*b*), diſceptavit (*c*) quid eſſet indulgentia, ac concluſit: *Eſt igitur eccleſiaſtica indulgentia abſolutio a pœnitentia injuncta in foro pœnitentiali.* Dilutis objectis quæſivit num animæ, quæ expiatoriis flammis cruciantur, quæ quod attinet ad meritum vel demeritum ſunt extra viam, ſed quod atttinet ad pœnam vel præmium in via adhuc ſunt, vi indulgentiæ abſolvantur; ac per modum, ut aiunt, ſuffragii, non abſolutionis, conferri iis indulgentias explicuit hiſce verbis (*d*).

(*a*) *Thom. e Vio Card. tract.* 13.

(*b*) *Annal to.* 1. *A. C.* 58. *num.* 38. & 39.

(*c*) *Ib. c.* 2.

Indulgentia quid ſit.

(*d*) *Ib. c.* 5.

LXXVII. *Plus requiritur ad ſubditum judici viatorem quam adhuc participare aliquid de via: exigitur enim quod poſſit cauſa ſua, quantum ad illud quod ſapit viæ cognoſci a judice viatorum, nullus enim poteſt eſſe judex cauſæ omnino incognoſcibilis ab ipſo, conſtat autem a Papa cognitione omnino eſſe alienas cauſas exiſtentium in purgatorio, & ideo patet Papam non poſſe abſolvere aut ligare exiſtentes in purgatorio. Manifeſtatur quoque hoc idem ex verbis Domini limitantis Petri poteſtatem ſuper terram, ita quod licet effectus poteſtatis Petri penetret cœlos, dicente Domino: Erit ligatum aut ſolutum in cœlis; juriſdictionis tamen actus terminatur ad hoc, ut ſit ſuper terram, dicente Domino: Quodcumque ſolveris aut ligaveris ſuper terram; ſcriptura autem ſacra mortuos non eſſe ſuper terram vocat ut patet gen.* XLII. Paucique interjectis. *Quocirca non dat Papa defunctis indulgentiam authoritative abſolvendo, ſed per modum ſuffragii; quod etiam ipſe apoſtolicæ literæ atteſtantur clare apponentes iſtam clauſulam: Per modum ſuffragii; cum pro defunctis dantur indulgentiæ.*

Quomodo valeant indulgentiæ pro defunctis.

De cauſa indulgentiarum ita ſenſit (*e*): *Paſſio ſanctorum eſt conſummatia paſſionum Chriſti, teſtante hoc Apoſtolo ad Coloſ.* I. *dicente: Adimpleo ea quæ deſunt paſſioni Chriſti in carne mea pro corpore ejus quod eſt eccleſia; en hoc quippe loco ſumptus eſt theſaurus eccleſiæ quoad paſſiones Chriſti & ſanctorum ab Auguſtino ſuper pſalmum* LX. *dicente en hoc loco: Tantum ergo pateris quantum ex paſſionibus ejus inferendum erat univerſæ paſſioni Chriſti: ad communem hanc quaſi rempublicam quiſque pro modulo noſtro evolvimus quod debemus, & pro poſſe virium noſtrarum quaſi canonem paſſionum inferimus.* Et infra: *Ex quibus haberi facile poteſt, intentionem Chriſti & ſanctorum quoad pœnas in theſauros reconditas eſſe ſicut bonum commune eccleſiæ.* LXXVIII.

(*e*) *Ib. c.* 8.

Quæ ſit indulgentiarum cauſa.

Diſceptavit deinde Thomas Cardinalis, num Pontifex pro libito indulgentias concedere poſſit, an eæ tantum valeant: quas ex juſta cauſa contulerit: *Quia*, inquit, *diſpenſatio credita Petro & ſucceſſoribus, imitari debet diſpenſationem factam ab ipſo Chriſto; omnis enim Chriſti actio noſtra eſt inſtructio, immo ſic agendo formam inſtituit noſtrarum actionum: conſtat autem quod Chriſtus eumdem theſaurum diſpenſat commenſurate juxta concurrentes conditiones cauſarum mediarum, ut patet ex differenti diſpenſatione ejuſdem per ſacramentum baptiſmi, quo tota pœna exolvitur; & per ſacramentum pœnitentiæ, quo non tota pœna ſolvitur. Ergo ipſius vicario commenſuratam quoque applicationem dicti theſauri creditam eſſe rationabile eſt.* Ad argumentum porro illud, quod accidere poſſit, ut hæc vel illa indulgentia ſine juſta cauſa conceſſa non valeat, reſpondit: *Præſumitur de jure pro judice ſemper, niſi manifeſte appareat error ſupponens, non ex cauſa legitima datam tantam indulgentiam &c. Romæ anno ſalutis* MDXVII. *pontificatus S. D. N. Leonis X.* V. *ætatis vero meæ* XLVIII. *die* VIII. *decembris.* LXXIX.

Quid requiratur ut indulgentiæ valeant.

Dum fœda tempeſtas conflabatur in Germania, in Italia diuturnis bellis, quæ adverſus Venetos geſta a pluribus Regibus fuerant, finis impoſitus eſt, redintegrata inter Cæſarem & Gallorum Regem pace, ac Verona a Germano tradita Lautrechio Gallorum duci, at mox Veneto eſt reſtituta: Fuit, inquit, Petrus Juſtinianus (*f*), *hæc Veronæ receptio* MDXVII. *ad* XVI. *januarii menſis diem qui apud Ve-* LXXX.

Pacata bella Italica.

(*f*) *Petr. Juſt. l.* 11. *Guic. l.* 12. & *alii Petr. Delp. l.* 11. *ep.* 40.

ronen-

Veneta reſpublica priſtinæ reſtituta amplitudini.

ronenſes celeberrimus quotannis habetur; triduoque ingens tota urbe feſtivitas acta. Et infra: *Inde Grittus, Lautrechio Mediolanum abeunte, ſenatus juſſu Salodium, Piſcheriam, Bergomum, Brixiam, Cremam Veronam, Vincentiam, Patavium, Tarviſium, Rhodigium, Utinum, ac totum Forumjulium inviſit, hortandoque & conſolando populorum animos, in antiquæ fidei obſequio confirmavit: tandemque poſt tot labores exhauſtos, poſt varios armorum conatus, poſt innumerabiles terra marique clades, expenſaque centies quinquagies centena aureorum nummum millia honeſtis conditionibus bello finis impoſitus eſt, & pax perpetuo firmata. Illud vero, abſit verbo invidia, inſigni ſempiterna Venetum laude exornat, qui tantam belli molem adverſus univerſæ Europæ principes ſuis ſolis viribus ſuſtinuit, & rem pene inclinatam non ſolum erexit, ſed in priſtinam etiam dignitatem reſtituit: quod memorabile cunctis ſæculis prædicabitur; ſociis enim armis tot Reges, tot principes Venetum nomen adorti omni pene terreſtri imperio ſpoliarant, actumque aliis ſuper aliis cladibus de re Veneta fuiſſet, niſi ſingularem in adverſa fortuna conſtantiam patres habuiſſent: collapſumque tandem erexere admirabili virtute imperium.*

LXXXI. Urbinas bellum redintegrat.

Confecto hoc bello, ac Venetorum, Germanorum, Gallorum, Hiſpanorumque compoſitis in Italia controverſiis; fore videbatur, ut Itali diuturna placidiſſimaque pace fruerentur, cum ex hujus incendii favillis rediviva novi belli flamma fuit accenſa: Franciſcus enim Maria Robureus Urbinate principatu pulſus a Laurentio Medice veteris ditionis recuperandæ cupidus promiſſis ingentibus exauthoritas copias rapto vivere aſſuetas ad ſe pellexit. Ex quinque millibus Hiſpanorum militum veteranorum & octingentis equitibus ſeu Vaſconibus, ſeu Italis præcipuum illius exercitus robur conſtabat: quibus ſuccinctus Urbinatem principatum, obſecundantibus populorum ſtudiis, quantumvis Pontifex numeroſos exercitus, ſed bellandi peritia impares opponeret, recepit atque inde latius in reliquam ditionem eccleſiaſticam infeſta ſigna circumtulit. Conflatam autem hanc in ſe procellam Hiſpanorum Gallorumque Regum conniventia ratus Leo, eorundem ſtudia ad ipſam ſedandam adhibuit. Extant eo argumento literæ pontificiæ ad Hadrianum epiſcopum Dertuſenſem datæ (*a*), ut Carolum Hiſpaniæ Regem, apud quem ſumma gratia valebat, ad tuendam Eccleſiæ dignitatem Hiſpanoſque a Franciſci Mariæ Roburei ſignis revocandos impelleret.

Mediceus a Ruvero pulſus.

(*a*) *Ext. apud Bemb. l. 15. ep. 3.*

Hadriano epiſcopo Dertuſenſi.

LXXXII. Leo ab Hiſpano poſtulat auxilia.

Quod tuis ad nos perhumaniter ſcriptis literis ſignificaviſti, moleſtiſſimam tibi fuiſſe eorum hominum audaciam, qui aperto bello in reipublicæ loca invadere, eaque diripere ſunt aggreſſi, de eo etiam ex legatorum noſtrorum literis fiebamus certiores. Equidem valde conſolamur, cum te hominem & prudentem & gravem, & magna apud Carolum Regem authoritate non æquiſſimo animo ferre ſentimus hanc indignitatem, cupereque reipublicæ vulneri mederi non illi quidem magno aut introrſum adacto, ſed tamen vulneri quod ſanari ſine Regis tui curatione prope non poteſt. Itaque cum te de tuo in rempublicam optimo amantiſſimoque animo, quem & nobis & noſtris interpretibus oſtendiſti, vehementer laudamus; tum hortamur, ut quod laudabiliter cœpiſti ſuadere Regi, ut nobis ſuppetias ferat, idem inſtas perſaſque tandiu facere, dum audaciſſimi hoſtes noſtri ſuarum impreſſionum pœnas luant. Datum XII. *kal. aprilis MDXVII. anno* V. *Romæ.*

Conqueſtum Pontificem apud Cæſarem & Hiſpanum de Gallo, apud Gallum vero de Lautrechio duce, decretaque ab iis auxilia Pontifici refert Guicciardinus (*b*). Ex Neapolitano quidem regno Caroli Hiſpaniarum Regis imperio Potentiæ comes ſubſidiarias adduxit copias, ad quem ſcripſit Pontifex (*c*) III. kal. aprilis, ut cum, eccleſiaſtica manu, quæ in Piceno erat, celerrime ſe conjungeret, deinde ad Laurentium Medicem magnis itineribus ſe conferret. Porro Laurentius in tumultuaria pugna a Franciſco Maria ſauciatum memorant (*d*), quod altius non penetraſſe Pontifici ſignificavit. LXXXIII.

(*b*) *Guicciar. l. 13.*

Submiſſæ ex Neapolitano regno copiæ.

(*c*) *Apud Bemb. l. 15. ep. 5. & ep. 16.*

(*d*) *Guicciar. l. 13.*

LXXXIV. Peruſium a Ruvereo oppugnatum.

Secundis rebus inſoleſcens Robureus Peruſii oppugnationem molitus eſt: cujus conſilia antevertit Leo, ac Joanni Paulo Baliono ac Peruſinis auxit (*e*) animos, ut hoſtium impetus comprimerent, pontificias, nec non Galliæ & Hiſpaniæ Regum copias, quæ præſto eſſe Eccleſiæ juſſæ fuerant, auxiliares pollicitus: excitati etiam Tudertini (*f*) & alii, ut præſidia maxima ad defendendum Peruſium compararent; tam enim id ipſi gratum futurum, quam ſi pro pontificia defenſione vel Romæ propugnatione eum laborem ſuſciperent. Cæterum fractæ fuere Franciſci Mariæ Roburei ejuſque fœderatorum vires Joannis Pauli Balioni virtute, antequam Hiſpanæ & Gallicæ copiæ adventarent: cui Pontifex datis XVI. kal. junii literis hac de re gratulatus eſt (*g*).

(*e*) *Ext. apud Bemb. ea de re la. l. 15. ep. 18.*

(*f*) *Ib. ep. 19.*

Joannis Pauli Balioni virtute defenſum.

(*g*) *Id. ep. 20.*

Jo-

Joanni Paulo Baliono Peruſino.

Gratulatoriæ ad eum Leonis literæ.

Quod ductu auſpicioque tuo Peruſini cives ſumptis armis in reipublicæ hoſtes impetum fecerint, eoſque fortiter & viriliter pugnando magna cum illorum clade atque pernicie rejecerint, fuderint & proſperrimo eventu parta victoria in oppidum ſe receperint, lætamur, eaque de re cum tibi gratulamur, qui tantam rem egeris, tum civitati iſti, quod & ſuum in nos officium fidemque præſtitit, & ſe ab audaciſſimis hoſtibus magno animo eſt tutata: utrique autem gaudemus propterea quod veſtra in rempublicam merita iſto facinore confecto præclare amplificaviſtis. Itaque decretis ſupplicationibus Deo optimo maximo gratias egimus, qui vobis tantum animi tantumque virium ſubminiſtrarit, quantum ſatis fuit, ut & eius & veſtros & reipublicæ hoſtes audaciæ ſuæ pœniteret: quos quidem arbitramur in vos nihil amplius molituros; ſed ſi refectis viribus vos laceſſere non deſinent, aderunt jam jamque noſtri Regumque ſociorum milites, quibus mandavimus, ut ad vos defendendos maturarent, quos ſi expectabunt facile eos confidimus ſuorum conatuum pœnas daturos. Mittimus etiam Tudertum, quibus tamen antea ſcripſeramus, Herculem epiſcopum Urbevetanum deſignatum propinquum tuum, qui eo in oppido aliiſque locis iſtius provinciæ, quæ paranda ſunt comparet, ut ſi hoſtis illo flexerit, operam ſe luſiſſe cognoſcat, &c. Dat. XVI. kal. junii pontificatus noſtri anno V. Romæ.

LXXXV. Laudavit etiam Pontifex Ludovicum Tudertinum (*a*) & Vitellium (*b*) Tifernatem bene in eo bello officio ſuo functos eſſe, ac Romano Pontifici, Dei Eccleſiæ, Petro & Paulo, quorum præſidio eccleſiaſticum regitur imperium, operam navaſſe. Cum vero e Peruſinis finibus repulſi hoſtes ad convellendum Senarum ſtatum ſe conferre putarentur, Leo Senenſes ampliſſimorum auxiliorum ſpe ad eludendas eorum molitiones XV. kal. junii animavit (*c*).

(*a*) *Ib. ep.* 22.
(*b*) *Ib. ep.* 30.

Verſæ a Ruvereo in Senenſes copiæ.

(*c*) *Ib. ep.* 21.

Senenſibus.

*Si qui vobis urbique iſti præclaræ negotium faceſſere conantur, hoſtes reipublicæ non eſſent, quorum duci * igni & aqua interdictum ſit, vobis eſſe verendum arbitraremur, ne quam ab illis contumeliam acciperetis nec animo pacato eſſemus dum iſta cernerentur: nunc vero cum & illi ejuſmodi ſint, ut quoquo ſe vertant odia in ſe hominum exardeſcere videant, & nos ad vos defendendos non minorem ſimus curam adhibituri, quam ſi pro urbe Roma laboraremus, bono animo debetis eſſe exiſtimareque, cum ii Peruſium fruſtra tentarint, ipſorum conatus in vos nihilo magis efficaces futuros, nam præterquam quod noſtræ vobis opes & facultates omnes atque copiæ ſuppeditabunt, mittemus etiam ad vos defendendos eam manum quam uterque Rex nobis præſto eſſe voluit ſuorum militum, quæ cum noſtra manu conjuncta eſt & una omnes pro republica bellum gerunt. Hæc ad vos illico ſcripſimus, cum ad nos eſſet allatum illos ad vos cogitare Peruſinis e finibus ſe convertere; quod ſi fecerint, noſtri milites eos ſubſequentur, ſic enim jam imperavimus, neque procedere permittent: vobis tamen ſumus auctores, ut ea coviteti, paretis, quæ per vos fieri poterunt, ne ab illis imparati offendamini; nam ſi primi eorum impetus ſuſtinebuntur, omnia erunt confecta; non enim poterunt conſiſtere: ſingulis autem de rebus quid egeritis, quorum vobis opus ſit, quæ fieri per nos velitis ſcire cupimus: itaque veſtras literas avide expectamus. Dat. XV. kal. junii anno V.*

* ſacrorum uſu

Promiſſa illis a Leone auxilia.

Gallicæ & Hiſpaniæ vires cum pontificiis conjunctæ.

LXXXVI. Quod porro imperatum ait Pontifex Hiſpanorum Gallorumque fœderatorum copiis, ut Roburei exercitum inſequerentur; extant eo argumento ad comitem (*d*) Potentiæ Hiſpanum, tum ad Siſſam (*e*) Gallum præfectos literæ, ut extrema hoſtium agmina carperent, & quos Peruſini parva manu fuderant, ipſi juſto cum exercitu delerent; cumque idem Robureus in Picenum ſigna convertiſſet, repetita (*f*) ſunt Siſſæ mandata, ut hoſtem aggredi legatum nempe Bernardinum Bibienam Cardinalem Metaurenſeſque opprimere meditantem a tergo inſequeretur, nec metu vacuum eſſe ſineret. Deſcribit pluribus Franciſci Mariæ per Picenum hoſtiles excurſiones Guicciardinus (*g*), Piſaurenſemque obſidionem magna clade accepta coactum ſolvere addit. Cum vero in Picenum irrupiſſet, prædandi avidus illius exercitus immani ſacrilegio Lauretanam ædem ſacris muneribus ornatiſſimam expilare moliebatur: quem ſacro inhiantem auro cum nullis artibus imperiove militari cohibere potuiſſet Robureus, cœleſti mox virtute (*h*) repreſſus atque a facinore meditato revocatus eſt, ut ex fidiſſimis ac vetuſtis monumentis poſt Rieram narrat hiſce verbis Horatius Turſellinus: *Franciſcus Maria Urbini dux ditione a Leone X. exutus fuerat, qua deinde armis recepta, ultro ipſe Picenum agrum infeſta populatione percurrit, Pontificis [ut ipſe dictitabat] injuriam ulturus. Exercitum habebat ex multarum gentium colluvione miſſum, quibus nec mos nec lingua communis, & præda potior religione erat. Proinde neque ducis imperio ſatis regi poterat,*

Ruverei exercitus in Picenum excurrit.

(*d*) *Ext. eod. l.* 15. *ep.* 24.
(*e*) *Ib. ep.* 25.
(*f*) *Ib. ep.* 29.
(*g*) *Guicciar. l.* 13.

Piſauro propulſatus.

(*h*) *Annales Laur. Riera Horat. Turſ. hiſt. Laurent. l.* 2. *c.* 20.

terat,

Digitized by Google

Ejus exercitus Lauretanæ ædis direptioni inhiat.

terat, nec ulla ratione a rapina prohiberi, & præfectorum, centurionumque plerique jampridem Lauretanis theſauris inhiabant, jamque per internuntios de his diripiendis clandeſtina inter ſe conſilia agitarant. Ergo ex compoſito ad montem Filatranum non procul Laureto ſub veſperam ſubſiſtunt ea mente, ut poſtero die illuceſcente Lauretanam ædem defenſore vacuam direptum eant. Haud fefellit pium juxta prudentemque ducem impius conatus exercitus: ſui itaque per interpretes deterrere ab impio conſilio perditos barbarorum duces per Italicas copias nefarium facinus impedire inſtitit: omnia agere, omnia moliri, ut quolibet potius averteretur incenſa prædæ cupido. Cæterum ſurdæ erant omnium aures obſtrepente avaritia: ita major pars, ut plerumque fit, vicit meliorem.

Spernit ducis monita.

Luce nondum certa, præmiſſis exploratoribus agi cœptum eſt agmen. Diſſuadere iterum dux ac minas precibus miſcens deprecari ſacrilegam profectionem. Poſteaquam nihil proficiebat, orat ſi ſtetiſſet animo Lauretum pergere, ut mutata in diverſum voluntate pietatis ergo, ut cæteri mortales ad ſacroſanctam Deiparæ virginis cellam accederent: ſi ſecus fecerint, non ſuam modo, ſed cœleſtem quoque intentat iram recentia Turcarum exempla proponens; fuerant (*a*) ii eodem die ſuſpenſi laqueo, quo excenſione e duabus biremibus facta prædas e Lauretano agro egerant alias ſæpius invecti claſſe, ingenti pavore divinitus injecto propulſati. *At illi animis væſania avaritiaque occupatis, nullius ſalubris conſilii patientes, ad devoratam ſpe & opinione prædam incenſis ſtudiis tendunt. Sequitur exercitum dux, quem regere nequibat, ſacrilegium quod impedire non poterat temperaturus. Sed non defuit ſacroſanctæ cellæ præſidium Virginis: præmiſſi exploratores haud procul Laureto aberant, omniaque tuta eſſe cernentes lætitia geſtiebant; cum ſubito acrium grex luporum (ut ferinam hominum rabiem feræ comprimerent) e ſaltu proximo erumpunt, ac velut facto agmine in præcurſores impetum faciunt, illorum pleroſque repentino terrore amentes jugulant laniantque: cæteros in fugam vertunt, ſalutis jam magis quam prædæ memores: qui ut ad primum agmen metu, curſu, laſſitudine exanimati pervenere, receptis demum a pavore tanto animis, effuſæ fugæ terroriſque cauſam ſociis tanti ſceleris aperiunt. Monent etiam atque etiam, viderent quid agerent: ædi Lauretanæ Deum cuſtodem, ac vindicem adeſſe. Tantam vim luporum, tam immania corpora belluarum non e nemore illo egreſſam, ſed divinitus in prædatores emiſſam, nec ipſis tam cum belluarum exercitu, quam cum Deo cœleſtibuſque eſſe pugnandum. At væſani exercitus duces exploratorum terrorem tanquam vanum militari derisiculo eludentes nihilominus properabant ad prædam; verum enimvero, ut ſacra ædes in conſpectum ſe dedit, repente ingens exercitum pavor invaſit, cunctique lymphatis ſimiles trepidare cœperunt, divinitus incuſſa formidine omnium pectora percurrente. Tum vero excuſſa væſania, ad ſe redeunt ſceleris duces & ſive divini ira Numinis, ſive templi religione conterriti, cuncti pariter præmeditato latrocinio deſiſtunt. Cæterum ne ſubinde militares animi ad ingenium redirent, conſternatis novum miraculum additur. Jam multum diei proceſſerat, cum repente nebulam de cœlo lapſam ferunt, quæ paulatim circa templum denſata ejus conſpectum ademit, cum tamen cætera circum loca ſole eſſent illuſtria: ea ſpecies oculis objecta militum animos quoque immobiles tenuit. Exinde ingenti horrore perfuſi procumbunt in genua, verſaque in religionem audacia, ad placandam Dei ac Deiparæ iram, Lauretum ire pergunt: quo ut ventum eſt, cuncti ac præcipue cohortium duces Lauretanam ædem intrant venerabundi, ac poſitis humi genibus cogitati ſceleris veniam expoſcunt. Ultro etiam Virginem, quam diripere deſtinaverant, muneribus colunt: ita ſuſceptum ab inſano principio iter exitu ſaniore concluſum. Urbinatium dux inſperato exitu facinoris mire lætus, Deo ac B. Virgini averſum ſacrilegium gratulatur: mox detracta ſibi arma in primo auguſtiſſimæ cellæ aditu ſuſpendit tanti miraculi monumentum; ſimul, ſe ex agro Piceno exercitum abducturum vovet: nec votum fefellit, exemplo formidabiles copiæ abductæ, eademque opera & Lauretana ædes, & Picenæ regio direptionis metu divinitus liberata.*

(a) L. 2. c. 19.

Exploratores laniati a lupis.

Divinitus injecto terrore aversum ſcelus.

Nebula tegitur templum.

Muneribus colunt qui ædem direpturi venerant.

Refert Guicciardinus (*b*) Franciſcum LXXXVII.
Gallorum Regem de ferenda ope poſtulatum extraxiſſe diutius promiſſa auxilia, ut Pontificem ad novi fœderis commodiores leges adduceret, cum Bononienſe fœdus integre non ſervatum a Leone quereretur. Præter autem Gallica & Hiſpanica ſubſidia Leo etiam Helvetiorum octo millia conducere anniſus eſt, ut ipſius teſtantur ad eoſdem datæ literæ (*c*), quibus malle illorum nationi debere quam ullis omnino hominum omnium profitetur, ſpondetque veteres penſiones ipſis debitas ſoluturum tum rogat, ut quam virtutem quamque diligentiam in mediis aliis Romanæ eccleſiæ tempeſtatibus oſtendiſſent, eaſdem nunc, aut etiam

(b) Guicc. l. 3.

(c) Eod. l. 15. ep. 31.

Helvetios ſibi conciliare nititur Pontifex.

(a) Ib. ep. 42. & 44.

(b) Ead. ep.

etiam majores in hoc difficillimo tempore patefaciant. Allatæ (a) autem ſunt variæ difficultates ab Helvetiis, quantumvis Leo in ſtipendiis numerandis fidem ſervaſſet, a quo iterum iterumque VII. idus quintilis rogati ſunt, ut qui libertatem Romanæ eccleſiæ tutati ſemper fuiſſent, cujuſque libertatis defenſores & haberentur & vocarentur, eidem nunc inimicorum ſuorum audacia laboranti opem ferrent. Queſtus præterea eſt (b) non revocatos ab iis Helvetios, qui Franciſcum Mariam prædarum ſpe erant ſecuti, & delectus militum jam habitos impeditos.

Helvetiis

Datæ ad eos literæ.

Si Franciſco Mariæ contra nos remque publicam arma capienti veſtri aliquos milites adhæſerunt, illoque omnia mediis in reipublicæ viſceribus miſcente atque turbante eos veſtros milites non revocaviſtis, nunc autem nobis milites veſtros poſtulantibus, ut nos remque publicam tueri, atque defendere poſſimus, nihil omnino conceditis neque veſtris uti poſſe militibus permittitis; hæc cum intellecta erunt, cum audientur quid de vobis homines exiſtimaturi ſint, per vos ipſi facile perſpicere poteſtis: quod ſi non recordamini eſſe vos illos ipſos, qui hujus reipublicæ dignitatis propugnatores & haberi & dici voluiſtis; eos tamen eſſe vos oblivioni ne mandetis, qui puſilli quidem primo atque infantes baptiſmatis conſperſi unda Chriſtianos fore vos admurmuraviſtis, quique deinde pueri Chriſtum Deum Dominumque noſtrum conſalutaviſtis, poſteaque ſemper Chriſti eccleſiam moremque noſtrorum ſacrorum & Romanos Pontifices remque publicam hanc eamdem, quæ nunc premitur, tot magnorum hominum præclaris rebus geſtis ſanguineque ſanctam atque coalitam coluiſtis, verendum vobis, ut ſit, ne ſi reipublicæ ipſi tantopere nunc quidem laboranti opemque veſtram flagitanti non ſuccurritis, dico immo etiam ſi ei ſuccurrere cupientibus impedimento eſtis, ne facere id poſſint, non minus ipſi, quam qui bellum contra nos gerunt, in eam admiſiſſe videamini. Itaque veſtra illa tam præclara nomina tum Chriſtianorum tum reipublicæ defenſorum contempſiſſe etiam & abieciſſe redarguamini; quare ſi veſtra vobis dignitas, ſi gloria, ſi tituli magnis veſtris parti laboribus, ſi exiſtimatio fortitudinis & fidei [quarum duarum virtutum quænam in vobis major atque ſpectatior adhuc quidem fuerit, non eſt facile dicere] ſi religio ſi cætera, quæ hominibus honeſtatem pariunt, vobis chara & jucunda ſunt, defendite hoc imperium quod ſemper eſtis tutati, permittite veſtris militibus, ut ſe ad nos conferre poſſint, quod numquam antea prohibuiſtis, occaſionemque, hanc bene gerendæ reipublicæ ne prætermittite, &c. VII. id. quintilis anno V. Roma.

Contracta fuiſſe duo millia Helvetiorum, tum alia quatuor millia Rhætorum LXXXVIII.
Germanorumve refert Guicciardinus (c), atque in Picenum opportune traducta ad tuendum Ariminum; a quo propulſatus Franciſcus Maria in Etruriam ſigna extulit: ſed cum quotidie ipſius exercitus imminueretur, pontificius vero augeretur Gallis Hiſpaniſque aperte pontificiam cauſam tuentibus, cum illius amicitiam, ut maxime neceſſariam vel ad comparandam a Franciſco vel retinendam a Carolo Neapolim potiſſime exoptarent, propterea que Raymundus (d) Cardona prorex Neapolitanus tanto Gallorum metu officioſum Leoni ſe præſtaret, atque cum exercitu ſubſidiario in Picenum tranſiliret; Ugo etiam Moncada prorex Siciliæ, Hiſpanos, qui cum hoſte erant ad defectionem concordiamve admittendam propoſito Caroli Hiſpaniarum Regis imperio urgeret (e), Vaſcones pariter a Gallo ad pactiones adigerentur; meliorum rerum ſpe deturbatus idem Robureus Urbinatem principatum reſtituit Pontifici (f) iis legibus, ut cenſurarum religione ſolveretur, bellicas machinas, tum celeberrimam bibliothecam a Friderico avo materno confectam, nec non alias res ſuas poſſet abducere: Hiſpano vero militi, Vaſconi, & Germano, qui ejus ſigna erant ſecuti, ſtipendia numerarentur: atque ita diſſolutus illius exercitus eſt, finiſque bello difficili, quod octo menſes tenuit, pontificiumque ærarium exhauſit, Hiſpaniæ Galliæque Regum authoritate impoſitus: de quo Leonem feciſſe (g) certiorem Regem Hiſpaniæ nonis novembris viſuri ſumus.

Conſlatus ex Helvetiis & Rhætis exercitus.

(c) Guic. l. 13.

(d) Ext. ea de re lit. apud Bemb. l. 15. ep. 36. & 43.

(e) Ead. ep. 43.

(f) Guic. l. 13.

Cum Franciſco Maria Ruvereo pax compoſita. Diſſolutus illius exercitus.

(g) Ext. de eo lit. apud Bemb. l. 16. ep. 1.

In medio hujus belli incendio Pontificis vita petita inſidiis fuerat a nonnullis LXXXIX.
conjuratis, quorum princeps extitit Alfonſus Cardinalis Petrucius, trahereque niſus eſt in exitium alios Cardinales, qui Franciſco Mariæ Robureo Julii II. nepoti clam ſtudebant (h), ut Urbini principatum contra Mediceorum vim ſibi aſſereret: furebat autem ira Alfonſus ſe pontificia arte & Medicea factione una cum Borgheſio & Fabio fratribus adverſæ factionis principibus exilio boniſque multatum fuiſſe, adeo ut priſtinam amplitudinem ſplendidumque clientum & ſtipatorum numerum alere amplius non poſſet; eoque ipſum furor impulit, ut de trucidando manu ſua Leone Papa iniret conſilia: ſed cum horror inauditi facinoris deterreret, vel Franciſcum Mariam

Conjuratio adverſus Leonem conflata.

(h) Paris e Graſſis in mſ. diar. Guicciar. l. 13. Malevol. 3. p. l. 7.

Ro-

Roburem in urbem inducere, vel Pontificem tollere veneno conſtituit.

XC. Incenſus itaque ira nonnullos Cardinales in flagitii ſocietatem ſibi adjungere niſus eſt: qui juvenilem ejus furorem ſpernere viſi ſunt; nec tamen monuere Pontificem de comparandis ipſius vitæ inſidiis a Petrucio, qui obfirmatus in ſcelere fraudulenta Baptiſtæ chirurgi Vercellenſis, quem ad curandum Pontificis ulcus aliis interpretibus dolo obtrudebat, opera illum necare veneno pertentavit: cumque res e ſententia non ſuccederet, ex urbe abſceſſit: quem cum moliri Senarum ſtatum Caroli Balioni & Franciſci Mariæ Roburei armis (a) convellere ac pervertere accepiſſet Leo, illum IV. idus martii facta de reſtituenda ipſi re privata ſponſione linire ſtuduit (b).

Petrucii Cardinalis dirum facinus.

(a) *Malavol. ſup. l.7.*

Senarum ſtatum deinde convellere nititur.

(b) *Ext. ejus lit. apud Bemb. l.14. ep. ult.*

Alfonſo Petrucio Cardinali Senenſi.

Quod nobis, qui te amanter Romam accerſeramus non ſalutatis profectus ſis cum res tuas conficiendi curam paterna diligentia atque amore ſuſcepiſſemus, atque illas ex tua ſententia confecturi brevi eſſemus, ſane pro noſtra in te benevolentia propenſoque ad tuam dignitatem fortunoſque tuendas animo moleſtum nobis atque inexpectatum fuit. Quod vero nobis denuntiatum eſt, cogitare molirique te res novas ad Senarum ſtatum & quietem convellendam id nobis quidem cum eſſes huius reipublicæ pars fratremque noſtrum gereres, ſcireſque id municipium in meam curam eſſe receptum, veriſimile non eſt viſum; veruntamen quoniam ea quæ dicimus magnis authoribus afferebantur his te literis & monere & hortari voluimus, ut ab huiuſmodi motibus excitandis abſtineres, avocareſque te ab iis cogitationibus, quæ nobis negotium faceſſerent, ſcireſque prorſus atque cognoſceres, ſi quidquam omnino contra hunc Senarum ſtatum egiſſes tentaviſſes, id nos nihilo plane ſecius ac ſi in nos ipſos admiſiſſes atque conſpiraviſſes, eſſe vindicaturum. Dat. IV. id. martias MDXVII. anno IV. Roma.

Salubria illi a Leone data conſilia.

XCI. Contempſit apoſtolica imperia Alfonſus; cumque ſuſcepta de Senarum pervertendo imperio conſilia ad exitum perducere non poſſet, priora de occidendo Pontifice veneno urſit cum Antonio Nino, qui ipſi a ſecretis erat, atque in urbe verſabatur: ſed interceptis literis, reque detecta, Leo dolo fallere doloſum hominem aggreſſus oratoris (c) Hiſpani fallacis concordiæ interpretis opera, dataque fide publica illum in urbem elicuit, atque in carcerem duci juſſit: querenti vero de fide violata Hiſpano oratori, reſponſum, chirographum impunitatis non obſtringere, cum intentatæ Pontifici necis crimen in eo conceptis verbis expreſſum non eſſet, cujus reus teneretur Cardinalis Petrucius: cum eo vero ejuſdem conjurationis particeps Bandinellus Cardinalis Saulus in vincula conjectus eſt (d): cujus ſeveritatis cauſas Pontifex Regum oratoribus, moxque ipſis Regibus ſignificavit, extantque literæ ad Francorum Regem XIV. kalend. junii ſcriptæ.

(c) *Guicc. l.13.*

Ea ſpernens traditur dolo in carcerem.

Bandinellus e Saulis vinculis addictus.

(d) *Ext. apud Bemb. l.15. ep. 23.*

XCII. Narrat hujus conjurationis ſeriem Paris de Graſſis (e), ac fuſe explicat, ut Pontifex cum Cardinalibus in conſtituenda hujus novæ judiciariæ ſeveritatis forma ſe geſſerit: *Die*, inquit, *martis* XIX. *maii circa horam* XIX. *capti ſunt in caſtro S. Angeli incluſi duo reverendiſſimi domini Cardinales, videlicet dominus Bandinellus de Saulis tit. S. Sabinæ presbyter, & Alfonſus de Petrutiis S. Theodori diaconus Cardinalis de Senis nuncupatus, ex eo, ut dicitur, quod venenum contra perſonam ſanctiſſimi domini noſtri Papæ machinati eſſent, licet alii aliæ cauſæ, præſertim quia cum ipſe Cardinalis Senenſis ex patria ſua ſimul cum fratre & familia ſua exul factus fuiſſet opera & arte Pontificis & aliorum de Medicis, ipſeque Cardinalis prius ſemel & bis ab urbe auſugiſſet, & interventu amicorum qui ipſum cum Pontifice reconciliaſſent, reverſus eſſet, demum licet Pontifici infenſus eſſet, quia Franciſcum Mariam olim ducem Urbini belligerantemque contra Pontificem juviſſet, Pontifex nihilominus precibus amicorum adductus ipſum in gratiam & in urbem recipere paratus eſſet, præſertim precibus & interventu Cardinalis de Saulis venire permiſit, & ipſa die qua ad palatium ſimul cum ipſo de Saulis conductore veniſſet, hora circa decima nona, Papa juſſit utrumque in caſtellum ex palatio duci & includi, ac illico Cardinales omnes ad ſe venire, & etiam oratores principum, qui in urbe erant; & illico eiſdem patefacit cauſam illius capturæ, videlicet non eſſe ex cauſa ſtatus nec belli quod inter ſe & Franciſcum Mariam eſſet, nam & de hoc bello nullam rationem habere ſe velle dixit, ſed quia Cardinales duo prædicti contra perſonam ſuam jam multo tempore per veneni mixturam machinati fuiſſent, quemadmodum hoc clarum ſe oſtendere velle paratus erat incontinenti; & quod non volebat ipſe in aliquo ſe intromittere quoad cauſæ hujus cognitionem nec aliquem de ſuis affinibus, ſed ad Cardinales remittere.*

(e) *Paris mſ. arch. Vat. t.4. p.200.*

Rei geſtæ hiſtoria.

XCIII. *Itaque tribus Cardinalibus res commiſſa eſt nunc, videlicet Cardinali Surrentino epiſcopo, Cardinali Anconitano Presby-*

ſbytero, & Cardinali Farneſio diacono, ut hi tres ſimul intelligerent ac referant ac demum ipſi patres omnes conſiſtorialiter diffinirent: & ſic, ut dictum eſt, omnes Cardinales admirati de tanta caſus atrocitate concluſerunt, & ſic abierunt remanente populo in maxima ambiguitate facti, quia neſciebant quibus de cauſis Pontifex tam cito acriter commotus fuiſſet. Et primo quidem eoſdem arcta cuſtodia ſervari juſſit, ita ut etiam nullus familiaris addictus ſervitio eſſet alicujus eorum, qui in diverſis cellis carcerati fuerunt, licet poſtmodum die ſequenti, quæ fuit vigilia aſcenſionis, Cardinales omnes collegialiter venienti ad veſperas Pontifici obviarunt, & petierunt, ut pro majeſtate cardinalatus daretur cuique ipſorum carceratorum ſaltem unus familiaris domeſticus & Papa viſus eſt velle de hoc complacere, &c. Interjectis nonnullis, addit author Raphaelem Riarium epiſcopum Oſtienſem, dictum Cardinalem S. Georgii & collegii ſacri decanum ſenio gravem in crimen ejuſdem conjurationis adductum XXIX. maii, comprehenſumque Leonis juſſu, non ſine Cardinalium maxima offenſione, terroreque.

XCIV. Dum novæ in dies de captis Cardinalibus haberentur quæſtiones, oneratunt illi duos alios Cardinales crimine læſæ majeſtatis, qui de impia ſocietate appellati non quidem aſſenſerant, ſed tamen crimen ad Pontificem, ut vitæ ſuæ caveret, non detulerant: eos vero fuiſſe Volaterranum & Hadrianum S. Cryſogoni: qui in conſiſtorio octava junii habito, cum diu crimen pertinaciſſime negaſſent, demum juſſi a tribus Cardinalibus, qui in actis judiciariis eorum nomina perlegerant, ſe ad pontificios pedes abjecerunt ad veniam exorandam, excuſaruntque ſe non putaſſe Petrutium tantum ſcelus perfecturum, illiuſque ut pueri puerilia loquentis dicta contempſiſſe.

XCV. Subjungit Paris, Volaterranum Petri Soderini olim Florentiæ principis fratrem & Hadrianum prædictis tribus Cardinalibus concordiæ interpretibus abſolutos, impoſita cuique duodecim millium & quingentorum nummorum mulcta. Suggeſtum (a) tamen poſtea Pontifici, cujus ærarium in bello adverſus Franciſcum Mariam ducem Urbini, qui ditionem eccleſiaſticam gravi jugo premebat, exhauſtum erat, ut a ſingulis viginti quinque millia eliceret, ob eamque exactionem eoſdem Cardinales Hadrianum & Soderinum ex urbe profugiſſe, cum imperatam primam mulctam jam perſolviſſent.

(a) *Id. ib. p.* 206.

Exactæ ab his pecuniæ.

De gradu vero Cardinalitio dejectum proximo anno ſolemni ritu fuiſſe Cardinalem Hadrianum, cum poſt acceptam hoc anno criminis veniam Leoni eum revocanti ex fuga non pareret, refert Paris de Graſſis ſic inquiens: *Die lunæ ſexta julii, qua fuit conſiſtorium ſecretum, Papa privavit Cardinalem Hadrianum cardinalatu & beneficiis, &c. ex eo quia, ut mihi Papa in ſcriptis oſtendit ipſe Hadrianus pluries ſub Julio aufugit ab urbe contra voluntatem Papæ, & non reſedit in titulo ſuo ſicut de jure debuit, & nunc denuo aufugit illicentiatus, & vocatus non voluit venire; & etiam quia in proceſſu Cardinalis quondam de Petrutiis, fuit conſors ipſius Cardinalis Petrutii in propinatione veneni contra Papam, & unus de conjuratoribus contra Papam cum Franciſco Maria olim duce Urbini; & nonnulla alia feciſſe dicebatur, propter quæ hac die,* & infra, *fuit privatus ob crimen læſæ majeſtatis, dignitate cardinalatus, omnibus eccleſiis, monaſteriis, feudis & bonis eccleſiaſticis, ac etiam ſacerdotio & omni gradu & honore eccleſiaſtico, & excommunicati omnes illi, qui eum pro Cardinali aut pro eccleſiaſtico reputant.* De aliis vero tribus qui in S. Angeli arce tenebantur, hæc addit: *Tandem die lunæ vigeſima junii in conſiſtorio privavit omnibus bonis, & beneficiis, ac cardinalatu, & eos tradidit curiæ ſæculari cum ingenti ſtupore totius curiæ; & mandavit procuratori fiſcali, ut ad eos iret, & annuntiaret privationem de ipſis factam & deponeret illis ſigna cardinalatus, videlicet biretum rubeum, & aſſignaret ac imponeret nigrum in caput eorum. Conſiſtorium autem hoc duravit ab hora undecima uſque ad vigeſimam quartam, tam propter lectionem proceſſus, quam propter clamores & rixas in conſiſtorio habitas: nam ab extrinſecus auditi ſunt clamores multi, præſertim Papæ contra aliquos Cardinales, & Cardinalium contra Cardinales, & etiam contra Papam. Deus reſpiciat ad bonum Eccleſiæ ſuæ. Amen. Cardinales tres commiſſarii fuerunt unus epiſcopus videlicet Cardinalis Surrentinus Hiſpanus,* & infra, *alter fuit Cardinalis Anconitanus natione Tuſcus & Papæ alumnus, tertius fuit Cardinalis Farneſius natione Romanus. Cardinales autem præſentes privationi fuerunt duodecim: ſententiam legit dominus Bembus Venetus præſentibus duobus tantum teſtibus, videlicet Joanne Copis correctore cancellariæ, & epiſcopo Albenſi.*

Adrianus cardinalitia dignitate exutus.

Quæ illi objecta crimina.

Magnæ in curia pontificia coortæ turbæ.

XCVI. Lata in conjuratos ea judiciaria ſententia (b), Alfonſus Petrucius conjurationis author, cardinalitia dignitate, ut dixi, exutus proxima nocte ſtrangulatus impii furoris pœnas dedit: duo illius ſcele-

Petrucius excardinalis laqueo præfocatus.

(b) *Guic. l.* 3. *Maſtrol. p.* 3. *l.* 7.

ris

ris adminiſtri publice quadrifariam ferro truncati ſunt. Supererant in carceribus Raphael Riarius olim Cardinalium decanus, & Bandinellus, in quos Leo clementia eſt uſus: quippe primum Raphaelem Riarum epiſcopatui Oſtienſi & ſacro Cardinalium ſenatui reſtitutum memorat hiſce verbis Paris de Graſſis (a): *Die veneris* XXIV. *julii ingreſſus me ducente incurvavit ter ante Papam & oſculatus eſt pedem ejus, & non volebat oſculari manum nec faciem niſi prius dixiſſet: ſed Papa porrexit manum, & ea oſculata levavit eum ad oſculum vultus; & rurſus genuflexus dixit in hanc ſententiam videlicet.*

(a) Paris to. 4. p. 215.

Cardinalis Oſtienſis apud Leonem excuſatio.

Pater ſancte. Duo in cauſa mea fuerunt, quæ me accuſarunt, damnarunt, & in profundum malorum demiſerunt, Primum fuit error meus, qui tantus fuit, ut pro maximo & ingentiſſimo ſcelere habendus ſit: qui quidem error is fuit, quem ego in judicio confeſſus ſum, & de novo confiteor, & approbo, & nunquam ipſum errorem meum aliqua excuſatione, ſeu tergiverſatione defendam; quoniam defendere non volo nec poſſum; nam nimis peccavi in ſanctitatem veſtram, ita ut non ſolum degradationem & depoſitionem meruerim, ſed etiam vitæ privationem: ſed tua clementia major eſt omni peccato meo. Itaque ago gratias ſanctitati veſtræ, & quamdiu vixero id facere non ceſſabo, quæ mihi vitam pro morte donavit, & gratiam pro damnatione largita eſt. Secundum fuit. Pater ſancte, ſumma ſpes clementiæ benignitatis tuæ: quia etiamſi crimina mea majora fuiſſent, ita ut expreſſam damnationem vitæ, & omnium fortunarum mearum amiſſionem meruiſſem, non timebam tantam acerbitatem in animo tuo clementiſſimo intrare potuiſſe, ut tantam vindictam de me, experiri voluiſſet, aut ſcivíſſet, aut ſi voluiſſet & ſcivíſſet id potuiſſet: nam a multis annis cum eadem plus ego converſatus quam alius amicus, ut affinis, aut familiaris, ſemper vidi, ſemper agnovi, ſemper prædicavi, te vas eſſe clementiæ, opificium manſuetudinis, & delitium miſericordiæ, nec poſſe cuiquam niſi bonum pro malo reddere. Itaque ego hac ſpe clementiæ veſtræ, dum non timebam peccatorum meorum ultionem a te poſſe provenire, peccavi, peccavi, & inquam peccavi plus, quam in judiciali confeſſione mea expreſſum ſit. Quidquid ſit, beatiſſime pater, ago gratias tuæ ſanctitati de tot beneficiis acceptis, & nunquam ſatis gratus eſſe potero, ut dignas gratias referre pro tantis beneficiis poſſim.

XCVII. *Papa his auditis caput inclinans dixit:*

Pontificium reſponſum:

Reverendiſſime domine, ego quæcumque feci in cognoſcendo cauſam iſtam, feci pro honore ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, in quam fuerat per vos crimen illatum: cum enim locum Dei teneamus in terris, etiam tueri illum debemus; ſi quid fecimus contra vos, credimus eu debito & en juſto feciſſe; ſi nunc indulgemus vobis, etiam ex inſtituto domini noſtri Jeſu Chriſti id facimus: nam & vobis libenter ignoſcimus & priſtinæ vitæ veſtræ in omnibus reſtituimus, rogantes vos ſic, ut nos de cætero præteritarum injuriarum non recordabimur, etiam vos obliviſcamini omnium præteritorum factorum: nam & nos promittimus vobis, quod in futurum erga vos ita erimus, ac ſi vos nunquam aliquid iſtorum de quibus inquiſiti fuiſtis commiſeritis: & ita rogamus dominationem veſtram reverendiſſimam, ut adverſus nos & noſtros eſſe non velit. Quibus dictis, iterum Papa levavit eum ad oſculum, & remiſit eum ad Cardinales, qui omnes ſurrexerunt, & ipſe, unumquemque oſculatus a primo ad ultimum: & in fine, priuſquam ad Papam rediret, ego qui ad latus Papæ ſtabam ſonavi campanam & vocavi cubicularios intus, qui duxerunt Papam ad cameram, & ſic locus nullus aſſignatus fuit Cardinali pro nunc. Petii autem ad quam manſionem eum ducere deberem, & dixit mihi quod pro nunc ponerem eum in manſionibus Cardinalis S. Mariæ in porticu, qui abſens eſt a curia; nam ipſe legatus eſt in bello Piſaurenſi, quod Piſaurum deſtructum eſt non a militibus adverſariis, ſed a noſtris.

XCVIII. Bandinellus Card. priſtino ſtatui reſtitutus.

Non multo poſt Bandinellus, qui perpetuo carceri damnatus fuerat, in libertatem priſtinumque gradum reſtitutus eſt; quamquam non defuerunt interpretes, qui ob conſecutam mortem lento tabo in carcere infectum fuiſſe commurmurarint (b): non ſine autem maxima difficultate donatum venia memorat (c) Paris horum omnium oculatus teſtis: *Die veneris ultima julii cum Papa veniret in conſiſtorium mihi ad ſe vocato impoſuit, ut item pro Cardinali de Saulis, qui erat in caſtello S. Angeli carceratus: & dato mihi annulo adamantino ſuo pro ſigno, quem caſtellano oſtenderem & darem pro ſigno ſuæ voluntatis adducerem eum ad ſe. Ego hoc audito totus remanſi ſuſpenſus; quia Papa heri mihi dixerat, quod non volebat unquam eum amplius liberare, immo volebat eum punire tanquam inimicum ſuum. Itaque nunc petii an & qualiter ipſum adducerem, an in habitu Cardinalis & an reſtitutus dignitati antiquæ ſicut etiam adduxeram Cardinalem S. Georgii in præterito conſiſtorio liberatum. Et Papa vocato*

(b) Guicc. l. 13.
(c) Paris eod. to. 4.

cato ad ſe procuratore fiſcali impoſuit, ut novam obligationem ab eo reciperet de non recedendo de palatio, & ſtando mandatis ſuis. Qua cautione recepta miſit nos ambos ad caſtrum pro eo cum hac impoſitione, ut Bandinellum de Saulis olim Cardinalem in habitu privato, id eſt ſine rochetto ſine cappa, ſine bireto rubeo adduceremus tanquam privatum ſacerdotem, ſicut olim fecimus venire Cardinalem S. Crucis, qui fuerat tanquam ſchiſmaticus privatus & non ſicut venerat in proximum conſiſtorium Cardinalis S. Georgii, qui venerat cum cappa in conſiſtorium; & etiam quod faceremus ipſum don Bandinellum in conſiſtorio genuflexum confiteri ſcelera & peccata ſua, pro quibus fuerat privatus; & omnino ipſa ſcelera ſpecificaret & exprimeret aperte, ita ut omnes Cardinales in conſiſtorio præſentes audirent & intelligerent: alias quod ſi ipſe aliquam excuſationem ſuper præmiſſis vellet facere, quod eum non levaremus de caſtello. Itaque euntes duximus eum per viam caſtri ſecretam ad palatium, ubi Papa nos in conſiſtorio expectabat. Et infra: *Cum mantello ſimplici veſtitus mecum ter ad terram genuflexus eſt in ipſa conſiſtorii quadratura; & ante pedes Papæ genuflexus ſolum pedem oſculatus eſt, & demum dixit elegantiſſime quidem & prudentiſſime, qualiter ipſe ſuadente diabolo & Alfonſo olim Cardinale de Petrutiis ſecum conjurato & aliis* Illius confeſſio. *malefactoribus ſuis complicibus conſpiravit cum Franciſco Maria de Ruvere olim duce Urbinate, & ipſum Franciſcum Mariam pecuniis, conſiliis, & opibus, ac omni modo, quo potuit, juvit & eidem auxilium & favorem præſtitit contra ſuam ſanctitatem & contra ſedem Apoſtolicam, a quibus tanta beneficia recepit, quanta accipere non meruerat: & quod plus erat etiam cum eodem Alfonſo Petrutio conſpiratore & aliis complicibus in proceſſu nominatis, machinatus erat in mortem perſonæ ſanctitatis veſtræ, præparando venena plura & varia per operam cujuſdam magiſtri Joannis Baptiſtæ de Vercellis phyſici ſive chirurgici nuper juſtitiati ſimul cum aliis: & licet effectus non ſit ſecutus, cum res ante actum deſignatum detecta fuerit, tamen ipſe don Bandinellus in nullo caſu unquam defuit, quin operatus fuerit, ut præparatio veneni ſuum ſortita ſit effectum: ex qua operatione ipſe juſte & legitime fuit condemnatus, & juſtiſſime privatus & depoſitus ſuis beneficiis & dignitate cardinalatus, quod expreſſe confitetur, & proceſſum ac omnes condemnationes approbavit & approbat, promittens undequaque in æternum reclamare nolle, nec contradicere quantum in ſe fuerit; verumtamen per Deum Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum deprecabatur* Ut venenum Leoni propinare conſtituerint. *ſuam ſanctitatem, ut tantorum malorum & peccatorum remiſſionem concederet, quam licet ipſe non merebatur, tamen exemplo domini noſtri Jeſu Chriſti ſperabat, promittens ſe perpetuo eſſe fideliſſimum ſervitorem ſuæ ſanctitatis, & ſuæ generationis, &c. Similiterque, ut jam dixi, elegantiſſime retulit. Unde Papa, qui videbatur vultu quidem ægro & turbato, in paucis verbis reſpondit, primo quidem dicens: Utinam vos eodem animo & mente eſſetis ſicut verba veſtra ſonant; & ſi nos crederemus vos ex bona mente loqui, ſicut videtur, gratiam noſtram vobis impartiremur: ſed dubitamus ne denuo ad vomitum redeatis aut redire cupiatis. Itaque ſi & mens vobis eſt, melius eſt quod in hac re ſuperſedeatur. Unde Bandinellus adhuc magis rogando & interpellando, ac promittendo ſe obedientem & fidelem futurum obtinuit gratiam a Papa.*

XCIX. Leonis in Bandinellum clementia.

Et tandem poſt preces prædictas Papa elevata manu dixit: ſi ſic promiſiſtis eſſe velle fidelis in nos & hanc ſanctam ſedem Apoſtolicam, etiam nos de conſilio fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, qui nos rogaverunt, abſolvimus vos ab omni iniquitate in nos commiſſa, & reſtituimus vos dignitati cardinalatus & omnibus beneficiis, ac eccleſiis, & monaſteriis veſtris, ſicut & quæ ante depoſitionem habebatis, exceptis illis de quibus alicui alteri extitit proviſum, & etiam ad cautelam vos ceditis omni juri ſi quod vobis competebat illis de quibus eſt aliis proviſum: & ille conſenſit: & reſtituimus vos dignitati cardinalatus, excepta voce activa & paſſiva, quia hoc nobis reſervamus ad beneplacitum noſtrum & ſucceſſorum noſtrorum. Quod cum Papa dixiſſet, requiſivit me tanquam notarium & magiſtrum cerimoniarum in notarium rogatum: & ego in teſtimonium rogavi procuratorem fiſcalem & Hippolytum Merbiolum præſentes ſolos, licet ego innuerim vicecancellario, ut ſcriberet, prout ſcripſit, me ſibi dictante. Quo per Papam dicto, ego obtuli ei ad manus biretum rubeum, quod ipſe Papa impoſuit capiti Cardinalis de Saulis: demum exui eum mantello & indui rochettum Pontifice manum apponente, & ſimiliter indui Cappam Papa adjuvante. Quo facto rurſus Cardinalis reſtitutus oſculatus eſt pedem, manum, & faciem Papæ: & hoc facto feci quod duo diaconi Cardinales venerunt ad aſſiſtentiam, & Cardinalis de Saulis genuflexus legit formam juramenti, quod novi Cardinales abſentes præſtant, & in fine juravit eiſdem teſtibus rogatis; & ultimo ipſe ivit ad Priſtinæ reſtituitur dignitati.

oſ-

oſcula Cardinalium : quibus expeditis Papa ſurrexit abſque eo quod locum aſſignaremus ei in conſiſtorio.

C.
Auctus Cardinalium ſenatus.

Hactenus de judiciaria ſeveritate in conjuratos Cardinales adhibita, multa clementia in eos, quos non æqua leviorque ſceleris labes infecerat, temperata. Exaſperatos autem abalienatoſque ob ejuſmodi judicialem acerbitatem aliorum Cardinalium animos ſuſpicatus Leo, magnum fidiſſimorum novorum Cardinalium numerum, nimirum unum ac triginta, ægre conſentientibus (*a*) tredecim antiquis, in ſacrum ſenatum allegit. Prius vero ea de re conſilium a viris prudentiæ & ſcientiæ laude inſignibus petiiſſe, oſtendunt ejus literæ ad Ægidium Viterbienſem Auguſtiniani ordinis magiſtrum miſſæ. Reſcribenti enim illi probare ſe conſilium pontificium neque enim niſi quod e republica foret, ipſum eſſe facturum, ſignificavit Leo ſe cogitaſſe numero Cardinalium eum aſcribere, ut labores pro Eccleſia triginta annis ab eo perlatos decoraret.

(*a*) *Paris in mſ. diar. Gomeſ. de reb. geſt. Ximen. l. 7.*

Ægidio Viterbienſi Auguſtinianorum Eremitarum magiſtro.

Leonis ad eum literæ.

Scripſeramus ad te proximis literis cogitare nos ſenatum vocare Cardinalium creandorum cauſa, neque tamen ſtatutum nobis eſſe quo die : ſed cum ſtatuiſſemus tibi ſignificaturos, eas ad literas tantummodo nobis reſcripſiſti probare te conſilium noſtrum; ſcire enim nihil nos niſi quod e republica ſit eſſe facturos. Nos vero ſcripſeramus, ut eliceremus abs te, cupereſne ipſe in Cardinalium collegium cooptari : id quoniam reticuiſti vel pudore tuo atque modeſtia, qua ſemper magnopere abundas, vel quod ejus rei nulla te cupiditas teneat, utrumlibet lætamur, vel prudentem eſſe te, vel ambitione carere, præſertim earum rerum, quarum adipiſcendarum deſiderio plerique ita ducuntur, ut etiam inſaniant. Itaque confirmaſti etiam tu quidem nobis tuo ſilentio conſilium noſtrum; perdiu enim eſt, cum te legere in Cardinalium ordinem cogitamus, cum ut tuorum laborum cum magna reipublicæ utilitate triginta totos annos ſuſceptorum hanc tibi quaſi mercedem perſolvamus quam poſſumus maximam atque ampliſſimam; tum ut te reſpublica ſic utatur, ut ex te fructus uberrimos capere poſſit : putamus autem reipublicæ majori uſui & honori fore dignitatem tuam, quam tibi ipſi; major enim atque illuſtrior jam eſt virtus tua, quam quæ magiſtratu illo egeat : ordo vero ipſe talibus viris, ut tu es, egere nobis quidem magnopere videtur; quare plus tu ordini, quam tibi ordo ornamenti afferes. Efficiemus igitur id nunc, quod dudum, ut diximus meditamur, teque cum reliquis, qui a nobis creandi ſunt, Cardinalem nominabimus : id erit kalend. quintilibus, quem ad diem mandamus tibi Romæ ut ſis, ut te ſtatim videre atque amplecti poſſimus. Dat. VIII. kal. quintiles anno V. Romæ.

Ornati etiam ſunt eodem dignitatis gradu Thomas e Vio Prædicatorum, & Chriſtophorus Numalius Minoritarum ſupremi magiſtri; aliique viri ſcientia, vel nobilitate, ac rebus geſtis conſpicui, quorum nomina Paris ita deſcribit : *Die mercurii prima julii*, & infra, *publicavi creationem Cardinalium* XXXI. *quorum nomina & cognomina hæc ſunt, cum viſu, & lætitia, & admiratione omnium. Franciſcus de Comitibus electus Coſanus Romanus. Joannes de Piccolhominibus archiepiſcopus Senenſis. Joannes Dominicus de Cuppis electus Tranenſis Romanus. Nicolaus epiſcopus Piſtorienſis, abſens annorum LXXV. Raphael epiſcopus Groſſetanus Senenſis, caſtellanus S. Angeli abſens. Andreas de Valle epiſcopus Meliſtenſis Romanus. Bonifacius Ferrerius epiſcopus Hipporegienſis. Joannes Baptiſta Palavicinus epiſcopus Cavallicenſis Januenſis, referendarius. Scaramutia Trivultius epiſcopus Comenſis Mediolanenſis, referendarius. Pompejus Columna epiſcopus Reatinus Romanus, abſens. Dominicus Jacobatius epiſcopus Lucerſienſis, Romanus, auditor rotæ annorum LXXIV. Franciſcus de Vandon epiſcopus Laudunenſis Gallus, abſens. Hadrianus de Trajecto epiſcopus Dertuſenſis Flammingus, abſens.* Hic in pontificatu Hadriani VI. nomen retinuit. *Laurentius Campegius electus Feltrenſis Bononienſis, auditor rotæ, abſens apud Cæſarem orator Papæ. Ferdinandus Ponzettus electus Melphitenſis Florentinus, theſaurarius Papæ annorum LXXX. Aloyſius de Rubeis protonotarius apoſtolicus affinis Papæ, Florentinus. Sylvius Paſſerinus protonotarius, datarius. Franciſcus Armelinus Peruſinus, clericus cameræ & protonotarius. Thomas Gaetanus generalis Prædicatorum. Ægidius generalis Eremitarum Viterbienſis. Chriſtophorus Nomannus Forolivienſis generalis Minorum. Guillelmus Raymundus de Vich Valentinus frater oratoris Hiſpani. Franciottus Urſinus protonotarius affinis Papæ, pridie miles. Paulus de Cæſis protonotarius, regens cancellariæ. Alexander de Cæſarinis protonotarius, Romanus. Joannes de Salviatis protonotarius affinis Papæ, Florentinus imberbis. Hercules Rangonius protonotarius cubicularius Papæ, Mutinenſis. Auguſtinus Trivultius protonotarius cubicularius Papæ Mediolanenſis. Fran-*

CI.

Novorum Cardinalium nomina.

ciſ-

Digitized by Google

ciſcus Piſanus Venetus protonotarius, abſens. Alfonſus infans Portugalliæ annorum ſeptem, abſens. Impoſitam illi legem, ne donec provectiorem ætatem attigiſſet pileum cardinalitium geſtare poſſet, traditur in nota (*a*) libro bullarum a Cardinale S. Praxedis appoſita. Extant vero apud Petrum Bembum (*b*) Leonis literæ de Franciſco Piſano nobili Veneto, nec non Auguſtino Trivultio ſacra purpura donatis. Porro trimeſtri ante evoluto duos Cardinalium cœtui adjectos fuiſſe memoraverat Paris (*c*) his verbis: *Die mercurii prima aprilis*, & infra, *finito conſiſtorio intellexi creatos eſſe duos novos Cardinales ultramontanos, quorum alter ad preces Imperatoris & Regis Catholici nepotis ſui fuit creatus & publicatus, videlicet Cameracenſis admodum juvenis.* Extant (*d*) de epiſcopo Cameracenſi deſignato ad cardinalatus dignitatem aſcito Leonis ad Carolum Regem Hiſpaniæ literæ; fuerat is monaſtica diſciplina exeultus: cum quo etiam alium, nimirum Biruricenſem, archiepiſcopum religioſa inſtituta profeſſum Cardinalatu iosignitum refertur, quamvis ejus creatio tum promulgata non fuerit.

(*a*) *Bull. diverſ. lib. ſig. lit. A. n.* 36. *p.* 113.
(*b*) *L.* 15. *ep.* 38. 39. 40. & 47.
(*c*) *Paris ubi ſup. Friſon. in Gallia purpurat.*
(*d*) *Apud Bemb. lit. l.* 15. *ep.* 7.

CII. Prætermittendum hoc loco non videtur pium decretum, quod de ſacris myſteriis pro Cardinalium defunctorum animabus peragendis inſtauratum eſt, ut publica hæc monumenta edocent (*e*): *Die* IV. *menſis novembris MDXVII. pontificatus ſanctiſſimi D. N. D. Leonis divina providentia Papæ X. in ejus conſiſtorio ſecreto, ut moris eſt, me de exequiis Cardinalium defunctorum in capella juxta antiquam ſacri collegii conſtitutionem quæ jam in deſuetudinem abierat, faciendum tunc proponente, ipſe dominus noſter de communi omnium reverendiſſimorum dominorum S. R. E. Cardinalium tunc inibi præſentium conſenſit idem perpetuis futuris temporibus ſabbati prima poſt generalem commemorationem omnium defunctorum occurrentis, & ſi tunc feſtum id impediens occurrerit, alia infra octavam commemorationis hujuſmodi per tunc ſummum Pontificem eligenda die, in capella majori pontificali una miſſa per tunc camerarium dicti collegii, ſi presbyter fuerit, alioquin per ipſum camerarium eligendum Cardinalem presbyterum ſolemniter, & cum cantu, ac cæremoniis conſuetis celebrari pro animabus omnium Cardinalium defunctorum debeat, ſtatuit & ordinavit, ac ſtatutum & ordinationem hujuſmodi loco dictæ conſtitutionis deſcribi mandat. Quapropter ego Achilles de Graſſis tit. S. Mariæ in Tranſtyberim presbyter Cardinalis Bononienſis magiſter nuncupatus, ad præſens dicti collegii camerarius, ſubſequenti ſeptima menſis miſſam in dicta capella juxta ſtatutum & ordinationem hujuſmodi in ejuſdem domini noſtri ac omnium reverendiſſimorum Cardinalium tunc exiſtentium in curia, ac multorum prælatorum, principum, ac aliorum officialium & curialium præſentia, ut moris eſt, celebravi ad laudem & gloriam omnipotentis Dei & ſuæ ſanctitatis ac ſalutem animarum. Ita eſt Achilles de Graſſis Cardinalis Bononienſis manu propria.*

(*e*) *Bull. diverſ. lib. ſig. lit. A. n.* 36. *p.* 112.
Pia pro defunctis Cardd. ſanctio.

CIII. Poſtera die ab hoc funebri pro Cardinalibus ſacro obiit in Hiſpania Franciſcus Cardinalis Ximenius archiepiſcopus Toletanus, & paulo ante Hiſpaniarum moderator, quem extremo vitæ tempore illuſtria religionis documenta dediſſe ita narrat Gomeſius (*f*): *Ut ſe mors ſenſit, vitæ ſanctiſſimæ actæ præclara documenta dedit: nam quamvis corpore nimis afflicto & debili animo, tamen & judicio firmo de rerum humanarum inſtabilitate & vanitate, de immenſa Dei miſericordia apud ſuos brevi quodam ſermone pie & docte diſſeruit. Deinde Chriſti crucifixi ſignum complexus, veniam a Deo multis lachrymis efflagitavit, vocans interim in ſuum patrocinium divos omnes, ſed ante alios Deiparam virginem Mariam, Michaelem archangelum, Petrum & Paulum Apoſtolorum principes, & Jacobum Hiſpaniarum patronum, divum etiam Franciſcum, ſub cujus inſtituto vixerat, & Toletanæ eccleſiæ præſides Eugenium & Ildefonſum, quæ tanta ab illo pietate atque animi Chriſtiani affectu dicebantur, ut circumſtantes amici lachrymas tenere non potuerint. Ergo poſtquam religionis ſacra omnia abſolvit, ut oleo ſancto perungeretur poſtulavit: & aſtantibus Petro Lerma, Antonio Boderico, Fontano archidiacono, & Balbaſio, qui morientem piis precibus juvabant, & fidei conſtantiam augebant, ſubinde verſus illos Davidis repetens. In te, Domine, ſperavi; antiſtes ſanctiſſimus & ampliſſimus, qualem poſteritas vix eſt habitura, animam efflavit* VI. *idus novembris die dominico anno ſui pontificatus* XXII. *ætatis vero circiter octogeſimo.*

Cardinalis Ximenii pius obitus.
(*f*) *Gomeſ. l.* 7.
Rite procuratus ſacramentis.

CIV. Ximenii maxime opera in conficienda adverſus infideles expeditione uti optabat Leo Pontifex: qui cum accepiſſet aliquot ante illius obitum menſibus, ipſum de auſtera vitæ conſuetudine in eo ætatis flexu, quo extremum ſenium attigerat, inque crebris ægritudinibus nil remittere, adeo ut jejunia coleret, inque acerbo Franciſcano cultu decumberet, apoſtolico pro imperio ipſi injunxit (*g*), ut ex medicorum præſcripto carnibus veſceretur, atque lineis uteretur, cum ejus incolumi-

(*g*) *Ext. apud Gomeſium.*

tas

tas rei Chriſtianæ perneceſſaria eſſet.

Dilecto filio noſtro Franciſco tit. S. Balbinæ presbytero Cardinali Toletano.

CV. *Accepimus quod tu, qui ſeptuageſimum & ultra ætatis tuæ annum agis, & in eccleſia Toletana, necnon regnorum Caſtellæ & Legionis pro chariſſimis in Chriſto filiis noſtris Joanna Regina & Carolo Rege, ipſorum regnorum catholicis gubernatione & regimine, ac in officio inquiſitionis hæreticæ pravitatis, quod de commiſſione ſedis Apoſtolicæ laudabiliter exerces, plurimum ſolicitudinis atque laboris jugiter impendis, proindeque ultra quas tanta ætas ſecum affert, in varias corporis infirmitates ſæpe incidis, ac ætatis tuæ quaſi immemor medicorum conſilia ſpernens a jejuniis & abſtinentiis per Eccleſiam indictis, & per fratres ordinis Minorum S. Franciſci de obſervantia, cujus tu profeſſor exiſtis, adhuc deſiſtere non curas, ſed ea conſtantiſſime obſervando, habitu ac cingulo ſolitis indutus in lectum te recipis, & cum illis ibi manes de lanea tunica veſtitus, & alias auſterrime vivis. Et licet, dilecte fili, modus iſte ſit exemplaris, & laudari potius quam, reprehendi debeat, ac clare conſpiciamus te ad præmium æternæ vitæ non lentis greſſibus properare; tamen quia, ut accepimus, complexio & ætas tua iſtis vitæ auſteritatibus adeo rigoroſis atque acutis non eſt apta, ac deceat te, qui multis annis jejunia ipſa & dictorum fratrum vivendi modum integerrime obſervaſti, velut emeritum militem ad majora ſervatum tanta ætatis mole gravatum, a tanta vivendi auſteritate jam deſiſtere, ſperans quod tu regimen & officium prædictum integerrime exercendo, ſanctæ Romanæ eccleſiæ & religioni, ac regnis prædictis maxime utilis fuiſti, hactenus de cætero etiam illis, nec non generali expeditioni contra infideles per nos fieri propoſitæ ac deliberatæ, quibus tu nec umquam magno terrori ac formidini fuiſti, quorum vires cum non parva illorum ſtrage contriviſti, futurus ſis utilis ac neceſſarius, animoque reputamus converſionem regni Granatæ ad Chriſti fidem & expugnationem civitatis Oran & aliorum jam fere omnibus nota per te cum Dei auxilio præclara geſta; motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, ac certa ſcientia, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, in virtute ſanctæ obedientiæ, cujus quanta ſit virtus & efficacia non ignoras, ac pro tua erga hanc ſanctam ſedem ſolita atque in multis cognita reverentia, ac ſub noſtræ indignationis, eo ipſo quod hujuſmodi noſtris mandatis futurus tranſgreſſor, incurrendis pœnis præcipimus & mandamus, ut de cætero quandiu in humanis viveris, diebus jejuniorum prædictorum, ſextis feriis & majoris hebdomadæ ſanctæ dumtaxat diebus exceptis, carnibus & aliis ſementinam originem ab eis trahentibus veſci, & ac uti debeas: quibus diebus tres Chriſti pauperes reficiendo, omnem jejuniorum meritum conſequaris perinde ac ſi ad literam jejunia ipſa plene ſervares, & adimpleres; & ipſis quoque diebus ſuperius exceptis, dum medicorum conſilio tui corporis ſaluti expedire decernatur, carnibus & ab eis originem ducentibus tibi ſimiliter veſci ac uti liceat: nec non habitu ſive tunica lanea & cingulo prædictis per te dimiſſis linea dumtaxat tunica, in lecto ſindonibus ſive linteis lineis cubare atque dormire, & aliis in præmiſſis ac eorum aliquo medicorum, qui tui corporis valetudini curabunt, libero conſilio & ſuaſioni parere & obedire poſſis & debeas, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die ultima maii* MDXVII. *pontificatus noſtri anno* V. Contabuiſſe vi lenti veneni illi a Belgis æmulis infuſi contendit multis argumentis Gomeſius (*a*), nec deſunt vani conjectores (*b*), qui ex concepto dolore, cum a regni curatione & adminiſtratione vacare juſſus eſſet, emarcuiſſe ſcribant: quam ejus virtutis invidi opinionem facile animo imbibitam ſparſere.

Ut Franciſcanæ vitæ acerbitatem in Cardinalatu exercuerit.

Imperatus illi carnium eſus exceptis ſextis feriis ob infirmitates.

Creditus veneno a Belgis ſublatus.

(*a*) *Gomeſ. l.7.*

(*b*) *Vincent. Blaſc. l. 2. hiſt. Arag. c.3.*

CVI. Reliquiſſe quingenta millia aureorum præter ſupellectilem pretioſiſſimam narrat Paris de Graſſis. Ingentes vero opes, quibus abundabat, ad propagandam fidem Mahometanorumque Afrorum tyrannidem conterendam ipſum convertere conſueviſſe vidimus: cumque hoc anno ob concilii Lateranenſis decretum de cogendis ſacerdotiorum decumis pro ſuppeditandis ſumptibus in ſacram rem militarem faciendis Aragoniæ clerus tumultuaretur, Ximenius ita ſtatuit, non ſpoliandum, ut alias, fallaci ſacræ expeditionis conficiendæ ſponſione ſacerdotalem ordinem decumana vectigalium parte; atqui ſi res vere ac ſerio in Mahometis cultores gerenda eſſet, non modo decumas, ſed & omnes cenſus eccleſiaſticos, atque omne aurum argentumque ſacrum ſuæ diœceſis Pontifici detuliſſe narrat Gomeſius (*c*): *Ad Arteagam*, inquit, *ſuum Romæ procuratorem ſcripſit, ut Pontificem maximum reverenter adeat, & Ximenii nomine non ſolum decimas ſuæ diœceſis offerat, ſed totos etiam fructus, & omnem eccleſiaſticam ſuppellectilem, & quidquid auri & argenti facti aut infecti in theſauris ſacerdotum, aut templorum ſacrariis eſſet repoſitum: ſed ſum-*

Ut Card. Ximen. uſus ſit opibus adverſus Mauros.

(*c*) *Gome. l.7.*

mo-

Digitized by Google

mopere oret, ut ejus ſententiam de belli ſacri apparatu diſerte aperiat, nam niſi juſtiſſima de cauſa nunquam ſe authorem futurum, ut Hiſpani ſacerdotes, quos jam fere tumultuantes pacaverat, vectigales fierent.

CVII. Inter præclariſſima ejus geſta, id non ſilendum eſt, ipſum divino afflatum ſpiritu cum multæ hæreſeon peſtes propediem in Dei Eccleſia graſſaturæ forent, & ſacram ſcripturam depravaturæ, Ximenium vetuſtas in externis linguis Hebraica, Syriaca, Arabica, & Græca linguis editiones maximo labore & ſumptu typis excudendas curaſſe; de quo hæc habent acta Toletana (a): *Iſte ſanctus Cardinalis don frater Franciſcus cæleſti lumine prævidens & habens notitiam inimicorum inſurgentium contra catholicam Eccleſiam propter averſionem & depravatam intelligentiam ſacræ ſcripturæ, congregavit viros magis doctos totius Europæ ad effectum ſcribendi & typis mandandi bibliam Complutenſem nuncupatam miraculum mundi, ad hoc, ut hoc modo melius intelligeretur noſtra vulgata in ſuo rigore & puritate, oſtendens in hoc habuiſſe cæleſtem illuſtrationem, & donum prophetiæ.*

(a) *Acta Tol. beatificationis Ximenii Card.*

Sacra ſcriptura in variis linguis ab eo typis excuſa.

CVIII. Cum temporis curſu fama ſanctitatis Franciſci Ximenii inclareſceret, Complutenſis academia literis ab Urbano VIII. expetiit ut illum in ſanctorum numerum referret.

Beatiſſime pater.

Strictioribus obligationum vinculis premimur, ne in tetrum ingratitudinis vitium incurramus, cum tot orbis principibus, cum tot regnis & provinciis magni illius viri ardenti devotione flagrantibus, ejuſdem maximi muſei ſupplicem petitionem communi fidelium plauſu, & acclamatione roboratam munire; quandoquidem nos propius inſitam animo religionem innumeris ad Dei cultum templis erectis agnoſcimus, ferventiſſimam erga infirmos charitatem magno redditu inſtitutis xenodochiis intuemur, caſtitatis ſtudium, quo erat ſemper incenſus, multa virginum monachorumque ædificata cœnobia laudamus aſſidue, omnia tamen eo minora, quod hanc ſcholam catholicæ fidei tuendæ ergo veſtræ beatitudinis obſequio mancipatam magna liberalitate dotavit, ut in dies ſtrenuos egregioſque milites procreare non deſinat. Quare ſemel iterum veſtræ beatitudinis addictiſſimi obſecramus, ut humillimis noſtris deſideriis & petitionibus aures ſuæ benignitatis inclinet, & iſtam academiam hoc immortali beneficio afficiat, quod Deum frequenter deprecamur, & quod ſanctitatem veſtram Eccleſiæ quam diutiſſime ſervet incolumem. Compluti prima februarii anni MDCXLIII. Ex decreto univerſitatis Complutenſis adjecta ſunt doctorum nomina.

Adduntur aliæ ad Franciſcum Cardinalem Barberinum, tum etiam ad Cardinales congregationis ſacrorum rituum de provehenda adſcriptionis Cardinalis Ximenii in ſanctorum numerum actione, ſupplices literæ eadem die exaratæ (b), quæ preces iterum ſecunda martii die & decima aprilis repetitæ. Acceſſere Complutenſibus deprecatores Cæſarauguſtæ, Palentiæ, Cordubæ, Seguntiæ, Legionis canonicorum collegia, ac pluribus literis eodem anno flagitarunt, ut in beatorum albo collocaretur, confectaque ſunt acta publica (c), in quibus præcipua illius præclara & ſanctiſſima geſta deſcribuntur, ex quibus hæc delibanda viſa ſunt: *Maximos adeptus honores, maximos etiam ad augendam catholicam fidem ſpiritus concepit; Africanam enim expeditionem diu præmeditatam, ut catholica fides illis in regionibus diſſeminaretur, oramque Hiſpaniæ maritimam a diuturnis prædonum venationibus liberaret, parari ſtatuit; unde numeroſo conſcripto exercitu navibuſque impoſito Malaca ſolvit, & ad portum Mazalquivir ad alias expeditiones valde opportunum, paucisque ante annis ejuſdem pariter inſtructiſſima claſſe expugnatum ventis benigne ſpirantibus appulit: ibi milites partim terra, partim mari ad Orani expugnationem proficiſci jubet: ipſe vero Mazalquivir eiſdem auxilium ſuis ad Deum precibus laturus remanſit. Milites juſſis obtemperant, & ſequenti die Oranum pervenerunt, viderunt, vicerunt; nam occiſis ad quinque millia hoſtium, & ſolum triginta ex catholicis deſideratis, urbe & arce potiti ſunt: nec mirum, divina ſiquidem ope precibus ſervi Dei Franciſci impetrata præliabantur, ut manifeſtiſſimis ſignis innotuit; etenim Crux, quæ tranſeunte Vajonam Carpetaniæ vicum exercitu in cœlis apparuit, iterum Mazalquivir ab omnibus portu egredientibus viſa eſt: duplex iris ſtatim ac Oranum obſeſſum fuit, ſuper eadem civitate conſpecta eſt: ingens quoque vulturum multitudo cædem Maurorum palam ſignificantium eorum exercitum infeſtavit: Leones item per ſilvas vicinas a Mauris frementes auditi ſunt, qui poſt prælium commiſſum ad cadavera devoranda convenerunt: ac denique ſol per quatuor horas longius diem protrahendo, ut oppugnationi finis imponeretur in ſuo curſu ſubſtitit: cujus rei novitate perculſi multi ex Mauris Chriſti fidem ſuſceperunt. Orano expugnato, ibidem religioſorum monaſteria*

duo

CIX.

(b) *Ext. in eod. mſ.*

(c) *Acta Toletana beatiſ.*

Pia ejuſdem pro Africa Chriſto ſubjicienda expeditio.

Crux in cælo viſa.

duo alterum S. Dominici, alterum S. Franciſci ad habitatores moribus Chriſtianis imbuendôs, nec non hoſpitale S. Bernardini ad milites infirmos curandos ædificanda curavit, multiſque aliis piis operibus diſpoſitis in Hiſpaniam reverſus eſt.

CX. De miraculis vero, quæ ab ipſo in vita & poſt mortem divinitus ſunt edita hæc referuntur (*a*): *Octuagenario major ſanctiſſime obiit non ſolum virtutibus & ſanctitate vitæ, ſed etiam miraculis illuſtris: nam dum in religione vivebat quadam die longo itinere laſſus una cum ſocio, qui inediæ minus patiens fere animam agebat, ad rivulum ſedens panem ſupra petram ad ſe & ſocium refocillandum cœlitus delatum ſuis precibus invenit. Dum Valumbrate oppidum pertranſiret, agris & frugibus aquarum inopia laborantibus, pluviam copioſiſſimam, unde admirabilis fœcunditas ſucceſſit, imploravit. Vallisoleti incendium maximum omnia longe lateque vaſtans mirabiliter ſigno crucis extinuit. Ac denique Oranenſes undique a Turcis, Mauris, & infidelibus ſepti in catholica fide & a Maurorum incurſionibus benigna, & viſibili protectione ſervi Dei Franciſci uſque in hodiernum diem firmari & tueri miraculoſe experiuntur, ut innumeris exemplis in proceſſu per teſtes relatis concludentiſſime comprobatur: ex quibus hæc pauca memorari ſufficiat. Quod cum de anno MDLXIII. civitas centum Maurorum millibus obſideretur, mœniaque eſſent in totum diruta, ſervus Dei ad Oranenſium invocationem viſibiliter, ut ipſimet hoſtes faſſi ſunt, ſuper muros civitatis apparuit enſem manu tenens, ac inimicis adeo formidabilis, ut non ſolum ullus oppidum aggredi tentaverit, ſed paulo poſt obſidione liberum reliquerit; & noviſſime de anno MDCXLIII. cum iterum arctiſſima a Mauris obſidione premeretur, ejuſdem ſervi Dei viſibili protectione fuit liberata, & de anno MDCXLVIII. cives a peſtilenti lue undique circumgraſſante ejuſdem precibus incolumes fuerunt ſervati.*

(*a*) *Ibid.*

Parata eſurienti divinitus menſa.

Incendium ſigno crucis ab eo extinctum.

Mauri ab eo celitus ſe obiciente propulſati.

CXI. Foverat hanc cauſam conſecrationis memoriæ Cardinalis Ximenii Innocentius X. dum ante pontificios apices adeptos internuntii apoſtolici munus Madriti in Hiſpania apud Regem egit; quæ tandem anno jubilei Philippo IV. & Maria Auſtriaca Regibus catholicis deprecatoribus inſtaurata eſt: quorum literæ (*b*) ſupplices ad Innocentium X. in libello Panormi typis cuſo in lucem recenter prodierunt. Juſſu (*c*) autem regio Rodericus Mendoza dux Infantatus extra ordinem miſſus orator ab Hiſpaniarum & utriuſque Siciliæ Regem duodecima novembris anni MDCL. eidem Innocentio ſupplicem libellum porrexit, ut de geſtis rebus admirandis Cardinalis Ximenii teſtium dicta in publicas tabulas referri juberet: de quibus etiam geſtis inſignibus ex ſcripto Hiſpanico in arctum collectis illi relatum eſt, conſtitutaque actione religioſa teſtium dicta in diſquiſitionem ſunt vocata; quorum publica monumenta præ manibus habuimus.

De illo in ſanctorum numerum referendo actum.

(*b*) *Ext. in lib. typis cuſo Panormi. an. 1653.*

(*c*) *Ext. ea de re Philip. IV. ad ducem Infantatus lit.*

Paulo ante Ximenii obitum, cum in Hiſpaniis plures tumultus fierent, Carolus Rex e Belgio ad eos ſedandos in eo ſe contulerat, quem applicuiſſe ad portum Aſturum decima nona ſeptembris refert Vincentius Blaſcus (*d*), cui Leo gratulatus eſt ac de legatis ſuis addidit: *Ii tibi ſignificarunt nos bellum id, quod Franciſcus Maria nobis reique publicæ intulerat, ſedaviſſe: quod eo libentius fecimus, ut ſumendo in Turcas bello dare operam aliquando nobis liceat: quam ad rem te hortamur cogitationes omnes convertas tuas, ut communi conſilio & cura agere juvareque rempublicam poſſimus. Non. novembris anno v. Romæ.* CXII.

Caroli V. in Hiſpaniam adventus.

(*d*) *Blaſch. hiſt. Arag. l. 2. c. 3.*

Hoc anno inſtaurata eſt vetus illa controverſia, an ſatis ſit Chriſtifideles die dominica aliiſque feriis diebus divinis myſteriis in religioſorum ordinum templis intereſſe: decrevitque Leo ſatis eſſe (*e*). CXIII.

(*e*) *Ext. in bull. in Leo. X. conſt. 25.*

Univerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Intelleximus quoſdam in dubium revocare, & perinde timoratis conſcientiis ſcrupulum inicere, ſi Chriſti fideles, qui dominicis & feſtis diebus extra eccleſias ſuas parochiales miſſas audiunt in eccleſiis fratrum ordinum mendicantium, Eccleſiæ præcepto de miſſa audienda ſatisfaciant: nos autem ambiguitatem hujuſmodi tollere volentes, ut cum ſinceriori conſcientia fideles quique Deo creatori ſuo ſerviant, authoritate apoſtolica tenore præſentium notum facimus, omnes Chriſti fideles utriuſque ſexus, qui non contempto proprio ſacerdote parochiali in eccleſiis fratrum ordinum mendicantium dominicis & feſtis diebus miſſam audiunt, ſatisfacere præcepto Eccleſiæ de miſſa audienda, nec in aliquam labem mortalis peccati pœnamve incurrere in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque &c. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die XIII. novembris MDXVII. pontificatus noſtri anno v.

Sacrum audiri extra parochialem eccleſiam poteſt.

Extremo anno xx. decembris promulgata (*f*) eſt alia ſanctio, qua epiſcopi ex veteri more & inſtituto fidem ſacroſanctæ ſedi Apoſtolicæ addicere; nec non diploma pontificium de collata confirmataque iis di- CXIV.

(*f*) *Paris e Graſſ. to. 4.*

dignitate, perſoluto conſueto ſtipendio juſſi ſunt : cujus decreti inſtaurati cauſam eam affert Paris de Graſſis, quod deſignatus epiſcopus Suanenſis conjurationis in Leonem a Petrutio conflatæ particeps deprehenſus eſſet, quæſitaque ſacramenti quod nuncupare debuerat formula, ut proditionis crimine damnaretur, veterem morem intermiſſum fuiſſe reſponſum eſſet : conceptum id erat hiſce verbis (a).

(a) Ext. in ejuſd. diar.

Ad futuram rei memoriam.

Inter alia laudabilia & neceſſaria ſedis Apoſtoliæ decreta a ſummis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris edita, & omni tempore obſervata, illud videtur præcipuum, quod ad eccleſias patriarchales, Metropolitanas, cathedrales, & abbatiales dignitates promoti vinculo juramenti aſtringantur, ut Pontifici pro tempore exiſtenti & ſucceſſoribus ſuis canonice intrantibus fideles eſſe, & alia obſervare teneantur, quæ in forma ejuſmodi juramenti continentur. Nuper ad notitiam pervenit, aliquos, qui ut præmittitur, promoventur, vinculum ipſius juramenti, quod indiſſolubile eſt, declinare, in decretorum prædictorum contemptum. Cupientes autem tali abſurditati opportune providere, motu proprio, ac ex certa noſtra ſcientia, hac præſenti noſtra in perpetuum valitura conſtitutione ordinamus atque decernimus, quod quicumque ad aliquam ex dictis dignitatibus in titulum, commendam, adminiſtrationem unionem temporalem, coadiutoriam cum ſucceſſione, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, etiam ad eccleſiam titularem in partibus infidelium conſtitutam, promotus fuerit, & ipſe præſens in Romana curia extiterit, teneatur & debeat ſub mille ducatorum pro medietate cameræ apoſtolicæ & una quarta parte dilectis filiis clericis cæremoniarum magiſtris, altera vero quarta parte diſpoſitioni præſidentis ipſius cameræ applicandis, nec non excommunicationis latæ ſententiæ pœnis in manibus dilecti filii noſtri prioris diaconorum S. R. E. Cardinalium pro tempore exiſtentium, infra menſem a die promotionis computandum, vocato uno ex dictis cæremoniarum magiſtris juxta conſuetudinem hactenus ſervatam, in forma ſolita juramentum antedictum præſtare, & ultra, ſi facere neglexerit omnibus fructibus eccleſiæ, ſeu abbatiæ, ad quam promotus fuerit, careat, donec juramentum ipſum præſtiterit, & pœnam univerſam cum effectu perſolverit: a quibus juramento & pœnæ ſolutione minime ſe excuſare valeat, quod literas promotionis ſuæ non expediverit, ſed ad illas expediendas aliquam forſan a nobis vel ſucceſſoribus noſtris dilationem obtinuerit: qua dilatione gaudere minime poſſit, niſi obligato in camera prædicta bancario idoneo de bullis expediendis, & juribus ipſius cameræ & officialibus Romanæ curiæ ſolvendis aſſignato, etiamſi poſſeſſionem non fuerit aſſecutus, nec aſſequi forſan poſſe confidat. Et nihilominus dilectis filiis cuſtodi cancellariæ noſtræ, & ſummiſtæ literarum noſtrarum, & notariis cameræ apoſtolicæ in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte mandamus, quatenus nullas literas ſuper præmiſſis expediri permittant, & expeditas minime tradant, niſi eis prius de juramento hujuſmodi præſtito fides per alterum ex clericis cærimoniarum magiſtris facta fuerit, ſicut hactenus conſuetum erat.

De auro apud trapezites pro diplomatibus deponendo.

Volumus autem quod hoc præſens noſtrum decretum tam promovendos, quam etiam promotos comprehendat, ita ut ipſi promoti teneantur infra menſem a die requiſitionis jurare; quod juramentum recipi non debeat, niſi conſtito de obligatione bancarii prædicti, aut de alia in eadem camera facta. Pro quorum omnium & ſingulorum premiſſorum efficaci executione venerabili fratri noſtro Raphaeli epiſcopo Oſtienſi, ac pro tempore exiſtenti camerario, nec non dilectis filiis præſidentibus cameræ prænominatis præſentium tenore committimus & mandamus, ut habita fide promotionis alicuius ad aliquam ex dignitatibus antedictis, & neglectu præſtationis prædicti juramenti, poſtquam ad id monitus fuerit, contra eum ad declarationem pœnarum prædictarum veluti contra debitores ipſius cameræ in ea obligatos procedant: in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque, &c. Datum Rom. XX. decembris MDXVII. pontific. noſtri anno V.

Hoc etiam anno Leo ad fovendam ſacris præmiis pietatem certas ſacrarum precum formulas in Chriſti ac Deiparæ honorem conceptas, quæ coronæ nomine inſignitæ definitoque orationis dominicæ atque angelicæ repetendarum numero diſtinctæ ſunt, apoſtolica authoritate confirmavit (b). CXV.

(b) Roder. in bullar. n. 26. & ex eo Vvad. to. 8. ann. 1517. n. 38.

Leo, &c. Exponi nobis nuper feciſti, quod Chriſti fideles maxime ultramontanas partes incolentes magno devotionis ſpiritu ad officium coronarum ad honorem domini noſtri Jeſu Chriſti & beatiſſimæ virginis Mariæ matris ejus editum perſolvendum ducuntur, longeque ampliori eoſdem Chriſtifideles ſperatur devotione ſuccendi, ſi dicto officio Apoſtolicæ confirmationis robur adiicere dignaremur. Nos itaque, qui cuncta, per quæ maxime ad divinum amorem Chriſtifidelium corda ſperamus ardentius allici, libenter concedimus, dictum officium inferius annotatum, authoritate apoſtolica confirmamus pariter & approbamus, ac omnibus Chriſtifidelibus dictum

offi-

officium recitantibus ad honorem domini Jeſu ejuſque puriſſimæ matris noſtram impartimur benedictionm, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque: tenor autem dicti officii talis eſt. Prima corona domini noſtri Jeſu Chriſti, quæ parva dicitur continet quinque pater noſter *& totidem*, Ave Maria, *in honorem vulnerum ejuſdem Domini noſtri: ſecunda continet triginta & tres*, Pater noſter, *& totidem*, Ave Maria, *in honorem ætatis Chriſti, qua in hac vita mortali vixiſſe creditur: tertia continet quinque pſalmos habentes literas in principio, quibus nomen Jeſus ſcribitur in honorem nominis domini Jeſu. Primus pſalmus:* Jubilate; *parvum. Secundus:* Exaudiat te Dominus in die tribulationis. *Tertius:* Salvum me fac Domine quoniam defecit ſanctus. *Quartus:* Uſquequo Domine obliviſceris. *Quintus:* Sæpe expugnaverunt me; *& in fine:* In nomine Jeſu omne genu flectatur: *oratio:* Omnipotens ſempiterne Deus dirige actus noſtros in beneplacito tuo, ut in nomine dilecti Filii tui mereamur bonis operibus abundare. Per Dominum, &c. *Prima corona Mariæ virginis continet decem*, Ave Maria, *ad honorem evangelicarum virtutum ejuſdem B. Mariæ: ſecunda corona continet ſeptuaginta duo*, Ave Maria, *ad honorem ſeptuaginta duorum annorum quibus pie creditur Virgo in hac vita mortali vixiſſe: tertia continet quinque pſalmos habentes in principio quinque literas, quibus nomen benedictum* Maria *ſcribitur: pſalmus primus eſt:* Magnificat. *Secundus:* Ad Dominum cum tribularer. *Tertius:* Retribue ſervo tuo. *Quartus:* In convertendo. *Quintus:* Ad te levavi oculos meos. *In fine:* Sub tuum præſidium; *verſus:* Dignare me; *oratio:* Famulorum tuorum, &c. *Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die* xiv. *ſeptembris anno Domini MDXVII. pontificatus noſtri anno* v.

Formulæ precum quæ dicuntur corona Jeſu Chriſti.

CXVI. (*a*) *Jo. Barro. dec.* 3. *l.* 1. *c.* 4. Eduardi Galvani vaticinia.

Hoc anno (*a*) menſe junio ſenio obiit in inſula, cui Camaran nomen eſt, faucibus Erythræi maris objacente Eduardus Galvanus decretus ab Emmanuele ad Abyſſinorum Regem orator, qui ſacerdotes ad Abyſſinos erudiendos adducebat. Is ante obitum Franciſco Alvaro ſacerdoti indicavit mortem Georgii Galvani filii, quam divinitus præcognorat, illum nempe una cum omnibus, qui ipſius navi vehebantur, mari periiſſe, ipſumque divina miſericordia cælos petiiſſe cum in ſuſcepta pro Dei gloria expeditione obiiſſet: addiditque Laurentio Coſmo nonnulliſque aliis in inſula Daleca a Mauris capita reciſa fuiſſe, quæ poſtea vera comperta fuere. Floruerat Eduardus literis, & præter hiſtorica monumenta hortativam orationem de Jeroſolymis recuperandis evertendaque Mecha ſcripſit, ac plura vaticinia ad id comprobandum congeſſit, e quibus eliciebat nulla ratione facilius confici rem poſſe, quam ſi Luſitani cum Abyſſinis vires conjungerent, invaderentque Arabas; parteque alia Chriſtiani occidentales ſociatis copiis irrumperent in Syriam ad Jeroſolymas Chriſtianæ religioni reſtituendas, ignaviæque culpam a ſe depulit, qui in extremo ſenio legationis ad Abyſſinum labores pro tam glorioſo opere ſuſcepiſſet. Simili exhortatione permotus Emmanuel Luſitaniæ Rex eundem Eduardum Galvanum anno excurrentis ſæculi quinto ad Pontificem, Cæſarem Regemque Francorum clam ſubmiſerat, ut eos ad evertendam Mahometicam impietatem concitaret.

Solicitati Pontifex Cæſar & Gallus ad Hieroſolymam recuperandam.

CXVII. (*b*) *Jo. Barr. dec.* 3. *l.* 7. *c.* 11. Templum D. Thomæ in Indiis inſtauratum.

Quo etiam anno (*b*) Didacus Fernandes & Sebaſtianus Fernandes Luſitani ad ſepulchrum S. Thomæ Apoſtoli ab Armenio Cojo nomine adducti ſunt. Patebat ingens locus multarum ædium ruderibus dirutarum pyramidum, turrium, columnarum inſculptarum eximio artis lenocinio, pluribus imaginibus, fragmentis inſignis denique triſte nobiliſſimæ quondam urbis, cui Meliaporis nomen erat, veſtigium. Inter circumjacentes ruinas templum ingens ſemidirutum videbatur, in quo ſacellum tantum ſtabat more noſtro compoſitum, quod orientem ſpectabat, inque parietibus intus ac foris tum in reliquo templo plurimæ cruces effictæ conſpiciebantur: ibi Saracenum provectæ ætatis offendere, qui amiſſo oculorum uſu illuc advenerat, ut ſe Apoſtolo, a quo ſibi lumen reſtitui depoſcebat, commendaret: ejus pater atque avus gentiles hoc ſacellum curaverant, genuſque ea chriſtianis illius regionis traxerat: interrogatus dixit majorum traditione ſe accepiſſe, virum divinum, qui fidem Chriſtianis intulerat, hanc ædem condidiſſe, atque in ea ſepultum, necnon duos ipſius diſcipulos tum Regem, quem ad Chriſti cultum traduxerat, ibi jacere, everſoque templo ſacellum ob piam in Apoſtolum obſervantiam cultum fuiſſe: luſtratum poſtea aliquot abhinc ſæculis a præconibus evangelicis, qui orientem Chriſtianæ fidei dilatandæ cauſa peragrabant, S. Thomæ templum, ea ipſorum literis jam ante vidimus.

CXVIII. (*c*) *Petr. Mart. dec.* 4. *c.* 1. *Gomara l.* 3. *c.* 2.

Hoc eodem anno (*c*) repertæ fuerunt novi orbis terræ, quas legibus expoliatas fugitivi antea indicarant, Franciſci Fernan-

nandes & ſociorum virtute, qui ex angulo Cubæ occidentali tribus inſtructis navibus ſolventes, interque Zephirum & Auſtrum ſexaginta ſex leucas emenſi ad terras cultiſſimas applicuere : *In terram*, inquit, *incidunt ampliſſimam, deſcendunt hoſpitaliter, ſuſcipiuntur ab incolis, quod ſit univerſæ provinciæ nomen per nutus & ſigna interrogant noſtri; Jucatan reſponderunt; quod eorum lingua ſonat : Non vos intelligo. Noſtri putarunt Jucatan eſſe provinciæ nomen, inde ab hoc eventu immeditato reſtitit reſtabitque perpetua Jucatanæ hæc appellatio : initium tamen ejus vocant* Eccampi. *Oppidum in littore ſitum adeunt ingens adeo, ut Cairum illud dixerint a Cairo Ægypti regia, turritas domos, templa magnifica, vias ordine ſtratas, ac plateas & nundinaria ibi agi commercia repererunt. Lapideæ ſunt domus aut ex lateribus & calce arte mira confectæ : ad prima domorum impluvia aut primas habitationes per decem aut duodecim gradus aſcenditur.* Et infra : *Veſtita eſt eſt hæc gens non lana, quia pecudes non habent, ſed goſſampio mille modis & variis fucato coloribus : fœminæ a cingulo ad talum induuntur, velaminibuſque diverſis caput & pectora tegunt, & pudice cavent ne crus aut pes illis viſatur. Templa frequentant, ad quæ primarii vias ex propriis domibus ſternunt lapidibus, idolorum culturæ indulgent : ſunt, ſed non omnes, recutiti; legibus vivunt & ſumma fide commerciantur permutando ſine pecuniis. Cruces viderunt : unde id habeant interrogati per interpretes, dicunt aliqui tranſiiſſe virum quemdam formoſiſſimum per eos tractus, qui eis id inſigne in ſui memoriam reliquerit, alii obiiſſe lucidiorem ſole hominem quemdam in eo opificio; certi nihil habetur.* Commorati (a) ibi aliquot diebus & Como Majaque regionibus perluſtratis in provinciam Agnavil applicuere, ubi inſidiis petiti, ſuorumque parte ſagittis confixa, ad Fernandinam inſulam redierunt.

Jucatan provincia & cur ita dicta.

Incolarum mores.

Viſæ apud Jucatanos cruces.

(a) Cap. 2.

Anno

I. ANno a Chriſto nato ſupra milleſimum quingenteſimum decimo octavo indictione ſexta, duo peſtiferi homines Selimus nimirum in oriente Armeniæ, Syriæ, Ægypti, Arabiæ, Mauritaniæ ſpoliis & imperio ſuperbus; in occidente autem Lutherus hæreſiarcha Chriſti ſacrorum novus hoſtis exitium Eccleſiæ interminati ſunt: nec deerant malorum præſagia; quippe in Germania e ſpina dominicæ coronæ ſacer manavit cruor, ut inferius dicetur: Romæ vero plura contigere, quæ popularium mentes terrore perturbarunt, ut narrat Paris de Graſſis (a): *In eccleſia S. Auguſtini imago crucifixi, quæ poſita erat in gremio Dei Patris totaliter abraſa eſt* (nimirum vi fulminis.) *Item ſimulachrum pueri Jeſu in ſinu matris fulgure dejectum eſt, & nunquam repertum. Item crux cum Chriſto crucifixo in baſilica S. Petri nocte de alto columnatu nullo tangente cecidit. Item in campo Sancto cum quiſpiam ſacerdos celebraret, & elevata hoſtia eam, ut fit, ſuper corporali poſiturus eſſet, vento prævalente exſufflata eſt inde, & nuſquam amplius reperta fuit, multis id factum ſtupentibus, & continue hoſtiam ſacratam quærentibus. Et cum iſta dicerem Papæ, ipſe mihi quaſi per riſum reſpondit, omnia hæc naturaliter eſſe, nam ab octobri uſque modo hyems fuit, quæ fecit officium ſuum: fulgura & ſimiles caſus quotidie videntur non ſolum Romæ, ſed alibi; & quia forte populus timet de Turco, qui ſit venturus in Italiam, ſeit ſua ſanctitas nihil timendum; quoniam ut heri literas habuit ab Imperatore & Rege Hiſpaniæ concluſum eſt de unione principum Chriſtianorum in unum votum facienda non ſolum ad obſtandum Turco, ſed ad invadendum eum uſque in Conſtantinopolim: quam unionem in primo conſiſtorio declarabit, & legatos aliquos creabit: itaque de proceſſionibus faciendis propter cauſas a me dictas non eſſe neceſſarias nunc: & ſic nihil fuit.*

Spina dominica fundit cruorem.

(a) Paris to 4. diar. cærimon. mſ. arch. Vat. p. 250.

Prodigia Romæ viſa.

Aſcripta a Leone rebus naturalibus.

II. Memorant alii alia prodigia, nimirum in Brixienſi agro viſas medio aere militum copias confligere, ac tubarum clangores ſonituſque tympanorum auditos; in Saxonia vero crucem punicei coloris circa Vivarienſe monaſterium media nocte ſereno cœlo fulſiſſe; tanquam moneret mortales, ut in ea confiderent, atque in media temporum perturbatiſſimorum caligine crucem tandem triumphaturam, nec ſine cauſa Romani de Selimo conceperant metus, cum is palam jactaret (b), ſe ſubacto oriente occidentem debellaturum, atque hoc ſcommate noſtros percelleret (c), ſe punire velle Chriſtianos, qui Chriſti legem non colerent, inque omnia vitia Chriſti legi adverſantia delaberentur. Præterea Turcarum piraticæ naves Tyberina oſtia infeſtarint, atque in ipſius urbis, quæ Chriſtiani imperii regia eſt, religioniſque arx, conſpectu prædas egerint (d), parteque alia in ſupero mari Anconitana infeſtantes littora circum Lauretanam ædem diſcurrerint; quibus de rebus in Auguſtano conventu Plocenſem epiſcopum lamentantem audituri ſumus.

Spectra in agro Brixienſi objecta.

Crux in Saxonia viſa.

(b) Ext. de eo publica monum. apud Dol. to. 2.

(c) Petr. Mar. Anglor. ep. 578.

Littora a Turcis infeſtata.

(d) Plocenſis epiſcop. in orat. ad conventum Auguſt.

III. Congregati autem fuere Maximiliani Cæſaris, quem Hiſpaniæ, Hungariæ, & Daniæ Reges ſuæ voluntatis interpretem delegerant, imperio Auguſtæ Germaniæ principes, ut optima pro excindendo Chriſtianis armis Turcico imperio ſuſciperent conſilia: ad quos cum Pontifex ſuperiori anno affecto ampliſſimam belli adminiſtrandi & conficiendi in militum ſtipendia ærarii formulam (e), Cardinalium nec non regiorum oratorum conſilio, libratam tranſmiſiſſet, illi eam ſummopere commendarunt; cenſuerunt tamen non differendum bellum, ſed aſtutum capienda arma; quandoquidem hoſtis potentia in dies ingraveſceret, jamque ducentarum navium claſſem comparaſſet: proxima itaque æſtate inchoandum in Africa bellum adverſus Turcas, Mauros vero ab iis nondum ſubactos in eoſdem concitandos, pulſiſque Africa Turcis in Ægyprum bellum transferendum ad convellendam ex ea nondum firmatam Turcicam tyrannidem, ſolicitandumque ad ineundum cum cæteris armorum ſocietatem Perſarum Regem.

Agitata plura de bello Turcico conſilia.

(e) Ext. apud Dolgoſt. to. 2. p. 132.

IV. Dum autem Cæſar atque Hiſpaniarum Reges hæc bella gererent, debere aliam expeditionem confici a Sigiſmundo Poloniæ Rege, quem una cum Polonis, Hungari, Bohemi, Sileſii, Luſacii, Auſtriaci, Moldavi, Valachi ſequantur; inque proximas Turcicas provincias irrumpendum; conſequentibus vero annis univerſalem expeditionem, irruente per Forumjulium Francorum Rege, conficiendam; tum de colligenda pecunia, inferendis in caſtra commeatibus, ſervandis quinquennalibus inter principes induciis, compeſcendis turbarum concitatoribus ac fœdifragis, conducendis Tartaris, Sophique in ſocietatem adjungendo, partiendaque præda plura addidere: quæ omnia Pontifi-

tificis regiorumque oratorum in urbe arbitrio ſubmiſerunt, deſcripſereque in libello quem cum hujus temporis rerum ſtatum egregie depingat, mandandum hiſtoriæ putavimus.

Propoſita & tractata ab electoribus principibus & ſtatibus ſacri Romani imperii in conventu Auguſtano an. Domini MDXVIII.

V. *Si fortaſſe cæteri Turcarum tyranni eo facilius a Chriſtianis principibus terrebantur, qui dum quædam etiam non modica regna & imperia ſuæ ditioni ſubdidiſſent, nondum tamen cogitatus conatuſque ſuos omnes eo direxerant, ut ſibi univerſum orbem ſubderent. At hic communis omnium hoſtis* (nempe Selimus) *non innumeris ſuis ditionibus, non regnis & imperiis, quæ antehac progenitores ſui a Chriſtianis principibus rapuerunt, non tota fere Aſia & magna parte Europæ contentus, fuſo prius attritoque variis cladibus Perſarum Rege, duobuſque Ægyptiorum ſultanis crudeliter trucidatis, Aſſyriæque, Arabiæ, Ægypti, & multis Africæ regionibus, præſertim, ut fertur Bugiæ, Tuneſi, Tremeſenique regnis potitus, natura ferox, regnandi dominandique cupidus, Chriſtianum cruorem inexpleto furore ſitiens, omniſque nobilitatis & principum hoſtis acerrimus, cum jam fere orientem & meridionalem plagam ſibi ſubjeciſſe glorietur, in occidentem, hoc eſt in Chriſtianorum viſcera, cum nullus alius poſſe ſibi obeſſe exiſtimet, arma convertit, totumque ſibi orbem ſubdere, & inprimis Chriſtianam Eccleſiam crucifixi Jeſu Chriſti ſanguine fundatam, & catholicam ac ſanctam fidem noſtram ſpurciſſimæ Mahometanorum ſectæ ſubjicere, Chriſtianoſque populos religionem ſuam non modo deſerere, ſed per varias pœnas, atrociſſimoſque cruciatus pernegare cogendos propoſuit: qui & eo magis elatus ac ſuperbus ſuperiori victoria incedit, quod & in eo bello terram ipſam, quæ Jeſu Chriſti cunabulis gaudet, & Calvariæ locum, ubi crucis ejus adhuc veſtigia inhærent, ſanctique ejus corporis venerandum ſepulchrum, intemerataeque virginis Mariæ, ac ſanctorum Apoſtolorum nativum ſolum ſuæ ditioni acquiſiverit: quæ loca nunc contaminatis & ſpurciſſimis pedibus calcantur, fœdatiſque Chriſtiano ſanguine manibus, proh dolor! in nominis noſtri perpetuum dedecus tractari a nobis inſpiciuntur: quorum etiam viſitatione, qua ſola antehac conſolari poterat Chriſtianum genus privatum eſt.*

Adiuncta a Selimo plura regna Turcico imperio.

VI. *His autem ſingulis diligenter conſideratis, quandoquidem Chriſtianorum cervicibus non modo magna pericula immineant, cum jam ducentarum triremium velorum parvorum ac magnorum paratam claſſem hoſtis habeat, ac in dies plures ad hoc fabricet; ſed de fortunis, de vita, de ſalute cum hoſte decernere inevitabilis neceſſitas eos cogat, non eſſe diutius quieſcendum, neque locum ullum diuturnioribus diſceptationibus relictum ſanctitas ejus exiſtimavit, ſumendamque in hoſtem communem generalem a Chriſtianis omnibus expeditionem neceſſarium fore duxit, participato omnium prædictorum conſilio, cum in primis Deum optimum maximum inceſſantibus precibus, orationibus, jejuniis, ſacrificiis, pœnitentia, contritiſque & humiliatis cordibus conſtituerit, ut non attentis peccatis noſtris, ſed memor ſuæ ſolitæ miſericordiæ mitius ac clementius nobiſcum agat, ſuoque auſpicio ad ſanctum hoc opus & bellum ſuſcipiendum mentes noſtras dirigat; deinde ut ſingula bella, hoſtilitates, diſſenſiones, quæ inter Chriſtianos principes & potentatus vigent, de medio omnino tollantur: quibus pacatis, ſi non firma pace ſaltem per inducias, ut eo liberalius ad generalem expeditionem in hoſtes ipſos ſumendam quilibet ſe accingere & parare poſſit cæteraque omnia quæ ad tantæ rei molem attinent, præhabita tam de modo belli ſumendi quam de copiis de pecuniis, de commeatibus articulatim abunde ac prudentiſſime complexa fuerit, eamque conſultationem & communem omnium congregatorum ſententiam in ſcriptis redactam ad invictiſſimum Cæſarem Maximilianum Romanorum Imperatorem, tanquam ad caput ſæcularium principum & advocatum ſanctæ Apoſtolicæ ſedis Chriſtianæque fidei protectorem & rei militaris inter omnes principes expertiſſimum examinandam perpendendamque miſerit, ut ſi quid pro bellicarum rerum experientia minuendum addendumque exiſtimaverit, judicio atque conſilio oſtendat, licet ſereniſſimus Cæſar & præterita omnia jam plurimis documentis ſatis ſuperque noverit, de præſentibuſque etiam multorum literis nuntiis & teſtimoniis certior fuerit redditus, cordeque intimo & ſæpius indoluerit & apud ipſum ſanctiſſimum dominum noſtrum alioſque Reges & Chriſtianos principes his malis remedia & quæſiverit & oſtenderit, ſæpiuſque cum natione Germanica & conſiliariis ſuis ſuper iiſdem rebus conſultarit, ac ab ineunte ætate nihil aliud ferventius unquam optaverit, quam aliquando in ejuſmodi expeditionem proficiſci poſſe; nihilominus gratiſſimus eidem fuit nuntius qui hujuſmodi ad ſe conſultationem & tantorum virorum ſententiam attulit: quam quidem & ſi in omnibus articulis prudentiſſime ſummo ingenio, ſumma ſolertia elimatam recognoverit, voluit tamen ſingula a conſiliariis ſuis qui pro tempore*

Ingens ab eo comparata claſſis.

Conſultus de ſacro gerendo bello Cæſar.

apud

apud ſe præſentes erant perlegi, conſiderari, ponderarique; & ſi quid ad ea addendum arbitrarentur id in ſcriptis etiam committerent. Nonnullis interjectis, ut Cæſar de gerendo eo ſacro bello conſultus fuerit, additur quid Cæſarei ſenatores ſenſerint.

VII. Germania in capeſſendo adverſus Turcas bello ſegnior.

Cum Germanica natio, quæ multis ac magnis regionibus late patet, quæ plurimorum principum ac communitatum ductu variis moribus & legibus gubernatur non tam repente induci & in tanti momenti expeditione armari facile poſſit; Turcus autem, qui maximam claſſem & immenſos jam apparatus belli coegit proculdubio non ſit quieturus, quin aliquam Chriſtiani orbis regionem invadat; ne omnino proximus hic annus immunis tranſeat, quin ſaltem ad divertendas vires tanti hoſtis quippiam prodeſſe poſſit, & ne is ſibi nuper acquiſita regna firmo ac ſtabili ductu regere, & in fidem ac benevolentiam ſuam confirmare, ac reliquos Africæ Reges & potentatus, quos nondum ſubegit, bello interea aggredi poſſit, ex quibus omnibus magna ſibi & opum & pecuniarum & gentium incrementa contra Chriſtianos accedere poſſe non dubium eſt, Cæſarei conſiliarii nonnullas ſuas conſultationes, quid ad futurum annum contra hoſtes ipſos ſuſcipiant, tentari poſſe exiſtiment, quibuſque modis duobus proximis deinde annis cætera generalis expeditio ſubſequi valeat, & quibus ducibus, qua pecunia, quibus copiis res agenda videatur reverenter in his ſcriptis propoſuerunt; volentes tamen ea ſingula & ſanctiſſimi domini noſtri aliorumque in urbe congregatorum oratorum, & Chriſtianorum etiam Regum ac principum judicio ſubjici; neque propterea ab jam dicta conſultatione, quæ ad cæſaream majeſtatem miſſa eſt, in cæteris diſcrepare: ſed his omnibus tanquam prudenter perpenſis & ad amuſſim conſideratis acquieſcere; arbitranturque, niſi quippiam in futura æſtate Chriſtianorum virium in hoſtem paretur, eum & omnem occaſionem in ſequentes annos Chriſtianis erepturum, & auxilia omnia, quæ ab exteris nationibus ſperari poſſent, niſi nos id ipſum agamus, omnino præoccupaturum præripturumque.

VIII. De Afris & Tartaris in Turcas concitandis actum.

Nequaquam igitur in futurum proxima annum ceſſandum; ſed Afrorum Reges confirmandi animandique, & juvandi, Scytharum & Tartarorum aliquos præmiis & ſtipendiis alliciendi, & in expeditionem noſtram invitandi, antequam a Turcis præveniantur: qui cum in proximis bellis cum ſultano & Sophi florem militum ſuorum perdiderint, proculdubio a finitimis gentibus auxilia quæſituri ſunt. Si vero a nobis Afri & Scythæ, ſeu Tartari in proximum annum conduci & attrahi poterunt, eo minora auxilia hoſtibus reliqua erunt. De comparando in primis ærario pro ſuſtentando exercitu hæc cæſarei opinati ſunt.

IX. Quis modus comparandi exercitus quæſitus.

Et primo ad copias & ad tantæ expeditionis molem alendam, congruiſque ſtipendiis ſuſtinendam toto ejuſmodi triennio attinet: arbitrantur Cæſarei conſiliarii commodum atque neceſſarium fore, ſi in univerſo Chriſtiano orbe recenſitis ubique regionum populis quinquageſimus quiſque tam ſpiritualis, quam ſæcularis per focos ſive familias miles unus in hanc militiam eligatur, cui quidem reliqui quadraginta novem ſtipendium annuum ſubminiſtrent; quod tamen ſtipendium unius equitis computari debeat. Stipendium autem ipſum a prædicto ſummo Pontifice & cæteris, ut ſupra congregatis adſcribi, atque nominari debeat in hunc modum, videlicet, ut equitibus bene inſtructis & armis ſufficientibus armatis ſex ducati aurei

Quæ ſtipendii ratio decreta.

levioris autem armaturæ pro eorum æſtimatione & arbitrio quinque aut quatuor, peditibus vero tres in ſingulos menſes perſolvantur; cujus quidem oneris ſeu imperatæ pecuniæ ad id ſe extendit, ut per ſocios ſingulos ſive familias florenus unus Renenſis, vel circa impendi debeat

X. Sacerdotes decumam pendere juſſi.

Item quod præter ordinariam hanc pecuniam, quæ per focos exigenda fuerit univerſus ſtatus ſpiritualis totius Chriſtianæ reipublicæ, exceptis mendicantium ordinibus, qui nullos habent redditus aut proventus, ſupradicto triennio ex omnibus ſuis proventibus & redditibus rectam decimam in hanc expeditionem perſolvat. Item omnis & univerſus ſæcularis ſtatus, & præſertim, qui domos regunt, ſive familiæ præſunt vigeſimam ſuorum redditıum partem exhibeant. Et infra.

Vigeſimam laici.

XI.

Item omnes mercenarii, & qui qualitercumque, aut quacumque mercede & ſalario dominis famulantur, viritim ſingulo hujuſmodi expeditionis anno medium florenum rhenenſem; adeo tamen, ut plus lucri eos, qui minus habent æque compenſatis ſtipendiis ſuſtineant, exhibere teneantur: ſi quis vero inter ejuſmodi famulitio dominorum addictos inveniantur, qui vel redditus habeant, vel pecuniam & mobilia, ii ſicut de cæteris proximo articulo prædictum eſt, eadem conditione cenſeantur. Item quod præter hæc omnia ſanctiſſimus dominus noſter ſanctam cruciatam in totum Chriſtianum orbem emittat; ex cujus cruciatæ devotione inductus, ſi qui Rex, princeps, ſeu privatus quicumque ſuis impenſis abſque aliquo ſtipendio in hanc ſanctam expeditionem proficiſci voluerit,

Conventum ut militia cruceata indicatur.

iis

is ab omnibus ſupradictis oneribus liber & immunis intelligatur.

XII. *Qui vero aliis cauſis præpediti expeditionem ipſam perſonaliter ingredi nequiverint, ſolutis primum his taxis & oneribus, ut ſupra generaliter impoſitis, poterunt etiam cruciatæ theſauros non minus adipiſci, ſi pro conditione facultatum ſuarum zelo ſuæ devotionis, in ſubſidium ipſius ſanctæ expeditionis quidquam erogaverint. Numerus autem hominum per totam Chriſtianam rempublicam facile haberi poterit, ſi a ſpiritualibus ac ſæcularibus principibus, a præfectis & magiſtratibus ſuis per præfecturas archipresbyteratus & parochias diligenter viritim omnes per capita recenſeri curabunt.* Nonnullis in hanc ſententiam additis, deque bellicis tormentis comparandis, & commeatibus in caſtra comportandis conſultum eſt pacem inter fideles ſanciendam.

De ineundo omnium Chriſtianorum cenſu.

XIII. *Et quoniam, ut omnibus notum eſt, pleræque inter Chriſtianos diſcordiæ ſunt & diſſenſiones, præſertimque inter multos magnos principes & potentatus, qui ad hunc diem inter ſe diſſident, multiſque emergentibus cauſis etiam paulo poſt diſſidere poſſint, ne privatorum controverſiæ & hoſtilitates huic communi Chriſtiani nominis bono & tam ſanctæ neceſſariæ expeditioni obeſſe uſquequaque poſſint, ut omnibus libere ac ſecure ſeſe huic propoſito accingere tuto liceat, neque hujuſmodi bellorum aut diſcordiarum perturbationibus impediri, retardari, aut prorſus averti valeant, neceſſarium magnopere ducendum eſt, ut omnium ejuſmodi bella diſcordiæ & diſſenſiones abſque alicujus contradictione inter quoſcumque, aut nunc vigeant, aut paulo poſt exoriri poſſint, ſuſpendantur, prorogentur, & differantur.*

Servanda pax inter Chriſtianos.

XIV. *Et quoniam longi nimium & laborioſi operis eſſet pacem inter omnes & amicitias quærere; fiant ſaltem ſinceræ ac inviolabiles induciæ ſeu treugue ſex annorum inter diſſidentes partes omnium & quorumcumque diſcordiarum & bellorum qualicumque etiam graviſſima cauſa exorta fuerint, adeo ut omnes Chriſtiani principes & potentatus vera quiete, ſecuritate, & tranquillitate gaudere poſſint, & ultra id ſuſcipiendæ expeditionis decretum tempus, altero optatæ pacis triennio Chriſtianus populus ea ratione merito frui valeat; ne cum poſt longos & tam difficiles pugnæ labores ad patrios lares redierit, iterum ad belli moleſtias damna & animi perturbationes revocetur.*

XV. *Quæ vero ſingulo hujus propoſiti triennii anno ſuſcipi, atque expediri debeant, diligenter conſideranda ſunt, præſertim cum apud pleroſque Chriſtianorum populos, ea ſit rerum omnium inſcitia & ignorantia, ea indomitorum animorum pervicax obſtinatio, & morum quædam inconcinnitas, ut quæ communis ſalutis ſint, aut parum advertant, aut prorſus ignorent evenire haud difficulter poſſet, ut in propoſita generali iſta exactione, quæ ſive per familias & focos ſive decumarum vigeſimarumque, ut prædictum eſt, aliove quocumque modo expetenda fuerit, non deſint qui ſe & totis viribus opponant, & impoſiti oneris conditionem prorſus detrectent, ſeſeque & inobedientes ac rebelles exhibeant: quapropter proximo ab hinc anno, qui erit quinquageſimus octavus decimus poſt milleſimum, curare in primis debet, ut propoſita hujuſmodi exactio ubique terrarum Chriſtiani nominis & diligenter conſtituatur, & quidquid in ea renitentiæ aut obſtaculi fuerit ſalubriter amoveatur.*

Præviſa difficultas in his exigendis.

Bella deinde ac diſſenſiones principum ac potentatuum Chriſtianorum ſub prædictis ſex annorum induciis ſedentur, & rejiciantur, adjectis in eos, qui reluctentur ſanctæ Apoſtolicæ ſedis cenſuris & anathemate ac cæſareæ & imperialis indignationis & banni arctiſſimis edictis & pœnis: quibus, ſi qui ſe temerarie opponentes in rebellione ſua perſeverarent, ii communibus armis & exercitibus Chriſtianorum abſque aliqua mora oppugnentur, & pœnis debitis plectantur. Hujus autem executionis & propoſiti ad rebelles puniendos, caput ſit & director ſereniſſimus Francorum Rex, qui eos præſertim & potentatus & populos, qui ad ſolis ortum & ſeptentrionem vergunt regnis ſuis finitimos invitos etiam propoſitæ exactioni & diſſenſionum remediis parere compellat. Qui vero ad occidentem plagam a ſeptentrionis finibus ſpectant, a ſereniſſimo Anglorum Rege, qui ejus etiam negotii principalis executor in eiſdem regionibus conſtituatur, ſi violatores optatæ hujus quietis & propoſiti fuerint, ſevere puniantur. Qui vero ab occidentis plaga uſque ad meridiem incolunt, ſi ruptores tanti fœderis ſeſe objicient, a ſanctiſſimo domino, noſtro Romano Pontifice ſeu ſanctæ ſedis Apoſtolicæ vexillifero pro demeritorum ſuorum qualitate corrigantur.

Decretæ ſacræ & humanæ pœnæ in renitentes.

Quamobrem non inconſultum videtur, ut ad ſedandum eos tumultus, qui ita, ut prædictum eſt, exoriri facile poſſent, primo hoc expeditionis anno ipſi ſereniſſimi Francorum & Angliæ Reges domi ſe contineant, & ejuſmodi ſibi commendatis negotiis invigilent & incumbant. In his autem expeditionibus pro rebellibus coercendis, ſi neceſſarium fuerit, media exactionis portione utentur, qua in capita familiarum, ſive in focos inſcribetur: quod vero

XVI. Viſum ut Angliæ & Galliæ Reges primo expeditionis anno domi ſe contineant.

Digitized by Google

ro ex decimis & vigeſimis cumulari poterit, id in Africanam expeditionem impendetur, ut paulo poſt hic infra narrabitur. Hujus autem expeditionis & negotii, quod contra rebelles & inobedientes ſuſcipiendum fuerit, per Pontificem maximum & Reges jam dictos in ſingulas regiones militiæ ac armorum periti præficiantur, qui ubi opus fuerit præſto ſint, & emergentibus incommodis opportune conſulant.

XVII. *Quid autem in proximum futurum annum, antequam generalis illa expeditio ſuſcipiatur, agendum videatur, occurrit hæc oblata occaſio bene gerendæ rei, ne ab impugnatione tyranni hoſtis, annus hic, dum cætera, quæ ad expeditionem pertinent, procurantur, prorſus immunis tranſeat, cum Chriſtianis principibus videatur relicta ſpes Sophi Perſarum Regis excitandi, ut arma in Turcos capiat: quandoquidem in tot pugnis jam defeſſus, ac ultima iſta expeditione ab Ægyptiorum Rege Sultano derelictus, & pene cum toto exercitu fuſus attrituſque fuerit, potiuſque hoc tempore quietem & otium optet, quam bellum; cogitandum eſt, ut in Africa, quam etiam nuper ex magna parte tyrannus ille ſubjecit, quidpiam Chriſtiani intentent &, ſi qui forte Turcorum exercitus ſe opponant oblata occaſione, & ſpe victoriæ injecta, cum eis decertare, & primum felicis expeditionis initium Deo duce auſpicari, ac, ſi Chriſtianorum pia vota & humiles apud Deum optimum preces latius juverint, Alcheyerum uſque, hoc eſt expulſi Ægyptiorum Sultani regiam victores ſubſequi, eamque urbem ditioni noſtræ, cum forte nulla mole aut aggeribus munita ſit facile fieri poſſet ſubiicere, cum qua & Nilus & univerſa Africa Chriſtiano nomini cedere, Turcorumque tyrannus tanta rerum occaſione ſpoliari poſſet: inde in poſterum facilis ad Perſarum Regis animum ſolicitandum in communem hoſtem aditus pateret.*

De excitando in Turcam Perſa actum.

Et invadenda Ægypto.

XVIII. *Videtur itaque non inconveniens, ſi proxima æſtate prima quædam expeditio in Africa ſuſcipiatur, præſertim ad confirmandos animos illorum Regum, qui nondum in Turcorum tyranni deditionem venerunt, ut ſunt Rex de Tremezen, de Fex, & Marochi, Arabeſque qui Lybiæ montana incolunt, eoſque & armis juvare & una cum Chriſtianis copiis in eam expeditionem proficiſci omnibus modis adhortari, præmiiſque & ſtipendiis allicere.*

Et transferendo in Africam bello.

XIX. *Hujus expeditionis proximi anni duces eſſe debent ſacratiſſimus Imperator & Portugalliæ Rex cum potentia Catholici Regis, qui modo etiam citra eam expeditionem laborat, & aliorum principum exceptis his, qui ad Polonicam profectionem deputati ſunt auxiliis ipſi etiam in aliis futuris expeditionibus ſequentium duorum annorum una cum aliis perſeverabunt, & uſque ad finem in bello perſiſtent: & ad hujuſmodi negotium peragendum pro alendis & ſuſtentandis exercitibus reliquam dimidiam portionem imperatæ exactionis quinquageſimæ prædictæ, item & integram decimam & vigeſimam ac ſingulas reliquas taxationes quæ ſupra expoſitæ ſunt, in uſum ejus expeditionis convertent, præſertimque ex univerſa Germania, inde in primis facilius imperata hujuſmodi pecunia exigi poterit; cujus meritis & emolumento & annona & neceſſitate quæque exercitibus alimoniæ comparari, & milites ex Chriſtianis aut gentilibus ubi commodiores ſuſceptæ provinciæ videbuntur, conduci ad eam expeditionem poterunt: ad quam peragendam ſereniſſimus Francorum Rex cum aliis quibuſdam claſſem ſuam adminiſtrabunt, & cum ejuſmodi exercitibus & Cæſar & Portugalliæ Rex mari terraque una permanere neque ſuperari invicem debebunt.*

Quinam ductare eum exercitum debeant.

Neceſſarium autem in primis ducitur, ut ſanctiſſimus dominus noſter Papa cum cæteris, qui Romæ ad eam rem congregati ſunt, ad prædictos Africæ Reges, & ſi fortaſſe plures ſint, qui nondum ſedibus ſuis ceſſerunt, oratores mittant, propoſitumque hoc negotium eis ſignificent, eoſque adhortentur, ut una cum Afris ſibi ſubditis & montanis Arabibus, qui partem Africæ tenent, & ſi quos etiam ex jam ſubiectis allicere poterunt, qui cum nuper a Turcorum tyranno maximas ſtrages & incommoda ſint perpeſſi, haud difficulter inducti in aliorum ſententiam deflectentur. XX.

De ſolicitandis Afris ut in Turcas conſurgant.

Altera autem expeditio & exercitus fieri poſſe videtur eodem hoc proximo anno a ſereniſſimo Poloniæ Rege & ſuo nomine & uti tutore ſereniſſimi Ludovici Regis Hungariæ cum copiis regnorum Poloniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Moraviæ, Sileſiæ, & aliarum nationum regnis ejuſmodi ſubjectarum: item cum Auſtriæ inferioris ſubſidiis & convenienti machinarum & artellariæ portione, quam eis ſacratiſſimus Cæſar in eam expeditionem impartietur, ac etiam Bavariæ principum, qui juxta ſibi impoſitæ exactionis onus etiam exercitus ipſos augere opportune poterunt. Qui vero perſonaliter in eam expeditionem proficiſci aut nollent aut nequirent, debebunt ea pecunia, quæ eos continget, alii milites, ut ſunt Bohemi, conduci; Lantzknechti enim in præſens hoc negotium minime conducentur, ſed in alteram Africanam expeditionem comparabuntur. XXI.

De expeditione ducenda a Rege Poloniæ.

Non minus etiam expediens ducendum XXII.

Et Scytis in Turcas incitandis.

eſt, ſi ipſe ſummus Pontifex cum cæteris congregatis operam dabunt, ut nonnulli Scytharum & Tartarorum, qui Polonis, Ruthenis, & Moldævis finitimi ſunt, convenienti ſtipendio in hanc expeditionem alliciantur & conducantur, qui una cum Moldævis & Valachis, qui Majores vulgo nominantur, qui facile ab ea tributaria conditione, quam cum Turcis habent, ſeparari poterunt, primam hanc proximi anni expeditionem cum Poloniæ Rege ſuſcipiant, & minorem etiam Valachiam ſecum trahant. Qui quidem Tartari etiam pecuniæ præmiis, ut neceſſarium videbitur, ultra debita ſtipendia poterunt a ſancta ſede & aliis congregatis opportune invitari. Et his tribus nationibus Scytharum, Moldaviæ, ac Valachiæ copiis exercitibus ſuis adjectis poterit ſereniſſimus Poloniæ Rex prædictam ſuam expeditionem Smedram verſus & Chiliam oppidum dirigere, iis locis felici ductu expugnatis, præſidiiſque in eis pro neceſſitate locatis, ad hyberna cum copiis omnibus reverſi: quod quidem ea ratione facilius eidem Poloniæ Regi futurum eſt, quod Turcorum tyrannus non ad eas regiones, ſed potius ad conſervandam Syriam, Arabiam, & Africam, quas nuper ſuæ ditioni ſubjecit, aut verſus alias partes Aſiæ animum intendit.

XXIII. Quæ gerenda ſecundo expeditionis anno.

Secundo autem hujus ſuſcipiendæ expeditionis anno, qui erit decimus nonus poſt milleſimum & quingenteſimum, Maximilianus Cæſar & Luſitaniæ ſeu Portugalliæ Rex ſuſceptam in Africa expeditionem proſequi latius poterunt, & ultra Alcaierum & Alexandriam proficiſci, vireſque ſuas Afris, Mauritanis & Arabibus ſtipendio conductis augere; præſertim cum ex Marochiorum & Fexio montaniſque Arabiæ regnis uſque ad centena millia militum facile comparari poſſint.

XXIV. Ut Anglus, Danus, & Livo ſe conjungere debeant.

Hoc autem ſecundo expeditionis anno poterit ſereniſſimus Anglorum Rex cum claſſe & exercitibus ſuis ad eam ulteriorem expeditionem Cæſari, & in finitimo adjungi, quem ſanctiſſimus dominus noſter una cum cæteris congregatis monere obiter debebunt, ut eam fidem, quam cæſareæ majeſtati in id ſanctiſſimum negotium aſtrinxit, in hac oblata occaſione ſervare non abnuat: & cum ipſo Anglorum Rege poterunt etiam Daciæ Rex, & cum eo magnus magiſter Pruſſiæ cum copiis regnorum ac ditionum ſuarum, ac cum Ruthenorum ſagittariis, quorum magnam copiam habent, & maritimis claſſibus admodum utiles ſunt, terreſtrique itineri & nimium longæ expeditioni alioquin ſeſe conjungere.

XXV.

Qui quidem una omnes cum Cæſare & Luſitanis congregati Africanæ expeditioni, & ad comparandam earum regionum victoriam Alchaierum Alexandriamque ſubjiciendam, ac Nilum trajiciendum Perſarumque Regem Sophi contra Turcos animandum, & ad Chriſtianorum partes alliciendum facile ſufficient: quod ea occaſione levius exiſtimandum eſt Chriſtianis futurum; quandoquidem Turcorum tyrannus contra eundem Perſarum Regem Scytharum & Tartarorum auxiliis, qui nimis ab eiſdem regionibus diſtant, nequaquam commode uti poterit; quos etiam Chriſtiani potentatus pecunia & uberibus allectos ſtipendiis attrahere ad ſe, ut prædictum eſt, omni ſtudio & aſtu procurabunt. In eodem autem nonodecimo anno ſereniſſimus Francorum Rex cum exercitibus ſuis & copiis, quaſcumque poterit, citra claſſem jam, ut dictum eſt, Africanam profectionem anno decimo octavo mittendam cum cæteris Chriſtianorum auxiliis, quæ ex altera medietate impoſitæ exactionis, & ex reſiduis Africani negotii, decimiſque etiam & vigeſimis & denario, ut præfertur, adjunctis comparari poterunt, ſeſe ad ſanctam hanc expeditionem accinget, iterque ſuum per Italiam & Forojulium, perque Illyricum, Croaciam & Dalmatiæ regiones dirigens ad Turchorum emporium, quod Oberboſna appellatur, contendere poterit.

De terreſtri expeditione ducenda a Gallo Rege.

XXVI.

Qua autem ratione conditioneque magis Chriſtianæ reipublicæ & ipſi Francorum Regi utilior ac tutior ejuſmodi itineris expeditio videatur, quam aut Africana aut ſeptentrionalis ea facile perpendi poteſt? quia cum proximis annis nonnulli occidentales Chriſtianorum populi principes ſuos ſecuti diſſenſiones & bella cum ipſo Rege habuerint, quorum recenti memoria facile inter exercitus ſuſcitari incommoda multa poſſent, orientales nulla unquam habita cum eo diſcordia ejuſmodi incommoda & inimicitias nequaquam excitabunt.

XXVII. Polonus illi conjungendus ad invadendam Thraciam.

Eodem anno nonodecimo jam dictus Poloniæ Rex cum exercitibus & copiis ſuis, cumque auxiliaribus Valachis, Moldavis, & Scythis ad inceptum negotium prioris anni octavi decimi proſequendum revertetur, & ſe in emporio Oberboſna prædicto cum Francorum Rege conjunget: qui una omnes latius profecti Philippopolim & Hadrianopolim Thraciæ urbes oppugnabunt, & ſi fieri poterit expugnatas munient, & apud eas tanquam in antemurali quodam ſe continentes, cæteras finitimas Turcorum regiones præſertim cum Tartaris, Scythis, & Valachis, quibus in his urbibus domicilium conſtituent, diſcurrent, deprædabuntur, ſive pro hoc exercitu ſuſtinendo pecuniam imperabunt, admittenturque omnes ſi fortaſſe Calcidenſem ſeu Nigroponti, aut in ea proxima maritima ora, portum quem-

piam

piam acquirere poſſint, in quem Africana claſſis, quæ tertio expeditionis anno perfectis Africæ rebus ad eos contendet, delata, exercitum facile in ea loca exponere, & terreſtribus Chriſtianorum copiis adjungere poſſit. Tertio autem anno, qui erit vigeſimus poſt quingenteſimum & milleſimum, ſacratiſſimus Imperator & Portugalliæ Rex liberata jam, ut ſupra dictum eſt, Africa, expugnatiſque urbibus Alchaiero & Alexandria, fuſaque & diſſipata, ut in animo eſt Turcorum claſſe, exercitus ſuos, cum præſertim maritimam ad eam rem perficiendam claſſem ſufficientem habebunt, in Græciam traiicient, Francorumque ac Poloniæ Regibus adjuncti demum Turcorum tyranni regiam urbem Conſtantinopolim obſidebunt, eaque capta in minorem Aſiam ſive Natoliam, cæteraſque remotiores Turcorum regiones, adjuvante tunc abſque dubio Sophi Perſarum Rege, aggredientur & ditioni ſuæ ſubiicient: & in hunc modum ſanctiſſimæ huic expeditioni, devictis diſſipatiſque Chriſtiani nominis hoſtibus, finem imponent.

Ut claſſis educenda ex Africa in Græciam traiicere debeat.

De Conſtantinopoli obſidenda.

XXVIII. *Poterunt autem his præmiis Chriſtianæ expeditionis duces Perſarum Regem Sophi facile allicere, ſi cum eo convenerint, ut captis & in deditionem illis provinciis redactis, illi Natoliæ medietas, univerſaque Caramania & Armenia cedat; cætera vero, quæ & in Aſia & in Africa ſunt, & præſertim Ægyptum, S. Jeruſalem ubi ſepulchrum Chriſti eſt Chriſtianis dimittat. His autem ſucceſſibus Chriſtiana reſpublica in triplum fere adaucta, ſucceſſu temporis etiam Africos Reges ad Chriſti fidem ſanctis perſuaſionibus convertere poterit. Quæ vero regna, provinciæ ditiones ex iis ſanctæ huius expeditionis victoriis parta fuerint, ea omni ſemota fraude inter Chriſtianos Reges, principes, & potentatus arbitrio judicum, qui undequaque ex omnibus Chriſtianis potentatibus deputabuntur ſuper arbitris ſanctiſſimo Domino noſtro, & ſacro Cardinalium conſiſtorio æqua portione dividantur.*

De Aſiaeum Perſa dividenda.

De regnis inter victores dividendis.

XXIX. *Poſtremo autem, ut omnia citius concludi ac maturæ executioni mandari poſſint, neceſſarium videtur, ut quamprimum Chriſtiani Reges, principes, & potentatus, qui, ut ſupra dictum eſt, in Africana profectione eam comitabuntur, oratores ſuos ad ſacram cæſaream majeſtatem mittant, ſingulaque ut ſupra propoſita cum ea differant examinent & conſultent, & ad executionem dirigant, ac pro conditione ac neceſſitate rerum concludant, & apud eam toto eo triennio durante expeditione perſiſtant & ea quæ Romæ per ſummum Pontificem, ac omnium Regum, principum & potentatuum oratores concludentur executioni mandari juvent, & præſertim quæ ad Africanam profectionem ſpectare videbuntur, prout & res ipſa & hoſtium ad futuram æſtatem apparatus requirere videtur, &c.*

De conſilio ab oratoribus Regum tenendo.

Idem facient Reges, principes, & potentatus, qui Francorum Regem ſecuturi ſunt, & ſuos oratores ad negotia illa perficienda ad illa mittent, & etiam apud eum perſiſtentes ea ratione ſingula curare habeant & expedire. Tertio etiam quicumque cum Poloniæ Rege hoc proximo anno profecturi ſunt, oratores ſuos ſimiliter pro tractandis rebus omnibus mittent. Non minus etiam negotium expoſtulare creditur, ut omnes Reges ac principes Chriſtiani alios oratores in urbem ad ſanctiſſimum dominum noſtrum mittant, aut eos, qui nunc ſunt confirment, qui his tribus annis ſuſcipiendæ expeditionis cum ſua ſanctitate negotia ſingula tractent, & eam inducant, adhortentur, ac juvent omni ſtudio & conatu, ut quæ concluſa fuerint, præſertimque imperatæ undequaque pecuniæ exactionem copiaſque expediendas, & ſolvendas, concordiamque Chriſtianæ reipublicæ, ac præſertim jam dictas ſeu annorum inducias exequi ac conſervare totis viribus curent. XXX.

Diſcrepabant hæc Germaniæ principum conſilia non parum a pontificiis; cumque plura de victoriis ab aliis gentibus referendis ſtatuiſſent, ab admovenda glorioſiſſimo operi manu refugere videbantur; ſi quidem nihil decreverant de copiarum ex ſingulis provinciis illico conſcribendarum ſuſtentandarumque numero: cum enim Pontifex una cum Regum oratoribus cenſuiſſet, ut Cæſar ſimul cum Poloniæ Rege & ſeptemviris quinquaginta millia peditum, equitumque viginti millia in Turcarum finitimas provincias effunderet, ipſi ad id perficiendum conſilia non accommodaverant. XXXI.

Germani onus belli ſacri viſi refugere.

Accepto itaque hoc reſponſo Maximilianus, cum plura maximis implicita difficultatibus neque ad exitum perducenda contineret, conſultis oratoribus Polonis & Gallis nomine Chriſtianæ reipublicæ, cum ipſe a Dano, Hungaro, & Hiſpano ad ferendam pro iis ſententiam mandatis ampliſſimis inſtructus eſſet, propoſuit Germanici imperii proceres non ſat hoſtiles vires perpendiſſe, cum Selimus poſt Ægyptios perdomitos, etiam Sophi Perſarum protriviſſet: ſingula iterum reipublicæ Chriſtianæ diſcrimina defixit in oculis principum, eoſque juſſit ſalubriora pro expeditione conficienda agitare conſilia, dareque operam, ne celeberrimi Auguſtenſes cœtus irrito exitu diſſolverentur, pollicitus decernenda coli- XXXII.

(a) Ext. apud Dolgall. cod. to.2. p. 138.

ligendave pro bello ſacro ſubſidia in nullos alios uſus averſum iri, ut ex publicis hiſce monumentis patebit (a).

Cæſareæ majeſtatis reſponſum.

XXXIII. *Sacratiſſima cæſarea majeſtas. Recepta nuper ſchedula reſponſionis principum ac ſtatuum ſacri Romani imperii in hoc Auguſtenſi conventu congregatorum ſuper generali expeditione contra Turcas ſuſcipienda, videns ac perpendens illam a propoſito ac deſiderio ſanctiſſimi domini noſtri ac uuanimi fere omnium Regum ac reliquorum Chriſtianorum potentatuum aſſenſu & voluntate valde diſſonam ac alienam eſſe, non eſt ſibi viſum eiſdem principibus ac ſtatibus reſpondere, niſi prius ſuper ejuſmodi reſponſionis tenore & continentia cum reverendiſſimis ſanctæ apoſtolicæ ſedis legatis, ac oratoribus Franciæ & Poloniæ qui apud eam agunt, quoniam communis res agebatur, diligenter ac mature diſceptaret. Exhibita igitur eadem ſchedula, omnique ſtudio ac diligentia tam arduæ & neceſſariæ propoſitionis reſponſo invicem examinato, unanimi tandem voto & aſſenſu nomine totius Chriſtianæ reipublicæ quam ipſi in hoc conventu univerſam repræſentant, cum præſertim Cæſar in hoc Turcarum negotio nou tantum ſua & imperiali authoritate fungatur, ſed etiam ſereniſſimorum principum filiorum ac fratrum ſuorum catholici [nimirum Hiſpaniæ Regis] Hungariæ ac Daciæ Regum, quorum & conſenſus & voluntas arbitrio ſuo eſt demandata, partes ac vices gerat arbitreturque etiam Portugalliæ Regem licet aſſiduum cum Indis ac Marochiorum Regibus bellum habeat, quantum fieri poterit, huic ſanctiſſimo operi uon defuturum ſtatuerunt, ac concluſerunt ſereniſſimis ſacri imperii principibus ac ſtatibus ſuper eorum ſchedula & concluſione in hunc modum reſpondere; arbitrari, ſe principes & ſtatus ipſos pro tantæ rei magnitudine non ſatis perpendiſſe ingentia mala & pericula, quæ Chriſtianorum cervicibus imminent, præſertim poſt reditum Turcarum tyranni iu Europam: qui quidem, ut ipſi fidedignis multorum ſcriptis & teſtimoniis edocti ſunt, non modo contra Syriæ & Ægyptiorum ſultanum parta victoria, illiuſque ditione univerſa, ac parte etiam Africæ in poteſtatem reductis, ſed quod prius ignorabatur, fuſo fugatoque in ſemotiſſimas regni ſui regiones Perſarum Rege, quem Sophi appellant, devictaque ac ſuperata tota fere Armenia, tantis nunc elatus ſucceſſibus totque Ægyptiorum ac Perſarum opibus ditatus, & potentiſſimas terreſtres copias, & maritimam ingentem claſſem, quam deſcriptis jam remigibus, ac bellatoribus portibus ſuis eduxit, cum nullum amplius, aut Aſiaticum, aut Africum hoſtem timeat, in quorum viribus aliqua nobis ſpes locata fuerat, nunc in ſolos Chriſtianos totas ſuas vires comparat.*

Multi Reges Cæſari pro bello ſacro favent.

Offuſus Chriſtianis Selimi terror.

XXXIV. *Putant etiam ipſe Cæſar, legati, & oratores non prorſus principes ipſos ante oculos ſuos poſuiſſe, ſi conventus iſte tam potentis tam famigeratæ natiouis, in quam reliqui Chriſtianorum populi oculos conjecerunt, cujus robore & virtute ſe in primis protegi ac defendi ſperabant, in vanum reſolvatur, quantam & hoſti bene gerendæ rei fiduciam, ac Chriſtianæ reipublicæ terrorem, ac deſperationem injecturus ſit, & eam dominici gregis gentem quæ iu Turcarum finibus noſter nos clypeus & antemurale iu hunc adhuc diem ſemiuſtas ac deſolatas reliquias ſuas, quibus poteſt viribus protegit, luporum dentibus in prædam & ultimum excidium relicturos, huncque tantorum principum infructuoſum receſſum & tantæ expectationis inanem reſolutionem non modo univerſæ Chriſtianæ reipublicæ damnoſam futuram, ſed omnibus ſacri imperii principibus & ſtatibus, immo toti Germanicæ nationi nou parvam negligentiæ & ignaviæ, immo dedecoris opprobrio potius notam apud reliquos Chriſtiani nominis potentatus allaturum, quod cæteris ſe prompto alacrique animo in tam ſanctum tam neceſſarium opus offerentibus, ſoli Germani veluti a progenitoribus ſuis degeneres, ſolitamque gentis virtutem obliti torpeant prorſus, & obdormient; nou enim adduci poſſunt aut Cæſar aut cæteri, futurum aliquid aut utilius aut ſalubrius in alio conventu, quem inſtituere pollicerentur, cum in hoc, ubi nihil deeſſe videtur quod rem iu re diſtrahere debeat, nihil actum concluſumve fuerit. Adſunt hic omnes electores, adſunt & cæteri clariſſimi ac ſapientiſſimi & potentiſſimi principes, ac ſacri imperii ſtatus, quorum conſilio prudentia, ac gerendarum rerum dexteritate mature omnia, ſi modo bonus animus, bona voluntas adſit, ſi modo quemque debiti ſui zelus Domini moveat, & conſulturi & confici, ac concludi poſſint.*

Perſtricti Germani a bello ſacro averſi.

XXXV. *Novit præterea Cæſar, quo labore, qua difficultate conventum hunc congregaverit quem ſi ſemel diſſolvatur nullis deinceps artibus, aut perſuaſionibus comparare poſſe ſperat. Neſcit igitur aut ipſe, aut legati & oratores prædicti, cur ipſis principibus & ſtatibus tantam rei neceſſitatem procraſtinari liceat, & tot dignorum virorum cœtum, tot laboribus, tot impenſis in unum redactum, non abſque totius fere orbis opprobrio, infectis rebus inutiliter abire. Cogitent itaque ſecum ſingula, & matu-*

Commoniti ne occaſioni deſint.

rius

rius, & tantæ rei magnitudini ac neceſſitati procurandæ diligentius inſiſtant, & totis animis negotium complectantur. Quod ſi ſe nihil debere putant iis qui in præſenti periculo ſunt, cogitent tamen ſe debere poſteris ſuis, quos niſi ab ipſis, ut nunc utilius fuerit conſultum, in eadem paulo poſt navi & non minori periculo relicturi ſunt: quod ſi tandem & ſuos contemnunt

Si deſint alii ad eos Turcam ad ipſos penetraturum.

reſipiſcant demum & fateantur, ſe hanc propoſitam expeditionem Chriſto Deo, qui catholicam hanc fidem cui nati ſunt, ſanguine ſuo fundavit, omni jure, omni ſemota exceptione debere. Siſtant igitur ac ad ſalubriorem conſultationem redeant, rebuſque omnibus mature diſcuſſis, & ad amuſſim perpenſis cum cæteris Chriſtianis Regibus & potentatibus, qui ad hoc ardentes & cupidi accedunt concordes & unanimes propoſitum a ſanctiſſimo domino noſtro & reliquis negotium & ipſi læti intrepidique ſuſcipiant; iis tamen ſemper repetitis modis ac conditionibus, quas in hoc principum conventu, & ipſa Cæſarea majeſtas, ac ſanctæ Apoſtolicæ ſedis legati initio propoſuerunt, quamcumque videlicet pecuniam & ſingula in id negotium collata emolumenta & ſuffragia, quæ per univerſam Germaniam quoquo modo colligentur, in nullum alienum uſum nullius hominis arbitrio,

De non avertenda in alios uſus ſacra pecunia.

quam in Turcarum expeditionem, & pro ipſorum principum & ſtatuum voluntate ac diſpoſitione converti & adminiſtrari debere. Reliqua in Auguſtenſibus conventibus geſta afferentur inferius.

XXXVI. Cæſar ex animo expeditionem percupiit.

Urſiſſe vero Cæſarem ex animo, non oſtentandæ magnanimitatis ſuæ cauſa, belli ſacri rationem, demonſtrant Pontificis literæ datæ ad Laurentium Miedzileski apoſtolicum in aula Polonica internuntium; qui poſt facta plura cum Maximiliano colloquia una cum Cæſareis oratoribus ad Regem Poloniæ, ut eadem conſilia proveheret miſſus eſt, quem Leo de quatuor Cardinalibus legatis cum ampliſſima decretis poteſtate certiorem fecit (*a*).

(*a*) *Lib. brev.* 2. *p.* 114.

Dilecto filio Laurentio Miedzileski notario, & ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Sigiſmundum Poloniæ Regem illuſtrem nuntio noſtro.

Ex Auguſta civitate imperiali tuas accepimus literas die XXI. *februar. datas, quibus etſi profectionem tuam tardiorem, quam volebamus atque optabamus intellexerimus, fuit tamen nobis pergratum ex iis percepiſſe, opportunos ſermones, quos cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Maximiliano in Imperatorem electo habueris, & præſertim quod celſitudo ſua nobiſcum ſit inclinata ad ſuſcipiendam, & feliciter perficiendam ſaluberrimam ac perneceſſariam contra crucis hoſtes expeditionem, ſuperque ea re optima & tanto principe digna jeciſſe fundamenta, & quod venerabilis frater epiſcopus Tergeſtinus ſuam erga nos & ſanctam ſedem Apoſtolicam, ſicut bonum & fidelem decet prælatum, devotionem oſtendit,*

Commendatus a Leone.

Cui in Domino benediximus, ejuſque bonorum operum quandoque non erimus immemores; in quo certe prudentiam tuam plurimum in Domino commendamus. Placuit inſuper nobis ſummopere audiviſſe majeſtatem ſuam, te una cum oratoribus ſuis ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Sigiſmundum Poloniæ Regem illuſtrem pro acceleranda dicta expeditione quamprimum expediviſſe, ut negotium hoc juxta noſtram ac ſuam voluntatem ad laudem Dei & divinæ majeſtatis gloriam, & ad præcavenda pericula imminentia proſpere inchoari & feliciter confici valeat. Nos enim ut nihil a nobis intentatum ſeu infectum relinquatur, legatos quatuor de latere ad omnes Reges & principes Chriſtianos jam emiſimus, nil aliud prorſus curaturos, niſi eos ad ſanctam hujuſmodi expeditionem unitis viribus atque animis amplectendam oraturos & omni conatu impulſuros.

Legati quatuor decreti ad Reges.

Cæterum gratulamur præfato Poloniæ Regi de victoria adverſus Moſchos denuo parta, egimuſque gratias Deo, quod fidelibus ſuis de infidelibus & ſchiſmaticis triumphum reportare conceſſerit, ut dextera Domini contra eos aſſiſtente, tandem ad cor reverſi extincto eorum errore abjectoque ſchiſmate ad gremium ſanctæ matris eccleſiæ Romanæ redire mereantur, &c. Dat. Romæ XIV. *maii* MDXVIII. *pontificatus noſtri anno* VI.

Moſchi a Polonis victi.

XXXVII. Decreverat Leo eos Cardinales legatos e latere ad Germanum, Gallum, Hiſpanum, Anglumque ad expedienda omnia quæ pro ſacro bello erant neceſſaria, cum a Cæſare & Carolo Rege Hiſpaniæ de principum inito fœdere certior factus fuiſſet, ut refert Paris de Graſſis (*b*), qui eam legatorum creationem tertia die martii celebratam deſcribit: *Ii*, inquit, *legati fuerunt Cardinalis de Campeggio ad*

(*b*) *Paris to.* 4. *mſ. diar. arch. Vat. p.* 252.

Quinam Card. miſſi ſint ad Reges.

Regem Angliæ [1] *Cardinalis Ægidius ad Regem Hiſpaniæ, Cardinalis de Farneſio ad Imperatorem, & Cardinalis S. Mariæ in porticu ad Regem Franciæ: & cum dicerem Papæ, quare etiam non faceret alium legatum ad Regem Hungariæ & Poloniæ, reſpondit mihi quod ibi eſſet Strigonienſis Cardinalis & legatus jamdiu deſtinatus ſuper hac materia. Replicavi ipſum Strigonienſem non eſſe utilem legatum, quia cum ſit de natione & tanquam Regis Hungariæ creatura, non ſe gerit tanquam legatum, ſed tanquam capellanum Regis, nam cum deberet eſſe tanquam legatus apoſtolicus ſupra Regem non ſolum non eſt ſupra Regem, ſed ſub illo, & in omnibus Regi defert tanquam minor; ſed etiam miniſter ejus, quia lavanti manus Regi miniſtrat mappam, & in miſſa pacem & librum, quod non deberet facere: & propterea in his & aliis ipſe legatus detrahit honori ſedis Apoſtolicæ, quia ſemper legati debent eſſe ſupra Reges quoſcumque: & Papa reſpondit, quod hoc idem a pluribus aliis de hoc Cardinali Strigonienſi intelligit, qui ſe male habet cum honore, immo cum dedecore ſedis Apoſtolicæ, & quod ille eſſet male aut parum nationi acceptus, & parum exiſtimatus, unde volebat providere deſuper. Dixi bonum fore ſi ſanctitas ſua etiam illuc deſtinaret unum prælatum tanquam nuntium, qui ſimul cum legato provideret, ut Reges illi duo potentiſſimi venirent ad expeditionem iſtam contra Turcos:*

Polonus & Ungarus ad ſacrum bellum paratiſſimi.

& Papa mihi reſpondit, quod non eſſet de his duobus Regibus dubitandum, quia ipſi quotidie Papam interpellabant cum diverſis nuntiis & literis ſuper hac expeditione; quia ipſi in primo periculo ſunt, ſi Turcus Chriſtianitatem petit: & ſic concluſit quod tantum pro iſtis quatuor legatis pararem, prout paravi.

XXXVIII. Addit author nonnullos contendiſſe hos legatos ex Regum, ad quos mittebantur, dignitate ſtatuendos, verum habitam fuiſſe priſtinatum ſedium rationem. Subiicit pluribus interjectis Paris (*a*), profecto in Galliam legato e latere, ſubortam de honoris gradu controverſiam inter eum & Cardinalem Lucemburgenſem, qui jam ante legationem gerebat in Galliis, ac rationem qua ſedata fuerit refert. *Cum*, inquit, *diebus iſtis Papa legatum Cardinalem diaconum S. Mariæ in porticu ad Galliam deſignaverit, ubi jamdiu Cardinalis de Lucemburgo ſive Cænomanenſis Gallus eſt, & legatus etiam non revocatus, & epiſcopus Tuſculanus, uterque ad me ſcripſit, ut definirem quis eorum præeſſe & quis ſubeſſe alteri debeat.*

(*a*) *Paris* to.4. *p.* 274.

Nonnullis interjectis de re in conſiſtorio diſcuſſa datum ſibi a Leone hoc imperium ait. *Mihi impoſuit ut utrique ſcriberem ſic, videlicet quod Cænomanenſi licet ſit legatus ſolum ad viſitationem monaſteriorum in regno Franciæ, & per conſequens ipſe deberet cedere ſemper & ubique novo legato; tamen quod in ipſo primo ingreſſu novi legati per aliquod tempus abſtineat a concurſu, & a præſentia novi legati, id eſt donec ipſe novus legatus bis aut ter Regem & barones & parlamentum viſitaverit; quia ipſe novus legatus poſſit agnoſci & videri tanquam legatus apoſtolicus de latere, & poſſit dare benedictionem ac deferri ante ſe facere crucem: quo facto per aliquod tempus tunc Cardinalis de Lucemburgo, ſi ibit ſimul cum novo legato, quod novus legatus cedat antiquo ob reverentiam ordinis epiſcopalis, & antiquæ dignitatis cardinalatus, ac etiam ob nobilitatem generis ſui.* XXXIX.

Ut mutuus honos a legatis duobus invicem deferendus.

Extant vero literæ (*b*), ad Bernardum diaconum Cardinalem in Gallias legatum hiſce conceptæ verbis.

(*b*) *Lib. bull.* 112. *p.*179.

Bernardo S. Mariæ in porticu diacono Cardinali ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Franciſcum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, & univerſum ejus regnum, &c. A. S. L.

Cum hodie circumſpectionem tuam pro ſanctiſſimæ & pernece ſſariæ contra Chriſti nominis hoſtes expeditionis negotio, ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Franciſcum Francorum Regem Chriſtianiſſimum & univerſum ejus regnum, omniaque & ſingula illius provincias, civitates, terras, atque loca illi ſubjecta, & alia adjacentia noſtrum & Apoſtolicæ ſedis legatum de

NOTÆ [1] IN hac cardinalium legatorum deſtinatione admirari ſubit cur Anglica legatio Campegio Cardinali extero commiſſa ſit, cum præſens Londini ageret Cardinalis Thomas Volſeus qui Eboracenſis nuncupabatur, cui munus illud demandari poterat perinde ac in Ungaria Strigonienſis cardinalis deſignatus fuit. Cujus rei nulla aſſignari alia ſuccurrit cauſa, niſi quod Volſeus nimis addictus regi putaretur, adeoque ineptus ut regem ſuum ad obſequendum pontifici, flecteret. Nimium hoc Volſei Cardinalis in regem ſtudium tunc prodiit, cum parere pontifici detrectanti regi indigna aſſentatione applauſit, qua de re ad annos ſequentes. Sed Campegium cardinalem venire in Angliam legationis apoſtolicæ dignitate auctum non permiſit Volſeus, niſi ipſe pariter ſocius adjungeretur, quod ipſe exponit in literis ad Silveſtrum epiſcopum Vigornienſem vulgatis a Marte. Veter. Monum. to. III. quibus intelligimus legatos Apoſtolicos in Angliam fuiſſe geminos, cum alioqui unus tantummodo veniſſet. MANSI

Bernardus Card. legatus miſſus ad Francorum Regem.

de latere tanquam pacis angelum de fratrum noſtrorum conſilio per alias noſtras literas duxerimus deſtinandum, prout in illis plenius continetur, tam apud eumdem quam alios Reges omnes & principes & potentatus prædicta ſancta expeditione, & aliis negotiis & rebus, quæ emergi poterunt cum prædicto Chriſtianiſſimo ac quibuſvis aliis Regibus, principibus, dominis, & potentatibus, communitatibus, perſonis, & earum neceſſariis oratoribus, & infra, *neceſſaria ſeu quomodolibet opportuna, quæ tibi quovis modo, aut quomodolibet, & qualitercumque ad huius ſanctæ ſedis & reipublicæ Chriſtianæ tranquillitatem, noſtrique & ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſtatus, authoritatis, dignitatis, & libertatis defenſionem & manutentionem pertinere videbuntur, tractandi, procurandi, & diſponendi, ordinandi, ſtatuendi, confirmandi, ineundi, & faciendi plenam & omnimodam authoritatem & poteſtatem concedimus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis dominicæ MDXVII. v. non. martii pontificatus noſtri anno* v.

XL. Solemnes ſupplicationes inſtitutæ.

Proximis poſt miſſos e latere legatos diebus tradit Paris de Graſſis fuiſſe indictas ſolemnes ſupplicationes a Pontifice ad agendas Deo gratias de ſociali principum omnium in Turcam inito fœdere, ac pactis quinquennalibus induciis tanta religione, ut earum temerator veluti publicus hoſtis ab omnibus obterendus eſſet: tanta denique conſenſione ab omnibus ſuſcepta pontificia imperia, ut ab Apoſtolicæ ſedis nutu in gerendo hoc bello ſacro ſe pendere velle profiterentur.

XLI. *Pridie*, nimirum dominicæ III. quadrageſimæ, *ſanctiſſimus dominus noſter mihi dixit longo ſermone qualiter cum ad notitiam ejus pervenerit de paratibus magnis Turcorum ad invadendum Chriſtianitatem, ſua ſanctitas totum factum Regibus & principibus Chriſtianis notificavit, requirens eos, ut per quinquennium omnes vellent a mutuis bellis abſtinere, & in unum convenire ac unum corpus inter ſe ipſos efficere ad effectum, ut tota Chriſtianitas unanimiter poſſet non ſolum a Turcis ſe defendere, ſed etiam ipſos ad uſque Conſtantinopolim invadere & depellere: & quod ab omnibus quaſi idem reſponſum habuit, ſe omnes contentos eſſe, & omnia ad Pontificem remittere.*

Indictæ quinquennales induciæ.

XLII. *Propterea ſua ſanctitas diebus iſtis congregationes multas habuit cum Cardinalibus & oratoribus principum ſuper hac unione, & tandem conſecuta eſt concluſio quod omnes principes Chriſtianitatis remiſſis bellis bellorumque cauſis per quinquennium ſint fratres & uniti ſſimi pro hac cauſa; ita ut ſi aliquis ex eis erit diſcors & moveat bellum adverſus alium, quod ille talis ſit tamquam Turcus & communis omnium hoſtis, ſic ut omnes alii principes poſſint contra eum diſcordem tamquam contra ipſum Turcum venire & bona & perſonas diripere; & alia multa bona concluſa fuerunt; propter quæ merito ſuæ ſanctitati videbatur debitum, ut gratiæ in primis Deo agerentur pro unione principum, demum pro expeditione feliciter ſuſcipienda per Chriſtianos contra Turcum, ut nos adiuvaret & inimicos ſuos perderet: & ſimiliter mihi dixit Papa imponens mihi ut cæremonias convenientes præpararem, quia omnino volebat inchoare die dominica de Roſa proxime futura, quæ eſſet decima quarta martii præſentis anni MDXVIII.* Plura addit Paris de ſolemnibus ſupplicationibus habitis, compoſitis religioſis agminibus, & precibus divinis myſtoriis ſolemni ritu repetitis.

In violatorem induciarum omnium arma convertenda.

XLIII. Celebris hujus ſupplicationis nudis pedibus a baſilica S. Petri ad eccleſiam S. Mariæ ſupra Minervam peractæ a Leone & Cardinalibus hiſtoria deſcripta eſt in encyclicis Pontificiis literis(a), quibus per univerſum orbem ordini eccleſiaſtico mandata apoſtolica data ſunt, ut in ſingulis urbibus & vicis ſolemnes ſupplicationes ad exorandum divinum numen, ut perdomitis Turcis Conſtantinopolim & Jeroſolymam Chriſtiano imperio reſtitueret, celebrarentur: tum de indictis omnibus Regibus, ac principibus quinquennalibus induciis, vertendiſque adverſus infideles armis literæ promulgatæ fuerunt: precum vero inter divina myſteria repetendarum formulæ ab eodem Pontifice ſunt deſcriptæ.

Nudis pedibus peregit ſupplicationem Leo.

(a) *Ext. in lib. bull.* 102. *pag.* 215.

Leo &c. ad futuram rei memoriam.

XLIV. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, *Jacobi Apoſtoli teſtimonio*, deſurſum eſt, deſcendens a Patre luminum; *in cuius manu ſunt omnium poteſtates & omnium jura regnorum; qui ut per pſalmiſtam ſcribitur:* Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam; *& a quo, juxta Danielis ſententiam, omnis ſapientia & fortitudo procedit. Itaque nos ſanctæ Romanæ eccleſiæ eccleſiarum omnium primatum tenentis, omniumque Chriſti fidelium magiſtræ divina diſponente clementia regimini præſidentes, in manifeſto diſcrimine totius religionis, univerſæque reipublicæ Chriſtianæ conſtituti, illius opem & auxilium primum precibus implorandum eſſe duximus, ejuſdemque domini & ſalvatoris noſtri ſecuti doctrinam, exemplum enim dedimus vobis, ut quemadmodum nos fecimus ita*

Pont. lit. de bello in Turcam gerendo.

& vos

& vos faciatis : & exemplo Moyſis orante univerſali eccleſia, Chriſtiani principes omniſque populus Dei dexteræ ſuæ potentia præſidioque majori calcatis hoſtium Chriſtiani nominis cervicibus victoriam conſequantur.

XLV. *Sane, cum primum ad ſummi apoſtolatus apicem divina providentia aſſumpti fuimus, cogitare ac animo noſtro revolvere pariter & dolere cœpimus, toties tentatam contra Turcarum immaniſſimum tyrannum Mahumeticæ perfidiæ, immo vero ſpurcitiæ cultorum ſanctam & perneceſſariam expeditionem, peccatis noſtris exigentibus hactenus protractam eſſe, ita ut ſæviſſimus hoſtis noſtrorum deſidia, quin potius diſcordia pro libito debacchatus, totius fere orientis imperium olim pro majori parte Chriſtianam religionem profeſſum ſuæ tyrannidi Mahumeticæque blaſphemiæ ſervire coegerit : quo factum eſt, ut Chriſtianorum ditioni jam orbis exigua pars relinquatur : Redemptoris quoque noſtri ſacratiſſimum ſepulchrum Chriſticolis ipſis adire, & illud viſere non eſt conceſſum, niſi magnis ſuperatis periculis, & multa perfidis barbaris ſoluta pecunia : quatuor quoque ſanctæ patriarchales ſedes pro quatuor ſenſibus in myſtico corpore ſanctæ Dei eccleſiæ, octava ſynodo teſte a Deo optimo maximo conſtitutæ, aſperrimo ſervitutis jugo ſubiiciuntur, verendumque eſt (quod Deus avertat) ne ſacroſanctam quoque Romanam eccleſiam patriarchalium ſedium prædictarum oculum, ex Antiochia miraculoſe tranſlatam, omnium Chriſti fidelium matrem & magiſtram, Petri & Pauli Apoſtolorum atque innumerabilium martyrum ſanguine conſecratam cruentus idem tyrannus tanquam alter Totila funditus evertat.*

Mahometanorum tyrannis expoſita.

XLVI. *Itaque recte conſiderantes harum rerum curam ad nos eorundem Chriſtianorum parentem & caput, ac dominici gregis paſtorem potiſſimum pertinere, præmiſſis cauſis moti hujuſmodi ſanctam expeditionem contra eoſdem Turcas, quam proſpere inchoari & feliciter perfici cupimus, in ultima ſeſſione ſacri Lateranenſis concilii primum indiximus ; & deinde Chriſtianos principes noſtris exhortationibus, ut par erat, obſequentes & promptos invenientes, ut eorum paci & ſaluti conſuleretur, & ipſi concordibus animis arma pro defenſione fidei ſumentes, treuguas ſeu inducias quinquennales de fratrum noſtrorum conſilio indiximus, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Facultates quoque & fortunas omnes Apoſtolicæ ſedis, & noſtras, caputque ac ſalutem noſtra ante omnia ſponte obtulimus, & per præſentes offerimus, firmiter ſperantes, hujuſmodi ſanctam expeditionem & maxime neceſſarium bellum auſpiciis & auxilio Dei optimi maximi proſpere & fœliciter abſolutum iri.*

Ut Turca Romanam eccleſiam evertere ambiat.

XLVII. *Habita igitur ſuper iis cum eiſdem fratribus noſtris matura deliberatione, ut votis veſtris annuat omnipotens Deus perutile fore judicavimus publicas ſupplicationes & proceſſiones per almam urbem noſtram per eoſdem Chriſtifideles orationibus, jejuniis, & eleemoſynis præcedentibus fieri : quibus biduo peractis nos diſcalciatis pedibus una cum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus & reliquis prælatis, & omni clero, ſacris urbis reliquiis, ac imaginibus præeuntibus, cum magna totius populi devotione in dominica, lætare, ſolemnem proceſſionem a baſilica principis Apoſtolorum de dicta urbe, uſque ad eccleſiam B. Mariæ virginis ſuper Minervam ejuſdem urbis fecimus : in qua celebrata ſolemniter per unum ex dilectis filiis noſtris S. R. E. Cardinalibus miſſa, cui nos cum præfatis Cardinalibus interfuimus, habitaque ad confirmandos fidelium animos eleganti oratione, præfatas literas treuguarum ſeu induciarum per primum S. R. E. diaconum Cardinalem in magna prælatorum & populi frequentia publicari juſſimus, & auxilium ac matrem domini Dei noſtri ad majorem aram ejuſdem eccleſiæ genuflexi imploravimus ; quarum precum tenor de verbo ad verbum inferius eſt annotatus.*

Ut ſolemnis ſupplicatio nudis pedibus habita ſit.

XLVIII. *Quæ omnia, ut præfertur, in hac alma urbe noſtra per nos ordinata in reliquis civitatibus, terris, & locis, quæ a Chriſtifidelibus poſſidentur, de eorundem fratrum noſtrorum conſilio devote & pie exequi, fieri, & ſervari debere decernimus atque mandamus ; ut miſericors Deus, qui vult omnes invocantes nomen ejus ſalvos fieri, & dicit :* Salus populi ego ſum ; in quacumque tribulatione clamaverint ad me exaudiam eos, & ero illorum dominus in perpetuum ; *piis ſupplicantium precibus placatus de barbaris nationibus ſui nominis hoſtibus victoriam Chriſtianis principibus largiri dignetur, & orientalis imperii metropolim & ſedem Conſtantinopolim, ſanctamque Jeruſalem, & alia veneranda Palæſtinæ loca, in quibus dominus noſter Jeſus Chriſtus pro nobis naſci & mori dignatus eſt, a nobis per injuriam avulſa Chriſto recuperandi, & a fœdiſſima Mahumetica ſpurcitia, infideliumque jugo liberandi tribuat facultatem, & per ejus infinitam miſericordiam e manibus infidelium, fugatis tenebris, illiſque ad agnitionem veri luminis deductis, fieret unum ovile & unus paſtor.*

Similis a fidelibus celebrari juſſa.

XLIX. *Quocirca univerſis patriarchis, archiepiſ-*

copis,

copis, epiſcopis per totum orbem in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, ut ipſi primum in eccleſiis eorum miſſa cantata ſolemni Spiritus Sancti, & convocato populo has noſtras literas publicare & jejunio triduano indicto in circuitu eccleſiarum proceſſiones, quas Romana eccleſia aliarum eccleſiarum, ut præfertur, mater & magiſtra fecit, faciant: deinde copias earum authenticas rectoribus parochialium eccleſiarum ſuarum diœceſum quantocyus mittant, illis ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna mandantes, ut & hoc ipſum in ſuis eccleſiis cum devotione & diligentia faciant, & pulſari campanas pro Ave Maria; *ſingulis diebus etiam in meridie; & de Spiritu Sancto ac de pace & contra paganos orationes in ſingulis miſſis recitari faciant.* Subiicit rituum ſervatorum & precum repetitarum formulas, quas brevitatis ſtudio prætermittimus. *Datum Romæ anno, &c.* MDXVII. IX. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* VI.

Indictæ preces publicæ.

L. Feciſſe ſolemnem hanc obſecrationem Pontificem nudis pedibus memorat etiam Belcairus (*a*), deque illius eximio defendendi Chriſtiani imperii ſtudio hæc ait: *Hujus tyranni*, nempe Selimi, *felicitate attonitus Leo Pontifex*, & infra, *Deo optimo maximo diviſque ſupplicationes Romæ fieri decrevit, ubi nudis ipſe pedibus inceſſit, diviniſque auxiliis imploratis ad humana ſe convertit, & omnibus principibus Chriſtianis ſcripſit, ut poſitis diſcordiis mutuiſque inter ſe bellis uno conſenſu ad ſacrum bellum pro communi ſalute ſe compararent;* & infra, *conſentaneum porro eſſe, ut Cæſar cum Pannonico, Polonicoque equitatu cum Turcis præliari ſolito, & cum tot equitum peditumque Germanorum copiis, quot tantæ expeditioni neceſſariæ videntur, ſecundo Danubio in Myſiam, atque inde in Thraciam penetret, Conſtantinopolim Turcarum Imperatorum regiam oppugnaturus. Gallus cum equitatu ſuoque atque Helvetico peditatu & cum Venetorum cæterorumque Italiæ principum copiis Brunduſio in vicinam Epirum tranſmittat, ubi multi adhuc Chriſtiani ad rebellandum parati ſuperſint. Hiſpani, Luſitani, Angli conjunctis ad novam Carthaginem claſſibus Gallipolitanum fretum petant, & quam terra Cæſar Conſtantinopolim mari adoriantur.*

(*a*) *Belcair. l.* 16. *n.* 2.

Leonis X. elogium.

Summa ratio belli gerendi.

LI. *Eundem curſum Leo Pontifex Ancona vela facturus cum centum triremibus ſe tenere velle profitebatur. Hæc poſtquam ſæpius cum principum Chriſtianorum legatis Leo communicaſſet, & de eorundem principum egregia voluntate certior factus eſſet, quinquennales inducias inter ipſos in frequenti Cardinalium cœtu pronuntiavit, quotque pronuntiatis non parerent malis diris acerbiſſime devoturus: utque tam pia expeditio acceleraretur, ad Cæſarem S. Sixti, ad Gallum Bibienam, ad Hiſpanum Cilium, ad Anglum Laurentium Campegium Cardinales ejus collegii primarios delegavit.*

LII. Porro ex prædictis legatis Cardinalis Farneſius, cum ad oppidum ſuum divertiſſet, inque itineris inſtruendo apparatu necteret moras, ſive etiam adverſa valetudine implicitus teneretur, in ejus locum Thomam de Vio Cardinalem Cajetanum a Pontifice ſubrogatum tradit Paris de Graſſis (*b*), *Papa*, inquit, *hodie quæ eſt ... aprilis reverendiſſimum dominum Thomam Cardinalem S. Sixti, ſive de Minerva nuncupatum, legatum fecit ad Germaniam loco Cardinalis de Farneſio: & fuit finito conſiſtorio a toto collegio ad ædes ſuas juxta S. Mariam in via lata aſſociatus: cui ego illico de mandato Papæ dedi inſtructiones, quibus in ſua legatione regularetur.* Graviſſima hæc omnium fuit legatio; cum ad Lutheranæ hæreſis opprimenda delendaque ſemina, & Bohemorum Huſſitarum reliquias eccleſiæ conciliandas; necnon Cæſarem ac Daniæ, Sueciæ, Norvegiæque Regem in Turcam concitandos mitteretur: de qua extant hæ pontificiæ literæ (*c*).

(*b*) *Paris ubi ſup. p.* 273. *Guicc. l.* 13.

Thomas e Vio miſſus in Germ. legatus.

Dilecto filio Thomæ tit. S. Xixti preſbytero Cardinali ad chariſſimos in Chriſto filios noſtros Maximilianum in Imperatorem electum, & Chriſtiernum Daciæ, Sueciæ, & Norwegiæ Regem illuſtrem, ac univerſa eorum regna, omneſque & ſingulas illorum provincias, terras atque loca illis ſubjecta & alia eis adjacentia noſtro & Apoſtolicæ ſedis legato.

(*c*) *Lib. bull.* 108. *p.* 215.

LIII. *Cum hodie circumſpectionem tuam pro ſanctiſſimæ & perneceſſariæ contra Chriſti nominis hoſtes expeditionis negotio, ad chariſſimos in Chriſto filios noſtros Maximilianum in Imperatorem electum & Chriſtiernum Daciæ, Sueciæ, & Norvagiæ Regem illuſtrem, ac univerſa ejus regna & loca eis ſubjecta noſtrum & Apoſtolicæ ſedis legatum de latere tanquam pacis angelum de fratrum noſtrorum conſilio per alias noſtras literas duxerimus deſtinandum, prout in illis plenius continetur; nos igitur matura conſideratione intra noſtræ mentis arcana revolventes plurimum expedire pro huiuſmodi ſancta expeditione, ut Bohemiæ regnum, quod olim catholicum in quoſcumque errores a pluribus annis & hæreticam labem, inimico humani generi operante, lapſum fuit, ad obedientiam ſanctæ matris militantis Eccleſiæ reducatur, cogitanteſque*

Reliqui Bohemi ab hæreſi abduci juſſi.

quod circumſpectio tua pro ſingulari tua doctrina & prudentia, magnitudine animi, & conſiliis, dicti regni barones nobiles, militares, ac univerſitates, & primates civitatum, præſides & juratos, aliarumque terrarum & oppidorum officiales, ac alios quoſcumque ſive cives ſive populares, cujuſcumque gradus, ordinis, & præminentiæ exiſtant, eorumque complices & ſequaces ad veram Chriſti fidem reducere, & in rectam ſemitam revocare poteris, eodem Maximiliano in Imperatorem electo auxilium præſtante: ac de tua circumſpectione, prudentia, uſu rerum, nobis in arduis eximia probitate & fide cognitis & perſpectis ſumentes in Domino fiduciam, quodque ſcies & poteris fluctuantes errorum turbines diſcutere & ſedare, & regnum ipſum in formam priſtini decoris reſtituere; confidentes etiam in Domino, quod cum regnum etiam ipſum ad obedientiam ſanctæ Romanæ militantis eccleſiæ redierit, cum bellicoſum ſemper habitum ſit, non tam pro mundana gloria, quam etiam adverſus infideles pugnando ſibi peperit, quam pro fidei catholicæ defenſione contra Turcas communes hoſtes prævio invictæ crucis vexillo cum cæteris Chriſtifidelibus inſurget, tibi cum omnibus & ſingulis dicti regni & partium adjacentium, cujuſcumque gradus & conditionis exiſtant, ad veræ fidei lumen redire, & hujuſmodi errores deſerere & obviare volentibus, eos recepta ab eis abjuratione hæreſis & errorum hujuſmodi facienda, præſtandoque per eos juramento, quod talia per ſe deinceps non committent, vel aliis talia committentibus conſilium, auxilium, favorem per ſe non præſtabunt, & alias in forma Eccleſiæ conſueta abſolvendi, & ad noſtrum & ejuſdem Eccleſiæ gremium, necnon gratiam & benedictionem prædictæ ſedis reſtituendi & recipiendi, necnon eis noſtro & Apoſtolicæ ſedis nominibus tractandi, componendi, ac ſub illis capitulis, pactis, conditionibus formis, pœnarum adjectionibus, obligationum renuntiationibus, commiſſionibus, cautelis, clauſulis, & ſolemnitatibus, atque modo, quibus amplius commodius & melius poteris concordare, ſeu componere agendi, tranſigendi, firmandi, roborandi, ac firmata hinc inde ſub excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque cenſuris & pœnis inviolabiliter ſervari mandandi, & infra, *concedimus facultatem, authoritatem, & poteſtatem.*

LIV. *Igitur onus tibi per nos injunctum ad honorem Dei & animarum ſalutem, & Chriſtianæ fidei exaltationem ſic ſuſcipias ſicque ſtudeas & efficaciter & diligenter illud adimplere diligentia, ſtudio, opera, & authoritate tua ex eo regno locisque aliis convicinis, quæ longo quaſi contagio infecta ſunt, omnes errores & hæreticæ pravitatis labes expurgetur, evellatur & penitus deleatur, ut vinea Domini ſabaoth fructus ferat, ſublatis peſtiferis palmitibus, & novis catholicæ puritatis; tuque ex ea re & perfecto tam ſancto opere & laudabili palmam æternæ gloriæ non ſolum conſequi merearis, verum etiam apud nos & hanc ſanctam ſedem prædictam de exacta diligentia, fide, & integritate valeas plurimum commendari. Datum Romæ apud S. Petrum anno, &c. MDXVIII. III. non. maii pontificatus noſtri anno VI.*

Deſcripſit nonnulla illius legationis geſta Jacobus Manlius (a) Friburgenſis in commentariis ad Fabricium Carretanum Rhodiæ militiæ principem, & quos ritus in tradendis Alberto Moguntino archiepiſcopo cardinalatus inſigniis, inque porrigendis pontificio nomine Maximiliano Cæſari pileo & enſe, apoſtolica prece conſecratis, in celeberrimo Auguſtano conventu obſervarit. Fuiſſe autem Albertum Moguntinæ ſedis & Magdeburgenſis eccleſiæ archiepiſcopum, ſacrique Romani imperii Principem electorem & eccleſiæ Halberſtadenſis adminiſtratorem marchionem Brandeburgenſem, Stetinenſium, Pomeraniæ, Caſuborum, & Sclavorum ducem, Burggravium Nurembergenſem, ac Rugiæ principem; hoſque titulos Cardinalitio presbyterali S. Criſogoni titulo exornaſſe, ſcribit idem Manlius; geſtam vero ita rem, nimirum prima auguſti hujus anni dominica nona poſt pentecoſtem matutino tempore in Auguſtana urbe Thomam tit. S. Sixti Cardinalem legatum e latere una cum Mattheo S. Angeli cardinale Gurcenſi eodemque collega legato in Germania, adiiſſe Alberti novi Cardinalis ædes, atque ab eo in limine amantiſſime exceptum; tum ſubdit: *Deinde omnes tres una ſimul earumdem ædium ſacellum intraverunt, ibique ſupranominati reverendiſſimi domini legati a dicto Cardinali ſummi Pontificis nomine juramentum, quale ſingulis ad cardineum apicem tranſcendentibus præſtari ſolet, receperunt: quo ejuſdem novi Cardinalis cancellarius, vir quidem multa laude dignus, palam voce alta ſanctiſſimi domini noſtri breve ad prælibatum Cardinalem miſſum legit: cujus tenor de verbo ad verbum eſt ut ſequitur.* LV.

(a) *Ext. to. 2. rer. Germ. ex editione Freheri p. 397.*

Trium Cardd. in Germania congreſſus.

Leo Papa X.

Dilecte fili noſter ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Fraternitatem tuam, quæ ex illuſtri Brandeburgenſi proſapia & in Germania vetuſtiſſima magnique ponderis familia ortum ducit, quæque clariſ- LVI.

ſimo-

Digitized by Google

Moguntinus archiepiſcopus Cardinalatu ornatus.

ſimorum progenitorum ſuorum ſancta veſtigia ſequuta de nobis ſanctaque Apoſtolica ſede bene mereri ſemper ſtuduit, ad ſummum cardinalatus honorem quo nullus major a Chriſti vicario concedi poteſt & ipſam per ſe dignam, & a chariſſimo in Chriſto filio noſtro Maximiliano electo Imperatore nobis per litteras ipſius & nuntios ſæpe ac vehementer commendatam promovere ſtatuentes, id ut nacta temporis atque rerum opportunitate faceremus, ex quo noſtro deſiderio & tuæ fraternitatis dignitatis atque decoris magis conſultum videretur, ea nunc nobis viſa eſt hujus temporis non ſolum commoda & honeſta, ſed etiam laudabilis occaſio, in qua de expeditione ſanctiſſima contra ſalutiferæ crucis hoſtes agendum eſt, & fraternitas tua tanto honore ornata magis de nobis Chriſtianaque religione propaganda benemereri poſſit. Itaque hæc noſtra nunc de te promotio non ſolum grata, ſed etiam perjucunda tibi longe magis eſſe debet, quod circumſpectionis tuæ fide religione & devotione erga nos & dictam ſedem, exigentibuſque tuis meritis & præclaris virtutibus, te ſolum non in magno numero Cardinalium creavimus: nos quoque in bonorum omnium operum ſatore & te ſpem locavimus, quod ſi antehac de nobis, ſancta Apoſtolica ſede & republica Chriſtiana bene mereri ſtuduiſti, jamjam eo majore alacrioreve animo tuo officio atque noſtris piis deſideriis ſatisfacere poteris, quo hoc ſacratiſſimo digniſſimo munere ornatus eris. Te igitur ad omnipotentis Dei & totius curiæ cæleſtis laudem & gloriam perſonæque tuæ ornamentum, clariſſimæque marchionum Brandeburgenſium proſapiæ perpetuum decus & amplitudinem, hac die XXIV. martii in conſiſtorio noſtro ſecreto de aliorum venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium conſilio pariter & aſſenſu in Cardinalem creavimus. Supereſt, ut tu qui ex Moguntinenſi elector imperii & Magdeburgenſi eccleſiis Germaniæ primas in eccleſia & agro Domini magnus & dives eras atque es, nunc Cardinalatus onere atque honore decoratus, quid dignitas ea ſibi velit, quid Deus ipſe abs te poſtulet intelligas, & ſedulo mediteris quid te deceat; atque etiam dilectum filium noſtrum Thomam tit. S. Sixti presbyterum Cardinalem legatum noſtrum de ſanctiſſima & perneceſſaria contra perfidiſſimos fidei noſtræ hoſtes & Chriſtianorum ſanguinem deletionemque ſitientes pertractaturum & noſtro nomine curaturum, ejuſque pias & optimas perſuaſiones & ſana conſilia, quæ noſtra ſunt, audias, ea quoque executioni debitæ mandes, ut quæ pulchrior totius orbis Europæ pars jam parva conſpicitur, non ſolum diebus noſtris ab impiorum manibus ſervetur, ſed illorum imperium ſævaque poteſtas vel ad ſanctam fidem convertatur vel eruatur: qui vero nos & ſancta piaque vota noſtra ſequentur rectam viam ingreſſi promiſſa felicitatis æternæ præmia conſequentur. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die VII. maii MDXVIII. pontificatus noſtri anno VI.

Perlecto apoſtolico diplomate duo Cardinales legati una cum magiſtro cæremoniarum novo Cardinali cardinalitium rubri coloris habitum, quem vulgo cappam vocant, impoſuerunt, ac Thomas S. Sixti a dextris & Matthæus S. Angeli a ſiniſtris novum Cardinalem medium exceperunt, atque ad primarium templum Auguſtanum quod Virginis nomini dedicatum erat, deduxere: Thomas vero legatus ad ſacra peragenda ſe accinxit, cum Cæſar, cui enſis & pileus ſacra luſtrati prece pontificio nomine a legato tradendi erant, Ludovico comite Palatino Rheni duce Bavariæ principe electore, Friderico duce Saxoniæ pariter principe electore, Caſimiro marchione Brandeburgenſi, Friderico & Alberto illius fratribus, & aliis principibus & epiſcopis ſtipatus acceſſit: quorum ordinem deſcribit Manlius, ac ſubjungit: *Impoſito ſilentio, reverendiſſimus tit. S. Sixti legatus rem divinam exorſus eſt: domeſticus vero ejus ſacrificulus ad altaris latus ubi evangelium legi ſolet, crucem, & a tergo aulicus quidam ex illuſtriſſima Urſinorum familia enſem & galerum ſeu galeam tenentes ſteterunt: in latere vero, ubi epiſtola legitur, magiſter domus ex legati fratre nepos, qui pro novo Cardinali rubeum pileum erecta tenuit manu. Deinde perfecta re divina, cum verum ſit quod idem novus Cardinalis ab Apoſtolica ſede XXIV. die menſis martii proxime præterito Romæ in Cardinalium numerum receptus fuerit, tituli S. Sixti legatus eundem, habito prius ad ſacratiſſimum invictiſſimumque Cæſarem, & electores imperii, alioſque principes ſermone, ad altare vocavit: cujus ſermonis tenor talis eſt.* LVII.

Quo ritu collocata illi inſignia.

Sereniſſime Cæſar. Leo X. Pontifex maximus majeſtate tua intercedente præclarum, proindeque in terris rarum opus nunc efficit, fiunt ſæpe cardines orbis egregio aliquo ſplendore fulgentes; verum hominem inveniſſe unum omni ex parte probatum, non facile fuit: aſcivit ſiquidem in ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ presbyterum Cardinalem Albertum Moguntinæ eccleſiæ præſulem, primatemque Germaniæ, gentis, fortunæ, corporis, animique bonis non mediocribus ornatum: is namque illuſtriſſimus LVIII.

Habita oratio a Thoma e Vio Card.

mus genere, coſpore vegeto atque pulchro, ætate florida, ingenio, mentis acumine, ſacris literis, divitiis, dignitate, poteſtate, authoritateque præſtans; continentiæ quoque, religionis eccleſiaſticæ, & reformationis radiis ſic ſplendet, ut luceat lux ſua coram omnibus hominibus. Accedit ad hæc, quod, dum Imperatoris ſummique Pontificis unus atque idem elector excellit, & nos pontificii, & vos cæſarei electoris gloria illuſtramur: commune itaque ornamentum decus atque beneficium, communis lætitia comitetur. Surge igitur illuſtriſſime princeps, & obſervandiſſime domine, & cardineæ dignitatis inſigne tuis debitum virtutibus ſuſceptum veni.

LIX. *Eo itaque veniente & humiliter flexis genibus coram altari conſtituto, idem legatus quidnam ea dignitas ſibi velit, quid Deus ab eo poſtuler, ac etiam quid eum contra truculentiſſimos fidei noſtræ hoſtes, Chriſtianum ſanguinem perniciemque ſitientes, ac ipſius ſummi Pontificis nomine pro virili parte curare deceat, declaravit. Et cum ipſe ad ſingula propoſita ſe tanquam obedientiæ filium promptum atque paratum exhibuerit, legatus caput ejus pileo rubro decoravit. Quo peracto, novus Cardinalis novo apice inſignitus in faldiſterio ante altare genuflexus perſtitit, donec canticum divi Auguſtini & Ambroſii per cantores Cæſareæ majeſtatis, qui & totam miſſam ſolemniter cecinerunt, ſolemni ritu cum organis decantaretur. Deinde perlectis certis collectis & orationibus per legatum ſedis Apoſtolicæ, novus Cardinalis ſurrexit, & cum maxima tam corporis quam mentis præſtantia de altari ante domini Maximiliani Cæſaris aliorumque principum conſpectum venit: ubi de multiplici eadem die exhibito honore per doctiſſimum virum Laurentium Zcochen utriuſque juris doctorem dicti novi Cardinalis cancellarium viva altaque voce gratias perſolvit hoc modo, &c.*

Preces ſolemni ritu celebratæ.

LX. Subdit author illius oratiunculam: tum redditum cæſareo nomine a Petro Bononio epiſcopo Tergeſtino reſponſum perelegans: a Leone X. & Cardinalibus non ob cæſareas preces, ſed ob illius illuſtres virtutes delatum illi honorem cardinalitium; quem etſi detrectaret Albertus, cenſuiſſe tamen Cæſarem ob commune reipublicæ bonum ab illo admittendum. Tum ſubdit peracto eo ritu celebratum alium a legato in pileo & enſe ſacratis Cæſari tradendis, ac prolatas primum ab eo literas apoſtolicas redditaſque Cæſari, quæ a Jacobo Spiegelio, qui ei (*a*) a ſecretis erat, lectæ fuerunt: quarum præcipua hæc erat ſententia.

(*a*) *Ext. to. 2. rer. Germanic. ex bibliot. Freheri. p.* 401.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Maximiliano in Romanorum Imperatorem electo ſemper Auguſto,

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Venienti ad majeſtatem tuam dilecto filio noſtro Thomæ tit. S. Sixti ſanctæ Romanæ eccleſiæ presbytero Cardinali noſtro & ſedis Apoſtolicæ de latere legato ob eas cauſas quas ad univerſalem ſalutem Chriſtianæ reipublicæ pertinentes per alias noſtras literas, & eo ipſo Cardinali interprete tibi ſignificavimus, non putavimus, alienum, enſem & pileum præclaro & ſolemni anniverſario natali domini noſtri Jeſu Chriſti nocte noſtris manibus conſecratos eidem legato tradere tibi conſignandos, quamquam non ſumus ignari, majeſtatem tuam hoc excellenti munere a Romanis Pontificibus ſæpenumero jam honeſtatam fuiſſe, ſed cum argumentum hujuſce doni myſterium contineat eccleſiaſticæ poteſtatis, cujus tutela ac defenſio tibi præcipue incumbit; ut qui ſanctæ eccleſiæ advocatus exiſtis, voluimus nos quoque in hoc nunc munere noſtrum excitare, & virtutis tuæ judicium & egregiæ in fidem Chriſti voluntatis teſtimonium, cum præſertim nullo unquam tempore juſtius quam hoc, quo Chriſtiana reſpublica impiis conatibus crudeliſſimorum hoſtium in diſcrimen vocata tuam pietatem, ſapientiam tuam, authoritatem animique magnitudinem maxime requirit, hujuſmodi ſacroſancta arma majeſtati tuæ data fuerint ac donata: ac ſemper quidem te pro amplitudine authoritatis tuæ accinctum gladio eſſe decuit ſuper femur tuum, ut eſſes promptus ac paratus tam coercere improbos tum bonis præſidio eſſe, ut eſſet in tua præſtantiſſima dignitate & tutela æquitati & injuriæ pœna conſtituta: ſed nunc non tam eo accinctum eſſe, quam eum diſtringi jam & vibrari oportet potentiæ tuæ dextera; quæ enim non modo cauſa, verum etiam occaſio major eſſe poteſt, quam ea qua nos non in mediocres aut longinquos metus, ſed in maximum & præſens periculum vocamur, non modo dignitatis noſtræ, ſed etiam ſalutis amittendæ, niſi concordibus, animis principum tuoque in primis Chriſtiana reſpublica defenſa fuerit?

Leonis ad Cæſarem literæ.

Ut rem Chriſtianam tueatur adverſus Turcas.

Vehementius majeſtatem tuam aut ad hoc præclariſſimum opus ſuſcipiendæ in fidem ſuam publicæ ſalutis hortati ſuimus, aut illi tantam gloriam tantumve nomen optavimus, quam ipſa non nobis ſolum ſed cuncto orbi Chriſtiano ſuam operam, fidem, auxilium & literis & nuntiis jam dudum pollicita eſt: quibus quidem tuis promiſſionibus quam in ſpem & expectationem ab omnibus ventum ſit, quanta alacritas a- LXI.

Propoſita illi ex opere ſanctiſſimo gloria.

nimo-

nimorum in omnium fidelium cordibus fuerit conciliata libenter ſcriberemus, niſi majeſtatem tuam nihil latere ſideremus. Quare, cum res ita ſe habeat, cape arma, manu, princeps fortiſſime, & ſacri gladii, quem tibi mittimus, aciem adverſus Dei hoſtes atque tuos exercere appara, dux belli ſanctiſſimi, defenſor gentium verum Deum colentium, ultor barbararum: quibus enim titulis honoratior, aut quo genere curæ atque laboris illuſtrior eſſe potes, quam ſi auguſtam iſtam dignitatem, qua polles, ac ſingularem virtutem, qua præditus es, in his rebus collocaveris, quæ maxime & catholici Imperatoris pietatem poſtulant, & præſtantiſſimi ducis virtutem? Nos quidem quod officii noſtri & amoris erga majeſtatem tuam fuerit, nullum locum tempuſve prætermittemus teſtificandæ atque illuſtrandæ tum pietatis & magnanimitatis tuæ; tum noſtræ in te ſummæ perpetuæ benevolentiæ. Erit autem tuæ illius nobis notæ omnibus laudatæ ſapientiæ animadverſa occaſione & opportunitate temporum periculoque [quod niſi obviam eatur, omnibus imminet] dare operam & efficere, ut tua eximia virtus ac dignitas tibi glorioſa, orbi terrarum ſalutaris fuiſſe videatur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die v. maii. MDXVIII. pontificatus noſtri anno VI.

Datus illi a legato ſacer gladius.

LXII. *Quibus literis lectis*, inquit Manlius, *Cæſar exhortatione legati ad altare Domini tranſiit, ibique ſacroſancta arma enſem videlicet & galerum ſeu galeam quæ eccleſiaſticæ poteſtatis miniſterium continent, veluti fideliſſimus catholicæ fidei dux, tutor, & protector accepit. Legatus vero ad dictum Cæſarem orationem habuit talem.*

Sereniſſime Cæſar. Petrum Apoſtolum conſtat gladios habuiſſe duos, alterum omni ex parte ſuum, alterum ita ſuum, ut a te educendus ſit: idem nunc in ſucceſſore ſuo Leone X. Pontifice maximo illius in terris vicario, cui data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra, enſem iſtum evangelicæ veritatis defenſorem nuncupatum, qui & apoſtolicæ poteſtatis ſuper gentes & regna ſacrum eſt myſterium, & divinæ nihilominus in Jeſu Chriſto nato, quamvis ſecundum carnem parvulo, quieſcentis omnipotentiæ eſt ſacramentum, majeſtati tuæ offert, utpote de Romano & apoſtolico throno, deque ſedente in illo optimo meritæ, adhæc fortitudinis, magnanimitatis, pietatis, religionis, juſtitiæ, ſapientiæque ſplendoribus effulgenti. Et jure quidem majeſtati tuæ enſis iſte debetur; tuus enim eſt: tuum eſſe ritus ille ſatis comprobat, quo tu Cæſar inter ſacra pontificia anniverſario die natalis dominici, ſi te contingat intereſſe, eductum hunc de theca gladium, galeaque hac adopertus, dum evangelium Joannis cantatur, evangelicæ virtutis aſſertor & tutor vibras; ſolus namque Eccleſiæ defenſoris advocatique nomen accepiſti: tuum eſſe atque fore noſtra hæc tempeſtas expoſcit, quando Chriſtianorum omnium oculi in te ſperant, domine, ut aperias manum tuam ad enſem hunc capiendum ſtringendumque, inque Chriſti hoſtes educendum. Sume, Cæſar invicte, Spiritus Sancti galeam in columba gemmea, ut recondita animi mentiſque ſedes abſque dolo & fraude tranquilla & fœcunda a Spiritu Sancto, in columbæ ſpecie donante ac protegente ſervetur: non enim Chriſtianiſſimum Imperatorem gentilium tyrannorum decet ferinos imitari mores, verum ita ſe juſtum, fortem, magnanimumque victorem exhibere, ut columbina manſuetudine mitis, ſerenus, ſemperque Auguſtus perſeveret. Accipe & gladium hunc tuum, quo myſtice non ſolum juſtitia & judicium præparatio ſedis tuæ tribuuntur, ſed evangelicæ veritatis profeſſores univerſi ſub tua protectione locantur. Firmetur itaque manus tua, & exaltetur dextera tua contra Turcarum rabiem ac feritatem: fauſtum autem felixque ſit quod hodiernus his ſacris obtigerit dies communis primo Romano Pontifici primoque auguſto: Petro ſiquidem Apoſtolorum principi dies hic dicatus eſt, ſed & Octavius devictis hodie Cleopatra & Antonio orbis terrarum monarchia potitus eſt, auctaque vehementer republica Auguſti nomen accepit, ſextilique menſi dedit. Feliciſſimo igitur hodierno, hoc enſe poſt Conſtantinopolim Jeroſolymamque partam Romanum imperium apoſtolicamque eccleſiam ad fines uſque orbis terrarum propagare majeſtati tuæ ſemper auguſtæ largiatur Jeſus Chriſtus dominus noſter.

Adjecta pia verba uti fortitudinem in hoſtes fidei exerceat.

Expoſitæ ingentes ſpes de eo conceptæ.

Poſt quam quidem orationem ſacrorumque armorum ſuſceptionem, Cæſaris juſſu epiſcopus Tergeſtinus gratias egit hoc modo. *Sacratiſſimus Imperator, reverendiſſime in Chriſto pater, munus hoc nomine ſanctiſſimi domini noſtri Leonis X. Pontificis maximi a paternitate veſtra reverendiſſima ſibi oblatum gratiſſimo animo ſuſcipit, offertque ſe pro ſanctæ Apoſtolicæ ſedis gloria, proque univerſæ Chriſtianæ reipublicæ neceſſitate non modo opes & facultates ſuas, ſed vitam ipſam & ſanguinem, uti ab ineunte ætate ſemper concupivit, quandocumque ſe occaſio obtulerit, expoſiturum: cujus quidem rei magnitudo, etſi viridem magis juventam & fortius corporis robur quam in eo nunc ſit expoſcere videatur, Spiritus Sancti ga-* LXIII.

Pium deſiderium gerendi belli ſacri a Maximiliano promulgatum.

lea

lea ac fidei clypeo frameaque protectus, ubi vires deficient, conſilio tamen ac imperterrito animo Chriſto auſpice & ductore huic ſancto propoſito ac neceſſariæ in hoſtes fidei expeditioni nunquam defuturus eſt. Peractis demum pulcherrime rebus omnibus, legatus ad altare ſtans populo benedixit, & deinde ſacerdotalibus veſtibus exutus ſeſe cardineis veſtivit ornamentis, & tandem ſimul cum Cæſare ac aliis principibus Cardinalibuſque eccleſia exivit. Cæſar autem cum ambobus legatis, ac etiam nuntia apoſtolico, principibus electoribus, aliiſque imperii proceribus novum Cardinalem ad palatium uſque ſuum reduxit: deinde vero utrumque legatum verſus eorum hoſpitia comitatus eſt; & poſtremo Cæſar atque alii principes ad ſua quiſque tecta redierunt. Itaque nobiliſſimus & ſplendidiſſimus actus hujuſmodi abſolutus eſt, approbante Deo optimo maximo, cui ſit honor & gloria in ſæcula. Actum in urbe Auguſta Chriſti anno MDXVIII. kal. auguſti.

LXIV. Germani a Maximiliano excitati ut bello ſacro ſe comparent.

(a) *Ext. apud Dolgaſt. to. 1. p. 436.*

Donatus ſolemni eo ritu enſe & galea Cæſar a legato apoſtolico, atque a Pontifice precibus monitiſque excitatus, ut ſacram in Turcas expeditionem conficeret, cum Auguſtæ totius Chriſtiani orbis lumina congregata eſſent, priora majore conatu intendit conſilia: habita pia oratione (*a*) ad imperii ordines, qua conceptum ab ineunte ætate religioſum conficiendi in Turcas ſacri belli ardorem ſuum explicuit: Turcarum infauſtos progreſſus imminenſque reipublicæ Chriſtianæ excidium, niſi animis convictis adverſus impios Chriſti hoſtes arma verterentur, propoſuit.

LXV.

Digreſſus dein Maximilianus ad juſtas ſuſcipiendi in Turcas belli cauſas, illatas ab illis Chriſtiano nomini injurias deſcribens: *An non hæ*, inquiebat, oonnulla alia in eam ſeotentiam præfatus, *ſunt magnæ & juſtæ cauſæ, quæ viris fortibus ad tuendam gloriam Dei & ſalutem omnium gentium arma induant? quare ingenti dolore afficior, cum cogito Græciam, quæ non ſolum doctrinarum parens eſt, ſed etiam omni laude virtutum excelluit, & diu florentiſſima pars Eccleſiæ Chriſtianæ fuit, nunc tali ſervitute oppreſſam eſſe, in qua cum cætera dictu fœda atque horrenda perferenda ſunt, tum etiam religio penitus abolетur: & auget in eum dolorem, quod res geſtæ præcipuæ teſtantur, Græciam non ſponte aut ſine certamine accepiſſe hoc jugum: illa vero multos annos fortiſſime dimicans tandem concidit non virtute ſuperata, ſed quia ſola tantam hoſtium multitudinem & tam longum bellum ſuſtinere non poterat. Audio etiamnum eſſe tantam vim ingeniorum, tantam virtutem Græcæ nationis, ut non alia gens præſtantiores duces Turcis ſuppeditet, quam Græca, qui, ut audio, quamquam ritibus imbuti Turcicis, tamen memores noſtræ nobiſcum neceſſitudinis inviti bellum gerunt in noſtris provinciis. Hanc certe nationem, quæ pulcherrimum ornamentum nominis Chriſtiani, quæque cum maioribus noſtris ſanguine, fœderibus, & multis officiis conjuncta fuit, cum ob cæteras cauſas oportuit nos in libertatem vindicare: tum ob hæc merita ſingularia, quod aliquot ſæculis immanem illam barbariem fortiſſime repreſſit & a noſtris cervicibus depulit; nullum enim juſtius eſt officium, quam ſervatoribus calamitate aliqua fractis rurſus opem ferre & parem gratiam referre.*

Expoſita Græcorum ſub Turcica tyrannide ſervitus.

LXVI.

Sed quo me dolor abducit? tanta eſt enim non ſolum regnandi cupiditas, ſed multo magis humani ſanguinis ſitis, tantus furor in Turcis, ut non reliquerint nobis deliberationem de inferendo bello liberam; ſed de propulſando bello, de defenſione religionis Chriſtianæ, quam ubique terrarum delere conatur illa barbaries, conſilium capiendum eſt: retinenda eſt hujus imperii majeſtas, tuendæ conjuges & liberi noſtri. Et infra: *Ut omittam res geſtas ſuperiorum, Mahometus, qui me puero floruit, ſumma celeritate ſeu fulmen quoddam magnam Europæ partem pervagatus eſt, cum in Pannoniis infeliciter dimicaſſet, victus a Joanne Huniade nequaquam animo fractus eſt, ſed Conſtantinopolim adortus diu obſeſſam tandem anno, antequam natus ſum, ſexto vi captam diripuit crudeliſſime, interfecto Imperatore Conſtantino cognato noſtro, & raptis ad ſtuprum ejus liberis: poſtea capta Thracia Myſiam invadit, ac fere toto Illyrico domito, & occupato regno Boſnæ, Græciam adoritur, Corinthum vi expugnat, & Peleponeſum ditioni ſuæ adiicit. Tot regnis ac provinciis in Europa potitus, adeo non recepit ſe in otium, ut ſubinde majora ſpe atque animo conciperet: ſed conſtitutis provinciis in Europa traiicit in Aſiam, Trapezuntem expugnat, Rege interfecto; deinde Mytilenem armis capit: cumque jam minorem Aſiam ac Ponti oram univerſam teneret, transfert bellum in Syriam & Ægyptum: ſed cum ſultanus acie victus pacem peteret, quia majoris gloriæ materiam eſſe vidit in Europa, fœdus cum ſultano fecit; & rediens in Europam inſtructa claſſe & contractis copiis traiicit in Italiam, & oppugnavit Hydruntem, ac tantum terroris Italiæ incuſſit, ut jam Romanus Pontifex fugam pararet: omnia erant in Italia & Gallia bellorum plena; deinde non ſolum Turcarum vires, ſed*

Horrendæ Turcarum graſſationes.

Iniectus a Selimo Italiæ maximus terror.

mul-

multo magis ducis felicitatem ſcientiam rei militaris, vigilantiam & celeritatem omnes gentes formidabant. Memini me puero hunc tanquam Alexandrum alterum prædicari, ejuſque virtuti ac felicitati prona omnia videri. In tanta trepidatione noſtrorum Deus clementer reſpexit Eccleſiam ſuam, & illi tyranno jam Italiæ aditum tenenti manus injecit; eumque ne funditus Chriſtianum nomen, aras noſtras, & ſacratiſſimam Chriſtianam religionem deleret, e medio ſuſtulit, atque extinxit. Quod quidem ſi agnoſcimus, cogitemus nos quidem eo ſervatos eſſe, non ut otioſi perpetuo graſſari in Eccleſia Turcas ſinamus, ſed ut excitati nos quoque cura Eccleſiæ liberandæ & defendendæ afficiamur, & ſciamus Deum rem tam piam ſuſcipientibus affuturum eſſe; nam nos quidem, quibus reipublicæ defenſio commendata eſt, non alium Deo cultum gratiorem præſtare poſſumus.

LXVII. Quinam Mahometis II. victorias repreſſerint.

Divinitus & illud accidit, quod nonnihil retardarunt victoriarum Mahometi curſum fortiſſimi viri, primum, Joannes Huniades, deinde Georgius Scanderbegus & Rex Hungariæ Matthias; libenter enim commemoro, ut cogitetis ſalutem Eccleſiæ Deo curæ eſſe, & ut debitum virtutis teſtimonium his ducibus optime meritis tribuamus. Hos enim Antagoniſtas ceu murum oppoſuit Deus ruenti Mahometo, ne ſubito impetu univerſam Europam opprimeret: primum in Pannoniam ingreſſus magno prælio victus eſt ab Huniade: deinde remorata eſt eum per multos annos Macedonia; nam quoad vixit Scanderbegus repreſſit barbarum, & ſingulari virtute & felicitate patrium regnum defendit. Hoc mortuo tandem Macedonia tam diuturno bello venata ſine certamine Mahometo ceſſit: Matthias aliquot præliis deterruit eum ab Hungaria: adhæc arcem ei Sabaceam trucidato exercitu Turcico eripuit.

LXVIII. *Extincto igitur Mahometo paulisper reſpiravimus; nam & domeſtica diſſenſio mortem ejus ſecuta eſt: ſed aliquanto poſt, ſedatis diſcordiis inteſtinis, iterum vicinis regnis bella inferunt. Bajazetes Methonam Venetis ingenti certamine eripuit. Quid nunc Selimum? nonne videtis domita Syria & Ægypto, Hungariæ audaciſſime bellum inferre? a qua, niſi eum depellimus, quam facile erit Turcis poſtea per occaſionem irruptiones in Germaniam facere, quoties velint, ac mihi credite non ſolum fortiter, ſed etiam magno conſilio Turcæ belligerantur intenti in occaſiones omnes; nec omnia ſimul occupare conantur, ſed arce aliqua bello capta, paulatim tentant vicina loca. Ad hoc accedit aſſiduitas, qua creviſſe magna imperia præcipue videmus: ubi ſemel pedem poſuerunt inde non facile depelluntur: deinde communitis iis locis, quæ occuparunt tum demum arma proferunt ulterius: quare etiamſi Germaniam nondum attingunt, quamquam ſæpe jam in Carnos fecerunt irruptiones, tamen ubi Hungaria potiti fuerint, erunt intenti in omnes occaſiones, ut nos imparatos aut diſtractos inteſtinis diſcordiis opprimant.*

Turcarum ad Chriſtianos opprimendos horrendus ardor.

Si, ut Bulgaris & Valachis imperarent, nullos labores, nulla defugerunt pericula, quanto magis Germaniam atque Italiam, ipſas quidem arces Chriſtiani nominis appetent: quas ſi tenerent [quod prohibeat Deus] non ſolum imperii magnitudine veteres Romanos æquarent, ſed etiam totam Chriſtianam religionem deleſſe ſibi viderentur: haberent acceſſionem tantarum virium, ut reliquæ nationes, ſine ullo certamine ceſſuræ eſſent; & vos, qui nunc arma geritis, ne Chriſti nomen aboleatur, quique veram religionem & libertatem veſtram defenditis, poſtea adverſus Chriſtum pro nefaria impietate militare, tyranno ſervire, & fuſtes expectare alicujus Scythæ cogeremini.

Belli in Turcas neceſſitas illuſtrata.

Qua immanitate in conjuges veſtras, ac liberos uſuri eſſent? Verecunde dici non poſſunt ea, quæ non tantum in captivos, ſed etiam in ſuos committunt: illud tamen recitabo, capto Byzantio Imperatoris Conſtantini caput cervici abſciſſum eſt: id Mahometus fixum geſtari per urbem juſſit in pilo; ejus vero conjugem & filias non ita ſancte, ut Alexander Macedo Darii Regis matrem & conjugem captivas habuit, ſed in convivium adductas tradidit flagitioſe ſtuprandas ſuis ſatellitibus. Eadem in aliis regionibus accidere captivis credibile. Nunquam dicam fortem eſſe virum, quem talia exempla non movent, qui non ſumma animi cupiditate deſiderat, ut ſtatim pugnæ ſignum proponatur.

Quam miſere a Turcis Græci obtriti ſint.

Itaque cum neceſſe ſit nobis tueri veram religionem, libertatem noſtram, conjuges, liberos, leges ac diſciplinam publicam, adhortor vos ad hujus juſtiſſimi ac neceſſarii belli ſocietatem. Majores noſtri quantas res geſſerunt, ut in Aſia, reprimerent Mahometicam barbariam? Illi non dubitarunt talem hoſtem procul quærere; nunc Turcæ regnum nobis vicinum invaſerunt, nec tam Pannoniæ quam Germaniæ bellum denuntiant: multos jam annos Hungarorum virtute barbaries illa eſt a noſtris cervicibus depulſa: nos viciſſim nationi bene meritæ defenſionem debemus; manes enim fortiſſimorum virorum, qui in acie propter communem libertatem ceciderunt, flagitant, ut ſuæ patriæ mutuam gratiam referamus; quamquam re ipſa non minus periculi nobis quam Hungariæ impendet.

Reli-

LXIX. *Reliqua eſt altera pars deliberationis, quantis copiis res gerenda ſit, quo in loco bellum inferendum, unde commeatus ſubvehendi. Si animi non abhorrent ab hoc bello hæc deliberatio facilis erit; nam ſummus Pontifex, Rex Hiſpaniæ, & Veneti claſſem inſtruent, & civitates in littore Epiri & Peloponeſi ſitas invadent: noſter exercitus cum Gallicis & Anglicis auxiliis in Pannonias ducendus erit; nam ideo properamus, ut hoc regnum Turcico latrocinio liberetur. Inde in Illyricum transferri bellum erit commodiſſimum. Formulam etiam propono quantum pecuniæ, quantum equitum ac peditum ſingulis principibus Germaniæ imperandum eſſe putem: commeatus autem, ut Danubio convehantur a me certe providebitur: quare ſi ut ſpero, hoc bellum expetitis, deliberationem ita inſtituetis, ut de formula inter vos conveniat; nam propter hanc præcipue hic conventus indictus eſt, &c.*

Belli præmia expoſita.

LXX. Adjuvabant ea molimina apoſtolici legati, a quibus Leonis X. Pontificis maximi nomine luculentiſſimas orationes hortativas ad Germanos principes aliarumque nationum oratores habitas refert Vitellius Plocenſis epiſcopus a Sigiſmundo Rege Poloniæ orator miſſus, qui in eo conventu ejuſdem Regis nomine confirmavit, Sigiſmundum, quamvis aliis implicitum bellis (ſiquidem cum Moſcovita nondum veteres compoſuerat contentiones, atque hujus anni principio novam victoriam retulerat (a) vires omnes in Turcas converſurum, nec Pontifici neque Cæſari defuturum: laudare conſcribendorum militum, & æratii conficiendi a Pontifice, a Cæſare, atque ab aliis Regibus propoſitas rationes; de iis tamen nondum cum Polonis quidquam ſtatuiſſe, ſed ſtatim atque in Auguſtano conventu decreta militis & ſtipendii colligendi foret ratio, operique manus admota eſſet, & copias atque ærarium confecturum: ſerio autem hortatus eſt, ne inanibus deliberationibus tererent tempus; cum Selimus Turcarum Imperator Chriſtianos ſubſannaret, jactaretque deliberari a noſtris bella, ſed ab ipſo geri referrique triumphos: cujus orationis (b) graviſſimæ ob ſui dignitatem pars potior delibanda viſa eſt.

Germani ad pium bellum ab externis principibus ſolicitati.

(a) *Leo lib. brev. p.* 114.

Polonorum in Auguſtano conventu oratio.

(b) *Ext. to.* 3. *rer. Polon. p.* 7.

LXXI. *Parat nunc*, ſcilicet Selimus, *in Chriſtianos terra marique arma ſua, inſtat Turcarum framea capiti, & collis noſtris, & adhuc aſcitamus, vixque ad pacem mutuo amplectendam, tanta periculi magnitudine urgente mentes componere volumus, Leone ſanctiſſimo id dies noctesque curante: hortatur nos hoſtis, excitat a ſomno, commonefacit deſides, torpentes terret, dum jampridem ad oſtia Tyberina, nunc vero ante paucos menſes circa Racanati mœnia, & hiſce jam diebus, dum hic agimus, iterum ad Oſtiæ portus ferro & ſanguine debacchatus ſit. Nos tamen omnia hæc, qua ultimum omnibus exitium minantur, ridiculum putamus; ut jam illud D. Petri naufragantis dum ſibi in fluctibus dexteram dari popoſcit & meruit, dicere libeat: Salva nos, Domine, perimus.*

Turcarum ferocia.

Turcicæ in pontificiam ditionem excurſiones.

LXXII. *Collegerat ſimilem conventum felicis recordationis chariſſimus genitor tuus*, compellat Maximilianum orator, *poſt inſperatam Carniolæ ſuæ depopulationem: multa illic in eam ſententiam a viris doctiſſimis declamata, etiam prophetico quodam ſpiritu prædicta, niſi tunc inſtantibus & evidentiſſimis periculis aliter proviſum fuiſſet: quæ omnia flebilis tandem effectus complevit, cum nulla conſulta invicem & conſtituta nulla ſuo ordine, ut neceſſitas poſtulabat, debitæ executioni mandarentur & omnis rei bene gerendæ commoditas ſimul cum tempore amiſſa fuit turpiter, aut neglecta. Nunc iterum, Cæſar invictiſſime, pro dignitate & debito tuo conventum hunc bono cæptum omine diligenter proſequeris, ut labenti reipublicæ Chriſtianæ efficaci opera ſubvenire poſſis: & juſte quidem; Sic enim Chriſtianorum Imperator re pariter conſtabis & nomine, dum hi, qui tuo ſubſunt imperio, a Cæſare ſuo adjuti fuerint & defenſi.* Et infra.

Gerendi belli occaſio ſæpius amiſſa.

LXXIII. *Sed jam factis res aggredienda foret, conſtantique pectore ſine omni ulteriore cunctatione proſequenda, poſt tot conſilia & decreta multa, poſt tot conventus & exhortationes varias, poſt tot inſtructiones & tractatus plurimos armis tandem, non argumentis opus eſt: jam enim de hiſtam crebris, ſed vanis aut nullis conſultationibus & præparamentis noſtris [ut quidam Mediolanenſis ex Turcia profugus nuper in conſpectu Regis noſtri retulit] ſæpius dicit Turca ad modum ſubſannantis: Conſulant Chriſtiani, conſulant; & ego faciam; quod re ipſa & ſtupendis in dies victoriis demonſtrat. Nos ſi veri chriſtiani ſumus, quemadmodum Turca in dedecus potius noſtrum affirmat, Chriſti fidem ad ſanguinem uſque mente intrepida, non oſtentatione ſolum, ſed affectibus ſinceris obſervare, tueri, & quantum in nobis eſt, manu tenere debemus.* Nonnullis interjectis, ut Chriſtiani viribus ad debellandos Turcas polleant, exemplo Ferdinandi, qui Granatam & partem Africæ ſubegit, addidit.

Expoſitum non verbis, ſed armis pugnandum.

LXXIV. *Non deerit votis tuis & Leonis ſanctiſſimi ſereniſſimus Rex noſter cum omnibus dominiis ſuis & tota illa ſeptentrionis ora, modo bellis, aliis quibus continuo impeti-*

De Tartarorum in Polonos irruptionibus.

peti-

petitur, finem optatum imponere poſſis. Et infra: *Urgetur namque multis hoſtibus regnum illud ampliſſimum; tribus; a parte una Scytharum ducibus potentiſſimis multa centena millia bellatorum in ſtatione campeſtri ſecum ducentibus, qui ſe etiam Cæſares dicunt, uno Theodoſiæ propinquo poſt Boryſtenem ad latus maris Pontici in Taurica reſidente: alter circa Tanaim & paludem Mæotidem loca tenet; & is in manibus Regis eſt: tertii ſunt remotiores Aſiatici vaſtiſſimam incolentes ſolitudinem & latiſſimos tenentes campos: hi omnes repentinis incurſionibus regnum deprædari & continue defatigare non ceſſant; famem, ſitim, æſtum & algorem & omnem inediam contemnentes ſæpius etiam Turcis juncti, qui Monocauſtum & Licoſtomum occupaverunt, majora & horrenda damna noſtris inferunt; a Turcis enim Scythæ omnes dependent, dum eadem ſecta ſit Mahometicis ſimul erroribus implicata: e quibus plane deprehendi poteſt facilius catulos a maternis uberibus, quam Tartaros a Turcarum aſſiſtentia divelli poſſe: qui nunc etiam contra Regem Perſarum optatas viginti millium equitum ſuppetias tulerunt. De his Rex noſter multas & inſignes reportavit victorias, & arces & loca regni munitiſſima oſtendunt, quæ pacis tempore pro ſui nominis immortalitate ornatiſſime reſtaurat, ubi Scytharum cathenatæ acies lateritio in muris erigendis certamine quotidie congredi videntur. Eſt & alter hoſtis non minor ad rigentem Arcton citra mare glaciale conſiſtens Roxolanorum dux quem nos Moſcum dicimus, ſola perfidia & deteſtando ſchiſmate famoſus: is partem regni Lituanorum videlicet provinciam magno etiam bellorum motu turbat in dies; ſed & hunc Rex noſter patrocinante juſtitia fudit ſæpius, ejuſque potentiam triginta millibus in loco cæſis profligavit, quamplurimis primoribus ad vincula conjectis, qui in omnibus Lituaniæ caſtris arctiſſima detinentur cuſtodia, multis etiam aliis captivorum millibus per univerſum fere orbem variis principibus mancipiorum loco dono datis; jamque cruentum hoc bellum decennium ſuperavit, dum ſint, qui eas diſcordias ſeminent, concitent, & turpiter alere non verentur.* Interjectis nonnullis quibus Cruciferos equites, ut belli Moſcovitici incentores perſtringit, nullaque laboranti Poloniæ præter inania verba ſubſidia data queritur: demum Sigiſmundi Regis Poloniæ conſilium ac decretum in re Turcica aperit.

Ut Mahometanus error eas gentes involverit.

De frequenti Moſchorum excurſione in Poloniam.

LXXV. *Nunc tamen, ut privatos affectus publica vincat utilitas; expeditionem hanc generalem commendat ſummopere & approbat sereniſſimus Rex noſter, laudat modum de colligendo nervo bellico & exercitu congregando, quem ſanctiſſimus dominus noſter & tuæ celſitudinis providentia conſtituit, aliique Reges & principes Chriſtiani proponunt. Sed neque de eo pro nunc majeſtatem regiam cum ſenatu & ſubditis ſuis quidquam decernere potuiſſe inter domeſticas difficultates, & bellicam occupationem, cum ea quam memini hoſtilitate; quibus aliqua ex parte utcumque compoſitis & deliberatione hujus digniſſimi conventus procedente mox majeſtatem ſuam, & de colligendo nummo & deſcribendo milite in regno & dominiis ſuis itidem conſtituere velle: nec prætermiſſurum quidquam, quæ vires ejus, ac regni & dominiorum ſuorum ferre potuerint, & quæ ad tam ſanctum diuque deſideratum opus pertinebunt, dummodo aliquando cum effectu aliquo Chriſtianæ ſaluti conſulatur: pro qua, ut verbis utar regiis, & theſauros omnes, & ſanguinem ipſum cum vita effundere parata eſt. Perge igitur quo cœpiſti ſacratiſſime Imperator, & tot ac tantis glorioſiſſimis triumphis tuis unicum hunc qui cunctos alios ſuperabit, apponere contende, &c.*

Poloni ad gerendum bellum in Turcas ſe promptiſſimos profeſſi.

Additi Cæſari ſtimuli, ut cœpta urgeat.

LXXVI. Hærebant Germanorum conſilia nullos habitura progreſſus; quippe a ſtipendiorum largitione decernenda abhorrebant, quos ſathanas metuens ne Mahometica ſuperſtitio ob tantum Pontificis cum Cæſare ac Regibus conſenſum deleretur, a ſacro bello abalienare ſatellitum ſuorum opera viſus eſt: etenim falſæ atrociſſimæque in Leonem & Romanæ eccleſiæ adminiſtros calumniæ jactabantur; urgeri ſacrum bellum non ut eo obtereretur Turcæ, ſed ut ſimplices & creduli Germani per decimarum ac vigeſimarum ſpeciem rebus ſuis expoliarentur, eoque prorupit ſeditio, ut etiam orationes (a) plenæ ſchiſmatico furore hoc anno habitæ ſint, ne pro fide in Turcas ſumerentur arma, & ut ex ſerie conſtat, aſſumptæ fuerint in exemplum ſacræ indulgentiæ extruendæ eccleſiæ S. Petri cauſa impartitæ, cum nonniſi unus claudus & alter in illud incumberent opus, dum Laurentius Mediceus ingentes moles extrueret ex geſto adverſus Franciſcum Mariam Robureum Urbinate principatu depulſum bello, ſubſtitutoque in ejus locum Laurentio Mediceo: acerbiſſime declamatum in Pontifices, qui ſacras opes ad conſanguineos ditandos averterent; aperta defectio a ſede Apoſtolica inculcata: pontificii adminiſtri, ut publici impoſtores traducti; miſſæ ad Reges pro Chriſtianæ fidei cultoribus ſub triumphalibus crucis ſignis congregandis legationes omnibus verborum contumeliis proſciſſæ, ſanctiſſima con-

Germani ne privatis commodis officerent a bello ſacro abalienati.

(a) *Ext. to. 2. rer. Germ. ex editione Freheri p.* 393.

Maxima Leoni ob fratrem conflata invidia.

ſilia defendendæ religionis, Chriſtique cultus orienti reſtituendi io invidiam adducta: concilii Lateranenſis decretum de decumis quaſi ad ditandos Medices avaritia inſtigante promulgatum eſſe ſubſannatum.

LXXVII. *Jam Florentiæ negotium agitur, non Chriſti*, declamabat Udalricus (a) Huttenus. *Fugato duce Urbinate, ſimilem fortunam minatur principi Ferrarienſi; quo pariter ejecto regnum conſtituemus & Regem Thuſciæ ſalutabimus Laurentium Medicem civem Florentinum.* Et infra: *Satis diu Medices fuimus: principum Regumque fortuna ambienda eſt. Haberis jam breviter caput decimarum & inſidias Turcæ duce ſuperſtitione in viſcera veſtra latrocinatis: quamobrem reſiſtite nefando conatui.* Et infra: *Nolite alicubi eſſe vectigales, ante vero omnes Florentinis.* His & aliis ſcommatibus in Leonem & alios Pontifices, qui in ſuos nepotes eccleſiaſticos principatus contulerant, Huttenus Germanos a priſtina in ſedem Apoſtolicam obſervantia abalienabat: *O ſtultam*, ajebat, *& ſuperſtitioſam opinionem credentium cæleſte Numen omnia æquis oculis intuens ad nutum Florentinorum flecti & reflecti; iraſci non danti, & rurſum largienti placari!* Familiare eſt hæreticis aculeatis dictis ſimplicium hominum mentes irretire; nullam vero patriam gerendo pontificatui obeſſe conſtat: conjuraſſe vero hunc cum Luthero ad perdendam Chriſti Eccleſiam ex Joanne Fabro (b) & Alberto (c) Pio inferius dicetur poſtea. Nunc expendenda ſunt argumenta, quibus in impia & ſatyrica illa ſua oratione Germanos principes dehortatus eſt, ne Turcis bellum indicerent. Primum fuit hoc: *Sugere Lac gentium, inebriari mammona, Regum dico ſcelus multo eſſe probabilius, quam quæ a Turca inferuntur.* At num probabilius foret, expugnata Rhodus, Belgradum occupatum, excidium deinde univerſæ Pannoniæ, Croatiæ expilatio, Viennæque obſidio pro Turcis & Mahomete perorantem confutarunt; nec affectatas a Pontificibus Chriſtianorum opes, ſed pontificias pro Chriſtianis in Turcos collatas viſuri ſumus.

(a) Id. ib.

Impie ejus voces adverſus Pontifices. Conjuravit ille cum Luthero.

(b) Jo. Faber. in lib. cur noluerit approbare Luth. doctr c. 10.
(c) Albert. Pius l. 1.

LXXVIII. Alterum Hutteni argumentum quo Chriſtianum imperium Turcis prodere, ac ſubiicere moliebator, hoc fuit, ex Juliani apoſtatæ Chriſtianos expilantis ſophiſmatibus decerptum: *Ego enim ſic exiſtimo imperia his artibus melius retineri, quibus acquiruntur. At imperium Chriſtianum non armis, non gladio comparatum, ſed pietate & optimis exemplis vivendi.* Eodem argumento uſus eſt impius Eraſmus Mahometis & Juliani apoſtatæ conſors, qui Chriſtianis ſuaſit, ut Turcas tolerantia vincerent martyrum exemplo, damnavitque ſacramentum Euchariſtiæ in caſtris circumferri, quo videlicet morituri ita orbarentur ejus beneficio: cujus argutias ſic refellit Albertus Pius (d).

Perfidi hominis arguta ad perdendos Chriſtianos. Eraſmi nefandiſſima nequitia.

LXXIX. *Quid non conveniet Chriſtianis ſua ſibi ipſis vindicare, quæ vi & poteſtate barbarica eis erepta fuere & occupata? cæteris autem quibuſcumque populis & gentibus dictante ipſa natura licebit? quod ſi eſſet, miſerrima profecto foret Chriſtiani populi conditio. At inquis Chriſti mens fuit, ut tolerantia vincant Chriſtiani, non armis forte aſſumens ex illo Chriſti dicto: ſi quis percuſſerit te in maxillam unam, præbe ei & alteram: & ſi arripere volueris tunicam, dimitte ei & pallium, &c. Reſpondeo illud non eſſe Domini præceptum, ſed conſilium exercendum non ſemper & quocumque in negotio; ſed quando tempus, aut res poſtulat, ſecundum Auguſtinum; ad implendum ſpiritu & animo magis quam opere aut facto; perfectorum enim eſt perferre injurias, & patienter illas tolerare, cum amplior Dei gloria exinde ſit proventura, non autem cum ſecus: quod & ipſe Dominus exemplo declaravit, cum in maxilla percuſſus coram Pontifice non alteram præbuit, ſed generoſe queſtus percutientem coercuit. Quo exemplo & Paulus apud feſtum proconſulem percuſſus pariter ſeverioribus verbis Ananiam pontificem increpuit inquiens: Percutiat te Deus paries dealbate: quod & aliis exemplis comprobari poteſt.*

(d) Alb. Pius l. 21.

Ut liceat Chriſtianis ſua defendere.

LXXX. *Si autem adhuc contendens diceres, longe aliam eſſe rationem repellentis injurias, & inferentis bellum ultro, quemadmodum & longe diverſum eſt bello repetere, ab eo quod eſt aliena invadere, Chriſtiani autem non ſolum ſua repetunt ſed etiam quæ nunquam ſui juris fuere invadunt: reſponderem me non inficiari inter hæc plurimum eſſe diſcriminis, attamen horum quodlibet licere & nonnunquam expedire: cum enim Chriſto Jeſu data fuerit omnis poteſtas in cœlo & in terra, nullus ejus hoſtis quibuſvis in terris jus aliquod dominandi habere valet: quamobrem ſi quis illis adverſus ullas poſſidendo occupat terras, licet illum ut injuſtum poſſeſſorem deturbare, & terram ad jus reipublicæ redigere.*

LXXXI. *Quid enim obſecro, aliud ſunt Agareni ſive Iſmaelitæ, quam Chriſtiani hæretici, qui a Mahumet partim ſeducti, partim coacti in Arianam hæreſim propulſi ſunt, aſſerentem, Chriſtum dominum meram eſſe*

crea-

creaturam, & alias pleraſque blaſphemias quos Eccleſia ſannit, & principes pluribus edictis ſtatuerunt diripiendos eſſe, & eorum fortunas ab uno quoque invadendas: ipſos vero cæteros iniquos rerum poſſeſſores vi deturbandos eſſe propriis ſedibus comprobatur ſcripturæ teſtimoniis, & exemplis & præſertim illo quod in cæleſti regno peractum eſt; nam lucifer cum ſatellitibus ſuis conſpirans contra Altiſſimum deturbatus eſt cælo cum univerſis ſuis ſequacibus, pugnante ſtrenue contra illum Michaele Angelo; inquit enim ſcriptura: Et factum eſt prælium magnum in cælo, Michael & angeli ejus præliabantur cum dracone, &c. quo etiam aſtruitur bellare non eſſe inhibitum Chriſtianis.

Chriſtianorum cum Mahometanis bella a D. Joanne expreſſa.

LXXXII. *Reſtat tantummodo reſpondere illis verbulis, quibus execraris Chriſti corpus in caſtris verſari, & ſacramenta in tam cruento diſſidio adhiberi: ſiquidem verum eſſet quod tu aſſumis, quaſi jam probatum, videlicet bellum rem pluſquam Tartaream eſſe: certe nec liceret bellare, nec cum bellatoribus ſacratiſſima ſymbola intereſſe; at cum id a vero alienum ſit, quare nefas erit dominicum corpus in caſtris deferri, aut morari? numquid ne polluatur ſanguine eorum, qui jure cæduntur? nunquid, quia illuc non poſſit reverenter deportari, aut illic eſſe? nunquid, quia minus opportunum & ad nullum commodum cedens? De primo nihil eſt opus dicere: alterum perſpicuum eſt, poſſe videlicet ibi reverendiſſime ſacra peragi myſteria & Chriſti corpus tractari. De tertio ſupereſt dicere; multa quippe commoda ex tali delatione evenire poſſunt: primum ex præſentia ejuſdem Sacramenti defluere ſperandum eſt gratiam & opem, qua hoſtium vires frangantur, animique debilitentur; noſtrorum autem confirmentur: nam delata arca fœderis inter exercitum populi Iſrael hoſtes ſemper, niſi fortaſſe id populi culpa impedierit, profligati fuerunt, & Iſrael victoria potitus eſt.*

Ut liceat Chriſtum in caſtris circumferre.

LXXXIII. *Ad id vero, quod ais in annotationibus taxans epiſcopos, quod copias habent, gladios, lanceas, & bombardas, &c. in ſuperioribus ſatisfactum eſt, cum declaratum ſit, illa eis licere, & convenire, ac opportuna eſſe, præſertim rempublicam adminiſtrantibus: nec id repugnat Pauli ſententiæ dicentis, arma militiæ noſtræ non eſſe carnalia, &c. cum ibi tantummodo agat de militia ſpirituali, cui ſpiritualibus telis ac armis opus eſt: hæc autem carnalia & terrena illi deſervire & miniſtrare externa debent; quemadmodum & corpora animis, cum perſæpe contingat illa nec tuta eſſe nec commode adminiſtrari poſſe ab his deſtituta.* Hæc Albertus, qui ſimilibus argumentis non modo Pontificem & Epiſcopos, verum Reges & principes a tractandis armis propulſandaque injuria perperam avocari oſtendit.

Licere epiſcopis arma tractare juſte demonſtratur.

Ex his vero abunde confutantur non Huttenus modo & Eraſmus, verum & Lutherus, quem Turcis etiam bellum inferri vetuiſſe plura ejus ſcripta teſtantur; nam in reſolutione concluſionis quintæ hæc cum Eraſmo pronuntiat. *Nullis prorſus eſt reſiſtendum, neque Turcis neque aliis adverſariis juxta præceptum Chriſti dicentis: Si quis te percuſſerit in maxillam dexteram, præbe illi & ſiniſtram;* & in aſſertione vigeſimi quarti articuli hæc repetit: *Præliari adverſus Turcas eſt repugnare Deo.* In aſſertione autem articuli trigeſimi quarti cauſam depromit cur Eccleſiam velit perditam: *Qui habet*, inquit, *aures audiat, & a bello Turcico abſtineat, donec Papæ nomen ſub cælo valet.* Idem encomiaſtice Turcam ita effert in libro, quem ad nobilitatem Germanicam inſcribit: *Nullum eſt regimen ſæculare pulchrius, quam apud Turcam; & nullum eſt turpius, quam apud Chriſtianos.* Qui vero ita indigne Reges Chriſtianos obterebat, non minus impie ſacerdotibus ac religioſis Chriſtianis Mahometanæ ſuperſtitionis flamines antetulit in ſermone caſtrenſi hiſce verbis: *Turcarum ſacerdotes aut religioſi eam ſeveram, gravem, ſtrenuamque vitam ducunt, ut angeli non homines videri queant ut omnes noſtri clerici & monachi in papatu jocus præ illis ſint.* LXXXIV.

Lutheri horrenda impietas ut Chriſtiani a Turcis ſe profligari patiantur.

Prætulit Chriſtiano clero ſacerdotes Mahumetis.

At ne Germanica plebs ſibi de ſui pſeudoapoſtoli lenociniis blandiatur, ipſa etiam a Luthero Mahometanæ plebi poſthabita eſt; in præfatione enim libri de ritu Turcarum hæc effutiit: *Umbræ ſunt noſtri religioſi ad Turcarum religioſos collati, & vulgus noſtrum plane prophanum ad illorum vulgus comparatum.* His verbis prodita eſt a Luthero conjuratio cum Hutteno facta de perdenda Eccleſia, de qua hæc habet Joannes Faber (a): *Ob oculos ponite initium quendam ex Hutten hujus conjurationis.* Hutteni porro & aliorum impiorum calumniis in Pontificem, ſcommatibus, argutiis, ludibriiſque cæcos Germanorum animos dæmon ita efferabat, ut licet Maximilianus Imperator deſignatus cæſaream publico reſcripto (b) fidem obſtringeret, decumas vel alia ſubſidia in nullos prorſus alios uſus, quam in ſacri belli ſumptus convertenda, idemque palam conteſtarentur legati apoſtolici, infectæ tamen Lutherano veneno mentes nullum ſanum conſilium admitterent. Extat Thomæ de Vio Cardinalis legati e latere oratio, qua pietatem LXXXV.

(a) Jo. Faber. lib. cur noluerit ap. b. doctrinam Luther. c. 30.

(b) Ext. apud Dolgaſt. to. 2.

tatem Germanorum inflammare nitebatus, atque ab omni avaritiæ perfidiæque ſuſpicione ſedem Apoſtolicam vindicabat, ex qua potior hæc pars decerpenda viſa eſt.

LXXXVI. *Negant Germani conferre ſumptus in bellum Turcicum.*

Non vos terreat decimæ, vigeſimæ, aut quinquageſimæ inſuetum novumque nomen: horrenda quoque nobiſcum [hæc affirmaverimus] ſi nuda occurrerent. Verum cum quinquageſimas, vigeſimas, decimaſque non ſolvere, ſed deponere, idque tutiſſime, & ea lege debeant, ut niſi definito tempore in expeditionis iſtius opus conferantur, illis, qui depoſuerint, reſtituantur; pium, ſanctum, optabileque cuilibet fore Chriſtiano cenſebitis. Quocirca trepidare timore, ubi non eſt timor deſinant; dicentes expeditionem hanc fucatam, eſſe auri ſacram ſubtegere famem. Nos, inquiunt, Turcæ ſumus, quibus expellendis incumbitur: in nos expeditio tota ſæviet. Vacate & videte, quæſo, quam ſupervacaneus eſt metus ac timor iſte: percipite quam pie quam ſancte, & cum ſacris initiatis & populis univerſis agatur: nolumus nos theſaurarii aut exactoris officio fungi, non eo tendimus, ut in noſtram poteſtatem æra redigantur: Et infra:

LXXXVII. *Facti certiores de Leonis integritate.*

Non quærit profecto veſtra, qui ſua pro vobis ſponte magnificeque largitur: ſed quid pontificii animi argumentis immoramur re ipſa comprobare operæ pretium eſt. Invenite vos ipſi, inveniant metuentes ipſi modum quempiam, quo quidquid auri argentive collatum fuerit, tutum adeo ſit, ut nec in exactorum cuſtodumve ſtipendia aliquid cedat, ſed integra univerſa aut ad expeditionis hujus uſum cedant, aut ad eos, qui dederant redeant: non quærimus Germanum ærarium in Italiam transferre, at in Germanorum militum ſtipendia erogare cuncta ſummus Pontifex vult, atque præcipit nullum dolo fraudive locum relinqui; quia & vos clara luce videtis quod Chriſtiana ſe reſpublica, religio, regnum, templa, urbes, oppida in veſtra ſe propugnacula contulerunt, veſtram opem implorant, veſtris genibus advolvuntur: ſi illos deſtituitis, vos ipſos Germani deſtituitis quando omnes in Maximiliani aquilas reſpiciamus, nec aliunde quam a Romano imperio auxilium expetamus, quando res veſtra non minus quam aliarum regionum agatur: contermina ſiquidem Turcis Germania præ aliis eſt, Italia enim quamvis Turcarum claſſi magis ſit pervia, prius tamen quam in Italiam Turcarum copiæ terreſtri invadant exercitu [in quo conſtat vim omnem belli victoriæque ſitam eſſe] Germaniam oppetere oportet, niſi Carinthiam Styriam, Croatiam & Hungariam Germaniæ mœnia eſſe inficiati fuerimus.

Nihil a Germanis niſi pro Germanis erectum iri.

Clementiſſimus Leo Pontifex dici non poteſt quantis vigiliis in rem hanc incumbat: non dies neque noctes ab hac cogitatione avelli poteſt: non ſi comedat aut bibat aliud pectore agitat: non ſua jam, ſed ſeipſum, ſanguinem & vitam pro Chriſtiana religione & imperio geſtit exponere. Supereſt, ut Cæſareus hic ſenatus expeditionem in Turcas indicat, efficiendamque ſuſcipiat. Expectat Romana eccleſia: univerſæ Chriſtianæ reipublicæ capita & membra in sereniſſimum hunc conventum ſuſpiciunt: ſi definitur nunc nihil, ſi in alium conventum differtur, confundemur omnes in expectatione noſtra. Cavete, ne dilatio hoſti componendi cum Perſis finitimiſque aliis tempus præbeat, Germanos principes linguarum morſibus exponat, Chriſtianiſque populis deſperationem inducat. LXXXVIII

Significatum ut ex Germanis pendeat belli ſacri ratio.

Animadvertite graviſſimum iſtum conventum fundamen eſſe, ſuper quo tanta moles expeditionis erigenda eſt, cunctantibus quippe vobis Chriſtiani principes reliqui retrahent proculdubio animum & manum ab hac expeditione: Si Germania, ajunt, cujus primum intereſt, quia Romani imperii dignitate gloriaque illuſtratur, cui Eccleſiæ defenſio eſt tradita, verba dat, deque conventu in conventum definitionem transfert, quid nobis agendum ſit, diſcimus facile ab exemplo: ſicque veſtra Chriſtianæ reipublicæ mora, quod abſit, ruinam pariet. Cauſabuntur multi abſentem libertatem: Jurejurando [ajunt] noſtris tenemur eccleſiis nil contra earum commoda illis inconſultis agere, non eſt nobis delegata poteſtas abſentes colligendi, ibimus illos conſultum atque hortatum; referemus deinde altero in conventu. Verba, cum bona iſtorum venia dixerim, ſunt hæc non multum diffidentia ab inficiis. Impoſſibilia a vobis petit nemo: fidem violari horremus, quam & hoſti ſervandam eſſe didicimus: quod veſtra intereſt, & quod in veſtra ſitum eſt poteſtate poſcimus, decerni ſcilicet nunc expeditionem in Turcas, definire modum comparandi nummos nullius cum injuria, jurejurando demum ſpontaneo præſentes aſtringi daturos ſe bona fide operam, ut hic definita executioni demandentur. Non ſunt hæc contra juſjurandi cultum, non excedunt hæc veſtræ limites poteſtatis, non obſunt hæc abſentum libertati. Tollite itaque moras: ſemper nocuit differre paratis. LXXXIX.

Patebat ex iis Pontificem non indixiſſe ſacrum bellum, ut pecuniam a Germanis extorqueret, cum ne quidem obolum trans- XC.

transferendum in Italiam profiteretur, ſed a Germanis ipſis in Germanorum ſtipendia communi Germanici ſenatus conſilio collatum iri: verum ex mera improbitate avaritiæ vitium, quo ardebant ii, qui bellum hoc decerni vetabant refundi in Eccleſiam, cum modicum aurum pro reſtituenda religione orienti & perficiendo glorioſiſſimo opere conferre ut indicavi detrectarent, neque velle Leonem Germanica ſtipe ditare Mediceos, illiſque novos principatus coemere in Galliis conſtabat; cum ipſe centum navibus roſtratis inſtructis ad obſidendam Conſtantinopolim proficiſci pararet (*a*) leveſque in legatis ad Reges mittendis impenſas faceret. Cæterum ex divino ſpiritu profecta viſa eſt legati apoſtolici oratio: quippe Germanis tepentibus reliquorum etiam populorum & Regum refrixit ardor, & ægre Turcicos impetus poſtea Germani propulſarunt ab aliis deſtituti, quorum adjuti armis Turcicum imperium excindere potuiſſent. Cæterum tot in Romanam eccleſiam calumniarum author malorumque fons extitit Lutherus, qui virulentis declamationibus Germanos infecerat: de quo Cæſar ex Auguſtanis conventibus conqueſtus (*b*) eſt apud Pontificem (*c*), ut apoſtolica illum authoritate coerceret, monuitque, plures magnates præpotentes ipſius patrocinium ſuſcepiſſe.

Germani avaritiæ ſcelus ſuum transfundunt in Pontificem.

(*a*) *Guicc. l.13.*

(*b*) *Apud Dolgaſt. to.1. p. 140.*
(*c*) *Apud Ulemberg. c.3.*

Maximiliani de Luthero hæreſiarcha literæ.

Maximilianus divina favente clementia Romanorum Rex &c.

Beatiſſime pater, domine reverendiſſime. Accepimus non adeo multos ante dies, quemdam fratrem Auguſtinianum Martinum Lutherum nonnullas concluſiones in materia indulgentiarum ſcholaſtico more diſcutiendas diſſeminaſſe; necnon in concionibus ſuis & de ea re & de vi apoſtolicarum excommunicationum plurima docuiſſe, in quibus damnoſa & hæretica pleraque videantur, atque ea nunc per magiſtrum ſacri veſtri palatii notata eſſe. Quæ res nobis eo magis diſplicuit, quo pertinacius dictus frater ut edocti ſumus doctrinæ ſuæ inhærere, atque complures errorum ſuorum defenſores & patronos etiam potentes conſecutos eſſe dicitur. Verum cum ſuſpectæ aſſertiones & periculoſa dogmata a nemine melius rectius, & verius dijudicari queant, quam a beatitudine veſtra, quæ ſola ut poteſt, ita debet vanarum quæſtionum, ſophiſticarum rationum, & verboſarum contentionum authores compeſcere, quibus peſtilentiores Chriſtianæ pietati nulli contigerunt, hoc tantum ſpectantes, ut quod ipſi didicerunt, id ſolum habeatur in pretio; non quod præſentis ſæculi eruditiorum conſenſus & pie ante in Chriſto defunctorum candida & ſolida doctrina comprobat. Extat pervetuſtum pontificii ſenatus decretum de conſtituendis doctoribus, in quo de ſophiſtica nuſquam unquam quidquam cautum eſt, niſi quod iſta in decretis vocantur in dubium, utrum fas ſit ea diſcere necne; atque horum ſtudium a multis & magnis authoribus improbatur. Cum igitur quod Pontificum authoritas juſſit negligitur, & de quo dubitatum immo improbatum eſt id ſolum recipitur, neceſſe eſt interdum hallucinari, ſomniare & cæcutire magiſtros iſtos, quibus debetur, quod non ſolum hactenus doctores ab eccleſia recepti ſolidiores non lecti, ſed plerique depravati ſunt atque mutili redditi. Taceamus iis authoribus pullulaſſe longe plures quam unquam damnatas fuiſſe hæreſes; taceamus Reuchlinianam infamationem, & nunc præſentem hanc periculoſiſſimam de indulgentiis atque cenſuris apoſtolicis diſceptationem his pernicioſis authoribus in mundum emanaſſe: quibus niſi beatitudinis veſtræ & reverendiſſimorum patrum authoritas legem finemque impoſuerit, brevi non ſolum imperitæ imponent multitudini, ſed & principum virorum, ſibi auram & favorem in mutuam perniciem comparabunt: quibus ſi conniventibus oculis campus apertus atque liber dimittatur, futurum eſt, ut quod omnium maxime in votis habent, ut pro optimis & ſanctiſſimis doctoribus iſtorum nænias præ oculis habere cogatur totus mundus. Hæc pro ſingulari noſtra in ſedem Apoſtolicam reverentia beatitudini veſtræ ſignificavimus, ut ſinceritas Chriſtiana hujuſmodi temerariis diſputationibus & captioſis argumentis non lædatur & ſcandalizetur; nos enim quidquid ſuper his ſancte ſtatuerit in imperio noſtro ad laudem & honorem Dei omnipotentis, & Chriſtifidelium ſalutem ab omnibus obſervari faciemus. Dat. in civitate noſtra imperiali Auguſta die V. *menſis auguſti anno* MDXVIII. *regnorum noſtrorum Romani* XXXIII. *Hungariæ vero* XXIX.

Conqueritur plures hæreſeos defenſores adeptum eſſe.

Profitetur ferendam a Pont. ſententiam in dubio.

Expoſita ſequutura pernicies niſi principiis reſiſtatur.

Sententiam pontificiam mandandam operi ſpondet.

Tradit Ulembergius (*d*) plures magnaſ- XCI.
que habitas inter Germaniæ theologos hoc anno concertationes de Lutheri dogmatibus, eumque a Wolfgango palatino Heildelbergam anni principio excitum, ut cum theologis illius academiæ diſceptaret; ſuamque opinionem de indulgentiis hæreſiarcham magno conatu tutatum: Joannem vero Eckium in academia Ingolſtadienſi theologum in theſes ejuſdem Lutheri de pœnitentia notationes ſcripſiſſe a Gabriele epiſcopo Aiſtetenſi rogatum, & Carloſtadium virulento libello reſpondiſſe eidem Eckio; ex quo Lipſica diſceptatio proximo anno exorta. Memi-

(*d*) *Ulember. c.2.*

minit etiam idem author Ulembergius de ſuperioribus Maximiliani ad Pontificem miſſis literis, additque pollicitum ſe daturum operam, ut quæ a Pontifice io ea cauſa decreta eſſent per omnes imperii provincias rata & fixa haberentur; tum ſubdit: *Pontifex jam antea*, nempe poſt receptas Maximiliani literas, *per alios e Germanica de rerum ſtatu certior factus Hieronymo epiſcopo Aſculano dederat in mandatis, ut Lutherum Romam citaret ad cauſam dicendum; quod ille fecit conſtituto ſexaginta dierum termino: literæ citationis* VII. *die auguſti Romæ exaratæ fuerunt, & non multo poſt Wittembergam delatæ. Tum nonnihil trepidari cœptum, & ferocia quorundam repreſſa eſt. Ceſſarunt etiam ad tempus operæ typographicæ, nec tam libere ſparſi in vulgus diſtractique libelli. Et Lutherus quidem hærebat dubius in quam ſe partem verteret, neque enim ſatis tutum erat ire Romam; non ire vero parum honeſtum videbatur, præſertim cum ſe ſuaque omnia Pontificis arbitrio plane ſubmiſiſſet.*

Vocatus a Pont. in jus Lutherus.

XCII. Opprimenda videbatur in ipſo ſemine Lutherana hæreſis, ſi pontificio tribunali Lutherus ſe ſiſtere coactus fuiſſet: ſed academicorum Wittembergenſium & Frederici ducis Saxoniæ, qui omnes a Luthero ipſo contaminati ſunt, precibus vinci ſe paſſus eſt, ac legato rei componendæ provinciam dedit, ut videbimus: quinetiam antea hoc ipſo ineunte anno idem Pontifex mox poſt primas a Luthero ſparſas impietatis faces certior factus eſt de imminenti Chriſtianæ religioni a novo hæreſiarcha diſcrimine: ſed cum tot tantaque ſecuta excidia certa præcognitione carerent, quamvis non levem ſuſpicionem afferrent, cum Ægydius in Cardinalium cooptatus collegium Auguſtinianæ familiæ adminiſtrationem dimiſiſſet, Leo intermiſſo infeliciter judiciorum ordine Gabrielem patria Venetum illius ordinis curam ſuſcipere, ac Lutherum ſubditum coercere apoſtolico pro imperio juſſit (*a*).

Vvittembergenſes academici illi favent impie.

Gabriel Venetus præfectus Auguſtiniano ordini.

(*a*) *Ext. ejus lit. apud Petr. Bemb. l. 16. ep. 18.*

Gabrieli Veneto ordinis Auguſtinianorum Eremitarum promagiſtro.

XCIII. *Volumus te eam curam ſuſcipere, ut Martinum Lutherum tuæ ſocietatis ſacerdotem, quem ſcire te exiſtimamus in Germania novas res moliri, nova dogmata noſtris populis tradere, quibus utantur, ab incœpto, ſi potes, revoces authoritate ea, quam tibi præfectura dat, cum ſcriptis ad eum literis, tum per doctos & probos internuntios, quos te illic habiturum multos putamus, qui placare hominem conentur: id ſi celeriter feceris, non erit putemus difficile modo natam flammam extinguere; parva enim omnia atque ſurgentia paululum magnos vehementeſque impetus non ſuſtinent: ſin differas, & malum vires ſumpſerit, veremur ne cum velimus adhibere incendio remedia, non poſſimus. Gliſcit enim in dies labes, fortiorque fit atque robuſtior, nihil ut magis eſſe nobis timendum videatur quam mora: ſed ſingula tibi nos mandare hac in re non neceſſe eſſe arbitramur; tua te virtus, tua religio, tua pietas, tua ſingularis doctrina quid te facere oporteat facile admonuerint. Totum hoc mandamus, ut omnem tuam mentem, cogitationem, ſtudium, operam omnem, denique cum diligentiam tum laborem adhibeas tuum, ut quod volumus conſequamur, &c. Datum* III. *non. februarii MDXVIII. pontificatus noſtri anno* v. *Romæ.*

Significata illi a Pontifice clades imminens a Pſeudo-auguſtinianis.

Nil juvere Auguſtinianorum promagiſtri ſtudia ad compeſcendum Lutherum, XCIV. qui plurium amicorum & procerum fultus gratia præpoſiti ordinis templit imperia; præſertim cum Staupitium vicarium ordinis in Germania generalem, qui illum ad contradicendum Dominicanis impulerat, omneſque Auguſtinianos ſibi devinctos haberet. Et quidem Staupitii opera uſum ad declinandum Pontificis judicium teſtatur Ulembergius (*b*), qui Lutheri artes doloſoque aperit, dum ſupplicibus literis ſe Pontifici ſubmittebat, eodemque tempore libellis venenatis Pontificis cædem, Eccleſiæque excidium ſpirabat.

Non reprimit Lutherum præfectus Auguſtinianorum.

(*b*) *Ulember. c. 2. Coclæus in actis ſcriptis Luth.*

Reverſus, inquit, *Wittembergam*, nempe ex Heidelbergenſi diſputatione, XCV. *quod ad* xv. *maii factum eſt, cum ſe propter ſparſas theſes, & conciones, in hæreſeos ſuſpicionem vocari intelligeret, ſcripto quodam ipſum ſibi putavit adeundum Pontificem, eluendamque maculam, quam publicus illi rumor propter motam hanc controverſiam aſperſerat. Scripſit ergo analyſin theſium ſuarum, vel exegeſin dicere mavis valde prolixam, eamque primum cenſuræ Brandeburgenſis epiſcopi Hieronymi, ad cujus eccleſiaſticam juriſdictionem pertinet Wittemberga ſubmiſit, datis ad eumdem epiſcopum literis, quibus invitum ſeſe & reluctantem in hanc arenam pertractum eſſe queritur.* Et infra: *Deinde ad Staupitium quoque generalem ordinis S. Auguſtini vicarium* [*in Germania ſcilicet*] *literas dedit, & multa queſtus de adverſariorum ſtrophis injuriiſque: tandem rogat, ut hanc analyſin ad Leonem X. Pontificem optimum maximum perferri curet, cui libellum hunc in eum finem dedicare voluit, ut omnem a ſe hæreſeos & inobedientiæ ſuſpicionem removeret. In præfatione vero tantam præfefert animi de-*

Falſam apologiam Lutherus cudit.

Fingit ſe Pontificis obſequentiſſimum.

Digitized by Google

demiſſionem, ut ſi verbis fuerit adhibenda fides, nihil ab eo niſi ſummam obedientiam deinceps expectandam putaris. Beatiſſime pater, inquit, proſtratum me pedibus tuæ beatitudinis offero cum omnibus, quæ ſum & habeo: vivifica, occide, voca revoca, approba, reproba, ut placueris, vocem tuam vocem Chriſti in te præſidentis & loquentis agnoſcam: ſi mortem merui, mori non recuſabo. Hæc in præfatione ad Leonem X. Lutherus: & ne quiſquam de ſincero ipſius in religionem affectu dubitaret, ſolemnem eidem libello proteſtationem inſeruit, his uſus verbis: Proteſtor, inquit, me prorſus nihil dicere, aut tenere velle, niſi quod in & ex ſacris literis, deinde eccleſiaſticis patribus, ac decretalibus pontificiis habetur & haberi poteſt.

XCVI. Eadem confirmat Coclæus: ſed animum Lutheri, dum hæc dicebat longe a dictis abhorruiſſe illuſtrat Ulembergius ſic inquiens: *Quid ſenſerit Lutherus, cum iſta ſcriberet, & qua mente fuerit, novit qui cordium ſcrutator eſt & renum Deus: certe quæ paulo poſt ſecuta ſunt, eum nihil minus in animo habuiſſe teſtantur, quam quæ calamo ad hunc modum effudit; ut hac ſubmiſſione nihil aliud ſpectaſſe videatur, quam ut captaret favorem hominum, omnemque turbatæ pacis culpam a ſe removeret: atque interim dum res ſuas ſtabiliret in Germania, ſummo Pontifici glaucoma obiiceret, aut fumos, quod aiunt, venderet.*

XCVII. *Hoc ipſius fuiſſe conſilium argumento ſunt edita circa hoc tempus duo quædam ſcripta, quibus ad Silveſtri Prieratis epitomem reſpondet, breviſſima quidem illa, ſed quæ non iniuria humano ſanguine non atramento exarata dicas: in his enim paulo liberius prodit arcanum mentis ſuæ, dum ira furoreque totus æſtuans in hæc verba prorumpit: Si Romæ ſic ſentitur & docetur [nimirum ut Silveſter ſcripſerat] ſcientibus Pontifice & Cardinalibus, quod non ſpero, inquit, libere pronuntio his ſcriptis, antichriſtum illum vere ſedere in templo Dei & regnare in Babylone illa purpurata Roma, & curiam Romanam eſſe ſynagogam ſathanæ.* Et paulo poſt: *Si ſic Roma credit, beata Græcia, beata Bohemia, beati omnes, qui ſeſe ab illa ſeparaverint: & ego quoque, ſi Pontifex & Cardinales hoc os ſathanæ [ſylveſtrum] non compeſcuerint, & ad palinodiam adegerint: his teſtibus confiteor me diſſentire Romanæ eccleſiæ, & negare eam cum Papa & Cardinalibus tanquam abominationem ſtantem in loco ſancto.* Et poſt pauca. *Nunc vale infelix, perdita, & blaſphema Roma. Hæc in epiſtola priore. In altera vero paulo longius provectus in Pontificem eccleſiamque Romanam, & catholicos omnes claſſicum canit: quid enim? an non militarem tubam inflare videtur, & in pugnam ac cædem ſuos accendere, dum hæc verba ebuccinat? Mihi vero videtur, inquit, ſi ſic pergat furor Romaniſtarum, nullum reliquum eſſe remedium, quam ut Imperator, Reges, & principes vi & armis accincti aggrediantur has peſtes orbis terrarum, remque non jam verbis, ſed ferro decernant.* Et poſt pauca: *Si fures furca, ſi latrones gladio, ſi hæreticos igne plectimus, cur non magis hos magiſtros perditionis, hos Cardinales, hos Papas, & totam iſtam Romanæ Sodomæ colluviem, quæ Eccleſiam Dei ſine fine corrumpit, omnibus armis impetimus, & manus noſtras in ſanguine iſtorum lavamus, tanquam a communi & omnium periculoſiſſimo incendio nos noſtroſque liberaturi? Hæc omnia Lutherus. Conferat, nunc inter ſe qui volet iſta, quæ eodem anno, forſan & eodem menſe ſcripta ſunt, Lutherum videbit ad pedes Pontificis humiliter proſtratum & ſupplices tendentem manus, illas ipſas, inquam, manus quas ſecreto mentis deſiderio in ejuſdem Pontificis ſanguine lavare cupiebat.*

Virulenta ejuſdem in Pont. ſcripta.

Reges ac principes concitare in eum blaſphemis vocibus annititus.

XCVIII. At tam ſubdolus & immanis hæreſiarcha viri boni larva tectus in orbis theatrum ſeſe inſerebat, ut ex Georgio principe Saxone audituri ſumus: ob reprehenſas enim quæſtorum in dividendis indulgentiis corruptelas publici boni & ſalutis animarum cauſa ſe rapi ab adverſariis in judicium, injuſteque oppreſſum querebatur, ut narrat Joannes Coclæus (a): *Hac*, inquit, *calliditate dum queretur ſe iniuſte premi ab adverſariis, & in publicum cogi, brevi maximum ſibi conciliavit favorem non modo apud ſimplicem populum, qui facile credit, & ad omnem novitatem aures libenter arrigit patulas, ac prurientes; verum etiam apud pleroſque graves & eruditos viros, qui verbis ejus genuina ſimplicitate credentes putabant monachum nihil aliud quærere, quam veritatis patrocinium contra quæſtores indulgentiarum, qui magis pecuniarum quam animarum zelatores viderentur, ſicut criminabatur eos Lutherus.* Et infra:

Queritus callide ſe oppreſſum ab adverſariis.

(a) Coclæus de actis & ſcriptis Lutheri Ulemberg. c. 2. & 3.

XCIX. *Hinc illius miſerta poetarum rhetorumque docta cohors, & in adverſarios ejus odio accenſa, impigre pro eo & lingua & calamo decertabat, cauſamque ejus lautis commendabilem reddebat: ac variis cavillis & invectivis prælatos Eccleſiæ theologoſque perſtringebat, incuſans eos avaritiæ, ſuperbiæ, invidiæ, barbariei & ignorantiæ, qui innocentem Lutherum non ob aliud perſequerentur, quam ob doctrinam, quod vide-*

Rhetores & poetæ favent hæreſiarchæ adverſus theologos.

deretur & eſſet doctior eis & liberior ad dicendum veritatem contra impoſturas & præſtigias hypocritarum: cumque valerent non ſolum ingenio & acrimonia; verum etiam elegantia ſermonis, ſive loquendum ſive ſcribendum eſſet, facile traxerunt laicorum animos in favorem commiſerationemque Lutheri, tamquam is propter veritatem & juſtitiam vexaretur ab eccleſiaſticis invidis, avaris, indoctis, qui in otio luxuque viventes, ſuperſtitionum adinventionibus a ſimplici plebe pecuniam emungerent. Tetzelio itaque, qui antea quoque per indulgentiarum frequentes prædicationes pecuniarum collector fuerat, per hujuſmodi querimonias criminationeſque tum Lutheri tum poetarum & rhetorum in dies magis ac magis decreſcebat authoritas apud populum, minuebatur plebis ad indulgentias devotio, invisi reddebantur quæſtores & commiſſarii, rareſcebant manus largientium; Luthero autem contra augebatur authoritas, favor, fides, exiſtimatio, fama, quod tam liber acerque videretur veritatis aſſertor contra fraudes quæſtorum, & fumos bullarum, quas non gratis darent, ſed pecuniis venderent indulgentiarum commiſſarii.

C. Non immunem culpæ fuiſſe Tetzelium, adeo ut proximo anno a Miltitio internuntio apoſtolico acriter increpitus fuerit; quamobrem tanto dolore fuit affectus, ut contracto morbo obierit, narrat Ulembergius (*a*) hiſce verbis; *Quia vero ſatis intellexerat*, nimirum Miltitius internuntius apoſtolicus, *ex hac actione circumforaneos illos indulgentiarum præcones, qui Luthero primam contradicendi occaſionem dederunt, non eſſe prorſus inculpabiles, Tetzelium ad ſe vocatum durius increpavit, quod abuſus non ſuſtulerit bonorum omnium judicia minime tolerandos, & quod fretus authoritate Pontificis arbitratu ſuo multa geſſerit, quæ probari atque defendi nequeant, & factum, ut & ſedi Apoſtolicæ fœdam aſperſerit maculam, & huic tam periculoſo certamini magnam occaſionem præbuerit, quo nomine rationem aliquando ſit Pontifici redditurus. Territus hac increpatione Tetzelius paulo poſt in morbum incidit; cumque juſtam Pontificis indignationem metueret, ſolicitudine, curis & animi mœrore confectus tandem Pirnæ ad Albim, quæ erat ipſius patria, ſupremum vitæ diem clauſit.*

(*a*) *Ulemberg. c. 3.*

Tetzelius increpitus multa perperam egiſſe.

Morbo confectus obiit.

CI. Cæteros etiam Tetzelianos adminiſtros admiſiſſe tradit Florimandus Raymundus (*b*) in divulgandis indulgentiis corruptelas graviſſimas; cum illi emungendarum a fideli populo pecuniarum, quam expiandarum animarum majori ſtudio urerentur: quin etiam Guicciardinus (*c*) Leonem X. Pontificem carpit, ipſum ex conſilio Laurentii Puccii Cardinalis SS. IV. Coronatorum ampliſſimas indulgentias ſine diſtinctione locorum & temporum promulgaſſe non modo pro vivis, ſed etiam pro animabus ex purgatoriis flammis per modum ſuffragii eripiendis; cumque pateret hæc ad abradendum a populis aurum concedi, atque illi quæſturæ præficerentur homines, qui illius exercendæ poteſtatem a curia Romana coemerant, verſam rem eſſe in publicam offenſionem, maxime in Germania, in qua multi adminiſtri liberandarum e purgatorio animarum poteſtatem vili pretio diſtrahere vel ludo transferre in alios viſi ſunt. Auctum etiam fuiſſe publicum odium, cum Leo ex innata naturæ facilitate, ob quam pontificii muneris majeſtatem parum tuebatur, contuliſſet Magdalenæ ſuæ ſorori aurum ſacrum, quod in pluribus Germaniæ partibus ex indulgentiarum quæſtu colligendum erat; creatumque fuiſſe quæſtorem Arcimboldum epiſcopum hominem ea indignum provincia, qui munus illud quæſtorium maxima cum avaritia & acerbitate exercebat: cumque per univerſam Germaniam percrebuiſſet coactas ex indulgentiis pecunias non ad Pontificem vel ærarium apoſtolicum deferri, a quo pars aliqua in piis uſibus collocanda eſſet: ſed eas interverſas, creatum ſummum odium fuiſſe non modo quæſtoribus aliiſque indulgentiarum adminiſtris; verum etiam nomini atque authoritati Pontificis, qui inconſulte eam largitionem profuderat. Quibus conſentanea mandavit hiſtoriæ Belcairus (*d*) epiſcopus Metenſis: *Leo*, inquit, *delictorum expiationem, ac ſuppliciorum, quæ poſt hanc vitam in purgatorio igne ſubeuntur, liberationem promittens, indulgentias paſſim edi juſſerat. Tanta autem pontificiorum miniſtrorum impudentia erat, ut harum obeundarum munus palam nundinarentur inter ſe, & nonnumquam parum ſobrii præſertim in Germania in diverſoriis, aut alea, aut alio ludi genere ad alios transferrent: acceſſit quod pecuniam, quæ inde in aliquot Germaniæ regionibus corradebatur, Leo Magdalenæ ſorori condonare diceretur.*

(*b*) *Florim. Raym. l. 1. c. 8.*

(*c*) *Guicc. l. 13.*

Corruptelæ plurimæ circa indulgentias patratæ.

(*d*) *Belcarr. l. 16. n. 15.*

Nundinæ prophanæ de rebus ſacris turpiter factæ.

CII. Recenſitis in quæſtura, ut ita dicam, indulgentiaria corruptelis, ſubdit Cochlæus (*e*): *Interea Romæ ab adverſariis procurabatur citatio, qua per fiſcalem Papæ vocabatur in jus Lutherus, deſignatis ad eam cauſam judicibus Hieronymo de Genutiis epiſcopo Aſculano auditore cameræ & Silveſtro Prierate theologo magiſtro ſacri palatii: Lutherus vero conqueſtus de inſidiis, quod nuſquam tuto conſiſteret, & de judicibus ſibi ſuſpectis, ſu-*

(*e*) *Cocl. ubi ſup. Ulemberg. c. 3.*

Judicium Lutherus ſubterfugit apud ſedem Apoſt.

am-

amque præterea obtendens paupertatem corporiſque imbecillitatem, per ducem Saxoniæ Fridericum principem electorem ſollicitavit, ut cauſa ad partes committeretur. Commiſſa igitur fuit Thomæ de Vio Caietano Cardinali S. Sixti, qui eo tempore erat in Germania ſedis Apoſtolicæ de latere legatus. Quamvis vero & hic iudex Luthero vehementer diſpliceret, quod Thomiſta eſſet & ordinis Prædicatorum, ne tamen omnino contumax & rebellis videretur, comparuit coram illo Auguſtæ. Venit igitur Auguſtam menſe octobris.

CIII. *(a) Ulember. c.3.*

Obſervat Ulembergius (*a*) Lutherum in conſpectum legati venire detrectaſſe, niſi Imperator cæſarea fide illius ſecuritati caviſſet. Qua in re obſervandum, nunquam hæreſiarchis ita chirographum impunitatis tradendum, ut in publica actione errores ſuos pertinaciter tueantur, atque auditores inficiant, ſed ut illos revocent; hac enim fretus authoritate Lutherus hæreſim damnare abnuit: *Cum literas*, inquit author, *de ſecuritate per conſiliarios Cæſaris obtinuiſſet, adiit Cardinalem, qui perbenigne venientem excepit, & tria quædam illi propoſuit nomine Pontificis: primum erat ut ab erroribus rediret in viam, eaque revocaret, quæ contra receptam Eccleſiæ doctrinam in theſibus & in ſermone de indulgentiis aſſeruiſſet: alterum, ut & deinceps ab iis docendis abſtineret, eamque rem data fide promitteret: tertium ut nec in poſterum alia divulgaret a probatis in Eccleſia dogmatibus aliena, quibus publica tranquillitas perturbari poſſet.*

Fidem Lutherus in vana perſuaſione collocat.

Reſpondet Lutherus, ſe nullos in ſcriptis ſuis errores agnoſcere; ſi qui ſint tamen, rogare ſe ut ii demonſtrentur. Cardinalis illi duos obiicit errores e theſibus exceptos, nimirum quod virtutem indulgentiarum e theſauro meritorum Chriſti dimanare neget: deinde quod in uſu ſacramentorum novam quandam fidem exigat, qua ſcilicet homo certo ſtatuat peccata ſibi remiſſa eſſe, non habita ratione diſpoſitionis ſuæ, quodque perſuaſionem illam fidem appelles, eaque ſola dicas hominem juſtificari. Prius illud Clementis VI. decreto, quod extravagantem vocant, de indulgentiis: alterum multis ſacrarum literarum teſtimoniis adverſari, quemadmodum Cardinalis breviter demonſtravit. Lutherus utramque hanc aſſertionem tueri volens, principio Clementis decretum conciliare cum opinione ſua nitebatur: quod fruſtra fieri Cardinalis aſſerebat; unde diſceptatio quædam inter illos exorta eſt verbis ultro citroque commutatis, ut inter diſceptantes fieri ſolet; Lutherus deliberandi ſpatium petit in diem ſequentem. Reverſus poſtridie Staupitium ſecum adduxit, alioſque nonnullos, tum notarium & teſtes; & magnis quibuſdam viris præſentibus, inter quos & conſiliarii Imperatoris quatuor erant, ſolemniter proteſtatus eſt, colere ſe reverenter & ſequi eccleſiam Romanam in omnibus dictis ſuis & factis præſentibus, præteritis, & futuris.

Lutherus mentitur ſe catholicam fidem profiteri.

CIV. *(b) Cocl. ubi ſup. (c) Idem ex Lutheri ſcriptis.*

His conſentanea narrat Coclæus (*b*), atque ipſum Lutherum hiſce conteſtatum conceptis verbis refert (*c*): *Cum adeſſent*, inquit, *quatuor viri ex ordine procerum & conſiliariorum Cæſaris, ut omnem hæreſeos ſuſpicionem e mentibus illorum tolleret, coram legato perſonaliter proteſtationem ſuam in hæc verba ſcriptam ex ſcheda quam in manibus tenebat legit ac recitavit. Ego frater Martinus Luther Auguſtinianus proteſtor me colere & ſequi ſanctam Romanam eccleſiam in omnibus meis dictis & factis præſentibus, præteritis, & futuris; quod ſi quid contra vel aliter dictum fuit, vel fuerit, pro non dicto haberi & habere volo. Legatus vero vir doctiſſimus probe ſciens, illum non ſolum in ſuis reſolutionibus, verum etiam in proximo colloquio multa protuliſſe de indulgentiis & de poteſtate Papæ aliter, quam ſentit Romana eccleſia, inſtitit rurſus, ut illa tria præſtaret, quæ ex mandato Papæ pridie audiverat: ille vero ulterius proteſtabatur ſe non eſſe ſibi conſcium aliquid dixiſſe, quod ſit contra ſacram ſcripturam, contra eccleſiaſticos patres, contra decretales Pontificum, aut contra rectam rationem; attamen quia homo ſit, qui errare poſſit, velit ſe ſubmittere iudicio & determinationi legitimæ ſanctæ Eccleſiæ, & omnibus melius ſentientibus, nominatim vero doctoribus inſignium univerſitatum imperialium.*

Lutheri conteſtatio pro deſugienda hæreſeos infamia.

Provocat ad alias inſignes academias.

CV. *(d) Ulemb. c.3.*

Perſtante in priori ſententia legato, Lutherus flagitavit, ut ſcripto ſibi reſpondere liceret, obtinuitque rogante id ſummis precibus Staupitio ut refert Ulembergius (*d*); & quanto ſtudio Thomas de Vio Lutherum ab hæreſi ſequenti die revocare annisus ſit in hoc tertio congreſſu, recenſet ſic inquiens: *Cum ſcriptum legiſſet, commotus nonnihil Cardinalis, verborum congeriem eſſe reſpondit, Lutherum extravagantem non minus quam ſcripturæ dicta in alienum ſenſum detorſiſſe, nec veram Clementis ne Spiritus Sancti mentem aſſecutum. Poſt hæc graviter eum & paterne monuit, unaque rogavit, ne ſui fiducia nimium elatus plus ſaperet, quam par ſit, nec novis ſpargendis dogmatibus perturbaret Eccleſiam, ſeque ipſum & alios in ſempiternum exitium coniiceret: flecteret potius rigidam cervicem, & caput in*

Monitus ut abſiſtat a novandis dogmatibus.

in Eccleſiæ ſinum reclinaret : Concluſit tandem uiſi aliam meutem indueret, & miſſis hujuſmodi circuitionibus rectam ingrederetur viam, proviſum iri.

De ſopienda diſcordia ſine Lutheri infamia quæſiti modi. Lutheri & ſociorum fuga.

CVI. Addit Ulembergius conſecutis diebus a Cardinale legato facta nova concordiæ colloquia : *Deliberatum*, inquit, *ad horas aliquot de mediis, quibus hæc controverſia ſine religionis & Eccleſiæ detrimento ad eum modum ſopiri poſſet, ut & ſalva eſſet Pontificis authoritas, nec Lutherus infamiæ notam ſubiret. Paulo poſtquam ſolutum fuit hoc colloquium, Wenceslaus, qui Luthero impenſe favebat, ſolus ad Cardinalem rediit, eique non exiguam hujus rei feliciter conficiendæ ſpem injecit ; cumque jam novæ actionis fundamenta quædam jacta viderentur, Staupitius una cum Wenceslao inſcio Cardinale nec hoſpite ſalutato Auguſta diſceſſit.*

(a) Coclæus in actis & ſcriptis Luth. hoc ann.

(b) Id. ib.

CVII. Pervaſiſſe rumorem ad Lutherum, data mandata legato apoſtolico, ut ipſum ac Staupitium in carcerem coniiceret, refert Coclæus (a) : ut ut res fuerit, Staupitium mox ſecutus eſt Lutherus, cui cenſuræ eccleſiaſticæ a legato, ni errores revocaret, intentatæ fuerant, noctuque Auguſta, Wittembergam ultima octobris die ſe proripuit (b), cum appellationem a legato ad Pontificem in publicis locis defigendam curaſſet. Quid vero tum Thomas de Vio Cardinalis geſſerit refert Ulembergius (c) : *Tulit*, inquit, *hoc dolenter & indigne Cardinalis, quod ad eum modum deluſus eſſet ; eaque de re Fridericum electorem Saxoniæ* XXV. *octobris per literas certiorem fecit ; in quibus breviter commemorat quid Auguſtæ per dies aliquot egerit cum Luthero, quam humaniter eum exceperit, quamque curam habuerit, ut exorbitantem reduceret in viam, & ſummo Pontifici, Eccleſiæque reconciliaret : verum quia fruſtra ſumpſerit laborem hunc, & Lutherus, antequam actio finita eſſet, proterve diſceſſerit, hortatur principem, ut eum vel Romam ire compellat, quo nuper admodum citatus ſit ad cauſam dicendam, vel parere recuſantem e ditionibus ſuis eiiciat, nec labem hanc ſuo majorumque ſuorum honeſtiſſimo nomini aſpergat, ut Eccleſiæ perduellem foviſſe videatur.*

(c) Ulemb. ſup. c. 3.

A Legato ad Pont. provocat.

Saxo admonitus a Legato ut Lutherum ad Pontificis obſequium redigat.

CVIII. Cum hæ literæ die XIX. novembris Saxoniæ duci fuiſſent redditæ, mox ille eas Witembergam tranſmiſit ad Lutherum, qui cognito principis ſtudio veteratoris more geſta Auguſtæ in ſui commendationem detorſit ; ac, ne princeps ſui. cauſa in diſcrimen aliquod incideret, ſolum vertere ſe paratum ſignificavit : cumque urgendum Romæ judiciarium in ipſum ordinem nollet, vigeſima octava novembris die a Pontifice, ut aliorum mortalium inſtar erroribus obnoxio, ad concilium provocavit ; ſuadentibuſque nonnullis, ut in Gallias ſe reciperet, a Friderico, Georgii Spalatini ducalis ſacelli præfecti, qui hæreſi propagandæ plurimum ſervivit, opera, Wittembergæ præſenti animo commorari juſſus eſt, donec quid aliud conſtitueretur, in quo loco dum agebat, legatum blandis ac fallacibus literis illuſit, ut narrat Coclæus hiſce verbis : *Culpam agnoſcebat nimiæ tum vehementiæ tum irreverentiæ ſuæ in Papam, proinde petebat veniam tamquam pure & ex animo dolens ac pœnitens, quod & per omnes conciones ſe populo annuutiaturum promittebat, operamque daturum, ut poſthac alius ſit, aliterque loquatur quam antea : unum enixe petebat, ut poſſit audire vocem ſponſæ, quam certum eſt audire vocem ſponſi.*

Indigne favet Luthero.

A Pontifice ad concilium provocat Lutherus.

Additur illi animus ut Vittembergæ hæreat.

Blandis ſcriptis Legatus a Luthero illuſus.

CIX. *Hæc & id genus multa honorifice ſcribebat ad ipſum legatum. Ad alios vero longe aliter ſcripſit, non ſolum privatim, ſed & publice, virum illum graviſſime accuſans tyrannidis, ſuperbiæ, infidelitatis, ignorantiæ, &c. Sic enim ſcripſit in actis: Video, inquit, libellos edi, & rumores varios ſpargi de actis meis Auguſtenſibus ; quamquam vere nihil ibi egerim, quam quod & tempus & ſumptus perdidi, niſi id ſatis abunde fuerit operis, quod novam audivi linguam latinam, ſcilicet, quod veritatem docere idem ſit quod eccleſiam perturbare, adulari vero & Chriſtum negare, id eſt Eccleſiam pacificare & exaltare. In appellatione ſua ſecunda ait, illum nimium factionis ſuæ fratribus affectum, faciem iniquitatis aſſumpſiſſe, minaſque diras & crudeliſſimas intentaſſe : atque ovem Chriſti petentem humiliter doceri veritatem, & reduci ab errore contempſiſſe.* Et infra.

Alis ſcriptis laceſſitus.

Nefandæ hæreſiarchæ in eccleſiam calumniæ.

CX. *Ut legati quoque victor videretur, & majorem inde famam fidemque & authoritatem ſibi acquireret, ſcripſit in actis ſuis, quod ille nullam ſyllabam en ſacris literis contra ipſum produxerit unquam, nec poſſit etiam ſi quam maxime vellet : contra vero ubi ſcripturas attuliſſet Lutherus, legatus de cardo ſua effinxerit gloſſas juxta longam Romanæ curiæ conſuetudinem, qua relictis ſacris literis, & acceptis traditionibus, verbiſque hominum unde factum ſit, ut Eccleſia Chriſti non menſura tritici paſcatur, nec verbo Chriſti, ſed non raro temeritate & voluntate alicujus indoctiſſimi adulatoris regatur ; & eo profecerit noſtræ infelicitatis magnitudo, ut ad revocationem & abnegationem fidei Chriſtianæ, & ſacratiſſimæ ſcripturæ incipiant compellere. Ejuſmodi querelis*

lis auxit Lutherus apud quamplurimos ſibi quidem favorem & exiſtimationem, adverſariis vero odium & contemptum.

CXI. Imprudenter cenſores fidei provocat ad diſceptationem.

Eo etiam prorupit impudentiæ, ut inquiſitores ad publicas de fide concertationes provocaret, & omnes, qui aliter quam ipſe ſacras ſcripturas interpretarentur, centuplo pejores Turcis exclamaret, quod verbum Dei omnia ſanctificans in nihilum redigerent: cum tamen ſancti patres aliter quam Lutherus ſacra oracula interpretentur: cumque pervicaciſſimus eſſet, demiſſionem tamen Chriſtianam alias fingebat, ut rem geſtam deſcribit Coclæus fidiſſimus hiſtoricus, ut qui ex ipſius Lutheri actis & ſcriptis hiſtoriam texuerit. Ex quibus conſtat Lutherum fuiſſe nequiſſimum impoſtorem, mendaciorum & calumniarum mirum artificem, diabolico incenſum adverſus Eccleſiam furore: quomodo enim ſectarii eum divino Spiritu actum volunt, ſi fraudium inſignem artificem ſuis ipſemet ſcriptis ſe prodat? qui aliis literis legati apoſtolici clementiam efferebat, aliis illum crudelitatis crimine perſtringebat: Eccleſiæ ſacroſanctæ decretis ſubiicere dicta ac pro ſacro Pontificis imperio ea ſe revocaturum profitebatur, ac parte alia ſcriptis aliis a ſuſcepta ſententia non diſceſſurum promulgabat: ſi apud plebem modo patres, canones, ac decretales ſuæ patrocinari cauſæ jactabat, modo eorum authoritatem traducebat: ſi ſcripturæ divinæ pervertebat oracula, atque ea ab eccleſia catholica perverti calumniabatur, tamque inauditæ controverſiæ judicem ſe conſtituebat: provocabat ad ſcripturam ſacram ſeque legitimum illius interpretem eſſe contendebat. Quis non videat ea ratione illum aperuiſſe omnibus impoſtoribus & hæreſiarchis viam, ut populum Chriſtianum diabolicis præſtigiis erroribusque faſcinarent?

Se Scripturæ & Eccleſiæ judicem conſtituit.

CXII.

Dum Auguſtæ Vindelicorum verſabatur Thomas Cardinalis legatus ad diſcutiendos errores, quos Lutherus hæreſiarcha circa indulgentias & purgatorium, ſacramentum pœnitentiæ & anathematis vim incautis offundebat, varios eruditos commentarios edidit: & quidem extremo ſeptembri theologico more docuit, ut indulgentiarum beneficio peccator abſolvatur a (*a*) pœna debita peccato actuali; quod negabat Lutherus (*b*): nefariamque opinionem ſentientium, *per indulgentiam non remitti pœnam ſatisfactoriam ſimpliciter & abſolute, ſed ſolum, ut eſt debita ex vinculo eccleſiæ, & propterea remanere, ut eſt debita ex vinculo divinæ juſtitiæ*, confutavit (*c*) eo quod divina juſtitia ſolvendi illius vinculi poteſtatem vicario Chriſti contulerit, ex illo oraculo: *Quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis*; tum addidit.

(*a*) *Damnati, ſunt a Leone X. in pontific. ſentent.*
(*b*) *Damnatur ib. prop. 19.*
(*c*) *Ext. inter opuſc. Thomæ e Vio tract. 16. de indulg. quæſt. 4.*

CXIII. Legati Apoſt. circa indulgentias ſcripta.

Amplius abſolutio per modum licentiæ extendit ſe indifferenter ad ſingula poſitivi juris; poteſt enim ita relaxare obſervationem unius præcepti juris ſicut alterius, ut patet: abſolutio autem Petro conceſſa ex privilegio Chriſti habet pro materia ea, quæ regni cælorum ſunt, dicente Chriſto: Tibi dabo claves regni cælorum: *& ſpecialiter culpæ, ut patet ex verbo Chriſti.* Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; *& pœnas pro culpa, ut patet ex verbo Chriſti Matth.* XVIII. *ubi cum dixiſſet:* ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi velut ethnicus & publicanus; *ſubdit:* Amen dico vobis, quæcumque alligaveritis ſuper terram, &c. *Confirmatur ſententia hæc; quoniam ſic vere relucet operatio privilegii Petro conceſſi:* quodcumque ſolveris ſuper terram: *abſolvere enim a pœnis peccato debitis in foro divinæ juſtitiæ non principis, non juris humani, ſed divinæ eſt poteſtatis Petro communicatæ a Chriſto. Amplius Clem. VI. tradidit expreſſe quod indulgentia remittit pœnam temporalem pro peccato debitam.*

Summa abſolvendi poteſtas conceſſa Petro.

Pœnam temporariam remittit indulgentia.

CXIV.

Solvit deinde argutias Lutheri contendentis (*d*), licet eccleſia abſolvat a culpa, non tamen poſſe abſolvere a pœna debita: *Eccleſia*, inquit Thomas legatus, *poteſt abſolvere per indulgentias a pœnis debitis ex præcepto & vinculo divino, nec hoc facit Eccleſia humana ſed divina authoritate ſibi conceſſa ex privilegio:* Quodcumque ſolveris; *Petrus enim, ut vicarius & miniſter Chriſti, agit authoritate Chriſti: nec mirum ſi poteſt abſolvere a pœna debita ex præcepto Chriſti, & ad quam obligat interior pœnitentia, & quæ eſt de neceſſitate ſalutis, quia poteſt abſolvere a culpa, quæ tantum excedit pœnam, ut Judæi dixerint:* Quis poteſt peccata dimittere niſi ſolus Deus? *ſacerdos enim miniſter aliter abſolvit a culpa & remittit peccata confitentiam ſibi, dicente Chriſto:* Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: *& multo magis poteſt Chriſti miniſter abſolvere a pœnis; cum enim culpa & pœna impedimenta ſint regni cælorum, quia & nihil coinquinatum intrabit illud, & abſterget Deus omnem lacrymam, nec dolor erit ultra, &c. ad claves regni cælorum ſpectare neceſſe eſt utrumque impedimentum tollere.* Cum vero Lutherus ad ſpernendas indulgentias carnem macerare, crucis Chriſti amplexus, & cupiditatum victoriam ſuſcepta pietatis larva, indulgentiis anteferret, eſſutiretque indulgentias non eſſe neceſ-

(*d*) *Damnatur a Leone X. ſuper propoſ. 19.*

ſarias iis, qui meliora operentur, ſubdidit legatus ex veterum doctorum ſententia: *Pœnæ, in quantum ſunt medicinæ paſſionum, non ſupplentur per indulgentias, & propterea debemus etiam indulgentiis acquiſitis pœnitentiam agere, ut medicinam paſſionum noſtrarum: in quantum vero ſunt ſatisfactivæ pro peccatis commiſſis, ſic ſupplentur per indulgentias: & ſimiliter eſt diſtinguendum de cruce poſt Chriſtum portanda & ſimilibus.* Num vero Lutherus oppugnatis indulgentiis Chriſti crucem geſtare, atque ad eam geſtandam Chriſtifideles excitare intenderet, permiſſa ab eo omnium ſcelerum licentia oſtendet inferius.

CXV. Lutheri obiectio de potentia ligandi.

Obiicientibus novatoribus, parem eſſe ligandi ſolvendique poteſtatem, nec Pontificem ligare poſſe fideles, niſi ad pœnam canonicam, nec etiam ſolvere niſi ad pœnam canonicam, id ſophiſma ita diſſolvit Thomas Cardinalis legatus: *Poteſtas ligandi atque ſolvendi etſi eſt par quantum ad materiam, quia utrobique Dominus dixit:* Quodcumque; *ſicut enim dixit:* Quodcumque ſolveris, *ita dixit:* Quodcumque ligaveris; *non tamen eſt par quoad modum; nam & peccata ſacerdos miniſterio authoritativo tollit, ita quod abſolvendo facit de peccatore iuſtum; non poteſt tamen miniſterialiter ligando facere de iuſto peccatorem: ex hoc enim patet quod alio modo ſolvit, quam liget Petrus, quantum ad culpas. Et ſimiliter fas eſt ut alio modo Pontifex liget, quam ſolvat pœnas; abſolvit enim miniſterialiter & per ſacramentalem abſolutionem & per indulgentias a pœnis ſecundum divinam iuſtitiam debitis; ligat autem ad pœnam ſicut ad culpam: nam ſicut ad culpam ligat vel non remittendo, vel præcipiendo aliquid, cuius tranſgreſſio conſtituit peccatorem; ita ligat ad pœnam vel non remittendo vel agendo, unde per ſeipſum quis incurrat debitum pœnæ apud divinam iuſtitiam.*

Diſſoluta a Card. legato.

Nonnullis interjectis oſtendit, ut ex eo, quod Eccleſia pœnarum reo infligendarum authoritate ad delenda omnino crimina polleat, etiam indulgentias conferre poſſit, &c: *Auguſtæ die* XXIX. *ſeptembris* MDXVIII.

CXVI. (a) Ext. eod. tract. 16. quæſt. 2. Objectum ab Hypocritis imperfectionis eſſe lucrari indulgentias.

Ad confutandas alias hæreticorum cavillationes idem legatus Cardinalis alium ineunte octobri ſcriptum (*a*) edidit: nam illi hypocritæ obganniebant imperfectæ eſſe virtutis ſibi indulgentias comparare, nec de Deo illum egregie mereri, qui imperfectum virtutis actum ſectaretur: imperfectorum porro hominum eſſe indulgentiam, quæ pœnæ relaxatio ſit, exambire, cum viri perfecti pœnas amplectantur, anhelentque ad Chriſti crucem, cuius conſtantiæ exempla olim divi Andreas, Laurentius, & Vincentinus præbuerunt: melius eſſe doctores conſentire irrogatam pœnam libenter ſubire, quam indulgentiarum beneficio eam defugere, cum perfectorum ſit charismata meliora æmulari; imperfectorum autem eſſe lucrandis indulgentiis opem dare, adeo, ut exclamaret impie Lutherus *indulgentias eſſe pias fraudes* (*b*) *fidelium, & remiſſiones bonorum operum, & eſſe de numero, quæ licent, & non de numero eorum, quæ expediunt: ſeduci* (*c*) *credentes indulgentias eſſe ſalutares & ad fructum ſpiritus utiles*, adderet (*d*) denique indulgentias tantummodo prodeſſe publicis ſontibus, qui impoſitas a canonibus pœnas ſuſtinere cogantur; Contra quæ venena apoſtolicæ doctrinæ antidotum Thomas Cardinalis Cajetanus paravit (*e*), oſtenditque non eſſe imperfectionis indulgentiam conſequi: *Eſt*, inquit, *actus de genere bonorum moralium; eſt enim appetitu recto appetibilis, utpote ablativus impedimentorum ad cæleſtem patriam: pœnæ peccatis enim debitæ impediunt ingreſſum ad æternam beatitudinem; unde tantum oportet animas in purgatorio morari, donec exolutis pœnis omnibus debitis pro ſuis peccatis liberæ ab omni malo pœnæ omnium bonorum aggregatione perfectum ſtatum aſſequantur: nec ſolum eſt moraliter bonus, ſed etiam meritorius, ſi fructuoſus eſt, quoniam nonniſi exiſtentibus in charitate indulgentiæ proſunt, ut ipſa conceſſionis forma monſtrat* [*dicendo vere pœnitentibus*] *omnes autem actus humanos ex charitate procedentes meritorios eſſe conſtat: nec ſolum eſt meritorius æternæ vitæ, ſed conſonus etiam perfectis viris; quoniam continue ſuſpirantibus ad cæleſtem patriam & cupientibus diſſolvi & eſſe cum Chriſto conſonant omnia recta accelerativa cæleſtis ingreſſus.*

(b) Damnat. a Leo. X. propoſ. 19. (c) Ib. prop. 20. (d) Damnatur propoſ. 21.

(e) Thom. e Vio tract. 16. de indul. quæſt. 2. Reſponſum a legato Apoſt.

CXVII. Cavilli Lutheranorum confutati.

Tum ſingula Lutheranorum aliorum argumenta diluens legatus reſpondit, ad primum: *Cum hoc, quod indulgentia quoad fructum ſatisfactionum per alium, hoc eſt Chriſtum & ſanctos ſonat, non eſt meritoria, ſtat quod aliquid facere pro indulgentia ſatisfactoria, ſit meritorium non ſolum ex genere operis, puta ſubvenire eccleſiæ aut orare, ſed ex intentione facientis, qui movetur ex charitate ad hoc, ut impedimenta ſui ingreſſus ad æternam vitam tollantur; & hoc conſonare perfectis manifeſtum eſt. Ad ſecundum dicitur quod perfectorum eſt pœnas promotivas ſui vel aliorum ad vitam æternam amplecti: pœnas autem ex propria culpa impeditivas æternæ vitæ non eſt perfectorum iterare, ſed quam citius fieri poteſt liberare ſe ab*

illis. Et infra : *Ad tertium dicitur quod nihil ob has dictis conſilium de meliori bono : cum hic enim ſtat quod perfecti æmulando chariſmata meliora ſectantur etiam indulgentias, ut expediti ſint ad vitam æternam*.

CXVIII. Pœnæ canonum non tantum pro publicis, ſed etiam occultis peccatis propoſitæ.

Ad quartum dicitur, quod falſum eſt, quod pœnæ canonum pro ſolis criminibus publicis imponi poſſunt ; cum conſtet in foro pœnitentiali poſſe imponi, ut pro ſecretis ſecrete pœnitentiam agant. Aliud falſum ſubintelligitur reprobatum in alia quæſtione, ſcilicet quod ſub canonica non includatur etiam pœna ſimpl ci er debita peccato, quod ex eo patet etiam eſſe falſum, quod non judicat Deus bis in idipſum ; judicaret autem bis, ſi ſemel per ſeipſum, & ſemel per ſuum vicarium temporalem pœnam ſatisfactoriam pro peccato exigeret. Auguſtæ die 11. *octobris MDXVIII.*

CXIX. Porro ſatisfieri pœnitentiæ debitæ pro peccatis per merita Chriſti & ſanctorum oſtendit edito paucis poſt diebus alio tractatu, ex quo hæc delibanda viſa ſunt, quibus hæreſiarchæ theſaurum indulgentiarum, ut fictitium deridentis (*a*) calumniæ refelluntur ; *Meritum*, inquit (*b*), *non excedit perſonam, quæ meretur ſolo Chriſto excepto ; nullus enim poteſt mereri felicitatem æternam alteri, ſed ſibi ſoli, excepto Chriſto, qui meruit ſuis electis : & ratio aſſignatur, quia gratia Chriſto data eſt gratia capitalis : merita enim Chriſti, & non aliorum, per ſacramenta communicantur nobis, & nos ſalvant ; propterea Paulus dicebat :* Nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? *ſatisfacere autem poteſt unus pro altero, ut patet cum unus implet ſacramentalem pœnitentiam pro altero : & ex hac differentia provenit quod ſanctorum opera, quatenus meritoria fuerunt, acceperunt mercedem ſuam in ipſis ſanctis, quoniam ipſis ſolis profuerunt, quatenus vero ſatisfactoria fuerunt, primum quidem ſolverunt debitam pro illorum peccatis pœnam, & deinde, ſi plus pœnalitatis habuerunt quam pœna ipſorum peccatis debita exigeret, remanſit illud plus tanquam ipſis ſanctis ſuperfluum*. Et infra.

(*a*) *Damnatur a Leo. X. propoſ.* 17.
(*b Eod. tract. in conclus. quæſt.* 1.

CXX. Ut ſanctorum merita ad expiationem attribui aliis poſſint.

Et quoniam conſtat ſanctos multos plus paſſos, quam ex peccatis ſuis debuerint pati conſequens eſt, ut multa ſatisfactoria remanſerint ſuperflua ipſis ſanctis : patet autem ſanctos ſatisfactorie plus exolviſſe quam debuerant pro peccatis ſuis ; tum quia beata Virgo nulla ſatisfactione pro ſuis peccatis eguit (quia nullum peccatum commiſit) & tamen ſatisfactoria multa ſubiit ; ejus enim vita cunctas illuſtravit eccleſias, & de ipſius dolore ſcriptum eſt : Et tuam ipſius animam pertranſivit gladius. *Job quoque teſtatur cap.* VII. Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui ; & calamitas quam patior in ſtatera, quaſi arena maris hæc gravior appareret. *Et quis eſt tam mentis inops, ut dicat Laurentium, Vincentium, reliquoſque ſanctos tanta paſſos martyres omnibus illis pœnis indiguiſſe, ut ſatisfacerent pro pœna peccatis ſuis debita? ſuperfluunt igitur multa ſatisfactoria ſanctis ultra ingens pelagus ſuperfluentis ſatisfactionis Chriſti, qui pro totius mundi peccatis, ut Joannes Evangeliſta teſtatur, ſatisfecit. Paulus Apoſtolus ad Coloſſ.* 1. *hoc de ſuis ſatisfactoriis teſtatur dicens ;* Gaudeo in paſſionibus pro vobis, & impleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore ejus quod eſt Eccleſia ; *ubi clare videre potes intentionem adimplentis in propria carne paſſiones deficientes paſſioni Chriſti ad conficiendam menſuram a Deo definitam pro Eccleſia : idem autem eſt judicium de Paulo & aliis ſanctis, ut ex Auguſtino ſuper pſal. LXVIII. aſſerente dictam Apoſtoli ſententiam patet*.

Secundum autem, ſcilicet quod theſaurus iſte meritorum, ut ſatisfactoria ſunt, diſpenſandus ſit per ſummum Pontificem, facile manifeſtatur ; quoniam commune omni reipublicæ eſt, ut illius princeps diſpenſator ſit communium bonorum illius reipublicæ : nam ſine omni contradictione, cui cura credita eſt ipſius reipublicæ, eidem quoque credita intelligitur diſpenſatio eorum, quæ ad commune bonum illius ſpectant. Hujuſmodi autem ſatisfactoria conſtat eſſe velut bona quædam communia ipſius Eccleſiæ, utpote pro ipſa facta & relicta, ut patet ex dictis : conſequens igitur eſt, ut ad eum, qui totius Eccleſiæ curam habet, ſpectet diſpenſatio dicti theſauri : & quia ſolus Petri ſucceſſor præeſt toti Eccleſiæ, ideo ad ſolum Romanum Pontificem ſpectat diſpenſare, non pro libito donare theſaurum iſtum. CXXI.

Adminiſtratio eorum collata ſummo Pontifici.

At Lutherus, ut theſaurum ſatisfactionum ſanctorum exinaniret, contendit ſanctos fuiſſe ſemper divinæ juſtitiæ debitores, cum orare juſſi ſint : *Dimitte nobis debita noſtra* ; tum in eam blaſphemam prorupit vocem, ut omnia ſanctorum opera peccato non caruiſſe affirmaverit (*c*) : quam hæreſim ipſum late diffudiſſe ad fideles a ſanctorum operum ſtudio avocandos inferius videbimus. Quo vero impiam ſuam ſententiam confirmaret, plura ex ſcripturis divinis & ſanctis patribus, præſertim Hieronymo & Auguſtino, in adulterinum ſenſum diſtorſit, cujus argutias legatus apoſtolicus ita refregit : *Ne ſæpius idem repetatur, diſtin-*

CXXII. Deprimit Lutherus Sanctorum merita.

(*c*) *Damnatur a Leone X. propoſ.* 31.
Ut Sanctorum opera varie perpendenda ſint.

gui-

quito, quod ſancti & ſua opera dupliciter judicari poſſunt, primo ſecundum ſe & ſecundum proprias vires; & ſic ſunt ſemper debitores & damnabiles non implentes mandata Dei, juxta illud Iſaiæ: Univerſæ juſtitiæ noſtræ quaſi pannus menſtruatæ. Alio modo ſecundum gratiam Spiritus Sancti in ipſis & operibus ſuis, tam informantem quam aſſiſtentem; & ſic implent mandata, & non ſunt debitores, ſed creditores, digni vita æterna ex ipſis ſanctis operibus ſuis, nihil damnationis habentes, &c. Juxta illud 1. Joannis III. Omnis, qui natus eſt ex Deo, non facit peccatum, quoniam ſemen ipſius in eo manet; & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt. Et illud Apoſtoli ad Roman. VIII. Nihil damnationis ex his, qui ſunt in Chriſto Jeſu. Et illud ejuſdem ad Timoth. Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi: in reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die juſtus judex. Unde prudentis lectoris erit diſcernere quando ſcriptura vel ſanctorum doctrina loquitur de nobis, aut operibus noſtris, ſecundum quod ſunt noſtra, & ſecundum quod ſunt divinæ gratiæ; omnia enim mala verificantur de nobis, & noſtris ſecundum quod ſumus noſtri vel ſunt noſtra: & rurſus ſimul infinita bona verificantur de eiſdem, ut ſunt divinæ miſericordiæ ac gratiæ; ut patet ex his ſcripturæ locis & multis aliis, quæ afferri poſſunt: & hinc habet ſolutionem hujus, & ſequentium, & ſimilium objectionum. Nam cum hoc quod omnes ſancti ſunt ex ſe debitores, ſtat, quod ex divina gratia operando ſupererogant, & ſimiliter quod ſunt impii ex ſe & orando ex divina gratia merentur non imputari ſibi impietatem: ſimiliter Deo ignoſcente, hoc eſt gratiam dante, implent mandata non homine ex ſeipſo implente.

CXXIII. Cavillabatur etiam novator imprudenter, quærebatque cur merita ſanctorum in theſaurum indulgentiarum conferrentur, cum Chriſti merita ſufficiant; quamvis etiam & petulanter exquireret, qua authoritate conſtaret & theſaurum indulgentiarum ex meritis Chriſti conflatum (a). Cui legatus apoſtolicus ita reſpondit: *Cum authoritate non ſolius Romanæ eccleſiæ, ſed ſacræ Scripturæ, ſanctorum & doctorum hoc dicitur: & ſi ſolius Romanæ eccleſiæ authoritate definitiva diceretur, ſufficeret ad rationem reddendam de ea, quæ in nobis eſt fide, non minus, quam ſi authoritate generalis concilii diffinitum eſſet. Hæretici autem ſicut refutare poſſunt Romanam eccleſiam, ita & concilium. Nec hoc ego ſomnio, ſed Hieronymus ad Damaſum Papam dicit: ſi apoſtolatus tui judicio fuerit approbatum, hæreticum ſe experietur qui contradixerit Et in concilio Florentino ſub Eugenio IV. acceptata profeſſio Armenorum dicentium: Approbamus quod approbat Romana eccleſia, & reprobamus quidquid reprobat Romana eccleſia.*

(a) *Damnatur a Leo. X. propoſ. 17.*

Ut Romanæ eccleſiæ auctoritas rejicitur ita & concilii.

CXXIV. Alia Lutheri argutiæ a Legato convulſæ.

Obiiciebant plura alia profligatiſſimi hæretici, veluti cur indulgentiæ ſi pœnas peccatorum tollunt, etiam immortalitatem non conferrent, cum mors ſit pœna peccati: quo quidem argumento non minus ſacramentorum quam indulgentiarum vis deludebatur. Quos ita edocebat legatus, unde cauſa rei petenda eſſet: *Non ex inſufficientia*, inquit, *meritorum Chriſti, ſed propter divinæ ſapientiæ diſpoſitionem ex parte Dei, qui non ordinavit theſaurum Eccleſiæ ad remittendum pœnam mortis; & propter diſparitatem pœnarum ex parte noſtra: pœnarum ſiquidem noſtrarum quædam ſunt pœnæ naturales & quædam ſunt perſonales, hoc eſt quædam conſequuntur nos propter peccatum naturæ, quod eſt peccatum originale, & quædam ſunt nobis debita propter actualia peccata noſtra. Illæ pœnæ, quas incurrimus propter infectam naturam reſervantur uſque ad renovationem naturæ, quæ in reſurrectione fiet ex merito etiam paſſionis Chriſti, quoniam ipſe mortem noſtram, utramque ſcilicet animæ & corporis, moriendo deſtruxit; & ideo non remittuntur per indulgentias, quoniam ſpectant ad tempus naturæ infectæ; illæ vero ad quas tenemur ex propriis peccatis actualibus in hac vita remittuntur per indulgentias; præſens enim vita tempus eſt purgandi, non naturalia, ſed perſonalia: unde etiam in baptiſmo perſona, non natura ſanatur, &c. Auguſtæ die VII. octobris MDXVIII.*

CXXV. Oppugnante etiam Luthero (b) non modo indulgentias vivis conceſſas, ſed etiam quæ defunctorum animabus, quæ expiatoriis flammis cruciantur, idem legatus apoſtolicus alio tractatu (c) doctrinam catholicam, explicuit ſanxitque hiſce verbis: *Unde patet quod indulgentia conceſſa vivis & defunctis hoc habet commune, quod utraque ex poteſtate clavium diſpenſante theſaurum meritorum pœnalium Chriſti & ſanctorum in remiſſionem pœnæ temporalis pro actualibus peccatis debitæ conceditur: ſed modus, quo pervenit indulgentia ad utroſque diverſus eſt, quia ad vivos, qui illam conſequuntur veraciter per modum abſolutionis pervenit; defunctos autem, qui etiam illam veraciter conſequuntur per modum ſuffragii liberat, &c. Auguſtæ die XV. octobris MDXVII.*

(b) *Damnatur a Leon. X. propoſ. 22.*

De indulgentia defunctis conceſſa.

(c) *Thom. e Vio ſuper tract. quæſt. 6.*

Hanc

Hanc controverſiam cum plures perfidiæ fumos illi oſtendere niterentur novatores, proximo anuo uberius enucleavit.

CXXVI. Progreſſa ulterius Lutheri impietas, circa ſtatum animarum fidelium defunctorum in purgatorio plura delirabat effutiebatque quaſi non modo vivos, ſed etiam mortuos vexare moliretur. Obganniebat in primis, *quod animæ in purgatorio non ſunt ſecuræ (a) de earum ſalute ſaltem omnes.* Quem errorem Cardinalis Gaetanus ita depulit (b): *Sciendum eſt quod cum qualibet anima a corpore ſeparata videat ſeipſam, & omnes ſpecies ſeu habitus in ſeipſa exiſtentes, quoniam directe intuitus ejus fertur in ſeipſam non impeditam a corpore, ut in hac vita contingit, conſequens eſt, ut anima exiſtens in purgatorio videat charitatem ſeu gratiæ habitum in ſeipſa exiſtentem, ac per hoc ſciat quod eſt in ſtatu gratiæ, & conſequenter eſt certa de ſua ſalute æterna. Et confirmatur, quia in omni anima ſeparata, quæ purgatur remanet fides & certa cognitio, quam hic habuit, quod omnes in purgatorio ſunt de numero electorum, & ſcit ſe eſſe in purgatorio. Ergo eſt certa de ſua ſalute.*

(a) Damnatur a Leo. X. Pontif. ſentent. propoſ. 38.
(b) Thom. e Vio tr. 3. de pro pag. quaſt. 2.
De actibus animæ ſeparatæ.

CXXVII Opponenti pœnas inferni & purgatorii eſſe eaſdem, tantoque pavore & horrore tortos illos perfundi, ut ignorent in quo ſtatu ſint, reſpondit legatus: *Licet aliquæ pœnæ ſint communes inferno & purgatorio, non tamen eodem modo ex parte patientium; quia patientes in inferno diverſiſſimo modo ſunt diſpoſiti a patientibus purgatorii, ut patet; quia qui purgantur habent voluntatem rectam & conformem Dei voluntati amantes juſtitiam Dei, & ſperantes in Deo ac Jeſu Chriſti ſalute: damnati vero oppoſito modo ſe habent; & propterea ignis communis inferis & purgandis non eodem modo ſuſcipitur a damnandis, & purgandis, &c.*

Lutheri de animabus in purgatorio exiſtentibus figmenta.

CXXVIII. Addiderat blaſphemus novator animas in purgatorio tandiu peccare (c), quandiu pœnas horrerent requiemve expeterent. Ad quem confutandum Cardinalis, juſtum timendo pœnam poſſe non peccare hac ratione oſtendit: *Timor futuri mali pœnæ quantuſcumque ſit, ſi non avertit hominem a divinis præceptis, rectus eſt; & hoc etiam eſt videre in domino Jeſu, qui cœpit pavere, & tædere Marc.* XIV. *Tunc autem tantum tam dolor quam timor malus eſt, quando hominem abducit a Dei mandatis, ut patet in his, qui dolore & timore fidem negant, vel quidquid aliud mandatorum omittunt. Ex quibus clare patet quod nec dolor de præſenti malo pœnæ, nec timor de futuro eſt ſecundum ſe malus: alioquin nunquam eſſet rectus, nec diſſolvatur ab homine mortali quantumcumque perfectiſſimo, alioquin inventus non fuiſſet in Chriſto omnium perfectionum fonte*, ſcilicet is timor naturæ teſtis eſt bonæ.

Aliæ ejuſdem blaſphemæ voces.
(c) Damnatur a Leo X. pont. ſentent. propoſ. 39.

CXXIX. Inſtante adverſario, illum, qui odio pœnam habeat, plus amare ſuam quietem, quam Dei juſtitiam & voluntatem, hoc autem conſtare eſſe iniquum; reſpondit Thomas antecedens univerſim eſſe falſum, ſicque probavit: *Chriſtus enim teſtatur & ſe nolle mortis pœnam, & ſe tamen plus velle Dei voluntatem, quam ſuam, cum dixit: Verumtamen non ſicut ego volo: quoad primum, ſed ſicut tu vis quoad ſecundum. Et ſimiliter accidit in omnibus recte triſtibus & timentibus, habent enim ſimul nolle ſeu odium reſpectu malorum ex amore naturali quietis a malis: & quoad hoc Auguſtinus dixit quod hæc ſunt de his, quæ nobis nolentibus accidunt: & velle reſpectu divinæ voluntatis, juſtitiæ, & præcepti; alioquin non ſiſteret triſtitia aut timor infra limites rectæ rationis, &c. Auguſtæ die* XIII. *octobris MDXVIII.*

CXXX. Suffulcire conabatur hunc errorem alio Lutherus, nimirum animas in purgatorio non eſſe extra ſtatum augendæ charitatis (d), probabatque eo ſophiſmate, quod timor, quo cruciantur animæ, ex imperfecta charitate manaret, nec ille tollatur niſi charitate perfecta, quæ 1. Joan. XIV. *Foras mittit timorem*; quodque peccet, qui voluntarie non moritur, quod non niſi invitus Deo vocanti obediat. Hanc vero argutiolam legatus repetito ſuperiori timoris Chriſti exemplo ita evertit (e): *Argumentum falſum aſſumit, ſcilicet quod timor omnis aut ille en imperfecta procedat charitate; poteſt enim cum perfectiſſima charitate ſtare timor, ut patet de timore Chriſti. Nec obſtat quod perfecta charitat foras mittit timorem; quoniam non univerſaliter, ſed particulariter intelligitur ſecundum gloſſam, de timore ſcilicet ſervili vel initiali in quantum initialis eſt. Falſum quoque eſt quod horror mortis ſit peccatum; quoniam naturalis eſt, & ſi cum imperfecta charitate ſit, non tamen en naturali fuga mortis. Et licitum eſt involuntarie voluntate naturali mori; & ſimiliter voluntarie voluntate rationali mori, dicendo cum Chriſto: Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis; ubi monſtrat ſe nolle mortem, & ſubmittere tamen ſe voluntati Dei: talis autem eſt diſpoſitionis quicumque in charitate decedit.*

Fingit Lutherus animas in purg. non eſſe extra ſtatum augendæ charitatis.
(d) Damnatur a Leo. X. propoſ. 38. part. ult.
(e) Tract. 23. de purg. quaſt. 1.

Charitas cum metu mortis conſiſtere poteſt.

CXXXI. At hic Lutheri de augenda in purgatorio animarum charitate error alteri innite-

teba-

(a) Thom. e Vio tr. 24. de Purg. quæſt. 1.

Quid ſentiendum de ſtatu animarum ſeparatarum.

tebatur; quo ſtatuebat (a), *imperfectam charitatem habere timorem pœnalem, qui non poſſit pelli niſi per charitatem perfectam*; quod fundamentum ita a legato eſt convulſum: *De ſtatibus vitæ futuræ id tenere debemus, quod Scripturæ ſacræ, aut Eccleſiæ authoritate didicimus; idcirco oportet hic ſupponere Eccleſiæ diffinitionem, ſcilicet quod ſi aliquis baptizatus moriatur antequam culpam aliquam committat, ipſum in cælum mox recipi, & intueri clare ipſum Deum trinum & unum ſicuti eſt, ut ſub Eugenio IV. in concilio Florentino patet. Ex qua definitione ſequitur quod charitas imperfecta non neceſſario fert ſecum poſt mortem timorem pœnalem.*

CXXXII

Fingit Lutherus fomitem peccati arcere animas ab ingreſſu cæli.

Cum vero alium Lutherus errorem conjungeret, inquiens: *Fomitem peccati, etiam ſi nullum adſit actuale peccatum, morari exeuntem a corpore animam ab ingreſſu cæli*; illum etiam legatus coarguit hiſce verbis; *Habes quoque ex dicta diffinitione Florentini concilii, animas non retardari a viſione Dei & beatitudine ex hoc, quod quandiu vixerunt in corpore fomitem cum imperfecta charitate habuerunt; nam ſi retardarentur non ſtatim baptizati, qui poſt non peccaverunt beati migrantes eſſent; nam cum timor ſervilis a quacumque minima charitate excludatur, quoniam per charitatem filii ſumus Dei, & non per ſpiritum ſervitutis in timore; ſed ſpiritum adoptionis filiorum Dei accepimus, in quo clamamus: Abba, pater; ſecundum Apoſtolum timor quicumque alius compoſſibilis charitati non neceſſario ponitur in actu ex ſola imperfecta charitate.*

Legati Card. ſententia.

Ut perficiatur charitas in eo qui in imperfecta charitate emoritur.

Ut vero perficiatur ejus charitas, qui in imperfecta charitate moritur ita illuſtrat: *Solus Deus glorioſus inveniens hominem in morte liberum a culpa & pœna peccatis commiſſis debita perficit charitatem, lumen gloriæ illi infundendo, & ad viſionem fruitionemque ſuæ majeſtatis illum admittendo. Auguſtæ die* XIV. *octobris MDXVIII.*

CXXXIII.

Porro prædictum errorem, quod animæ in purgatorio non eſſent extra ſtatum augendæ charitatis, connectebat Lutherus cum alio quod nullis probatum eſſet rationibus aut ſcripturis, animas in purgatorio non eſſe extra ſtatum merendi (*b*). Quos errores alio fœdiore cumulavit, non probari ſcilicet ex ſcripturis canonicis purgatorium (*c*): quem errorem in concilio Florentino damnatum vidimus, nitideque damnatum oſtendit legatus apoſtolicus eruditis ſuis commentariis; tum addidit.

(b) Damnatur a Leo. X. propoſ. 38. par. 2.

(c) Ib. prop. 37.

CXXXIV.

Tanto magis approbandum eſt, quando illa omnia conſonare videntur, quæ de purgatorio habentur: legitur enim II. *Machab.* XII. *Sancta ergo & ſalutaris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis ſolvantur: ſolvi enim, vinculi abſolutionem importat: detinentur enim pœnalibus vinculis ſuorum peccatorum. Nec obſtat ſi in textu hoc non invenitur, quia major eſt Eccleſiæ authoritas ex Hieronymo hoc docentis. Purgatorii quoque nomen ideo accidit, quod a peccatorum pœnalibus immunditiis, animam purget, ut idonea ſit civis cæleſtis patriæ.* Aliam purgatorii probationem duxit ex Matthæi XII. cap. quod ſint aliqua peccata, quæ non remittantur in hoc ſæculo neque in futuro, atque gloſſam ita dicentem adducit: *Quædam culpæ parvæ ſcilicet in futuro lavantur, quæ equidem poſt mortem gravant: ſed & dimittuntur, ſi homo bonis actibus in vita, ut ſibi dimittantur promeruit, &c. Auguſtæ die* XVII. *octobris MDXVIII.* Advertenda hoc loco eſt Lutheri inconſtantia; cum enim ad oppugnandas indulgentias aſtruxiſſet (*d*), omnes ob fomitem peccati & pœnalem timorem mortis neceſſario igne purgatorio expiandos, demum purgatorium ſuſtuliſſe: de quo hæreticorum errore Joannes Eckius acute dixit (*e*), eos negare omnes hiſtorias, & negando purgatorium certam ſibi viam ad inferos ſternere.

Negat Lutherus ex ſcripturis probari poſſe & refellitur.

(d) Damnatur a Leo. X. propoſ. 3. e 4.

(e) Jo. Eck. to. 2. hom. 1. ſer. 3. paſc.

CXXXV.

Ab indulgentiarum & purgatorii controverſiis impius Lutherus ad profanandum etiam pœnitentiæ ſacramentum, ſubornandoſque fideles ne rite ſacra exomologeſi crimina expiarent, malum animum applicuit: cumque pœnitentum æſtus pudoremque in aperiendis ſceleribus noſſet, implicare hoc faſcino ſedulus dæmonis adminiſter nitebatur: *Dum volumus*, inquit, *omnia peccata confiteri, nihil miſericordiæ divinæ relinquere volumus ignoſcendum; quia non confidere in eo, ſed in confeſſione noſtra cupimus & ſecuri eſſe volumus, nec timere ejus judicium.* At ejus erroris caliginem legatus apoſtolicus catholicæ doctrinæ luce ita diſpulit.

Diabolica ad fallendos pœnitentes impoſtura.

CXXXVI.

Peccata mortalia quæcumque ſimul in uno homine ſunt ſic ſe habent, quod ſunt connexa ex parte averſionis a Deo, ita quod unum non poteſt remitti ſine reliquis omnibus, juxta illud Auguſtini: Impium eſt a Deo dimidiam ſperare veniam; & propterea ſicut in prima pœnitentiæ parte, quæ eſt contritio: neceſſarium eſt, ut omnia mortalia concludantur (oportet enim hominem conteri de omnibus mortalibus, & non de aliquo tantum) ita in ſecunda, quæ eſt confeſſio, oportet omnia contineri mortalia; ſic enim integre homo ſubmittit ſe miniſtro Chriſti in confeſſione, ſicut ſubmiſit ſe integre Deo per contritionem. At quia fluxa eſt memoria ex concilio Florentino intelligenda omnia addidit, quo-

rum

Digitized by Google

rum memoria habeatur: venialia pariter confiteri actum eſſe virtutis demonſtravit.

CXXXVII. Deterſit dein legatus novatoris fucos, contendentis fieri non poſſe, ut quis omnia lethalia cognoſcat (a) nec quemquam ad impoſſibile obſtringi; ait enim: *Obligat Eccleſia ad confitendum omnia peccata mortalia, quorum memoriam quis habet, facta ſecundum humanas vires collectione omnium ſuorum mortalium ſive ſint manifeſte mortalia, ſive ſint ambigue mortalia; tenetur enim omnia confiteri, certa pro certis, & ambigua pro ambiguis.* Diſceptanti etiam perperam omnia nos confiteri non poſſe, cum omnia opera ſint peccata damnabilia, ſi Deus nobiſcum judicio agat, juxta illud; *Non intres in judicium cum ſervo tuo Domine: quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens*, ita reſpondit: *Opera noſtra bona poſſunt dupliciter conſiderari. Primo ut ex nobis ſunt; & ſic licet dicantur damnabilia pro quanto indigna ſunt Deo & felicitate æterna, non tamen ſunt damnabilia, ut peccata mortalia, quoniam in veritate etiam, ut ex nobis ſunt non ſunt peccata mortalia, ſed indigna divina retributione, &c. In Auguſta Vindelicorum die* XXIX. *ſeptembris MDVXIII.*

(a) *Damnatur a Leo. X. prop. 8.* Obſtringimur ad lethalia confitenda de quibus recurrit memoria.

An opera ſint damnabilia.

CXXXVIII. Superiorem errorem de non aperiendis ſacerdoti omnibus peccatis mortiferis, alio graviſſimo cumularat Lutherus, quo ad extinguendam omnem pietatem contendebat, pœnitentiæ ſacramentum non in eo conſiſtere (b), ut quempiam ex animo noxarum pœniteret, illumque ſacerdos rite abſolveret; ſed ut pœnitens crederet certiſſime ſe eſſe abſolutum: *Crede*, ajebat, *fortiter te abſolutum, & abſolutus vere eris quidquid ſit de contritione.*

(b) *Damnatur a Leo. X. propoſ. 11.*

CXXXIX. Addebat non ſacramentum, ſed fidem ſacramenti juſtificare, neque a confitente requirendum (c) an ſit vere contritus, nec ſacerdoti reſpondendum; ac ſi contritus vel attritus abſque obice peccati actualis fuerit, alienum (d) eſſe a gratia conſequenda, niſi crediderit certiſſime ſe eſſe abſolutum; tum ajebat. *Ad ſacramenta Euchariſtitiæ accedunt huic innixi quod ſint confeſſi, quod non ſint ſibi conſcii alicujus peccati mortalis, quod præmiſerint orationes ſuas & præparatoria. Omnes illi ad judicium ſibi manducant & bibunt.* Quæ ut confirmaret hæreſiarcha divinæ ſcripturæ oracula de fide cœleſti infuſa, deque verbo Dei concepta ad humanam & temerariam hanc fidem detorquebat; cujus ſophiſmata legatus ſcripto convulſit; in quo ita concluſit (e): *Non ſpectat ad fidem infuſam credere abſolutionis effectum in hoc particulari, puta in me ipſo; ſed ad fidem ipſam infuſam pertinet credere abſolutionem ab eccleſiaſtico miniſtro rite factam efficacem eſſe, & in ſuſcipiente digne gratiam operari; hac ſiquidem fide, nullus poteſt errare: ſed credendo effectum in me vel in illo determinate poſſum errare, quia poteſt adeſſe impedimentum aliquod ex parte mei ſeu illius.* Et infra.

Nova Lutheri ſophiſmata.

(c) *Damnatur ibid. prop. 14.*

(d) *Prop. 10.*

(e) *Thom. e Vio Card. tr. 28. de confeſſ. quæſt. 4.*

Confutantur.

Si autem dicta opinio intelligatur de fide acquiſita, erronea quoque invenitur: nam, licet acquiſita fides circa hujuſmodi particularia verſetur, tali namque fide credimus hanc hoſtiam rite conſecratam eſſe, & hunc rite baptizatum & ſimilia: ſed hæc fides non eſt illa, qua in verbo Chriſti confidimus, quæ in ſacramentis operatur, qua credimus efficax eſſe Chriſti verbum: Quodcumque ſolveris ſuper terram & reliqua; quæ fidei ſunt Chriſtianæ: nec propterea ex illis authoritatibus, quæ de fide infuſa loquuntur non poteſt acquiſita fides concludi, nec poteſt fides iſta de objecto ſcilicet, me eſſe abſolutum, etiam per abſolutionem in effectu coram Deo eſſe certa infallibiliter; quia quilibet eſt dubius in hac vita ſecundum communem legem, neſcit an ſit in gratia Dei. Nec aliquis eſt, qui certus ſit ſe eſſe ſufficienter diſpoſitum per gratiam Dei, quæ per abſolutionem conceditur: juxta illud Job. x. *etſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea. Amplius fides iſta poteſt eſſe in ſchiſmatico, vel hæretico alias bene confitente: eſſet igitur iſte vere abſolutus, ſi errans ſacerdos ipſum abſolveret, & conſequenter iſte ſimul eſſet in gratia Dei, quia vere abſolutus; & in peccato mortali, quia hæreticus vel ſchiſmaticus, quod eſt impoſſibile.* CXL.

Objicienti contra Luthero, habendam fidem de verbo Dei: *Quodcumque ſolveris*; atque alienam diſtortamque concluſionem elicienti (f), reſpondit Thomas Cardinalis: *Fides certiſſima eſt & eſſe debet etiam de effectu ſacramenti particulari in me quantum eſt ex parte ſacramenti: ſed ex parte mei ſuſcipientis licitum eſt dubitare de illius effectu in me: & hoc eſt, quod Eccleſia docet, dum in orationibus poſt communionem petit ſacerdos quod ſuſceptum ſacramentum non ſit reatus ad pœnam, non ad judicium, &c. conſequenter etiam docet omnem quantumcumque credentem poſt confeſſionem & abſolutionem dicere: Domine non ſum dignus, &c.* CXLI.

(f) *Damnatur a Leon. X. prop. 11.* De effectu ſacramenti dubitare licet ex parte ſuſcipientis.

Addiderat Lutherus, ad confirmandum errorem, quod a pœnitente magis exigendum ſit an credat ſeſe abſolvi, quam an ſit vere contritus, ficto hoc ſophiſmate: *Contritio numquam eſt vera ſatis: quod ſi eſſet vera, non tamen certa, non tamen ſa-* CXLII.

ſatis, fides autem & verbum Chriſti ſunt certiſſima & ſufficientiſſima. Quem errorem hiſce verbis refellit Thomas legatus: *Reſpondetur quod talis eſt de rebus ſubiectis fidei infuſæ, ſed non de impertinentibus ad ipſam, ut ſunt ex parte noſtri ſingulares ſingulorum effectus ſacrorum; de his enim nec certa nec incerta eſt fides infuſa: quia non eſt eorum: eſt enim fides infuſa de gratia per ſacra certiſſime conferenda ſuſcipientibus digne illa, ut in concilio Florentino ſub Eugenio IV. determinatum eſt. Et ex Apoſtolo aſſumptum eſt dicente:* Qui manducat & bibit indigne judicium ſibi manducat & bibit; *ubi etiam Apoſtolus ſecundum quid reputare ſe homo debeat dignum vel indignum præmittit dicens:* Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat: *ubi ex ſubiunctis:* Quod ſi noſmetipſos judicaremus, non utique a Domino judicaremur; *patet quod probare ſeipſum, eſt ſeipſum judicare, contra ſe vindictam exercere, quod vocatur contritio communi uſu Eccleſiæ & doctorum, & propterea falſum ac temerarium eſſe conſtat, quod plus eſt a pœnitente requirendum, ſi habeat credulitatem de effectu in ſe futuro ſacramenti, quam de illius contritione: probare enim ſeipſum [quod eſt conteri] juſſit Apoſtolus, jubet Eccleſia, exigunt omnes communiter confeſſores; credere autem ſe pœnitentem omnino effectum habiturum novatorum exigit dogma.*

CXLIII.
Fingit Lutherus credendum a pœnitente ſe vere abſolutum.

Fingentem vero novatorem ſacramentum impie ſuſcipi, niſi pœnitens ſe abſolutum crederet, adeo ut alioquin æternam mortem eſſet illi allaturum ſacramentum, ſerio increpuit, moliri ipſum his & aliis figmentis novam ſuperſtitionem condere: *Quod*, inquit, *contrito in damnationem ſint ſacramenta, niſi credat ſacramento ſe abſolvi, non eſt reſponſione, ſed correctione dignum, quoniam ſacramentum pœnitentiæ ab Eccleſia ſufficienter traditum per confeſſionem, contritionem, & ſatisfactionem juſtificatum conſtituit ſine quarto ſcilicet certa fide effectus in ſuſcipiente; hoc enim eſt novam Eccleſiam conſtruere, &c. In Auguſta Vindelicorum* XXVI. *ſeptembris MDXVIII.*

Refellitur a Card. legato.

CXLIV.
Quærunt novatores an homo peccata poſſit remittere.

Adjecit impio illo commento novator aliud, ut negaret ſacramentalis abſolutionis effectum eſſe remiſſionem peccatorum, cum ad ſolum Deum pertineat culpam remittere, jamque crimina a Deo remiſſa ſint antequam pœnitens a ſacerdote abſolvatur, juxta illud: *Dixi confitebor adverſum me injuſtitiam meam, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Cujus argutias pro aſſerenda fide orthodoxa ſcripto edito legatus apoſtolicus ita refregit: *Credendum eſt & confitendum quod effectus ſacramentalis abſolutionis rite factæ (ſcilicet a debito miniſtro debita forma, ſupra diſpoſitam materiam, ſcilicet peccata confitentem dignum abſolutione) eſt peccatorum remiſſio, quam authoritative quidem ſolus Deus facit, miniſterialiter autem miniſter ipſe Chriſti ſacramento mediante efficit; ſic enim ad literam impletur illud:* Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, *non quod prius Eccleſia remittat quam Deus, tanquam Deus Eccleſiæ judicium ſequatur; non enim dicit:* Quorum remiſeritis peccata remittentur eis; *in futuro, ſed remittuntur in præſenti, ad denotandum quod ipſa per miniſtrum remiſſio eſt una atque eadem cum remiſſione, quam facit Deus.*

Reſpondet legatus Card. poſſe miniſterialiter.

CXLV.

Quod ad hæreticorum objecta attinet, quibus illi negabant ab homine peccata remitti poſſe; ea legatus hoc reſponſo diluit: *Solus Deus peccata remittit authoritative, cum quo ſtat quod miniſter evangelicus authoritate a Deo conceſſa peccata remittat miniſterialiter, mediante Chriſti ſacramento ad hoc ab ipſo Chriſto inſtituto, &c. Auguſtæ die primo octobris MDXVIII.*

CXLVI.

Non hic ſtetit Lutheri impietas in oppugnando pœnitentiæ ſacramento; nec enim modo ob hoſce errores, verum etiam cum æque a puero fœminaque, ubi non eſt ſacerdos atque a ſacerdote, epiſcopo, & pontifice peccata remitti poſſe doceret (*a*), illum damnatum viſuri ſumus. Cæterum legato apoſtolico in excidendis aliis vepribus, quos ſerebat Lutherus in agro dominico laborandum fuit. Effutiebat (*b*) idem hæreſiarcha ad vim anathematis extenuandam, id externam eſſe pœnam tantum, nec privare hominem communibus ſacriſque Eccleſiæ precibus. Contra quæ commenta Thomas orthodoxam doctrinam alio ſcripto illuſtravit (*c*): *Salvator noſter Matth.* XVIII. *ubi excommunicandi authoritatem Eccleſiæ dedit, dixit de excommunicato:* Sit ſibi ſicut ethnicus; *id eſt gentilis. Ubi manifeſte apparet quod excommunicatio ex fratre facit nobis ſicut gentilem; unde Auguſtinus dicit:* Noli illum jam reputare in numero fratrum tuorum. *Ergo amplius, ſi excommunicatus extra Eccleſiam ponitur quoad externa tantum, ſequitur quod excommunicatio non egeret authoritate Chriſti, quoniam quilibet princeps, qualibet civitas, qualibet communitas poteſt extra ſuam communionem ponere. Conſtat autem Chriſti authoritate excommunicationem fieri Matth.* XVIII. *ubi ſubjungit:* Amen dico vobis quæcumque alligaveritis ſuper terram; *gloſ. vinculo anathematis, ubi Chryſoſto-*

Quæ ſit vis excommunicationis.

Excommunicandi auctoritas conceſſa a Chriſto.

(*a*) *Leo X. in ſent. adverſ. Luth. propoſ.* 13.
(*b*) *Ibid. propoſ.* 23.
(*c*) *Tract.* 19. *de Excom. quæſt.* 1.

Digitized by Google

ſo{t}omus dicis : Vide qualiter duplicibus colligavit neceſſitatibus & pœna, hic ſcilicet projectione ab eccleſia : Sit tibi ſicut ethnicus ; & ſupplicio futuro, quod eſt eſſe ligatum in cælo, &c.

CXLVII. Hæc legatus apoſtolicus de anathemate ob crimen lethale tollens charitatem contracto, quo qui devinctus tenetur, caret Eccleſiæ ſuffragiis, quibus potiuntur alii, qui licet noxa lethali conſtricti ſint, ab eccleſia tamen non ſunt præciſi. At de anathematis ſententia injuſte lata ita reſpondit : *Excommunicatio ſecundum ſe injuſta non fert ſecum excommunicationis effectus, niſi in foro exteriori ; non eſt enim ſic excommunicatus privatus ſuffragiis Eccleſiæ ſecundum veritatem, quia non eſt vere excommunicatus in cælo, quia non eſt Eccleſiæ non auditor, ac per hoc non ſicut ethnicus.*

De injuſte excommunicato quid ſentiendum.

CXLVIII. Diſtorquentem hæreticum divinas ſcripturas in eum ſenſum, quaſi anathema externis tantum actibus privaret, tum quod dæmonis poteſtati traditos externe tantum vexari diceret, Thomas ita refellit : *Ex hoc ipſo quod Eccleſia ab eccleſiaſtica communione exterius ſeparat hominem excommunicando, ſignificat illum ab interna communione Eccleſiæ ſeparari : in cujus ſignum in primitiva Eccleſia etiam ſenſibiliter poteſtati dæmonum excommunicati tradebantur, quaſi a Chriſto exciſi. Nec eſt verum, quod in primitiva Eccleſia ſola externa pœna excommunicati mulctabantur ; ſed ultra internas addebantur externæ pœnæ a diabolo ; ſicut ultra interna bona in primitiva Eccleſia boni viſibiliter viſitabantur a Spiritu Sancto loquentes linguis, &c. Auguſtæ die* XXIX. *octobris MDXVIII.* At Lutherus quamvis fateretur, anathemate perculſos a dæmone olim corripi conſueviſſe, ſuperiori errori (*a*) alium graviorem addidit (*b*), nimirum docendos eſſe Chriſtianos plus diligere excommunicationem, quam timere.

Olim excommunicati vexabantur a dæmonibus.
(*a*) *Damnatur a Leone X. propoſ.* 23.
(*b*) *Damnatur ibid. prop.* 24.

CXLIX. Auxit admodum hæreſim ſacerdotalis ordinis contemptus, quem Eraſmus apud iuventutem prophanæ rei literariæ deditam, & Huttenus apud plebem libris ſuis refertis calumniis, cavillis, faceitiiſque creaverunt. Atqui non ita invehendum acerbe in eccleſiaſticum ordinem fuiſſe, arguit pluribus Albertus Carporum princeps (*c*). Hactenus de Germanicis rebus, quæ ab exoriente hæreticorum factione maxime perturbatæ fuere, ne bellum ſacrum in Turcas decerneretur, haud aliter quam ſi cum Turca conjuraſſent, ut exciſa Chriſti religione, Mahometes in Germania imperaret ; impudenterque negabant bellum in Turcas ſuſcipiendum. Eo autem tempore Gallos ad vertenda adverſus Turcas arma pie fuiſſe comparatos, ex legationis in Gallias miſſæ geſtis efflorefcit.

Impia Lutheri propoſitio de amanda excommunicatione. Sacerdotes adducti in contemptum ab impiis.
(*c*) *Albert. Pius Carp. l.* 13.

CL. Ingreſſus enim menſe novembri adulto Pariſios ſolemni pompa, quæ regio imperio parata eſt, Bernardus de Bibiena S. Mariæ in porticu diaconus Cardinalis (*d*) legatus apoſtolicus, die (*e*) ſexta decembris a Rege Franciſco exceptus convivio eſt, atque in publico ſenatu conſidente in ſolio Rege, principibus regia ſtirpe ſatis, magiſtris caſtrorum militiæ juriſque præfectis, qui exciti fuerant, ut palam regia voluntas tum Pontifici tum univerſo orbi pateret cuncto, orationem habuit, qua graviſſimis argumentis, exemplis, ac rationibus Francorum Regem permovere conatus eſt, ut ſacram in Turcas expeditionem, quæ æternum illi decus foret paritura, conficeret. Ad cujus ſingula præcipua capita reſpondit Rex (*f*) : publicam ſe cum omnibus Chriſtianis principibus pacem exoptare, pontificios revereri apices, Leonis colere imperia, ſummaque recuperandæ terræ ſanctæ, amplificandæ fidei, ac religionis cupiditate ardere : nolle ingrati in cœleſte Numen, a quo tot beneficiis ornatus eſſet, animi maculam ſuſcipere : concitatæ de ſe expectationi, Chriſtianiſſimi Regis titulis, Chriſti vicarii hortatibus ſanctiſſimis nunquam defuturum ; ac non modo, ut Eccleſiæ primogenitum, verum ut pluribus affinitatum, amoris, obſervantiæque nexibus longe arctioribus, quam quibus anteceſſores ſui unquam devincti fuiſſent, irretitum, ad obſequia omnia ipſi deferenda paratum eſſe. Tum profeſſus eſt comparaturum ſe contra Turcas quadraginta millia peditum, quorum viginti millia Germani Helvetiique ſtipendiarii forent, alia viginti millia Angli, Vaſcones, & Galli conflarent ; præterea tria millia cataphractorum equitum, quorum duo millia ex Gallia, mille ex Italia peterentur, tum levioris armaturæ ſex millia equitum, necnon tormentorum bellicorum neceſſarium apparatum inſtructurum : quin etiam caſtrenſes ſubire labores, & ductare exercitum velle, & quocumque Pontifex proficiſci juberet ſe, præſto affuturum ; ac ſi eæ copiæ non ſufficerent, majores educturum, & regnum, filios, vitamque ſuam pro fide Chriſti expoſiturum : denique quatuor ſexve dierum flexu omnia conſtituturum, ut ſtipendia pro milite conſcribendo numerata, & omnia, prout neceſſitas poſceret, in procinctu expedita eſſent : atque his dictis Bibienam legatum de ſingulis, ut fixis firmiſque Pontificem facere certiorem juſſit.

(*d*) *Ext. ea de re ipſius lit. l.* 1. *collect. literar. principum p.* 52.
(*e*) *Alia lit. ibid. p.* 57.
Bibienæ Card. legati in Gallia geſta.
Ejus monita pro ſuſcipiendo bello Turcico.
(*f*) *Ibid.* Franciſci Regis reſponſum.
Exercitus ab eo promiſſus.

CLI. Actæ Gallo Regi pro eximis voluntate gratiæ.

Hanc perorationem regiam ingenti applauſu excepit legatus, actiſque gratiis Regem hortatus eſt, ut promiſſa in opus perficeret; addidit etiam preces, ut ea, quæ principes ac proceres audiverant, juberet mandari literis, quas Pontifex & ſacer Cardinalium ſenatus ingenti gaudio delibuti perlecturi eſſent, utque egregia illius pro re Chriſtiana augenda voluntas pateret orbi, cæterique principes eximio eo exemplo ad vires conjungendas excitarentur. Cui reſpondit Rex id ſe libenter facturum, cum antea illud Chriſto domino redemptori noſtro mente & animo, jam vero verbis ipſius vicario, ejuſdemque vicelegato ſpopondiſſet. Optavit etiam, ut ſolemnes ſupplicatinnes decernerentur, divina myſteria auguſtiori pompa peragerentur, ut Deo de ſuſcepto pio conſilio agerentur gratiæ, ac preces pro victoria adverſus fidei hoſtes conſequenda, pro publica Chriſtiani imperii quiete ac felicitate, nec non pontificia & regia ſalute funderentur.

CLII. Galli Regis pro Ungaria defendenda reſponſum.

Poſt hæc legatus apoſtolicus Regem etiam atque etiam hortatus eſt, ut laboranti Pannoniæ regno ob aſſiduas Turcarum incurſiones obtrito opitularetur: cui Franciſcus Rex pollicitus eſt laturum ſe eidem regno opem, atque etiam oratorem decreturum, qui Ludovicum Regem proceresque Hungaros ad ſervandam mutuam concordiam, vireſque conſociandas in hoſtes accenderet; iiſque Gallicam potentiam ad evertendam Turcicam tyrannidem deferret.

Soluto conventu Franciſcus Rex legato manu comiter prehenſo promiſſarum copiarum numero nec unum militem defuturum confirmavit: apparatus ingentes bellicos faciendos, ut certius pareretur victoria, citiuſque confecto bello ſumptus valde minuendos; plurimumque referre, ut potius in Turcicum imperium crucesignatos exercitus inferrent Chriſtiani ad illius regna occupanda, quam Turcicos in Chriſtianum effundi paterentur: propterea maximas comparandas a ſe copias, quæ ad propulſandum inferendumque bellum uſui eſſe poſſent, quo ferret neceſſitas, ſeu quo apoſtolica vocarent imperia. Addidit, nulla ſe a Pontifice exacturum ſtipendia, etiamſi Italia contra Turcas defendenda foret, multo minus ſi ditio eccleſiaſtica ab eorum vindicanda eſſet; ſed decumas duas ad collatam in Galliis, vel trans alpes a fidelibus pro bellicis ſumptibus faciendis pecuniam, & quæ pontificia liberalitas impertire poſſet, efflagitaturum tunc, cum exercitus augendus, producendumque bellum eſſet: de quibus omnibus Cardinalis de Bibiena Julium Cardinalem Medicem pontificiorum conſiliorum præcipuum adminiſtrum fecit certiorem, datis Lutetiæ ſexto decembris hujus anni die literis (a), in quibus ſubjunxit navaturum ſe operam, ut Rex Gallus in iis ſcriptis, quibus promiſſa confirmaturus erat, etiam tempus, quo inſtructus accinctuſque ad prælium foret ſacer exercitus, deſignaret; atque etiam claſſem, ſi exigeret neceſſitas, adornare polliceretur.

Ingentes ejuſdem Regis pollicitationes

(a) Ib. p. 61.

CLIII.

Tranſmiſit ad legatum ipſum Pontifex (b) diplomata apoſtolica de imperato in Gallia decumano auro pro ærario ad ſuſtentandum crucesignatum exercitum conficiendo, cui ſervando Jacobus Salviatus præfectus eſt; promiſitque Rex in nullos alios uſus hujuſmodi pecuniam averſum iri, ex præſcripta in literis pontificiis formula. Decimanona decembris die dominica celebrata (c) auguſtiſſimo ritu ſolemnis ſupplicatio Pariſiis, atque in principe templo peracta magnificentiſſime res divina, actæque divino Numini gratiæ de concepto a Franciſco Rege ducendi in Chriſti hoſtes crucesignati exercitus, effuſæque preces pro victoria de iis referenda: tum religioſa pompa a clero per urbem circumducta eſt, dataque fuere mandata, ut in univerſis totius regni urbibus pari ſacro apparatu ſolemnes ſupplicationes fierent. Gallis ita ad Turcicum ſuſcipiendum bellum animatis, Cardinalis legatus, laudante & hortante Rege, tranſmiſit literas (d) in Germaniam, Hiſpaniam, & Angliam de ſingulis, quæ in Gallia pro tuenda amplificandaque religione gerebantur; ut legati apoſtolici, qui in iis regnis verſabantur, alios Reges principeſque Franciſci Regis exemplo ad glorioſiſſimum bellum decernendum incitarent: tantum vero egregiæ voluntatis ſpecimen præbuiſſe Franciſcum refert idem legatus (e), ut die decembris octava cum magiſtris caſtrorum præfectiſque agminum militare conſilium pro conficienda expeditione coegerit, ac ni oratorum Anglicorum adventu diſtineretur, non alia in re quam in belli ſacri apparatu operam ac tempus abſumpturum oſtenderet.

(b) Ib. p. 61.

(c) Ib. p. 64.

Solemnes ſupplicationes Pariſiis decretæ.

(d) Ib. p. 63.

(e) Ib. p. 61.

CLIV. Sancitum inter Francos & Anglos fœdus.

Porro oratores Angliæ, ad fœdus inter Franciſcum Francorum & Henricum Anglorum Reges ſanciendum, affinitateque devinciendum accelerant Pariſios; quorum princeps epiſcopus Elienſis in publico conventu duodecima decembris die habito, de perpetuo Anglorum Francorumque amicitiæ fœdere tuendo peroravit (f), hortatuſque eſt Regis Angli nomine Franciſcum Regem, ut ſacrum adverſus infideles bellum adornaret: cui a ſum-

(f) Ibid. p. 62.

ſummo juris præfecto Regis interprete reſponſum eſt, ut is jam Pontificis maximi rogatu ad illud obeundum ſe obſtrinxiſſet & quadraginta millia peditum necnon equitatum novem millium bellatorum gravioris ſeu levioris armaturæ egregie inſtructum ductare ſpopondiſſet, ac deinde cum inter divina tenente legato apoſtolico ſacra evangelia præ manibus fœdera ſolemni jure jurando confirmata fuiſſent, profeſſus eſt (a) Franciſcus Rex, Gallos Angloſque plurimum debere Chriſti vicario, qui ipſos ad mutuam amicitiam colendam ſuis hortatibus permoviſſet [1]. Neque illud ſilentio prætereundum eſt, in convivio, quo Angli fuere ab Rege excepti, eumdem Regem Cardinalem legatum obſervantiæ in Pontificem ergo in principe menſæ loco accumbere juſſiſſe. Præcipuæ hujus fœderis leges eæ fuere (b), ut Tornacum ab Anglo reſtitueretur Gallo, Galluſque ſexcenta nummorum millia refunderet; e qua ſumma trecenta ac triginta tria millia detrahenda forent, quæ dotis nomine Henrici Regis filiæ Delphino nupturæ attribuerentur. Præterea Scoticæ res ita compoſitæ, ut ſi Scotus Anglum bello peteret, Gallus ab eo revocare ipſum teneretur, monita vero ſpernentem deſereret: ſi autem Anglus Scotiæ arma inferret, Gallus Scoto ſubſidia ferre poſſet. De Albaniæ vero duce Anglorum hoſte ac Scotici regni adminiſtrationem affectante conſtitutum, ut non proficiſceretur in Scotiam non vocatus (c): de quibus omnibus Cardinalis de Bibiena legatus variis literis (d) menſe decembri exaratis Cardinalem Medicem pontificiæ curiæ moderatorem edocuit.

(a) Ibid.

Præcipuæ illius leges.

(b) Ib. p. 64.

De Scoto quænam concordia inita.

(c) Ib. p. 43.

(d) Ext. ubi ſup.

CLV. Inſtaurato cum Anglo fœdere, poterat Franciſcus Rex cum Carolo Hiſpaniæ & utriuſque Siciliæ Rege controverſias componere, ut omnium bellorum civilium & exterorum curis ſolutus, liberque ad Turcicum bellum omni conatu ſtudioque incumberet: quippe ab Hiſpano de amicitiæ fœdere redintegrando poſtulatus eſt (e), rogatuſque ut virum principem ad agitanda cum Ceurio Hiſpaniæ curiæ procuratore pacis conſilia mitteret: Gallum vero non prona voluntate ejus poſtulata admiſiſſe, nedum oratorem in Hiſpaniam mittendum decreviſſe ſignificavit XXVI. novembris die V. decembris legatus Cardinali Medici. Porro inter Francorum Hiſpanorumque Reges viribus atque ætate florentes, infenſa exercebatur æmulatio omnium, quæ rempublicam Chriſtianam peſſundarunt, malorum fons: & Hiſpanus (f) quidem, ut legato Cardinali ſignificavit Franciſcus Rex (g), oratoris ſui in Anglica aula opera Regem illum omni contentione a Gallico fœdere abducere annisus eſt; cumque fœdus ipſum diſturbare non poſſet, inſtitit magno conatu ne Tornacum illi reſtitueretur, eaque re e ſententia non ſuccedente, centum millia nummum Eboracenſi Cardinali obtuliſſe, ut Regem Anglum ad Tornacum ſolo æquandum induceret: ac viciſſim Franciſcus Rex clam Caroli Hiſpaniarum Regis potentiam infringere ſatagebat, ne ad Germanicum imperium eveheretur, ut plures Cardinalis de Bibiena, qui ſæpius de illius electione diſturbanda cum Gallo egit, oſtendunt literæ (h).

(e) Ibid. p. 51. & 55.

Inter Hiſpanum & Gallum exercita clandeſtina odia.

(f) Ib. p. 47. & 51.

(g) Ead. p. 51.

(h) Ext. ib. p. 35. 43. 47. 52. 55. 56.

CLVI. Et ſane cenſebat ſummus Pontifex rei Chriſtianæ amplitudinem provehendam, ſi imperium Gallo Regi deſerretur, illique ſtudebat (i); qua de re Treverenſem archiepiſcopum in imperialibus comitiis graviter diſſerentem proximo anno viſuri ſumus: maximuſque impendebat metus, ne Carolus Rex parto imperio ſubiiciendæ Inſubriæ cupidine civile bellum in Chriſtiano accenderet imperio, opprimeret Italiam, Romani Pontificis dignitatem protereret, atque ob has diſſenſiones Chriſtiana reſpublica ingens aliquod vulnus a Turca acciperet: ac propterea ad hæc avertenda, quæ imminebant, pericula, Leo conſilia ſua Cardinalis legati opera ad diſcutiendam Caroli V. electionem, quam provehere Maximilianus Cæſar illius avus annitebatur, cum Franciſco Rege contulit (k). Obſtrictus erat Carolus ex legibus a Romanis Pontificibus dictis Neapolitanis Regibus ſedis Apoſtolicæ beneficiariis imperium Romanum non affectare, ni regno vellet cedere: quod ita cautum vidimus, ne ſedis Apoſtolicæ majeſtas a Cæſare, qui Neapolitanum regnum conjunctum teneret, obtereretur, uti antea contigerat maximo

rei

Pontifex Gallo Regi pro imperio illi deferendo ſtudet.

(i) Ib. p. 70.

(k) Ib. p. 35. & p. 47.

Lis ingens de Imperio exorta inter Gallum & Hiſpanum.

NOTÆ [1] NE erroris anſa præbeatur ex iis, quæ præpoſtere in Annalibus narrata ſunt, animadvertiſſe juvat legatum pontificium, qui venerat in Galliam probaſſe quidem & laudaſſe pacem inter Gallos Angloſque compoſitam; ſed nihil operis in eam contuliſſe. Antequam enim legatus veniſſet in Galliam inter utrumque regem de pace jam convenerat. Teſte enim *du Tillet Recuil des trajectez &c.* in ſanctiori Pariſienſi archivio ſervantur ejus pacis pacta & conventiones ſignatæ hoc anno die I. octobris, & die IX. novembris confirmata. Legatus vero nonniſi cadente Novembri menſe Lutetiam ingreſſus eſt. Quare Leo pontifex pacem illam literis ſuis potius, quam legati opera ſuaſit atque conciliavit. MANSI

rei Chriſtianæ detrimento; cumque jam idem caſus recurreret, Carolus Hiſpaniæ & utriuſque Siciliæ Rex quatuor electorum ſuffragiis Maximiliani avi ſolertia potitus (*a*), atque in ſpem adducendorum ad ſua vota archiepiſcopi Treverenſis, Friderici ducis Saxoniæ, atque Ludovici Regis Bohemiæ erectus, oratoris opera a Leone flagitavit, ut ſacramenti religione apoſtolica authoritate ſolveretur, ad Siculum & Germanicum ſceptra conjungenda, quippe qui in Francofurtenſibus comitiis Cæſar renuntiandus eſſet.

(*a*) *Ib. p.* 34.

CLVII. Lis nova de regno Neapolitano conjungendo imperio excitata.

Conſuluit ita Pontifex Franciſcum Gallicum Regem, an Hiſpano Neapolitani regni jus beneficiarium donaturus eſſet, ſi illum ad imperium evehi contingeret. Devinctum ſe ſummo beneficio a Leone ob hæc ſibi communicata Franciſcus (*b*) reſpondit, putare ſe rem carituram exitu; cumque Carolum generi & filii loco haberet, illius ſe amplitudini non invidere, ægerrime tamen ſe laturum injuriam ſedi Apoſtolicæ inferendam, nec tuendæ illi unquam defuturum. Cæterum a regiorum conſiliorum participe legato ſignificatum (*c*) eſt, Gallum ex Caroli ambitu maximam traxiſſe moleſtiam, ac ne deligeretur miſſo in Germaniam oratore artes omnes adhibuiſſe: mirabanturque plures affectari a Carolo imperium, cum ita Siciliæ jure caderet, vel Maximilianum collegam imperii optare, vel ſeptemviros cæſareæ potentiæ æmulos præpotentem adeo Regem ſibi præficere: de quibus extant literæ a Cardinale de Bibiena ad Julium Cardinalem decima octava auguſti hujus anni die miſſæ (*d*). Porro Germani datis Gallo Regi promiſſis defuere (*e*): atque inter hos marchio Brandeburgenſis repudiata Gallica affinitate Caroli ſororem filio deſpondit: de quorum inconſtantia apud legatum Cardinalem Regis mater queſta eſt (*f*), ac filii nomine Gallicam omnem potentiam pontifici detulit pro Eccleſiæ juribus contra vim futuri Cæſaris aſſerendis; de quibus legatus Julium Cardinalem & Laurentium ducem Urbini Medices die tertia octobris fecit certiores (*g*).

(*b*) *Ib. p.* 35.

(*c*) *Ead. pag.*

(*d*) *Ibid.*

Germani data Gallo promiſſa infringunt.

(*e*) *Ib. p.* 43.

(*f*) *Ibid.*

(*g*) *Ibid.*

CLVIII. At Julius (*h*) Cardinali de Bibiena ſignificavit ſe a Thoma de Vio Cardinale legato in Germania accepiſſe, Auguſtenſem conventum fuiſſe diſſolutum, omneſque principes electoreſque, excepto Saxone, publicis monumentis ſuffragia in Carolum tuliſſe, remque in Francofurtenſibus comitiis in menſem martii indictis promulgatum iri; atque interea dari ab Hiſpanis operam, ut neceſſaria auri vis conficiatur, arteſque conquiri, ut Pontifex imperialem coronam tranſmittat in Germaniam, ut ea Maximilianus exornetur, atque etiam Carolo Regi beneficiarium jus Neapolitani regni aſſerat: rogatum vero Leonem ab oratore Hiſpano, ut apoſtolica authoritate ſacramenti religionem, quo Neapolitani Reges de non capeſſendo imperio obſtricti ſunt, diſſolveret, reſpondiſſe, gratulari quidem ſe Carolo de imperio ei delato, deque ipſius, ut dilectiſſimi filii addictiſſimique ſedi Apoſtolicæ, & propagatoris imperii Chriſtiani amplitudine lætari; at beneficiaria regni Neapolitani jura illi aſſerere graviſſimi momenti rem eſſe ab uſu Romanæ eccleſiæ alienam, pluribuſque jam ſæculis intermiſſam, ut quis cæſareum Neapolitanumque ſceptra conjuncta gerat; ob arctiorem tamen conjunctionem, quæ ſedi Apoſtolicæ cum Carolo intercedat, ea ſe de re mature deliberaturum, ac leges, quibus id perfici poſſet, excuſſurum. Hæc cum Cardinalis de Bibiena cum Gallo contuliſſet, Julio Cardinali & Laurentio duci Urbinati Medicibus retulit (*i*), Franciſcum Regem reſpondiſſe electoribus, eam auri vim numeraturum, quam præſtare Carolus non poterat, cohortarique Pontificem, ut ſi caſus ferret Carolum ad Romanum ſolium evehi, ne quid honori, authoritati, dignitatique ſacroſanctæ ſedis Apoſtolicæ detraheret, ad quam tuendam ipſe, ut Eccleſiæ primogenitus Pontificiſque obſequentiſſimus filius, exercitus, ærarium, principatuſque ſuos deferret; ac ſi poſceret neceſſitas ad pontificium nutum cum maximo apparatu bellum geſturum, ac vel in Inſubriam, vel in Etruriam, vel etiam Romam acceſſurum.

(*h*) *Ib. p.* 45.

Controverſia orta an contra leges ſceptrum Neapol. cum Romano conjungere poſſint.

(*i*) *Ibid. p.* 47.

Retulit etiam idem legatus Regem ſibi partes impoſuiſſe, ut Pontificem ad confirmandum animum excitaret, atque Cæſari ut corona imperialis in Germaniam tranſmitteretur roganti, vel Carolo Neapolitana jura beneficiaria depoſcenti ſe Leonem nomine ac re demonſtraret; ac Regem Francorum ex pontificio arbitrio ita pendere, ut non minus ejus opera quam nepotis ducis uti poſſet: præterea ſubjunxiſſe (*k*) videri ſibi arctiſſimum fœdus inter Pontificem ac Regem, Venetos, Helvetios, Florentinos, & Laurentium ducem Urbinatem ſanciendum, ut publicæ ſaluti fœderatorum conſuleretur, & Carolo Regi nocendi voluntas eriperetur; ſi enim imperium cum aliis regnis conjungeret, ob controverſa Cæſarum in omnem Italiam jura, ipſum ingentia mala illaturum, nec illius impetus CLIX.

De ſanciendo fœdere inter Pont. & Gallum actum.

(*k*) *Ead. p.* 47.

petus

petus propulſatum iri: quinetiam eundem Regem Franciſcum admota pectori manu ſacramento ſpopondiſſe, ſe ad ſervandum ſedis Apoſtolicæ decus, Florentinos defendendos, Mediceum nomen tuendum, Inſubriam Gallicæ coronæ aſſerendam, ſuperiora promiſſa ſumma vi & contentione completurum. Cæterum ſi ſummus Pontifex contraria conſilia caperet, illius voluntati ſe accommodaturum, orareque ipſius beatitudinem, ut diligenter omnia excuteret, deque omnibus Franciſcum Regem faceret certiorem, qui demum cunctis in rebus ſapientiſſima apoſtolica conſilia ſequeretur.

CLX. Decrevit præterea Franciſcus Rex conatus ſuos convertere ad Fridericum Saxoniæ ducem, de quo ſibi affinitate conjungendo agitabat, ad Germanicum ſolium evehendum: quod cum legato Cardinali indicaſſet, is rem vigeſima ſexta novembris die Cardinali Medici ſignificavit. Soggeſſerat autem illud conſilium Laurentius Medices (a) Urbini dux Gallo Regi affinitate conjunctus, ut Romanum imperium affectare deſineret, Saxonemque Hiſpano opponeret: quod quidem conſilium ut amantiſſimum ac ſapientiſſimum a Franciſco Rege laudatum, atque eo pacto commune omnium periculum diſcutiendum dixiſſe, ſi Saxoniæ dux ad imperium proveheretur. Nondum contaminatus Lutherana impietate apparuerat Fridericus, quem proximo anno a principibus electoribus, rejecto Francorum Rege, antelatum Carolo; ſed cum is imperium reſpuiſſet (b), Carolo delatum fuiſſe, ex actorum Francofurtienſium hiſtoria a Thoma de Vio Cardinale legato Leoni X. expoſita dicetur ſuo loco.

Saxonem Hiſpano opponere Gallus ſtudet.

(a) Ib. p. 52.

(b) Ib. p. 72.

CLXI. Confecta (c) interea funt diplomata licet non promulgata, quibus Carolus Hiſpaniæ Rex veteri religione liberabatur, ut retento Neapolitani regni fiduciario jure, etiam Romanum imperium corriperet; ſed Julius Cardinalis & Laurentius Medicei obſtitere, ne ea diplomata prodirent: optabat vero Pontifex ad nimiæ Caroli potentiæ, ſi Neapolitano & aliis ſceptris cæſareum adjungeret, terrorem levandum, ut fœdus illud inter Apoſtolicam ſedem, Gallum Regem, Venetos, Florentinos, Helvetioſque ad mutuis ſubſidiis principatus defendendos, ſi quempiam ſociorum Carolus oppreſſurus foret: a Franciſco Rege propoſitum iniretur (d): quid vero circa id a Gallo actum eſſet edocuit Julium Cardinalem Bibiena, ſe nullam poſthac mentionem ediḋiſſe, cum Gallicæ rei præcipue intereſſet, ut ipſi fœdus illud in rem ipſorum vertendum urgerent, Pontificemque de eo magnis precibus appellarent.

(c) Ib. p. 53.

Permiſſum Carolo V. ut cum regno Neapol. Romanum capeſſat imperium. Caroli V. potentia ſuſpecta omnibus.

(d) Ib. p. 56.

CLXII. Inter tot de imperii ambitu altercationes Carolus Hiſpaniæ Rex, cum Pontificem ac Franciſcum Regem ſibi ea in re adverſari agnoſceret, ſignificavit (e) Franciſco Maximilianum avum decreviſſe expeditionem in Italiam ad imperiale inſigne e pontificiis manibus accipiendum: ſed cum id ſine ingenti perfici auri vi non poſſit, ſe ipſum Regem orare, ut ſuam apud Pontificem authoritatem adhiberet, quo imperialem coronam, qua in Germania a Thoma Cardinale legato apoſtolico cingendus foret, tranſmitteret. At cum Gallus ex Germania certior fieret, Carolum Regem Romanorum renuntiari non poſſe, ni prius Maximilianus imperiali diademate vel a Pontifice vel a legato eſſet redimitus, Caroli ſtudia non provexit; immo ad ea labefactanda curas intendit, & Cardinalem de Bibiena apoſtolicum in Galliis legatum oravit, ut apud Pontificem ageret, ne coronam imperialem ad Maximilianum mitteret: ne vero aperte Maximiliano imperiale inſigne denegaret, reſponderet, decere ut eadem ratione, qua Henricus VI. Carolus IV. ac Fridericus III. ejuſdem Maximiliani pater, eam acciperet, hortareturque ut majorum more in Italiam veniret: cæterum Pontifex Maximiliani adventum in Italiam non pertimeſceret; ſi enim Maximilianus vel per Venetam ditionem, vel per Inſubriam penetrare cum exercitu contenderet, Gallum ipſum cum validiore alio exercitu illi occurſurum; nec Franciſco in Italia Gallicas ducante acies Maximilianum ultra progredi auſurum, ac retracturum ſigna: aperuit etiam Galli Regis mater legato cauſam, quæ Franciſcum ad hæc peragenda impelleret, nimirum æmulationem gloriæ, ſi enim Hiſpanus cæſareum ſceptrum adipiſceretur, Gallum illi inferiorem futurum, quod ſibi dedecori fore putaret; tueretur itaque Pontifex in priſtino amplitudinis gradu Gallum Regem, qui pro pontificia majeſtate aſſerenda omnes ſuas vires opeſque effundere paratus eſſet: quæ omnia Cardinalis de Bibiena legatus exaratis quinta decembris die literis Julio Cardinali renunciavit, utque Franciſcus Rex trapezitarum aurum argentumque interciperet, ne Carolus ex Gallia opes pro obtinendo imperio neceſſarias poſſet extrahere, utque Carolo de arctiore fœdere amicitiæ Franciſcum poſtulanti Franciſcus obluctaretur.

(e) Ib. p. 55.

Obſtat Gallus ne ad Maximilianum a Pont. diadema imperiale tranſmittatur.

Nimia Franciſci Regis æmulatio ingentium malorum cauſa.

CLXIII. Ingrata (f) fuere Pontifici hæc Galli Regis conſilia, quæ bella inter Chriſtianos

(f) Ib. p. 60.

prin-

Ingrata Leoni, Pontifici.

(a) Ib. p. 60.

Negat Leo uni factioni ſe addicere.

Graves in Gallum de turbata pace querelæ.

(b) Ib. p. 60.

Maximilianus de commutando imperio cum regno Neap. agit.

principes paritura, & Chriſtianum imperium Turcico furori obiectura metuebantur: nam Carolus Hiſpaniæ & utriuſque Siciliæ Rex Maximiliano avo exercitus Hiſpanos in Turcas ducendos ex ſacris decumis pro Italica expeditione & imperiali diademate ſuſcipiendo, nec non retundendis eorum armis, qui ipſi abrumpere iter vel imperialia jura retinerent, deſerebat; ac Julius Cardinalis pontificiorum conſiliorum interpres Bernardo Cardinali in Galliis legato queſtus eſt (*a*), Gallos contra jus faſque exigere, ut Pontifex communis omnium parens Gallicæ factioni omnino ſe addicat, atque imperiali corona Maximiliano denegata, & Maximiliani Cæſaris & Caroli Hiſpaniæ & utriuſque Siciliæ Regis odia & arma in ſe concitet; atque ita e Gallorum voluntatibus pendeat: accenſo vero civili bello inter Reges Turcarum Imperatori ad excindendum Chriſtianum imperium via muniatur. Ad quæ reſpondit Rex Gallus, non depoſcere ſe ut Maximiliano Cæſari a Pontifice corona imperialis denegetur, ſed ut illi nullo exercitu ſuccincto ac pacem ferenti Romæ ſummis honoribus conferatur; atque ut prius more majorum ſolemnes oratores ad eam eblandiendam ad Pontificem mittat: ne vero Carolus veteri religione pro conjungendis Neapolitano Romanoque regnis ſolvatur, ni prius publicis monumentis demonſtret, Regem ſe Romanorum eſſe deſignatum, quod nondum peractum ex Palatini comitis aliorumque principum literis ſibi conſtare dixit. Quæ petita cum legatus die octava decembris Julio ſignificaſſet (*b*), ſubjunxit ſæpius ſe cum Francorum Rege conqueſtum, ingentem illum in hoc rerum ſtatu odiorum molem in Pontificem convertere, bellorum faces portis urbis iniicere, pacem publicam labefactare, reſcindere principum conjunctionem; nec modo ſacræ expeditionis evertere conſilia, verum & Turcis occaſionem proferendæ latius tyrannidis ſubminiſtrare. Cæterum cum, obluctante Gallo, Maximilianus Cæſar imperialem coronam a Pontifice in Germaniam tranſmitti non impetraret, neque ut ab electoribus, antequam illam ſuſcepiſſet, Carolus Rex Romanorum deligendus cenſeretur, ne duo ſimul Romani Reges agnoſcerentur, iniit conſilia de commutando regno Romanorum cum Neapolitano, ac larga promiſſa Francorum Regi pro augendis in Italia rebus Gallicis fecit, cum Neapolitanum cælum ſibi ad propagandam vitam ſalubrius futurum putaret: quæ conſilia, ut inania & chimæræ ſimillima deriſa a Galli Regis matre regiorum conſiliorum moderatrice Cardinalis legatus Julio Cardinali vigeſima prima decembris die ſignificavit (*c*). Ita diſturbata tunc fuit Caroli V. electio, nec Pontifex Maximiliani opera ad Lutherum opprimendum uſus eſt.

(c) Ib. p. 65.

CLXIV. At dum impoſtor nequiſſimus hæreſi Germaniam inficiebat, inſigne prodigium non longe ab Auguſta contigit, ſpina enim dominicæ coronæ inſpectantibus viris fidedigniſſimis feria quinta hebdomadæ ſanctæ ſanguinem emiſit: quod maniſeſtiſſimum fuiſſe proximo ineunte anno in oratione funebri Cæſaris Joannes Faber (*d*) promulgavit his verbis: *In oppido Werd ſex milliaribus Germanicis ab Auguſta diſtante ſpina coronæ Domini, quæ per Cæſarem magna devotione illic in cœnobium S. Crucis ordinis D. Benedicti fuiſſet deportata, in die feriæ ſextæ majoris hebdomadæ anno penultimo ætatis ſuæ in præſentia plurium fide dignorum per Cæſarem ad hoc quam diligentiſſime deputatorum, Balthaſar videlicet Wolff præfecti in Werd, abbatis S. Crucis, Erhardi Almaver ſacellani cæſarei prioris atque conventus dicti cœnobii, qui & id literis atque ſigillis ſuis, quas penes me juſſu Cæſaris conſervo, teſtati ſunt (taceo plures alios utriuſque ſexus, qui id ipſum ſuis viderunt oculis) ſanguinem ſudavit.*

(d) Jo. Faber Theol. in orat. fun. Maximil.

Spina dominicæ coronæ ſanguinem fundit.

CLXV. Sed e Germania ad Daniæ ac Sueciæ proxima regna digredimur: in quibus violatæ ſunt induciæ quinquennales hoc anno, quæ prius omnibus principibus fuerant imperatæ, quippe Chriſtiernus Daniæ Rex a Goſtavo archiepiſcopo Upſalenſi; cujus pater Ericus ab æmulo Stenone regni ſpe depulſus fuerat, concitatus, Stocholmiam obſidione cinxit; ſed cum fractos impetus videret, exercitum ad claſſem reduxit: adverſis autem furentibus ventis quatuor menſium flexu agitatus repulſuſque in littus, quaſi cælum de illius perfidia ob ſpretas cenſuras apoſtolicas, iis qui publicam pacem turbarent propoſitas, ſumeret pœnas, in eas adductus fuit anguſtias, ut fame pereundum ipſi foret, niſi Steno hoſtis commeatus abunde ipſi ſuppeditaſſet; quem tamen ex inſidiis fallaci amicitiæ oſtentatione capere ſtuduit: ſed illo acceſſum detrectante, cum nobiliſſimos obſides accepiſſet pollicitus in congreſſum amicumque colloquium, ſe poſtea cum Stenone venturum eos in Daniam cuſtodiis conſtrictos, interque ipſos Goſtavum Ericſon poſtea Regem abripuit, ac proximo anno bellum in Svecum redintegravit.

CLXVI. In Hiſpania ob Maurorum & Judæorum commercium aſſerendæ fidei ſplendori

dori

Cenſura fidei in hæreticos exercita in Hiſpania.

dori major navata eſt ſolicitudo, quam in Germania proindeque Hiſpania tantarum calamitatum expers extitit. Supremæ ibi vero ſacræ cenſuræ præerat Hadrianus natione Belga Cardinalis, qui in pontificatu Hadriani nomen retinens, ſexti agnomen addidit: ad quem Leo ampliſſimum diploma dedit (a) adverſus eos, qui in cauſa hæreſis falſi teſtes deprehenderentur.

(a) Ext. in bullar. in Hadr. VI. conſt. 29.

Dilecto filio Hadriano tit. SS. Joannis & Pauli presbytero Cardinali.

De falſis teſtibus pont. decretum.

Intelleximus quod in Hiſpania cæteriſque regnis & dominiis chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Joannæ Reginæ & chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Regis Hiſpaniæ Catholicorum ditioni ſubjectis, in quibus tu hæreticæ pravitatis inquiſitor generalis per ſedem Apoſtolicam deputatus exiſtis, multi perditi ingenii homines in teſtimoniis, quæ perhibent ſuper dictæ pravitatis veritate inquirenda, falſitatem quandoque prece, pretio odio, vel amore, & quandoque metu committere, aut ſe eandem falſitatem commiſiſſe publice, licet falſo, fateri non verentur, ſicque hujuſmodi diabolicæ artis miniſterio plerumque vel damnantur inſontes, vel divinæ majeſtatis Dei & orthodoxæ fidei ſub Chriſtiano nomine deriſores veniam conſequuntur: ad quæ facinora perpetranda ipſi falſi teſtes tam propria improbitate & inconſtantia, quam audacia & impunita temeritate eorum, qui illos ad talia committenda minis cogunt, aut pecunia alliciunt, impelluntur. Nos igitur ſceleſtum hoc hominum genus, qui in divinam humanamque ſimul naturam conſpirant, & in nefandi criminis cauſa vel injuſtæ abſolutionis vel iniquæ condemnationis authores exiſtunt, acriori longe ſupplicio quam cæteri falſidici teſtes plecti ſoleant, dignum cenſentes, circumſpectioni tuæ & univerſis & ſingulis aliis per te & pro tempore exiſtentem generalem dictæ pravitatis in regnis & dominiis prædictis inquiſitorem ad ipſum inquiſitionis officium pro tempore deputatis, contra omnes & ſingulas perſonas cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis & conditionis exiſtens, quas tibi aut aliis inquiſitionibus prædictis in crimine hæreſis ſcienter depoſuiſſe, aut alium ad falſum deponendum aut verum tacendum induxiſſe vel quempiam ob perhibitum veritatis teſtimonium, vel propter falſum non atteſtatum occidiſſe, aut membro aliquo mutilaſſe aut bonis ſuis omnibus vel majori parte illorum ſpoliaſſe, vel ſpoliari feciſſe, ſeu atrociſſima injuria affeciſſe legitime conſtiterit, tuo aut a te deputando ſeu deputandis & ſubdelegandis arbitrio procedendi, & eos pœnis de quibus tibi vel illis videbitur condemnandi, ſuper quo tuam & illorum quibus negotia hujuſmodi commiſeris, conſcientiam oneramus abſque alicujus pœnæ ſeu cenſuræ eccleſiaſticæ metu aut irregularitatis nota, tradendi vel relaxandi etiam curiæ ſæculari plenam & liberam concedimus facultatem, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die XIV. decembris MDXVIII. pontificatus noſtri anno VI.*

* inquiſitoribus

Confecta eſt hoc anno in Africa ſecunda expeditio ab Hiſpanis adverſus Turcas Caroli Regis auſpiciis; Horruc enim Barbaroſſa, qui ex pirata Algerii & Tremeſinii Rex evaſerat, atque in Bugiæ obſidione brachio mutilatus fuerat, dum Oranum oppugnabat, fuſus in fuga contrucidatus eſt, ejuſque caput per Hiſpanias infixum haſtæ circumlatum in ſignum victoriæ: quippe iis Italica, Hiſpana, Gallica & Africana littora ſæviſſime infeſtarat: tranſmiſſa ad Maximilianum Cæſarem a Carolo vexilla hoſtibus erepta Germanici hiſtorici tradunt, Maurorumque quadraginta millia in Tremeſenii expugnatione cæſa. Cæterum in illius locum Aradinus Barbaroſſa ſucceſſit, ac fraternam immanitatem in Chriſtianis divexandis æquavit: pro hac vero victoria proximo anno ad Algerium ab Hiſpanis magna clades accepta eſt. CLXVII.

Turcæ victi in Africa.

Horrucus Barbaroſſa trucidatus.

Quod ad Indicas res attinet; excurrente hoc anno diſſentientes inter ſe Luſitani de Malacenſi præfectura, in extremum pene diſcrimen adducti ſunt a Bintani Rege, qui de Chriſtianorum diſcordiis factus certior in urbis potiundæ ſpem erectus maximo exercitu inſtructo Malacam magnis molitionibus adortus eſt. Perculſi præſentis periculi formidine Luſitani lites æquitate & arte compoſuere, ac Siani Regem poſtulavere miſſo Eduardo Cocethio de arctiore fœdere ineundo: quod ille mox admiſit, inque amicitiæ ſignum crucem defigi in loco Hudiæ urbis regiæ editiſſimo ſivit. Redeuntem Coœthium proximo anno immanis procella in littus, quod Bintani Regis genero parebat, impegit: ſed cum hic barbarus cum ſocero exerceret odia, Luſitanos amantiſſime excepit, ac Regis Luſitaniæ vectigalem ſe futurum pollicitus eſt; quamquam poſtea in ſoceri gratiam reſtitutus fidem fregit. CLXVIII.

Malaca in diſcrimen adducta.

Crucis trophæum defixum a Luſitanis in Siani regno.

Quod ad Siani regnum ſpectat; tradit Barroſius (b) in iis vaſtiſſimis orientis oris tria maxima imperia florere, Sinenſe nimirum contiguum illi Siamenſe, & tertium Biſnagenſe: Reges vero Orizæ & Bengalæ amplitudine & opibus cum iis non conferendos: porro Siami Regem tantis pollere viribus, ut viginti equi- CLXIX.

(b) Barroſ. c. 5.

De Regibus gentilibus in Oriente.

quitum, peditum ducenta & quinquaginta, elephantorum decem millia adverſus hoſtes educat. Quod ad religionem gentis ſpectat; addicta illa, necnon finitima eſt idololatriæ, rituſque ſuos a Sinenſibus, quibus quondam patuit, accepit. Tenent Siamenſes Deum cæli & terræ conditorem eſſe, ac piorum animas æterna gloria, impiorum infernalibus ſuppliciis affici: cuique vero in lucem prodituro duos angelos cuſtodes attribui, necnon alium, qui in malum impellat: ampliſſima Deo templa ponunt, in quibus plura ſimulachra hominum, quos ob virtutes in cælum receptos ajunt, venerantur: ſtatis temporibus ad templa conciones audituri confluunt: ſacerdotes caſtitatis adeo cultores ſe fingunt, ut mulieres in ædes non excipiant, lapſique in libidinem plectantur: mundum habuiſſe principium ajunt, ac diluvio generali obrutum fuiſſe, atque octo annorum millibus completis periturum incendio; jamque ex eo annorum numero ſex millia præteriiſſe: poſtquam vero mare aruerit terraque in cinerem verſa fuerit, orbem inſtauratum iri, ac terram ſumma amœnitate veſtiendam, luxuriaturamque ſine ullis hominum laboribus omni fructuum genere, hominesque immortalem ac plenam deliriis vitam ducturos. Aſtrologiæ adeo addicti ſunt, ut non niſi conſultis aſtris pedem moveant, eique tum miſcent artes magicas. Cæterum gulæ dediti, atque in omne libidinum genus effuſi. Patent hæc ingentia regna evangelii præconibus, qui ſalutarem Chriſti doctrinam propagare velint.

Siamenſes quid de Deo ſentiant.

CLXX. A Siamenſibus parum diſcrepant ſuperſtitione Bengalenſes, quorum pars maxima adumbrata numina & idola, pars infandum Mahometem colit, quorum regionem moreſque deſcribit Oſorius (a). Defecerat horum Rex ab Emmanuelis Regis Luſitaniæ fide poſt Albuquerquii obitum; ad quem in officium redigendum Suarius Joannem Silveriam cum navibus quatuor miſit, qui in Chatingamenſem Bengalæ portum invectus, rectorem urbis ad dandos obſides vi adegit: at deinde ſimulatione officii in inſidias allectus parum adfuit, quin a numeroſa Bengalenſis Regis claſſe opprimeretur. In Zeilandam itaque inſulam ſive Taprobanam laudatiſſimi cinamomi ſilvis nobilem, curſum intendit, ubi in portu, quem Columbum nominant, & ad quem religioſos viros Dominicanos ac Minoritas, qui orientem diſſeminandi evangelii cauſa peragrabant, ducentis ante annis penetraſſe vidimus (b), Lupus Suarius Indiarum prorex perdomito Rege Brachmane ac Saracenorum vi fracta annuo gemmarum & cinamomi vectigali ei imperato, arcem extruebat, cui idem Joannes Silveria præfectus eſt. Porro a Joanne ipſo Silveria felicius cum Maldivenſi & Cambajenſi, quam cum Bengalenſi res geſta fuerat; ſiquidem alienatos eorum animos, pacemque compoſuerat. Hæc dum geruntur, novus ex Luſitania Indiarum prorex Lupius Siqueira octavo ſeptembris die Goam appulit (c) cum decem navium claſſe; quarum uni, cui Joannes Limicus præerat, in ſulcando vaſto Oceano hoc admirabile contigit, ut bellua furibunda, dum perſequeretur prædam in imas compages navis pertuſo alveo, acutiſſimum caput infixerit, & in ſummum diſcrimen epibatas concuſſæ navis terrore attonitos adduxerit.

(a) *Oſor. l. 11.*

Zeilanda Luſitano adjecta imperio.

(b) *A. C. 1319. n. 31.*

(c) *Oſor. l. 11. Maffejus l. 7.*

CLXXI. In America (d) Cubæ Fernandinæ prætor quatuor navium inſtucta claſſe, præfectoque illi Joanne Griſalva, detectas anno ſuperiori terras luſtrari juſſit. Inſulam nomine Coſumel, e qua ſuaviſſimi afflabantur odores, ambitu leucarum quinque & quadraginta reperere: incolæ exculti erant legibus, ut Jucatani: turrium ibi dirutarum veſtigia aliaque venerandæ antiquitatis monumenta viſa: aſſurgebat ſuperbe turris præ cæteris in quam graduum octodecim aſcenſu aditus patebat, in eaque defixum inſigne regium in adjectæ Hiſpano imperio inſulæ argumentum, refert Petrus Martyr (e): *Turrim*, inquit, *conſcendunt duce primario, quem ſacerdotem credunt: vexillum in cacumine ſiſtunt, Regi Caſtellæ imperium adjudicant, ſanctæ Crucis nomen inſulæ aſſignant, quia nonarum maii quinta ſolemni ſunt inſulam ingreſſi*. Et infra: *Cameras in turri reperere ſtatuis tum marmoreis, tum fictilibus urſorum ſimulachris immixtas, quos uniſono elato cantu invocant, ſuffumigiiſque ac ſuavibus udolent odoribus uti penates eas colunt. Res ibi divina celebrata eſt*, purgata ſcilicet de more idolis turri: *Sunt recutiti: regulus hic eleganter ex goſampio velamine indutus*. Solutis ex ea inſula anchoris, in Jucanatam invecti ſunt: perculſi navium noſtrarum magnitudine barbari, qui lembis unilignеis tantum utuntur, ad ſex millia ſcutis auratis tecti concurrere ad arcendos exſcenſione noſtros: de pace per interpretes cum eſſet actum, noſtri aurum non vi, ſed permutatione rerum popoſcerunt. Quid vero conſecutum ſit narrat Petrus Martyr, nimirum arma ex auro conflata a Jucatanis Hiſpano duci fuiſſe dono oblata.

(d) *Petr. Martyr. dec. 4. c. 3. Gomara l. 2. c. 16.*

Hiſpani perluſtrant inſulas Americæ.

(e) *Petr. Mart. ib.*

CLXXII. At qui auro opibuſque abundabant, quam

(a) Id. ib. c.4.

Pueri puellæque immolati dæmonibus.

quam miſeri & infelices eſſent ludibriis dæmonum, quos humana laniena placabant, expoſiti, quæ ſubdit Petrus Martyr (a) oſtendunt: *Ad leucas centum circiter ad zephirum ſemper ſinum ingentem reperiunt, in quo tres parvæ inſulæ ſitæ erant; adeunt grandiorem, proh crudele facinus, pater ſancte: proh truculentas hominum mentes: ſtomacho claudat portas beatitudo tua, ne perturbetur. Pueros puellaſque ibi ſuis immolant diis: ſunt recutiti: ſimulacbra quæ colunt ſunt marmorea, quædam alia fictilia; marmoreus inter imagines extat leo pertuſa cervice, in quem miſerorum ſanguinem proiiciunt, ut inde fluat in lacunam marmoream. Qua cerimonia miſerorum ſanguine litent, referamus; non iugulis, ſed pectoribus apertis ex infauſta victima cor eruunt, ex cuius calido cruore idolorum labia illinunt, reliquum perfluere patiuntur in lacunam: inde inapertum cor & exta comburunt, gratum diis fumum illum fore arbitrantes. Ex idolis unum eſt virile, quod inflexo capite lacunam ſanguinariam ſuperius ſpectat, tanquam acceptans hoſtiarum ſacrificium: torulos brachiorum, femorum, ac ſuarum pulpas edunt: ſi præcipue hoſtem bello victum ſacrificaverint, rivum concreti ſanguinis veluti e carnificina exeuntem repererunt. Ex inſulis vicinis ad id facinoris miſeros tranſportant: capita cadaveraque truncata ibi viderunt innumera integra etiam, pleraque velaminibus contecta. Univerſi tractus illi auro gemmiſque abundant.*

Horrenda Americanorum laniena.

I. ANno excurrentis ſæculi decimonono indictione ſeptima, belli ſacri conſilia inopino caſu ob Maximiliani Cæſaris obitum conſeneſcere cœperunt: contra vero impius hæreſiarcha Lutherus, quem ejuſdem Cæſaris in Eccleſiam & fidem catholicam obſervantiſſimi metus aliqnantulum coercuerat, audacia & petulantia auctus, in eccleſiaſticos viros & pontificios adminiſtros conceptum animo virus liberiore & furiali lingua effundere (a) cœpit, ut narrat Ulembergius ſic inquiens: *Anno MDXIX. ineunte Maximilianus Imperator in Auſtria ſupremum vitæ diem clauſit, princeps armis, pietate, prudentia maxime inſignis, aliis virtutum ornamentis clarus; cujus morte Lutherus inſolentior factus majoris in dies audaciæ non obſcura ſigna dedit; quamquam enim jam antea quoque multa proterve dixerat in Pontificem, alioſque qui conatibus ipſius obſiſtebant, tamen deinceps velut excuſſo fræno majorem ſibi ferociam indulſit, & conviciis ac criminationibus intemperantius adverſarios impetivit; cujuſcumque demum conditionis eſſent, quemadmodum ejus ſcripta poſt hunc diem edita teſtantur.* Jure itaque merito planxit Romana eccleſia Maximiliani obitum, qui vigeſima quarta ejuſdem menſis Romæ increbuit, ut refert Paris de Graſſis: *Hac*, inquit, *die*, XXIV. *januarii cum in conſiſtorio patres ſederent, venerunt nova de Maximiliano electo Imperatore mortuo die undecima præſentis hora quaſi tertia noctis.* Addit idem author novem dierum flexu funebria ſacra pro illius animæ expiatione peracta fuiſſe.

(a) *Ulemberg. in vita & geſtis Luther. c.* 3.

Inde Luthero auctus animi.

II. Ut vero ſumma cum pietate ad mortem ſe comparaverit pluribus Cuſpinianus (b) nec non Joannes Faber in oratione funebri referunt, multiſque laudibus ejus geſta extollunt, eccleſiarum nimirum occidentalium cum Romana conjunctioni ſtuduiſſe, ac ſchiſma Piſis, dein Mediolani, ac demum Lugduni conflandum adverſus Julium II. diſcuſſiſſe, Dei & Eccleſiæ præcepta coluiſſe: blaſphemos ita habuiſſe exoſos, ut nullum eorum, quantumvis chariſſimum, apud ſe verſari paſſus fuerit: jejunia eccleſiaſtica pie obſervaſſe; miſertum tamen populi, qui neceſſariis in Germania & ſeptentrionali plaga carere ſolet, a Leone X. popoſciſſe, ut quadrageſimale tempus in plures anni partes, quo animarum imprudentium ſaluti conſultius foret, divideretur; ſed voti juſtiſſimis aliis de cauſis compotem minime factum: ſeveram legem in eos, qui intemperanter vino abuterentur, tuliſſe: pauperes ita amaſſe, ut moriens xenodochia decem ſuo ſumptu conſtrui; annuoque cenſu donari juſſerit: miſſæ ſacrificio quotidie intereſſe voluiſſe: ſalubrem mortis cogitationem, ut humana contemneret, ita verſaſſe animo, ut extremo vitæ quinquennio ſecum quocumque pergeret etiam in acie ſarcophagum circumferret: *Anno*, inquit *quinto priuſquam diem obierit ultimum, quantumvis in magnis verſaretur & imperii & regnorum negotiis, eſſentque ſibi tum Gallus tum Veneti quam moleſtiſſimi, ſarcophagum cum omni ea ſupellectili, quæ mortuo ad ſepeliendum foret neceſſaria, per ſe quam diligentiſſime ordinavit: eo enim tempore in Inſpruk regio oppido Tirolis cum palatium ampliſſimum, ac plane Cæſare dignum fabricaret, neſcioque quid erroris artifices commiſiſſent, ad Matthæum [quem ſeniorem appellant] qui primus eſſet inter eos, qui cubiculo præſunt ſecretius, in aurem ſuſurrans dixit: nihil hi faciunt quod gratum ſit: ego vero domum mihi conſtruam, quæ placeat, eaque die ſarcophagum cum ea, qua diximus, ſupellectili fieri juſſit, & clanculo quidem ne ad hominum oſtentationem id feciſſe videretur, ſecretiſſime apud ſe quinque illis annis ubicumque locorum eſſet, etiam dum Mediolanum contra Gallos proficiſceretur, quam diligentiſſime ſingulis noctibus ſemper conſervavit ac reponi juſſit. Arbitrabantur quidem homines, etiam quibus rerum magnarum demandata eſſet cura, theſaurum aliquem illic detineri ac conſervari: alii nonnihil librorum, quibus hiſtoriæ veteres continerentur: alii aliud magni quippiam eo deferri; Cæſar vero ſibi conſcius in quem ſecum deferret uſum, ut ſemper hilaris erat, ſubridendo in rei cujuſdam ſibi omnium chariſſimæ uſum id ſecum deferri dicebat.*

(b) *Cuſpinian. in Maximilian.*

Maximiliani elogium.

Experierat a Leone X. ut jejunium quadrageſimale divideretur in partes.

Xenodochia decem ab eo conſtrui juſſa.

Sarcophagum circumferre ſolitus.

III. Ea pia aſſiduaque cogitatione uſus Maximilianus, cum morbum augeri ſentiret, ſemel atque iterum ſacra exomologeſi animum expiavit: deinde nona januarii die ſanctiſſimum Chriſti corpus tanta pietatis teſtificatione ſuſcepit, ut præſentes omnes lacrymas profunderent. Extrema etiam unctione liniri flagitavit, aſtanteſque circum ſe flentes conſpicatus, moriturum hominem, cum mortalis eſſet flere vetuit. Tum evangelicam lectionem, qua Chriſti domini cruciatus recenſentur, repeti juſſit: *In ultima mortis hora*, addit Joannes Faber (c), *dum eu clero multi ſibi aſtarent, ſigno admonuit*

Sacramentis ante expiatus.

(c) *Jo. Fab. in oration.*

ne

Digitized by Google

Proſequi ſolitus ſacerdotes magnis honoribus.

ne circa ſe ſtarent, ſed ſederent potius, nam ea dum viveret ſemper ſibi conſuetudo erat, ut nullum, en ſacerdotibus coram ſe ſtare, ſed ſemper præ modeſtia ſibi aſſidere ſecerit. Devotione vero tanta mortuus eſt, ut a nemine facile unquam exprimi poſſe crediderim: pudicitiæ talis ac tam ingenuæ, ut & in hora mortis ultimique agonis illius non fuerit oblitus panneolo, quem tum forte moriens geſtaret, pudenda [ne a quoquam ſe mortuo videri poſſent] obtexit: Deo, matri genitrici, ſanctiſque ſuis patronis S. Georgio ac divo Andreæ frequentiſſime ſimul ac devotiſſime plurimum ſeſe moriens commendavit. Mortuus eſt infra tertiam & quartam horas die XII. *menſis januarii anno ſalutis MDXIX. poſteaquam vixiſſet annos LIX. menſes novem, dies vero* XIX. *regnaſſetque annis XLIII.* nimirum cum patre Friderico vel ſolus; anno enim MCDLXXVIII. creatum Regem Romanorum eum vidimus. Inter eximia illius facinora enarrat Joannes Faber (*a*), ipſum capta Alba regali, templum princeps ne a militibus diriperetur propugnaſſe, ac ſacrilegium ſtricto gladio inhibuiſſe. Agitaſſe Maximilianum ſuperiori anno in Auguſtenſibus conventibus, ut novus Romanorum Rex, a ſeptemviris deligeretur, ad diſſenſiones, quæ ex illius morte oboriri poſſent, avertendas refert (*b*) idem author, quaſi imminentis obitus præſcius eſſet.

(a) Jo. Fab. de ſacris non temere violandis l. 1.

(b) To. 3. rer. Germ. ex edit. Surius in comment.

IV. Ubi vero vacuum eſſe cæſareum ſolium accepit Romanus Pontifex, omnes eo curas intendit, ut ſeptemviros ad Imperatorem virtutibus clarum, opibus florentem, viribus & authoritate pollentem deſignandum permoveret propoſuitque (*c*) in eo ſtatu rempublicam Chriſtianam ſitam, ut eum exigeret, qui mutua pace devinctos Reges Chriſtianos teneret, & adverſus Turcas maximum & fortiſſimum exercitum in expeditionem educeret: conſulerent itaque Chriſtiani imperii ſaluti periclitanti, ac pro dignitate electorum munere fungerentur. Provinciam etiam dedit Thomæ Cardinali Cajetano legato, & Caracciolo apoſtolico internuntio, ut principes ad dandum orbi Chriſtiano ſtrenuum & præpotentem defenſorem cohortarentur.

(c) Ext. to. 3. rer. Germ. ex edition. Freher. p. 138.

Dilecto filio nobili viro Ludovico comiti Palatino ſacri Romani imperii principi electori.

Has ad te ſummo animi ſtudio ſcribendas duximus, te impenſius hortantes, ut poſt pietatis officia in mortuum te nobiſcum una ad eam curam ac diligentiam velis convertere, in qua omnis maxime ſalus Chriſtianæ reipublicæ conſiſtit, ut illi defuncto par aut etiam ſuperior, ſi fieri poteſt, eligatur Imperator. Communis hæc nobis tecum cogitatio, ſed opera & ſententia tua huic facto conjunctior eſt: non arbitramur nobilitatem tuam præſtantem prudentia egere conſilio; ſed tamen noſtra dignitas ac perſona requirit, ut quod optimum factu videatur eſſe in medium conſulamus: etenim ſi ullum unquam tempus poſt Romani imperii nomen extitit, quod tuam poſtularet & collegarum tuorum fidem, vigilantiam, religionem, ſapientiam hoc illud eſt in quo omnis induſtria adhibenda, ut in Imperatore deligendo Dei redemptoris honori, imperatoriæ authoritati, Chriſtianæ reipublicæ quieti, veſtræ quoque ipſorum, qui electuri eſtis, ſaluti conſulatur. Numquam [quod tibi in oculis eſſe certo ſcimus] habuit fides Chriſti potentiores hoſtes, numquam adverſus eam animo infeſtiores, crudelitate efferatiores. Horum igitur faucibus atque immanitati tota expoſita ſit neceſſe eſt Dei reſpublica, niſi is deligatur Imperator, qui pari potentia illorum retundere inſolentiam, & authoritatis nominiſque ſui magnitudine ſalutem tegere Chriſtianitatis queat. Hoc igitur inprimis nobilitas tua poſitis ante oculos & penſitatis hoſtium viribus, ut provideat rogamus, per quem maxime illorum nefariæ crudelitati reſiſti poſſit, atque hæc neceſſaria eſt cogitatio; illa vero ad dignitatem imperii atque decus ſpectans quod ſine eximia potentia nec authoritatem habere poteſt, nec majeſtatem Imperator; capite autem labefactato & debili quid eu cæteris ſperandum in bono publico ſit, tuam profecto non latet prudentiam.

In Imperatore deligendo conſulant rei Chriſtianæ.

V. *Ergo quod petimus a te nobilitati tuæ, ut curæ & cordi ſit, in domino noſtro Jeſu Chriſto obteſtamur, id eſt ut cum nobilitas tua ad ſuam dicendam ſententiam ſuumque dandum ſuffragium acceſſerit, ponat ſibi ante oculos & ſalutem & dignitatem Chriſtianæ fidei, ſalutem, ut quoniam grave ab impiis hoſtibus diſcrimen & prope ſuprema imminet pernicies, in eam partem ſtudium ſuum convertat, ut par tantis rebus ac negotiis & nomine, & genere, & animo, & potentia eligatur Imperator; dignitatem, ut cum poſt hanc ſanctam ſedem, quæ ex Deo eſt, ſummum ſit in ſæculo imperii culmen, qui tua & collegarum tuorum judicio in id aſcenſurus eſt, ea habeat ornamenta, quæ in tanto principe requiruntur potiſſima: ſit gravis authoritate, prudens conſilio, maximarum rerum peritus, animo excellens ſit: qui divinam erga ſe liberalitatem agnoſcat, fidei ſanctæ faveat, ſanctam ſedem Apoſtolicam, ut filius matrem vereatur; qui*

pa-

Digitized by Google

pacem inter Chriſtianos populos teneat, bella & minas & terrores transferat contra impios, ſub quo ſperare & confidere poſſit Chriſtiana reſpublica, ſe in majorum ſuorum decus & poſſeſſionem veteris imperii eſſe perventuram, &c. Datum Pali Portuenſis diœceſeos ſub annulo Piſcatoris die x. februarii MDXIX. pontificatus noſtri anno VI. Exaratis aliiș undecima martii die literis (*a*) Pontifex eadem monita iiſdem verbis repetivit; tum hoc adjecit: *Quod ſi forte aliqua ratione vel cauſa qualem nos cupimus & reſpublica poſtulat, Imperatorem omnino habere non licitum fuerit, at illud ſaltem pro tua in communem pacem utilitatemque Chriſtianæ fidei egregia voluntate cogitandum atque agendum tibi eſt, ut is eligatur, in quo nulla ſit vel cauſa vel voluntas aut univerſalis Chriſtianæ reipublicæ quietis aut ſanctæ hujus ſedis Apoſtolicæ perturbandæ: in quo nobilitatem tuam non dubitamus ſuum ſingulare ingenium adhibituram.*

(*a*) *Ext. ib.*

VI. Lapſo bimeſtri relatum Pontifici eſt, Ludovicum Palatinum comitem pontificia amplexum conſilia, eo nimirum ſe in deligendo Cæſare ſtudia intendere, ut pro illo ferret ſuffragium, qui pacem inter Chriſtianos principes conciliare, atque arma adverſus Turcas poſſet convertere: qui par iis potentia, opibus, & viribus foret, virtute autem præſtantior. Quo accepto Leo electorem eundem ad egregie meditata perficienda hortativis literis (*b*) impellere niſus eſt, ac pro tanto beneficio, quo de ſede Apoſtolica & Chriſtiano orbe promeriturus eſſet abunde ſe meritam gratiam perſoluturum eſt pollicitus.

Actum de eo deligendo qui in Turcas arma vertere poſſet.

(*b*) *Ib. p.* 138.

VII. Aſpirabant ſummo ſtudio ad imperium Franciſcus Gallorum & Carolus Hiſpaniæ & utriuſque Siciliæ Reges, ambo ætate, opibus, regni amplitudine, virtutiſque ſpe & opinione florentiſſimi; & quidem Gallum arte uſum, refert Belchairus (*c*): *Ut*, inquit, *majorem & apud Leonem & apud ſeptemviros Germanos gratiam iniret, magnamque de Turcico bello ſuſcipiendo ſpem daret, Petrum Navarrum Franciſcus cum viginti triremibus aliquotque aliis navibus, in quas quatuor peditum millia impoſita erant, adverſus Mauros Italicam maris Tyrrheni oram ſuis latrociniis infeſtantes, mareque adeo ipſum mercatoribus invium reddentes, ire, & ſi ita ferret occaſio in Africam tranſire juſſit: tum ne Leo, qui in imperii petitione Franciſci cauſam ſuſcepiſſe videbatur claſſis Hiſpanicæ in regnum Neapolitanum profecturæ metu de ſtudio ſuo nonnihil remitteret.*

Gallus & Hiſpaniæ Reges exambiunt imperium.

(*c*) *Belcair. l.* 16. *n* 9.

Claſſis a Gallo inſtructa.

VIII. Porro Leonem Pontificem Carolo Franciſcum ea in re oppoſuiſſe queritur Carolus in ſuo ad Clementem VII. dato apologetico libello (*d*): *Non*, inquit, *ad ipſius Gallorum Regis promotionem; ſed ut per ejuſmodi Galli concurrentiam utroque noſtrorum excluſo ſoluto fœdere tertius ſubintraret minori potentia præditus.* Metuebat certe Leo, ſi Carolus ad faſtigium imperii eveheretur, ſedem Apoſtolicam ab eo oppreſſum iri, ſuorumque anteceſſorum decreta tueri conabatur, qui Neapolitanum regnum neque Inſubriæ neque imperio conjungendum ſanxerant, pontificiæ libertatis aſſerendæ cauſa: quare legatus apoſtolicus in primo conventu, qui Veſaliæ habitus eſt, vacuo ſolio cæſareo pontificio nomine hæc ſeptemviris expoſuiſſe apud Dolgaſtum traditur (*e*): *MDXIX. Legatus aſſiſtente ſibi archiepiſcopo Regino, &c. nomine ſanctiſſimi domini noſtri poſt imprecatam principibus electoribus ſalutem, & oblatam apoſtolicam benedictionem, propoſuit tria, ut ſequitur. Primo principes hortando & animando, ut in ſtatu jam fluctuantis reipublicæ Chriſtianæ de optimo principe & Rege Romanorum in Imperatorem eligendo cogitare vellent; qui authoritate, potentia, rerum gerendarum peritia valeret, & in omnibus optimum ducem, optimum ſenatorem præſeferat. Secundo ut Regem Neapolitanum, cujus regni proprietas ad eccleſiam Romanam ſpectat, nullo pacto in Romanorum Regem eligant, obſtante ſibi defectu inhabilitatis & ineligibilitatis ex conſtitutione Clementis IV. id quod plurimis fortiſſimis argumentis, & efficaciſſimis rationibus, clariſſimis exemplis comprobavit; quæ omnia repetere longum eſſet. Tertio, quia ſpecialiter, immo individualiter ſententia ſanctiſſimi domini noſtri principibus eſt enodata, petit legatus ut ſimiliter clare & expreſſe & individualiter reſponſum certum, clarum, non involutum, aut ambiguum per affirmationem vel denegationem, & per principes etiam non collegialiter congregatos detur; ut ſanctitas domini noſtri certiorari de eorum voluntate poſſit.*

Caroli electio formidanda Pontifici viſa.

(*d*) *Ext. apud Dolgaſt. to.* 1. *p.* 479.

(*e*) *Ext. apud Dolgaſt. to.* 1. *p.* 439.

Moniti principes ne illum eligant.

Regnum Neapol. cum imperio conjungi non poſſe.

Reſponſum principum electorum.

IX.

Reverendiſſimi & illuſtriſſimi principes hic congregati ob cauſas urgentiſſimas, & hoſtiles motus reprimendos, qui in territoriis & dominiis poſt jam vacans imperium emerſerunt, & ut pejora emergant in dies verentes huc Weſaliam convenerunt, de futuro autem Romanorum Rege eligendo in nullo ſoliciti quare ad petita reverendæ dominationis ſuæ reſponſum dare non poſſunt; ſed ſibi reverenda dominatio ſua & omnium proximus ſanctiſſimus dominus noſter Leo Pontifex maximus perſuadeant

indu-

indubitantiſſime, quod ubi ad Romanorum Regis electionem per reverendiſſimas & illuſtriſſimas dominationes eorum proceſſum fueris, eos tum enim in Regem electuros, qui ſit gloriæ & honori ſanctæ ſedi Apoſtolicæ, utilitati & emolumento republicæ Chriſtianæ, incremento ſacro Romano imperio, hoſtibus Chriſtiani nominis formidini, & omni poſteritati futurus admirabilis.

Monita Pontificis in pravam partem accepta.

Mirantur non minus principes electores ſanctiſſimi domini noſtri inſtitutum, id quod ævo noſtro electionum temporibus ab aliquo Romanorum Pontificum auditum eſt nunquam, maxime hoc modo propoſitum, ut electoribus legem præſcribat, jubeat, vetet. Sperant beatitudinem ſuam alias clementiſſimam futuram, illam Romanorum Regis electionem boni æquique conſulturam [1].

X. Contractus a Carolo exercitus in Galli fautores. (a) To. 3. rer. Germ. ex edition. Freheri.

Iiſdem precibus uſus eſt legatus in conventibus Francofurtenſibus, adeo ut imperium tertio principi non ambienti, immo & reſpuenti delatum fuerit ut dicetur paulo inferius. Cum vero miſiſſent (*a*) Gallus & Hiſpanus ſuos ad ſibi conciliiḿanda ſeptemvirum ſtudia, oratores Galli in Francofurtenſi conventu, uti putabant, perorare non potuerunt: quippe Caroli arte exercitum Germanicum tuendæ dignitatis ſpecie conſcriptum fuiſſe ferunt (*b*), ad eos, qui imperium in exteram gentem transferre voluiſſent, conficiendos. Itaque Joannes Alebretenſis, comes Drocenſis, Guillelmus Gounfierius eques auratus, & Carolus Guillatt ſenatus Pariſienſis præſes, a Francifco Rege legati Confluentiæ ſubſtitere, & quinta junii die ſuaſoriam ad principes orationem ſcripſere (*c*); ex qua præcipua capita delibabimus.

(b) Guicc. l. 13.

(c) Ext. to. 3. rer. Germ. p. 141.

Non ſolum, inquiebant, *reverendiſſimi domini, illuſtriſſimi, excellentiſſimi principes, Chriſtianitas quæ Europæ ſinu ambituque clauditur, ſed Africa & Aſia tota univerſuſque terrarum orbis ac peritiſſimæ illius nationis gentes, populi in vos converſi tanquam in ſublimi arce atque ſpecula conſtitutos, intentis oculis arrectiſque auribus adſtant circumluſtrantes ac explorantes, cui tantam rerum molem, cui totius orbis habenas ſitis credituri, quem tantæ dignitati tantiſque adminiſtrationibus præfecturi: tantopereque de veſtra omnes integritate, virtute, conſtantia ſingulari confidunt, ut illum haud dubie vos augurentur Romanum Regem deſignaturos, qui inter idoneos ſit maxime idoneus.* Et infra: *Porro ſi recti animi ſincerique judicii perpendiculo rem ipſam dematimur, etiam rationis non affectionis examine, ſtateraque uti volumus, nemo tam ſocors, tamque a communi, ut aiunt, ſenſu alienus, qui non plane videat Chriſtianiſſimum Regem Franciſcum cæteris tam potentia quam virtute eximia præſtare, nullumque eſſe penitus, qui tam expedite, tam efficaciter quam ipſe poſſit vel nutabundum & ruinæ proximum imperium ſuis viribus fulcire, vel ſocordia incuriaque majorum jam lapſum erigere, vel ipſius majeſtatem ſublimitatemque depreſſam in priſtinam authoritatem gloriamque reſtituere.*

Gallorum ſi Franciſcus Rex eligatur promiſſa.

Plura addidere de Gallorum Regis viribus, opibus, ornamentiſque imperatoriis: de ſelicitate bellica, qua in Inſubria Helvetios ipſum inſidiis opprimere affectantes vicerit, victos humaniter perſequi deſtiterit: de illius in conciliandis principum voluntatibus ſolertia; ut Romanum Pontificem Leonem in Bononienſi colloquio ſibi devinxerit, ut Venetos aſtrictos arcte adeo teneat, ut nihil ita ſit arduum, quod pro ipſo facere non ſint parati; ut Henricum Anglorum Regem ſuperiori autumno ex hoſte amicum ita reddiderit, ut omnia ſua ipſius Regis Francorum obſequio detulerit: propoſuere demum ingraveſcentem Turcarum tyrannidem ac vim, ad quam obterendam nemo eſſet Franciſco Rege, ſi ad imperialem XI.

NOTÆ [1] Quamquam Leo pontifex cauſæ Franciſci Gallorum regis favere viſus eſt; id tamen in ſpeciem tantummodo ab eo præſtitam non ſine fundamento ſuſpicor. Nam in literis Vigornienſis epiſcopi ad Thomam Vulſeum vulgatis a Martene Veter. Monum. to. 3. col. 1301. idem epiſcopus collegiſſe ſe ex verbis pontificis teſtatur: *ſuæ ſanctitati nullam fere aliam viam relictam eſſe ad intercipienda catholici regis conſilia, niſi Francorum regis ſimulationem qua ſperandum erat electionem ſaltem in tertium caſuram*. Quare in electionem primo factam de Friderico Saxone facile pontificem inclinaturum fuiſſe mihi perſuadeo; ex quo non ſatis admirari divinæ providentiæ conſilium ſuccurrit, quæ Saxoni animum illum injecit ut oblatam dignitatem rejiceret quam in perniciem rei chriſtianæ acceptaſſet.

Hæc adnotavi certum conſtituens, quod tamen ab aliis vocatur in dubium, Fridericum ſcilicet Saxonem communibus electorum votis imperatorem renunciatum fuiſſe. Id vero primus omnium ſcripſit Eraſmus, tenere ſe rem aſſerens ex epiſcopo Leodienſi, qui comitiis interfuerat. Verum alii apud Spondanum & Calviſium aſſerunt ex electoribus tantummodo duos Trevirenſem & Brandemburgenſem Fridericum extuliſſe. Quæ illorum ſententia utcumque firmatur ex Annalibus ſeu diario Georgii Spalatini Saxonis, Friderico electori a ſecretis, quique geſta a Friderico per dies ſingulos adnotans, de electione illa ad imperium ne verbo quidem meminit. Mansi

rialem ſolium eveheretur, paratior: neque ad conficiendam tantam expeditionem ſcientiæ militaris expertem, ſed exercitatiſſimum deligendum: nec Francum Germanis ſuſpectum videri debere, cum Francorum Germanorumque unam olim fuiſſe rempublicam teſtentur antiqua Germanorum monumenta.

XII. Prætulere contra cæteris omnibus imperii candidatis Carolum Hiſpaniæ Regem ipſius legati; e quibus comes Hermannus Nuenarius in ipſis ſeptemvirum comitiis elegantem panegyrim habuit, in qua hæc inter alia jactabat (a): *Neminem exiſtimo fore, qui hujus auguſtiſſimi imperii molem tam facile extollere, collapſum vero ac jam fœdari cœptum tam potenter reſtaurare, in angulos Germaniæ coarctatum tam longe lateque propagare poſſit. Quis enim neſciat quantas militum copias tam pacis quam belli temporibus paratas ſemper habere conſueverit? Quantam etiam & quam numeroſam claſſem, tum in mediterraneo mari, tum in occidentali Oceano conſtituerit? quibus non magis ſua ac ſociorum regna, quam totam ipſam Chriſtianam rempublicam ab incurſu barbarorum & hoſtium ſtrenuiſſime tutatur; atque hoc ſolo nomine vel maxime commendandus, quod publicam ſalutem ſuo periculo ſemper anteponendam duxerit. Qua in re quanta modeſtia ac temperantia ſemper uſus ſit, ex hoc conſiderari poteſt, quod in tanto ſumptu circa curam præſidiorum & copiarum nemini incolarum importune moleſtus eſt.*

(a) Ext. ib. p. 144. Quæ pro Carolo adducta ſint.

XIII. Confutavit deinde effuſos temere a Gallis ſermones, qui Carolum ob corporis puſillam ſtaturam regulum dixiſſent; cum ille ſat magnus judicandus ſit, quem maximi quique majorem ſeſe fateri coguntur. Ad objectam vero in tractandis bellis Carolo imperitiam reſpondit, maximos quoſque Cæſares pene pueros ad imperium evectos, & cum imperio exercitari Imperatores. Jactatos autem a Gallis Franciſci triumphos ita extenuavit: *De Chriſtianorum cæde non debet gloriari Chriſtianus princeps; inanis eſt enim gloria, quæ in reipublicæ perniciem vertitur: omnes quippe unius civitatis municipes ſumus, præſidem habentes optimum maximum Deum; in hac qui ſeditioſi deprehenduntur expedit reipublicæ, ut a regimine præcipites deturbentur, ne labefactetur ſtatus immaculatæ & incorruptæ matris Eccleſiæ.* Et infra: *Quid autem attinet exhortari vos, ut eum vobis Imperatorem deligatis, qui a Chriſtianorum cervicibus, ab aris ac templis Dei optimi maximi ſine veſtro incommodo truculentiſſimos hoſtes depellere tam facile poſſit, quam lubens velit? Sciunt omnes, immanitatem rabiem, ferocitatemque Turcarum: obtenta Aſia in Africam moliuntur exercitum brevi: quod eis adhuc in Aſia deeſſe videbatur, ferro ac flamma ſubegerunt, Syriam videlicet omnem, Arabiam denique totam, univerſamque Ægyptum.* Paucis interjectis: *Sed per Deum immortalem, o illuſtriſſimi principes, nolite credere quemquam mortalium timeri hoc tempore a Turcis niſi Carolum Regem, nolite opinari præter hunc ſupereſſe quemquam, qui hujus tam periculoſi & ancipitis belli pondus ſuſtinere queat: hunc, miſſis epiſtolis de pace atque induciis, ſolicitant: hunc totius Europæ potentiſſimum eſſe palam fatentur: hujus jam vires in Africa magna ſuorum clade experti ſunt: hujus claſſem in Mediterraneo mari obviam ſemper habent: cum hoc ſibi rem eſſe conficiendam vident: Siciliam, Sardiniam, Corſicam, Calabriam, Apuliamque ex Epiro ac tota proinde Græcia procul deſpiciunt, ſuoque furori objectas eſſe vehementiſſime dolent: perviis autem Pannoniis quantum itineris ſpatium interjacere putatis, ſi ex Moeſis aut Macedonia in Germaniam Turca expeditionem paret? Verum ibi quoque Croatiam Auſtriam, Charinthiamque velut quendam Germaniæ clypeum obtrudi ſibi conſpicit. Nemo igitur perſuadeat vobis, o principes illuſtriſſimi, quemquam mortalium eſſe, qui majore deſiderio ad hoc bellum teneatur, aut qui id ipſum pro ſua gloria & fidei honore celerius ad rectum fine perducere poſſit.* Concluſit demum non transferendum ad Gallos imperium, ſed ex Germania Imperatorem petendum: exactos jam fere nongentos annos, ex quo a Græcis ad Francos Germanos traductum ſit: qui fuerint ii Franci ſæpe in controverſiam vocatum fuiſſe ab eruditiſſimis viris; ſed tamen Francos quamvis Galliis dominarentur, Germaniam non deſeruiſſe.

Quid reſponſum Franciſci jactantiæ.

Turcas a Carolo potius quam a Franciſco debellari poſſe.

Hæc perorata publice fuerunt: quæ vero in arcano conventu inter ſolos ſeptemviros geſta fuerint, Thomas de Vio Cardinalis legatus apoſtolicus in Germania ex ſcribæ cæſarei ſcripto accuratiſſime, Leoni ſummo Pontifici expoſuit (b); nimirum Albertum archiepiſcopum Moguntinum de duobus Regibus Carolo Hiſpaniæ & Franciſco Galliæ candidatis imperii habuiſſe ad principes orationem, in qua hoc firmiſſimum fundamentum jecit, principes electores juriſiurandi legumque religione conſtrictos teneri, ne quem externum principem ad imperialem dignitatem provehant, perſpicueque omnibus patere, Franciſcum Gallorum Regem, ſi ei imperium deferatur, curas ad regni Gallici limites proferendos con- XIV.

(b) Ext. lib. collect. lit. princ. p. 67.

Moguntini archiepiſc. oratio de externo principe non evehendo ad imperium.

ver-

verſurum, neque id niſi erepta re aliena acturum, nonnullaſque imperii civitates liberas Gallico regno, quod filiis futurum hereditarium, novit adiuncturum; cum non ita certo transfundere in eos imperium poſſet: Belgium etiam Auſtriamque omni contentione erepturum Carolo Regi, cui jam imperii potiundi ſpe elatus bellum indixerit: inde vero civilium bellorum facibus ob varia pugnantiaque inter ſe principum ac populorum ſtudia arſuram Germaniam: tantam autem injuriam principes electores a Maximiliano & Carolo jam pluribus beneficiis devinctos non paſſuros: Gallum inſuper Regem, parta Auſtria, ita ſuas confirmaturum vires, ac ſeptemvirum & aliorum principum imperii, qui Germanicam tuentur libertatem, obtriturum potentiam, atque in eorum locum alios electores principeſque intruſurum, ne imperium e Gallica regia unquam tollatur, vel Germanicæ genti reſtituatur: neminem vero latere, creatos eſſe ſeptemviros, ut imperialis dignitas in eadem gente hæreat, atque ad id aſſerendum decus ſacramenti ac legum vi electores devinctos.

Si Franciſcus Rex eligeretur expoſita pericula.

XV. Præterea ab archiepiſcopo in principum memoriam revocatum eſt, Franciſcum Regem, reportata nuper de Helvetiis victoria, Mediolanum ſibi ſubjeciſſe, atque ad opprimendam Italiam inhiare; ac veriſimile videri, ſubacta Italia illum ad Germaniam debellandam vires converſurum: quod facilius tum foret, cum imperiali poteſtate fræni inſtar ad trahendos quo vellet Germanos abuſurus eſſet: idque a principibus non minus diſpiciendum videri, qua tandem ratione in eo caſu principum ac populorum libertas a vi Gallica vindicari poſſet; cum ejus rei in ipſa Gallia domeſtica exempla eluceant: fulſiſſe enim in pluribus Galliarum provinciis authoritate præſtabiles adminiſtrandæque juſtitiæ & publicæ li- libertatis aſſerendæ laude florentiſſimos principes, qui jam omnino extincti ſunt, ac reperiri neminem in ampliſſimo regno, qui ad regios nutus non contremiſcat, & iniquis etiam illius voluntatibus non obſequatur. Ad ea vero, quæ addebant Gallici oratores de Franciſci Regis effuſa potentia, viribus corporis animique magnitudine; hæc ipſa metum inferre, ne populari Germaniæ convulſa politia monarchicum ſtatum conſtabiliret. Venit deinde archiepiſcopus ad alia argumenta, quæ oratores Galliæ afferebant; delato ſcilicet Franciſco Regi imperio ac Germania, Italia, Galliaque conjunctis optatam expeditionem ab eo in Turcas confectum iri: obiecit, Gallum Regem parto imperio arma diſiunctiſſimis regionibus Turcicis non prius illaturum, quam ea in regno Neapolitano, in Belgio, & aliis provinciis, quas non ad Cæſaream, ſed ad Gallicam coronam ſpectare contendit, exercuiſſet; nec facile promiſſis oratorum principumve rem graviſſimi momenti, quanti imperium eſt, exambientium fidem adhibendam, atque ex ipſa experientia arcanos regii animi receſſus patere; cum idem Rex alia jam quam Turcica bella commovere conſueverit: atque adeo cum jura, ſacramenti religio, inſitus erga patriam amor, muneriſque ſeptemviratus dignitas vetent non modo Franciſcum Regem ad imperium evehi, verum de eo evehendo conſuli, ad alios imperii candidatos ſermonem convertit archiepiſcopus.

Virtutes ipſæ Franciſci metuendæ viſæ Germanis.

Pollicenti Gallo bellum in Turcas geſturum fides non adhibita.

XVI. Occurrit illi omnium primus Carolus dux Auſtriæ Hiſpaniæque &c. Rex, quem non ambigere dixit, vel ab omnibus ſeptemviris, vel a maxima eorum parte non idoneum gerendo imperio judicatum iri: cum enim is Hiſpaniarum regna moderetur, atque in iis verſari aſſidue conſueverit, ob disjunctiſſima inter Germaniam Hiſpaniamque locorum intervalla, imperium graviſſimas clades accepturum, his præcipue temporibus, quibus Germania bellis civilibus necnon Turcicæ irruptionis metu fluctuat: præterea perpendendum, ne Carolus ſi renuntiaretur Cæſar, armorum molem in eos principes, quos publicæ libertatis acerrimos vindices experiretur, converteret, effunderetque Hiſpanos in Germaniam, quæ ab iis obterenda foret: quinimmo hoc tempore Caroli Regis vires debilitatas eſſe, neque ex iis ſpem concipi poſſe, ut ab eo imperium in priſtinam dignitatem atque amplitudinem revocari poſſit (a): ſi enim ab Hiſpanis inſubriam e Gallorum manibus ereptum iri contingat, non eam imperio reſtituendam, ſed Neapolitano regno potius ab ipſis conjunctum iri. Ex quibus aliiſque argumentis idem archiepiſcopus ſentiebat, inhærendum veſtigiis majorum, ac principem Germanicæ gentis potius imperii gubernaculis admovendum. Verum cum hæc ſecum ipſe maturius volveret, ſubjunxit ſuperiorum temporum conditionem quam præſentium feliciorem ſe agnoſcere: nam ſi quis Germanus princeps ad imperium promoveatur, illum ita viribus imbecillem futurum, ut Belgæ atque Auſtriaci Regis Hiſpaniarum clientes illius imperia detrectaturi ſint; ac ſi Franciſcus Rex vel in Belgio, vel in Italia Carolo bellum inferat, turpiſſimam ignominiæ maculam

Rationes ob quas Carolus deligi non debeat.

(a) Ib. p. 69.

Præviſum Inſubriam non imperio ſed regno Neap. conjunctum iri.

Expoſita mala ſi principi non præpotenti deferatur imperium.

Iam novo Cæſari inurendam, ſi otioſus ſpectaret Francorum gentem exteram provincias imperii depopulantem, perque tot loca in ipſa cæſareæ domus penetralia irrumpentem; tum in eo caſu veriſimiliter futurum, ut principes contempta Cæſaris imbecillitate, pronioremque in vitia naturam ſecuti, partim Gallo partim Hiſpano adhæreſcerent, atqoe ita Germania imperiumque univerſum in maxima rerum perturbatione verſarentur, duraque pericula ſubirent: attulitque exempla temporum Frederici III. Imperatoris, qoibus Carolus dux Burgundiæ in Germania, & Philippus Maria dux Mediolani in Italia conflabant bella eum tanto Imperatoris & principum dedecore, ut non modo ad comprimendos eos motus non conſurgerent, verum etiam metu trepidarent ne in eos bellum transferretur: expoſuitque ejuſdem Imperatoris Frederici dedecus, cum in Auſtria ab Hungaris obſidione cinctus eſt, ac deinde ab ea depulſus, quantumvis Bohemos & Albertum Brandeburgenſem ejuſmet archiepiſcopi avum, Albertumque Saxonem ſibi conjunctiſſimos haberet: ex qoo conjectura aſſequi liceret, quæ tandem ſpes concipiendæ ſint de Germano principe, ſi, Germania tot adverſis factionibus diſciſſa, Cæſar renuntiaretur.

XVII. Opus eſſe potentiſſimo Cæſare cum Saxones & Helvetii deficiant ab eccleſia. Neceſſarium omnino adverſus naſcentem hæreſim Concilium œcumenicum.

Adjectæ etiam plures aliæ rationes fuere, quæ perſuaderent, a principibus urbibuſque liberis imperii, Germano Cæſari viribus non pollenti non obtemperatum iri, maxime ob nata nova de religione diſſidia, quibus niſi cum maxima authoritate formidandaque potentia quantocyus conſuleretur, maximum excidium non ſolum Eccleſiæ, verum etiam univerſæ Germaniæ immineret, cum jam Saxones atque Helvetii novis hæreſibus aperte ſtudeant, plureſque alios clam ſine dubio iis favere conſtet, nullateous vero ſperandum has controverſias ſedari poſſe niſi a concilio œcumenico, neque illud convocandum niſi præpotens Imperator congregatum tueri poſſit: prærerea Turcicum furorem adeſſe atque impendere Germaniæ, nec expectandum, ut barbarus inferat bellum ad illud propulſandum, ſed ultro illi inferendum eſſe; cum tutius ſit & glorioſius adoriri hoſtem quam excipere, ſpeſque amiſſæ cæſareæ ditionis recuperandæ & Græciæ Chriſtianæ religioni reſtituendæ affulgeat: ad quæ gerenda magni exercitus, amici magnis opibus præditi, ærarium opulentiſſimum, vires ingentes, nominiſque claritas requirerentur, deſiderarenturque in principe, qui ex ſeptemvirum numero ad imperium eveheretur: ac ad eo poſt magnam diſquiſitionem ſubdebat archiepiſcopus, ac poſt fuſas Deo preces, ut mentem colluſtraret, viamque panderet quomodo tantæ rei Chriſtianæ neceſſitati conſultum foret; demum ſe perſpicue intellexiſſe, nullum ex omnibus Chriſtianis principibus ad erigendas imperii Germaniæque collapſas res aptiorem Carolo Rege Hiſpaniæ, in quo ſi quiſpiam ſeptemvirum aliquos nævos reperiat multo gravioris momenti alios in quovis alio principe repertum iri: cum enim Carolus ſit genere Germanus, atque principatus in Germania obtineat, ſuſpicionem eſſe non poſſe, ab eo liberas imperii provincias in ſervitutem mittendas, atque is ſervatam a principibus legum & jurisjurandi de externo non deligendo religionem intuebitur; ita ipſum ſui juramenti de non transferendo e Germania imperio, de omni conatu amplificando, de libertate publica aſſerenda, de Chriſtiana religione defendenda memorem futurum.

XVIII. Caroli elogium.

Digreſſus dein ad egregias Caroli virtutes, expoſuit uti percrebeſceret quam egregiis a natura dotibus ornatus, robuſtus corpore, ad labores impiger, facilis aditu, in reſpondendo benignus, ab omni crudelitate alienus, liberalis, magnanimus, ac ſagaci & acuto ingenio præditus eſſet: cum denique referre majores ſuos Philippum patrem & Maximilianum avum, qui natura clementiſſimi in clientes ſuos effuſi, juris Germanicæque libertatis vindices amantiſſimi extiterint, ita ut eximiam de ſe ſpem expectationemque concitet: nec vero juventæ florem obeſſe, cum ætatem adminiſtrandæ reipublicæ non inexpertem attigerit, ac ſenatorum avi ſui ac præſtantiſſimorum Germaniæ principum conſiliis fulciri poſſet. Quod deniqoe ad incommoda attineret ac damna, quæ Germania paſſura eſt, ſi diutino tempore in remotiſſimis terris abſuerit: ut iis occurratur lege ac jurejurando de Germania non deferenda obſtringendum: neque eam rem in dubium revocandam, cum ob imperiale munus exercendum tum ob Italiæ, in qua regna obtinet, viciniam, tum ob hereditarios Auſtriæ ac Belgii principatus in Germania diſtinendus ſit. Ad Turcicos etiam, ſi ingruerint, impetus propulſandos hoc tempore maxime idoneum & parem futurum tum ad reprimendos Gallos, ne imperii confinia divexent, tum ad ipſos Italia depellendos, ac demum ad compeſcendos concitatos de religione tumultus: ob quas & complures alias rationes præteritas ſilentio,

Digitized by Google

tio, non tam brevitatis ſtudin, quam quod in luce & omnium oculis defixæ erant, concluſir Albertus archiepiſcopus Moguntinus idemque Magdeburgenſis & Cardinalis; non alium his turbidis temporibus, inque his aſperis & anguſtis rebus vocandum ad imperium quam Carolum ducem Auſtriæ atque Hiſpaniæ Regem, qui per literas atque oratores alacritatem animi ad illud capeſſendum ſummo cum modeſtiæ ſpecimine apud ſeptemviros explicuerit.

XIX. Principes in varias diſtracti ſententias.

His ubi Albertus in comitiis ſermoni finem fecir, principes in varias ancipitesque altercationes diſtractos fuiſſe refert Pontifici Cardinalis Cajetanus legatus; ac poſt collata mutua conſilia datas fuiſſe partes Ricardo archiepiſcopo Treverenſi gerendarum rerum peritia, judicii maturitate, atque authoritate ſpectatiſſimo, ut omnium aliorum principum nomine reſponderet: qui ſari orſus; mirari ſe dixit, Carolum Hiſpaniæ Regem Franciſco Galliarum Regi antelatum fuiſſe: miſereri præſentis ſtatus Germanorum, qui ſi impreſſis a majoribus inſiſterent veſtigiis, non egerent ope exterorum, qui evecti ad imperium illud in ſervitutem adducerent. Ut vero orationis ab archiepiſcopo Moguntino habitæ ordinem ſequeretur, primum lege ac jurejurando ſeptemvirum verba ſe facturum, in qua quidem lege Moguntinus ſundamentum conſilii collocaverat; nimirum imperio magnas clades afferendas ſi externo principi qui firmas ac fixas ſedes in Germania non teneat deſeratur, ac ſenſim illud ad externos traductum iri: quæ mens ſi legis eſſet, non magis Hiſpanum quam Francum deligendum: ac ſi legis acerbitas in deligendo Carolo, quod aliquas imperii provincias ſua ditione teneat, temperanda videatur, eam pariter in deligendo Franciſco, quod Inſubria ac regno Arelatenſi nobilibus imperii membris potiatur, mitigandam; atque adeo ſi ambo conſerantur, uter eorum imperio ſit aptior, repetendam, altius veterum, temporum quibus Gallia & Germania conjunctæ fuere, ac Francones Germaniæ populi imperabant, memoriam: imperium enim tunc amplitudine & gloria effloruiſſe, ac ſingularem animi voluptatem percipi, dum antiqua monumenta & geſta Francorum Imperatorum perleguntur: quamobrem cum jam imperii priſtino illi ſtatui reſtituendi ſe det occaſio, eam nulla ratione amittendam eſſe, cum maxime omnibus exploratum ſit, Pontificem, Venetos, omneſque Italiæ principes in eam ſententiam conceſſiſſe: præterea ſeptemviros non latere Francos naturæ propenſione, legibus moribuſque conſentire cum Germanis, a quibus Hiſpani valde diſcrepent, utque Franci plurimum amant & colunt Germanos, ita contra alieno ſunt in Hiſpanos animo eoſque temnunt: dein Galliarum ad Germaniæ Italiæque limites pertinentium propinquitatem, Hiſpaniæ a Germania tot locorum intervallo disjunctæ anteſerendam; ſi enim aliquæ in Germania turbæ excitentur, ſi Turca in Pannoniam vel in Italiam incurrat, Chriſtianam rempublicam facile Imperatore finitimo tanta florente potentia, in quantam Francorum Rex parto aſſurget imperio, defenſum iri: deinde ſi gentium militaris virtus invicem comparetur, non negandum quin populari ſermone Hiſpanorum bellica gloria pervulgata eſſet; verum ſi eorum in Italia geſta ſpectentur, nulla ingenti laude digna celebrari; nam præter locorum intercapedinem, etiam Hiſpanas opes vireſque exhauriri in parandis claſſibus, iiſque ad novum orbem tranſmittendis, adeo ut magni exercitus educi ex Hiſpania non poſſint: præterea in caſtrenſibus laboribus ac præliis ſocios, pariterque in honoribus collegas, & in compendio participes Francos Germanoſque futuros; at Hiſpanos in omnibus proſperis ſucceſſibus quibus communicant, cum aliis, omnem ad ſe derivare gloriam, in quo plerumque agnoſceret Germania, pejorem eorum ſi vincant, quam ſi vincantur ſortem futuram: præterea ſi inſuper Francorum Rex ad imperiale ſolium evehatur, Italicorum bellorum metum abfuturum, cum Inſubria Galliæ conjuncta potiatur: quod vero ad controverſa Neapolitana jura ſpectet; principum vocibus ab ea expeditione deterritum iri, atque etiam jurejurando aſtringendum, ut a Neapoli Belgioque abſtineat: nec vero Belgii res ita Germanos tangere uti Moguntinus demonſtrare viſus eſt; licet enim Belgæ ſint finitimi, numquam tamen Germanis fœdere armorum vel amicitiæ conjunctos extitiſſe, cum ſe imperii legibus non teneri arbitrentur, neque communibus Germaniæ neceſſitatibus magis quam Angli & Scoti, immo quam Arabes & Tartari ſubvenerint.

Treverenſis archiep. pro Franciſco argumenta.

Cur ſit Carolo præferendus.

XX. Aptiorem eſſe ad Ungariam & Germaniam defendendas.

At cum Francorum Rex ampliſſimo regno polleat, Inſubriam ſuo nutu moderetur, opibus floreat, omnibuſque rebus neceſſariis inſtructus ſit, ſperandum mox illum alta & ardua ſuſcepturum conſilia, maximeque ad Turcam depellendum Hungariam, & Germaniam Italiamque a vi barbarica vindicandas; cum Germania, cujus habenas capeſcet, Galliæ antemurale & munitiſſimum propugna-

gnaculum futura ſit: contra autem ſi Carolus renuntietur Cæſar, certiſſime conſtare, Germaniam, Belgium, atque Italiam in graviſſimos tumultus conjectum iri; nam primo Carolum Regem Inſubriam Franco Regi eripere moliturum, ac deinde arma adverſus Galliam verſurum: interea Turcam cum omnibus imperii viribus irrupturum in Pannoniam, neque ad propulſandos illius conatus ullas Chriſtianorum vires pares futuras, cum illi duo Reges in Chriſtiano præcellentes imperio mutuis bellis implicandi ſint. Addidit etiam Treverenſis, fieri poſſe, ut ſummus Pontifex a Franco Rege extimulatus Caroli electionem, ut inanem ac illicitam reſcindat; ex quo facile quiſque perpendere queat, quanta in rempublicam Chriſtianam bella civilia invehi poſſint: nec prætereundum, Carolo potiente imperio, Hiſpanos Germanicis armis fultos, nec amplius vires Gallicas veritos, univerſæ Italiæ dominio inhiaturos, ut eam cæteris eorum regnis adjungerent, nec de reſtituendis imperio iis provinciis, quas norunt eſſe juris cæſarei, conſilium ſuſcepturos. Quod vero attinet ad utriuſque Regis mores doteſque; non negare ſe ait Treverenſis, quin Carolus benignitatis & modeſtiæ laude clareat; verum teneros adhuc ejus annos non capere tantas virtutes, quæ in principe ad imperium Romanum adminiſtrandum, vel ad nata de religione diſſidia tollenda, & pacem Eccleſiæ alendam deſiderantur, uti egregie Moguntinus commemoravit, quæ magna cum dignitate atque authoritate a Franciſco Rege perfici queant, cum judicii maturitate, ingenii præſtantia, literarum ſtudio polleat, maximeque in his, quæ ad religionem ſpectant, viros doctrinæ laude & ſanctitate vitæ illuſtres in conſilium adhibeat; in bellicis vero rebus peritia & experientia antecellat: quare Franciſcus annis virilibus pubertatem Caroli ita ſuperare addidit, ut opera ſpem & expectationem vincant; conſtareque quanta ille virtute bellica Mediolanum ſubegiſſet, atque Helvetiorum gentem fortiſſimam atque ad tempora uſque Caii Cæſaris indomitam viciſſet. Adjecit etiam Treverenſis, Moguntinum faſſum eſſe quanta Germaniæ mala pareret longinqua Cæſaris abſentia; perſuadere tamen voluiſſe, ut ſeptemviri in deligendo Carolo ſoluti ab eo metu ac liberi forent; nullatenus tamen modo ſe agnoſcere, qua ratione is metus abſtergi poſſet: Cæſare namque agente in Hiſpania, quæ præſentem ſuum Regem exigit, neceſſario Germaniam tumultibus bellis civilibus Turcicisque incurſionibus conflagraturam, atque ita Germaniam imperiumque tunc futurum inſtar navis in alto mari fluctuantis ac procellis laniatæ, dum navarchus & quiſquis illius clavum tenere debet, in tellure verſatur: ſedes quippe ſuas tenentem in Hiſpania Cæſarem & adminiſtris Hiſpanis, Belgiſve, aut Burgundis, vel Italis cinctum nunquam res Germanicas niſi ementitis fucis adulteratas intellecturum. Ex quibus & aliis cauſis ſenſit Treverenſis, ſi imperium ad externum principem hoc tempore transferendum ſit, illud certiſſime potius Gallo quam Hiſpano deferendum, ac ſi lege vel ſacramento prohibeantur ſeptemviri a Gallo veluti externo deligendo, eadem pariter lege ac ſacramenti vi a creando Hiſpano multo magis origine, ſanguine, loco, moribus, aliiſque omnibus circumſtantiis peregrino ac diſſono a Germanis, quam Gallo, prohiberi: nec vero decorum eſſe commentitiarum argutiarum vi ſuadere velle Carolum Germanum eſſe.

Oſtenſum oritura bella ſi Carolus eligatur.

Imbellis Caroli ætas gerendo imperio demonſtrata impar.

Oſtenſum Germaniam civilibus bellis laboraturam abſente in Hiſpania Cæſare.

XXI. Cæterum miſſis omnibus ſophiſmatum fucis vocandum ad cæſareos apices vere Germanum origine, moribus, & natura ut Moguntinus in ſecunda orationis parte expoſuerat, qui licet deinde nonnulla contraria argumenta effinxerit affirmaveritque hujuſmodi Cæſarem ob virium tenuitatem majeſtatem regiam non ſuſtentaturum, nec illius imperiis paritum iri, ac proinde exitio potius quam utilitati futurum imperio; verum ſi ſeptemviri principem ingenio ac virtute militati præſtantem delegerint, Germaniam viribus ſat pollere ad illius terrorem inferendum omnibus, ac ſuſcepta quæcumque bella feliciter conficienda; nec ejus rei exempla deeſſe in Rodulpho Imperatore, qui cum tenuiſſimis viribus eſſet præditus, verum magnanimus atque arte bellica exercitus, non ſolum ſubditos in officio continuit, verum timorem finitimis injecit Regibus, imperiumque tum anguſtis circumſcriptum limitibus belliſque ſuperioribus attritum amplificavit: recoli etiam memoria poſſe quantam Maximilianus Imperator famam apud externos principes tum præcipue apud Ludovicum XI. Regem Francorum non ob aliud, quam ob virtutem militarem animique magnitudinem ſibi peperiſſet: denique tum Germanorum principum gloriam famamque magis quam unquam antea in tribus nobiliſſimis familiis Bavarica, Saxonica Brandeburgica, quarum ſingulæ plures viros præſtantiſſimos idoneoſque moderando imperio habeant, effloruiſſe: atque adeo ſi qui-

Conſultum ut Germanus princeps deligatur.

Digitized by Google

ſi quiſpiam ex his deligatur & communibus ſeptemvirum viribus fulciatur, nullatenus externorum vim extimeſcendam, ſperandumque res proſpere eventuras, modo omnes unum ſentiant: dimiſſis itaque externis principibus e Germanis aliquem ornandum imperiali dignitate, cum plures ex iis, ut domeſtica edocent exempla, virtute bellica excellant: ac Fridericum ducem Saxoniæ electorem præſentem hujus rei non ignarum: quippe cum hujus parenti Matthias Corvinus Pannoniæ Rex bellica gloria ac potentia florentiſſimus bellum indixiſſet, ac præſtantem viribus & animis exercitum contra Hungaros ire accepiſſet, animo viribuſque defecit: ita ſperandum delectum Germanum non modo apud Germanos, verum apud gentes finitimas quoque cæſareum nomen majeſtatemque ſuſtentaturum.

XXII. His ab archiepiſcopo Treverenſi dictis Fridericus Saxoniæ dux ad principes orationem habuit, ac multis argumentis confirmavit, Regem Francorum ob contrarias leges ad imperium efferri non poſſe; Carolum poſſe, cum princeps Germanus eſſet, ac liquido conſtare nullum principem hoc tempore virium amplitudine illi parem eſſe; atque Imperatorem creandum videri adſtringendumque certis legibus pro tuenda Germaniæ libertate, pro augendo imperio, ac diſcutiendis omnibus periculis, quæ Moguntinus ac Treverenſis deſcripſiſſent. His peractis ſolutus eſt conventus nulla electione decreta, quamquam cunctis Carolus deligendus videbatur: de quibus omnibus Cardinalis Cajetanus Leonem Pontificem, ut dixi, certiorem fecit exaratis Francofurti literis (a) vigeſima nona junii hujus anni die, qua principes iterum comitium ad leges Carolo deligendo præſcribendas ingreſſi erant.

Saxo favet Carolo contra Franciſcum.

(a) *Ext. l. 1. collect. lit. priv. p. 67.*

XXIII. Quatuor diebus conſequentibus deliberatum eſt de legibus imponendis Carolo & quarta julii die mutata ſunt priora de Carolo deligendo conſilia, imperiumque in gente Germanica retinendum viſum eſt, delatumque illud fuit Friderico duci Saxoniæ, quem dictus Cardinalis Cajetanus in literis ad Leonem X. miſſis (b) teſtatur ingenti animo cæſareos apices reſpuiſſe, atque transfudiſſe ſuffragia in Carolum: aſpernatum etiam ingentem auri vim, quæ ab Hiſpanis adminiſtris grati animi ergo ei delata eſt, ac ſuis intentata principis ira imperaſſe, ne quis munera Hiſpana acciperet; quæ quidem ut egregium virtutis ab eo editum facinus prædicant nonnulli Germani hiſtorici (c). Sed ſi quis ad ea, quæ poſtea contigere animum adverterit, divinam adorabit providentiam, quæ non ſit paſſa imperium ab eo ſuſcipi, qui Lutheranæ hæreſi ſe addicturus erat; nec abeſt conjectura Fridericum non amore virtutis, ſed delitiarum imperiale munus reſpuiſſe, ut Epicuream ſuillamve traduceret vitam; ſiquidem ipſum tantæ fuiſſe inertiæ viſuri ſumus, ut templa ipſa, quæ condiderat, funeſtari, everti altaria, conjugari matrimonii ſpecie ſacerdotes, moniales ex monaſteriis ad lupanaria abripi, urbes ſeditionibus exagitari, latronibus vias compleri, fundi innoxium ſanguinem, jura convelli, omnem omnium denique ſcelerum licentiam in ſuo principatu permiſerit (d), de quibus eum ab Adriano VI. Pontifice correptum dicetur ſuo loco.

Mutatis ſtudiis principum delatum eſt imperium Frederico Saxoni.

(b) *Ext. ibid. p. 72.*

Ab eo repudiatum & contemptum Hiſpanum aurum.

(c) *To. 3. rer. Germ. ex edit. Freber.*

Infamis illius inertia.

(d) *Ext. de eo Adrian. VI. lit. Cochlæus in actis & ſcript. Luther.*

XXIV. Interea Hiſpani Romæ, quos falſo ſuperiori anno nuntiaſſe Pontifici vidimus Carolum Cæſarem delectum, iterum eidem Pontifici & Cardinalibus falſo detulere, illum vigeſima octava junii die renuntiatum Cæſarem, qua habitam pro Carolo ipſo a Moguntino archiepiſcopo orationem vidimus. Quæ vero Romæ geſta ſint, refert Paris de Graſſis (e): *Tandem hac die martis quinta julii venerunt certa nova de electione novi Imperatoris celebrata die vigeſima octava præteriti menſis, qui Imperator eſt Carolus Rex Hiſpaniarum nepos Maximiliani defuncti nuper Imperatoris: pro qua novitate multa per homines de natione Hiſpana facta ſunt ſigna lætitiæ in particulari. Verum cum Papa a multis ſuaderetur, ut idem faceret pro mutua gratulatione, ego diſſuaſi, non quia non ſit lætus aut eſſe lætus non debeat Papa de electo novo Imperatore, qui ſit futurus advocatus eccleſiæ Romanæ, ſed quia non conſuevit Papa facere aliquod ſignum lætitiæ publicæ aut privatæ, niſi prius novum habeat ab ipſomet novo electo Imperatore de tali electione facta; quam ipſe electus Imperator ſolet & tenetur ſignificare Papæ & univerſo ſenatui Cardinalium, ſicut etiam quiſque novus Papa ſignificare ſolet Imperatori electionem ſuam ad papatum; & iſto caſu Papa & populus Romanus tunc facit ſigna & argumenta lætitiæ quanta poteſt, & qualia vult: quæ mea cenſura ſic Papæ & Cardinalibus placuit, ut omnino quod dixi ſervare omnes ſtatuerint & fecerint: verum aliqui Cardinales Hiſpani petierunt ſe poſſe privatam lætitiam oſtentare, quod Papa eis conceſſit.* Cum Pontifex, qui ad ſigna lætitiæ edenda publice inclinabat, iterum in diſquiſitionem vocaſſet, an id fieri deberet; demum hoc reſponſum Leoni a ſe datum tradit Paris (f): *Compoſitum*

inter

(e) *Tom. 4. in mſ. arch. Vat. p. 331.*

Divulgatum Romæ electum Carolum antequam eligeretur.

Non edenda publica ſigna lætitiæ antequam acceperit nova a Cæſare.

(f) *Id. ib. p. 34.*

Ut compoſita fuerit controverſia.

inter Nicolaum V. & Fredericum præciſe fuit, ut Imperator ſignificet Papæ electionem de ſe factam, & quod ipſe ratam habeat. Et quia Rex Romanorum, id eſt Imperator ſolet & debet eſſe advocatus & defenſor eccleſiæ Romanæ papatuſque ac Papæ, ut Jeſu Chriſti vicarii & ſucceſſoris pro tempore exiſtentis, propterea ipſe novus electus per ſuas literas ſignificans prædicta Papæ etiam ſubdit, quod intendit, promittit, & offert ſe perpetuo futurum defenſorem, & advocatum, ac filium eccleſiæ Romanæ & ſuæ ſanctitatis. Quo caſu Papa habens iſtiuſmodi literas ab Imperatore facit ſigna lætitiæ in urbe Romana tam per ſeipſum, quam per ſacrum collegium, & univerſum populum Romanum, &c. Subdit author, ſe oratoribus Caroli V. ſignificaſſe, ut Carolum V. monerent, ut Pontificem & ſenatum Cardinalium de imperio ipſi delato certiorem faceret, ſeque Pontifici commendaret; ac tunc publica lætitiæ ſigna editum iri.

XXV. Repudiato autem a Friderico Saxone imperio, poſtera die nimirum quinta julii Albertus Moguntinus archiepiſcopus in templo S. Bartholomæi, ad quod nobilitas omnis populuſque confluxerant e ſuggeſtu Carolum archiducem Auſtriæ & Hiſpaniæ Regem in locum Maximiliani Cæſaris defuncti ſubrogatum promulgavit, atque in illius effuſas laudes, ob quas cæteris omnibus Chriſtianis principibus illum ſeptemviri prætulerant, excurrit. Inducti deinde fuere in urbem Caroli Regis oratores Matthæus Cardinalis Salisburgenſis, Erardus epiſcopus Leodienſis, Bernardus epiſcopus Tridentinus, Fredericus comes Palatinus, Caſimirus marchio Brandeburgicus, Henricus comes Naſſoviæ, Maximilianus Siſeburgenſis, atque alii magnates viri, qui de adminiſtrando abſente Carolo imperio inter ſe conſilia agitavere, ac decretum fuit ut Brandeburgenſis conſcriberet copias, ut ad omnem eventum paratus, quo ferret neceſſitas, per imperium excurreret.

Carolus renuntiatur Cæſar ab arch. Mogunt.

XXVI. Quantum vero ex hac electione acceperint dolorem Francorum Regis adminiſtri, Cardinalis legatus Pontifici coniiciendum indicat; novi enim Cæſaris potentiam jam Gallis eſſe formidini, ac parum Caroli & Franciſci Regum animos concordes eſſe, nec ambigendum quin præpotentes amici ſe converſuri ſint ad Carolum tanta cum gloria, inque ætate novemdecim annorum, quos die S. Matthiæ ſacro completurus erat, imperio potitum. Plura addit legatus de Caroli egregiis dotibus, ut ætatem vinceret prudentia, acutiori polleret ingenio, fortis corpore, & animo magnanimus, ac liberalis foret, ejuſdemque generis ſeriem ex Burchardo antea a nobis deſcriptam retexuit, & omnium ſermonibus pervulgatum adiecit, nullum unquam tantis viribus florentem quique adeo majores de ſe ſpes concitaret, Cæſarem renuntiatum fuiſſe: quæ literæ Francofurti die quinta julii hujus anni a Thoma de Vio Cardinale legato ſunt conſignatæ.

Anno ætatis decimo nono.

Magnas ſpes de ſe concitat.

XXVII. Interjecto autem biduo idem Thomas miſit ad ſummum Pontificem leges a ſeptemviris Carolo præfixas ſuis verbis conceptas: quarum præcipuæ erant, ut Pontificem & Romanam eccleſiam, cujus erat advocatus, ac rempublicam Chriſtianam tueretur; leges imperii ac præcipue dictam auream aſſereret, iura principum & ordinum imperii confirmaret; de rebus imperii ſine ſeptemvirum conſenſu non ſtatueret, cum finitimis Regibus pacem coleret, nec inconſultis principibus bellum moveret, Germanos proceres, non exteros Germaniæ negotiis præficeret, nova vectigalia non imperaret, ſi quam alienam provinciam ordinum viribus ſubiiciat, eam conjungat imperio. Additæ ſunt nonnullæ aliæ leges, quas apud Dolgaſtum lector earum cupidus inſpicere poterit.

Leges Carolo impoſitæ.

XXVIII. Has leges Caroli V. nomine admiſſas ab illius oratoribus, ac ſingulis ſeptemviris ſyngraphas a Carolo antea obſignatas fuiſſe traditas, ſignificavit Pontifici Cardinalis Cajetanus legatus apoſtolicus (*a*), qui etiam acceptas a cæſarei ſcrinii magiſtro conſuetudines a Germanis in creando Cæſare obſervari ſolitas, atque his, quæ a Clemente IV. electorum nomine relata fuere, conſentaneas recenſuit; nimirum Moguntinum archiepiſcopum poſt Imperatoris obitum cæteris electoribus indicere, ut trimeſtri flexu vel præſentes, vel oratorum opera comitiis Francofurtenſibus ad creandum Cæſarem interſint; ac ſi Moguntinus officio defuerit, cæteros tamen electores ſuo muneri non deeſſe debere, ſed convenire Francofurtum ea lege, ut ſinguli ducentos tantum equites & quinquaginta cataphractos adducere poſſint; qui vero abſuerint, eligendi jure ea vice caruiſſe cenſeantur; Francofurtenſem autem prætorem ſeptemviris ſacramento ſpondere, clauſas cæteris mortalibus portas urbis futuras eo temporis ſpatio, quo Romanorum Rex creatur. Tum vero ſacrum inprimis de Spiritu Sancto in æde S. Bartholomæi Apoſtoli peragi; deinde ſingulos ſeptemviros jurejurando ſe obſtringere non promiſſis, non muneribus, non ſtipendio, aut alia illecebra ad ſuffragium ſe-

(*a*) *L. 1. coll. lit. p. 75.*

Conſuetudines ſervari ſolitæ in electione Cæſaris.

ferendum commotum iri; poſtea vero non poſſe inde diſcedere ni Cæſarem creaverint: lapſis autem diebus triginta, niſi novum Romanorum Regem renunciaverint, panem tantum & aquam iis ſubminiſtrari: majorem eligentium partem ad illum creandum ſufficere, qui mox jurejurando omnes prærogativas electorum confirmare teneatur: ac vacuo cæſareo ſolio comes Palatinus Sueviam, Franconiam, ac provincias Rhenanas adminiſtrare; ducem vero Saxoniæ eos omnes populos, qui jus Saxonicum obſervant regere; de vita decedente aliquo e principibus electoribus filium majorem natu aut fratrem in ejus locum ſuccedere; vel ſi ii annos octodecim non attigerint, proximum ſanguine ſubrogari, donec ii ad decimum octavum ætatis annum perveniant: præterea ab electoribus de rebus publicis adminiſtrandis colloquia fieri, eorumque filios linguam Italicam, Latinam, & Sclavonicam addiſcant; quinetiam electorum gradus, ſedes, officia in rogandis ſententiis, inque reſpondendo ordinem deſcribi: quæ cum in bulla aurea Caroli IV. anno MCCCXXXVI. contineantur, breviter perſtringere ſe ait Cardinalis legatus; cujus literæ hac temporis nota inſignitæ. *Dat. Francofurtii* VII. *julii MDXIX. Beatitudinis veſtræ humillimus ſervus Cardinalis Caietanus.* Certiorem de his Cæſarem Pontifex fecit arcanis literis, partam cæſaream dignitatem ei gratulatus hortatuſque ipſum eſt, ut tot ornamentis a Deo auctus illi gratiam piis operibus rependeret, fœdera antea cum aliis Chriſtianis Regibus ad Mahumeticam ſuperſtitionem excindendam inita coleret, cauſam Eccleſiæ tueretur, denique concitatam de ſe univerſo orbi ſpem & expectationem egregiis factis ſuſtentaret (a).

(a) Ext. to 3. rer. Germ. ex edition. Freber.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Romanorum & Hiſpaniarum Regi Catholico.

XXIX. *Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Habita ſuper iis cum univerſis fratribus matura deliberatione, ut pro tam fauſta felicique electione illius authori Deo gratias ageremus, miſſam de Spiritu Sancto, qui electorum corda illuminare, ac in tuam majeſtatem dirigere dignatus fuit, in ſacello noſtro, in quo nos & præfati Cardinales interfuimus, per unum ex eiſdem Cardinalibus ſolemniter celebrari, ac per almam urbem noſtram ignes & alia lætitiæ ſigna fieri juſſimus, in eo cujus vices in terris licet immeriti gerimus confidentes, quod ipſe, cui omnia & futura præſentia ſunt, eximias virtutes omnes, quæ tam in materno, quam in paterno avo tuo fuerunt, in te uno chariſſimas fore prævidens, te fidei ſuæ firmiſſimum futurum præſidium utriuſque avi titulis ac honoribus decorare, eorundemque imperii ac regnorum potentatum & viribus augere merito voluerit; ſperanteſque quod tu evangelici dicti memor, quanto plura in hoc & majora in hoc mundo ab ipſius mundi creatore te adeptum fuiſſe cognoveris, tanto humiliorem te reddes, cogitabiſque una cum magnis honoribus magna & laborum onera ingentemque curarum molem ſubiiſſe, non ſolum pro Eccleſia matre tua, cujus & ſanctæ Apoſtolicæ ſedis ſactus es advocatus, omniſque Chriſtianæ reipublicæ quiete ac pacificatione conſervanda & liga inter majeſtatem tuam & alios Reges ac principes, cujus nos caput eſſe voluiſtis, inviolabiliter ſervanda; verum etiam Mahumetica ſecta penitus eliminanda: quæ omnia ſane difficilia atque ardua efficere, noſtraſque & omnium ſpes de te conceptas facile implere poteris, ſi vanis cupiditatibus poſthabitis atque contemptis, tuos in Dominum cogitatus direxeris, ejuſque præcepta & mandata præ oculis & animo ſemper habueris; ille enim per quem Reges regnant & principes imperant, principatus tui ſolium confirmabit & dabit tibi virtutem & fortitudinem, quibus populos curæ tuæ creditos tranquille regere & gubernare; inimicis autem reſiſtere, Chriſtianamque fidem, ſicut prædeceſſores tui fecerunt, non ſolum ſervare, ſed & propagare, & quæ ſemper nobis pollicitus fuiſti, re ipſa præſtare atque adimplere poteris.*

Sacrum de Spiritu S. factum ſignificat.

Sit demiſſior quo factus ſublimior.

Vires convertat in Turcas.

XXX. *Tu ergo, chariſſime fili noſter, cuncta quæ habes & poſſides a Domino bonorum omnium largitore, ut par eſt, recognoſcens te ipſum præpara, ut tam pro claris eminentibuſque dignitatibus & honoribus, quibus præter cæteros eluceſcis, & micantiſſimi ſyderis inſtar coruſcas, propriis virtutum meritis parem te reddas, illiſque dignus judiceris. Quod ſi, ut ſperamus feceris, in ſummo majeſtatis faſtigio poſitum omnes admirabuntur, indeque nomini tuo præconia veræ laudis accreſcent, & ab altiſſimo Rege [cui puero Reges venientes de Saba plena devotionis munera obtulerunt] remunerationis æternæ tibi corona proveniet, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die* XVI. *auguſti MDXIX. pontificatus noſtri anno* VII.

Ad cœleſtem coronam aſpiret.

XXXI. Non poterat Carolus imperium accipere, niſi ex veteri pactione de regni Neapolitani fiduciariis juribus decederet: ſiquidem Romani Pontifices, ut ſupra diximus, Imperatorum vim infenſam experti, ad ſimiles procellas avertendas hoc de-

Poſcit Carolus ſolvi ſacramento pro retinendo regno Neapol.

Digitized by Google

decretum, quoties regnum Neapolitanum conferrent, inſtaurabant. Itaque Carolus a Pontifice popoſcit, ut ſacramenti religione ſolveretur, qua lapſo triennio ſolutum publico diplomate viſuri ſumus; quamquam plures tradunt (a) tunc ſolutum, affirmaturque in Caroli apologetico libello (b): *Electionem*, ait, *non voluimus prius acceptare, quam ipſius Leonis ſummi Pontificis veſtræ ſanctitatis patruelis conſenſus & authoritas accederet, cum ea diſpenſatione, ut cum imperio nobis etiam Neapolitanum regnum retinere liceret, lege inveſtituræ minime refragante.*

(a) Guicc. lib. 13. Belcair. l. 16. & alii.

Etiam antequam illi deferretur imperium.

(b) Ext. apud Dolg. to. 1. pag. 479.

XXXII. Contraxit ex tradita Carolo æmulo dignitate, amiſſaque imperii ſpe ingentem dolorem Franciſcus Galliarum Rex: qui licet dum imperiale ſolium vacuum fuit, concordiam cum Carolo confirmarit, poſtea tamen belli conſilia ſed infelici exitu, ſuſcepit: de quo hæc tradit Belcairus (c): *Inter mutuas haſce inter Franciſcum Carolumque*, nempe candidatos imperii, *ſuſpiciones, legati ab utroque Arcturus Gonſſerius Boeſius ſummus regiæ familiæ magiſter, atque Antonius Crojus*, & infra, *ad Agathopolim convenerunt de omnibus controverſiis, quas inter ſe ambo Reges habebant, diſceptaturi, & ſolidam pacem conciliaturi: quod certe, ut viri pii ac probi atque inter ſe amici erant, præſtitiſſent, niſi Boeſium præpropera mors magno Chriſtianiſmi univerſi malo abſtuliſſet.* Et infra: *Nam Franciſcus natura jactantior, & laudis gloriæque avidior, ſed qui verum gloriæ iter non ſatis tenebat, ad bellum inclinabat, cujus ardorem Boeſius reſtingnebat. Bonivetus, qui ut antea frater, majora negotia fere ſolus procurabat, aliique nonnulli adulatores accendebant: ſed non ita multo poſt juſtas ſuæ temeritatis pœnas Bonivetus dedit: Gallici exercitus imperator turpiter in Inſubribus & cum ignominia a Borbonio atque Hiſpanis repulſus; quam dum delere aut culpam a ſe removere tentat, bello inſtaurato, ſe in mortem, herum autem Regem in captivitatem præcipitem dedit. Conatus eſt* (d) *& triennio poſt Ciurianus amicitiam inter duos hoſce principes conciliare in Wormatienſi conventu, quantum incrementum reſpublicæ Chriſtianæ acciperet ſi inter ſe concordes eſſent vere augnratus: ſin ſe mutuis bellis affligerent ejuſdem ruinam vaticinatus: quæ cum ex animi ſententia non ſuccederent, dolore confectus non ſolum ipſe, ſed & Guillelmus Crojus ejus ex fratre nepos Toletanus Pontifex ea ipſa de cauſa e vita exceſſiſſe traduntur.*

(c) Belcair. l. 16. n. 9.

Franciſcus Rex a Boniveto ad bellum incitatus. Fluxere inde omnia mala.

(d) Ib. n. 10.

XXXIII. Interjectis pluribus addit, Franciſcum Regem præter cupidinem gloriæ etiam libidine arſiſſe; pergit enim author (e): *Melegnanenſi victoria elatus, & ſibi nimium arrogans, Carolum autem præ ſe pro nihilo ducens, muliebribus amoribus operam dabat, & inani ſpe magna omnia ſibi promittebat; quamquam de ejus exiſtimatione, præſertim in Germania, multum deceſſerat, vel quod in imperii petitione repulſam paſſus fuiſſet, vel quod Witembergenſem regulum, qui ſe ejus ope fretus a Suevica ſocietate ſubduxerat, Witembergenſes hoc nomine expulerant, ejuſque ducatum Carolo vendiderant, ea de cauſa in Caroli clientelam accepit, regulus patrimonio ſpoliatus ad Caroli clementiam confugere, & quas dediſſet Carolus leges ſubire coactus fuiſſet: nec tamen idcirco in integrum reſtitutus fuiſſet.* At de aliis inter eoſdem Reges irarum cauſis funeſtiſque bellis conſequtis iterum inferius.

(e) Ib. n. 17.

Franciſci exiſtimatio in Germ. extenuata.

XXXIV. Circumvenire interea Carolum in ipſo limine imperii ſuis fraudibus atque hæreſeos veneno inficere niſus eſt Lutherus (f) datis ad eum literis, quibus innocentem ſe ementiebatur, atque adverſarios catholicæ fidei aſſertores in crimen adducebat: ſed divina eum texit clementia ne corrumpi ſe ſineret a nequiſſimo hæreſiarcha, qui in dies magis magiſque inſoleſcebat, fundebat impudenter convitia & calumnias, fraudes doloſoque adhibebat, & a Romano Pontifice aperte deficere cœperat ob comparatam ſectatorum multitudinem: quinquemeſtri enim interregno in ſumma quidvis agendi & loquendi licentia latius graſſata erat hæreſis; cujus calamitatis cauſas affert Ulembergius (g) *Non parum*, inquit, *attulit momenti, quod Imperatore mortuo, uti diximus, quinque menſium & amplius interregnum aſſes: quo tempore, dum omnium animi in electionem futuri Cæſaris intenti eſſent, liberius ſerpſit lues iſta, & multas per Germaniam civitates infecit, præſertim cum Fridericus elector, Saxoniæ dux, cujus in imperio ſumma erat authoritas, Lutherum patrocinio ſuo foveret, & velut objecto ſui nominis clypeo tueretur; unde factum eſt, ut quæ per Pontificem & eccleſiaſtici fori judices adhibenda erant gliſcenti malo remedia, ea non ſatis expedita eſſent, & tardius procederent.*

(f) Cochlæus in actis & ſcript. Luther. Sur. in comment.

Lutherus Carolum tentat corrumpere.

(g) Ulember. c. 3.

Saxo Lutherum fovit in interregno.

XXXV. Nondum ab Eccleſia deſciverat Fridericus, immo egregia in eam ſtudia præferebat, adeo ut illi Leo roſam auream pontificiis precibus de more ſacratam tranſmiſerit Miltitii internuntii apoſtolici opera, cui Lutheri ab hæreſi revocandi provincia data eſt: hic demulcendum ferocem pſeudomonachum arbitratus,

non-

Digitized by Google

nonnullla concordiæ capita, conſtituit; quæ tamen mox ille hæretica perfidia violavit, ut narrat idem Ulembergius:

(a) Id. ib. Internuntius Pont. roſam auream Saxoni defert.

(a) *Venit*, inquit, *in Germaniam Carolus Milsitius Pontificis cubicularius a Leone X. miſſus ad electorem Saxoniæ Fridericum, ut illi roſam auream, quam ſingulis annis Pontifices dominica quarta in quadrageſima conſecrare ſolent, in argumentum benevolentiæ ſingularis offerret. Erat Milsitius hic Germanus vir nobilis ex inſigni familia Milsitiorum oriundus in Miſnia, cui Pontifex inter cætera cum primis hoc in mandatis dederat, ut ad ſedandas turbas, quas de religione Lutherus in Germania excitarat, nihil ad ſummam diligentiam reliquum faceret. Et principio quidem Milsitius author fuit electori Friderico, ne Lutherum e Saxonia diſcedere pateretur; quod metueret vir prudens ne Witemberga migrare juſſus profugeret ad Bohemos, ſeque cum Huſſitis conjungeret, quod putabat magno tum detrimento rei Chriſtianæ futurum. Deinde princeps ipſius monitu Lutherum per literas Alteburgum evocavit, ubi Milsitius perbenigne cum eo contulit de controverſia hac, & quantum Pontifex ejus ſopiendæ deſiderium haberet demonſtravit: eam vero moderationem adhibuit, ut Lutherus poſtmodum fateretur omnia jampridem proculdubio ſopita, ſi negotium hoc ab aliis ea dexteritate tractatum fuiſſet.*

Inſignis illius error.

Cum hæreſiarcha molliter agit.

Quanquam vero ad errorem agnoſcendum induci non potuit, tamen duo quædam a Luthero Milsitius impetravit, in quibus ad ſedandam procellam non parum momenti poſitum arbitrabatur. Principio conventum eſt, ut Lutherus ipſe literas daret ad Pontificem humiliter & modeſte ſcriptas, in quibus breviter exponeret ſtatum hujus negotii, & ſeipſum deinde cauſamque univerſam voluntati cenſuræque Pontificis ſubiiceret: quod ipſum Lutherus dum Alteburgi eſſet ſtatim executus fuit datis ad Pontificem III. *martii literis, in quibus Deum teſtatur & omnes creaturas, ſe numquam id hactenus egiſſe ſerio, ut poteſtatem Eccleſiæ Romanæ ſummique Pontificis labefactaret, vel illius authoritati per fraudem quidquam detraheret; immo libere fatetur hujus eccleſiæ poteſtatem eminere ſuper omnia, nec illi quidquam in cælo vel in terra præferendum præter ſolum Chriſtum, qui dominus ſit omnium. Promittit etiam ſe rerum iſtarum, ex quibus nata ſit hæc contentio, numquam porro deinceps facturum mentionem; modo ſilentium etiam adverſariis imponatur. Quin & ſcripto in lucem edito populum ait ſe monere velle, ut omnes in honore habeant eccleſiam Romanam, nec illi temeritatem blateronum quorumdam aſcribant, neve ſuam imitentur acerbitatem qua ſe contra eamdem eccleſiam uſum, immo potius abuſum eſſe, eaque re graviter deliquiſſe fatetur: hæc Lutherus ad Pontificem. Jam vero & illud inter eos convenerat, negotium hoc univerſum epiſcopo cuidam committendum in Germania, Trevirenſi ſcilicet aut Salisburgenſi, vel Friſingenſi, atque interea dum cauſa cognoſcitur imponendum utrique parti ſilentium. Hæc duo cum obtinuiſſet Milsitius magnum ſe quiddam conſecutum exiſtimavit: itaque multum ſibi gratulabatur, quaſi re præclare geſta, & inter cœnandum hanc ob cauſam factus hilarior Lutherum oſculatus eſt, ac ſi certam ſopiendæ controverſiæ rationem in manu haberet.*

Lutheri ad Pont. demiſſæ literæ.

Caruere exitu conſilia Miltitii, cum non veris medicamentis curaretur, ſed involucris ſubdolis tantum vulnus tegeretur: quippe nocuit Lutherum a Saxone Wittemberga ejectum non fuiſſe, diſſuadente apoſtolico internuntio; neque enim illius aperta ad Huſſitas vel Turcas defectio, quantum hypocriſis tecta, tantum detrimenti attuliſſet, obfirmatumque in ſcelere animum illius pertinacia de non revocandis erroribus ſat oſtendebat: nec promiſſa etiam de ſilentio ſervando, admittendaque Trevirenſis archiepiſcopi decretoria ſententia implevit, cauſatus huic actioni Cajetanum legatum interfuturum. Omni autem ſtudio errores ſparſit, palamque in Lipſienſi concertatione, ad quam mox ſe contulit, tutatus eſt: Miltitium vero, a quo humaniſſime habitus fuerat, deriſit eoque væſaniæ prorupit in epiſtola ſecunda ad Leonem X. miſſa, ut jactaverit Carolum Miltitium internuntium pontificium multo cum labore curſitantem, nihilque omittentem, quod ſpectaret ad cauſam in priorem reſtituendam ſtatum, quam a Cardinale Cajetano temere ac ſuperbe turbatum ajebat, vix tandem auxilio Friderici Saxoniæ ducis electoris obtinuiſſe, ut ſemel iterumque cum ipſo Luthero loqueretur; ait enim Joannes Coclæus (b): *Quis*, inquit Coclæus, *Imperatorum ſeu Græcorum ſeu Latinorum & Germanorum uſque legitur tanto faſtu a colloquio repuliſſe nuntios apoſtolicos, quanto repulit [ut jactitat] monachus iſte cucullatus adhuc & reus, & qui nuper ante paucos dies a legato ad ipſum dominum apoſtolicum appellaverat? jactabat ulterius in eo colloquio ſe denuo ceſſiſſe nomini Leonis X. quod fuerit paratus ſilere, acceptans etiam judicem vel archiepiſcopum Treverenſem, vel epiſcopum Nurembergenſem: atque ita factum & impetratum fuiſſe.*

XXXVI. Prodita res catholica ab internuntio Pont.

Lutherus a promiſſis deficit.

(b) Cocl. ibid.

Digitized by Google

XXXVII. Subdit Coclæus ex Lutheri dictis, hanc pacis actionem diſcuſſam a Luthero ipſo (qui tanta arrogantia turgidus erat, ut ampliſſimi beneficii loco ſibi acceptum referri vellet, ſi ſupremo Chriſtianorum ſacrorum antiſtiti atque ejus internuntiis pacem daret) captante alia ex aliis diſfugia, atque ad Lipſicam diſputationem, ubi novas ſpargeret impietatis ſordes, non ad Treverenſem archiepiſcopum, cum quo ſuſceptas antea lites componeret, ſe conferente. Quod vero ad Lipſicam Eckii Ingolſtadienſis theologi ſtrenuiſſimi fidei defenſoris cum Carolſtadio diſceptationem attinet; inde ea ſumpſit initium, quod cum propoſitionibus Lutheri de indulgentiis cenſorias annotationes Eckius appoſuiſſet, Carolſtadius amici Lutheri patrocinium ſumpſit, & in Eckium ipſum ſcripſit, viciſſimque hunc Eckius refregit; atque ita facta eſt provocatio ad publicam diſceptationem, cujus campum aperuit Lipſiæ Georgius dux Saxoniæ, catholicus princeps ſpectandarum ejuſmodi concertationum, quam par erat, avidior; quamvis ea res epiſcopo Merſeburgenſi loci ordinario ac theologis Lipſienſibus diſpliceret. Immiſcuit ſe huic diſputationi Lutherus, cum Eckius duodecim pronunciationibus Lipſiæ diſceptandis etiam inſeruiſſet de prærogativa & poteſtate Romanæ eccleſiæ, cujus oſor novus hæreſiarcha publicato libello blaſphemis ſalibus lectori inculcabat, ſe non timere Papam ſeu nomen Papæ, multo minus pappos & puppas iſtas, Eckiumque perſtringebat, qui nudis ſcripturæ ſacræ & patrum verbis uteretur; fictitias quippe ſuas & erroneas interpretationes admitti tantum volebat.

Joannis Eckii cum Carloſtadio concertatio.

Audiendis novis fidei controverſiis laici ſe temere immiſcent.

Lutheri in Papam veſania.

XXXVIII. *Primum*, inquit Coclæus, *congreſſi ſunt Eckius & Carolſtadius de libero arbitrio hominis diſputaturi [ſiquidem jam ante illud convellere Lutherus cœperat] ſolemniter proteſtantes ambo, quod ab Eccleſia catholica nuſquam ne ad latum quidem digitum diſcedere velint, nec eruditorum judicio præire, nec univerſitatum authoritati præjudicare.* Tenuit plures dies ea diſceptatio, in qua Carolſtadium ab Eckio ad theſim revocandam adactum refert Ulembergius (*a*) ſic inquiens: *Prima fuit diſputatio de gratia & libero arbitrio de bonis operibus; in qua tandem Eckius adverſarium*, nempe Carolſtadium, *eo vel adduxit vel adegit, ut contra, quam in theſibus aſſeruerat libero arbitrio per Dei gratiam excitato partes ſuas in operibus bonis exequendis concederet.* Feſſoque jam ac ſuccumbenti Carolſtadio ſucceſſit Lutherus, qui habere concionem permiſſus Papæ authoritatem & clavium poteſtatem perſtrinxerat, publiceque ab Eckio fuerat confutatus. Cum autem de judicibus, Pariſienſibus ſcilicet & Erphordienſibus, deligendis actum eſſet, id ægre tulit; quippe qui rhetores & poetas theologorum irriſores ac plebem clero infenſam cauſæ ſuæ judices malebat (*b*): *Videntes itaque*, inquit Coclæus, ex actis publicis diſputationis Lipſicæ, *conſiliarii ducis Georgii vultum ejus iracundum, admonuerunt, ut nihil per iram, ſed omnia modeſte ageret, ne ſcandalo fieret auditoribus. Tum ille ira victus prorupit in apertam confeſſionem ſecreti ſui peſſimi dicens: Non propter Deum hæc res cœpta eſt, neque propter Deum finietur.* Idem confirmat Ulembergius (*c*), ſparſumque ait rumorem in populo, dæmonem a Luthero in pixide circumferri. Pergit Coclæus: *Illi autem ne ludibrio fieret orbi proclamata illa diſputatio hoc verbum diſſimulantes mitigabant animum ejus, ut juxta promiſſum cum Eckio diſputaret. Diſputatum eſt itaque ab illis & acriter, copioſe, primum de poteſtate & primatu Romani Pontificis, deinde de purgatorio, de indulgentiis, de pœnitentia, & de abſolutione ſacerdotis; ſed longe alia tunc erat Luthero & mens [niſi omnia ſimulaverit] & vox de rebus illis, quam paulo poſt: nam & ipſe proteſtationem quam alii duo præmiſerant approbabat & amplectebatur, & de Romana eccleſia longe reverentius loquebatur, quam poſtea; adeo ut non ſolum Latine, verum etiam Theutonice ſententiam ſuam declarans diceret, ſe non impugnare nec Chriſtiane a quoquam impugnari poſſe primatum & obedientiam Romanæ eccleſiæ, nec derogare ſe Pontifici quidquid tribuitur ei.*

(*a*) *Ulembreg. c.4.*

Victus ab Eckio Carloſtadius.

(*b*) *Acta diſput. Lipſiæ Coclæus ubi ſup.*

(*c*) *Ulemb. c. 4.*

Sparſum in vulgo dæmonem circumferri a Luthero. Blaſphema in Deum Lutheri vox.

Detraxiſſe illum tamen clare, eum divino jure primatum Petri & ſucceſſorum conſtitutum negaret, obſervat Ulembergius (*d*) hiſce verbis: *Lutherus eccleſiæ Romanæ primatum aſſerebat non divino, ſed humano jure tacita populorum conſenſione inductum: Eckius vero eundem primatum ad jus divinum & ipſius Chriſti ordinationem referebat. In hoc cardine omnis de Pontifice diſputatio vertebatur: quem cauſæ ſtatum Eckius initio dilucidis verbis propoſuit additis rationibus & argumentis, quibus ſententiam ſuam firmabat; Lutherus autem non ita pridem libellum ſcripſerat de authoritate Pontificis Romani, quam ſecum habuit, atque ex eo pleraque quæ contra Eckium produxit opinionis ſuæ firmamenta recitavit.* XXXIX.

(*d*) *Ulemb. c.4.*

Lutheri argutiæ contra Pontificis primatum.

Meminit de eo libro biennio ante edito Sanderus (*e*), nonnullaque argumenta decerpit, ex quibus falſam eſſe pſeudo- XL.

evan-

(*e*) *Sanderus de viſibili monarchia l.7.*

Digitized by Google

evangelicorum doctrinam ita demonſtrat: *Nam video quomodo ſint excuſati a ſchiſmatis reatu, qui voluntati Dei contravenientes ſeſe a Romani Pontificis authoritate ſubtrahunt. Ecce hæc eſt una prima mihi inſuperabilis ratio, quæ me ſubiicit Romano Pontifici & primatum ejus confiteri cogit. Hactenus Lutherus. Secunda ratio ejuſdem Lutheri eſt, quia cedendum potius ait, iuxta Chriſti præceptum in v. cap. Matthæi, adverſario, id eſt Romano Pontifici, ut ſibi cedatur exigenti, quam ut unitas, charitas & humilitas diſſolvatur: ideo, inquit, non dubito peccare eos, qui in diſſenſionem ſeſe tradunt. Tertia Lutheri ratio eſt: ſi propter peccata noſtra nos Deus voluerit premere multis principibus, ſicut in proverbiis dicit Salomon,* nunquid reſiſtendum eſt flagello Dei? *Quarta Lutheri ratio: Apoſtolus Roman.* XIII. *clare aſſerit, nullam poteſtatem nec eſſe quidem poſſe niſi a Deo: cum autem Romani Pontificis poteſtas jam ſit robuſtiſſime ſtabilita, ut videmus, certe non oportet Dei ordinationem hanc impugnare. Quinta Lutheri ratio: Cum arbitremur,* inquit, *Romani Pontificis poteſtatem humano decreto ſtatutam & ordinante Deo ſic roboratam, ſine crimine non eſt, iuxta verba* I. *Petri* II. *qui ſeſe ſua authoritate ſubduxerit.*

XLI. Ratio Lutheri firmiſſima & conſpicua quæ Lutherum damnat ac ſuos.

Sexta Lutheri ratio hæc eſt: Ad hoc, inquit, facit unus ille conſenſus omnium fidelium, qui hodie ſub Romano Pontifice ſunt (& poſt) An poſſibile, inquit, eſt Chriſtum non eſſe inter tot ac tantos Chriſtianos? ſi autem Chriſtus ibi eſt, & Chriſtiani. Cum Chriſto & Chriſtianis ſtandum eſt in quacumque re, quæ contra Dei præcepta non fuerit. Hæc inquam ratio fortis eſt & inſolubilis: & ex iis poſſunt aliæ multæ formari, quin huc poteſt univerſa ſcriptura duci, quæ ubique charitatem, humilitatem, unitatem ſpiritus & timorem Dei commendat non violandas eſſe pro ulla re mundi, nedum pro unius pontificatu vel primatu etiamſi ſolo jure humano eſſet inſtitutus. Hac Lutherus. Nunc mihi perpendat prudens lector has rationes a Luthero in verbo Dei fundatas eſſe: perpendat nihilominus eundem poſtea diſceſſiſſe ab ejuſdem Romani Pontificis atque adeo totius eccleſiæ unitate atque obedientia. Si poſteriora ejus facta & conſilia magis alicui probantur, is animadvertat Lutherum non fuiſſe præditum ſpiritu Dei eo tempore, quo ſuum hoc ſchiſma incœpit; nam idem Dei ſpiritus nunquam duas res contrarias docet: Lutherus vero poſt inchoatum ſchiſma ſuum, docuit iſta duo, quod non oportet ſe a Romani Pontificis authoritate ſubtrahere, nam &

Inſignis hæreſiarchæ contradictio.

hæc ipſa ejus verba ſunt; & quod omnino oportet ſe a Romani Pontificis authoritate velut ab antichriſto ipſo ſubtrahere: & hoc poſterius facto ſuo confirmavit; ipſe enim, qui fatebatur Romani Pontificis poteſtatem neceſſario eſſe a Deo, tamen illam ipſam poteſtatem & contempſit & ſcriptis ſuis oppugnavit: immo eundem primatum a diabolo fundatum eſſe dixit. Si erravit Lutherus, cum diceret, fœdiſſimum crimen, immo ſchiſmaticum crimen eſſe, ut quis Romani Pontificis primatui reſiſteret; idem ſciat jam tunc cum immo, & biennio antea ſuas illas diſputationes propoſuiſſe: unde omnis, quæ ſecuta eſt Lutherana congregatio & ſecta originem ſuam traxit. Lutherana igitur hæreſis tunc fundata eſt cum ſpiritus mendacii, ut ſaltem pſeudoevangelici rem accipere coguntur, regnaret in Luthero. Quis vero prophetarum & Apoſtolorum iſto modo in initio ſuæ prædicationis hæreſim ſcripto publice edidit & ex verbo Dei confirmare conatus eſt? Quæcumque igitur ſit vera fides, impoſſibile eſt doctrinam Lutheri a Spiritu Sancto incœptam ac ſtabilitam fuiſſe. Hæc Sanderus.

Lutheri doctrina a divino ſpiritu proficiſci non potuit.

XLII. Eckii in Lutherum objectio.

Cum vero ex hac argumentandi ratione Joannes Eckius deprehendiſſet Lutherum nolle fateri primatum Pontificis Chriſti oraculis conſtabilitum: *Objecit illi*, inquit Ulembergius (*a*), *quam ipſe tueretur de primatu Pontificis opinionem eam non multum abludere ab Huſſitarum ſententia per concilium Conſtantienſe damnata.* Et infra: *Lutherus ad hanc objectionem vehementer commotus injuriam ſibi fieri proteſtatus eſt cum contumelia conjunctam, nullumque unquam ſe probaſſe ſchiſma, nec in æternum [ea voce utebatur] probaturum inique feciſſe Bohemos, quod ab Eccleſiæ communione diſceſſerint.* Quæ etiam confirmantur a Coclæo, in actis & ſcriptis Lutheri (*b*): ſed quæ hæretico homini fides eſſe poteſt? Tutatum illum apertiſſime Bohemicam impietatem proximo anno videbimus in pontificia adverſus Lutherum damnatoria ſententia (*c*).

(*a*) *Ulemb. c.* 4.

Negat Lutherus ſe unquam ſchiſma approbaturum.

(*b*) *Ulemb. c.* 5.

(*c*) *Ext. in bull. in Leon. X. conſt.* 40.

XLIII. Fatetur Lutherus eſſe purgatorium.

Addit Coclæus illum etiam palam tum profeſſum de purgatorio igne fidem orthodoxam: *Dixit publice: Ego qui credo fortiter, immo auſim dicere, ſcio purgatorium eſſe, facile perſuadeor in ſcripturis de eo fieri mentionem, quemadmodum illud Matthæi inducit Gregorius in dialogis:* non remittitur neque in hoc ſæculo, nec in futuro, *volens peccata quædam remitti in purgatorio. Admitto & illud Machab.* II. Sancta & ſalubris cogitatio pro defunctis exorare &c.

Non modo purgatorium, verum hec indulgentiarum vim octavo congreſſu Lu- XLIV.

therum denegaſſe, obſervat Ulembergius (a): *Indulgentias*, inquit, *ſimpliciter Lutherus non rejecit, quin potius ita declaravit aſſertiones ſuas; ut quantum quidem ad rem ipſam pertinet, non multum diſſidere ab Ecki, immo ab eccleſiæ ſententia videretur: abuſus quoſdam irreptitios & opiniones vulgi minus ſanas utraque pars improbavit.*

(a) *Ulemb. c. 4.* Indulgentiarum vis a Luthero non negata.

XLV. Defeſſo decem dierum labore Luthero & vi veritatis eam promulgare coacto, Eckius a Carolſtadio iterum laceſſitus eſt; virque intrepidus & inſatigabilis his duobus hæreſiarchis, qui illum labore ſaltem, ſi non argumentis obrui volebant, animoſe reſtitit. Inſtaurata iterum de libero arbitriu lis; cui Carolſtadium paradoxum poſtea damnatum ab Eccleſia adiecerat: *Juſtum in omni opere bono peccare*. Tenuere eæ diſputationes ab extremo junio ad decimam quintam julii, & cauſa judicibus commiſſa diſſolutæ. Addit Ulembergius, Georgium principem monuiſſe ſeorſim Lutherum, Bohemos lectis iis ipſius libellis in errore confirmari, illumque ad ſaniora conſilia inflectere pertentaſſe. Quamvis autem cautum eſſet, ne quid publice ederetur, antequam judices decretoriam ſententiam tuliſſent; tamen Lutherus & Carolſtadius libellos mox ſparſere ac ſe viciſſe jactarunt, antequam noſſent quid judices decernerent. Cæterum Pariſienſes pro Eckio judicaſſe oſtendit cenſura, qua Lutheri centum & quatuor propoſitiones damnarunt. Quid Erphordienſes ſtatuerint non conſtat. Lipſienſes vero theologi a Luthero invectivis petiti fuere: Eckius etiam libellis famoſis proſciſſus, nefario hæreſiarcha eo impudentiæ progreſſo, ut illum veluti hoſtem Pontificis & pacis, quæ a Miltitio apoſtolico internuntio agitabatur, perturbatorem traduceret, Emſerumque qui ad eccleſiæ Pragenſis adminiſtratorem ſcripſerat, fruſtra & ſine cauſa gloriari Bohemos ſuſceptas a Luthero eorum partes, atque Eckium, ut fidei pugilem eximium commendarat, ſatyricis libellis exagitaret, quamquam ab eo egregie repulſus eſt, atque impietatis certis teſtibus, convictus qui effutierit Lipſienſem diſputationem nec propter Deum cæptam nec propter Deum finiendam: ex qua furiali voce pervulgata apud bonos omnes Lutheri fama in juſtum odium adducta eſt. Quod ad Carolſtadium attinet, qui Lutherum in Lipſienſi concertatione tutatus eſt; illum poſtea juſtas pœnas dediſſe, atque a Luthero acerbiſſime exagitatum memorat Joannes Faber (b) in libro, cur Lutheraniſmum approbare noluerit, inſcripto: *Carolſtadius*, inquit, *tuus, qui ob tui gratiam Lipſiam in diſputationem commigrarat, gladium tuum, mouque futuram iram ne effugere quidem potuit, quamquam aduſque Argentinam & Thuregium migrarit; & monſtris, quod ille apud poetas ſuos devorans hoſpites, ut ne quidem filii ejus tuti eſſent.*

Monitus Lutherus a principe Georgio Bohemos ab ipſo in impietate confirmari.

Pariſienſes Lutherum & Carolſtadium damnant.

(b) *Jo. Fab. cur Luther. noluerit approbare c. 30.*

XLVI. Senſere nonnulli, non fuiſſe diſceptandum cum hæreticis, quod ita magis eorum impietas diſſeminetur; contra quos ita Joannes Eckius (c) apologiam ſuam texuit: *Patres ſancti præceperunt ſtatim obviandum eſſe hæreticis, & quid ſi nos quoque hoc jam ſupplicio affecit Deus, quod non ſtatim virus Lutheranum repulimus? ita jam neque mandatis, neque edictis, neque excommunicationi locus ullus reliquus eſt: ita alius en alio princeps: multæ ſubinde urbes deficiunt a fide & ſacramentis eccleſiæ; unde & ſponſa (d) capi jubet vulpeculas dum parvæ ſunt.* Pia quidem Eckii mens, piuſque ardor fuit, ut hæreſiarcham convinceret; verum publicæ illæ de fide concertationes graviora mala pepererunt: quæ expertus Georgius Saxoniæ princeps in literis ad Regem Angliæ Eckium, Lutherum, & Carolſtadium primos pugnæ infeliciſſimæ duces dixit; ſatius enim erat, ut epiſcopis ac Pontifici controverſia omnis committeretur: qua in re Joannes Fiſcherus epiſcopus Roffenſis, ac poſtea Cardinalis & martyr Tertulliani argumentatione utitur, qui ait (e): *Quid promoveris exercitatiſſime ſcripturarum, cum ſi quid defenderis negetur, e diverſo, ſi quid negaveris defendatur? Et tu quidem nihil perdes, niſi vocem in contentionem: nihil conſequeris niſi vilem de blaſphematione laudem. Ille vero, ſi quis eſt (cujus cauſa in congreſſum deſcendis ſcripturarum) ut eum dubitantem confirmes ad veritatem, an magis ad hæreſes diverget, hoc ipſo motus, quod te videat nihil promoviſſe, æquo gradu negandi & defendendi diverſa parte ſtatutum; certe & pari altercatione incertior diſcedet, neſciens quam hæreſim judicet: hæc utique & ipſi habent in nos retorquere; neceſſe eſt enim & illos dicere nobis potius adulteria ſcripturarum, & expoſitionum earum mendacia inferri qui proinde ſibi defendant veritatem. Ergo non ad ſcripturas provocandum eſt, nec in iis conſtituendum certamen, quibus aut nulla aut incerta victoria eſt, aut parum certa.*

Vexatus ab ipſo Luthero. Senſere aliqui non fuiſſe diſceptandum cum hæreſiarchis.

(c) *Jo. Eck. to. 2. homil. domin. 9. poſt pent. 207.*

Opprimi initio impietas debuit facto non verbis.

(d) *Cant. 2.*

Nocent diſceptationes publicæ cum hæreticis.

(e) *Jo. Fiſc. in art. 33.*

Non ſpectandum eſt converſum ut.

XLVII. Cum vero inuſſiſſe ſibi hac diſputatione hæreſis infamiam noſſet Lutherus, ut ea ſeſe liberaret, uſum ipſum ea arte refert Ulembergius (f), ut edito libello fidem orthodoxam profeſſus ſit: *Profitetur*, inquit, *ſe firmiter credere cum orbe Chri-*

Hæreſeos infamiam Lutherus contrahit.

(f) *Ulemb. c. 4.*

ſtia.

Digitized by Google

ſtiano univerſo, ſanctos cæleſtis patriæ cives honorandos eſſe & invocandos: nequaquam dubitandum quin animæ defunctorum in purgatorio magnos patiantur cruciatus, quibus en charitatis debito ſubvenire teneamur jejunio, precibus, eleemoſynis: indulgentias relaxationem eſſe pœnarum temporalium, quæ peccatis remiſſis poſt abſolutionem luendæ remaneant: Dei mandata præceptis Eccleſiæ præferenda, utriſque vero parendum, quanquam obſervato quodam diſcrimine: bona eſſe opera per Dei gratiam facta; verum iis non fidendum, ſed miſerationi divinæ: eccleſiam Romanam a Deo præ aliis inſigniter honoratam eſſe; tametſi vero Romæ nunc is ſit rerum ſtatus, quem emendatum optare liceat, eam tamen ob cauſam vel ullam aliam, quæ nunc extiſtat, aut futuris temporibus exiſtere poſſit tanti momenti non eſſe cenſendam, ut ab illa Eccleſia divelli nos vel abduci patiamur: ante omnia habendam unitatis rationem.

Fidem catholicam libello profeſſus.

XLVIII. Eodem ferme tempore, quo Lipſiæ diſceptatum eſt, Lovanienſes theologi aliquas Lutheri elucubrationes concioneſque ſcatentes erroribus diſcutiendas Colonienſibus theologis tranſmiſere; a quibus pronuntiatum eſt authorem ad illos revocandos compellendum, ejuſque librum exurendum: *Decretum illud*, inquit Ulembergius (a), *trigeſimo die auguſti anno MDXIX, factum eſt & publicatum. Exemplum hoc Lovanienſes theologi ſequuti ejuſdem generis ſententiam de Lutheri doctrina, & opuſculis tulerunt, quæ* VII. *novembris eodem anno promulgata fuit.* Efferatus ob eam ignominiam Lutherus in Colonienſes & Lovanienſes theologos ſatyras conſcripſit. At Jacobus Latomus theologiæ profeſſor libro edito rationes e divinis oraculis & ſanctis patribus & doctoribus petitas adduxit, ob quas Lutheri dogmata condemnata eſſent: at ille non modo non reſipuit, verum in concione de Euchariſtiæ ſacramento exeunte anno edita, cum Huſſitis ſentire ſe indicavit: quare Georgius dux Fridericum patruelem ſuum Saxoniæ ducem electorem datis literis XXVII. decembris hujus anni exaratis admonuit, a Luthero Bohemicam hæreſim inſtaurari, atque periculum iminere ne Germaniæ populum ſeducat, maximamque hominis arrogantiam ex eo deprehendi: *Quod conciunculas ſuas omnes ad populum habitas continuo ſpargat in vulgus, quaſi ſolus ipſe ſapiat, nec quiſquam fuerit hactenus, qui vel intellexerit veritatem vel eam auſus fuerit profiteri*; cum Joannes epiſcopus Miſnenſis ſerpenti malo occurrere conatus exemplaria omnia ejuſdem hæreticæ concionis ad ſe deferri juſſit.

(a) Ulember. c 5.

A Lovanienſibus & Colonienſibus Lutherus damnatus.

XLIX. Hoc anno cum novator Lutherus (b) indulgentias conceſſas pro defunctis Porphyriana Lucianeaque ſcurrilitate deriderет, catholici vero aliqui de modo, quo valeant, an abſolutionis, an ſuffragii controverterent, Thomas de Vio Cardinalis e Germanica legatione Romam reverſus controverſiam edito ſcripto ſic explicuit: *Indulgentia ad vivos defert viam juſtitiæ, per judicii actum, ſcilicet abſolutionem; exiſtentes autem in purgatorio (utpote extra Eccleſiæ præſentis forum) a Papa abſolvi non poſſunt ſicut nec ligari; & ideo indulgentia, quam authoritative ex theſauro Eccleſiæ confert, illis per modum auxilii ad eorum ſublevationem mittit, confidens in divina miſericordia, quod acceptabitur ad ſublevamen eorum, qui in foro iræ & furoris Domini puniuntur purgandi.* Et infra: *Inter ſacramentorum & indulgentiarum efficaciam differentia ad propoſitum eſt in hoc, quod remiſſio pœnæ per ſacramentum ſit ex intentione ipſius Chriſti, cujus eſt ſacramenti operatio, ita quod iſte ſuſcipiens ſacramentum relevatur a tanta pœna, ac ſi ipſe paſſus fuerit patiente Chriſto, ut ſacramentum baptiſmi teſtatur docente hoc Apoſtolo ad Rom.* VI. *& D. Thoma in* III. *parte quæſt. LXIX. Per indulgentiam autem remiſſionem pœnæ conſequimur tanquam eccleſia pro nobis illa paſſa fuerit: quoniam abundantia paſſionum Chriſti & ſanctorum Eccleſiæ diſpenſationi credita, intelligitur dona ecclecleſiæ, ut commune ipſius Eccleſiæ bonum, ac per hoc per Eccleſiæ rectores, ut ipſius Eccleſiæ ſunt ex intentione Eccleſiæ applicanda his vel illis; devenerunt ſiquidem paſſiones iſtæ ad theſaurum Eccleſiæ ex intentione Chriſti & ſanctorum ad commune Eccleſiæ bonum in generali, & commiſſa ſunt, ut ex intentione Eccleſiæ ad hos vel illos: & hoc explicatur in forma indulgentiarum pro defunctis, cum per modum ſuffragii proculdubio Eccleſiæ conceditur: deducitur igitur indulgentia ad defunctos non juſtitia, ſed gratiæ divinæ acceptatione duce, &c. Romæ* XX. *novemb. MDXIX.*

(b) Damnatur a Leone X. in diplom. propoſ. 22.

L. Emerſit eodem anno nova hæreſis ab inferis jam ſæpius victa ac ſepulta in Berengario, in Waldenſibus, inque Albigenſibus iterumque revixit in Zuinglio; ſiquidem hoc anno, ex Alberti Cardinalis Moguntini archiepiſcopi oratione ad principes in comitiis Francofurtenſibus habita, quam Thomas de Vio Cardinalis legatus Leoni X. expoſuit (c), conſtat, Zuinglium Helvetios impia & peſtifera ſua doctrina infeciſſe, magnoſque de religione motus ibi miſcuiſſe, quos non aliter quam congregato in Germania œcumenico concilio ſedandos cenſuit

(c) L. I. collect. lit. princ. pag. 69.

Zuinglius Helvetios inficit.

ſuit idem Albertus Cardinalis. Cœpiſſe primum Lutheri more Zuinglium declamare adverſus indulgentias; cumque populi novæ doctrinæ avidi applauſus excepiſſet, alia dogmata fidei convellere aggreſſum tradunt, & Armeniorum exemplo, quos in Maneſguerdenſi conciliabulo Mahumetis, nepotis auſpiciis celebrato, ſignum corporis Chriſti in Euchariſtia tantum extare ſtatuiſſe, inter alias hæreſes vidimus, hæreſim Berengarii, Albigenſium, Wiccleffi, Thaboritarumque inſtauraſſe tradunt: cum vero ſcripturæ ſacræ veritatem nitidiſſimam negare non poſſet, a nocturno ſpiritu edoctus eſt, quo diffugio veritatis vim eludere poſſet, ut narrat Florimundus (a) Raymundus: *Ex hac Zuinglii & maligni ſpiritus familiaritate ac velut conjugio Calviniſmus fuit progeneratus. Et hanc*, inquit, *ob cauſam forte Lutherus Zuinglio dæmonis familiaritatem exprobrat, ut Tigurini ipſi non diffitentur. Sed ad confutandam eorum impudentiam, qui hoc a catholicis & Lutheranis in odium Zuinglii confictum eſſe ajunt, placet ipſius verba adſcribere. Cum vero [inquit Zuinglius] tredecima aprilis lux appeteret, vera narro, adeoque vera, ut celare volentem conſcientia cogat effundere quod Dominus impertiit, non ignorans quantis me contumeliis riſibuſque exponam; cum inquam tredecima lux aprilis menſis appeteret, viſus ſum mihi in ſomno multo cum tædio denuo contendere cum adverſario ſcriba, ſicque obmutuiſſe, ut quod verum ſcirem negante lingua beneficium ſuum proloqui non poſſem: qui me angor ſolet nonnunquam fallaci illudere nocte [nihil enim altius quam ſomnium narramus, quod ad nos attinet; tametſi leve non ſit quod per ſomnium didicimus gratia Dei, in cujus ſolius gloriam iſta prodimus] vehementer turbare videbatur: ibi tanquam ex machina viſus eſt monitor adeſſe [ater fuerit an albus nihil memini, ſomnium enim narro] qui diceret. Quin ignave, reſpondes ei quod exodi* XII. *ſcribitur:* Eſt enim phaſe, hoc eſt tranſitus Domini. *Protinus, ut hoc phantaſma viſum eſt, ſimul expergefio, & electo exilio, locum apud ſeptuaginta undique primum circumſpicio, ac de eo coram tota concione pro virili ediſſero. Vide*, ſubdit Raymundus, *figurativam corporis Chriſti receptionem, incertum ab angelo an diabolo revelatam. Quam bene putas*, inquit Weſtphalus in apologia contra Calvinum: *fundamento hoc fides noſtra nitetur? Animarum noſtrerum ſaluti nunquid bene proſpectum erit, ſi ſomniatori credamus, cui monitor apparuerit, quem ater an albus fuerit ipſe neſciat? Ea vero fidamus ei & credamus, verbum, eſt, in ſacra Scriptura accipiendum eſſe prout ſignificat, &, corpus, pro ſymbolo corporis. Abite, abite cum ſomniis veſtris, & nigris monitoribus. Nos Dei Filio auſcultamus & credimus, de quo Pater ipſe e cœlo clamat:* Hunc audite. *Memini me aliquando in horreo quodam, ubi Calviniſtæ conciones ſuas habebant, vidiſſe, forte fortuna, Zuinglii opera menſæ impoſita, quibus ego apertis hunc ipſum locum locum prædicanti oſtendi, ubi diabolus Zuinglio apparuiſſe & corpus Chriſti in cœna nihil quam figuram eſſe corporis revelaſſe dicitur: unde ille ira & pudore vehementer fuit affectus.* Exortæ poſtea ſunt inter Zuinglii & Lutheri ſectatores graviſſimæ diſſenſiones, de quibus ſuo loco agetur inferius. Jam ad hæreſiarcharum hujus ſæculi principem Lutherum redeamus.

(a) *Florimun. Raymund. l. 2. c. 8.*

Ipſa Zuinglii verba.

Fundamentum Calviniſmi.

LI. Coactis hoc eodem anno in Germania Auguſtinianorum comitiis, in iis quoque Lutheri cauſa agitata eſt: quippe ſupremus Auguſtiniani ordinis magiſter ut ſuperiori anno dictum eſt, mandata acceperat a Leone Pontifice, ut exortum in ea familia hæreſiarcham compeſceret. Facile quidem excitatum incendium compeſci potuiſſet, comprehenſo a præſulibus ordinis Luthero, ut e vinculis cauſam diceret, impurumque ejus os obturaretur; ſed Fridericus dux Saxoniæ ejus patrocinium, ut vidimus, ſuſceperat: qua de re Lutherus ipſe in literis ad Leonem X. datis (b) gloriatur, additque ſe a tribus viris celebrioribus ex Auguſtinianis comitiis rogatum, ut demiſſis & ſupplicibus literis ſuperiora apud Apoſtolicam ſedem excuſaret. Verum arrogans hæreſiarcha ab hujuſmodi conſiliis adeo abhorrebat, ut leges Pontifici præſcribere, majora interminans mala, auſus ſit: *Porro*, inquit (c), *palinodiam ne canam, beatiſſime pater, non eſt quod ullus præſumat, niſi malis adhuc majore turbine cauſam involvere: deinde leges interpretandi verbi Dei non patior.* Quibus verbis homo impius leges divini verbi interpretandi ſibi a Pontifice & Eccleſiæ præſcribi nolebat; ſed pro ipſius arbitrio diabolicas interpretationes (quis enim quoſvis hæreticos ſacræ ſcripturæ interpretatione abuti ignorat?) fingendi libertatem ſibi aſſerebat; idemque, cum fraudibus ſuis novum Cæſarem Carolum V. irretire conaretur, ita mentiebatur: *Teſte mea conſcientia, ac optimorum virorum judicio non niſi evangelicam veritatem ſtudui evulgare adverſus ſuperſtitioſas humanæ traditionis opiniones; propter quod tertius jam finitur ferme annus ex quo patior ſine fine iras, contumelias,* peri-

Coacta Auguſtinianorum comitia adverſus Lutherum.

Non potuere Lutherum comprehendere cum a Frederico Saxone tegeretur.

(b) *Ulember. ſup. c. 5.*

(c) *Cochlæus in actis & ſcriptis in Luth. hoc ann.*

Inſana hæreſiarchæ audacia.

Omnium hæreſeon fingendarum ſibi jus permitti vult.

pericula & quidquid poſſunt mali excogitare : fruſtra veniam peto, fruſtra ſilentium offero, fruſtra pacis conditiones propono, fruſtra erudiri meliora poſtulo.

LII. At quomodo erudiri meliora poſtulabat, qui ſuſceptam ſententiam, etiamſi ab Eccleſia damnaretur hæreſeos, ſe non revocaturum jactabat? Quomodo pacis conditiones, proponebat, quem divini verbi ad ſuum arbitrium interpretandi, rejecta ſanctorum patrum & univerſæ Eccleſiæ interpretatione, libertatem ſibi permitti voluiſſe vidimus; ac traditiones apoſtolicas eccleſiaſticaſque, uti ſuperſtitiones contemnebat? Idem etiam publicam, quam vocat, proteſtationem edidit, quam ſi ex animo edidiſſet ſervaſſetque (a), non utique ab Eccleſia ſe cum ſectatoribus ſuis (quos mirum eſt hominem, qui infinitorum mendaciorum artifex aperte convincatur, ſecutos) divulſiſſet: *Ne hoc quidem*, inquit, *promovi, quod me ſæpenumero & multifariam obtulerim (ut filius ſupplex & obediens ſanctæ Eccleſiæ catholicæ, qualis Deo optimo maximo adjutore mori volo) taciturum, ſi per meos adverſarios liceat omnium univerſitatum non ſuſpectarum cognitionem & ſententiam paſſurum.* Hæc ille, qui œcumenica concilia ſpernebat: ob quam, aliaſque impietates ſuas proximo anno fuit damnatus, ut videbimus.

(a) *Luth. in proteſtatione ſua.* Mendaciſſimum ſe profitetur.

LIII. Promoviſſe autem ficta hac pietate conſilia ſua impia Lutherum obſervat Ulembergius (b): hiſce verbis: *Ipſe Lutherus mira quadam calliditate multorum animos ſibi adjunxit, dum eccleſiæ Romanæ & Pontificis judicio ſe ſuaque omnia ſubmitteret, ſimulate quidem, quemadmodum poſt ſatis apparuit. At ita tamen, ut conſilia eorum, ad quos hujus cauſæ cognitio pertinebat, hærerent, & ob hanc ipſius ſubmiſſionem ſuſpenderentur. Uſus eſt & alia quadam fraude, quam Cajetanus Cardinalis Auguſtæ in ejus actionibus deprehendit. Si urgeretur preſſius, proteſtabatur ſe ea, quæ aliena erant a receptis in Eccleſia dogmatibus inquirendæ veritatis gratia, non aſſerendi animo propoſuiſſe: in concionibus vero ad populum & alibi, ubi applauſum invenit, eadem ipſa conſtanter aſſeruit, velut ipſam veritatem. Hac ſtropha ſuſpendit multorum animos, & principi ſuo aliiſque non paucis impoſuit; tametſi poſt ubi ſatis accrevit virium: jamque occupati fuerunt Germanorum animi, abjecit larvam hanc, omiſſiſque hujuſmodi impoſturis apertum bellum geſſit.*

(b) *Ulemb. c. 3.* Miræ perfidi hominis fraudes.

LIV. Cæterum ex ſuperioribus diſputationibus inter Germaniæ theologos, ſparſiſque libellis mortifera plaga imbecillibus animis inflicta eſt; ſiquidem illi argutiis hæreſiarcharum irretiti, delectatique irriſionibus, facetiis, ironiis, ſalibus, & ſcommatibus in eccleſiaſticos viros, quorum magna pars dignitatem ſuam vitæ ſordibus dehoneſtabat, avide Lutherana venena hauſere. Auxerunt etiam malum Eraſmus Roterodamus, qui multa de fidei rebus dubia, uti antea oſtenſum eſt, ſcriptis ſuis in plurium mentibus concitarat; tum Ulricus Huttenus, quem Turcicæ rei adverſus Chriſtianam promotorem vidimus, quique Romanæ curiæ aulicorum vitia famoſo libello exaggeraverat confictis pluribus calumniis, atque ex penſionibus ſacerdotiorum, & aliis diplomatum apoſtolicorum ſtipendiis invehendi ob averſas in Italiam opes occaſionem captaverat; de quo hæc Albertus Pius (c) Carporum princeps in primo ad Eraſmum reſponſo narrat: *Superbia turgidi in catholicam Eccleſiam conjurarunt & is ante omnes, cujus fuit illud elogium: Jacta eſt alea; vere jacta ad confundendam univerſam Germaniam, ad evertendam omnem eccleſiaſticam dignitatem, & ad religionem perdendam. Hac mente, hoc animo ſanxerunt fœdus Lutherus furioſiſſimus, ac Huten facundus quidem alioquin & acuto ingenio, at inſolentiſſimus homo & turbulentiſſimus, ad omne facinus accommodatus, Catilinæ ſocius aptiſſimus, ſi ejus temporibus vixiſſet, ut ex ejus geſtis ac ſcriptis deprehendi poteſt; quamvis hæc conjuratio illa Catilinæ tanto iniquior & execrabilior perſpiciatur, quanto ſceleſtius & magis impium eſt univerſum orbem, quam unam urbem inflammare; Chriſtianam religionem evertere, quam ſtatum unius civitatis immutare; catholicæ eccleſiæ & Chriſtiani populi pacem exſcindere, quam Romanam rempublicam perturbare: ſed facem illam Dominus jam e medio ſuſtulit.* Obiiſſe illum vertente ab hoc quinto poſt anno infeliciter ex lue venerea criminum & ſcortationum ſtigmatibus inuſtum referunt (d).

Eraſmus & Huttenus fovent hæreſi.

(c) *Albert. Pius in reſp. ad lit. 1. Eraſmi.* Huttenus qualis fuerit.

(d) *Chron. German.*

Præter hos, rhetores etiam & poetæ, qui in gymnaſiis juventutem Latinis literis excolebant, ſtudiumque eloquentiæ ſapientiæ ſtudio præferebant, quos inimicitias in theologos concepiſſe jam ante vidimus, livore abrepti ac furore perciti Luthero ſe conjunxerunt, ſtylumque in theologos & Pontificem acuebant: de quibus conqueritur Albertus Pius (e), dum recenſet hominum genera, qui mox Luthero contra Pontificem adhæſerunt. Nec politiorum modo literarum ſtudioſi, verum etiam plebs lenociniis illecta in Lutheri partes inclinabat, proptereaque

(e) *Albert. Pius in reſp. ad lit. 1. Eraſmi. ep. 1. p. 25.*

in

Digitized by Google

in Lipſienſi diſceptatione rethores, poetas, ac plebem in judices controverſiarum fidei, quarum imperiti erant, ab eo tam ardenter expetitos diximus ſupra.

LV.

Juriſconſulti vero & magiſtratus, cum tantos excitatos inter literarum profeſſores, ſacerdotes, monachos & theologos motus viderent, ſolverunt ora in cachinnos, ut refert Joannes Faber (a) oculatus teſtis: *In ſummo*, inquit, *principio ridenter, hanc in ſolo ſacerdotes ſpiritualeſque fabam cudi putabant. Et cum aliter ceciderit merito inde exemplum ſumendum erat, & proſpiciendum diligenter, ne in poſterum eadem, quæ paſſi ſumus poſtliminio omnia redirent, ſæpe dominos ſervis primum perſequi & contemni cæptum eſſe conſtat.* Quinetiam impendentium malorum ignaros plurimos ſacerdotes ac præſules, cum epiſcopi ſe æquari authoritate Pontifici a novatoribus audirent, funeſtæ tragœdiæ Lutheranæ initio imprudentiſſime applauſiſſe; nec prævidiſſe, everſa arce, qua ſtat omnis eccleſiaſtica poteſtas, cunctam ſacerdotum dignitatem everſum iri, ex Eraſmi teſtimonio confirmat Albertus Pius (b).

(a) Jo. Fab. lib. de interceſſ. SS. contra Oecolampad.

Politici putabant ſolos ſacerdotes vexatum iri.

(b) Albert. Pius in reſp. 1. ad Eraſm.

LVI.

At quamplures proceres petendarum ab eccleſiaſticis prædarum ſpe conjuraſſe cum Luthero, ejuſque ſumpſiſſe patrocinium, proximo anno videbitur. Exceptas etiam patulis auribus impias declamatiunculas a laicis adverſus ſacerdotalem ordinem in Germania, atque hæreſim impune propterea graſſatam, narrat Auguſtinus Stenchius (c): *Principes autem & magiſtratus Germaniæ, quorum intererat impieratem extinguere, libenter audiebant quidquid adverſus Eccleſiam diceretur; tantum erat inimicitiarum in eorum animis contra Pontificis & eccleſiaſticos omnes conſlatum: ideo quarto loco hanc cauſam ponamus; ſiquidem & illud hanc hæreſim apud Germanos ſuſcitaſſe creditur, quod forte primo loco fuerat ponendum, multiplices ſcilicet corruptelas, quas ſcelerati & imperiti ſacerdotes repererunt.* Confirmat id Laurentius Surius (d) hiſce verbis: *Quia multa erant in clero vitia, quem ille apud laicos (nempe Lutherus) in odium & invidiam adducere omnibus modis conabatur, ea ſumma animi acerbitate omnibus propalare, mire exagerare, & impudenter multa fingendo in vulgus ſpargere ſtuduit: & certe brevi ille multis id effecit locis, ut clerus omnis non alio quam luporum loco apud laicos paſſim habitus ſit; adeo ut paſſim in ſuis domibus Pontifices, ſacerdotes, monachos, luporum forma & ſpecie depingi curarint, & incredibili odio, atque contemptu proſecuti ſint. Et fuit id quidem veriſſimum, clerum multis abominandis ſcatere vitiis, qui cum nulla prælatorum ſeveritate caſtigarentur, permiſit præpotens Deus, hujus importuni & improbi apoſtatæ conatus non inanes habere ſucceſſus, clerumque in ſummum venire contemptum, ut vel ſic tandem reſipiſcerent; atque utinam vel ſola vexatio (e) dediſſet intellectum auditui.* At contrarium accidit ex illo oraculo: *Si videbas furem, currebas cum eo.* Appatente enim animarum fure ac prædone Luthero, monachi & ſacerdotes vitiis carnis victi ad deprædandas animas cum eo decurrerunt, quos populi vitiis pariter infecti ſecuti ſunt, & Eccleſiæ voces contempſerunt, ut trecentis quinquaginta ante annis circiter Spiritus Sanctus per Sanctæ Hildegardis virginis os prædixerat diſertiſſime, ut obſervat noſter Thomas Bozius (f): *Heldegardis*, inquit, *Germana virgo ſanctiſſima, & donis cæleſtibus prorſuſque divinis ornatiſſima deceſſit anno domini MCLXXX. ætatis LXXXII. Quæ prædixerit illa de ſuis Germanis latius explicat Thaulerius, qui poſt aliquos annos vixit, his verbis ex Heldegardi deſumptis. In tantam homines fluctuationem atque errorem præcipites ibunt, ut cuinam ceu catholicæ veritatis aſſertori credere tuto poſſint atque confidere, prorſus ſint ignoraturi; & hoc quidem idcirco divina permittet juſtitia, quod nos ex multo jam tempore ita negligenter, immo & vitioſe vivendo ipſam fidem moribus & vita impugnavimus, ac digniſſimum Dei corpus una cum aliis Eccleſiæ ſacramentis, cum omni denique ſanctimonia Chriſtiana tam plane irreverenter, indigne, impure, infructuoſe tractare ac ſuſcipere auſi ſumus [Et mox]: Quæ nunc pace multa gaudere videntur, in maxima tunc vexatione erunt, & Dei verba pervertentur, cultuſque divinus pene in oblivionem ibit, & unus huc, alius illuc properabit; nec facile ſciri poterit quorſum hæc tandem evaſura ſint. [Hic varias Germaniæ ſectas apertiſſime notat.] Interim tamen fideliſſimus Deus nidulum aliquem habebit ubi ſuos conſervet, ac protegat. Diſcat ergo quiſque pati & abnegare ſeipſum, auſcultans intus vocem Patris ſui, quid ille in ſe loquatur, ac foris matris ſuæ, id eſt Eccleſiæ ſanctæ; horum quippe vox una: quare qui has voces non didicerit agnoſcere, in æternum pereat neceſſe eſt. Exurget enim vox fallax, quæ omnes huic paternæ voci auſcultare nolentes in errorem abducet. [Talis proculdubio Lutherus, Calvinus, & cæteri poſt eos, qui prius non erant tempore Hildegardis & Thaulerii, & poſtea ſurrexerunt.] Sonat autem nobis paterna vox per vocem ſanctæ ma-*

(c) Stench. l. 2.

Germani declamationes in Eccleſiam libenter exceperunt. Ex Sacerdotum vitiis aucta hæreſis.

(d) Surius in commentar.

Epiſcopi & ſacerdotes luporum ſpecie picti ab hæreticis.

(e) Iſai. 28.

Vitiis infecti mox Lutherum ſecuti.

(f) Bozius lib. 6. ſign. c. 2. ex S. Hildegard. vita a Thaulero ſcripta.

Vaticinium S. Hildegardis de futura hæreſi in Germania.

Ut ſacerdotes indigne ſacramenta eſſent tractaturi.

Prædicta bella civilia ex hæreſi.

Prædicta ſectarum varietas.

Prædictus modus ob carnis licentiam & contemptum Eccleſiæ.

Prædictum voce fallaci flagitioſos abductum iri in errorem.

matris Eccleſiæ in omnibus doctrinis, præceptis, atque conſiliis illius. Væ proinde atque iterum væ omnibus voci huic obtemperare nolentibus, ut ſeipſos in veritate parvipendant, & ſtudeant eſſe humilas; his enim teterrimæ deſperationis vox inſpirabitur dicentibus pſeudodoctoribus, falſum eſſe atque confictum quidquid unquam priſcæ veritatis doctores hic docuere. An hoc dicant hæretici noſtræ ætatis, videat lector, quæ recitavimus, ubi eſt actum de una fide perpetua & antiqua. Hæc Thaulerius ex Hildegardi, ut ſciamus e noſtris fuiſſe, qui proteſtantibus eventura multo ante prædicerent.

Prædictum dicta SS. Patrum ut fictitia ſpretum iri ab iis.

LVII. Denique decepit objecta commodi ratio principes; cum eorum purpurati ipſis inſtillarent, ut imperium in eccleſiaſticos Romanæ præriperent eccleſiæ, & quod Pontifices ex ipſorum ditione eliciebant aurum, ipſi in ſuæ dignitatis amplificationem converterent; idque malum ex Germania in vicina regna adeo celeriter penetravit, ut Chriſtiernus Daniæ Rex internuntium apoſtolicum, qui a Danis maximam argenti vim ex promiſſis indulgentiarum præmiis collegerat conſtruendæ baſilicæ S. Petri cauſa, in vincula conjecerit, eaſque opes expilarit. Sparſa autem erat a Lutheranis vox, dolo circumveniri Chriſtifideles emungique auro, quod non in baſilica Apoſtolorum Principis exædificanda, ſed in Mediceorum palatiis extruendis profundebatur: Chriſtiernum porro Daniæ Regem Pontifex admonuit datis ad eum XIII. junii literis, ut pontificium nuntium libertati, opeſque ſacras reſtitueret tum archiepiſcopum Lundenſem (a) tuendæ Eccleſiæ cauſa navare operam juſſit; ac rurſus menſe auguſto, cum Joannes Angelus Arcimboldus a Chriſtierno Rege læſæ majeſtatis lege poſtularetur, Leo factus certior internuntium calumniis circumventum in cauſa illius a Lundenſi archiepiſcopo, teſtes audiri juſſit, atque Chriſtiernum literis XVI. auguſti exaratis rogavit, ut Joannis familiares vinculis ſolveret. [1]

Danus Rex coactum ex indulgentiis aurum diripit.

(a) Pag. 52.

Pontificius internuntius a Dano vinculis mancipatus.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Chriſtierno Daciæ Regi illuſtri.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem &c. Cum per literas majeſtatis tuæ certiores facti fuiſſemus de his, quæ dilectus filius Joannes Angelus Arcimboldus adverſus majeſtatem tuam commiſiſſe ac patraſſe dicebatur; nos equidem re tam nova ac de nullo antea nuntio noſtro audita plurimum commoti atque affecti fuimus, conſiderantes præſertim quam grave ac ſcandaloſum ſit, eum, qui tanquam pacis angelus a nobis & hac ſancta ſede ad partes aliquas deſtinatus fuerit, adeo proprii officii ſui ac noſtræ ſibi injunctæ commiſſionis oblitum fuiſſe, ut non ſibi per nos injuncta procurare omiſerit atque neglexerit, ſed quæ noſtræ intentioni ac menti expreſſa contraria ſunt maligno ſpiritu ſeductus efficere tentaverit. Non multo autem poſt receptas hujuſmodi literas tuas ſupervenit certus nuntius cum literis ab eodem Joanne Angelo ad nos miſſis, per quas nobis ſignificas, ſe per quemdam, qui ſuus alias famulus fuerat injuſte proditum & apud majeſtatem tuam falſo inſimulatum; ipſam vero majeſtatem tuam ab eo deceptam, & quæ ab omni veritate aliena ſunt perſuaſam fuiſſe. Nos igitur conſiderantes omnium & præſertim adverſus nuntios noſtros querelas diligenter a nobis audiendas & examinandas, nec aliquem tamen in dicta cauſa damnandum eſſe, ipſum Joannem Angelum ſtatim per alias noſtras literas revocavimus, eique, ut recto itinere ad nos perſonaliter veniat, ac noſtro conſpectui ſe præſentet in virtute ſanctæ obedientiæ etiam ſub pœnis arbitrio noſtro moderandis juſſimus atque mandavimus; qui ſi culpabilis inventus fuerit ac vera eſſe invenerimus, quæ per majeſtatem tuam ſignificata fuerunt tali in eum animadverſione utemur, quod majeſtas tua intelliget nulli magis quam nobis diſplicere, quæ a nuntiis noſtris perperam & contra mentem noſtram commiſſa fuerint. Et ut melius rei veritatem reperire poſſimus, venerabili fratri archiepiſcopo Lundenſi per alias noſtras commiſimus, ut ſuper ea, quæ

Impactum illi læſæ majeſtatis crimen.

NOTÆ [1] ANgelo Archimboldo apoſtolico in Daniam internuntio quid acciderit plane narrat anonymus Danus vulgatus a Ludevvig Reliquiar. to. IX. n. II. ſcribit enim Joannem Angelum an. 1517. a Leone pontifice miſſum in Daniam; anno vero 1519. Archimboldo in Daniam redeunti inſidias paratas a rege; quas illum ſubodoratum in Sueciam primum, dein in Germaniam aufugiſſe. Addit demum eodem anno novembri menſe die feſta S. Clementis Birgerum Lundenſem Archiepiſcopum obiiſſe. Idem vero chronologus regiam Sueciæ coronam a Chriſtierno acceptam non quidem anno 1520. ut Annaliſta hic num. 58. ſcribit, at potius anno ſequenti 1521. notat. His tamen nequaquam obſtantibus coronationem hanc ab anno 1520. non arbitror removendam, cui & aſſignat Chytræus apud Calviſium qui & die IV. novembris coronam hanc aſſumptam ſtatuit. MANSI

Cauſa ejus cognitio Lundenſi archiepiſcopo demandata.

per dictum Joannem Angelum geſta fuiſſe dicuntur, teſtes examinari eorumque depoſitiones in proceſſu annotari faciat, cumque clauſum & ſigillo ſuo munitum ad nos tranſmittat. Cum autem adverſus fabricam baſilicæ principis Apoſtolorum de urbe, cujus indulgentiarum dictus Joannes Angelus commiſſarius erat, ac ipſius Joannis Angeli fratrem & ſervitores, qui ſecretorum domini conſcii eſſe non poſſunt, nullam indignationis cauſam habeas; audiverimuſque oblationes, quæ pro dicta fabrica per eundem Joannem Angelum commiſſarium collectæ ac pro ipſius fabricæ evidenti utilitate in certas merces converſæ fuerunt, per majeſtatem tuam ſequeſtratas fuiſſe; nos attento quod merces ipſæ minime iſtic vendibiles eſſe dicuntur facileque ſi diutius retineantur corrumpi poſſunt, ac ſi in Germaniam tranſmitterentur multo vendibiliores forent, majeſtatem tuam hortamur, ut ipſius Joannis Angeli fratre ac ſervitoribus prælibatis injuſte detentis, qui nulla ratione detineri poſſunt, cum omnibus bonis ſuis libere relaxatis oblationes ipſas in auro & argento conſiſtentes ac alias merces hujuſmodi in Antverpiam ad mercatores de Fucharis ipſius fabricæ impenſis tranſmitti cures, ut dictis mercibus ibi quamprimum venditis, major pecunia proveniat iſtique dictæ fabricæ ſubveniatur: cujus opus quod quidem immenſum eſt ac univerſæ Chriſtianitatis auxilio indiget in honorem ejuſdem Petri, & paulo infra *a cujus & Pauli martyrio Chriſtiana religio noſtra ſumpſit exordium* nempe ſecundario veluti per inſtrumenta a Chriſto electa, *noſtris temporibus abſolvere intendimus ac faciente Deo piiſque devotorum Regum ac principum ſuffragiis accedentibus abſolutum fore ſperamus. De balſamo quod ſatis modicum habemus, non magnam poſſumus ad majeſtatem tuam mittere quantitatem: quod autem pro conficiendo ſacro chriſmate in eccleſia Roſchildenſi ſufficere poterit, majeſtati tuæ nobis pro eo ſupplicanti per quam libenti animo mittimus. Dat. Romæ die* XVI. *auguſti MDIX. anno* VII.

LVIII.

Ab eodem quinquennales induciæ violatæ.

Crudelis porro & impius tyrannus erat Chriſtiernus, a quo Neronianæ immanitatis edita exempla fuiſſe anno ſequenti videbimus. Interea imperatas jam omnibus Chriſtianis principibus quinquennales inducias a Chriſti vicario, ut omnium fidelium arma verterentur adverſus Turcas, hic iterum violavit, eduxitque maximum exercitum in expeditionem contra Stenonem Sueciæ principem, in cujus regnum hyeme per concretas gelu aquas irrupit; commiſſoque in Weſtrogothia glaciali prælio; Stenonem telo in femore fauciavit: ex quo vulnere cum Stocholmiam deferretur, animam exhalavit. Suecus vero exercitus fugatus diſſipatuſque fuit, quem fruſtra inſtaurare niſa eſt Chriſtina Regina vidua, quæ auxiliares copias a Sigiſmundo Rege Poloniæ amplis ſtipendiis conducendas imploravit; ſed cum ille externo cum Baſilio Moſcovitarum duce implicitus eſſet bello, nulla ſubmiſit Chriſtinæ ſubſidia: Chriſtiernus vero diſtractos in varias factiones Suecos per concretum glacie mare adortus (a) ſuo adjecit imperio, ac proximo anno Stocholmiæ ſolemni ritu Suecorum inſigne regium accepit, quod mox præſulum procerumque ſanguine fœdavit ut dicetur.

Steno Suecus a Dano in prælio fauciatus obit.

(a) *Olaus magn. l.8. c.42.*

LIX.

Irrupiſſe eodem anno Moſcovitas in Lituaniam, ac divino miraculo profligatos narrat Zacharias epiſcopus Gardienſis (b) in actis publicis proximo anno conſcriptis, de miraculis, quæ Deus B. Caſimiri precibus ediderat: *Quotidie*, inquit, *fiunt miracula, inter quæ illud prioribus ſæculis rariſſimum, noſtraque ætate inauditum ſuperiori anno accidit: nam cum dux Moſcorum Baſilius Ruthenorum erroribus implicitus maximo ſchiſmaticorum ad circiter ſexaginta equitum millia comparato exercitu ex inſperato Lituaniæ fines aggreſſus eſſet, improviſi Polonorum & Lituanorum duces, quibus copiis hoſti occurrerent, cum nullæ ſuppeditarentur, qua militari manu freti reſiſterent, cum longe abeſſet, penitus ignorabant: charas tum conjuges, dulcia pignora, paternas ædes, oppida, prædiaque jucundiſſima veluti amiſſa, Lituaniamque omnem tanquam depopulationi expoſitam deflere cœperunt, nulla enim ſe ſuaque tuendi ſpes ſupererat: una vel mors vel morte crudelior miſeranda captivitas expectabatur. Quid facerent, quorſum ſe verterent tanto metu perculſi? Egit genuina magnanimaque nobilitas, qua clariſſimi duces illi præditi erant, ut etſi non modo vinci, verum abſorberi ſe ab hoſte poſſe conſpicerentur; hoſti tamen non cederent, nec ſe in fugam darent: ſed collectis, quos potuere, ad duo vel circiter millia cu domeſticis vernaculiſque & inquilinis fortes in bello perſiſterent. Enimvero uti pii & Chriſti devoti proſpexerunt, quoniam Deus* (c) *noſter refugium & virtus, adjutorque in tribulationibus, ſi ex corde invocaretur ſibi in opportunitate deeſſe non poſſet, eamque calamitatem, quod D. Caſimirum innumeris coruſcantem miraculis [ut ſæpius una decreverant] in ſanctorum catalogum ab apoſtolica ſede referri pollicitam operam non impenderant, eis accidiſſe arbitrati ſunt.*

(b) *Zachar. epiſc. Garden. legat. apoſt. mſ. Vall. bibl. ſign. lit. L p. 565.*

Moſchovitarum in Lituaniam irruptio repentina.

Exiguæ Lithuanorum copiæ.

(c) *Pſ. 45.*

Qua-

Digitized by Google

Imploratum B. Caſimiri auxilium.

Quamobrem auxilium de alto ſupplices imploraruns, ad ipſiuſque B. Caſimiri ſuffragia confugientes, uno animo, uno ore ita precati ſunt: Dive Caſimire, quem tutelam præcipuam generis noſtri, & hujus patronum apud omnipotem Deum eſſe confidimus, reſpice afflictionem & mœrorem hunc noſtrum, ne dominentur nobis inimici noſtri immundi, ſchiſmatici, & a vero ſanctæ matris Eccleſiæ ritu ac gremio alieni. Tu ſpes noſtra, tu præſidium noſtrum: miſerere igitur patriæ opem tuam implorantis in qua & natus & educatus es: miſerere generis ex qua originem ducis, & quam tuis ſanctiſſimis oſſibus & reliquiis nitidiſſimis condonaſti: ne deſeras nos omni humana ope, omni ſolatio deſtitutos; potens enim es, per quem tot tantaque quotidie mirabilia operatur Altiſſimus: & ſi juxta fidem obſervantiamque ſummam, quam erga te gerimus, votis suorum faveris, ut pro Chriſtianæ religionis ſplendore & tuæ nationis exaltatione, te in ſanctos referat Pontifex maximus omni ſtudio laborabimus, & jure efficiemus. His dictis quidam ſenſibilis animi vigor, quædam mentis alacritas ita eos divinitus cœpit, ut quamquam ſupra ſexaginta millia equeſtrium numerum Moſcos excedere ab Scythis exploratoribus didiciſſent, ex apriciſque locis quibus iidem inſederant Moſci & caſtrametati erant ita eſſe procul appareret, & cerneretur, duoque tantum hominum millia [ut diximus] Lituani principes una conſtare tum potuiſſent; nil tamen veriti in hoſtes inſilire ſtatuerint. Deo igitur & Divi Caſimiri patrocinio fiſi animo volutantes davidicum illud, quia: Hi (a) in curribus & hi in equis: nos autem in nomine Dei noſtri invocabimus; *uno animo & uno impetu in Moſchos, quo una confligerent prorupere. Res mira! tantus pavor tantus denique tremor & horror eas Moſcoviæ numeroſas & cataphractas equitum copias invaſit, ut ac ſi innumerabilem validiſſimumque exercitum poſt terga irruentem formidarent, ſe ſe in fugam præcipites converterint: eos vero fidei lorica armati Lituani inſequuntur, trucidant, ſpoliant, captivant. Adimpletumque eſt illud deuteronomii* (b): Perſequebatur unus mille, & duo fugabant decem millia; quia Dominus Deus vendidit eos, & Dominus concluſit illos. *At cum hoc admirandum ſit [ut pote non caſu aliquo ſed divinitus factum] longe tamen mirabilius eſt, quod plurimis Moſcorum a Lituanorum cuneo admodum parvo, ut diximus, parta optima præda fuſis deſideratis ac in captivitatem ductis, vix unus ex Lituanis aut captus aut interemptus eſt: oſtendit enim ſervator & Deus noſter Chriſtus quod ſuis tyronibus in evangelio* (c) *pollicitus erat ſtabili veritate fulciri; quod nec capillus de eorum capite periret.*

Sexaginta Moſchorum millia fuſa a duobus millibus.

(a) *Pſ.* 9.

(b) *Deut.* 32.

Vix unus e Lithuanis cæſus.

(c) *Luc.* 21.

LX. Quod ad Baſilium Moſcovitam attinet; is olim Sixto IV. obedientiam detulerat: deinde ſacri imperii in eccleſiaſticos cum profano conjungendi cupiditas illum a gremio Romanæ eccleſiæ divulſerat. Hoc vero anno de redintegranda cum Romana eccleſia Moſchovitica conjunctione pia agitavit conſilia: de quibus monitus ſummus Pontifex Gardienſem epiſcopum ad eum legavit, ut cum ipſo de Moſcovitis a ſchiſmate revocandis; fœdereque jungendis cæteris Chriſtianis principibus ad excindendam Mahumeticam ſuperſtitionem, ac divinum cultum toto orbe propagandum conferret: tum hiſce literis (d) amantiſſimi patris officia illi ſpopondit.

Baſilius Moſchorum dux conſilia agit de ſchiſmate abſciendo.

(d) *L.* 3. *brev. inter p.* 85. & 86.

Leo Papa X. nobili viro Baſilio duci Moſcoviæ, & Ruſſiæ principi.

Pont. ad eum lit.

Nobilis vir gratiam in præſenti per quam veritate agnita gloriam obtineas in futuro. Poſtquam nobis per fidedignos relatum fuit, nobilitatem tuam divino inſtinctu motam id animo agitare, ut ad unionem & obedientiam S. R. E. a cujus gremio & ſinu ipſa cum terris, dominiis, & omnibus ſubditis ſuis per multos annos ſeparata manſit, nunc tandem redeat, ac diſcuſſis tenebris, orthodoxæ fidei veræque doctrinæ lumini adhæreat; commota ſunt præ gaudio cordis noſtri viſcera, magnaſque omnipotenti Deo gratias egimus, quod aſſiduis precibus noſtris annuendo fidem ſuam in dies augere, humanaſque mentes illuminare, & ad ſalutis viam reducere dignatur. Cum ſummo itaque deſiderio cupiamus bonos ac ſanctos inceptus tuos, quantum in nobis eſt, juvare ac potentes vires tuas noſtris adjungere, ut obſtinatis Chriſtiani nominis hoſtibus bello ſuperatis, Chriſtianaque fide per omnes mundi partes dilatata, falſiſque idolorum ſuperſtitionibus dirutis atque ſublatis, unus paſtor & unum ovile fiat; id quod divina prophetarum oracula nobis jamdiu prædixerunt, ac noſtris temporibus fore pluribus ac certis ſperamus judiciis, venerabilem fratrem Zachariam epiſcopum Gardienſem prælatum, domeſticum, & referendarium ſecretum nuntium noſtrum ſingularis prudentiæ, integerrimæque fidei virum ad partes iſtas deſtinandum duximus, eique in mandatis dedimus, ut nonnulla [maxime ad utilitatem & ſalutem tuam, ac honoris augmentum & ſtatus tui firmitatem pertinentia] tecum noſtro nomine communicet, ac tuam voluntatem clarius

Sollicitatur ut vires conjungat in Turcas.

Gardienſis epiſcopus ad eum miſſus.

ac plenius explores, noſque de ea certiores quamprimum reddat; cui non aliter quam nobis ipſis integram fidem præſtabis, eique omnia cordis tui arcana tuto ac ſecure manifeſtabis. Nos interim Chriſtum verum Deum, qui te ac univerſum genus humanum pretioſiſſimo ſanguine ſuo redemit, devote rogabimus ac rogari faciemus, ut mentem tuam illuminare, ac greſſus tuos dirigere dignetur, ut omnibus poſthabitis, ejus fidem una cum toto ducatu ac ſubditis tuis omnibus amplecti feſtines ac properes: quod ſi, ut in Domino ſperamus & optamus, feceris, talibus gratiis, honoribus, ac prærogativis te proſequemur, ut re ipſa intelligas, nos te non, ut inſertum & adoptativum, ſed tanquam verum & peculiarem filium noſtrum diligere, continueque in viſceribus charitatis gerere. Dat. Romæ die XVI. *ſeptembris MDXIX. pontificatus noſtri an.* VII.

Pontificis erga Baſilium officia.

LXI. Miſſum jam ante a Maximiliano Cæſare ad Baſilium oratorem, qui illius cum Polono controverſias componeret vidimus, ſpeſque affulgebat expeditionem maximam in Turcas confectum iri, ſi Baſilius ſuſcepta conſilia ad exitum perduxiſſet; quæ demum irrita expectatione feruere. Ut vero iterum ab aliis Pontificibus de Moſcovitis ad ſupremi in terris Chriſti vicarii obſequium reducendis agitatum fuerit, ſuo loco dicetur: nunc quæ geſta ſint hoc anno adverſus fidei hoſtes percurramus. Inanibus potius votis & verbis peracta res eſt quam armis. Fuiſſe a Leone in concilio Lateranenſi decretos quatuor legatos Cardinales, ut Reges ad ſacram expeditionem conficiendam ſolicitarent, atque imperatas pro militaribus faciendis ſumptibus ſacerdotiorum decumas, diximus ſupra: principes tamen, ut par erat non ſe accingebant operi; Franciſcus enim Gallorum Rex, qui exercitum ſuum per Iſtriam ſe ducturum ſpoponderat, vim Caroli V. æmuli timebat: cum Franciſci Regis mater ſæpius rogata a Pontifice, ut filium ad Turcicum pro fide orienti reſtituenda bellum ſuſcipiendum accenderet, ſolicitata pium explicabat ardorem, ut expeditio conficeretur, qua de re certior factus Pontifex (*a*) a Petro Navarro comite illi pios datis XII. octobris literis ſtimulos addidit, ut filium Regem ad plenum gloriæ facinus obeundum incitaret.

Baſilius a cœptis deficit.

Solicitatus Gallus Rex ut priora conſilia urgeat in Turcas.

(*a*) *Leo. l. brev. p.* 183.

Dilectæ in Chriſto filiæ nobili mulieri Aloyſiæ de Sabaudia ducisſæ Engoliſmenſi.

Dilecta in Chriſto filia ſalutem, &c. Jam tuæ nobilitati ſcimus eſſe notiſſimum quod poſtquam nos divina favente miſericordia ad ſummi apicem apoſtolatus aſſumpti ſumus, cogitationes, ſtudium & authoritatem noſtram convertimus, ut ſancta expeditio contra immaniſſimum Chriſtiani nominis hoſtem pro fide conſervanda & augenda fieret, idque in concilio generali Lateranenſi decreto decimarum ſancitum fuiſſe, noſque ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Franciſcum Francorum Regem Chriſtianiſſimum natum tuum & alios Reges Chriſtianos legatos & alios nuntios ſæpe miſiſſe, & nobilitatem tuam ſæpius hortatos fuiſſe, ut eundem filium tuum ad id excitares; noviſſime vero dilecto filio Petro Navarræ comite referente intelleximus, nobilitatem tuam hujuſmodi ſanctum deſiderium cordi infixum habere, ut expeditio ad finem deducatur: ex quo vehementer lætati ſumus laudamuſque zelum & pietatem tuam erga religionem Chriſtianam, nobilitatem tuam obſecrantes in Domino, quæ cum eodem Rege nato tuo cæteriſque principibus modo pergat, ut incœpit, & ita agat & inſtet, ut tandem deſiderium noſtrum & tuum nobis & tibi datum adimpleri feliciſſime poſſit; ut te proſequatur benedictio omnipotentis Dei, & tu Rexque natus tuus ab hac ſancta ſede totaque republica Chriſtiana mercedem & gloriam vobis retribuendam merito expectare poſſitis: & quoniam comitem Petrum virum fortem & expertum in expeditione hujuſmodi neceſſarium eſſe cognoſcimus, eandem nobilitatem tuam hortamur in Domino & ſtudioſe requirimus, ut hunc reſque ſuas cum apud eundem Regem filium tuum tum apud alios ubi opus fuerit commendatum habeas; erit enim hoc ſanctæ expeditioni utile, tua in omnibus rebus prudentia & animo religioſo dignum, Deo cujus cauſa agitur acceptum, nobis admodum gratum. Dat. Romæ die XII. *octobris MDXIX. anno* VII.

Leonis ad illius matrem lit.

Addat filio ſtimulos in tam eximio opere.

Detulerat Petrus Navarrus Pontifici operam ſuam, comparataque valida claſſe tendere in Africam, in qua plura olim præclara facinora ediderat, feroceſque Mauros contundere peroptaverat: ſed in bellis Italicis ejus opera uſum Francorum Regem videbimus. Porro in Africa Aradinus Barbaroſſa fratri Horruco in Tremeſenii & Algerii regnis, ut diximus, ſucceſſerat; ad quem Algerio deturbandum Carolus V. Hugonem Moncadam Siciliæ proregem cum veteranorum militum exercitu immiſit; poteratque Algerium primo expugnari impetu, ſed duces in contraria conſilia euntes faciendam in mœnia impreſſionem adeo retardarunt, ut hoſtes ſeptem dierum ſpatio refecerint vires, ſeque ad noſtros propulſandos egregie comparaverint; cum inopino caſu claſſis noſtra diſſipata eſt: die enim S. Bartholomæo Apoſtolo ſacro vehementes LXII.

Petrus Navarrus operam Pontifici pro ſubiicienda Africa defert.

Aradinus Barbaroſſa fratri Horruco ſuccedit.

adeo

Claſſis Caroli V. merſa fluctibus.

adeo coorti ſunt venti, ut viginti ſex naves in terram illiſerint, & quatuor millia militum fluctibus hauſta perierint. Collegit naufragii reliquias Hugo Moncada, atque Algerii expugnatione prætermiſſa in Ebuſum inſulam ſe recepit: refecto vero exercitu proximo anno Gerbarum regulum Saracenum poſt atrox & anceps prælium ſubegit, illataſque olim Hiſpanis clades egregie ultus vectigal annuum viginti quatuor millium aureorum pendere coegit.

Gerbarum regulus ſubactus.

LXIII. Hoc anno, dum Iſmael Sophi in Aſia plurimi jam temporis flexu pſeudoprophetam agere pergeret (a), eaque arte ampliſſimum ſibi peperiſſet imperium, in Europa Lutherus immiſſum ſe divinitus ad reformanda Chriſtianæ religionis ſacra effutiret, nomenque in Germania & finitimis regnis illa fraude diffunderet; in Africa Xeriſii religionem adſcititiam adumbratamque rati ingentem eſſe illecebram ad conciliandas voluntates, trahendaque populorum ſtudia, necnon ſingulare adjumentum ad audenda quæque, ac tyrannidem corripiendam, ſpecioſos vatum Mahometanæque ſuperſtitionis aſſertorum titulos adepti, Marrochiorum regnum, necato dolo Mulea Nauzar Rege occuparunt, ſimulatæque a Xeriphiis ſanctitatis conſilium tandem patuit, ob id nempe ſuſceptum, ut Africæ regna ſuæ tyrannidi ſubiicerent.

(a) *Vincent. Blaſe. to. 1. l. 2. c. 21.*

Xeriſii in Africa novam ſuperſtitionem conſlant.

LIV. Quo etiam anno Emmanuel ſexdecim navium claſſem in Indiam miſit (b), cui Georgium Alburquerquium præfecit: cum interea Lupius Siqueira prorex Indiarum Antonium Saldagnam claſſe inſtructum in Arabicum mare ad infeſtandos Saracenos immiſit, Joannemque Gomeſium in Maldivis inſulis ad firmandum in iis Chriſtianum imperium conſtruere arcem juſſit. De quarum inſularum multitudine & mira feracitate palmarum in iis naſcentium plura admiranda refert Maffeius (c). Conſtitutum vero fuerat a Luſitanis in earum inſularum principe Maldiva Chriſtianum imperium excitata & communita arce; cum Joannes Gomeſius (d) tuendæ rei parum ſolicitus paucis fultus præſidiariis plura per vim egit, odiumque gentis illius in ſe concitavit adeo, ut a Saracenis Cambajenſibus dejectus arce contrucidatuſque fuerit. Plura alia in Indiis incommoda variis jactati caſibus paſſi ſunt Luſitani: quæ vero claſſis in Indiam perrexerat tot adverſis vexata eſt procellis, ut inſtitutum curſum non peregerit.

(b) *Oſor. l. 11. Jo. Barroſ. dec. 3. Aſ. l. 2. c. 6.*

Maldivæ a Luſitanis partæ.

(c) *Maff. l. 7.*

(d) *Oſor. l. 11. Maffejus l. 7.*

Joannes Gomeſius a Cambajenſibus trucidatus.

LXV. Eodem anno Cubæ inſulæ accolæ Hiſpani quingenti duce Fernando Corteſio novas terras inſtructa claſſe luſtrarunt, pluresque populos, qui dæmonibus humano ſanguine litabant, perdomitos ad legem veri numinis ſuſcipiendam adegerunt. Ad Cozumellam Jucatanæ orientalem inſulam delati tempeſtate interpretum Cubenſium & Jucatanorum opera barbaros accolas, qui trepidi deſertis omnibus in ſilvas ſe receperant, ad mutui commercii uſum pellexerunt: qui vero eſſent eorum mores, quive infandi ritus, narrat Petrus Martyr (e) in ſuis ad Leonem X. ſcriptis commentariis: *Idololatras*, inquit, *& recutitos eſſe repererunt: pueros puellaſque zemibus immolant: ſunt zemes nocturnorum lemurum ſimulachra, quæ colunt.* Et infra: *Ab humanis ſacrificiis illos noſtri deterrent, nefas eſſe oſtendunt: legem petunt barbari, quam ſequantur. Eſſe Deum unicum, qui cælum creavit, ac terram bonorum omnium datorem ſub triplici perſona unicum in ſubſtantia facile perſuadent: zemes perfringi patiuntur; beatæ Virginis imaginem depictam a noſtris præbitam in ſacro templi ſui loco ſiſtunt: templum ac eius pavimenta verrunt ac abradunt: crucem in ipſius Dei atque hominis ob ſalutem humani generis ſuperimpoſiti recordationem adorandam ſuſceperunt: in templi culmine unam ingentem ligneam locant. Conveniunt omnes, Deiparæ virginis cum tremore reverenti figuram ſuppliciter in templo venerantur.*

(e) *Petr. Mar. dec. 4. c. 6. Ferdin. Corteſ. tit. p. 18.*

Pueri puellæque immolati dæmonibus.

Evangelii prædicatio inter Americanos diſſeminata.

Digreſſa dein Cozumella inſula claſſis Chriſtiana ad peragrandas barbaricas terras, duce Ferdinando Corteſio & Alamino curſum dirigente, in fluvium ingentem illapſa eſt ad oppidum Pothanchianum vigintiquinque millibus domorum amplitudine inſigne: quadraginta barbarorum millia occurrere ad arcendos Caſtellanos pauciſſimos, qui tormentorum bellicorum equorumque opera incompoſita illorum agmina veluti pecora partim peremere, partim fudere: oppido Victoriæ nomen indidere, atque barbaris victis has, ait Petrus Martyr, leges indixere (f): *Datur opera, dicto parent: domos quiſque ſuas repetit; pacem illis præſtant, lege propoſita, ut ab horrendis humanorum corporum, cerimoniis erga manes & pernitioſos dæmones, quorum ſimulachra venerantur, abſtinerent, noſtroque Deo Chriſto cæli terrarumque ſatori en Virgine mundo præſtito & ad humani generis levamen cruci affixo dirigant mentis oculos, & ſtatuas diruant, utque Hiſpano Regi ſe ſubditos fore profiteantur.* LXVI.

(f) *Petr. Martyr. dec. 4. c. 7. c. 8.*

Leges iis datæ ne homines immolent dæmonibus.

Perculſi rei novitate vicini ad humanitatem flexere animos, oppidique dimidiam partem obtulere, ſive Potenchianenſium exemplo territi, ſive ut noſtrorum ſocietate res ſuas augerent: namque LXVII.

& hoc

Digitized by Google

& hoc naturali morbo laborant, ut reliquum genus humanum, rabida ambitione imperii. De inepto autem horum ornatu quam humana ſuperbia lautitiaque inſaniat, hæc narrat Petrus Martyr: *Suffuſca gens eſt auricularum torulas uterque ſexus perforat, gemmatoſque aureos perpendiculos afferunt: ſed viri quidquid ſpatii eſt inter inferioris labii marginem extremum & dentium inferiorum radices pertuſant, uti nos auro digito geſtandas gemmas circumligamus: in ea labiorum foramine illi ampliore lamina retinente interius prodeuntem argenteum carolenum æquat ejus monilis rotunditas, craſſitudo digitum: fœdius nihil unquam me vidiſſe recordor; putant tamen illi elegantius nihil eſſe ſub orbe lunæ; quo exemplo quam fatue ruat gens humana in ſui ipſius cæcitatem, quamque fallamur, omnes edocemur.*

Infanus Americanorum luxus.

LXVIII. Quod vero ad ſuperſtitiones diras ſpectat, quibus a dœmonibus imbuti fuere, hæc recenſet author (a): *Templa* (b) *ingentia, quæ frequentant aureis ornant aulæis, & ſuppellectilibus gemmis admixtis; quoto die eluceſcente thurificant templa, piaſque ſpargunt preces ante rerum initia. Horrendum facinus! in ſacrificiis, & iſtorum tractum habitatores omnes pro victimis pueros puellaſque immolant eo modo quo ſupradictum eſt. Quo tempore ſemina jaciuntur in terram, & quando jam ſpicantur ſegetes, populus pueris deficientibus ſervos pretio emptos laute depaſtos & ornatos pretioſis veſtibus ſuis zemibus deſtinant ſacrificandos: per dies viginti immolandos circumcidunt: tranſeuntes per vicos oppidani ſuppliciter ſalutant veluti propediem inter cælites annumerandos. Acri alia pietate zemibus litant, ſuum ipſorum ſanguinem offerunt e lingua hic, e labiis ille, ex auribus aliqui, e pectore vel femore, vel, cruribus: multi acuta novacula vulneratim emungunt ſanguinem quem manu receptum roratim alto projectu cælum verſus per templi pavimenta conſpergunt: ita placatos reddi deos arbitrantur.* Interjectis nonnullis, ut ſacerdotes immolandos ſpe felicitatis deludant, atque ad zemium pedes oſſa in faſciculos colligata ſuſpendant, addit baptiſmum a ſacerdotibus, qui cœlibes vivunt, in pueris puelliſque adumbratum fuiſſe, ſuperinjecta cum urceolo in modum crucis aqua.

(a) *Id. ibid.*
(b) *Id. ib. cap. 7.*

Infandi ritus quibus dæmones colunt.

Nonnulli proprium ſanguinem litant.

LXIX. Parta porro in America de Potenchianenſibus victoria Ferdinandus Corteſius, qui non amplius quingentis peditibus & ſexdecim equis, pluribus tamen tormentis bellicis munitus quadraginta millia barbarorum profligarat, bellum difficillimum ſuſcepit (c) adverſus potentiſſimum Regem Meteczumam, qui vaſtas provincias ſuo imperio continebat, ut Chriſtianum imperium Caroli Cæſaris auſpiciis latius diffunderet. Belli juſtæ cauſæ non deerant; quandoquidem & Zempoalenſes, qui abjecto idolorum cultu ad Dei veri religionem ac fidem traducti fuerant, de Tenuſtitano alias Mexicano Rege querebantur quod præter graviſſima provincialium tributa mancipiorum, iiſque deficientibus filiorum ipſorum patrem vectigalis loco infernalibus monſtris immolandam illi præbere cogerentur, addebantque favente Deo cœli terrarumque conditore, quem noſtri prædicarant, ad cujus gloriam ſimulachra parentum confregerant, victoriam ſibi polliceri.

(c) *Petrus Martyr dec. 5. c. 1. lib*

Meteczumam Mexici Regem ſuſcepta expeditio.

Æquiſſima belli cauſa prætexita.

LXX. *Movit itaque Corteſius*, inquit Petrus Martyr in commentariis Clementi VII. inſcriptis, *ex Vera cruce relictis ibi centum quinquaginta viris in ejus coloniæ præſidium, & cum equitibus tantum quindecim peditibus tercentum auxiliariis, quatuor centum Zempoalenſibus; ſed naves prius omnes quibus exercitum adduxerat, ſub occaſione, quod eſſent putridæ, ſubmergi juſſit. Corteſius cauſam fatetur ipſemet, ad tollendam ſcilicet fugæ ſpem militibus, cum figere pedem ſtatuiſſet in illis terris.* Et infra: *Navibus igitur ſubmerſis & quatuor exemplo cæteris perterritis, ne de abſceſſu cogitarent; auguſti die* XVI. *anno MDXIX. profectionem cepit ad lacunarem illam ingentem civitatem Tenuſtitanam ab arca veræ crucis diſtantem leucas circiter centum ad occidentem.* Finitimi Zacacami mille trecentum viros ad onera ſubvehenda adjunxere. His ſuccinctus copiis cum imperium Meteczumæ ingreſſus eſſet Corteſius, plures reguli illi paruerunt. Taſcaltecani vero contractis quatuor militum millibus armatorum reſtiterunt; qui fuſi pacem petiere: redintegrata tamen mox crebra prælia, quibus magnæ clades barbaris illatæ, quibus illi efferati ad centum (d) quinquaginta millia, ut ſcribunt, primo crepuſculo in Chriſtiana caſtra humanæ ſaginæ ſpe irruerunt; ſed accepta ingenti ſtrage a quadringentis in fugam acti pacem poſtularunt: quam tamen mox violarunt (e). Dimiſſi ad eos ipſorum exploratores abſciſſis dexteris; novuſque hoſtilis exercitus, equorum aſpectu, tormentorumque fragore repente diſſipatus. His geſtis Corteſius illorum metropolim Taſcaltecam, quæ viginti millia domorum continebat, adhortus, barbaros veniam orantes in fidem ac poteſtatem accepit. Tedebat Corteſii ſocios tot laborum; cum ille certa Dei præſentia

Plures reguli ad Ferdinandum Corteſium deficiunt.

Centum quinquaginta millia barbarorum in noſtros ruunt.

(d) *Ead. cap. vit. Ferd. Corteſ. pag. 71.*
(e) *Cap. 2.*

Fugati pacem poſtulent.

Metropolis expugnata.

tia Chriſtique fidei in immenſum amplificandæ ſpe ad conſtantiam labantes confirmavit, proferreque latius victorias, atque in abditiores regiones humanitatis expertes penetrare, ad eas rationis jugo Chriſtianoque ſubdendas imperio conſtituit Taſcaltecani victoris clementia devincti centum bellatorum millia auxiliaria obnixe detulere: retentis ille duobus millibus cæteros dimiſit. Progreſſus in Chiurutecalenſes ab iiſque benevole exceptus mox ſenſit infidos; ſed proditores debellatos ſibi parere coegit.

LXXI. *Mexicanum Regem in ſuam poteſtatem redigit. Corteſius Simulacra dæmonum & ſacrificia humana tollit.*

Movit inde adverſus Muteczumam Regem Mexici, qui illum placere muneribus ſtuduit atque ab itinere ſuſcepto revocare: ſed Correſius in ſuſcepta conſtans ſententia iter ingreſſus eſt. Tum luſtratis copiis deditiorum Americanorum quatuor millia, Hiſpanorum vix trecentum recenſita: ſed tormenta & eqoi, ignota Mexicanis bellandi genera, tantum terrorem Muteczumæ inſerebant, ut ultro ſe dediderit cum Tenuſtina urbe ampliſſima ſexaginta millia domorum circiter continente. Redacto deinde in ſuam poteſtatem Muteczuma Rege dæmonum ſimolachra hominumque immolandorum infandam lanienam tollere, barbaroſque a veteri ſuperſtitione ad veri Dei cultum traducere decrevit: infandos vero ritus a dæmone humanæ carnificinæ appetentiſſimo inductos Clementi VII. Pontifici expoſuit Petrus Martyr (*a*), de quo paulo ante memoravi.

(*a*) *Cap.* 4.

LXXII. *Superſtitio in componendo ſimulachro.*

De idolis (*b*) *quid referant, narrentque venientes eſt tremebundum dictum. Poſthabito Wichilabuchiebi deorum ipſorum maximi ſimulachro marmoreo virilium ſtatuarum trium, quod Rhodio non invidet coloſſo; quando quis pietate motus erga numen aliquod dicare illi ſimulachrum inſtituit, ea omni genere ſeminum eſui aptorum eam coacervare ſtudet congeriem, quæ ad imaginis a ſe meditatæ proceritatem ſufficiat. Seminibus illis contuſis, & in farinam redactis, proh crudele facinus! proh barbariem horrendam! tot pueros puellaſque vel mancipia, tot coram farina pinſenda dilacerant, donec tantum ſanguinis exhauriatur, quantum loco tepentis aquæ ſufficiat ad maſſam componendam, quæ per ejus artis lanios tartareos, dum uda eſt & mollis, ſine ulla ſtomachi perturbatione ſatis compacta veluti figulus e luto, vel e cera cerarius ſuum fingit idolum imaginarias & nefandi opificis magiſter aſcitus. Dixi alias, ſi bene memor ſum, non aperto jugulo victimas mactari, ſed gladio per caſtulas cordi viciniores tracto a vivis, & ſuam ærumnoſam ſortem inſpectantibus, cor erutum litari ſanguine cordi proxima deorum labra liniunt, cor autem ipſum comburunt: ita placatum iri deorum odium arbitrantur. Eſt a ſacerdotibus perſuaſum populis id prodigium: de miſerarum autem hoſtiarum membris & carnibus quid operentur interrogabunt, & rite quidem, multi. O nefandam, aſcitationem,* a *nauſeam faſtidientem: uti agnos immolatos Judæi quondam ex lege veteri mandebant, ita illi carnes humanas pedibus manibuſque ſolum viſceribus projectis edunt: ad varios autem effectus varia deorum formant ſimulachra pro victoria, ſi prælio ſit decertandum, pro incolumitate, pro frugum copia, & hujuſmodi pro cujuſque arbitria.* Et infra:

(*b*) *Petrus Mar. ubi ſup. vita Ferd. Corteſ. pag.* 117.

Horrenda laniena imperata a dæmone.

Humanæ carnes eſitari ſolitæ a barbaris.

LXXIII. *Horrenda carnificina a ſacerdotibus exerceri ſolita. Simulachra juſſu Corteſii confracta.*

Accidit ut dum per apertas magni templi aulas Rex & Corteſius pergerent, a Corteſii familiaribus, quidam anguſta illa ſacella & obſcura nec libentibus cuſtodibus ſunt ingreſſi: muros videre cum accenſis facibus rubro illitos colore pugionum cuſpidibus: quid ſit tentant, muros confricant. Proh ferinas mentes! victimarum humanarum ſanguine irrorati non erant ſolum parietes, ſed cruorem repererunt cruori ſuperadditum ad duorum uſque digitorum altitudinem; proh nauſeam ſtomachoſam! e pugionum ſcalptis foraminibus tartareum ajunt prodiiſſe fœtorem intolerandum a putrido ſanguine latente ſubrecenti. Eadem confirmantur a vitæ Ferdinandi Corteſii (*c*) authore. Pergit Petrus Martyr: *Sed inter horrida tanta unum occurrit jubilo dignum. Simulachra quæcumque inerant aulis Corteſius deiici, mox confringi, per alios demum ſcalarum gradus in fruſta conciſa detrudi juſſit: marmoreum reliquit unum coloſſum, quod nimis ingens eſſet, neque facile divelli poterat. Ea re vehementer perturbatus eſt præſens Muteczuma; perturbati & proceres aulici omnes, conqueſtique ſunt dicentes: En nos infelices: en miſeros: irati dii fruges nobis tollent, quibus veſcimur & fame peribimus, ſupervenientque nobis, uti alias accidit, diis non placatis, omnia morborum genera, & ab hoſtibus, ſi bella tentabimur, non erimus tuti, neque a populi tumultu ſatis ſecuri: qui ſi hoc intellexerit furibundus inſurget. Corteſius ad hæc: En quid facinoroſius, en quid ineptius: deos vos eſſe arbitramini eos, qui veſtrorum deditiorum manibus ſunt formati: miniſteria igitur veſtrorum hominum digniora ſunt ipſis hominibus. Quod tuus apifex, o Muteczuma, & forte ſordidum mancipium ſuis manibus confingit, tua dignius eſt majeſtate? quæ cæcitas veſtra hæc eſt? aut quæ inſana crudelitas, ut horum ſimulachrorum inſenſibilium cauſa tot humana corpora quotannis interficiatis?*

(*c*) *Vit. Ferd. Corteſ. pag.* 115.

Increpitus Rex gentilitiæ cæcitatis. Objecta impia carnificina.

quid

Digitized by Google

quid hæc ſentiunt, quæ neque vident neque audiunt? illum illum, qui cœlum fecit ac terram, illum colere oportet: is eſt a quo bona cuncta procedunt, cui ſunt hæc veſtra ſacrificia moleſtiſſima. Lege præterea ſancitum eſt a noſtro Rege, quem ab illo trahere originem fatemini, qui majores veſtros ad has terras perduxit, ut quicumque marem aut fœminam gladio ferierit gladio moriatur.

Propoſita lex contra homicidas.

Hæc ubi Corteſius diſſeruit per ſuos interpretes, cum pallore vultus, & corde trementi Muteczumam reperiit: Attende, Corteſi, quæ nobis a majoribus relictæ ſunt ſacrorum ceremonias has obſervavimus & exercuimus hactenus: quam vero tu nos dicis tantopere erraſſe, idque noſtro Regi minime placiturum inquis, delectamur audire, modo populis id perſuadere queamus. Hos forte ritus noſtri majores derelicti ab incolis eorum temporum ſervari repererunt; ſocerorum & uxorum ſecuti ſumus conſuetudinem: neque mirari debes in hos errores, ſi errores ſunt, nos incidiſſe: legem præbeto, eam totis viribus amplecti nitemur. His auditis Corteſius reperiit unum eſſe Deum trinum in perſonis, unum in eſſentia, qui cœlos creavit ac terras, ſolemque ac lunam cum ſtellarum ornamentis univerſis terram circumeuntibus ad uſum hominum: hinc necare homines odioſum illi eſt, qui ex eadem materia mancipium formavit, & quoſcumque faciem humanam habentes, qua me, qua te qua iſtos: Ex virgine muliere is natus inter nos, paſſuſque fuit ad humani generis ſalutem; quod aliquando latius tibi atque iſtis per venturos ſapientes oſtendetur: ejus rei vexillum & victoriæ ſignum eſt crucis hujus ſimulachrum, crucem habere oportet rerum ducem & matris illius Virginis imaginem quæ ſinu geſtat infantem. Hæc dicens ex jureconſulto Corteſius theologus effectus crucem & Virginis imaginem adorandam oſtendit. Ita larvis diruptis monſtrorum operam dedit Muteczuma, ut ipſo præſente templa miniſtri verrerent & confricatim detergerent, ne tantæ labis ſanguineæ ſigna ulla remanerent. De ſordida religione Tenuſtitana jam ſatis.

Deum Creatorem & Redemptorem illi prædicat Corteſius.

LXXIV. Magnificentia barbarica in ædificiis.

Digreditur dein author ad ædificiorum magnificentiam, refertque narrare Corteſium ædes lapide, marmore, jaſpide pario ac diaphano ſtructas arte architectonica cum amplis porticibus, regni amplitudinem latiſſime porrigi, ac Muteczumæ veluti Cæſari plures inferiores Reges ſubditos, qui in illius aula filios teneant. Quanto vero honore a ſuis affici ſoleret deſcribit. Cum is Rex in Corteſii poteſtate eſſet nonnullos e ſuis cum Hiſpanis aliquot miſit per diffuſas late provincias, qui nuntiarent Hiſpaniarum Regis ſupremo parendum eſſe imperio. Ad occidentem Cumatana civitas ampliſſima Muteczumæ ditioni obnoxia ducentis leucis disjuncta erat; Potenchiana vero ad orientem centum intervallo diſtabat: ex quibus colligitur quam ampliſſimus campus ad ſatus evangelicos pateret: deerant autem idoneo numero evangelici adminiſtri, qui barbaros fide Chriſtiana excolerent.

LXXV. Cedit imperio barbarus.

Addit his Ferdinandi Corteſii vitæ author (*a*), Muteczumam conſcriptis publicis tabulis ceſſiſſe imperio, habitaque ad ſuos oratione lachyrmis ſuſpiriiſque intercisa profeſſum, prædictum olim fuiſſe, externam gentem candidam barbatam orientalem venturam, quæ Mexicanum imperium capeſſeret; ſibique pariter ab oraculis ſignificatum ipſum octavo regni ſui anno regia ſede deturbatum iri, nec filios ſibi ſucceſſuros (quamvis tum decimum ſeptimum jam egiſſet): proinde hortatum Mexicanos, ut Ferdinando Corteſio parerent: contra autem Corteſium ſpopondiſſe Metuczumæ illum ſe regiæ dignitati aſſerturum.

(*a*) *Ferd. Corteſ. vit. pag.* 130.

Prædictum illi olim hoc a dæmonibus.

Cruces & Chriſti imagines in templis propoſitæ.

Tradit etiam idem author (*b*) decreto Ferdinandi idola eliſa, ſacrificia humana vetita fuiſſe, cruces erectas Chriſti, virginis Deiparæ ac ſanctorum imagines in templis propoſitas: ſacerdotes divinis operari ſingulis diebus, & Mexicanos baptiſmo abluendis dare operam juſſos: paucos tamen Chriſtiana ſacra amplexos ſive ſuperſtitioni veteri addicti eſſent, ſive Hiſpani aliis rebus intenti, qui tamen ſingulis diebus divinis intereſſe jubebantur. At poſtea res converſæ fuere; disjunxitque ambitio conjunctos antea Caſtellanorum animos, ut Chriſtiana res in iis regionibus eſſloreſcens partim noſtrorum invidia, partim impiorum hominum qui everſas profanas aras indignabantur, repentino turbine labefactata pene interierit: de quo dicetur anno proximo. Addimus nunc quæ de novæ monetæ genenere apud Aymericanos uſurpato narrat Petrus Martyr (*c*): *ex arboreis*, inquit, *quibuſdam fructibus noſtris amygdalis ſimilibus, quos Cachaos nuncupant, eorum eſſe currentem dixi monetam: ejus eſt utilitas duplex, monetæ officio fungitur, & potui conficiendo apta eſt: Amygdala per ſe non eſt comeſtibilis, quoniam amariuſcula, licet tenera, ut amygdala ſpoliata, ſed trita ſervatur ad potum, & pulveris illius portione conjecta in aquam, mox revoluta parum per poculum efficitur rege dignum.* Deliberatum fuit monetæ forma an eſſet mutanda; perpenſiſque ſententiis non mutandam Corteſius decrevit.

(*b*) *Id. ibid. pag.* 132.

(*c*) *Decad.* 5. *cap.* 4.

LXXVI. Hoc anno repoſitus eſt a Leone X. in ſan-

B. Franciſco e Paula decreti ſanctorum honores. (a) Pariſ. to. 4.

ſanctorum numerum B. Franciſcus de Paula ordinum Minimorum conditor: in qua celebritate ſervatos ritus deſcribit hiſce verbis Paris de Graſſis (a): *Hac die lunæ quarta menſis aprilis habitum eſt conſiſtorium publicum in aula magna regia inter duas capellas, ad quod Papa venit paludatus paludamento rubeo & mithra pretioſa præcedentibus Cardinalibus numero viginti octo & ſequentibus prælatis numero centum triginta quinque: qui omnes vix potuerunt ibi eſſe cum multa eſſet popularium frequentia: & advocatus poſt præſtitam de more a Cardinalibus obedientiam*, & infra: *advocatus longa oratione eleganti quidem & optime compoſita ac concepta dixit per horam integram*: nempe de virtutibus & miraculis B. Franciſci Paulani. Addit author.

LXXVII Qui ritus ſervati.

Decima aprilis, & infra, *concluſum quod die mercurii decimatertia hujus conſiſtorium fieret primo ſecretum in aula ducali, id eſt in ea, qua Cardinales publicantur, & poſt expeditionem ſuorum negotiorum, quod immediate fieret ſemipublicum, id eſt quod prælati ingrederentur, & conſiſtorium teneretur; & ſic primum ſecretum, ſecundum ſemiſecretum: & prælatos ſpecificavit, videlicet archiepiſcopos, epiſcopos, protonotarios, abbates, qui omnes ſederent daturi vota. Cæterum ibidem eſſent unus ſubdiaconus, omnes auditores, omnes pœnitentiarii, omnes generales, & procuratores ordinum: quorum generales præſentes in urbe non eſſent, & omnes advocati; qui ſupradicti procumberent in gradibus ſolii, exceptis advocatis, qui ſtarent ſolito loco. Et ſic concluſione facta illico decano auditorum rotæ tunc ibidem præſenti intimavi, ut audientiam die mercurii ſolito prius inchoarent, & ſolito prius venirent; ut finito conſiſtorio poſſent ad illud venire & in illo intereſſe, & ſic res concluſa fuit.* Habitos iterum decima tertia aprilis alios celebres cœtus in quibus præter Cardinales, archiepiſcopi, epiſcopi, protonotarii, abbates laturi eſſent ſuffragia, necnon palatini judices, ordinumque magiſtri, & procuratores affuerunt, refert idem Paris, atque ab advocato hanc orationem repetitam.

Beatiſſime pater.

Miracula illius in examen adducta.

Cum in publico proximo conſiſtorio coram tua beatitudine, reverendiſſimis dominis Cardinalibus aſſiſtentibus, patriarchiſque, archiepiſcopis, epiſcopis, aliiſque prælatis, qui etiam nunc adſunt præſentibus, de patria, parentibus, vita, moribus & viginti quinque illuſtribus in ſpecie, aliiſque fere innumorabilibus in genere miraculis B. Franciſci de Paula, ut ex actis liquido apparet, dixiſſem, eidemque tuæ beatitudini ex parte devoti ſedis Apoſtolicæ tuæque beatitudinis Chriſtianiſſimi Francorum Regis, ejuſque matris ac ſororis Reginæ, multorum etiam principum, communitatum, domicellorum, totiuſque noſtræ ætatis, ut eumdem B. Franciſcum in ſanctos referret, eumque catalogo ſanctorum aſcriberet, ſupplicaſſem; tua beatitudo pro ſua ſingulari pietate & clementia deſuper mature deliberare velle dignata fuit reſpondere, eoſdemque prælatos, ut ea in re cogitarent diligenterque adverterent, Deumque ne Eccleſiam errare pateretur, monuit. Cum autem, pater beatiſſime, non dubitem per omnes monitioni tuæ beatitudinis ſatisfactum, hancque rem jam tot teſtibus probatam, totque oculis ſpectatam, totque etiam palpatam manibus, totieſque & etiam a multis præſtantiſſimis viris & ultimo a tribus reverendiſſimis Cardinalibus diligenter ſtudioſeque cognitam & examinatam ulteriori diſcuſſione nullatenus indigere; ſed ad expeditionem ipſam veniendum ſit. Propterea ſupplico eorumdem Regis & aliorum nomine tuam beatitudinem, eamque inſtanter, inſtantius & inſtantiſſime requiro, ut ad eam expeditionem devenire, opuſque tam ſanctum Leoneque decimo dignum perficere dignetur.

Reſponſio Papæ dictæ propoſitioni.

Quo majori conſideratione petitionem tuam ſuper religioſi Franciſci canonizatione contemplamur, eo gravius periculoſiuſque negotium nobis eſſe videtur; quippe res ipſa & divinam majeſtatem tangit, & ad univerſalis eccleſiæ cultum perpetuo ſpectat: proinde nec nos tam maturo conſilio, neque tam diſcuſſa meditatione videre confidimus, quin profecto majore non egeat: quare chariſſimus in Chriſto filius noſter Franciſcus Gallorum Rex Chriſtianiſſimus, ejuſdemque mater & uxor, reliqui principes ac populi, quorum nomine negotii hujuſmodi expeditionem requiris, & tu quoque cum eis æquo animo ferre debetis, ſi ad tam arduam, tantæque molis diſcuſſionem, cum Dei timore, a quo provocationis locum non eſſe cognoſcis, providere videamur. LXXVIII.

Veruntamen quoad in præſentiarum operis eſt noſtræ, ne ulterius tot ſupplicantium vota moremur, venerabilium fratrum S. R. E. Cardinalium, & reliquorum coepiſcoporum noſtrorum, qui hac de cauſa per nos convocati ſunt, conſilio, ſententia, & votis adhærere parati ſumus; quidquid enim deſuper unanimi, ut ſperamus, deliberatione ſancitum fuerit, quatenus videlicet præfati Franciſci merita id expoſcant, & LXXIX. Rogata præſulum ſententia.

reipublicæ Chriſtianæ expedire noverimus, libenter approbabimus: quocirca vos univerſos fratres & præſentes, quos jampridem deſuper mature præcogitare monuimus, in Domino affectuoſe requirimus, conſcientias veſtras onerantes, ut ſecundum Deum, cujus res principaliter agitur, quidquid ſinguli ſentitis libere proferre velitis.

Rogati præſules, cum accepiſſent Cardinales jam ante ſanctorum honores beato Franciſco Paulano decernendos unanimes cenſuiſſe, in eandem ſententiam abierunt : cumque magna præſulum pars ob curſorum negligentiam abſuiſſet, eos monitos ad ſe accedere juſſit Leo, atque unumquemque ſententiam ſuam libere juſſit (*a*) expromere, cum in diplomate edendo inſerere ſtatuiſſet memoriam B. Franciſci ex præſulum conſilio conſecratam : cum vero omnes aſſenſiſſent, ſancitum (*b*) demum fuit vigeſima aprilis, ut recurrente octava a paſchate die quæ in primum maii incidebar in ſanctorum ordinem referretur. Deſcribit deinde author apparatum, quem ob eam celebritatem inſtrui juſſit, utque vocem, *Charitas*, Minimorum inſigne futurum conſtituerit : tum ſolemnes compoſito agmine religioſo ſupplicationes aliamque ſacram pompam duci, in qua magiſter Minimorum B. Franciſci effigiem in vexillo poſtea in templi tholo ſuſpendendam phrygia arte intextam prætulit : quæ omnia dictis a nobis alibi conſentiunt ; quorum præcipui ritus hi ſunt.

(*a*) *Ibid. pag.* 313.

(*b*) *Ibid.*

Actus canonizationis.

LXXX. Servati in hac celebritate ritus.

Papa ante altare ſuggeſti orat. Tum aſcendit ſolium in cornu epiſtolæ facta reverentia per Cardinales & omnes, ut alias. Deinde Papa aſcendit ad ſedem geſtatoriam ante altare cum diaconis aſſiſtentibus, & facit ſermonem, qui ſibi videtur : in fine concludit quod omnes orent. Surgit & ſuper faldiſtorio genuflectit, orat cum mithra; ſedes illa geſtatoria removetur : litania per duos cantores cum ſubdiacono parato inchoatur, & ab aliis reſpondetur. In fine litaniæ diaconus a dexteris ſolus ſurgit, & verſus ad populum cantat : Orate; *& genuflectit; prius levatur mitra Papæ, ut orare poſſit. Poſtmodum diaconus a ſiniſtris cantat :* Levate; *& omnes ſurgunt. Venit epiſcopus Cardinalis, tenet librum, Papa cantat :* Veni creator Spiritus; *& iterum genuflectit. Finito primo verſu ſurgunt omnes; & Papa recepta mithra vadit ad ſolium in cornu evangelii ubi depoſita mithra expectat finem hymni. In fine cantores :* Emitte Spiritum, &c. Alleluja; *reſpond.* Et renovabis faciem terræ. *Papa ex libro, quem epiſcopus Cardinalis tenet, cantat orationem cum ſua longa concluſione.*

Porrectæ Deo preces.

LXXXI. *In fine Papa & omnes cum mithris ſedent. Oratores tres Regis Franciæ cum advocato ſeu procuratore cauſæ ac cum generali ordinis parato petunt nomine Regis, B. Franciſcum de Paula ſanctorum catalogo adſcribi. Quo dicto Papa ſic ut erat ſedens cum mithra legit ex libro quem prior epiſcoporum tenet videlicet :* Ad honorem, &c. *& addit indulgentias, ut in libro. Inde oratores & advocatus, qui in terra genuflexi fuerant, acceptant, & agunt gratias nomine Regis : petunt decerni proceſſus, expediri, bullas. Et Papa :* Decernimus; *in forma cum ſigno crucis. Oratores omnes illi, qui prius, oſculantur pedem cum generali & procuratore ordinis : illico facto ſigno fiunt ſclopi bombardarum, & campanarum, ac tubarum eodem contextu; & poſt morulam Papa ſine mithra ſurgens cantat ex libro per priorem epiſcoporum :* Te Deum laudamus. *Chorus proſequitur. In fine diaconus a dextris cantat :* Ora pro nobis B. Franciſce de Paula. Alleluja. *reſpon.* Ut digni, &c. Alleluja. *Papa ex libro orationem propriam dicit. In fine :* Per Chriſtum dominum noſtrum, &c. *apponitur crux ante Papam per ſubdiaconum paratum : & diaconus miſſæ ſtans ad ſiniſtram Papæ ſtantis ſine mithra cantat :* Confiteor; *& poſt Apoſtolos nominat S. Franciſcum de Paula. In fine Papa cantat;* Precibus, &c. *& in fine non publicatur indulgentia, quia in fine miſſæ publicatur plenaria. His expeditis inchoatur miſſa papalis : ſcribatur autem miſſa in miſſali Papæ tota de dominica in Albis cum commemoratione ſancti; & ſic duæ orationes* (*c*) *ſub una concluſione, &c.*

(*c*) *Ext. in dipl. canoniz. in bullar. in Leo. X. conſt.* 38.

LXXXII. Extat pontificium diploma (*d*), quo ſanctiſſimi viri admiranda geſta, patrataque miracula recenſentur, quorum nonnulla ſuo loco attulimus (*e*): ut ampliorem eccleſiam S. Franciſci imperio everſa, priore excitarit, nudis pedibus & illæſis calcarit ignem, cœcis viſum, mutis vocem, claudis inceſſum, morituris ſalutem reſtituerit, cubiculario Pauli II. ad hæc inquirenda ſubmiſſo tempus, quo ſacris initiatus fuerat, deſignarit; illoque præſente ad vim divinæ gratiæ in aſperrimo vitæ genere tolerando oſtendendam ardentes prunas illæſis manibus contrectarit.

(*d*) *Ext. in bull. in Leon. X. conſt.* 38.

(*e*) *A. C.* 1474. *n.*28. 29.

LXXXIII. Plures alii ab eo divinitus perſanati.

Subdit deinde Pontifex in eo diplomate prolixam plurium inſignium miraculorum B. Franciſci precibus editorum narrationem : Jacobum ſcilicet de Tarſia Bellimontis dominum ab incurabili cruris ulcere fœtidiſſimo ſignatum cruce repente ſanatum ulcus illico, adeo, ut pe-

Digitized by Google

pedibus ingrederetur : Marcellum Cardillam contractum membris, & lepra deformem integræ valetudini reſtitutum : mutum ab ipſo ortu nomine Jeſu a beato Franciſco ingeminato loquelæ uſu donatum. Divina quoque vi ejus precibus puellæ oculorum uſum ſigno crucis adhibito redditum : duos artifices ſub unius domus ruinis lapſos defoſſoſque terra incolumitatem adeptos : lampadem, cum ſacra res peragenda foret, ſine igne repente accenſam : viduæ filium in vitæ mortiſque confinio ſanum factum : enectum frigore ſepulchro inferendum revocatum ad vitam narrat.

LXXXIV. Non minus admiratione dignum quod ſequitur, ardentis fornacis flammas ingreſſum illæſum exiiſſe. Præterea inquit in dicto oppido Paulæ, dum ſui ordinis domus ædificaretur & calx in fornace coqueretur, accidit quod vel propter nimium ignem, vel aliam cauſam fornax ipſa ruinam minaretur, tunc illius magiſtri nullum penitus remedium adhibere ſcientes, ad beatum virum pro auxilio recurrerunt; qui illis : *Per charitatem*, inquit, *ad collationem ſeu prandium eatis, mihique curam fornacis relinquatis*; quibus diſcedentibus, ipſe ſtatim ſigno crucis facto intrepide dictam fornacem ardentem intravit, ac illam ſolus reparavit, idemque abſque læſione aliqua incolumis exivit.

Fornacem ardentem ingreditur ac reparat.

LXXXV. Cum vero miraculorum fama increbeſceret, illeque ad diffugiendam inanem gloriam herbas quaſdam ad depellendos divina vi morbos admoveret, ab Antonio Minorita concionatore & publice & coram acerbiſſimis verbis traductus eſt : cui Dei ſervus arreptis ardentibus titionibus compreſſiſque manibus illæſis divinæ omnipotentiæ creata omnia parere reſpondit : cujus fidem & candorem admiratus Minorita ſeſe ad illius pedes provolvit, veniamque temeritatis poſtulavit. Nec modo Neapolitanum regnum complevit illius ſanctitatis opinio; ſed Gallias etiam pervaſit, adeo ut Ludovicus XI. illius videndi percupidus a Sixto IV. expetierit; ut illum in Gallias proficiſci juberet, de quo ſuo loco mentio facta (*a*) a nobis fuit : tum etiam de inſtituta ab eo religioſæ diſciplinæ formula (*b*) triplici, quæ a Romanis Pontificibus Sixto IV. Innocentio VIII. Alexandro VI. Julio II. viri ſanctiſſimi inſtituta confirmata apoſtolica authoritate fuit : tum ut ſanctiſſimam mortem obierit (*c*), undecimque dierum flexu ſacrum corpus corruptionis expers ſuavem odorem, concurrentibus certatim ad illud deoſculandum venerandumque populis, afflaverit; poſteaque edita ſint, implorato illius auxilio, plura divina prodigia. Concludit demum Leo, qua maturitate conſilii, & quo ritu ſacro illum in ſanctorum numerum retulerit, ejuſque anniverſariam memoriam recurrente ſecunda aprilis die pie recoli, adjectis precationum inter divina myſteria repetendarum formulis imperarit. Conſignatum eſt hac nota diploma. *Dat. Romæ apud S. Petrum MDXIX. primo maii pontificatus noſtri anno* VII.

Miraculo probat omnia parere divinæ omnipotentiæ.

Vocatur in Gallias a Ludov. XI.

(*a*) *An.* 1483. n. 28. 29.
(*b*) 1490. n. 35.
(*c*) *An. Chriſti* 1507. n. 25.

Tres religioſæ vitæ formulæ ab eo inſtitutæ. Confirmatæ a quatuor Pontificibus.

LXXXVI. Agitatum tunc etiam fuiſſe de aliis viris religionis opinione præſtantiſſimis inter ſanctos annumerandis, refert Paris, atque Florentinos B. Antonium ipſorum olim archiepiſcopum in ſanctorum numero reponendum ſupplicibus precibus contendiſſe; quod confirmat Petrus Delphinus datis proximo anno XX. martii ad Leonem Pontificem literis : *Ubi*, inquit, *enim per te palam omnibus factum fuerit, Antonium in concilio cœleſtium fuiſſe collocatum, ceſſurum eſt hoc non modo ad decus & amplificationem Chriſtiani nominis, verum etiam ad ſingulare ornamentum, nec non & felicitatem pontificatus tui, quod Leone X. præſidente duo hæc luminaria diu neglecta & prope extincta in lucem prodierint merita tanti præſulis. Prædicari ab omnibus ac celebrari ſemper audivi quæ tibi non dubito eſſe notiſſima : certaverunt in eo cum vitæ integritate atque ſanctimonia, doctrina vere catholica uti ex ejus voluminibus, quæ jampridem edidit omibus conſtat. Valeat feliciſſime ſanctitas tua. Ex S. Michaele Murani die* XX. *martii* MDXX.

De aliis in ſanctorum numero collocandis agitatum.

LXXXVII. Præter B. Antonium, quem ab Hadriano VI. ſanctorum numero adſcriptum viſuri ſumus, addit Paris de Graſſis, Germanos B. Bennonem, Venetorum ducem quemdam ſuum antiſtitem nimirum Laurentium Juſtinianum, Hungariæ Regem Ladiſlaum anteceſſorem & affinem, Polonum B. Caſimirum conſecrari poſtulaſſe, Cardinalemque Jacobatium, ut affinis ſua B. Cecholella iiſdem afficeretur honoribus rogaturum videri. Quod ad Hungarum vero Regem attinet; illum pro Joanne Capiſtranenſi ordinis Minorum ſanctitatis fama clariſſimo in ſanctorum numero ponendo ſupplices preces ſe flagitaſſe una cum Moeſis, Germanis, Auſtriacis, Bohemis, Polonis, quos ille olim cœleſti doctrina paverat, porrexiſſe oſtendunt literæ (*d*), quibus religioſa de illius miraculis actio inſtitui juſſa eſt.

Joannes Capiſtranus miraculis clarus.

(*d*) *Lib.* 3. *brev. pag.* 184.

Venerabilibus fratribus Guinqueccleſienſi & Sirmienſi epiſcopis, &c.

In hujuſmodi tam gravi negotio matura, ut decet, deliberatione procedere cupientes ac de præmiſſis certam notitiam non habentes, diſcretioni veſtræ, de qua in his &

Teſtium dicta ſolemni ritu excipi juſſa.

aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, conſcientiam veſtram ſuper hoc onerantes, committimus & mandamus, quatenus de præmiſſis conjunctim vel diviſim vos diligenter informetis, ac teſtes, qui coram vobis & veſtrum quolibet producentur diligenter examinetis, eorumque atteſtationes & depoſitiones in ſcriptis redigi faciatis, illaſque ſub ſigillis veſtris quantocyus ad nos deſtinare curetis in publica & authentica forma; ut ſuper illis cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus matura deliberatione habita providere valeamus. Dat. Romæ die XII. *octobris MDXIX. anno* VII.

LXXXVIII. Hoc anno cum eo prorupiſſet principum iniquitas ac temeritas, ut campum ſingulare certamen inituris aperirent, ac ſpectatores ad cruenta illa immaniaque ſpectacula concurrerent, Leo Julii II. prædeceſſoris ſanctionem inſtauravit: tum acerbiores in ejuſmodi pugnarum moderatores ſpectatoreſque pœnas incuſſit apoſtolico diplomate (a) ita conſignato. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MDXIX. x. kal. auguſti pontificatus noſtri anno* VII.

Monomachia vetita a Leone X.

(a) *Ext. in bull. in Leon. X. conſt.* 31.

Anno

I. ANno a partu Virginis milleſimo quingenteſimo vigeſimo indictione octava MartinusLutherus hæreſiarcha ob Friderici Saxoniæ ducis clientelam armatus audacia (a) ſpreta præſulum ſui ordinis & internuntii legatique apoſtolicorum, ac Romani Pontificis, ipſum ad officium omni ſtudio reducere atque ex demonum laqueis eripere annitentium, manſuetudine, compoſitiſque fraudibus & fallaciis, cogitationes conatuſque omnes ad convellendum reipublicæ Chriſtianæ ſtatum palam intendit: rei geſtæ ordinem deſcribit Ulembergius (b). Ineunte anno Joannes epiſcopus Miſnenſis decreto quarto januarii die promolgato, Lutheri libellos, quibus Huſſiticam hæreſim inſtaurabat, proſcripſit; ex qoo ille rabie inflammatus epiſcopum maledictis proſcindere aggreſſus eſt: cum vero epiſcopus religione præſtans & nobilitate conſpicuus eſſet, nobiles Saxones ita ejus cauſam tuendam in aula Friderici ducis ſuſcepere, ut Lutherus profectionem ad Bohemos meditatus ſit: verum fluctuantem ipſum aliqui Franconiæ nobiles novarum rerum cupidi in ſuſcepto ſcelere confirmarunt. Horum anteſignani erant Franciſcus Sichingen dux armis ſtrenuus, qui eccleſiaſticorum ditiones ampliſſimas reſtituendæ religionis ſpecie affectabat; Ulricus Huttenus Romanæ eccleſiæ hoſtis inſenſiſſimus, qoem obſtitiſſe vidimos ne ſacrum bellum in Turcas decerneretur, & Silveſter Schamtuburgius, literis ſois vitam & ſanguinem pro Lutheri doctrina profuſuros ſignificarunt, ona cum centum aliis & eo amplius equeſtris ordinis viris, qui laturi non ſint ollam vim ipſi intentari: *His literis*, inqoit Ulembergios, *Lutherus inſigniter verreatus fuit, & quod cœperat ad Huſſitas tranſeundi conſilium mutavit; nec manſit tantum Wittembergæ, ſed & factus ferocior calamum deinceps in Pontificem & catholicos vehementer acuit, ut teſtatur libellus Germanicus paulo poſt editus de reformando communi rerum ſtatu, virulentiam & ſeditionem ſpirans, quem nobilitati Germanicæ dedicavit: hanc enim cum rebus ſuis haberet faventem, idoneam cum primis judicavit, quæ armata manu tandem exequeretur quod animo jampridem contra Pontificem, & Eccleſiam Dei machinatus fuerat.*

(a) *Ulemb. in vit. Luther. cap.* 5.

(b) *Ulemb. in vit. & geſt. Luth. cap.* 5.

Lutheri libri damnati a Miſnenſi epiſcopo.

Meditatur Luther. profectionem ad Huſſitas.

Confirmatus a Franciſco e Sichingen.

Et aliis viris nobilibus.

Concitat ad ſeditionem Germanos.

(c) *Joan. Fab. lib. cur. Lutheri noluerit approbare doctrinam cap.* 3.

II. Obſervat quoque Joannes Faber (c), Lutherum Hutteni fretum patrocinio ſois omnibus libris illius armati effigiem præfixiſſe: *Ob oculos*, inquit, *modo ponite initium quemdam ex Hutten hujus conjurationis* (nam, quod propheta dicit (d), omnia quæ loquitur populus iſte conjuratio eſt) *qui donec adverſus Chriſtianitatis capita reliquoſque libros edidit, Lutherique non ſegnis aſtutioribus verbis negotium egit, ad faciem primam omnium librorum ſuorum inornatus loricatuſque atque Goliath, gladioque ſuperbum protecturiens Moab* (e), *effigiatus eſt: quod peculiariter non addubito illi complacuit, At mihi evangelium neutiquam viſum eſt.* At Huttenum Lutheri patronum & Turcarum ſocium, quadriennio poſt ſtigmatibus ſcortationum inuſtum (f) periiſſe diximus cum expſiferianis balneis rediret, Sichingium vero ac ſocios in ipſo flagitii conatu oppreſſos fuiſſe videbimus. Horum igitur fultus præſidio Lutherus inductam ſibi etiamtum editis ut eas vocabant, tot proteſtationibus, quod ſentiret cum Eccleſia hominis catholici larvam ſibi detraxit, ac Nicolaum Amſdorffiom jmpietatis ſectatorem gloriabundus monuit, tacendi tempus jam fluxiſſe: *Hactenus quidem*, ait Vlembergius, *Lutherus ſpargendis in vulgus theſibus, concionibus, aliiſque varii generis tractatibus hoc unum egiſſe videtur ut influeret in animos hominum*, Et infra: *Ubi vero rem eo deductam vidit, ut favor magnatum quorumdam ac procerum nobilitatis ſtudium, & inclinatio, doctorum quorundam virorum acceſſio, qui bonarum artium & linguarum ſtudiis favebant, demum applauſus promiſcuæ multitudinis felicem cauſæ ſucceſſum pollicerentur, prodiit tandem anno MDXX. & in publicum referre cœpit arcanum illud, quod nebula proteſtationum quarumdam & humilitatis ac ſubmiſſionis velamine tectum hactenus occultarat*, Impium ſiquidem menſe junio librum, quo improvidos lectores inficeret, præfixo reformationis mendaciſſimo titulo, Carolo V. Cæſari & Chriſtianæ Germaniæ nobilitati inſcriptum Theutonico ſermone edidit, perditam Eccleſiam abjectamque ab Eccleſiaſticis viris ejus curam ementiens; *Ut*, inquit Ulembergius, *nobiles in Germania homines laicos feroces militares pleroſque & odio flagrantes in clerum ad opprimendum hierarchicum ordinem & evertendam religionem a majoribus per manus traditam incitaret*.

(d) *Iſa.* 8. *cap.* 6.

Huttenus conjuratorum ſignifer.

(e) *Sap.* 15. & 16.

(f) *Author. Germ. ebr.*

Biennio & amplius catholici larvam geſſit Luth.

Hoc anno hæreſim apertius profeſſus.

Quo autem omnium animos ab Romaoi Pontificis ſtudio & obſequio abalienaret, externas pontificiæ curiæ pompas, opum amplitudinem ac magnificentiam, & quicquid cenſura dignum videbatur per ſummam invidiam traducebat, III.

vete-

veterum quorundam hæreticorum more hypochriſim æmulatus, qui in Dei adminiſtris opes improbaraut; Cæſaremque adhuc juvenem pluribus verborum lenociniis incitabat, ut Pontificem omnemque clerum perſequeretur, ſepultamque Marſilii & Janduni, qui Pontificem & clerum Cæſari obnoxios, ut Ludovico Bavaro Joannis XXII. hoſti inſenſiſſimo morem gererent, finxerant inſtaurans hæreſim, *probare ſatagebat*, inquit Joannes Coclæus (*a*), *Cæſaris gladium in omnes non modo laicos, ſed & clericos liberam habere abſque ullo impedimento libertatem.*

(*a*) *Cocl. in actis & ſcript. Luther. hoc ann.*

IV. Inſuſurrat Cæſari habere gladii poteſtatem in clerum.

Favebat illi hæreſi politicorum imprudens cohors, quæ eccleſiaſtici ordinis dignitate oppreſſa cæſaream excitatum iri ſtulte arbitrabatur: hanc vero Marſilii hæreſim eximia Joannis XXII. ſanctione, nec non ab Alvaro Pelagio confutatam vidimus (*b*): quam quidem hæreſim Marſilius & Jandunus ex Juliano apoſtata hauſiſſe viſi ſunt; is enim Chriſtianos omnes expilandos & ad inopiam cogendos, ut Chriſti exemplum ſequerentur, jubebat eadem ratione, qua poſtea Marſilius epiſcopos & Pontificem ſubiici Cæſari voluit (*c*), quod Chriſtus cenſum perſolviſſet, atque a Pilato damnatus eſſet. Eaſdem argutias blaſphemas cum Luthero Eraſmus repetere non perhorruit, quas Albertus (*d*) Pius eximie confutat. Cumque Lutherani Marſilii & Janduni librum, ne qua peſtis hoc tempore deeſſet, e tenebris in lucem eduxiſſent, Albertus Pighius (*e*) eruditiſſimo libro eam hæreſim confudit. Porro Lutherus non tantum ſacerdotalem ordinem laicis ſubiici, ac bonis exui voluit; verum penitus excindi, dum mulierculas & pupulos epiſcopis & ſacerdotibus pares dignitate & authoritate eſſutiit publicis libellis editis; *Non eſſe contendebat*, ait Coclæus (*f*), *inter laicos clericoſque differentiam, præterquam in officio, cum per baptiſmum omnes conſecremur in ſacerdotes, adeo ut unuſquiſque, qui ex baptiſmo repſerit, poſſit jactare ſe jam presbyterum, epiſcopum, & Papam eſſe.*

(*b*) *Tom. 15. annal. an. Chr. 1327. n. 28.*

(*c*) *Alber. Pighius l. 5. hierarc. eccl.*

(*d*) *Albertus Pius l. 13. in Eraſm.*

(*e*) *Pighius ubi ſup.*

Negata a Luthero ſacerdotalis ordinis dignitas.

(*f*) *Cocl. in actis & ſcript. Luther. hoc ann.*

V. *Cum divulgata eſſet hæc hæreſis*, inquit Ulembergius (*g*), *ex libellis non obſcure deprehenſum fuit, quorſum ſpectaret ipſius machinatio, hoc agi nimirum, ut Eccleſiam ſubducto ſacerdotii fulcro dimoveret ab eo ſtatu, ad quem per Chriſtum & Apoſtolos erecta eſt, eamque deinde variis exagitationibus quaſſatam everteret, & novam quandam in locum ſubſtitueret formatam arbitratu ſuo, qualem ab eo tempore, quo mundo nomen Chriſti ſalvatoris innotuit, nulla unquam ſæcula viderunt, ex qua ſacerdotium Chriſti Melchiſedechicum & paſtorale pedum D. Petro ejuſque ſucceſſoribus a Chriſto traditum perpetuo proſcriptum eſſet & exploſum. Viderunt viri prudentes hoc Lutheri conſilium ideoque ſe pro Eccleſia magno zelo conatibus ipſius obiecerunt. Et quidem e propinquo Thomas Murnerus Franciſcanus, & Hieronymus Emberus ſcriptis ſacerdotium novi teſtamenti juſto rationum præſidio contra vanos ipſius latratus inſigniter munierunt.*

(*g*) *Ulemberg. cap. 30.*

Nonnulli viri docti & pii ſe Luthero opponunt.

VI. Afferuntur a Joanne Eckio (*h*) præcipua hæreſiarchæ ſophiſmata, ac diſſolvuntur egregie hiſce verbis: *Lutherus ſuo more procaciter inſultans contemnens tum univerſum ſacerdotium, tum ipſius ordinis ſacramentum blanditur & adulatur laicis, perhibens omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes; inducit in hoc verba Petri.* Vos eſtis genus ſanctum regale ſacerdotium; *addit & illud Joannis:* Occiſus es & redemiſti nos in ſanguine tuo, & feciſti nos Deo regnum & ſacerdotes. *Adhæc*, inquit, *Chriſtiani omnes uncti ſunt a Chriſto, omnes ergo ſunt ſacerdotes, cum ſint filii ſummi ſacerdotis Chriſti. Age nunc accingamur ad reſpondendum iſtis locis, quos dilaniat Lutherus pro conſuetudine omnium hæreticorum; ſicut egregie ſuper hac re ei reſpondit Rex Angliæ: omnes enim fere hæretici ſuſceperunt quidem ſcripturas, ſed illas pro ſuo libitu dilaniarunt, falſeque interpretati, juxta iſtud Gregorii:* Hæretici rodunt ſcripturas & ſanctos patres nobiſcum laudant, ſed depravato intellectu pugnant cum laude eorum contra nos.

(*h*) *Eck. to. 4. homil. 62. de ſacro ordine.*

Vana Lutheri argumenta.

Confutantur ab Eckio.

VII. *Quantum ergo attinet ad verba Petri: ſciendum eſt, ſcripturam dupliciter de ſacerdotio loqui ſimul & de regno: alterum enim internum eſt & ſpirituale, quod quiſque in ſeipſo & erga ſe debet habere, atque hoc jam commune eſt omnibus Chriſtianis, ſiquidem nos Chriſtus & regnum fecit & ſacerdotium, regnum quidem, quia Chriſtus in nobis regnare debet per fidem & gratiam ſuam, per dilectionem & charitatem Spiritus Sancti, per quam regat ille vires animæ noſtræ; ſicut ergo mendicus Rex eſt ita pari quoque ratione ſacerdos, in ſpiritu ſcilicet & erga ſeipſum, ut Chriſto offerat fidem ſuam, pietatem, & preces. Hujuſmodi ſacerdotes inſtituit Apoſtolus quando dixit:* fratres oro vos per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam vivam, ſanctam Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum, &c. *Atqui extra regnum illud internum & ſpirituale oportet etiam eſſe externam quandam adminiſtrationem, quæ a poteſtate ſuperiori proficiſcatur: oportet & eſſe regnum & imperium: ſic quoque præter interius ſacerdotium, ſpirituale neceſſarium eſt eſſe aliud externum in homi-*

nibus

Digitized by Google

nibus ad hoc ordinatis & conſtitutis ad officium & miniſterium ſuum coram hominibus exequendum. Ita B. Ambroſius aperte inquit in libro de ſacramentis: Quid hoc ad populum, ſi virga ſacerdotis aruerat & refloruit? populus ipſe quid eſt niſi ſacerdotalis? quibus dictum eſt: Vos autem genus electum, regale ſacerdotium *ut ait Petrus;* Unuſquiſque ungitur in ſacerdotium, ungitur in regnum, ſed ſpirituale regnum eſt & ſacerdotium ſpirituale.

Duplex ſacerdotium & regnum.

VIII. *Poteſt hoc idem & exemplis confirmari: quilibet enim Chriſtianus exiſtens in gratia Dei, Dei templum eſt, juxta illud Pauli* (a) Templum Dei ſanctum eſt quod eſtis vos: *templa autem hæc ſpiritualia Dei ſunt, extra quæ neceſſum eſt habere etiam externa & materialia templa, id ita eſſe, ut credat. En tibi ſcripturæ teſtimonium invincibile: neque enim cuiquam dubium eſſe crediderim facile in veteri teſtamento ſacerdotium fuiſſe externum ſaltem circa Aaronem & ejus ſucceſſores: quoniam cum illud officium ſibi uſurpare conarentur Chore* (b), *Dathan & Abiron, clamarentque adverſus Moyſen, ſicut nunc Lutherani, univerſam populi multitudinem eſſe ſanctam, & dominum quoque in ipſis eſſe, deglutivit eos terra, & ſic vivi deſcenderunt in infernum. Non diffiteri inde, quod admirando virgæ flore* (c) *declaravit Deus, hoc munus ſacerdotale veluti proprie pertinere ad Aaronem in tribu Levi, neque ad ullam aliam tribum populi Iſrael; & tamen Deus ita dixit* (d) *ad populum Iſrael univerſum:* ſi audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis; mea eſt enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta: *ubi jam non omnes ita conſtituit ſacerdotes, ut Aaron, ſed interne & ſpiritualiter tantum. Sicut ergo Judæi laici in veteri teſtamento ſacerdotes fuerunt in ſpiritu; ita nunc quoque Chriſtiani ſacerdotes ſunt & reges ſpiritu tantum: atque ad eundem modum intelligi etiam debent verba Joannis.*

(a) 2. Cor. 3. ext. 3.

(b) Num. 16.

(c) Ib. c. 17.

(d) Exod. 19.

Ex veteri eccleſia inſigne exemplum.

IX. *Quod præterea inducit Lutherus, omnes Chriſtianos unctos eſſe a Chriſto; nemo eſt, qui inficiat ea: ideo enim parvulus in baptiſmo ungitur ſicuti ſupra duabus homiliis oſtendimus: & Auguſtinus affirmat nos omnes a Chriſmate vel potius a Chriſto dici Chriſtianos; verumtamen univerſalis illa omnium Chriſtianorum unctio non eſt ordinata ad ordinem hunc ſacerdotalem, ſed potius ad militandum & ſerviendum Chriſto ſub vexillo crucis contra hoſtes noſtros diabolum, mundum, & propriam carnem. Longe alia ratio eſt de hac unctione, quæ nec laicis, nec mulieribus competere poteſt.* Et infra: *Quanto verius docuit nos Paulus dicens:* Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in iis, quæ ſunt ad Deum, ut offerat dona, & ſacrificia pro peccatis. *Non permittuntur hæc cuivis ex plebe homini, nulli Chore ſive Dathan licita; ſunt iſta munia ordinata pro iis tantum, qui ad hæc ſunt vocati & conſtituti, ut non tantum pro ſe, ſed & pro populo orent & intercedant.* Hactenus Eckius.

X. Joannes autem Faber demonſtrat (e), non aliis a Chriſto collatum ſacerdotium viſibile & externum, ſeu panem & vinum in corpus Chriſti tranſmutandi poteſtatem datam, quam Apoſtolis, quibus hæc verba Chriſtus dixit: *Hoc facite, &c.* tum aliis, quibus ab Apoſtolis continua ſucceſſione eadem poteſtas transfuſa eſt: *Omnes evangeliſtæ in deſcriptione cœnæ dominicæ quaſi uno ore teſtantur ac confirmant, quod ſcilicet cum ſolis* (f) *illis duodecim ſelectioribus ſuis diſcipulis agnum paſchalem manducaverit, ac ſolis illis ſacramentum tradiderit, dicens:* Hoc facite, &c. *Ad hæc doctus ille doctor gentium Paulus, ubi hoc myſterium deſcribit, inquit* (g) *quod dominus noſter Jeſus Chriſtus panem acceperit, gratias egerit, fregerit ac dixerit:* Accipite & manducate hoc eſt corpus meum: hoc facite in mei commemorationem. *Et accepto calice ſimiliter illis dixit:* Hoc facite, &c. *Hoc ſoli Apoſtoli audierunt; neque enim omnibus in toto mundo conſtitutis dictum eſt:* Hoc facite; *immo neque mulieres a Galilæa ſequentes hoc audiunt, licet in evangelio non parvam laudem habeant: & mox.*

(e) Faber. in opuſc. de ſacrif. miſ.

(f) Luc. 22.

(g) 1. Cor. 11.

Refellitur Lutherus ex verbis Chriſti.

XI. *Quam vero bene conveniant Chriſti ac Lutheri dogmata & præcepta, recte ſentientium eſto judicium, ubi alter, hoc eſt Chriſtus ſacerdotibus; alter vero mulierculis:* Hoc facite, *tribuit, ac conſecrandi poteſtatem aſſignat. Atqui an non illa egregia religio, egregium ſacerdotium ac Chriſtiana ordinatio, quod inter temulentias ac comeſſationes conſecrationem illam concipiunt profani, id quod tanta majeſtate per Chriſtum ſolis ſacerdotibus demandatum extitit? Sed & hoc vehementer dolendum eſt, quod nonnulli nec admodum pauci plerumque tam venerabile ſacramentum in marſupium aut crumenam ſordidam conjiciunt, data etiam poteſtate omnibus conſecrandi, celebrandi, ac quaslibet eccleſiaſticas functiones tractandi, & adminiſtrandi; cum tamen a principio per Chriſtum hoc ſaltem, ut ſæpe nunc diximus, Apoſtolis & deinde etiam epiſcopis ac eorum miniſtris & coadjutoribus ſacerdoti-*

Mulierculis conſecrandi poteſtatem dat Lutherus.

Infamia Lutheranorum ſacrilegia.

dotibus, & ad hoc munus ordinatis ac initiatis traditum ac conceſſum eſt. Sed hoc modo ſacramentum ſolent; ac longo uſu, ita in Eccleſia dumtaxat ab Apoſtolis ac apoſtolicis viris uſurpatum eſſe teſtantur acta Apoſtolorum.

XII. Alia Lutheri ſophiſmata.

Detorſit etiam Lutherus referente Fiſchero hæc divina oracula in alienum ſenſum, nimirum ex 1. Petri II. *Tanquam lapides vivi ſuperædificamini in ſacerdotium ſanctum offerentes ſpirituales hoſtias acceptabiles Deo per Jeſum Chriſtum.* Et infra: *Vos autem genus electum, & regale ſacerdotium. Et apocalyp.* V. *Feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes. Et tertio.* apocal. XX. *Erunt ſacerdotes Dei & Chriſti ejus, & regnabunt cum eo mille annis.* Hæc cum Lutherus attuliſſet mox ſeipſum refellit his verbis: *Certum eſt verba fieri de omnibus Chriſtianis, eoſque ſacerdotes & reges appellari, quod ut de viſibilibus regibus intelligi non poteſt, ita nec de viſibilibus ſacerdotibus intelligi ipſa univerſitas Chriſtianorum permittit.* Ad quæ adjungit Fiſcherus (*a*): *De ſacerdotibus loquimur, qui per Eccleſiæ præſides ad id muneris vocati ſunt & ordinati, cooperante Deo, & gratiam eis divinitus infundente, quare nihil adverſum nos hæ ſcripturæ militant: neque enim inficiamur, ſingulum quemque Chriſtianum & regem, & ſacerdotem eſſe; verum ſibi ipſi, non cuivis alteri: nam ut cæterorum regimen fas non eſt cuivis uſurpare; ita nec ſacrorum myſterium arrogare licebit. In ſumma ſicut ſinguli reges ſunt, ita ſunt & ſacerdotes; & ut alios regere ſingulis prohibetur, ita prohibetur & ſacerdotium.*

(*a*) *Joan. Fiſch. congreſſ. 3. de ſacris ſacer. defen. adverſ. Luther.*

Refelluntur a Joanne Fiſchero.

Confirmatur id authoritate ſcripturæ; cum enim omnes Judæi nec tribu ſacerdotali nec ſtirpe regia fati eſſent, tamen iis dictum fuit: *Mea eſt omnis terra, & vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta. Hæc verba*, inquit Fiſcherus, *non ignorarunt Judæi toti populo fuiſſe prolata, neque tamen ob hæc exiſtimabant ſingulos de populo vere ſacerdotes aut reges fuiſſe; alioqui non objectaſſent Chriſto quod ſe Regem vocaſſet.* Cum itaque Judæi præter illud ſacerdotium internum etiam externos ſacerdotes, qui ſacra peragerent habuerint, quid vetat in lege evangelica præter id ſacerdotium quod divinæ laudes celebrantur, alios eſſe ſacerdotes, qui pro aliis ſacerdotio fungantur, & incruento modo corporis & ſanguinis Chriſti ſacrificium faciant?

XIII Zuinglianiſmus Lutheri partus infelix.

Hauſit autem hanc Lutheri hæreſim avide Zuinglius (*b*), qui ex ea aliam non minus fœdam elicuit, ſcilicet Chriſti corpus in Euchariſtia realiter non exiſtere, ſi nullum erat inter anicolas & ſacerdotes diſcrimen: at cum presbyterorum in ſacris literis crebra fiat mentio, ut apud Jacobum (*c*): *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, &c.* ad vim divini oraculi eludendam, ſeniores plebis interpretatus eſt, quem ita confutat Joannes Faber (*d*); *At quid hic Zuinglius ac alii tentant ac moliuntur? nempe ajunt ſeniores ex civitate advocandos, quaſi vero presbyter non ad ſacerdotem referatur: Paulus autem nulla ætatis habita ratione ſic appellari ſacerdotes ſcribit* (*e*): Noli negligere, *ait*, gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum presbyterii: hæc meditare. *Et rurſus in eandem ſententiam idem Apoſtolus ait* (*f*): Qui bene præſunt presbyteri duplici honore digni ſunt, maxime qui laborant in verbo & doctrina. *Et quis hic presbyteros non pro ſacerdotibus acciperet? ut etiam docet Cyprianus in concione de Spiritu Sancto. Si itaque hic ſeniores ætate eſſent, pro ſacerdotibus accipiendi, quid ad Paulum pertinuit ætate ſeniores per civitates conſtituere, cum hoc potius forte magiſtratui licuiſſet? aut cur diſcipulo ſuo Tito ſcribit* (*g*): Eam ob rem reliqui te Cretæ, ut ea quæ deſint corrrigas, & conſtituas per civitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. *Ecce quid hic Tito ſcribit Apoſtolus, quod ſcilicet corrigat, quod & presbyteros conſtituat, quemadmodum ipſe ſibi conſtituerit aut ordinaverit; & hoc aliter intelligi non poteſt, quam quod Titus non debuerit ſexagenarios, aut centum annos natos conſtituere, qui jam ante hac in his civitatibus erant, ſed ſacerdotes potius, ut in mandatis habebat ordinare; & ita mandatum Pauli eſt referendum non ad apoſtolas, non ad presbyteras, ſed potius ad presbyteros. Et ſimiliter Lucas ſcribit* (*h*) *quod Paulus, quando Iconium ac Antiochiam venerat, ſingulis eccleſiis ſuos ordinaverit ac conſtituerit presbyteros, ſive ſacerdotes: atque adeo, ut nova fert translatio cum ſuffragiis. Et neque hoc, quod ibidem in actibus apoſtolicis legitur, ad ſeniores alicujus civitatis transferri poteſt: proinde hæc doctrina damnanda eſt, qua docetur, ut dumtaxat ſeniores per ætatem in Eccleſia debeant præfici, & ordinari. Et licet Moſes juſſu Dei debuerit ſeniores eligere in populo, quod ita tamen eſt intelligendum non quoad ætatem, ſed quoad habilitatem, & alia virtutum ornamenta. Et ſi ſoli, qui per ætatem ſeniores ſunt, huic dignitati deberent præfici, ipſe Timotheus per hanc legem ſacerdos & myſteriorum Dei diſpenſator eſſe non potuiſſet; nam Paulus ita ſcribit*

Ne-

(*b*) *Jo. Faber de ſacrif. miſſa & ſacerd. novæ legis.*

(*c*) *Jacob.* 5.

Zuinglii argutiæ contra ſacerdotium.

(*d*) *Fab. ibid.*

(*e*) 1. *Timot.* 4.

(*f*) 1. *Timoth.* 5.

Confutantur.

(*g*) *Tit.* 1.

(*h*) *Act.* 14.

Digitized by Google

(a) 1. Timoth. 4.

(a): Nemo contemnat tuam adoleſcentiam. *Ecce tibi juvenis fuit Timotheus, cujus adoleſcentiam nullus contemnere debuit; nihilhominus & is in hunc locum epiſcopalem & ſacerdotalem ordinatus eſt: & ſtatim ſequitur quod non debeat oblivi ſci eorum donorum, quæ ex poteſtate ſacerdotum ac manuum impoſitione conſecutus fuerit. Si ergo Timotheus dona conſecutus eſt ex impoſitione manuum ſacerdotalium, quomodo ergo ruſtici ſtivam aratri tenentes in manu abſque ulla ſacrarum manuum impoſitione, & ſine ulla unctione pro ſacerdotibus habendi ſunt? proinde hinc apparet, quod non parum adverſarii Eccleſiæ errant. Hæc autem re vera ſunt opera diabolorum Belial, Beelzebub, ac aliorum ſpirituum malorum, quibus bene conſtat, quod primi ſacerdotes in Eccleſia Chriſti fuerint Apoſtoli, ac deinde eorum ſequaces ac ſucceſſores epiſcopi, per quos exterminati ac depulſi ſæpius fuerint ipſi maligni ſpiritus, adeo ut etiam genua coram illis flectere coacti fuerint, ſolo Jeſu Chriſti nomine invocato atque prolato, &c.*

Hæretici a dæmone illuſi.

Dæmones veris presbyteris parere coacti.

XIV. Ex Lutheraniſmo errores ſequuti.

Porro quia, ut ait propheta: *Abyſſus abyſſum invocat*; ex ſuperiori Lutheri dogmate duo errores graviſſimi pullularunt: nam conſecrare anniſi ſunt ſacris ſacerdotalibus non initiati, ac ſtulti & idololatræ populi hoſtiam non conſecratam adorarunt (b): tum etiam cum ſacerdotes ſe eſſe perſoaſi eſſent, quod regale ſacerdotium ad Chriſtianos omnes devolotum Lutherus prædicaret, non tantum ſacerdotes, ſed etiam reges, convulſo omni ſtatu politico; eſſe voluerunt; unde tot cruentæ ſtrages conſecutæ: nec malam illationem fuiſſe docuit prudentiſſimus Sigiſmundus Rex Poloniæ in literis (c) ad Pruſſiæ novatores miſſis, quos juſſit colere ſacerdotes, atque agnoſcere ipſos nec ſacerdotes nec Reges eſſe, cum pari ratione Reges ac ſacerdotes eſſent; nec magis Regibus quam ſacerdotibus tributa pendere tenerentur, ſi Lutherana regalis ſacerdotii interpretatio valeret. Verum neque Cæſar nec Germaniæ principes putabant, ſectatorum Lutheri furorem in communem perniciem erupturum; adeo ut Regum diademata, principum & magiſtratuum inſignia cum tyaris pontificiis, inſulis præſulum, & ſacerdotum ornatu diſſringere molirentur, liberique ab ea ſoſpicione hæreſiarcham impune furere, atque omnes gradus ſacerdotum peſſumdare permiſerunt. At imbecilles laicorum animi gloriabundi, quod ſacerdotibus, epiſcopis, ac Pontifici pares gradu dicerentur, ad deſectionem a Romana eccleſia, a qua infelices animas perdi Lutherus mentiebatur, jactanti ſe Jeſu Chriſti ſpiritu plenum, immo dæmoni in angelum lucis transformato crediderunt: hic namque impoſtor ſingulis paginis, quas impietate & convitiis in Eccleſiam fuſis infarciebat, Jeſu nomen venerabile ſuperponebat, ut omnia a ſpiritu Chriſti ſuggeſta, inque optimum finem tendere putarentur.

(b) Florim. Raym.

(c) Ext. to. 1. rer. Polon.

Jeſu nomen blaſphemis libris appoſitum.

XV.

Ut vero reformationis oſtentato nomine hierarchiam eccleſiaſticam deformare niſos ſit, ita deſcribit Joannes Coclæus: *Primum ſubjecit in reformatione illa Papam & epiſcopos gladio Cæſaris*, is error ſuperius confutatus eſt; huic vero alium magis impium conjunxit: *Deinde*, inquit Cockeus, *ademit Papæ authoritatem tum interpretandi ſcripturam ſacram, tum indicendi concilium generale: quibus vario & ſcripturarum & rationum fuco probatis, cœpit in mores & practicas Romanæ curiæ acerrime invehi, ſigillatim taxans omnia & per calumnias cuncta in majus adaugens: exclamabat igitur indignum eſſe, ut Papa triplicem geſtet coronam, cum ſummi Reges unicam gerant, eum eſſe non exaltati ſed crucifixi Chriſti vicarium, Cardinales ejus eſſe inutilem immo pernicioſum populum, qui Italiam & Germaniam exugit, ex familia Papæ centeſimam partem retinendam nonaginta novem partes ex illa abolendas eſſe, tollendas annatas & menſes papales, abiciendas epiſcoporum confirmationes & archiepiſcoporum pallia, domum datarii eſſe lupanar ſuper omnia lupanaria, Papæ nihil juris competere ad regnum Neapolis & Siciliæ, vim & prædam eſſe omnia quæ poſſidet, Romanam excommunicationem ſimul cum literis & ſigillis in frigidum ducendam balneum, jus canonicum a prima litera uſque ad noviſſimam funditus delendum, præſertim vero decretales.*

Virulentæ Lutheri declamantiunculæ in Pontificem.

XVI. Jus canonicum flammis injicit.

Ut ſceleris exemplum præberet hæreſiarcha, tantam arrogantiam audaciamque ſumpſit, ut flagitium ſuperioribus ſæculis inauditum, dignum antichriſto patrare non ſit veritus, ſacros enim canones & ſanctorum patrum decreta, quibus Chriſti & evangeliſtarum doctrina, quibus Apoſtolorum traditiones, quibus œcumenicorum conciliorum Spiritu Sancto loquentium ſanctiones continentur, quibus damnantur hæreſes, quibus ſacrorum Chriſtianorum adminiſtrandorum ratio deſcripta eſt, quæ omoes eccleſiæ toto orbe diffuſæ ſumma veneratione ſunt proſecutæ, publice damnavit pro ea ſcilicet authoritate qua a lucifero inſtructus erat, ac flammis iniecit (d), addita inſana voce; *Quia conturbaſti ſanctum Domini, Deus te conſumat igne æterno*; ſcilicet Lutherus ſceleſtiſſimus,

(d) Cocl. ubi ſup. Ulemberg. c. 5.

qui palam adulteria, inceſta, & ſcortationes conſulit, ipſo judice fuit ſanctus Domini conturbatus in ſacris canonibus a Chriſto, Apoſtolis, & ſanctis Patribus, a quibus ejus doctrina impia damnatur; & folia ſacros canones continentia, ac docentia quæ ſit vera ſcriptura, ignes eternos paſſura ſunt, ac non ipſe flammis exurendus ſempiternis. Ut vero tam impii horrendique facinoris fama latius pervaderet, libellum edidit, quo jure merito id a ſe perpetratum diſceptabat; ac triginta articulos ex decretorum volumine collectos, inque alienum ſenſum detortos exagitabat, atque hæc monſtroſa effutiit: *In his & hujuſmodi articulis, quorum innumerabiliter plures ſunt, omnes tamen eo tendentes ut Papa ſit & Deo & omnibus hominibus ſuperior, & ipſe ſolus nemini mortalium, ſed ipſi omnes etiam Deus & angeli ſuis ſubjecti ut Papæ: diſcipuli dicant Papam eſſe rem mirabilem, non eſſe Deum & non eſſe hominem fortaſſis diabolum & ſatanam ipſum.* Et infra: *ſumma ſummarum totius juris canonici hac eſt: Papa eſt Deus in terris, ſuperior omnibus cæleſtibus terrenis ſpiritualibus & ſæcularibus, & omnia Papa ſunt propria, cui nemo audeat dicere quid facis?* Ex qua calumniarum blaſphemiarumque ſentina patet Lutherum tuendæ veritatis rationem omnem abieciſſe ac ſuo tantum diabolico furori cum animæ ſuæ & ſectatorum ſuorum æterno exitio ſervire voluiſſe, quam enim impudenter mentiretur ab Ambroſio Catharino redargutum maniſeſte, refert Coclæus his verbis (a).

Calumnia ejuſdem hæreſiarchæ.

(a) Cocl. in actis & ſcript. Lutheri hoc anno.

XVII. *At Ambroſius Catharinus Italus, vir plane doctiſſimus, qui antea quinque libris illius errores & conatus acerrime reprehenderat, in hæc verba illi tam graviter ſane quam vere reſpondit. Vere ſumma ſummarum omnium tuarum ſtultitiarum hæc eſt, quia non ſunt, niſi calumniæ & mendacia manifeſta, quibus reſpondere ſtultiſſimum eſſet: nam ſi hæc perſuadeas etiam citra ullam contradictionem turbæ tuæ, nihil profecto tam abſonum atque abſurdum ſupereſt, quod perſuadere non poſſis. Quis enim poſſit credere quod in decretis dicatur, Papam eſſe ſupra Deum, aut ſupra ſcripturam, aut ſuper omnia cæleſtia? quæ iſtam crudeliſſimam blaſphemiam poſſint recipere piæ aures, quod papatus ſit regimen antichriſti; Tot ſancti igitur tam probati in regimine antichriſti præfuere, Gregorius, Leo, atque majores pleni ſcientia & Spiritu Dei? O mundum vere poſitum in maligno! non jam in Papæ perſonam aut mores malos, ſed in officium, ſed in majeſtatem a Deo poſitam ac immobiliter fundatam ſerpens maligniſſimus venenum effundit, & inſultat, &c.*

Conſurrexere etiam adverſus Lutherum plures viri doctiſſimi, qui væſanam ejus maledicentiam confutarunt, inter quos Joannes Faber in erudito commentario inſcripto Adriano VI. Pontifici triginta illos articulos calumniis & impietate contextos eſſe demonſtravit. Imprimis dæmonem mendacem, magiſtrum ſecutus hæreſiarcha obiicere non erubuit, in jure canonicn ſcriptum eſſe, Papam & ſuos divinis mandatis non eſſe obſtrictos; cum tamen ipſe Lutherus ac Lutherani ejus criminis rei tenerentur, qui fidem ſolam ad ſalutem neceſſariam mentientes, improbos quoſque ab eccleſia Romana divulſerunt: Secundo neſarius Chriſti & Eccleſiæ hoſtis conqueſtus eſt, Pontificem & clerum non eſſe laicorum ſervituti mancipatos, quem Faber ita compellat: *Subodoro quo tendis, eo quidem, ut demum ex teſtimonio Petri hanc millenariam eccleſiaſticam libertatem a clericorum ordine vi quadam adimere velis, ita ut nos in ſortem Domini receptos in utraque Germania, Gallia, Hiſpania, Anglia, Hungaria, Portugallia, ac aliis regnis laicis ſubjectos eſſe oportere velis; ſicut miſerrime ſub Bohemorum tyrannide clericorum illa ſanctiſſima cohors, authoribus Joanne Hus, & Hieronymo, & Wicleph conjecta eſt. Sed non ſinit Dominus perire Chriſtos ſuos.* Nonnulliſque interjectis. XVIII.

Articuli I.

Artic. II.

Ad tertium venio articulum, ubi tam indignum eſſe judicas in cap. Solitæ; pontificalem authoritatem ſoli, & regalem poteſtatem lunæ comparatam eſſe: dic, quæſo, mi Luthere, an non ſit hæc ſat commoda comparatio. Audi Chryſoſtomum (b) in III. lib. de dignitate ſacerdotali cap. I. loquentem, qui ſic ait: Nunc ſacerdotio propoſito, quod tanto ſpàtio antecellit imperium, quanto inter ſe animæ natura & corporis differt. *Heus tu, Martine, quid dicis ad hæc? non modo lex, ut in cod. de ſacroſanct. eccl. l. Sancimus (c); non philoſophia Ariſtotelis, ſed ipſiſſimum evangelium me docuit quantum anima differat a corpore, utpote tanquam immortale a mortali, incorruptibile a corruptibili, & fere velut infinitum a finito. Sed & Ambroſius quid addicat audi in libro de dignitate ſacerdotali cap. II. Honor inquit fratres & ſublimitas epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari; ſi regum fulgori compares, & principum diademati longe erit inferius, quam ſi plumbi metallum ad auri fulgorem comparetur: quippe cum videas Regum colla & principum ſubmitti genibus ſacerdotum, & ex-* XIX.

Artic. III. Refellitur ex Chryſoſtomo.

(b) Chryſ. l. 3. de dign. ſacerd. c. I.

(c) L. Sancimus de ſacroſ. eccleſ.

& enoſculatas eorum dexteras, orationibus eorum credant ſe communiri : hæc Ambroſius. Vides hic comparationem de ſole & luna ex Ambroſii ſententia non eſſe ſufficientem. Et poſt nonnulla alia.

XX. Artic. IV. Quarta Lutheri objectio. *In cap. Significaſti, de electione, quartum dicis deprehendi errorem, ac aſſeris illic contineri Papam, ac illius ſedem non eſſe obſtrictam Chriſtianis conciliis atque ſtatutis. Vidi ipſe capitulum illud a Paſchale Papa ante ſeptingentos annos editum; & re vera non ſpinoſum aliquem ſophiſtam, ſed ſpiritum tanto Pontifice dignum redolet; eos enim hæreticos reprobat, qui dicunt omne jusjurandum in evangelio prohibitum a Domino, contra quos pugnavit Hieronymus, pugnavit Auguſtinus : nec ea diſplicent, quæ ſunt apud Alanum* (a) *in* 11. *lib. contra hæreſiarchas. Verum eſt quod idem Paſchalis per quandam parentheſim adjecit dicens: Aiunt in conciliis ſtatutum non inveniri quaſi Romanæ eccleſiæ legem concilia ulla præfixerint, cum omnia concilia per Romanæ eccleſiæ authoritatem & facta ſint & robur acceperint, & in eorum ſtatutis conſenſu conciliorum Pontifex non ſit aſtrictus : poteris, hæc videre apud Speculatorem libro de diſpenſationibus.* Et infra.

(a) *Alan. l.* 2. *contr. hæreſ.*

XXI. Artic. V. *Quintum errorem eum eſſe dicis, quod Papa in ſuo pectore habeat poteſtatem plenariam ſuper omnia jura : dicis hæc in proœmio Sexti contineri. Certe ſat diligenter hoc proœmium ipſe relegi, tamen ita ſcriptum non reperio. At in cap.* 1. *de conſtitut. eodem libro, ſic ſcriptum eſſe legitur : Quomodo Romanus Pontifex omnia jura cenſeatur habere in ſcrinio pectoris ſui. Hic nodum in ſcirpo quæris. Si hoc in Pontifice teſtimonium deteſtaris, cur non calamum figis in Honorium & Theodoſium Imperatores, qui dudum eadem verba ſcripſerunt ? At non licebat Pontifici de canonibus hoc dicere quod dudum Imperatores dixere de legibus.*

Argutia Lutheri æque Cæſares percellit ac Pontifices.

Artic. VI. Sexto impudens Lutherus calumniam aſperſit Pontifici, quod in ſacris canonibus ſibi mutandorum ac evertendorum conciliorum authoritatem arroget.

Artic. VII. Septimo inepte conqueſtus eſt quod ſacramentum ab epiſcopis exigat.

XXII. Artic. VIII. Objectio octava Lutheri petita eſt ex *capitulo : Si Papa diſt. XL. quod Papa a nemine judicari poſſit*. De ea controverſia, quo ſcilicet caſu cum in ſuſpicionem hæreſis vocaretur, judicari poſſet, jam in annalibus dictum eſt; nec Pontificis in hierarchia eccleſiaſtica, quam Regum in politico ſtatu quoad alia ſeu vere ſeu falſo impacta crimina conditionem deteriorem eſſe conſtat : de quo inter alios pluribus Cardinalis Cajetanus egit.

Artic. IX. Objecit nono, Papam dici caput Eccleſiæ, ſcilicet miniſteriale, cum ſupremum ſit Chriſtus. Addit Faber.

XXIII. Art. X. *Decimum articulum juſtiſſime damnandum credis in Cap. Cuncta* IX. *quæſt.* III. *ubi Gelaſius Papa ſic habet : Cuncta per mundum novit Eccleſia, quod ſacroſancta Romana eccleſia fas de omnibus habeat judicandi, neque cuiquam de ejus liceat judicare judicio; ſiquidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum eſt, ab illa autem nemo appellare permiſſus. Hæc verba neſcio an potuerunt tantum cauſare, ut juſte decreta damnaris. In Nicæno concilio conſenſu patrum admiſſum eſt, ut gravati ſedem provocarent Romanam : cur hanc libertatem totidem annis præſcriptam tu conaris evertere.* Paulo poſt : *Timeo, mi Luthere, ne ſatis ſuperlucratum eſſe credas, modo jugulentur Pontifices, trucidentur epiſcopi, ſubiiciatur clerus; neſcis autem quod primum hæc prophetia completa fuerit* (b) *:* Aſtiterunt Reges terræ, & principes convenerunt in unum adverſus Dominum & adverſus Chriſtum ejus. *Jam Reges cœpiſſe ſervire Domino, & tunc Reges ſeſe cognoviſſe, immo profeſſos ſe indignos eſſe, ut Pontificum cauſas judicarent, potuiſſes hoc ex Nicæno concilio, ex Hilario & Ambroſio, ac multis aliis deprehendere.* Et infra.

Approbata a concilio Niceno Lutherus damnat. Reges ac principes in Pontificem & clerum concitare nititur.

(b) *Pſ.* 2.

XXIV. Artic. XI. *Ad undecimum venio, ubi ex* XXV. *quæſt.* 1. *Laicis inculces ſcriptum eſſe, Romanam ſedem vim dare juribus, ac quod nullus Papa ſit ſubditus juribus. Miror, mi Luthere, qui ſanctulus diceris, & religioſulus haberi cupis, cur non vereris hic Pontificibus tantam facere injuriam? Neſcis eſſe ſcriptum : Princeps legibus ſolutus eſt. l. princeps ff. de legibus, dixit hoc Ulpianus. Quid ſi & idem dixiſſet Pontifex ? ſed non dixit maxime quantum ad evangelicam legem attinet; immo ſi undique percurreris ſacros hos canones, proculdubio invenies, Pontifices hoc ſervare quod ſcriptum eſt in l. digna vox. C. eodem, ubi Theodoſius & Valentinianus ſic dicunt : Digna vox eſt majeſtate regnantis, legibus alligatum ſe principem profiteri. Sed hanc injuriam, tunc recte vindicavero, ſi ex eodem loco oſtendero, te non vera dixiſſe. Audiat, ergo puſillus grex quid Urbanus, quid Zozimus, quid Marcellus, quid Hormiſda Pontifices in eodem loco tradiderint. Dicit illic Urbanus : Sunt quidam dicentes, Romano Pontifici ſemper licuiſſe novas condere leges, quod & nos non ſolum non negamus, ſed etiam valde affirmamus. Sciendum vero ſummopere eſt & quia inde novas leges condere oportet unde e-*

Alia mendacia Lutheri confutata.

vangeliſtæ aliquid & prophetæ nequaquam dixerunt: ubi vero aperte Dominus vel ejus Apoſtoli & eos ſequentes ſancti patres ſententialiter aliquid diffinierunt, ibi non novam legem Romanus Pontifex dare, ſed potius quod prædicatum eſt uſque ad animam & ſanguinem confirmare debet: ſi enim quod docuerunt Apoſtoli & prophetæ, deſtruere [quod abſit] niteretur. Et infra: *Non ſententiam dare ſed magis errare convinceretur*. Duodecimo nugax Lutherus objecit, Romanam ſe-
Art. XII. dem dici petram, quaſi vero eo ſenſu diceretur, quo Chriſtus petra eſt appellatus.

XXV. Artic. XIII. Ut claves tradantur Pontifici.

Tredecimum errorem, inquit Joannes Faber, *eſſa dicis, claves dumtaxat Petro traditas. Oſtenſum eſt ſupra claves eſſe Chriſti, claves eſſe Eccleſiæ, claves eſſe ſacerdotum; ſed Petro principaliter & primo datas ante cæteros Apoſtolos, non uno dumtaxat loco, ſed ſanctorum patrum ſententiis oſtendimus. Vide ad hoc Ambroſium, Hieronymum, & de hac re primo omnium Hilarium Pictavienſem in pſal.* CXXXI. *& pſal.* LVII. *& omnino in lib.* VI. *de Trinit. cujus mentem tamen inferius plenius accipies. Certe ſi hæc tuæ carervæ propoſuiſſes, pontificium jus non tanquam Chryſippeam dialecticam judicaſſes*. Decimoquarto calumniam ſtruit Lutherus inquiens, dici ſacerdotium Chriſti translatum in Petrum, quod ſacerdo-
Art. XIV. talis ordo per Chriſtum cœperit in Petro. Subdit Faber.

XXVI. Art. XV.

Taxas dein in XV. *tuo articulo in cap. Ideo permittente*. XXV. *quæſt.* I. *quod ſcriptum inveneris, & hic ſcriptum eſſe dicis, Papam poſſe condere leges in catholica eccleſia; cui ſententiæ Paulus adverſatur ad Gal. V. dicens*: Libertate nos

In quo Chriſtiana libertas ſita.

Chriſtus liberavit: *ſcripſiſti nonnihil de libertate Chriſtiana, ſed re vera nec dictum Pauli nec tua Chriſtiana libertas huc pertinebat, qua Pontifici poteſtatem condendi leges præriperes. Scio ſcriptum Jo. VIII.* Veritas liberabit nos; *& iterum*: Si filius vos liberabit, tunc vere liberi eritis: *ſed quid proprie eſt liberare aliud quam ſalvum facere?* Et infra: *Sed quomodo dicit Auguſtinus*: Nos ſervi eramus
(a) Aug. in Evang. Jo. tr. 41. (a) cupiditatis, liberati ſervi erimus charitatis. *Quod & Paulus docet ad Gal. V. ſic dicens*: Vos in libertatem vocati eſtis fratres, tantum ne libertatem detis in occaſionem carni? Hanc Dulcinaſtarum hæreſim a Clemente V. confutatam vidimus.

XXVII. Artic. XVI.

Decimoſexto calumniator vertit crimini, quod Pontifex oraculo Chriſti: *Quomodocumque ligaveris*; authoritatem ſuam conſtabiliret. Decimoſeptimo invehenti Luthero in Pontifices ob indictam jejuniorum legem, & votorum obſervatio- Artic. XVII.
nem, ita reſponſum eſt a Fabro: *Habemus hanc abſtinentiam non tam ex præcepto Pontificis, quam ex diutiſſima conſuetudine ſanctæ matris Eccleſiæ: Eccleſiam igitur hic, non Pontificem damnas*. Id patet ex S. Baſilio in homiliis de jejunio, atque adeo addidit Joannes Faber: *Nec tibi perſuadeas, ſicuti velle videris, jejunia & vota res eſſe jampridem a Romanis Pontificibus excogitatas; nam & Hieronymus ad Sabinam ſcribit, moris fuiſſe in Ægypti & Syriæ monaſteriis, ut tam virgo quam vidua, quæ ſe Deo voverint & ſæculo renuntiantes omnes delitias ſæculi conculcarint, crinem monaſteriorum matribus offerant deſecandum: & multa id genus ſunt alia, quæ tu Pontifici Romano putas impingenda. Sed forte habes, quo tua defendas, quod nolis ullum hominem*
Statuta humana a Luthero damnata.
ſuper cæterum aliquid ſtatuere poſſe, quod & conſtantiſſime dicis ac aſſeris; ſuper quo paucis tibi reſpondeo: ſi homo ſupra hominem nihil ſtatuere poteſt, cur in primo Apoſtolorum concilio decretum factum eſt, ut qui ſunt in Antiochia, Syria, & Cilicia, contaminationibus ſimulachrorum & ſanguina & ſuffocato abſtineant?

XXVIII. Artic. XVIII.

Debacchanti acerbiſſime Luthero ob vetita ſacerdotum conjugia reſpondit Faber: *Injuſtiſſime Pontificem ſacera contendis, qui ſacerdotibus ne ducant uxores prohibuerit. Hoc opus, hic labor eſt. O quot veſpas: o quot veſpertiliones: quot cyniphes, bruchos, ſcarabeos, atque crabrones is excitaverit, qui ſacerdotibus uxores non eſſe permittendas aſſeveraverit, tota fornicatorum familia commovebitur*. Et infra:
Vult tradendas ſacerdotibus uxores.
Scio, mi Luthere, hac re una te multorum hominum favores & aucupatum, & lucratum eſſe: unde camarinam non mediocrem is moverit quotuſquiſque in adverſum pugnarit: nec me latet quod habes tuæ blandulæ ſententiæ propugnatores acerrimos. Multis in hanc ſententiam interjectis, ut ex antiquis conciliis & traditionibus ſacerdotes ad cœlibatum obſtricti ſint, nec Luthero licuiſſe ſacerdotibus voti infringendi conſilium dare, demum Lutherani pſeudoevangelii impuritatem ita deſcribit.

XXIX. Mahomete impurior vilius.

Ingenue dicere poſſem in hac & multis rebus te Mahumeticis ſectatoribus eſſe impuriorem, ne dicam pejorem: ſi quidem illi purgatorium eſſe credunt; tu vero tollere videris: viros mulieribus præeſſe dicunt; tu vero æquales reddis; in capitibus alchorani decimas ſolvi jubet, tu vero tollis: de juramentis ac votis ita ſtatuit Mahumetus, ut illa omnino ſervare velit; tu vero perjuros & ſacerdotes & monachos

etiam

Digitized by Google

etiam impune connubio jungis : & mille ſuis illius genera, ut de beata Virgine ac tuis aſſertionibus contraria, quæ, ſi velim, tibi recenſere poſſem, in quibus Sergius monachus ac Neſtorianus excommunicatus Mahumeti præceptores honeſtiora ſuo diſcipulo ſuggeſſerunt, quam tu nobis in Eccleſia ſancta, aliquando tradideris ; & ſic velim nolim fateri cogor, quod in multis major eſt alchorani puritas, religio, ac pietas, quam nova tua ac tuorum doceat Chriſtiana libertas, &c.

XXX. Subdit author Lutherana argumenta inter, quæ hæc ſunt. *Sed forte dicetur, ſi licet, & bonum eſt nubere, cur ſacerdotibus uxores non licet habere.* Ad quæ Faber nonnulla honeſta aliquibus licere non aliis reſpondet : *Antiſtitem*, inquit, *puriorem cæteris eſſe oportet ; ipſius enim,* ſcilicet Chriſti, *perſonam habere videtur ; eſt enim vicarius ejus, ut quod cæteris licet, illi non liceat ; quia neceſſe habet quotidie Chriſti vicem agere, aut orare pro populo aut offerre, aut baptizare : & non ſolum huic concubitus non licet, verum & miniſtro, quia ipſe mundior debet eſſe, quia ſancta ſunt, quæ miniſtrat.* Et poſt alia: *Sed dicis, ut audio, cur me gravat homo, quo non gravor a Domino? At in evangelio nihil de his habes, quæ in actis Apoſtolorum ſunt ab Apoſtolis decreta ; tamen voluit etiam Dominus illos audiri, dicens :* Qui vos audit, me audit, & : Spiritus Sanctus docebit vos omnia, & ſuggeret vobis omnia. *Putas autem quamprimum mortui fuerunt Apoſtoli, ſucceſſores illorum nihil unquam ſtatuere potuerunt?* Et infra :

Lutheri objectio de gravamine & ſtatuto humano.

Refellitur non eſſe pure illud humanum.

XXXI. *Quia ad ſacerdotium provehuntur non pueri, non adoleſcentes, non ii quibus lacte Pauli adhuc opus eſt ; ſed illi, qui ſunt ætatis perfectæ.* Tum nonnullis interjectis ſubdit : *Nulla fiet eis injuria, ſi ad id arctentur, quod dum ſacerdotio fungi volebant, libere ac ſponte promiſerunt. Vulgatiſſima quidem regula eſt : Volenti non fit injuria ; & hi non parvuli ſunt, ſed viri, perfecti ſunt, & illi eunuchi, de quibus Dominus Matth.* XIX. qui ſe caſtraverunt propter regnum cælorum : *hos licet probet & laudet Dominus, tamen tu, qui te magiſtrum inſipientium & ducem cæcorum eſſe confidis, hos glorioſos eunuchos ab Eccleſia tollis ; vide quo pacto & quantum aberres. Satius ergo fuiſſet, & rem Deo gratiorem feciſſes, ſi vel monitis, vel ſcripturis a concubinario ſacerdote concubinam abegiſſes, quo dignius & ſanctius potuiſſet ingredi ſancta ſanctorum, & hic orare pro populo, ac laudem Domino dicere labiis puris ac corde perfecto : ſed te natum ad id video, ut popularia dicas, quo multos tibi brachos in patronos vendices.*

XXXII. *Dices : Quid ad aliud Pauli, qui ſcribens ad Titum jubet eum in presbyterum eſſe conſtituendum, qui ſit unius uxoris vir ; & priori epiſtola ad Tim. Oportere epiſcopum eſſe irreprehenſibilem, unius uxoris virum.* Ad hæc reſpondet Faber : unius uxoris virum dici, ut qui ad eam epiſcopatus provehendus ſit dignitatem, non multas habuerit uxores ſed unam ; additque : *Sanctum audi Ambroſium in epiſtolam ad Timoth. ita ſcribentem : Veteribus idcirco hoc conceſſum eſt levitis & ſacerdotibus uxores ad uſum habere, quia multum tempus otio vacabant a miniſterio aut ſacerdotio ; multitudo enim erat ſacerdotum, & magna copia Levitarum, & unuſquiſque certo tempore ſerviebat divinis cerimoniis ſecundum inſtitutum David : hic enim viginti quatuor claſſes conſtituit ſacerdotum, ut vicibus deſervirent ; unde Abia octavam claſſem habuit, cujus vice Zacharias fungebatur ſacerdotio, ſicut continetur in paralipomenon ; ita ut tempore, quo non illos contingebat deſervire altari, domorum ſuarum agerent curam, ubi autem tempus imminebat miniſterii purificati aliquantis diebus accedebant ad templum offerre Deo : nunc autem ſeptem diaconos eſſe oportet, aliquantos presbyteros, ut bini ſint per eccleſias, & unus in civitate epiſcopus, ac per hoc omnes a conventu fœminæ abſtinere debere, quia neceſſe eſt eos quotidie in Eccleſia præſto eſſe, nec habere dilationem, ut poſt conventum purificentur ſicut veteres ; omni enim hebdomada offerendum eſt etiam ſi non quotidie peregrinis incolis, tamen vel his in hebdomada, &c. mundiores ergo debent eſſe cæteris, quia actores Dei ſunt. Hæc Ambroſius.*

Cur uxor ſacerdoti non permittatur.

XXXIII. Adjecta eſt alia ratio Hieronymi ex dignitate ſacrorum novæ legis, quæ tanquam veritas imagini corpus umbræ antecellunt. *Et revera ſi onera matrimonii dumtaxat ex Paulo dein officium ſacerdotale hinc inde contulerimus, juſtiſſimam ordinationem ſanctorum patrum dicere oportet. Scripſit in hæc verba Paulus :* De virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do tanquam miſericordiam conſecutus a Domino ut ſim fidelis exiſtimo autem hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe, &c.

XXXIV. *Horrendum eſt illud, quod non parva pœna proponitur indigne ſumentibus : Conſidera,* inquit Chryſoſtomus, *quantum adverſus proditorem indignaris contra eos, qui crucifixerunt ; itaque conſidera ne tu quoque ſis reus corporis & ſanguinis Chriſti. Cogitandum eſt ergo quali menſa fruimur : quod angeli videntes horreſcunt*

Quanta religione Chriſti corpus ſumendum.

ſcunt, hoc nos paſcimur, huic unimur, & facti ſumus unum Chriſti corpus, & una caro. Non igitur ſimus lupi agnum manducantes. Et infra: *Unde iterum Chryſoſtomus: Cogita, qui ſacrificii participes veteris erant quanta utebantur continentia: quid non faciebant? quid non agebant? ſemper expiabantur; tu vero petens ſacrificium, ad quod horrent [præ reverentia] angeli temporum circulis rem diffinis, & quomodo Chriſti aſſiſtes tribunali ſceleſtis manibus & labiis ipſum corpus impetens; & fœtente quidem ore tuo Regem oſculari non eligeres: Regem vero cælorum fœtenti anima deoſcularis.* Aliiſque ad id adjectis ſubdit Faber.

XXXV. Sacerdotium ſublatum a Luthero. *Proh pudor & nefas! qui docere audes quod viginti rurales ex ſe unum eligere poſſint, qui abſque omni ordinatione, abſque omni ſacra unctione conficere poſſit. Docuitne Paulus illa? Nunquid non Timotheus (a) antequam admitteretur ordinare presbyteros prius gratiam obtinuit per manuum impoſitionem? Nunquid non id de Tito credes? Non itaque in Creta alter alterum, ſed Titus (b) ibi relictus conſtituit presbyteros per civitates, ſicut illi diſpoſuerat Paulus? Dic ſi ita agere conveniat, ubi manebunt ea, quæ in epiſcopo, quæ in presbytero, quæ in diacono exigit Apoſtolus? ſed tu ſacerdotes non alios eligis quam quos & quales elegit Jeroboam.*

(a) Ep. 1. ad Tim. 4.

(b) Ad Tim. 1.

XXXVI. *Sed ſi iterum replicaveris, te poteſtatem habere mulierem circumducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli, ac fratres Domini, & Cephas; reſpondeo quod fœminæ utique locupletiores ſequebantur Apoſtolos, illiſque neceſſaria ſubminiſtrabant, ſicut & Domino feciſſe veritas evangelica teſtatur, & vacuos quibuſvis curis reddebant, ut prædicationi dumtaxat intenderent.* Et infra: *Hic loquitur Paulus de ſorore muliere, non uxore: Noli itaque, mi Luthere, nobis toties varias ac peregrinas afferre vivendi formas, nec contra totidem ſæculorum obſervationem ſolus pugnes.*

XXXVII. Art. XIX. Fingit Lutherus Cæſaream cauſam agere. *Subdis decimumnonum errorem cum eſſe, quod Papa Nicolaus vel tertius vel quartus in antichriſtico, ut dicis, decreto dixerit, Chriſtum B. Petro æternæ vitæ clavigero terreni ſimul ac cæleſtis imperii jura commiſiſſe; cum tamen omnes norunt Chriſtum fugiſſe regnum terreſtre, &c. Ego autem ita Romanum Pontificem terreni imperii poteſtatem habere dico; quoniam Carolus a Leone III. Pontifice Romanum cepit imperium: quamquam noſtra tempeſtate id multis modis tentaveris, ut Carolus ille noſter Imperator a Leone pontificatum tolleret. Imperator jurat Papæ; & cauſæ ſubſunt de jure propter quas Papa deponit Imperatorem. Sunt & cauſæ, in quibus a ſæculari judice provocatur ad Papam, accedit enim in ſubſidium eccleſiaſtica juriſdictio: & hæc omnia ab octingentis annis citraque obſervata fuerunt. Servaverunt hoc Ludovici, Ottones, ac alii principes Germaniæ. Quæ cum ita ſint, imperii jura Papa habere dicitur: quanquam Imperator vero uſu habet Romanum imperium.* Exemplo Cæſarum confutatur.

Nec mirum ſi Papa quaſdam pleno jure provincias habeat; Samuel enim rexit populum Iſrael: Melchiſedech ſacerdos in æternum Rex fuit in Salem. Moſes, & Aaron in ſacerdotibus ejus principatum habebant in Iſrael. Sed quod Chriſtum adducis, qui, ut eſt Joannis VI. cum vidiſſet quia venerant, ut raperent eum & facerent Regem, fugit in montem: ſcit ex Chryſoſtomo, Cyrillo, & Auguſtino quid hic dicendum fuerit: Qui enim Rex erat non oportuit, ut Rex fieret: regnum dabat aliis Rex regum. Ac poſt alia: *Non ergo*, refert Faber, *fugit regnum, ut propterea Reges terrenos ad imitationem ſui eſſe voluerit, alioqui Chriſtianos Reges, quæſo, quomodo ſalvabis? fugit ergo quia regnum ſuum non erat de hoc mundo; venit enim non formam Regis, ſed ſervi accipiens, &c.* XXXVIII.

Objecit xx. Lutherus fictam & ementitam eſſe donationem Conſtantini factam Eccleſiæ, quam litem jam ante Laurentius Valla moverat: controverterant etiam antea juriſconſulti, an ea valuerit. At Vallæ argutias futiles oſtendit Faber, primo quod ille perperam de Conſtantini baptiſmo ſenſerit; ſi Eutropius de ea re non ſcripſerit, non ſequi quin fuerit: ſi parta non fuerit poſſeſſio plurimo tempore, varias perſecutiones & converſiones imperii obſtitiſſe demonſtrat. Tum ſubdit. XXXIX. Art. XX. Oppugnat cum Valla donationem Conſtantini.

Vigeſimum primum articulum aggredior. Tu turbæ proponis ſcripſiſſe Papam ſeſe Romani imperii eſſe heredem: id graviſſime fers, & ſic ais ſcriptum in Clementina Paſtoral. de ſent. & re judicata. Vidi hunc textum, ſed ejus iſta ſunt verba: Nos ex ſuperioritate, quam ad imperium non eſt dubium nos habere: quæ ex poteſtate, inquam, vacante imperio Imperatori ſuccedimus, &c. hic ſe Pontifex non dixit heredem, nunquam enim legitur quod Pontifex aliquam partem illius hæreditatis jacentis fuerit adeptus: ſed quomodo ſuccedit certe gloſſa ibidem & Zarabella docent; ſiquidem vacante imperio, ſi quis juſtitiam conſequi non poteſt, Pontificem adit. Putas in eo dum Pontifex juſtitiam fecerit, peccet? nequaquam; nam beati qui faciunt judicium & juſti- XL. Artic. XXI. Ut intelligendum quod Papa ſuccedat Cæſari.

tiam

tiam in omni tempore, *& ad Tim. VI.* ſectare juſtitiam, &c. Qui plura in hoc argumento expetit, Auguſtinum Triumphum conſulat, memineritque tranſlatum a Pontifice ad Germanos fuiſſe imperium.

XLI. Artic. XXII. Artic. XXIII.

Vigeſimo ſecundo ſtulte criminatus eſt, quod dicitur in jure pontificio, vim vi repellere licere. Calumniatus eſt vigeſimo tertio ſcriptum eſſe in jure canonico, ſubditos non teneri ad parendum dominis, quod de intruſis loquantur: invectus etiam inique eſt, quod dicant licere Pontifici obfirmatos Reges in ſcelere regio gradu deturbare: ſed an liceret, veteres annales eccleſiaſticos conſulere potuerat. Tum etiam in crimen adduxit, quod Pontifex plures provincias ac regna fiduciaria obtineret: cujus poſtremas ineptias ita Joannes Faber deridet: *De regno Angliæ quod Eccleſiæ feudum eſſe dicitur, de Romandiola, ac reliquis Eccleſiæ provinciis, quas Romana eccleſia vel a Pipino, vel Ludovico, vel Rodulpho fertur obtinuiſſe; cauſa eſt plane regalis atque magnifica, in qua pauperem philoſophum non convenit afferre judicium. Noverunt heroes illi Chriſtiani modos, quibus etiam tacentibus nobis regna dividere poſſint ac debeant.*

Artic. XXIV.

Inſtaurata bis a Luthero de regno Neap.

XLII. Accuſat Papam quod abſolvat a juramento in caſu juſto. Ipſe ſacerdotes abſolvit a juramento caſtitatis.

Vigeſimum quartum errorem eſſe putas; quomodo Pontifex a juramento abſolvat, &c. Dudum novimus ex pontificio jure Papam non poſſe niſi in certis caſibus tollere jusjurandum. Et infra: *ſi intra te redieris habes, Pontificem in nullo juramento abſolvere poſſe neque debere, niſi ubi legitimam cauſam habet; ſed cum tam acer es cenſor pontificii juris, cur non intra te redis, qui religioſis duplici juramento obſtrictis licentiam das, ut ducant uxores, qui tamen volentes renuntiarunt matrimonio? & antea, ut plurimum, ſacerdotes non id fecerunt ex ignorantia, vi, vel aliquo metu inducti, ſed jam quando plenæ ætatis erant; non enim in ſacerdotes ordinantur niſi vigeſimum quintum annum attigerint: & quia ſponte vadunt, ac libere tria vota jurejurando promittunt, quare tu perjuros illos facis, oblitus Domini dicentis Matth.* v. Dictum eſt antiquis non perjurabis. Reddes autem Domino juramenta tua.

XLIII. Artic. XXV.

Vigeſimoquinto impudentiſſime repetiit, Pontificem nuncupata Deo vota tollere, & peccandi licentiam dare; cum ipſe Lutherus ob ſublata vota & datam peccandi licentiam damnatus ſit a Pontifice. Ad concitandos etiam ſuos in Pontificis odium mentitus eſt, inveniri ſub tit. de voto & voti redemptione, Papam eſſe ſupra Deum. Vigeſimo ſeptimo pari mentiendi libidine effutiit ſcriptum eſſe in jure pontificio; in matrimonio conſtitutum Deo ſervire non poſſe: quem errorem ſæpius damnatum a Romanis Pontificibus vidimus. At ferre non poterat ardens libidine apoſtata, monachos & moniales arceri a conjugio, cui ita reſpondit Faber.

Artic. XXVI.

Artic. XXVII.

XLIV. Æque in omnia concilia atque in Pontif. invectus Luth.

Sed quod viduas ac virgines Deo dicatas a lege thori in jure prohiberi comperimus; non eſt decretum ſolius Pontificis, ſed hac de re ſtatutum eſt in III. *Carthaginenſi concilio, in concilio Toletano* IV. *in concilio Martini, in concilio Triburienſi, in concilio Aurelianenſi, in concilio Chalcedonenſi, in Synodo Ancyritana: & tu non legiſti, quæ de velandis virginibus eccleſiæ primitivæ doctores tradidere nobis, maxime Tertullianus, qui pulcherrimum ſuper hac re edidit librum; & quod Pontifices ſanctique patres ſtatuerunt hoc, & Eccleſiæ doctoribus mirum in modum placuit: procul dubio noverunt illi Pontifices, quid Auguſtinus in libro de bono conjugali ſcripſerit: noverunt & quam dure reprehendantur hi, qui matrimonio detrahunt, ut eſt in libro de ſancta virginitate cap.* XVII. *& multi ſunt textus in decreto ex jam dictis Auguſtini libris deſumpti, qui profecto multis præconiis conjugia laudant. Quod ſi quidam prohibentur a ſacris ſuſcipiendis ordinibus, hoc fit ne priora vota ſint caſſa, aut ne bigamus contra verbum Apoſtoli miniſtret ad aras.*

XLV. Artic. XXVIII. Alia calumnia impudens.

Proponis dein miſero popello Papam ſuas leges facere evangelio pares. Memini ſcripſiſſe Gregorium cap. Erit autem. XV. *diſt. Sicut Sancti evangelii quatuor libros, ſic quatuor concilia ſuſcipere & venerari me fateor. Loquitur autem de Niceno, Conſtantinopolitano, Epheſino, & Chalcedonenſi conciliis. Sed quod aſſeris, per omnia Papam ſuas leges evangelio pares facere, certum non habeo nec invenio quod ullibi fecerit, aut ſtatuerit quidquam evangelio contrarium: tamen ſi quid ſtatuit, quod evangelicæ traditioni non contraluctabatur, dic qui tam naſutulus es, ubi prohibeat illi Chriſtus: quod ſi itidem Eccleſia fecit, calumniari non potes neque debebis. Quod nos dicimus ex evangelio habemus; quod tu prohibes ſuper arenam ædificatum eſt, &c.*

XLVI. Artic. XXIX. & XXX. Auctoritas ſacræ ſcripturæ a Romana eccleſia manavit.

Sed adhuc duo ſuperſunt articuli, quos in unum redigam, & maxime circa ſcripturæ ſacræ authoritatem & interpretationem. Nunquam invenies ex Romano Pontifice quemquam illis contraiviſſe, quæ D. Aurelius Auguſtinus toto libro de Chriſtiana doctrina poſt ſe ſcripta reliquit; & tu velis nolis fateri cogeris, quod Pontifices Hieronymi & reliquorum patrum

ſcri-

Digitized by Google

ſcripta ſic exoſculantur ut apud hos grandem injuriam is fecerit, qui contra nitatur: teſtatur hoc Gelaſius Papa, teſtantur & alii. Et unde fieri putas, quod evangelium Thadæi, Thomæ, Barnabæ, Bartholomæi, Andreæ, Nicodemi, & alii quamplurimi libri pro apocryphis habeantur? Nunquid non ſancti patres; & maxime Romani Pontifices, juſto judicio non receperunt? diu Romana fides Apoſtolo prædicante laudata eſt; nec veritus eſt dicere Cyprianus, ac ingenue profiteri, quod ad Romanos perfidia non poſſit habere acceſſum. Quid quod teſte eodem Cypriano Romana eccleſia Eccleſiæ catholicæ matrix ac radix dici meretur? Et Hieronymus hanc domum eſſe dixit: Quicumque extra eam agnum comederit, profanus ſit, immo ſi quis in hac arca non fuerit, peribit regnante diluvio. *Et idem Hieronymus inquit:* Si quis cathedræ Petri jungitur, meus eſt.

XLVII. *Insigne Lutheri mendacium nihil ambiguum eſſe in ſacra ſcriptura.* *Sed te non parum miror quod in præluſoria aſſertione tuorum articulorum ſanctis patribus tam parum tribuis, & qui ſole tuo ſenſu credis interpretari poſſe ſcripturam. Si nihil obſcuri, nihil ambigui divina ſcriptura habet, cur Origenes, cur Tertullianus in tot errores labuntur? cur tot hæreſes pullularunt & exortæ ſunt? cur oriens & occidens propter unum & alterum verbum a ſeſe receſſerunt? cur tanta diſſenſio patrum ſuper Ariana hæreſi, propter quam etiam ejecti ſunt epiſcopi non pauci? ſi clara erant omnia quid toties celebrata concilia?* *Si cuilibet judicare de ea licet reviviſcunt omnes hæreſes.* *Si cuilibet licuerit ſuo ſenſu judicare, nihil erit quod Nicæna ſynodus hæreſim damnavit Arianam; revocabitur Macedonii error in Conſtantinopolitano concilio damnatus, reviviſcet impietas Neſtorii Epheſi damnata, & Euthichetis & Dioſcori pravitas in Chalcedonenſi concilio detecta iterum totum turbabit orbem, comburemus opera Tertulliani, Irenæi, ac aliorum qui de hæreſibus diſſeruere non pauca; ſed non ſic impii, non ſic. Id inconcuſſe ſervemus, quod eſt apud Auguſtinum* XV. *de civitate Dei cap.* XXIII. *quod ſcripturas has ſervemus tanquam canonicas, quas nobis ſancti patres dederunt, quæ & ad nos certiſſima & notiſſima ſucceſſione venerunt: ſicuti diſcipulis euntibus in Emaus Dominus oculos aperuit, ut intelligerent ſcripturas, ita procul dubio ſanctiſſimi patres hanc a Domino gratiam meruerunt, ut potuerint intelligere ſcripturam; alioquin ſi a mille & pluribus annis Eccleſia erraſſet, ubi ſtabit*: Spiritus Sanctus docebit vos & ſuggeret omnia; *Et iterum*; Vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi, &c.

LXVIII. *Hæc eſt ſumma totius tuæ tragœdiæ, ut Pontificem non tantum e ſede dejicias, ſed & jugules, & ſacerdotes ipſos Dei miniſtros non tantum in æneum bovem mugientem velut alter Phalaris rejicias, ſed ut lanientur, & miſerrime trucidentur, ac confodiantur.* *Rabidæ Lutheri contumeliæ in Pont. Cum jubetur minimus ſacerdos quanto magis ſummus.* *Et miror ſub quo præceptore hoc ipſe didiceris, qui Pontificem Romanum appelles antichriſtum, Judam, tyrannum, luciferum, ac ipſiſſimum ſathanam toties voces. Non te hoc Chriſtus docuit: non eſt hæc quidem Paulina modeſtia. Non legiſti quod ſcriptum eſt Levit.* XX. *de ſacerdote etiam minori, ubi nos habemus:* Sit ergo ſanctus, quia ego ſanctus ſum; *Hæbraicum habet:* ſanctus ſit tibi, *hoc eſt hunc pro ſancto venerare, &c.*

XLIX. *Wicleffi & Joannis Hus libros ad ſe perferri jubet.* Neque illud ſilentio prætereundum videtur, Lutherum, qui antea Bohemos ob ſchiſma damnaverat in Lipſienſi diſputatione, Joannis Wicleffi & Joannis Hus hæreſiarcharum venenatos libros clam ad ſe perferendos curaſſe ex Bohemia; ex quibus omne peſtiferum virus exſuxit, illudque paravit in libro, quem contra ſeptem a Chriſto domino inſtituta ſacramenta conſcripſit hoc titulo prænotatum: *De captivitate Babylonica Eccleſiæ præludium Martini Lutheri*. *Impium librum edit de captivitate Babylonica.* Imitatus eſt ea in re Marcum Epheſinum, qui Græcanicum ſchiſma inſtauravit, calumniatuſque eſt, Græcos, qui conjungerentur Romanæ eccleſiæ in captivitatem Babylonicam abripi, qui poſtea cum a Romana eccleſia defeciſſent, amiſſo imperio in Turcicam ac vere Babylonicam captivitatem infeliciſſime prolapſi ſunt. In illo vero impio libro, ſive impietatum compendio, Lutherus Bohemos hæreticos ac Græcos ſchiſmaticos laudibus extulit; in Eccleſiam autem catholicam diabolico furore invectus eſt: de quo hæc Ulembergius (*a*) *Præludium ſane Babylonis hæreticæ, quam dum ædificavit Lutherus, plures in orbem Chriſtianum hæreſes invenit, quam linguas olim peperit illorum diſperſio, qui ſub exordio mundi turrim Babylonicam ædificarunt. Mirum vero quam fœde tumultuetur homo vertiginoſus, & ſpiritu erroris ebrius, in hoc libello: principio tria tantum ſacramenta, in fine duo, in medio unum, fidem ſcilicet & duo ſacramentalia ſigna ponit*. *Babylon. hæretica ab eo vere extructa.* Ex hac Lutheri in conſtituendo ſacramentorum numero inconſtantia & ambiguitate, demonſtrat Albertus Pius (*b*), illum non divino, sed maligno ſpiritu fuiſſe agitatum.

L. Addit Ulembergius (*c*), Lutherum dum nihil certi in illo pernicioſo ſuo libro de ſacramentorum numero ſtatuit, ſacramentum ordinis (quod ſcelus in alio libello defi-

(*a*) *Ulem. cap. 5.*

(*b*) *Albert. Pius in reſp. ad ep. 1. Eraſmi.*

(*c*) *Ulemb. eod. c. 5.*

deſignaſſe vidimus) ſuſtuliſſe : *Interim*, inquit; *velut ſcepticus omnia ſurſum deorſum volvit & diſputat : ſuſpenſum tenet lectoris animum, nec quidquam certum de ſacramentorum numero definit. Deinde repetit ea quoque, quæ de ſacerdotio in anteriore libello dixerat, prolixius idem inculcans, nullum in Eccleſia ſacerdotium eſſe præter unicum iſtud ſpirituale, quod baptizatis omnibus eſt commune. Subiungit & aliud quippiam quod in priore ſcripto velut intempeſtivum ſtudioſe diſſimulaverat, proferendum tamen ſuo tempore, quemadmodum nutu tum quidem inſinuabat, nullum ſcilicet in Euchariſtia ſacrificium agnoſcendum*. Et infra : *Eſt & illud obſervatu dignum, quod ſub initium huius præludii Babylonici voluiſſe ſe dicit hoc uno ſcripto reſpondere adverſariis in univerſum omnibus, quos deinceps præventurum ſe minatur, ut dum illi de una quadam hæreſi eu ſe nata triumphant, ipſe novam interim aliam parturiat. In fine vero rumorem ait ad ſe delatum de Pontificis decreto quodam in Germania brevi publicando, quo vel ad revocandos errores cogendus ſit, vel hæreticus declarandus : hoc ſi verum ſit, velle ſe dicit, ut hic libellus prima pars habeatur iſtius revocationis, alterum ſe propediem editurum talem certe, qualem hactenus Romana ſedes nec viderit unquam, nec audiverit. Hæc Lutherus, qui ſane quod de novis hæreſibus parturiendis minatur in eo fidem minime fefellit.*

Gloriatur novas ac novas hæreſes confictum.

Memorat etiam Joannes Eckius (*a*), Lutherum in eodem libro de captivitate Babylonica, hac illecebra peccatores permulſiſſe, nullum peccatum a fideli homine committi poſſe, modo fidem Lutheranam non abiiciat. *Quam impie & contra omnem rationem dixit Lutherus, baptizatum adeo eſſe locupletem & ubertim divitem, ut etiam volens non poſſit beatitudinem amittere quibuſcumque tandem peccatis, dummodo credat verbis & promiſſioni divinæ in baptiſmo: nam & Lutherus in eadem cum damnatis omnibus eſt navi erroris ſentiens, omnia alia peccata in momento abſorberi in fide, quæ habetur de verbo Dei, eo quod nullum peccatum damnare hominem poſſit præter infidelitatem. O crudelitatem! o inſignem truculentiſſimi iſtius animicidæ carnificinam! aut cur tandem dixerit Dominus* (*b*): Si vis ingredi ad vitam, ſerva mandata? *quid ſibi voluerit Paulus* (*c*) *dicens:* Modicum fermenti totam maſſam corrumpit? manifeſta ſunt enim opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuriæ, iræ, rixæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & iis ſimilia, quæ prædico vobis ſicut prædixi; quoniam qui talia agunt regnum Dei non conſequentur. *Ita & ſapiens* (*d*) *ait:* Via peccantium complanata lapidibus, & in finem illorum inferi, & tenebræ & pœnæ. *Ita Ezechiel* (*e*) *quoque:* Si averterit, *inquit*, ſe juſtus a juſtitia ſua, omnes juſtitiæ ejus, quas fecerat, non recordabuntur: *& impius iſte atque adeo Siculis tyrannis omnibus immanior Lutherus affirmare audet, omnia etiam peccata nihil nocere, modo quis credat. Errori huic omnes utriuſque teſtamenti ſcripturæ per diametrum adverſantur. Sapiens inquit* (*f*) *de homine peccatore :* Morietur quia non habuit diſciplinam*: non de fide tantum loquitur; quot enim Chriſtianorum millia damnantur, nihil juvante eos baptiſmo, diabolicum autem erroris huius inventum eſt, ipſique adeo dæmones virus iſtius hæreſis per Lutherum evomuerunt in detrimentum pœnitentiæ, confeſſionis, ſatisfactionis, aliorumque operum bonorum, quæ ipſe erat aboliturus in hoc ut plurium hominum procuraret damnationem*. Porro ad inſtillandum magis peccatoribus hunc errorem conſtabiliendumque, illum ſacras ſcripturas partim adulteraſſe partim laniaſſe inferius videbimus.

(*a*) *Jo. Ecki. hom.* 13. *de baptiſ.*

Horrenda Lutheri ſtudia ut perdat Chriſtianos. Fingit Lutherus baptizatum peccare non poſſe.

(*b*) *Matt.* 19.

(*c*) *Galat.* 5.

Refellitur ex ſacris ſcripturis.

(*d*) *Eccl.* 21.

(*e*) *Ezech.* 18.

(*f*) *Proverb.* 6.

Nondum tot flagitiorum fama percrebuerat, cum Leo Pontifex Lutherum quo- LI.
tidie in pejus ruentem, atque perituras cum eo animas ab errore conatus eſt eripere; propoſitoque edicto ipſum in jus vocavit. Extat illud (*g*) quod ob rei gravitatem hiſtoriæ inſerendum eſt; cum ex eo pateat quanta manſuetudine Eccleſia erga hunc apoſtatam nefandiſſimum uſa ſit, & quam varia & impia ejus dogmata fuerint.

(*g*) *Coclaus in ſcriptis Luther. hoc ann.*

Ad perpetuam rei memoriam.

Exurge Domine & judica cauſam tuam, memor eſto improperiorum tuorum eorum quæ ab inſipientibus fiunt tota die, inclina aurem tuam ad preces noſtras, quoniam ſurrexerunt vulpes quærentes demoliri vineam, cujus tu torcular calcaſti ſolus & aſcenſurus ad patrem ejus curam, regimen & adminiſtrationem Petro tanquam capiti & tuo vicario ejuſque ſucceſſoribus inſtar triumphantis eccleſiæ commiſiſti: exterminare nititur eam aper de ſylva & ſingularis ferus depaſcitur eam. Exurge Petre & pro paſtorali cura præfata tibi ut præfertur divinitus demandata intende in cauſam ſanctæ Romanæ eccleſiæ matris omnium eccleſiarum ac fidei magiſtræ, quam tu jubente Deo tuo ſanguine conſecraſti, contra quam, ſicut tu præmonere dignatus es, inſurgunt magiſtri mendaces introducentes ſectas perditionis ſibi celerem interitum ſuperducentes, quorum lingua ignis eſt inquietum malum plena veneno morti-

fero, qui zelum amarum habentes & contentiones in cordibus ſuis gloriantur & mendaces ſunt adverſus veritatem. Exurge tu quoque quæſumus Paule, qui eam tua doctrina & pari martyrio illuminaſti atque illuſtraſti: jam enim ſurgit novus Porphyrius, quia ſicut ille olim ſanctos Apoſtolos injuſte momordit, ita hic ſanctos Pontifices prædeceſſores noſtros contra tuam doctrinam eos non obſecrando, ſed increpando mordere, lacerare ac ubi cauſæ ſuæ diffidit ad convitia accedere non veretur, more hæreticorum, quorum, ut inquit Hieronymus, ultimum præſidium eſt, ut cum conſpiciant cauſas ſuas damnatum iri, incipiant virus ſerpentis lingua diffundere, & cum ſe victos conſpiciant ad contumelias proſilire. Nam licet hæreſes eſſe ad exercitationem fidelium tu dixeris oportere, eas tamen ne incrementum accipiant, neve vulpeculæ coaleſcant, in ipſo ortu te intercedente & adjuvante extingui neceſſe eſt.

LII. *Exurgat omnis ſanctorum, ac reliqua univerſalis Eccleſia, cujus vera ſacrarum literarum interpretatione poſthabita, quidam quorum mentem pater mendacii excæcavit, ex veteri hæreticorum inſtituto apud ſemetipſos ſapientes, ſcripturas eaſdem aliter, quam Spiritus Sanctus flagitet, proprio dumtaxat ſenſu ambitionis auræque popularis cauſa, teſte Apoſtolo, interpretantur, immo vero torquent & adulterant, ita ut juxta Hieronymum, jam non ſit evangelium Chriſti ſed hominis, aut quod pejus eſt diaboli: exurgat inquam præfata Eccleſia ſancta Dei, & una cum beatiſſimis Apoſtolis apud Deum omnipotentem intercedat, ut purgatis ovium ſuarum erroribus eliminatiſque a fidelium finibus hæreſibus univerſis, Eccleſiæ ſuæ ſanctæ pacem & unitatem conſervare dignetur.*

LIII. *Dudum, quod præ animi anguſtia & mœrore exprimere vix poſſumus, fide dignorum relatu ac fama publica referente ad noſtrum pervenit auditum, immo vere, proh dolor! oculis noſtris vidimus ac legimus multos & varios errores quoſdam, videlicet jam per concilia ac prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones damnatos, hæreſim etiam Græcorum & Bohemicam expreſſe continentes: alios vero vel reſpective hæreticos, vel falſos, vel ſcandaloſos, vel piarum aurium offenſivos, vel ſimplicium mentium ſeductivos a falſis fidei cultoribus, qui per ſuperbam curioſitatem mundi gloriam cupientes contra Apoſtoli doctrinam plus ſapere volunt, quam oporteat; quorum garrulitas, ut inquit Hieronymus, ſine ſcripturarum authoritate non haberet fidem, niſi viderentur perverſam doctrinam etiam divinis teſtimoniis, male tamen interpretatis, roborare: a quorum oculis Dei timor receſſit, humani generis hoſte ſuggerente noviter ſuſcitatos, & nuper apud quoſdam leviores in inclyta natione Germanica ſeminatos: quod eo magis dolemus eveniſſe, quod eandem nationem & nos & prædeceſſores noſtri in viſceribus ſemper geſſerimus charitatis; nam poſt tranſlatum ex Græcis a Romana eccleſia in eoſdem Germanos imperium, iidem prædeceſſores noſtri & nos ejuſdem eccleſiæ advocatos defenſoreſque ex eis ſemper accepimus; quos quidem Germanos catholicæ veritatis vere germanos conſtat hæreſum acerrimos propugnatores ſemper fuiſſe: cujus rei teſtes ſunt laudabiles illæ conſtitutiones Germanorum Imperatorum pro libertate Eccleſiæ, proque expellendis exterminandiſque ex omni Germania hæreticis ſub graviſſimis pœnis, etiam amiſſionis terrarum & dominiorum contra receptatores vel non expellentes olim edita, & a noſtris prædeceſſoribus confirmatæ, quæ ſi hodie ſervarentur, & nos & ipſi utique hac moleſtia careremus: teſtis eſt in concilio Conſtantienſi Huſſitarum ac Wicleſiſtarum, nec non Hieronymi Pragenſis damnata ac punita perfidia: teſtis eſt toties contra Bohemos Germanorum ſanguis effuſus: teſtis denique eſt prædictorum errorum, ſeu multorum ex eis, per Colonienſem & Lovanienſem univerſitates, utpote agri dominici piiſſimas religioſiſſimaſque cultrices, non minus docta quam vera ac ſancta confutatio, reprobatio, & damnatio: multa quoque alia allegare poſſemus, quæ, ne hiſtoriam texere videamur, prætermittenda cenſuimus. Pro paſtoralis igitur officii divina gratia nobis injuncti cura, quam gerimus, prædictorum errorum virus peſtiferum ulterius tolerare ſeu diſſimulare ſine Chriſtianæ religionis nota, atque orthodoxæ fidei injuria nullo modo poſſumus: eorum autem errorum aliquos præſentibus duximus inſerendos quorum tenor ſequitur, & eſt talis. I. Hæretica ſententia eſt, ſed uſitata, ſacramenta novæ legis juſtificantem gratiam illis dare, qui non ponunt obicem. II. In puero poſt baptiſmum negare remanens peccatum, eſt Paulum & Chriſtum ſimul conculcare. III. Fomes peccati, etiamſi nullum adſit actuale peccatum, moratur exeuntem a corpore animam ab ingreſſu cæli. IV. Imperfecta charitas morituri fert ſecum neceſſario magnum timorem, qui ſe ſolo ſatis eſt facere pœnam purgatorii, & impedit introitum regni V. Tres eſſe partes pœnitentiæ, contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem non eſt fundatum in ſacra ſcriptura, nec in antiquis ſanctis Chriſtianis doctoribus.*

Ut varii errores a Luthero diſſeminati ſint.

Germani olim fidei propugnatores maximi.

VI.

by Google

VI. *Contritio, quæ paratur per diſcuſſionem, collectionem, & deteſtationem peccatorum, qua quis recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorum gravitatem, multitudinem, fœditatem, amiſſionem æternæ beatitudinis, ac æternæ damnationis acquiſitionem, hæc contritio facit hypocritam, immo magis peccatorem.* VII. *Veriſſimum eſt proverbium, & omnium doctrina de contritionibus huc uſque data præſtantius, de cætero non facere ſumma pœnitentia, optima pœnitentia, nova vita.* VIII. *Nullo modo præſumas confiteri peccata venialia, ſed nec omnia mortalia, quia impoſſibile eſt, ut mortalia cognoſcas; unde in primitiva Eccleſia ſolum manifeſta mortalia confitebantur.* IX. *Dum volumus omnia pure confiteri, nihil aliud facimus, quam quod miſericordiæ Dei nihil volumus relinquere ignoſcendum.* X. *Peccata non ſunt ulli remiſſa, niſi remittente ſacerdote credat ſibi remitti; immo peccatum maneret niſi remiſſum crederet; non enim ſufficit remiſſio peccati & gratiæ donatio, ſed oportet etiam credere eſſe remiſſum,* XI. *Nullo modo confidas abſolvi propter tuam contritionem, ſed propter verbum Chriſti:* Quodcumque ſolveris, &c. *Hic inquam confide ſi ſacerdotis obtinueris abſolutionem, & crede fortiter te abſolutum; & abſolutus vere eris, quidquid ſit de contritione.* XII. *Si per impoſſibile confeſſus non eſſet contritus, aut ſacerdos non ſerio, ſed joco abſolveret, ſi tamen credat ſe abſolutum veriſſime eſt abſolutus.* XIII. *In ſacramento pœnitentiæ ac remiſſione culpæ non plus facit Papa aut epiſcopus, quam infimus ſacerdos; immo ubi non eſt ſacerdos, æque tantum quilibet Chriſtianus, etiam ſi mulier, aut puer eſſet.* XIV. *Nullus debet ſacerdoti reſpondere ſe eſſe contritum, nec ſacerdos requirere.* XV. *Magnus eſt error eorum, qui ad ſacramenta Euchariſtiæ accedunt huic innixi, quod ſint confeſſi, quod non ſint ſibi conſcii alicujus peccati mortalis; quod præmiſerint orationes ſuas & præparatoria: omnes illi judicium ſibi manducant & bibunt, ſed ſi credant & confidant ſe gratiam ibi conſecuturos, hæc ſola fides facit eos puros & dignos.* XVI. *Conſultum videtur quod Eccleſia in communi concilio ſtatueret, laicos ſub utraque ſpecie communicandos; nec Bohemi communicantes ſub utraque ſpecie ſunt hæretici, ſed ſchiſmatici.* XVII. *Theſauri Eccleſiæ, unde Papa dat indulgentias, non ſunt merita Chriſti, & ſanctorum.* XVIII. *Indulgentiæ ſunt piæ fraudes fidelium, & remiſſiones bonorum operum, & ſunt de numero eorum, quæ licent, & non de numero eorum, quæ expediunt.* XIX. *Indulgentiæ his, qui veraciter eas conſequuntur, non valent ad remiſſionem pœnæ pro peccatis actualibus debitæ ad divinam juſtitiam.* XX. *Seducuntur credentes indulgentias eſſe ſalutares, & ad fructum ſpiritus utiles.* XXI. *Indulgentiæ neceſſariæ ſunt ſolum publicis criminibus, & proprie conceduntur duris ſolummodo, & impatientibus.* XXII. *Sex generibus hominum indulgentiæ nec ſunt neceſſariæ nec utiles, videlicet mortuis ſeu morituris, infirmis, legitime impeditis, his qui non commiſerunt crimina, his qui crimina commiſerunt ſed non publica, his qui meliora operantur.* XXIII. *Excommunicationes ſunt tantum externæ pœnæ, nec privant hominem communibus ſpiritualibus Eccleſiæ orationibus.* XXIV. *Docendi ſunt Chriſtiani plus diligere excommunicationem quam timere.* XXV. *Romanus Pontifex Petri ſucceſſor non eſt Chriſti vicarius ſuper omnes mundi eccleſias ab ipſo Chriſto in beato Petro inſtitutus.* XXVI. *Verbum Chriſti ad Petrum:* Quodcumque ſolveris ſuper terram, &c. *extenditur duntaxat ad ligata ab ipſo Petro.* XXVII. *Certum eſt in manu Eccleſiæ aut Papæ prorſus non eſſe ſtatuere articulos fidei, immo nec leges morum ſeu bonorum operum.* XXVIII. *Si Papa cum magna parte Eccleſiæ ſic vel ſic ſentiret, nec etiam erraret, adhuc non eſt peccatum aut hæreſis contrarium ſentire, præſertim in re non neceſſaria ad ſalutem, donec fuerit per concilium univerſale alterum reprobatum, alterum approbatum.* XXIX. *Via nobis facta eſt enervandi authoritatem conciliorum, & libere contradicendi eorum geſtis, & judicandi eorum decreta, & confidenter confitendi quidquid verum videtur, ſive probatum fuerit, ſive reprobatum a quocumque concilio.* XXX. *Aliqui articuli Joannis Huſz condemnati in concilio Conſtantienſi ſunt Chriſtianiſſimi, veriſſimi, & evangelici, quos nec univerſalis Eccleſia poſſet damnare* XXXI. *In omni opere bono juſtus peccat.* XXXII. *Opus bonum optime factum eſt veniale peccatum.* XXXIII. *Hæreticos comburi eſt contra voluntatem Spiritus.* XXXIV. *Præliari adverſus Turcas, eſt repugnare Deo viſitanti iniquitates noſtras per illos.* XXXV. *Nemo eſt certus ſe non ſemper peccare mortaliter propter occultiſſimum ſuperbiæ vitium* XXXVI. *Liberum arbitrium poſt peccatum eſt res de ſolo titulo, & dum facit quod in ſe eſt peccat mortaliter.* XXXVII. *Purgatorium non poteſt probari ex ſacra Scriptura, quæ ſit in canone.* XXXVIII. *Animæ in purgatorio non ſunt ſecuræ de earum ſalute, ſaltem omnes; nec probatum eſt ullis aut rationibus aut ſcripturis ipſas eſſe extra ſtatum merendi aut augendæ charitatis.* XXXIX. *Ani-*

mæ in Purgatorio peccant ſine intermiſſione, quandiu quærunt requiem & horrent pœnas. XL. Animæ ex purgatorio liberatæ ſuffragiis viventium minus beantur, quam ſi per ſe ſatisfeciſſent. XLI. Prælati eccleſiaſtici & principes ſæculares non male facerent ſi omnes ſaccos mendicitatis delerent.

LIV. Qui quidem errores reſpective quam ſint peſtiferi, quam pernicioſi, quam ſcandaloſi, quam piarum & ſimplicium mentium ſeductivi, quam denique ſint contra omnem charitatem ac ſanctæ Romanæ eccleſiæ matris omnium fidelium, & magiſtræ fidei reverentiam atque nervum eccleſiaſticæ diſciplinæ, obedientiam ſcilicet, quæ fons eſt & origo omnium virtutum, ſine qua facile unuſquiſque infidelis eſſe convincitur, nemo ſane mentis ignorat. Nos igitur in præmiſſis, utpote graviſſimis, propenſius, ut decet, procedere, necnon hujuſmodi peſti morboque cancroſo, ne in agro dominico tanquam vepris nociva ulterius ſerpat, viam præcludere cupientes, habita ſuper prædictis erroribus & eorum ſingulis diligenti trutinatione, diſcuſſione, ac diſtricto examine, maturaque deliberatione, omnibuſque rite penſatis ac ſæpius ventilatis cum venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, ac regularium ordinum prioribus, ſeu miniſtris generalibus, pluribuſque aliis ſacræ theologiæ, necnon utriuſque juris profeſſoribus ſive magiſtris, & quidem peritiſſimis, reperimus eoſdem errores reſpective, ut præfertur, aut articulos non eſſe catholicos, nec tanquam tales eſſe dogmatizandos; ſed contra Eccleſiæ catholicæ doctrinam ſive traditionem, atque ab ea veram divinarum ſcripturarum receptam interpretationem, cujus authoritati ita acquieſcendum cenſuit Auguſtinus, ut dixerit ſe evangelio non fuiſſe crediturum, niſi Eccleſiæ catholicæ interveniſſet authoritas: nam ex eiſdem erroribus, vel eorum aliquo, vel aliquibus palam ſequitur, eandem Eccleſiam, quæ Spiritu Sancto regitur, errare & ſemper erraſſe: quod eſt utique contra illud quod Chriſtus diſcipulis ſuis in aſcenſione ſua, ut in ſancto evangelio Matthæi legitur, promiſit dicens: Ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi; necnon contra ſanctorum patrum determinationes, conciliorum quoque & ſummorum Pontificum expreſſas ordinationes ſeu canones, quibus non obtemperaſſe omnium hæreſum & ſchiſmatum, teſte Cypriano, fomes & cauſa ſemper fuit.

Ut diligenter diſcuſſi fuerint Lutheri articuli.

LV. De eorundem itaque venerabilium fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, ac omnium & ſingulorum prædictorum matura deliberatione prædicta, authoritate omnipotentis Dei & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & noſtra præfatos omnes & ſingulos articulos ſeu errores tanquam, ut præmittitur, reſpective hæreticos, aut ſcandaloſos, aut falſos, aut piarum aurium offenſivos, vel ſimplicium mentium ſeductivos, & veritati catholicæ obviantes, damnamus, reprobamus, atque omnino reiicimus, ac pro damnatis, reprobatis, & rejectis ab omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus haberi debere, horum ſerie decernimus & declaramus. Interjectis nonnullis quibus conſtitutæ in hæreticos pœnæ decernuntur adverſus eorum articulorum propugnatores, judices eccleſiaſticos & laicos juſſos leges in eos exercere, additur.

LVI. Cæteri Lutheri libelli prohibiti.

Inſuper quia errores præfati, & plures alii continentur in libellis ſeu ſcriptis Martini Luther, dictos libellos, & omnia dicti Martini ſcripta, ſeu prædicationes in Latino, vel quocumque alio idiomate reperiantur, in quibus dicti errores, ſeu eorum aliquis continentur, ſimiliter damnamus, reprobamus atque omnino reiicimus, & pro damnatis, reprobatis, ac rejectis, ut præfertur, haberi volumus, mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœnis prædictis eo ipſo incurrendis, omnibus & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus ſuperius nominatis, ne hujuſmodi ſcripta, libellos, prædicationes, ſeu ſchedulas vel in eis contenta capitula, errores, aut articulos ſupradictos continentia legere, aſſerere, prædicare, laudare, imprimere, publicare, ſive defendere per ſe vel alium, ſeu alios directe, vel indirecte, tacite vel expreſſe, publice vel occulte, aut in domibus ſuis ſive aliis publicis vel privatis locis tenere quoquo modo præſumant; quinimmo illa ſtatim poſt harum publicationem ubicumque fuerint, per ordinarios & alios ſupradictos diligenter quæſita publice & ſolemniter in præſentia cleri & populi ſub omnibus & ſingulis ſupradictis pœnis comburant.

LVII. Ut Lutherus benigne ad reſipiſcentiam vocatus ſit.

Quod vero ad ipſum Martinum attinet, bone Deus quid prætermiſimus quid non fecimus, quid paternæ charitatis omiſimus ut eum ab hujuſmodi erroribus revocaremus? poſtquam enim ipſum citavimus, mitius cum eo procedere volentes, illum invitavimus atque tam per diverſos tractatus cum legato noſtro habitos, quam per literas noſtras hortati fuimus, ut a prædictis erroribus diſcederet, aut oblato etiam ſalvo conductu & pecunia ad iter neceſſaria, ſine metu, ſeu timore aliquo, quem perfecta charitas foras mittere debuit, veniret, ac Salvatoris noſtri Apoſtolique Pauli exemplo, non occulto, ſed palam & in facie loqueretur; quod ſi feciſſet pro cer-

to,

to, ut arbitramur, ad cor reverſus errores ſuos cognoviſſet, nec in Romana curia quam tantopere vanis malevolorum rumoribus pluſquam oportuit tribuendo vituperat, tot reperiſſet errata; docuiſſem uſque eum luce clarius, ſanctos Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, quos præter omnem modeſtiam injurioſe lacerat in ſuis canonibus, ſeu conſtitutionibus, quas mordere nititur, numquam erraſſe; quia juxta prophetam, nec in Galaad reſina, nec medicus deeſt. Sed obaudivit ſemper, & prædicta citatione omnibus & ſingulis ſupradictis ſpretis, venire contempſit, ac uſque in præſentem diem contumax, atque animo indurato cenſuras ultra annum ſuſtinuit; & quod deterius eſt, addens mala malis, de citatione hujuſmodi notitiam habens in vocem temerariæ appellationis prorupit ad futurum concilium contra conſtitutionem Pii II. ac Julii II. prædeceſſorum noſtrorum, qua cavetur taliter appellantes hæreticorum pœna plectendos. Fruſtra etiam concilii auxilium imploravit, qui illi ſe non credere palam profitetur; ita ut contra ipſum tamquam de fide notorie ſuſpectum, immo vere hæreticum abſque ulteriori citatione vel mora ad condemnationem & damnationem ejus tanquam hæretici, ac ad omnium & ſingularum ſupraſcriptarum pœnarum & cenſurarum ſeveritatem procedere poſſemus.

Ejuſdem inſignis contumacia.

LVIII. Nihilominus de eorumdem fratrum noſtrorum conſilio, omnipotentis Dei imitantes clementiam, qui non vult mortem peccatoris, ſed magis ut convertatur & vivat, omnium injuriarum hactenus nobis & Apoſtolicæ ſedi illatarum obliti, omni qua poſſumus pietate uti decrevimus, & quantum in nobis eſt agere, ut propoſita manſuetudinis via ad cor revertatur & a prædictis recedat erroribus, ut ipſum tanquam filium illum prodigum ad gremium eccleſiæ revertentem benigne recipiamus. Ipſum igitur Martinum & quoſcumque ei adhærentes, ejuſque receptatores & fautores per viſcera miſericordiæ Dei noſtri & per aſperſionem ſanguinis domini noſtri Jeſu Chriſti, quo & per quem humani generis redemptio & ſanctæ matris eccleſiæ ædificatio facta eſt, ex toto corde hortamur & obſecramus, ut ipſius eccleſiæ pacem, unitatem, veritatem, pro qua ipſe Salvator tam inſtanter oravit ad patrem turbare deſiſtant & a prædictis tam pernicioſis erroribus prorſus abſtineant, inventuri apud nos ſi effectualiter paruerint, & paruiſſe per legitima documenta nos certificaverint, paternæ charitatis affectum, & apertum manſuetudinis & clementiæ fontem. Inhibentes nihilominus eidem Martino ex nunc, ut interim ab omni prædicatione ſeu prædicationis officio omnino deſiſtat; alioquin in ipſum Martinum ſi forte juſtitiæ & virtutis amor a peccato non retrahat, indulgentiæque ſpes ad pœnitentiam non reducat, pœnarum terror coerceat diſciplinæ: eundem Martinum ejuſque adhærentes, complices, fautores & receptatores tenore præſentium requirimus & monemus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub prædictis omnibus & ſingulis pœnis eo ipſo incurrendis diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus infra ſexaginta dies, quorum viginti pro primo, viginti pro ſecundo & reliquos viginti dies pro tertio & peremptorio termino aſſignamus ab affixione præſentium in locis infraſcriptis immediate ſequentes numerandos, ipſe Martinus, complices fautores adhærentes & receptatores prædicti a præfatis erroribus eorumque prædicatione ac publicatione & aſſertione, defenſione quoque & librorum ſeu ſcripturarum editione ſuper eiſdem ſive eorum aliquo omnino deſiſtant, libroſque ac ſcripturas omnes & ſingulas præfatos errores ſeu eorum aliquos quomodolibet continentes comburant, vel comburi faciant; ipſe etiam Martinus errores & aſſertiones hujuſmodi omnino revocet, ac de revocatione hujuſmodi per publica documenta in forma juris valida in manibus duorum prælatorum conſignata ad nos infra alios ſimiles ſexaginta dies tranſmittenda, vel per ipſummet [ſi ad nos venire voluerit, quod magis placeret] cum præfato pleniſſimo ſalvo conductu, quem ex nunc concedimus, deferenda, nos certiores efficiat, ut de ejus vera obedientia nullus dubitationis ſcrupulus valeat remanere.

Iterum Luthero & ſequacibus propoſita erroris venia.

Peremptoria dies iis præfixa.

Alias ſi (quod abſit) Martinus præfatus, complices, fautores, adhærentes & receptatores prædicti ſecus egerint, ſeu promiſſa omnia & ſingula infra terminum prædictum cum effectu non adimpleverint, Apoſtoli imitantes doctrinam, qui hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correptionem vitandum docuit, ex nunc prout ex tunc & e converſo eundem Martinum, complices adhærentes, fautores & receptatores præfatos & eorum quemlibet tanquam aridos palmites in Chriſto non manentes, ſed doctrinam contrariam catholicæ fidei inimicam ſive ſcandaloſam ſeu damnatam, in non modicam offenſam divinæ majeſtatis ac univerſalis Eccleſiæ & fidei catholicæ detrimentum & ſcandalum dogmatizantes, claves quoque eccleſiæ vilipendentes, notorios & pertinaces hæreticos eadem authoritate fuiſſe & eſſe declarantes, eoſdem ut tales harum ſerie condemnamus, & eos pro talibus haberi ab omnibus utriuſque ſexus Chriſti fidelibus ſupradictis volumus LIX.

In pertinaces ut in hæreticos animadverti juſſum.

& man-

& mandamus; eoſque omnes & ſingulos omnibus ſupradictis & aliis contra tales a jure inflictis pœnis præſentium tenore ſubjicimus, & eiſdem irretitos fuiſſe & eſſe decernimus & declaramus. Inhibemus præterea ſub omnibus & ſingulis præmiſſis pœnis eo ipſo incurrendis, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus ſuperius nominatis, ne ſcripta etiam præfatos errores non continentia ab eodem Martino quomodolibet condita vel edita aut condenda vel edenda, ſeu eorum aliqua tanquam ab homine orthodoxæ fidei inimico atque ideo vehementer ſuſpecta, & ut ejus memoria omnino deleatur de Chriſtifidelium conſortio, legere, aſſerere, prædicare, laudare, imprimere, publicare, ſive defendere per ſe vel alium ſeu alios directe vel indirecte, tacite vel expreſſe, publice vel occulte, ſeu in domibus ſuis, ſive aliis locis publicis vel privatis tenere quoquo modo præſumant; quinimmo illa comburant, ut præfertur &c. Moniti præterea omnes Chriſti fideles objecta anathematis religione, ut condicti temporis flexu defugiant, nec ullum cum iis commercium ineant: data mandata archiepiſcopis, epiſcopis, præſulibus, Regibus, ſeptemviris, cæſareis principibus, ac magiſtratibus, ut Lutherum & ſectatores comprehendant: loca ad quæ illi ſe contulerint interdicto ſubjecta: juſſi etiam præſules eoſdem hæreticos promulgare: omnibuſque eam promulgationem impedituris cenſurarum pœnæ intentatæ. *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MDXX.* XVII. *kal. junii pontificatus noſtri anno* VIII. [1]

Data de Luthero comprehendendo imperia.

Pro-

NOTÆ [1] HAc pontificis bulla exaſperatus Lutherus epiſtolam dedit injuriis & maledictis refertiſſimam, ſignatam hoc anno die VI. ſeptembris, ſimulque eodem ipſo tempore, ait Cochlæus in *invectiva in duas epiſtolas Lutheri*, libellum vulgavit Germanicum de Miſſa & Euchariſtiæ ſacramento. His vero Lutheri libellis ſimul & pontificis bulla veluti claſſicum datum eſt, quo viri plures per orbem eruditi libris & ſcriptis ad oppugnandum hæreticum excitarentur. Si tamen Joannem Eckium & Hieronymum Emſerum excipias, quos nonnullos in Lutherum libellos ambos ante hoc tempus ediidiſſe non abnuo; quin & Sylveſtrum, (nempe de Prierate) ac Minoritam quemdam Lutheri adverſarios, quorum meminit Cochlæus in eadem invectiva ſequenti anno 1521. die XX. januarii ſcripta. Anno etiam 1520. Joannes Schleinitzius Miſnenſis epiſcopus ſcripto quodam Lutherum reum poſtulavit de traducto Euchariſtiæ dogmate, teſte Georgio Spalatino in Annal. His paucis exceptis reliqua omnia ſcripta nonniſi ſequenti anno prodire cœperunt. Inter Miſcellanea in cauſa religionis a Joanne Cochlæo digeſta, quæ in unum collecta prodierunt Ingolſtadii, anno 1545. ejuſdem Joannis Cochlæi prima in Lutherum lucubratio data eſt die XX. januarii anni ſequentis 1521. eodemque anno Henricus VIII. ſeptem Eccleſiæ ſacramenta adverſus Lutherum defendit, cui alterum Anglia eodem anno dedit adverſarium Joannem Roffenſem epiſcopum, qui *confutationem* edidit *aſſertionis Lutheranæ*, cui demum operi alias ſubinde & alias ejuſdem argumenti lucubrationes ſuccedentibus annis adjecit. Tantus profecto fidei ardor univerſam Europam repente corripuit, ut intra paucos annos ſcripti in Lutherum libri creverint in immenſum. Viros ſummos qui eo in genere claruerunt enumerat Joannes Roffenſis in Anglia epiſcopus, in libro *de veritate Corporis & Sanguinis Chriſti in Euchariſtia*, quem Coloniæ anno 1527. (poſt exortam hæreſim decennio) vulgavit. Ita enim ille in præfat. lib. I. *Adſunt indigenæ complures, qui negocium iſtud agant ingenti ſtudio; & Eraſmus in primis qui partes Eccleſiæ catholicæ cuique ſectandum invictiſſime docet. Joannes item Cochlæus vir pro fide catholica zelantiſſimus. Joannes Eckius quem in Anglia vidiſſe pergratum fuit. Hieronymus Emſerus, vir eruditus & gravis, Joannes Faber, Gaſpar Satzgerus, Joannes Dritembergus. Neque deſunt eis externi, inter quos & illuſtriſſimus Angliæ Rex Henricus ejus nominis VIII. numeretur, qui cum hæreticis iſtis egregie dimicans, ob id cognomentum defenſoris fidei meritò ſortitus eſt. Ejus exempla complures animoſi ſcripſerunt, e quibus Thomas Morus eques auratus, moribus & ingenio candidiſſimus, neque minori præſtans eruditione; tametſi negociis Regis & Regni graviſſimis occupatus ſit. Joannes item Paulinus Theologus non vulgaris, Gulielmus Meltonus Eboracenſis Eccleſiæ Cancellarius Theologus eximius, qui de quibuſdam capitibus hæreſum Lutheri ſcripſit: Sed liber ejus non dum prælo commiſſus eſt, ſicut & aliorum plurimi. Habent ex Gallia Jodocum Clichtoveum, Stephanumque Longolium. Ex Flandria Jacobum Lathomum; ex Italia denique Ambroſium Catharinum.* Hæc Roffenſis Epiſcopus, cujus teſtimonium de Eraſmo animadverſione dignum arbitror, cum Aonaliſta Eraſmum tamquam patronum & fautorem Lutheri inducat. Nec ſane abnuendum eſt, in exordio hæreſis in Lutherum inclinaſſe illum, eatum non quidem catholicam fidem, ſed qui in Eccleſiam irrepſerant abuſus ab eo impugnari. Qua de cauſa exordiente hæreſi viri plures ceteroqui catholici in favorem Lutheri per errorem adducti ſunt; eoque nomine illos utcomque excuſat Ambroſius Catharinus in libro, ſequenti anno ineunte edito Florentiæ inſcriptoque: *Excuſatio diſputationis contra Martinum Lutherum*, cujus hæc ſunt verba: *Principio hic etiam apud nos cum pauca de ſuis* (Lutherus) *invulgaſſet, neque adhuc prorſus intellecta, neque vulgo ſatis perſpecta, nonnullos hominum, partim animi levitate ad omnem doctrinæ ventum volubiles, partim ſua falſa ſcientia perſuaſione imbutos, facile ad contentionem flexibiles; plures vero per odium jampridem in Dei ſacerdotes ex falſo juſtitiæ conceptum, ſua ſponte perſuaderi facile paratos, nonnihil potuit* (Lutherus) *commovere. At vero nunc ..... cum omnis populus permonſtruoſas ejus inſanias capere facile potuerit, nemo quiſquam jam ſupereſt.* Nec ſane defuit Eraſmus, quin cum his deceptus, cum his pariter veritatem agnoverit. Ex quo factum eſt ut inter Leonis X. amicos & laudatores ab ipſomet Cochlæo in invectiva ſequentis anni exordio ſcripta, Eraſmus commemoraretur: *Quære ex Eraſmo qui de Leone X. plura & vere magnifica ſcripſit.* Adrianus vero VI Leonis ſucceſſor, inter eximios Eraſmi laudatores merito recenſeri poteſt, cum in epiſtola ad eumdem ſcripta anno 1518.

ejus

LX. Promulgandi hujus edicti provinciam datam fuiſſe Joanni Eckio, & Hieronymo Aleandro, refert Ulembergius (*a*): *Pontifex*, inquit, *Joannem Eckium & Hieronymum Aleandrum virum doctiſſimum commiſſarios fecit, eiſque dedit in mandatis, ut in Germania decretum hoc exequerentur. Eckius igitur ex Italia reverſus domum, bullam hanc uti conſtitutum erat a Pontifice, tribus epiſcopis Witembergæ vicinioribus Miſnenſi, Merſeburgenſi, & Brandeburgenſi tranſmiſit, valvis eccleſiarum affigendam: qui Pontifici continuo paruerunt. Miſit ejuſdem decreti exemplar impreſſum Romæ & notarii publici manu confirmatum rectori & profeſſoribus academiæ Wittembergenſis, eoſque per literas monuit octobris die tertio exaratas, ut parerent Apoſtolicæ ſedis mandato, nec articulos in eo damnatos a quoquam in univerſitate ſua doceri permitterent: niſi id fieret, futurum ut quas haberent a Pontifice immunitates & privilegia, iis omnibus ſpoliarentur. Aberat tum Fridericus elector Aquiſgranum evocatus, ut Imperatori novo Carolo V. corona imperii ſuſcepturo aſſiſteret.*

(*a*) *Ulember. in actis & rebus geſtis Luther. c.5.*

Quibus edicti promulgandi commiſſa provincia.

Igitur rector & profeſſores univerſitatis territi nonnihil, & inopes conſilii rem totam principi perſcripſerunt: qui XVIII. *novembris ex itinere cum in Haſſia eſſet, ita reſpondit, ut ſuſpenſos eos ac dubios relinquere videretur.* Ita Wittembergenſes academici cognito principis erga Lutherum ſtudio, hæreſiarchæ nefando ſe conjunxere. Quid vero cum Saxone egerit Pontifex, ut Lutherus coerceretur judicio, ſubjungit author (*b*): *Eckius interea ad fratrem Friderici Joannem Saxoniæ ducem, qui domi remanſerat, literas dedit octobris die* VI. *ſcriptas, quibus adjunxit decretum condemnationis, & breve quoddam, ut vocant Leonis X. ad electorem ipſum, in quo Pontifex Friderici pietatem, & prudentiam commendat, quod hactenus Lutheri cauſæ non ſit patrocinatus: monet etiam ut juſtis adhortationibus in viam reducat hominem perditum, vel recalcitrantem elapſo termino, quem decretum conſtituit, tanquam hæreticum legitime declaratum cuſtodiæ mancipet, donec de ipſo quod juſtum ſit ſecundum Eccleſiæ decreta conſtituatur.* Foverat etiam tum elector diſſimulanter Lutherum; at deinceps impiorum ſuſurris faſcinatus aperte texit, atque internuntiorum apoſtolicorum petita juſta eluſit, derivata in Eckium culpa, qui nimio, ut ajebat ipſe ardore alios una cum Luthero eadem cauſa implicuiſſet.

(*b*) *Ulemb. eod. c.5.*

Friderico monita data.

LXI. *Cum Fridericus elector*, inquit Ulembergius (*c*), *Aquiſgrano reverſus Coloniæ ad dies aliquot ſubſiſteret, per Marinum Caracciolum & Hieronymum Aleandrum ſedis apoſtolicæ nuntios interpellatus fuit initio novembris, ut pro ſua majorumque Saxoniæ ducum erga ſedem Romanam obſervantia, decreti nuper in Lutherum editi executionem promoveret, atque daret operam, ut Lutherus in viam rediret, vel ſi mentem haberet in erroribus obduratam pœnis in eodem decreto conſtitutis afficeretur. Reſpondit princeps, ſemper hoc ſibi quidem ſtudio fuiſſe, ut laudatis majorum veſtigiis inſiſteret; deinceps quoque datu-rum operam, adjuvante Deo, ne quid admittat indignum Chriſtiano principe, ſed obedientem ſe præſtet in omnibus Eccleſiæ filium: verum hoc negotium quibuſdam eſſe difficultatibus impeditum, ut parere ſimpliciter non poſſit: Eckium ait per abſentiam ſuam decreti pontificii terminos egreſſum; alios etiam in communem cum Luthero cauſam involviſſe: quod ſibi fratrique ſuo Joanni permoleſtum acciderit, nec ullo pacto videri tolerandum.* Addidit Fridericus, ut judices non ſuſpecti Luthero in Germania darentur: & quamvis Caracciolus & Aleander impenſius inſtarent, ut pontificios judices ad peragenda apoſtolica juſſa conſilio & ope juvaret, cum cauſæ cognitio ad ipſum Pontifi-

(*c*) *Ulemb. eod. c.5.*

Frederici ducis reſponſum.

Defugit ſententiam mandare opera.

NOTÆ ejus in novum Teſtamentum lucubrationes ita celebravit: *Lucubrationes iſtæ non vulgari, ſed nova & inſigni quadam eruditione præſtant, omniumque Doctorum calculo plurimum laudantur: conjecturam facientes quantum boni hæc nova editio, ſacræ theologiæ ſtudioſis ac fidei orthodoxæ ſit allatura.* Factum eſt etiam ut Eraſmus ipſe datis ad Nicolaum Montenſem literis anno 1525. ſcripſerit: *Eſt mihi bellum irreconciliabile cum univerſis Lutheranis. Satis eſt ab una parte impeti: hæreſes & ſchiſma non poſſum amare.* Diſſimulare tamen non auſerim quædam interdum excidiſſe Eraſmo minus cauta, & fidei orthodoxæ minus conſona; ſed ea vel tanta non ſunt & tam perſpicua, quin benigna aliqua interpretatione leniri poſſint, vel tunc ſcripſit cum juvenis res theologicas incaute tractavit. Profecto quæ Eraſmo oſcitanti exciderunt, tanti viri famæ apud ſumma eccleſiæ capita Leonem X. Adrianum VI. Pontifices, Joannem Roffenſem epiſcopum, Joannem Cochlæum, theologum gravem & catholicum nihil detraxerunt. Addo ejuſdem Eraſmi alterum de ſe teſtimonium excerptum a lib. 19. epiſtolarum epiſt. 112. *Scripſit ad me præter alios doctos Matthæus Cardinalis Sedunenſis; ſcripſit Cardinalis Moguntinus, cumque his alii permulti agentes gratias omnemque favorem ac liberalitatem pollicentes, quod in negotio eccleſiæ eum animum præſtem, quem ipſi volebant.* Hæc ſcribenda ſuccurrebant de Eraſmo, de cujus orthodoxia apologiam Gallice ſcripſit Richardus prior Belliloci vulgatam Coloniæ anno 1688. ex qua multa accepi eorum quæ hic de tanto viro ſubjeci. MANSI

Digitized by Google

tificem ſpectaret, nihil impetrare potuerunt; adeo ut etiam a proximo principum conventu Lutheri ſtudio idem Fridericus abſtinuerit, quem in ea mente ab Eraſmo Roterodamo confirmatum refert Ulembergius (*a*).

(*a*) *Eod. cap.*

LXII. Eraſmum Lovanio evocat.

Hunc, inquit, *elector Fridericus, dum Coloniæ morabatur, Lovanio per literas evocarat, ut quæ de cauſa Lutheri, deque motis controverſiis ipſius eſſet ſententia, præſens familiarius ſciſcitaretur. Ubi Coloniam venit Eraſmus ſeptimo novembris ad principem vocatus fuit, quæſituſque de negotio Lutherano, eum inquit eccleſiæ ſtatum eſſe, qui reformationem omnino deſideret, & Lutherum quidem non injuria reprehendiſſe varios abuſus, qui negligentia prælatorum irrepſerint, quorum emendationem boni omnes jampridem deſideraverint; nec deeſſe, qui probent ipſius inſtitutum ab humanis conſtitutionibus & argutiis ſcholaſticorum avocantis: interim in ſcriptis eum nimis acerbum, ferocem, & violentum videri; ideoque optandum, ut poſita ferocitate manſuetius agat, ſibique temperet a maledicentia & verborum aſperitate, qua bonorum animi ſine dubio prorſus alienentur. Hæc Eraſmus: cujus ſermonem eo pertinere cenſuit elector, quaſi nihil in Luthero præter vehementiores animi motus, & nimiam ſtyli mordacitatem reprehenderet. Erat illius viri propter nominis celebritatem etiam apud principes ſumma authoritas: itaque judicium ipſius de Luthero ejuſque cauſa magnum pondus habuit; quo princeps confirmatus Aleandrum & Caracciolum, qui pontificiæ bullæ executionem urgebant, uti diximus deinceps audire noluit*. Graviſſimo ea in re lapſus eſt errore Fridericus, dum decretoriæ in hæreſiarcham ſummi Pontificis ſententiæ unius grammatici hæretici judicium prætulit, atque calumniandi ſtudio damnatas in Luthero hæreſes aſcripſit, quaſi opprimerentur, ii, qui morum corruptelas emendari cuperent, nec diſcrevit ab hæreſiarcha emendandæ Eccleſiæ fallaci ſpecie illius excidium urgeri. Qualis vero fuerit Eraſmus Roterodamus, cujus judicium Saxonum princeps Romani Pontificis decretoriæ ſententiæ prætulit, deſcribit egregie ex ejuſdem Eraſmi ſcriptis impiis Albertus Pius (*b*) Carporum princeps; nempe apoſtatam & atheum fuiſſe, qui innumeras hæreſes neſariis ſcriptis ſparſerit, & Luthero ad Eccleſiam concutiendam tela miniſtrarit.

Ab eo miſere ſubornatur.

(*b*) *Albert. Pius in lib. adverſ. Eraſm.*

LXIII. Eraſmi judicium pontificio inepte præfert.

Cæterum promulgato eo edicto plures, qui imprudenter hæreſiarchæ laqueis ſe irretiri ſiverant, ad Romanæ eccleſiæ gremium redierunt, quorum nonnullos iterum relapſos docet Joannes Eckius (*c*) hiſce verbis: *Non deſunt jamjam ex neochriſtianis quidam, qui revocata & abjurata hæreſi ſua, plerumque tamen perfidi reciderunt in cœnum hæreticum, & in eo diu provoluti, a principibus tamen ſuæ factionis & fidei in cancellarios, conſiliarios, & epiſcopos electi ſunt. O quam dignum patella operculum!* Quid vero tum Carolus V. Imperator deſignatus magna cum religionis ac pietatis laude a pontificiis internuntiis admonitus egerit, referunt Ulembergius & Coclæus; quorum poſterior hæc habet: *Venerat jam Carolus V. Imperator electus ex Hiſpaniis per oceanum in Flandriam & Brabantiam terras ſuas hereditarias imperialia comitia celebraturus Wormatiæ: qui ubi a nunciis apoſtolicis Marino Caracciolo & Hieronymo Aleandro accepiſſet, bullam Papæ Leonis X. contra Lutheri libros editam, memor titulorum ſuorum cum diceretur & eſſet Rex catholicus Hiſpaniarum, ac Imperator Romanorum, religioſæ ſuæ & pietatis & obedientiæ non certiſſima exhibuit indicia, ſevere præcipiendo, ut Martini Lutheri libri a ſede Apoſtolica damnati publice comburerentur. Combuſti ſunt igitur per lictores & carnifices tum in Brabantiæ urbibus tum in civitatibus imperii, Coloniæ, Moguntiæ, &c.*

(*c*) *Jo. Eck. to. 2. hom. dom. 6 poſt paſch.*

Cæſareo juſſu Lutheri libri in pluribus locis exuſti.

In Anglia etiam, ubi pontificia ſanctio magna religione excepta eſt, conquiſiti omnes Lutheri libri, fuerunt publice igni Londini concremati, adſtante cœtu ampliſſimo procerum: ad quos Joannes Fiſcherus epiſcopus Roffenſis, poſtea Cardinalis & martyrii laurea redimitus, piam concionem habuit de tuenda veteri religione orthodoxa ab Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus accepta, quam impugnabat Lutherus: atque ubi Spiritum veritatis perpetuo manere in Eccleſia, quam a falſis opinionibus, quæcumque tandem oriantur, vindicat, ac Pontificem Romanum in Aarone præſignatum ſupremum Eccleſiæ caput demonſtravit falſum dogma Lutheri de juſtificatione per fidem ſine operibus confutavit; poſtremo rumuſculos & falſas laudes, quæ de Luthero jactabantur; ne quis ab impio hypocrita ſubornari ſe pateretur, diſcuſſit hiſce verbis; *Chriſtiane homo, quando audis Lutherum magnæ eſſe doctrinæ, & in ſacris literis expertum, virtute præditum, multos habere ſequaces, cogita apud te multos alios ante illum in Eccleſia Chriſti fuiſſe, qui doctrina ſua & perverſa verborum divinorum interpretatione conſimiles moverunt tempeſtates: qua enim tempeſtate Arius ille famoſus hæreticus Chriſti eccleſiam*

LXIV. In Anglia Lutheri libri ignibus traditi.

Joannis Fiſcheri Epiſcopi ad Anglos monita.

affli-

afflixit? quot animas ille perdidit? Erat ille magnæ doctrinæ, ſingularis eloquentiæ, & ſanctæ, ut apparebat, vitæ? opiniones ne illa ſuas, quibus multas decepit animas, ſacra ſcriptura corroboravit? de illo ſic ſcribit Hieronymus: Arius una ſcintilla in Alexandria fuit; ſed quia non cito extincta eſt, totum orbem populata eſt flamma eius, hæc ſcintilla tantiſper venavit Chriſti Eccleſiam, & innumerabiles animas avertit, donec procedente tempore per Spiritum Sanctum veritatis, qui conſolator eccleſiæ Chriſti eſt, loquentem, ut ante dixi, in ore patrum & Eccleſiæ doctorum, hæc convicta fuit, & penitus rejecta. Et infra.

Præterea quando audies Martinum Lutherum habere conſtantem mentem & in Deo fixam, & propterea nullius authoritati ita parcere, quin verum dicat; & exiſtimare omnes, qui illius doctrinas non ſequuntur, ſeparatos eſſe ab Eccleſia catholica, adeo ut ipſum ſanctum Pontificem excommunicarit: o mirabilem præſumptionem! o inſaniam intolerabilem! quando hæc inouam audies, pro comperto habeas & alios quoque hæreticos omnes ita ſe geſſiſſe: putaverunt enim ſe ſolum atque ſuos ſequaces de Eccleſia eſſe catholica, & opinati ſunt alios, qui eorum dogma non ſunt ſecuti, ſeparatos eſſe ab eadem. Hoc fecit Novatianus Romæ, cum excluderet ſacerdotes catholicos & epiſcopos a ſuis eccleſiis: ita fecerunt Ariani in Græcia, & Donatiſtæ in Africa. Verumtamen Eccleſia Chriſti non eſt niſi una ſancta catholica Eccleſia, & apoſtolica. Hæc Eccleſia eſt una, unum habens caput, hoc eſt Papam, qui eſt vicarius Chriſti, a quo una vocatur: & licet ſint in hac Eccleſia multi peccatores; tamen propter ſancta ſacramenta, quæ remanent, & quotidie peccatores reſtituunt, & etiam propter Spiritum ſanctum, qui continue in eadem permanet, vocatur ſancta: & quia non eſt aſſignata uni certæ nationi, ſed eſt communis omnibus, vocatur catholica, id eſt univerſalis: ad ultimum, quia derivatur ab Apoſtolis, & præcipue a principe Apoſtolorum S. Petro, vocatur apoſtolica. Hæc Eccleſia ſola eſt ſponſa Chriſti: reliquæ de hac non ſunt, ſed ſynagogæ ſunt ſatanæ, & concilia dæmoniorum. Et infra.

Eccleſia cur una ſit.

Cur ſancta.

Spernenda hæreticorum conſcientia utpote erronea.

Poſtremo cum audies Martinum Lutherum habere ferventem erga Deum zelum, & cogitare ſe aſtrictum eſſe conſcientia, ut faciat quod facit, & opinari quod in his rebus faciendis placet Deo, & eidem præcipuum præſtet obſequium, ideo quod reputat ſe omnipotenti Deo lucrifeciſſe omnes illas animas, quas falſa ſua doctrina occidit & trucidavit; eſto & hic tamen in fide tua fortis, & vide quod etiam hujus rei Salvator noſter te admonuit dicens: Sed veniet hora cum omnis, qui interficit vos obſequium ſe arbitrabitur præſtare Deo. Et infra: *Et quid putatis Martinum Lutherum & ſuos ſequaces facturos, ſi Papam eiuſque fautores haberet in ſua poteſtate, quos toties contumelioſe papiſtas, papaſtros, & papenſes vocat? non humanius, ut equidem opinor, illos tractaret, quam tractavit eorum libros, hoc eſt decretales, quos combuſſit; nam & illos fortaſſe eadem inſania combureret, vel alios quoſvis Chriſtianos, quos credat ſuis adverſari dogmatibus, & impedimento eſſe, quominus ab omnibus approbentur.*

Contumelia Lutheri in pios catholicos.

LXV.

Hanc furialem Lutheri veſaniam deſcribit Henricus VIII. Angliæ Rex in ſuo aureo libello proximo anno edito (*a*): *Medicinam*, inquit, *nullam, nullam prorſus manum medicantis admittit: quomodo enim curari poteſt, qui ſe tractari non patitur? aut quomodo tractari poteſt, quem ſi quid doces nugatur? Si quid mones iraſcitur? ſi quid hortaris, obnititur? ſi quid placas, incenditur? ſi quid adverſaris, inſanit? Alioquin, ſi curari potuiſſet, quid omiſit pientiſſimus Chriſti vicarius, quo paſtoris ſui ſecutus exemplum ovem hanc errantem quæreret, inveniret, in humeros tolleret, ac reportaret in ſtabulum? ſed heu lupus averni peſſimus anteceperat, devoraverat, atque in imum ventrem demiſerat; ubi ſemivivus adhuc in morte jacens adverſus inclamantem ſe paſtorem pium, & perditionem ejus deplorantem, e ſpurco tartarei lupi rictu fœdos illos latratus eructat, quos totius gregis aures averſantur, abominantur, exhorrent: nam primum nihil omnino laceſſitus, articulos propoſuit de indulgentiis, quibus prætextu pietatis impie traduceret ſummum Pontificem: deinde ut per honoris cum & officii ſpeciem majore contumelia perfunderet, eos tranſmiſit Romam, tanquam Pontificis judicio ſubmittens, ſed auctos ante declarationibus multo quam eſſent ipſi deterioribus; ut plane liqueret omnibus Pontificem non a viro bono pioque conſuli, ſed a fraterculo nebulone rideri, tanquam ita ſtupidum, ut pro honore duceret inſignem & nullius unquam exempli contumeliam, barbamque (quod aiunt) vellendam præberet irriſori. Si nihil mali commerebatur Pontifex, cur filius degener immerentem patrem falſa conſperſit infamia? aut ſi quid Romæ fiebat, quod oporteret immutari, tamen ſi fuiſſet Lutherus (quod haberi volebat) probus & Chriſtianæ rei ſtudioſus, non præpoſuiſſet privatam glo-*

Provocatio ad concilium repetita.

(a) Henric. VIII. Angl. Rex in lib. adverſ. Luth.

Furialis Lutheri pertinacia.

Ludibria illius in Pont.

riam ſuam publico omnium commodo, nec ſcurrandi famam ſibi venatus eſſet apud improbos dormientis pudenda patris irridens, & revelata commonſtrans digito; ſed averſus contexiſſet potius, & vel coram vel per epiſtolam ſecretius reverenter admonuiſſet, Apoſtoli præceptum ſecutus, qui jubet, ut majores non rideamus, non objurgemus, ſed obſecremus: quod ſi feciſſet Lutherus, haud dubito quin beatiſſimus Pontifex (tanta eſt ejus nulli non explorata benignitas) expergefactus benedixiſſet filio ſuo Japhet, & pietatis retuliſſet gratiam: non maledixiſſet iratus, qui ne ſic quidem adhuc maledixit illudenti; ſed miſertus miſeri, magiſque filii memor quam irriſor, egit cum eo per viros honoratiſſimos, in quorum ille conſpectum prodire non erat dignus, ut ab iniquitate deſiſteret: cui tam pio ac ſalubri conſilio tantum abfuit, ut paruerit, ut non ſolum deriſerit legatum de ipſius ſalute ſolicitum; ſed etiam novum librum ederet e veſtigio, in quo Pontificis poteſtatem machinabatur evertere. Vocatus deinde Romam, ut vel ſcriptorum cauſam redderet, vel temere ſcripta recantaret, quavis oblata ſecuritate non ſubeundi ſupplicii, quod meruerat, oblato quod in rem ſatis eſſet viatico; tamen ut inſignem declararet obedientis viri modeſtiam venire contempſit fraterculus ad Pontificem, niſi regio inſtructus apparatu, & bellico ſtipatus exercitu. Sed homo cautus appellavit ad generale concilium, nec tamen quodlibet ſed quod proxime congregaretur in Spiritu Sancto; ut in quocumque damnaretur, ibi negaret eſſe Spiritum Sanctum, quem homo ſanctus & ſpiritualis nuſquam fatetur eſſe niſi in ſinu ſuo. Quamobrem iterum atque iterum admonitus, ut ab impietate reſipiſceret, cum iterum atque iterum impietatem ad impietatem adiiceret, adactus eſt tandem pientiſſimus paſtor ovem immedicabili ſcabie laborantem, ne ſanas attactu corrumperet, ex ovili procul eiicere & filii ſui Abſalonis (a) (cujus vitam ſervare non poterat) mortem deplorare, dum ab arbore pendentem conſpicit decora cæſarie, qua ſtulte ſuperbierat.

Ut provocarit ad Concilium & qua fraude.

(a) 2. Reg. 18.

Lutherus ergo ſentiens ejectum ſe e ſocietate fidelium, facere cœpit quod deplorati ſolent impii, qui cum in profundum venerint, contemnunt: non ingemuit, non planxit caſum ſuum, qui ſicut lucifer exaltatus, ſicut fulgor corruerat, & alliſus eſt; ſed imitatus diaboli deſperationem, diabolus etiam ipſe, hoc eſt calumniator effectus adverſus Pontificem, in blaſphemias & calumnias cœpit erumpere & reliquis invidens fidelibus, velut ſerpens antiquus infidelitatis laqueos tendere, ut eos e vetito ſcientiæ noxiæ ligno guſtantes ex Eccleſiæ paradiſo [unde ipſe deciderat] procuraret expelli (b) in terram germinantem ſpinas & tribulos. Ego profecto tantam hominis dementiam & miſerrimum caſum perquam moleſte fero cupioque ut vel adhuc [inſpirante gratiam Deo] reſipiſcat tandem, convertaturque & vivat: nec id tam ipſius cauſa cupio [quamquam ipſius etiam, ut qui omnes cupiam ſalvos ſi poſſit fieri] quam ut aliquando converſus, ac velut filius prodigus reverſus ad miſericordiam tam benigni patris, & errorem ſuum confeſſus in viam revocet, ſi quos effecit errare. Cæterum ſi is tam profunde ſe demerſit, ut jam ſuper eum puteus impietatis ac deſperationis urgeat os ſuum (c) blateret, blaſphemet, calumnietur, inſaniat, ut qui ſordet ſordeſcat adhuc (d). Cæteros vero Chriſtianos omnes obſecro, & per Chriſti viſcera, cujus fidem profitemur, obteſtor, ut ab impiis verbis avertant aures, neque ſchiſmata foveant & diſcordias hoc præſertim tempore, in quo maxime oportebat adverſus hoſtes Chriſti Chriſtianos eſſe concordes, neque adverſus Chriſti vicarium probris & detractionibus auſcultent, quas in Pontificem fraterculi furor eructat; neque ſacrata Chriſto pectora hæreſibus impiis contaminent, quas ſi ſeminat, charitate vacat, gloria turget, ratione friget, fervet invidia; denique quibus animis adverſus Turcos, adverſus Saracenos, adverſus quidquid eſt uſpiam infidelium conſiſterent, iiſdem animis conſiſtant adverſus unum iſtum viribus imbecillum, ſed animo Turcis omnibus, omnibus Saracenis, omnibus uſquam infidelibus nocentiorem fraterculum.

(b) Gen. 3.

Conjecit ſe miſere in extremam deſperationem.

(c) Pſ. 68.

(d) Apoc. 2.

Lutherus Saracenis nocentior.

Veritus porro Lutherus, ne populus Pontificis, Cæſaris, Regumque authoritate permotus ſuos libros reiiceret, haberetque ſuſpectos, aſcripſit acceptum illud dedecus odio & invidiæ æmulorum theologorum, quos ajebat ſcriptis ſuis argumentiſque convictos deſperata victoria falſis criminationibus Leonem & Carolum circumveniſſe, ut ipſum pontificia cæſareaque vi atque authoritate opprimerent. Edidit vero novum librum, quo articulos omnes a Leone ſummo Pontifice damnatos fallacium rationum fucis argutiiſque futilibus confirmare niſus eſt. Præfixerat autem hunc titulum: *Aſſertio omnium articulorum Martini Lutheri per bullam Leonis X. noviſſimam damnatorum.* Ad cujus nefaria molimina atque apoſtolici decreti & orthodoxæ fidei veritatem, quam ſuo poſtea cruore obſignavit, aſſerendam prædictus Joannes Fiſcherus (e) epiſcopus Roffenſis aſſertionem omnium articulorum Lutheri confutavit, edito lucu-

LXVI.

(e) Jo. Fiſch. in aſſert. Luth. confutatione.

culento libro, in cujus præfatione hæc habet : *Si Lutherus hæreticus non ſit, nemo unquam fuit hæreticus : nam Lutherus adverſus omnium orthodoxorum patrum ſententiam ſua dogmata ſtabilire molitur; & hoc quid aliud eſt quam ſectam & hæreſim introducere*. Et infra : *Porro ſemper Eccleſiæ pars magis eximia fuerunt patres, qui non ſolum eruditione, verum etiam vitæ ſanctimonia velut ſydera quædam effulſerunt. Quando igitur cæteri fideles illis in ſenſu ſcripturarum unice fidem habuerant, quis non illum, qui a patribus diſſideat diverſumque ſentiat ſeipſum ab Eccleſia ſejungere fatebitur, hæreſeoſque & ſectæ merito dicendum authorem? At Lutherus non ſolum patres omnes, verum etiam concilia contemnit, atque adeo totius Eccleſiæ tot retro ſæculis uſurpatam conſuetudinem habet pro nihilo : & quid non faciet pro ſua hæreſi ſtatuenda, qui ſcripturas etiam jugulat?* Nonnullisque interjectis verbis : *Sed ajet quiſpiam, Lutherus pro parte ſua ſcripturas habet. At id falſum eſt, non habet profecto, quamquam habere ſe prætexat: & quis non hæreticorum pro ſuo dogmate ſcripturas habere ſe prætexuit? De ſcripturis ſemper gloriati ſunt hæretici, ſed perperam intellectis, & pro ſuo cerebro prave peſſimeque contortis; quemadmodum & nunc Lutherus de ſcripturis ludit. At quid dementius cogitari poteſt, quam ut, ſpretis tot & tam eximiorum interpretum commentariis, & jam rejecto ſenſu, quem tot ſæculis univerſa prorſus Eccleſia veriſſimum cenſuit, fidem uni Luthero de ſcripturis adhibeamus? At dicet adhuc quiſpiam, Lutherum certo credere ſe manere per fidem in Eccleſia, ſoloſque illos ad Eccleſiam pertinere, qui cum eo ſentiunt. Quid ſi Lutherus ad hunc modum credat? Nunquid non ita credidit Navatus, Arius, Donatus, ac cæteri complures hæreſeon & ſectarum authores? An non omnes iſti neminem ad Eccleſiam orthodoxam pertinere contendebant, niſi qui ſimilem cum ipſis fidem, profitebantur? ſed ut iſti inſaniebant pluſquam mente capti, ſic & Lutherus jam nihilo minori percitus amentia furit : quis enim non certus eſt, Eccleſiam fuiſſe priuſquam Lutherus natus eſſet, atque ita credidiſſe, quemadmodum & jam credidit? quando igitur alia quædam nova dogmata contra communem eccleſiæ fidem introduxerit Lutherus, quis non plane perſpiciat eum ab Eccleſia ſponte diſſenſiſſe, & ab eadem exemiſſe ſeipſum? At adhuc non deeſt quod cavilletur, nimirum ſe cum primitiva eccleſia penitus conquadrare, quamquam ad iſta, quæ nunc eſt, diſſentiat. Quid ergo, duæ ſunt eccleſiæ? aut non eodem ſpiritu ea, quæ nunc eſt & eruditur & regitur, atque illa, quæ primitiva fuerat? Abſit. Utrumque ſane falſum eſt : nam ſcriptum eſt:* Una eſt columba mea, *ad quam & Chriſtus Spiritum ſuum miſit, qui eam omnem doceret veritatem, & apud eam maneret in æternum*.

Falſo gloriatur de ſcriptura quam depravat.

LXVII. Cum autem Lutherus tum in procemio tum in toto opuſculo infanda maledictorum venena in Pontificem, quem antichriſtum, & in ſupremum in rebus ſacris imperium, quod ſophiſticam tyrannidem appellabat, inſtar rabidi bufonis tartarei expuiſſet, ita ea refregit Fiſcherus : *Lutherus ſuam potius malitiam prodit, quam Pontificem lædat vel tantillum : quid enim Chriſtus eo deterior evaſit, quod Phariſæi tot in illum maledicta congeſſerunt? nihil profecto, quinimmo potius in ipſorum malum cuncta revertebantur. Ad ſolas confugis ſcripturas, quas, ut Pauli utar verbo, inverſurum, aut quod Petrus ait, depravaturum te ſperas pro ingenio tuo malo pravoque : quod ſi ſpiritu ductus erroris illam proteſtationem emiſeris, quod & ſubterfugere nullo modo potes, verendum tibi eſt ne ad te ſpectet id quod ad Timotheum (a) ſcripſit Paulus, fore quoſdam in noviſſimis temporibus qui ſpiritibus attendent erroris & doctrinis dæmoniorum*. Et infra : *omnino formidandum eſt, ne te divus Petrus depinxerit, ubi de Paulinis epiſtolis loquens affirmat (b), quoſdam inſtabiles eas depravaſſe, ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem. Hoc utique diverticulo ſemper uſi ſunt priores hæretici, qui ſcripturis, ſed depravatis & a genuino ſenſu detortis innixi ſunt pertinaciſſime, &c.* Id egregia inductione probat Fiſcherus, quem lector conſulere poterit. Nec potuit illuſtrem adeo veritatem pernegare Lutherus; nam in eodem procemio ſuo addiderat. *Hoc ſane verum eſt*, inquit, *ſuperbis & impiis ſcripturam ſanctam ſemper eſſe majoris cæcitatis occaſionem*. Ad hæc Fiſcherus : *Jam tandem rem ipſam acu, quod ajunt, Luthere tetigiſti, ſi tamen velis agnoſcere; jam enim confeſſus es ſcripturam ſacram ſuperbis & impiis ſemper eſſe majoris cæcitatis occaſionem : hic te medium teneo; nam ubi nunc eſt quod paulo ante tam pertinaciter affirmabas, ſcripturam ſacram per ſeſe certiſſimam eſſe, facillimam apertiſſimam ſui ipſius interpretem, omnium denique quæ cæteri ſcripſerint probatricem, dijudicatricem, illuminatricem : ſi per ſeſe certiſſima ſit facillima, apertiſſima & ſui ipſius interpres, cur hæretici qui linguas callent, ingenio pollent, eruditione præſtant, cur inquam hi non per apertum oſtium ingrediuntur?*

Cur ad ſolas confugerit ſcripturas.

(a) 1. Timot. 4.

(b) 2. Pet. 3.

Ex ſuperbis & impiis majoris ſunt cæcitatis occaſio.

cur non eſt iis ſacra ſcriptura per ſeſe certiſſima, facillima, apertiſſima & ſuipſius interpres? reſponde quidquid velis, id ſubruet omnia quæ jampridem ſtabilire tot verbis es conatus. His præmiſſis deinde Fiſcherus, ſingula Lutheri ſophiſmata, adverſus Leonis ſententiam impie congeſta, eruditiſſime adductis ſacris oraculis, eorumque vera interpretatione ex ſanctis patribus decerpta refutavit: cujus ſcripta cupidus horum lector perlegere poteſt; cum longiores controverſias texere noſtri non ſit inſtituti.

LXVIII. Cum vero Luthero doctores omnes, omnium ſeculorum diffuſæ toto orbe Eccleſiæ patres, omnes S. Petri in vicarii Chriſti poteſtate ſucceſſores, omnia œcumenica concilia in diviniorum oraculorum interpretatione adverſarentur; ipſe tamen ſuperbia & ira inſaniens, eorum omnium authoritatem ſanctitate illuſtrem, miraculis confirmatam, tot ſæculorum antiquitate venerandam ſua contraria authoritate eliſam atque obtritam eſſe voluit. *Tanto quidem*, ait Coclæus, *ſuperbiæ ſpiritu inflatus, ut præ ſe uno non ſolum ſcholaſticos doctores omnes contemneret, ut antea quoque ſolitus fuerat; verum etiam eccleſiaſticis patribus, Romanis Pontificibus, & conciliis generalibus minus credi volebat, quam uni ſibi; adeo impudenter ſibi præ cunctis peritiam ſcripturarum arrogabat. In odium præterea & Papæ & theologorum adornabat omnia fœdis criminationibus improperiiſque & calumniis, aures populi, mentemque & oculos lectoris præoccupans; & quidem crebrius ferociuſque Theutonice, quam Latine.* At ut venena hæc incautis infunderet, quos ad æternum excidium bellumque trahebat, hanc ſalutationem illis impertiebatur: *Omnibus bonis Chriſtianis hunc libellum lecturis, ſeu audituris gratiam & pacem a Deo. Amen.* Cum autem fraudibus & laqueis in doctos laicos irretiret, a clero vero docto, redargui ſentiret, epiſtolam ad equitem Germanum datam ſuæ aſſertioni adjecit, in qua ſcripturas ſacras non a clero ſed a laicis divina, ut ajebat, vi ac luce colluſtratis intelligi, ſacerdotiumque a clero ad laicos tranſlatum perſuadebat: in prologo ſanctos patres erroris & inſcitiæ perſtrinxit, inque libri ſerie decreta fidei a Pontifice & conciliis edi non poſſe affirmavit, neque iis quemquam obſtringi; ad quam hæreſim nefandiſſimam confirmandam ſubjunxit: *In libertatem enim vocati ſumus.* Quaſi vero captivato intellectu in obſequium fidei a ſummo Pontifice & conciliis œcumenicis in veram & ſanctiſſimam libertatem non aſſeramur. A quo autem articuli fidei de vero ſcripturæ ſenſu, & quæ ſint ad ſalutem neceſſaria definiri debeant, an a Petri ſucceſſoribus & conciliis œcumenicis, an a Luthero & quovis obvio impoſtore, non capere ſummæ infelicitatis eſt: quod ſi caperent hæretici, mox errores omnes exuerent. Porro libertatem, in quam ſimus vocati, a Clemente V. illuſtratam vidimus (*a*), cum ille hæreticos, qui omnium impuritatum licentiam ex ea eliciebant, ſacrarum ſcripturarum authoritate confudit. Diſtorquendarum etiam in omnem ſenſum ſacrarum literarum libertatem non intelligendam conſtat, cum ex ea dæmon præcipitia ipſi Chriſto ſuaſerit. Denique ſi Pontificum & conciliorum refellatur authoritas, divinarum pariter ſcripturarum authoritatem labeſactari demonſtrat Albertus Pius Carpi princeps: *Ab eodem*, inquit, *Luthero libenter ſciſcitarer, qui tantum ſacras literas admittit, quas aſſerit ſacras eſſe eas; quonam pacto ipſi conſtet eſſe ſacras, quando communem conſenſum populi Chriſtiani, decreta publica ſacrorum conciliorum & ſanctorum patrum authoritatem contemnat; cum nullo alio argumento comprobari poſſit illas divinas eſſe, niſi quia ita diffinitum eſt a catholica Eccleſia, & receptæ ſunt ut tales publico conſenſu.* At de Luthero hactenus, a quo edita poſtea nova hæreſeon monſtra visuri ſumus.

Sibi magis quam conciliis credi vult Lutherus.

Laicos præfert clericis in ſcripturis interpretandis.

Negat decreta fidei a Pontifice & conciliis edi poſſe.

(*a*) *Annal. to.15. ann.1311. n 66 Albert. Pius in reſp. ad lib.1. Eraſm. p. 11.*

Libertas credendi inducta a Luthero. Sacrarum literarum auctoritas niſi per concilia comprobatur.

Experta eſt hoc anno Saxonia quanta apud Deum gratia & authoritate ſancti polleant pro vindicandis ab extremo exitio piis, qui ad eorum opem confugiunt: orto enim bello inter Joannem epiſcopum Hildeſemenſem, atque Henricum & Ericum duces Brunſvicenſes, Hamela Saxoniæ impetu capta eſt ab hoſte, qui jam muros & vallum tenebat, cum oppidani in templum confugere, Dei & S. Bonifacii eorum patroni opem implorantes: ac mox divina vi hoſtes propulſati; ut narrat hiſce verbis Fuldenſium antiquitatum ſcriptor (*b*): *Hæc*, nimirum Hamela, *belli impetu ab hoſte repente capta ſic, ut muris & vallis jam occupatis magnitudo periculi extremum incolis metum afferret; unde fuga, clamor, & trepidatio: non ſpes a ſupernis, & hac una in re fiducia, ut viri, conjuges, liberi, omnis ætas & ſexus ad Dei & S. Bonifacii opem in templum confugerent. Hic in preces cum lachrymis ſe venerabundos abiciunt: & illico Deo terrente, & prohibente S. Bonifacio, hoſtis, qui muros & vallum tenebat, diſſipatus, & quaſi lapidum jactu varioque miſſilium genere propulſus ſponte fugam capeſſiit. Quidni laudes grateſque ſacras tunc civitas tam illuſtri vindicata tutela Deo tutorique ſuo Bonifacio di-*

Quantum ſancti apud Deum poſſint.

(*b*) *Chriſtoph. Brower. Fulden. Antiq. l.4.*

Hamela Saxoniæ a S. Bonifacio defenſa.

Digitized by Google

diceret? affuit Fuldæ per legatos ſuos anno MDXXI. & miraculum hoc coram presbyteris & ſcribis publica fide conſignatum S. Bonifacio liberatori ſuo acceptum tulit; cujus & memoriæ ſignum cereum liberationis monumentum fixit. Non his & aliis miraculis victi ſunt impii hæretici, quin in ſanctos impie declamarint. At de his alias: nunc ad Carolum V. de quo facta ſuperius mentio, revocanda eſt narratio.

LXIX. Carolus V. pacis interpretem inter Cruciſeros & Polonum ſe offert.

Accepturus ipſe regni Romanorum inſigne, cum in Germaniam iter pararet, recrudeſcentium inter magiſtrum Pruſſiæ & Sigiſmundum Regem Poloniæ diſcordiarum, quas antea Maximiliani ejus avi ſtudiis ſedatas vidimus, certior factus ſe pacis interpretem geſſit, atque ad Albertum cruciferorum principem literas hortativas dedit (*a*), ut debitam fidem Regi Polono præſtaret, quo junctis animis armiſque Turcis occurrere poſſent.

(*a*) *Ext. to.*1. *Polon. rerum pag.* 323.

Carolus V. Romanorum Cæſar Alberto marchioni Brandeburgenſi magiſtro Cruciferorum in Pruſſia.

Illius ad Albertum literæ.

Venerabilis princeps conſanguinee chariſſime. Cum nos nutu Dei optimi maximi a quo omnia fiunt, communibus principum electorum ſuffragiis in Regem Romanorum futurumque Imperatorem electi ſimus, noſtri officii eſſe duximus pacem & concordiam Chriſtianorum principum procurare, quo facilius concordibus armis atque animis expeditio contra Chriſtiani nominis hoſtes ſuſcipi poſſet & cum intelligamus inter ſereniſſimum Regem Poloniæ fratrem noſtrum chariſſimum & devotionem tuam ſuper juramento quodam præſtando nonnihil differentiæ adeſſe, cuperemus plurimum hujuſmodi diſcordiam ſedari, præſertim cum edocti fuerimus, cæſaream majeſtatem præclariſſimæ memoriæ dominum atque avum noſtrum colendiſſimum ad te quoque ſuper ea re literas dediſſe; quapropter hortamur devotionem tuam magnopere ut dicto ſereniſſimo fratri noſtro debitum, & præſertim quod prædeceſſores tui Regibus Poloniæ præſtare ſoliti ſint, etiam præſtes, & te erga eum ita exhibeas, ut junctis armis iſtic fidei hoſtibus occurrere & terrori eſſe poſſitis: & ſi quid forſan diſſidii inter eundem Regem & te adhuc remanſerit, daturi ſumus operam cum primum in Germaniam venerimus, quod dante Deo prope diem futurum ſperamus, ut hujuſmodi inter vos quæſtio amice & pro dignitate utriuſque componatur, quare nobis pollicemur, quod pro tua & fratrum tuorum in nos obſervantia nobis in hac re ſatisfacies: quod quidem erga devotionem tuam univerſumque iſtum ordinem benigne & omni gratitudine recognoſcemus, Datum &c.

Hiſpaniarum procuratio relicta Hadriano Cardinali.

Ex Hiſpania vero in Germaniam profecturus Carolus Cæſar, regnorum præcipuam procurationem Hadriano tit. SS. Joannis & Pauli presbytero Cardinali Dertuſenſi commiſit (*b*), Gerbarumque inſularum Africæ objacentium ab Hugone Moncada ſubactarum hoc anno, ut antea dictum eſt, gloria clarus Germanicam coronam capeſſere parabat, cum novæ in Hiſpania excitatæ ſunt turbæ; namque ægre ferebant Hiſpani, Carolum imperii adminiſtrationem ſuſcipere, indeque Hiſpana regna male adminiſtratum iri præſagiebant: publica munera ſacra & profana externis pretio diſtrahi ab iis, qui plurimum gratia apud Regem poterant, ſuccenſebant, ajebantque, Hiſpanos quidem, apud antipodas, Belgas vero in Hiſpania Indias reperiſſe (*c*); inter quos Cemuriu, qui ſuis Carolum regebat conſiliis, immenſas opes ex Hiſpanorum ſpoliis cumulaſſe traducebantur. Auxit odia dimiſſos a Carolo urbium oratores illiberaliter, eorumque poſtulata contempta fuiſſe, immo editam tyrannicam legem (*d*), ne urbes quamvis inſignes, ac populi ad publicos ordinum regni conventus procuratores mitterent, niſi ab Rege prius deſignatos: ex quo cum adempta populis querendi de injuriis a regiis adminiſtris illatis libertas videretur, neſarium externorum regias aures obſidentium, omniaque ad arbitrium ſuum ſuamque libidinem gerentium jugum deiiciendum exclamarunt, atque in apertam a Carolo defectionem conſurexere; adeo ut parum abfuerit quin is e Cantabrico portu, cui Corunna nomen eſt, ad rebellantes comprimendos regrederetur; ſed cum a ſeptemviris Germaniæ crebris literis urgeretur, ut Germaniam ad continendas in officio imperii provincias, necnon periclitantem Auſtriam ſua præſentia confirmandam procurreret, vigeſima maii die dominica, poſt audita divina myſteria, ſacræ confeſſionis & Euchariſtiæ ſacramentis munitus, mare ingreſſus eſt, plaudentibus Belgis, Hiſpaniſque frementibus; ac ſecunda navigatione in Angliam applicuit: ubi cum Henrico Rege & Catharina matertera pentecoſtes celebritatem publica magnificentia peregit, ſanxitque cum eo amicitiæ fœdus.

(*b*) *Vinc. Blaſeus l.*2. *c.*11.

(*c*) *Id. eod. c.*11. 12. *&c. Guicc. l.* 13.

Exorta in Hiſpaniis diſſidia. Carolos ob nimium faſtum ea pepererat.

(*d*) *Id. Blaſch. l.*2. *c.*12. *&c. & Oſor. l.*12.

Excitatus crebris literis ut in Germaniam properet. Illius profectio.

In Angliam appellit fœduſque init cum Henrico.

LXX. Interea Hiſpaniarum urbes armorum ſocietatem adverſus adminiſtrorum regiorum vim conflaverant, illique honeſtum ſanctæ germanitatis nomen indiderant: contendebant quippe iniquum eſſe ſpoliari auro Hiſpanias ad gerenda in aliis regnis bella. Armis itaque accincti trucidarunt exactores eodemque die Segobiæ

Segobiæ orta rebellio.

Metymna Sidonia exuſta.

biæ & Zamoræ ſeditio concitata eſt : ad quam ſedandam Cardinalis Hadrianus exercitum adverſus Segobiam immiſit, cumque ex Metymna Campenſi tormenta bellica educi imperaſſet, vetuere cives, ortaque lite faces a regio milite domibus ſubjectæ ſunt, magnoque incendio excitato pars urbis opulentiſſimæ conflagravit (*a*). Hiſpanorum autem animis magis efferatis, ac pluribus in locis inter duas factiones, quarum altera regium, altera publicum nomen tuebatur, cruentæ ſtrages editæ, ac templa inflammata funeſtataque fuerunt adeo ut in oppido Mora prope Ocannam, cum populus ad eccleſiam quaſi ad tutum aſylum confugiſſet (*b*), regii adverſæ factionis rabida ira conciti applicitis pulveris tormentarii cadis, tria millia hominum, & eo amplius ſuccenderint.

(*a*) *Eod. c.*12.

Hiſpania civili bello funeſtata.

(*b*) *Cap.* 15.

LXXI. Deſcribit horum tumultuum cauſam Hieronymus Oſorius (*c*) in rebus Geſtis Emmanuelis Luſitaniæ Regis, qui tanta religione fidem coluit ut eam Hiſpaniarum prætulerit imperio, neque e Chriſtianorum, ſed infidelium cladibus ſuam amplitudinem augere voluerit : *Is*, nimirum Carolus, *antequam eu Hiſpania diſcederet, omnium ordinum conſilium indixit, & conſilio Guillelmi de Crevi Xebrenſis dynaſtæ, qui illam ætatem regebat, præter pecunias, quibus illum Hiſpani juverant, immania tributa populis imperavit : in quo quidem non merito poſſum Carolum cupiditatis, aut potius inconſideratæ temeritatis inſimulare, cum ætatis excuſationem habuerit ; pædagogum vero ſumma vituperatione dignum judico : Rex enim non eſt in altiſſimo illo gradu dignitatis locatus, ut acerbiſſimis exactionibus civitates ſibi commiſſas exhauriat, ſed ut earum ſaluti & incolumitati proſpiciat ; ſi recte enim Regis nomen uſurpat, pater patriæ eſt, & pro reipublicæ ſalute debet, ſi opus ita fuerit, caput in quodvis magnum diſcrimen inijcere, non rempublicam ipſam immodicis ſumptibus evertere. Fateor equidem Regem eſſe ſubditorum opibus adjuvandum, ut rempublicam tueri poſſit ; negotia enim infinita ſuſtinet, æquabile jus omnibus adminiſtrat, periculum a republica, cum neceſſitas poſtulat, armis atque virtute propulſat, bonis præmia pro dignitate conſtituit, improbos ſuppliciorum acerbitate coercet, patriam denique univerſam & ab externis hoſtibus & ab inteſtinis fraudibus tutam vigilantia ſua præſtat. Hæc quidem munera aut opera tuetur, aut quoties opus fuerit, tuenda ſuſcipit : qui autem exiſtimat hæc tam multa munera ſine maximis ſumptibus ſuſtineri poſſe, mentis expers eſt, atque vitæ communis ignarus : & idcirco hoc, quod eſt communi more receptum, ut Reges populi ſumptibus alantur, non eſt humano tantum jure, ſed etiam divino vallatum ; is tamen modus adhibendus eſt, ne vel ut immodicis ſumptibus ſine ullo reipublicæ fructu uti poſſit, vel ut ad avariſſimos homines, quorum cupiditas nullis opibus expleri poteſt, opes reipublicæ transferat, pecuniam cum reipublicæ gemitu & querimonia coacervet ; & dum potentium domos immanibus divitiis cumulare ſtudet, tenues domos exinanire contendat, ut ita dum falſum nomen liberalis atque magnifici obtinere nititur, verum juſti atque clementis nomen amittat.* Addit author aliam motuum Hiſpanorum cauſam, nempe Carolum educatione & inſtitutis fuiſſe ab Hiſpanis alienum, nec ſpecimine benignitatis dato animos permulſiſſe : cæterum conjuratos populos non tantum decreviſſe Carolum regno ſpoliare, verum omnes Hiſpaniæ principes bonis evertere, ut Helvetiorum more libertate potirentur. Porro multis in locis, ubi libertatis cauſa agebatur, ne quidem gemitum ullius civis liberum fuiſſe ; ſi enim quis ad internecionem uſque cum legitimo principe non dimicandum diceret, continuo morte affectum : in tanta vero perturbatione principes una cum civitatibus, quæ non rebellaverant, communi conſilio opem ab Emmanuele Luſitaniæ Rege flagitaſſe ; ac tum Hiſpaniæ etiam populos, qui a Carolo deſciverant, oratores miſiſſe, qui ipſi opulentiſſimum regnum deferrent : at Emmanuelem fidem qualibet imperii acceſſione ſibi antiquiorem eſſe reſpondiſſe, daturumque ſe operam, ut in gratiam cum Carolo redirent pollicitum : principes autem pecunia, tormentis bellicis, & aliiſque rebus bellicis juviſſe.

(*c*) *Oſor. l.*12.

Hiſpani vectigalibus nimis obtriti.

Qui modus a principibus in exigendo adhibendus.

A perduellibus libertas expetita extinctis principibus.

Luſitano Regi delatum Hiſpaniæ imperium. Luſitani Regis reſponſum.

LXXII. Publicæ hujus in Hiſpania diſſenſionis contagio ad epiſcopos & doctores ſerpſit qui ſcriptis inter ſeſe, atque etiam armis certarunt ; epiſcopus enim Zamorenſis contracto exercitu in Caſtellam irrupit adverſus Antonium Srunigam regiæ partis vindicem, Toletique exceptus ſe in Toletanum archiepiſcopatum intruſit, quaſi a civibus illius archiepiſcopatus adminiſtrationem ſuſcipere potuiſſet, ac publici boni tuendi ſpecie primatis Hiſpaniarum ſolium occupavit : cujus facinoris fama cum ad Leonem X. perveniſſet, Hadriano Cardinali tit. SS. Joannis & Pauli provinciam dedit (*d*), ut Antonium ipſum intentatis gravioribus pœnis a turbanda publica Hiſpaniarum pace alendiſque diſcordiis abſiſtere juberet : *Cum*

di-

Zamorenſis epiſcopus Toletum occupat.

(*d*) *Lib. brev. p.* 136.

dicat, inquit, *Apoſtolus ſubjecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum ſive Regi quaſi præcellenti, ſive ducibus tamquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum*; & paulo mox: *Omnes honorate, Regem honorificate. Servi ſubditi eſtote in omni timore dominis non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis. Datum Romæ* XXIX. *auguſti MDXX. anno* VIII. Invaluiſſe adeo diſcordiam, ut utraque factio comparatis exercitibus in Caſtella atrox prælium inierit, proximo anno dicetur; Antoniumque epiſcopum perduellium ducem captum, ac diuturno carcere maceratum viſuri ſumus.

LXXIII. Porro Carolus V. cum ex Anglia in Belgium trajeciſſet, inde Aquiſgranum ſe contulit (*a*); & quamvis hortarentur eum ſeptemviri, ut illum locum morbi epidemici labe infectum cum alio ſalubrioris cæli commutaret, a ſententia tamen dimoveri ſe non eſt paſſus, reddito reſponſo, par non eſſe, ut lex a Carolo IV. confirmata convelleretur a Carolo V. Solemni itaque ritu in ea urbe IX. kal. novembris corona argentea redimitus eſt: quæ pluribus Germaniæ ſcriptores referunt, extantque de iis literæ Balthaſaris Caſtilionæi internuntii apoſtolici, qui interfuit, ad Cardinalem Bibienam datæ (*b*), quibus præcipuos ritus ſervatos deſcribit; ut nimirum inter divina miſſæ myſteria archiepiſcopus Colonienſis Carolum in genua provolutum interrogarit, alta voce: num tueri fidem catholicam, Eccleſiam defendere, juſtitiam adminiſtrare, imperium firmare, viduas, pupillos, inopes protegere, ſummum Pontificem ſemper revereri vellet: cumque hæc ſervaturum ſe reſpondiſſet, a duobus electoribus erectum adductumque ad altare, ut ea ſacramento firmaret; cujus formulam hiſce conceptam verbis affert Dolgaſtus (*c*).

(*a*) *Surius in comm. Gnie. l.* 13.

Carolus V. Aquiſgrani corona Germanica redimitus.

(*b*) *Ext. l.* 1. *lit. princ. p.* 8.

(*c*) *Dolgaſt. to.* 1. *p.* 441.

LXXIV. *Profiteor & promitto coram Deo & angelis ejus a modo & deinceps legem & juſtitiam pacemque ſanctæ Dei Eccleſiæ ſervare, populoque mihi ſubjecto prodeſſe & juſtitiam facere & conſervare jura regni, ſalvo condigno divinæ miſericordiæ reſpectu ſicut cum conſilio principum & fidelium regni atque meorum melius invenire potero. II. Sanctiſſimo Romano Pontifici eccleſiæ Romanæ, cæteriſque pontificibus & eccleſiis Dei condignum & canonicum honorem volo exhibere. III. Ea etiam quæ ab Imperatoribus & Regibus eccleſiis ſeu eccleſiaſticis perſonis collata ſunt & erogata, inviolabiliter ipſis conſervabo & faciam conſervari. IV. Abbatibus & ordinibus, vaſſallis regni honorem congruum volo exhibere, domino noſtro Jeſu Chriſto mihi præſtante auxilium fortitudinem, & decorem.*

Sacramenti tunc ab eo nuncupati formula.

LXXV. Addit Balthaſar, de quo paulo ante memoravi, nuncupato a Carolo eo jurejurando, archiepiſcopum Colonienſem principes ſciſcitatum, num Carolo obſequentes eſſe vellent; iiſque ſponte aſſentientibus, ſacro oleo regium caput, pectus cubitos, manuſque inunxiſſe, ſociatumque Cæſarem a Moguntino & Treverenſi archiepiſcopis in ſacrarium ſe contuliſſe, ac diaconi cultu indutum, inque ſolio collocatum: ac tum poſt fuſas Deo preces Colonienſem comitantibus duobus archiepiſcopis nudum enſem Cæſari porrexiſſe, Chriſtianamque rempublicam commendaſſe. Cum vero enſem aliquantulum tenuiſſet Cæſar, illum vagina recondidiſſe: ac tum archiepiſcopum indidiſſe annulum digito, texiſſe veſte regia, ſceptrumque & orbis figuram tradidiſſe: dein tres archiepiſcopos ipſius capiti coronam impoſuiſſe, reductumque ad altare boni principis munus ſe impleturum juramento ſpopondiſſe; mox in ſolio ſaxeo repoſitum: atque archiepiſcopum Moguntinum Germanico idiomate Deum comprecatum, ut diuturnam & ſanam illi vitam largiretur, ac ſe & ſocios, & ordines imperii principeſque commendaſſe; idem etiam canonicos Aquiſgranenſes repetiiſſe, atque ipſum in canonicorum numerum accepiſſe: tum vero buccinarum feſtos clangores editos fuiſſe: peracta re divina Cæſarem ſacram Euchariſtiam ſumpſiſſe, ac plures percuſſis nudo enſe humeris equites creaſſe, recenti ſcilicet ritu; cum olim enſis ſuccingeretur a Regibus, & calcaria aurea pedibus equitum aptarentur. Nonnullis de conviviorum celebritate ſubſequutis interiectis, addit Balthaſar, die proxima re divina facta oſtenſas Cæſari ſanctorum reliquias in eccleſia Aquiſgranenſi conditas, atque inter alias monſtratum pannum lineum, quo Chriſti domini vultus in cunis obvolutus veteri traditione ferebatur: deinde Moguntinum archiepiſcopum ad altare acceſſiſſe, atque ex eo promulgaſſe, confirmatam eſſe a Pontifice Caroli V. electionem; ac præcipere ut in poſterum Imperatoris, nempe electi, nomen acciperet.

Sacro rito perfecta imperialis inunctio.

Alii ſacri ritus adhibiti.

Oſtenſæ in ea celebritate Sanctorum reliquiæ.

LXXVI. Hoc vero ornatu cæſareo auctus Carolus dignas Cæſare curas poſuit in pacando Chriſtiano imperio, quod violata quinquennalium a Pontifice imperatarum induciarum religione, novis in dies turbabatur bellis; nam Dani & Sueci inter ſe digladiabantur, & (quod majoris afferebat periculi metum) Polonus cum cruci-

ci-

ciferis vetera inſtaurarat bella; ad quæ componenda Pontifex Sigiſmundum Regem Poloniæ literis xv. julii die exaratis adhortatus eſt, ut pacem cum Pruſſiæ principe redintegraret. Cum Pontifice vero cæſarea conjunxit ſtudia Carolus, utque ex Hiſpania hortatorias ad Albertum militiæ magiſtrum literas dederat, regiam pro pace operam pollicitus, ita ex Germania oratorem ad Poloniæ Regem legavit, qui imminentia a Turcis, a Moſcovitis, a Tartaris, aliiſque hoſtibus pericula exponeret, atque ad reſtituendam univerſæ reipublicæ concordiam, ut verti in Turcam arma poſſent, permoveret: cujus inſignis oratio in Polonico ſenatu habita his verbis concepta ſeptentrionis ſtatum depingit: *Cum in occulto non ſit, quam late hinc Moſci & Tartari, illinc Turcæ & Valachi ampliſſimam majeſtatis veſtræ ditionem ambiant, ejuſque fines contingant ſitibundis faucibus illis perpetuo inhiantes immaniſſimæ atque inſatiabiles beſtiæ, omnibus mortalibus infenſi, ac perpetui Chriſtiani nominis hoſtes, cum quibus quam ſtrenue atque feliciter majeſtas veſtra ſæpenumero ſit congreſſa, iiſdemque potentiſſimis hoſtibus ſeſe regnique ſui vires veluti totius Chriſtiani orbis antemurale, & unicus propugnator objecerit, eos non ſine ſuorum ſanguine fuderit, & parvis copiis innumeros illorum exercitus, Chriſto duce, proſtraverit & profligaverit, tot inſignes majeſtatis veſtræ victoriæ, non ſine ejus celeberrima fama & nomine atque immortali gloria, late per univerſum orbem ſparſa uberius teſtantur. Inde fit quod talem ac tantum principem de republica Chriſtiana optime meritum, a tam honeſtis & felicibus rerum publicarum ſtudiis atque ſucceſſibus ad privata atque inteſtina bella trahi, hoc eſt univerſorum ſalutem & commodum privatis contentionibus turbari, atque impediri Chriſtianorum arma paulo ante hoſtibus ſuis formidabilia & pernicioſa nunc inter ſeſe dimicare; & quæ prius in hoſtem exercebantur, nunc in fratrem Chriſtianum ſævire quis non doleret? quis non deteſtaretur? quis reipublicæ Chriſtianæ caſum in tanto diſcrimine ſatis deplorare poſſet?*

Civilia inter Chriſtianos bella exitialia.

LXXVII *Arrectis auribus & votis intentus nunc eſt Tartarus veteris cladis a majeſtate veſtra receptæ haud immemor, atque ultionis ſitibundus: exitum rei cautius obſervat Moſcus: expectat hoc idem Turca & Valachus, ut conciſis ac debilitatis inter ſe bellis Chriſtianorum viribus, infuſa barbarorum ſuorum multitudine fractos & invalidos obruant, & majore ſpe, ac minore ſui periculo penitus excindant. Hic bellorum Chriſtianorum tam expectatus finis: hæc illa inſignis, pro qua certatur, gloria: hæc tam opima Chriſtianis detracta ſpolia paulo poſt etiam hoſtibus ſuis præda futura, quamvis Deus ſua miſericordia (ut precamur) hæc mala longius abeſſe faciat; de humanis tamen caſibus humano more loqui aliquando præſtat.* Et infra.

Vertenda in Turcas arma.

Hortatur igitur eam ob rem majeſtas cæſarea, quo majore ſtudio poteſt ſerenitatem veſtram, velit ſuæ cæſareæ majeſtatis & reipublicæ contemplatione arma deponere, & iis tractatibus locum dare, publicumque commodum ſuo privato anteferre, utcumque etiam juſta forte cauſa ad hoc bellum ſuſcipiendum ſibi videatur provocata; plus etenim gloriæ & laudis apud univerſos ſibi pariet, ſi veluti Chriſtianus princeps, quod nomen etiam uſque nunc immaculatum apud cunctos retinuit, ab iis, quæ forte ſibi licere exiſtimat, reipublicæ amore abſtinuerit: omnes majeſtati veſtræ plurimum debebunt, quæ omnium commodis ſua poſthabuit. Erit quoque iſtud perpetuum virtutum ſuarum etiam apud poſteros monumentum, quando honeſtis conditionibus inita cum magno magiſtro pace ad priora & intermiſſa bellorum ſtudia contra inimicos fidei reverteretur; in quibus arcendis & ſubigendis plus ad victoriam proculdubio a Deo auxilii & favoris a Chriſtianis principibus eſt habitura. LXXVIII.

Poloniæ Rex ſollicitatus ad pacem.

Navata etiam eſt opera a Leone Pontifice pro reſtinguendo eo civili bello; ad quod ſedandum Sigiſmundus Poloniæ Rex poſt fractos cruciferorum impetus paratum ſe offerebat, ut arma adverſus impios exerceret: cui Leo hoſce pios ſtimulos, ut clementia uteretur, addidit (a). LXXIX.

(a) Lib. brev. p. 137.

Chriſtianiſſimo in Chriſto filio noſtro Sigiſmundo Poloniæ, &c. Regi illuſtri.

Celſitudinem tuam in Domino hortamur, eamque per viſcera miſericordiæ illius, cujus vices in terris gerimus, rogamus & obteſtamur, ut ſub inteſtino iſto contra dictum magiſtrum bello, prout convenit, abſtineas, ne illi malum pro malo, ſed potius bonum reddere cures, minimeque hoſtilem adverſus eum, ſed benignum ac paternum animum induas, non ignarus quod omnium victoriarum, quæ acquiri compararique poſſunt, nulla eſt ſpecioſior, magiſque Deo & hominibus grata, quam ſeipſum vincere, ac proprios affectus (quod hominis proprium eſt) ſuperare, acceptamque injuriam clementer potius dimittere & condonare, quam hoſtiliter ulciſci & perſequi. Quod ſi, ut ſperamus & optamus, feceris, eundem magiſtrum, quem bello & armis, non ſine magna rerum omnium confuſione, vincere poſſes, clementia

Rogatus ut pacem cum iis [illegible]

tia

tia, quam cætera quoque animantia ſentiunt, eaque manſueſiunt, lenies atque placabis, ac ejus duritiem paterna indulgentia franges; nec nos pro parte noſtra deerimus, & ad hoc authoritatem quoque noſtram interponemus, ſicut aliis noſtris literis nuntiis apud majeſtatem tuam committimus: ſperamuſque quod hujuſmodi concordia inita vires quas contra invicem exercebatis, contra Chriſtiani nominis hoſtes nulla re magis quam Chriſtianorum principum diſcordiis exultantes & confidentes unitis animis convertere, ipſoſque debellare ac fidei Chriſtianæ terminos augere & propagare curabitis: id quod continuis precibus humiliter petere ac implorare non omittemus. Datum Romæ die XV. *julii MDXX. pontificatus noſtri anno* VIII.

Convertat arma in impios.

LXXX. Abhorrebat a pacis conciliis Albertus cruciferi ordinis princeps: in quem ideo graves querelas Sigiſmundus Rex apud Leonem fudit, ab illo nimirum pacem ſanctiſſime confectam ſedente Paulo II. Pontifice fuiſſe violatam, & cruciferos equites, qui a Polonis Regibus in Pruſſiam inducti fuerant, ut infideles debellarent, arma in ipſos Poloniæ Reges vertiſſe, & aſſidue Chriſtiano ſanguine illa fœdaſſe, quæ ſe Chriſto conſecraſſe gloriabantur; *Hic ordo*, inquit, *ad hoc unum fundatus eſſe videt, ubi ubi ſit ut omnia miſceat & perturbet. Sed cum illum olim regna Hiſpaniæ & Angliæ, ac nonnullæ aliæ gentes, uti rem noxiam penitus exterminarunt, neſcimus quo fato noſtro fit, ut nos ſoli, qui pro tota re Chriſtiana ingentem vim infidelium ſolis viribus noſtris arcemus, nec unquam ab hoc labore & bello requieſcere poſſumus, hunc obicem domeſticæ pacis habere, & tantam ejus inſolentiam perpeti cogamur, ne liceat nobis citra invidiam, quod licitum eſt in aliis, hanc calamitatem vel excutere, vel ſaltem compeſcere. Verum confidimus virtuti ſanctitatis & majeſtatis veſtræ, quod ſi noſtram & illuſtris domini nepotis noſtri conjunctionem & officia cordi habent, ſi recte ſtatui Chriſtiano conſultum iri & eum ab infidelibus defendi cupiunt, cum quibus utcumque hic deſtinemur, milites tamen noſtri, quos in illis finibus habemus, aſſidue & feliciter dimicarit, operam & favorem ſuum nobis præſtabunt: quo tandem hac moleſtia & impedimento domeſtico carere & arma noſtra pro commodo rei Chriſtianæ liberius exercere poſſemus &c. Ex caſtro Thorum* XXVII. *julii*. Non ſine juſtis cauſis in hunc equeſtrem ordinem querelæ illæ prolatæ ſunt. De quo ex Pruſſia in Podoliam transferendo, ut arma virtutemque militarem non adverſus Chriſtianos ſed Turcas & Tartaros exercerent, antea actum fuerat: ſed ii in partis jam provinciis dulcem vitam ducere, quam Chriſti religionem propagare maluerunt: quos etiam a Lutheranis ſirenibus propoſita deliciarum conjugalium illecebra delinitos diſſipaſſe ordinem ſuum viſuri ſumus.

Juſtæ de cruciferis equitibus querelæ fuſæ.

LXXXI. Lapſis aliquot menſibus Leo, cum magis accenſum bellum accepiſſet ab internuntiis apoſtolicis e Polonia reverſis, atque Albertum principem comparatis in Germania ingentibus copiis aſperrimum movere bellum, adeo ut Sigiſmundus Rex ad tutandos parte alia limites adverſus Moſcovitas, ſchiſmaticos & Tartaros infideles vix ſufficeret, vehementer indoluit, atque Carolum V. hortatibus urſit, ut cæſarea authoritate tanta repelleret bella: tum Sigiſmundum rogavit, ut conſilia pacis ad arma adverſus fidei hoſtes vertenda accommodaret (*a*).

(*a*) *Ext. to. I. rer. Polon. p.* 221.

Leo Papa X. Sigiſmundo I. Regi Poloniæ.

Leonis ad Poloniæ Regem lit.

Chariſſime in Chriſto fili ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dilectus filius Joannes Theobaldus civis Florentinenſis, quem & venerabilem fratrem Zachariam epiſcopum Gardienſem nuntios noſtros alias ad majeſtatem tuam deſtinavimus, nuper ad nos reverſus nobis retulit quo amore & quanta humanitate regia majeſtas tua eos venientes exceperit, ac ſemper tractaverit, ipſumque deinde receſſurum benigne ac liberaliter dimiſerit: quod ut nobis gratum & acceptum fuit; ita valde & ſupra modum diſplicuit, ab eodem Joanne intellexiſſe, bellum inter te & dilectum filium Albertum ex marchionibus Brandeburgenſibus hoſpitalis domus B. Mariæ in Pruſſia magnum magiſtrum, quod pluribus literis ac monitionibus per dictos, & alios nuntios noſtros utrique veſtrum noſtro nomine factis extinctum, vel ſaltem ſedatum ac ſopitum eſſe credebamus, adeo recrudeſcere cœpiſſe, ut inde populorum ſtrages & devaſtationes ac innumera ſcandala, qualia pluribus abhinc annis acciderunt, magnopere timenda ſint ac formidanda & nobis quidem perſuademus majeſtatem tuam ad hujuſmodi bellum ex quo nulla laus, vel utilitas ſperari, ignominia vero & ingens damnum formidari debet, invitam trahi a bellis illis contra infideles & ſchiſmaticos, ex quibus maximam & immortalem gloriam ſibi comparavit; non poſſumus tamen ſolitam ejus manſuetudinem ac bonitatem non deſiderare erga eum præſertim quem filii loco habere, & cujus juveniles impetus patientia quadam potius &

conſilii maturitate delinire deberet, quam vi frangere, ac non ſine magna rerum prope omnium confuſione deſtruere; quanquam ſi vera ſunt quæ nobis nuntiantur & quæ vix credere poſſumus, ipſum videlicet Albertum non ſuos tantum, ſed complures alios Germaniæ populos pro ſe contra majeſtatem tuam convocaſſe, ac tantum comparaſſe exercitum, ut illi vix reſiſtere poſſis, quin regni tui civitates & loca Tartaris ac Moſcovitis aliiſque infidelibus & ſchiſmaticis confinia ſolitis ac neceſſariis præſidiis quaſi denudare cogatis: propter quod majeſtas ipſa tua nonnullam iraſcendi ac vim vi repellandi cauſam habet; ac propterea ipſum Albertum per alias noſtras ad pacem & concordiam cum majeſtate tua ineundam ſerio monemus: præterea ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Romanorum ac Hiſpaniarum Regem catholicum in Imperatorem electum ſcribimus, eum hortantes, ut pro concordia inter vos componenda laborare, eamque per oratores ſuos procurare velit; ac etiam dicto Zachariæ epiſcopo & nuntio committimus, ut pro eadem pace componenda noſtro nomine operari atque efficere debeat, ſperamuſque omnipotentem Deum ſua clementia permiſſurum fore, ut pia deſideria noſtra non alio quam ad publicam totius chriſtianitatis pacem & quietem ejuſque ſanctæ fidei conſervationem & exaltationem tendentia fælicem ſortiantur eventum. Quod autem ad majeſtatem tuam attinet; te fili noſter chariſſime, hortamur, ac per viſcera miſericordiæ Dei noſtri rogamus, ut ſi ulla unquam in re prudentiam, æquitatem, manſuetudinem tibi a natura inſitas oſtendiſti, nunc illis erga nepotem tuum uti velis, ac ſatis habens regnum tuum defendere ac tutari, nolis ulterius progredi, ac ejuſdem Alberti fines ingredi temperes ac abſtineas, non ignarus potiorem ac magis regiam virtutem eſſe injuriarum obliviſci, quam eas ulciſci velle; ac ex omnibus victoriis nullam majorem aſſe, quam ſeipſum vincere. Tua igitur majeſtas ita ſe geres, ut quemadmodum omnes ſingularem ejus virtutem & præclara geſta jure ac merito prædicant, veriſque præconiis & laudibus in cælum tollunt; ita etiam ejuſdem pietatem & continentiam atque animi moderationem dignis ac veris laudibus proſequantur: quod ſi majeſtas tua, ut ſperamus fecerit, magno cæteris principibus exemplo erit; qua ipſi etiam temperantia ac modeſtia uti debeant, & coram Chriſto redemptore noſtro, qui in ligno crucis pendens Deum patrem pro crucifigentibus ſe rogavit, non parvum ſibi meritum acquires; nobis inſuper, qui eam tanquam peculiarem filium noſtrum in viſceribus charitatis ſemper geſſimus, rem gratam & nunquam obliviſcendam faciet. Datum Romæ die XXV. *decembris anno Domini* * MDXXI. *pontificatus noſtri anno* VIII. * MDXX.

De magnis apparatibus ex Germania Moſchovia & Tartaria fit certior.

Propoſita laus ex pace colligenda.

Inſtauratam fuiſſe inter Polonos & cruciferos pacem videbimus inferius: quam omnes pii, ut rei Chriſtianæ maxime neceſſariam continentibus votis efflagitabant; etenim Turcæ Dalmatiam & Croatiam excurſionibus atterebant, cum a Ludovico, Hungariæ Rege Sigiſmundi Poloniæ Regis Pruthenico bello impliciti nepote, omni auxilii ſpe Dalmatæ deſtituti eſſent: qui in extremum pene diſcrimen adducti ad pontificem perfugerunt, ac miſſo oratore profeſſi ſunt, ſe neceſſitate preſſos ad Turcicum fœdus ineundum adactum iri, atque iter ad interiores Chriſtiani imperii partes penetrandas aperturos, niſi Hungariæ Rex ipſis auxilia ſubmitteret. Quo accepto nuntio Pontifex, qui Ludovici Regis tutor a Ladislao Rege, cum Sigiſmundo Rege Poloniæ relictus fuerat, eundem Sigiſmundum oravit, ut auxiliarem exercitum ex Hungaria in Dalmatiam ſubmittendum curaret, ne firmiſſima Chriſtianorum propugnacula Selimus occuparet, e quibus in Italiam Germaniamque barbaras acies immitteret (a). LXXXII

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Sigiſmundo Poloniæ Regi illuſtri.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem &c. Non ſine magna commiſeratione ac incredibili cordis atque animi noſtri dolore nos ac venerabiles fratres noſtri S. R. E. Cardinales audivimus, quæ dilectus filius Thomas Nigro notarius noſter ac venerabilis fratris noſtri Petri epiſcopi Veſprimienſis Dalmatiæ & Croatiæ bani, ſeu viceregis vicarius, & ab illis ad nos nuper deſtinatus, nobis & eiſdem Cardinalibus in ſecreto noſtro conſiſtorio, præſentibus aliquot etiam Regum, principum & potentatuum Chriſtianorum oratoribus longa & copioſa oratione percenſuit, inter alia deplorans incurſiones, excidia vaſtationes ac rerum & perſonarum miſerandas direptiones & aſportationes in Dalmatiæ & Croatiæ finibus per ſæviſſimos Turcas hoſtes noſtros proxime factas in maximum totius Chriſtiani nominis opprobrium, dedecus atque ludibrium, ipſiuſque Chriſti Salvatoris noſtri vilipendium: quæ cum intra paucos menſes multo ſæpius acciderint, quam plurium annorum ſpatio antea fieri conſueverant, incolæ, comitas & barones & alii dictarum provinciarum nobiles cauſam & culpam omnem in Hungaros reiicientes, quia certum fœdus cum Turcarum tyran-

Dalmatia & Croatia vaſtatæ a Turcis.

(a) *Lib. brev. Leon. X. p.* 147.

no

no iniiſſe dicuntur (quod equidem vix credere poſſumus) ac ſe a dictis Hungaris proditos fuiſſe conquerentes, ad tantam deveniſſe dicuntur deſperationem, ut dicto epiſcopo & bano palam proteſtati fuerint, niſi per chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludovicum Hungariæ Regem illuſtrem, vel per nos & hanc ſanctam ſedem vel alium Regem ac principem, ſeu potentatum Chriſtianum, de opportuno auxilio, tutela & defenſione ſibi proviſum fuerit, ſe non ſolum a dicti Ludovici Regis, ſed & noſtra & dictæ ſedis obedientia & devotione deſcituros, & cum dicto Turcarum tyranno fœdus aliquod etiam inituros, illique annuum tributum ſi neceſſe fuerit penſuros, & in quælibet Chriſtianorum regna & loca liberum tranſitum non ulterius denegaturos foro; ipſumque epiſcopum & banum ad ſimilem nobis quoque & dictæ ſedis communioni ipſorum dicti epiſcopi nomine faciendam proteſtationem compulerint: quæ tum licet majeſtati tuæ nota compertaque eſſe non dubitemus, pro certiſſimo nobis ipſis perſuadeamus, eam ſemper meditari & optime ſcire, quod ipſius officium parteſve ſint circa cuſtodiam & defenſionem univerſæ quidem Chriſtianitatis, præcipue vero regni Hungariæ: cum ipſius Regis patruus ſit, eique a claræ memoriæ Ladislao Hungariæ Rege fratre ſuo germano ac dicti Regis genitore non ſolum tutor ſed etiara pater relictus fuerit. Quia tamen idem Ladislaus Ren nos etiam & dictam ſedem dicti Regis tutores in ultima voluntate ſua reliquit, nobiſque eum ac ipſius regnum multis cum lachrymis moriens commendavit, ultra paſtoralis officii noſtri commune debitum ad nos pertinere ac ſpectare duximus, eandem majeſtatem tuam monere atque hortari, ut oculos aperiat; quia Judas ipſe non dormit, ſed aditum ad nos continue rimatur & explorat, illiuſque inſidias & nefandos conatus dum pro negotio licet prævenire nitantur, ne ſi fractis clauſtris in dictum regnum Hungariæ, vel quaſcumque alias Chriſtianitatis provincias irruperit, non modo illis terrorem incutiat, ſed etiam damna & cædem inferat, pedemque ibi fortius figat, quam ut inde poſtea totius Chriſtianitatis viribus poſſit expelli: quod ut timeamus ac formidemus, non antiquorum modo, ſed noſtrorum quoque temporum ratio nos admonet.

Dalmatæ defectionem ad Turcam minantur ni juventur.

Polonus admonitus ut opem ferat.

Celſitudinem igitur tuam, quam ingeniis & prudentiæ aliarumque maximarum virtutum donis inſignivit Altiſſimus, & cujus potentia & authoritate plurimum valet, ſedulo monemus, & hortamur per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, de cujus fide agitur, obnixe rogantes ut pro ſolita ſua & prædeceſſorum ſuorum erga orthodoxam fidem, pro qua facinora tam memorabilia geſſit, pietate, ac erga nos & hanc ſanctam ſedem, in qua permiſſione divina ſedemus, devotione periculum in quo non ſolum Dalmatia & Croatia, ſed totum etiam regnum Hungariæ ac vicinæ illi provinciæ, & demum tota Chriſtianitas verſatur, diligenter conſiderare ac modum & rationem inire vel excogitare velit, quatenus Dalmatiæ & Croatiæ provinciis hujuſmodi, quas totius Chriſtianitatis fauces & firmiſſima propugnacula eſſe vidimus, opportuno auxilio & defenſione provideatur, ipſas ſi opus fuerit ac dictus Ludovicus Rex opem ferre non poterit, in tutelam & protectionem ſumendo, illiſque ſuppetias neceſſarias opportune ſubminiſtrando. Nos certe quantum in nobis erit & tenues vires noſtræ valere poterunt, in hoc cæteriſque Chriſtianam rempublicam concernentibus nihil omnino prætermiſſuri ſumus, non ſolum noſtras vires, ſed ipſam quoque animam pii more paſtoris pro gregis curæ noſtræ commiſſi defenſione & ſalute dare, & fundere parati, ac ingredi perſonaliter. Eadem maieſtas tua ex eodem Thoma expreſſius intelliget, quem noſtrum etiam nuncium & commiſſarium propterea duximus deſtinandum ut ſi neceſſe fuerit, ab ipſo tanquam vero & oculato diſcriminum & periculorum imminentium teſte ſingula diligentius percunctari ac ſcire poſſis: quem eadem majeſtas tua non ſecus ac ſi nos ipſos coram loquentes audiret, integram circa præmiſſa fidem præſtabit; & cum periculum ſit in mora, celerem ſperatamque ei expeditionem dabit. Datum, &c.

Expoſitum impendens periculum.

Dalmatia Italiæ & Germaniæ clauſtrum.

LXXXIX. Hoc tempore, dum in Dalmatiam crebras irruptiones Turcæ agebant, & Chriſtianos captos ad fidem Chriſti abiiciendam admoto ferro jugulo cogebant, vel martyrio afficiebant; ſacerdos Dalmata, cum in Mahometis verba jurare detrectaret, exectis a Turcis præcordiis, implorata Virginis ope ad ædem Lauretanam ſua geſtans viſcera vivus perrexit, atque acceptis ſacramentis pie animam cælo reddidit: quod miraculum ex Lauretanis monumentis ac Rieræ annalibus ita narrat Horatius Turſellinus (*a*): *Sacerdos erat Dalmata, vir antiqua ſimplicitate, idemque Lauretanæ Virgini unice deditus: hic forte captus a Turcis, cum ad deſerendam religionem omni artificio pelliceretur, nefarias voces, non dicam animo, ſed auribus admittere nullo modo ſuſtinebat. Itaque importunos illos hortatores averſatus, ut eis ægre faceret, ultro Chriſtum ac Mariam identidem invocabat. Stomachantibus illis, ſuſcitantibuſque cur tan-*

(*a*) *Turſell. l.* 2. *c.* 18.

Sacerdotis Dalmatæ in fide conſtantia.

dem illa nomina uſurparet; quia hærent mihi (inquit) in præcordiis. Ibi Turcæ minitari, ſe præcordia ipſa extracturos, niſi exemplo Chriſtum Mariamque exſecretur. Erratis (inquit ille) præcordia mihi auferre poteſtis, Chriſtum & Mariam non poteſtis. Tum vero illi furentes ita ſacerdotem ferro pariter invadunt. Hic Dalmata Lauretanam inclamans Virginem, vovet, ſi vita ſuppetat primo quoque tempore ſe ad eam iturum: ea vox iratos magis accendit. Igitur hominem circumſiſtunt, & diſciſſo apertoque pectore inteſtina a ſummo reciſa extrahunt; eaque feminecì jam jamque, ut rebantur, caſuro tradunt ſimul per ludibrium increpantes: Abi jam, propera, & præcordia, in quibus hærere ais Mariam Lauretanam, ad eam perfer, uti voviſti. Excedit fidem, non tamen divinam vim, quod deinde me moratur. Moribundus ſacerdos, Deo mortem morante, viresque ſuggerente porro ire pergit: multorumque dierum itinere celeriter emenſo Lauretum pervenit ſua exta præferens manu. Quacumque incedit, concurſus ad eum fieri ſeu viſendi ſtudio, ſeu rei cognoſcendæ. Et ille Lauretani præcipue templi miniſtris apertum, vacuumque pectus & prætenta manu viſcera oſtentans, totam rem breviter enarrat, cunctis ſtupore atque admiratione attonitis. Ad ultimum gratiis Virgini enixe actis, & ſolemnibus confeſſionis Euchariſtiæque præſidiis communitus, in Deiparæ conſpectu complexuque (ut credere par eſt) efflavit animam. Exta ipſa e regione ſacroſanctæ cellæ ſuſpenſa diu advenis ſpectaculo fuerunt: quibus tabe abſumptis exta e ligno aſſimilata atque ibidem affixa multos annos monumentum ei fuere miraculo.

Laniato pectore a Turcis Lauretum pergit.

Munitus ſacramentis animam piam exhalat.

LXXXIV. Extrema omnia a Selymo intentata.

Cum e Dalmatia in Italiam Selimus iter ſibi muniret, atque ob perpetuas Chriſtianorum diſſenſiones eo res Chriſtiana adducta eſſet, ut niſi divina providentia Selimum fidei noſtræ hoſtem immaniſſimum ſuſtuliſſet, ab eo triumphis Syriacis, Ægyptiis, Armeniis, Perſicis, Africanis elato, inque occidentem univerſas vires Mahumeticas effundere meditante, maximum diſcrimen religioni noſtræ conflaretur: divinum Numen, cujus nutu omnia pendent, tyrannum in ipſo ſceleris conatu extinxit canceroſo ulcere in illius renibus exorto (*a*); ex cujus ſævitia univerſo corpore computreſcente, ſævus tyrannus teterrimam animam æterno funeri tradidit. Quo tempore Rhodiorum equitum princeps ingentes bellicos apparatus Selimi veritus, aſſiduis literis & oratoribus Pontificem, Franciſcum Gallorum Regem, & alios Chriſtianos principes concitabat (*b*), ut juncta armorum ſocietate, comparataque validiſſima claſſe opem ipſis ferrent adverſus Turcam, interque illius ædificandæ moras minorem ſubmitterent. Pontifex tres majoris alvei naves milite & omni bellico ornatu apparatiſſimas præfecto Joanne Baptiſta Nibbia equite; Francorum vero Rex ſeptemdecim navium claſſem ſubſidiariam Rhodum miſerant. Quod ad Selimum attinet; extinctum eum tradunt (*c*) apud Ciurlum oppidum Thraciæ, in quo olim patrem ſuum oppugnaverat, ulciſcente ſcelus etiam illud filii impii divina juſtitia. Poſt illius mortem excitati ſunt in Turcico imperio nonnulli motus: etenim Gazelles Syriæ præfectus cum ſe præſtiti Selimo tantum ac non ſucceſſori juramenti religione liberum putaret, Mamalucorum imperium extinctum excitare, atque in priſtinum ſtatum reſtituere aggreſſus eſt (*d*): cui ſtudere Syri videbantur Turcis infenſi, idemque a Rhodio principe auxilium petiit: qui mox claſſem Chriſtianam in maritimas Syriæ oras miſit, atque Antonium Boſium equitem ſcriptæ hiſtoriæ authoris patruum vigeſima decembris hujus anni die ad ſummum Pontificem legavit, ut ei oſtenderet, idoneam valde redintegrandi in oriente Chriſtiani imperii ac recuperandi ſepulchri dominici occaſionem obveniſſe, ipſumque hortaretur, ut tantæ rei gloria pontificatus ſui memoriam Chriſtianæ poſteritati conſecraret. Antea vero ad Leonem Genuenſes nuntium Selimi interitus pertulerant: quo ille audito ex magno timore ſe recreatum ipſis ſignificavit (*e*); quod Chriſtiana reſpublica maximo periculo liberata eſſet, cum tyrannus ingentes apparatus feciſſet, Chriſtiani autem Reges ad infringendos ejus conatus nil dignum ſtatuiſſent.

(*a*) *Turcograc. l. 2. append. Naucl. Sabell. 1. hoc ann. Bizar. hiſt. rer. Perſic. l. 10. Boſius p. 2. l. 18. Leunclav. & pandect. §. 225.*

(*b*) *Boſius p. 2. l. 2.*

Rhodii principis pia ſtudia. Selymi mors.

(*c*) *Id. ib. Bizar. l. 10. & alii.*

Gazelles in Turcam rebellat.

(*d*) *Boſius ubi ſup.*

A Rhodius opem poſcit.

(*e*) *Apud Bemb. l. 16. ep. 25.*

Non potuit, inquit, *gratior afferri nobis nuncius Damiano cive veſtro, quem ad nos magna celeritate miſiſtis: is enim nobis veſtris verbis renunciavit Selimum Turcarum Regem mortem obiiſſe. Eum igitur multa nobis & ordine & prudenter exponentem libentiſſime, audivimus, egimuſque Deo optimo maximo gratias, qui ſuis populis nobiſque omnibus imminentem formidabili potentia, audacia, crudelitate, hoſtem ſubmovit. Amavimus autem ea de re amorem erga nos veſtrum, & diligentiam, quæ quidem cum ſæpe alias nobis gratiſſima fuit, cum certe hoc tempore, acceſſit ſane etiam jucundiſſima quo maxime Regem illum acrem & vegetum pertimeſcebamus; cum nihil adhuc quidem noſtri Reges in communem utilitatem præter ſpem pollicitationeſque contuliſſent: ſed hæc hactenus. Hortamur autem* LXXXV.

Actæ numini grates de extincto hoſte.

tem

tem vos ut, ſi qua alia iſtuc vel Byzantio, vel omnino ex Aſia perſerentur, quæ ſcire nos oportere vobis videri poſſit, ſtatim ad nos omnia perſcribatis, &c. VI. *idus decembris MDXX. anno* VIII *Romæ*.

LXXXVI. Solymannus Selymo ſuccedit.

(a) Turcograc. l. 2. Byzar. hiſt. rer. Perſic. l. 2. Paul. Jovius l. 20.

Conſtantinopolitanæ eccleſiæ ſtatus infelix.

(b) Turcograc. l. 2.

Imperaſſe (a) Selimum tradunt annis octo ac ſex menſibus, ſceptrumque Turcicum reliquiſſe Solimanno filio; qui paternum in Chriſtianos odium non æquare modo, ſed ſuperare viſus eſt, parumque abfuit quin religionis Chriſtianæ reliquias ex ipſa Conſtantinopoli ac pleriſque aliis urbibus excinderet, ut ſuo loco dicetur. Adminiſtrabat Conſtantinopolitanam eccleſiam cum Selimus obiit, Theoleptus Joanninotum patriarcha, qui Pachomio ſucceſſerat: depulſus autem poſtea eſt patriarchali ſede ab Jeremia Sophiæ metropolita aſtu & flagitio; quippe illius inimici polliciti (b) Solimanno annuum vectigal aucturos quingentis aureis, ita ut cenſus a patriarcha Conſtantinopolitano pendendus quatuor millium eſſet, de gradu ejus dignitatis dimovendum curarunt. Ita miſeri Græci ob ſchiſmatis ſcelus in Turcicam ſervitutem a Deo ultore traditi, ſceleribus novis ſervitutis jugum ſibi ingravant; quamque patriarchalem dignitatem a ſummo Pontifice accipere noluere, a Mahometano principe veluti rem profanam emere maluerunt: qua in re ita ſunt inſtabiles, ut ſi major vis auri tyranno afferatur, mox depellantur: quod prædicto Jeremiæ accidit, qui dum apud Jeroſolymam verſabatur a Joannicio metropolita Sozopolis ſolio deturbatus eſt; quamquam is poſtea honore dejectus ſedem reſtituit Jeremiæ, qui centum aureis Charatzium ſive vectigal annuum auxit, cum Prochorus Achridenſis Berroeam ſibi vendicaret; litem enim a Chriſti vicario dirimendam a barbaro dirimi voluerunt. Hæc de orientalibus ſuffecerint: ad ſeptentrionales res ſermonem nunc traducimus.

Patriarchalis dignitas empta a Mahometis ſervo. Simoniaci ſimoniacos pellunt.

LXXXVII. Chriſtiernus Suedica corona redimitus.

Hoc anno Chriſtiernus Daniæ Rex, qui Eliſabetham Caroli V. ſororem uxorem duxerat, poſt necatum Stenonem Stocholmiæ principem Suedicum diadema capeſſivit: ſed cum plures a ſe averſos eſſe ſuſpicaretur, eorum quos ad convivium vocarat, ſanguine indutam purpuram cruentavit: *Cum conſideraret*, inquit Joannes Magnus, *ſe a minima procerum parte in regnum accerſitum, atque ob id ſuam coronationem a cæteris in libertatem reſtitutis caſſari poſſe, plurimos regni ſenatores & proceres eadem coronationis die, ſcilicet ipſa dominica infra octavas omnium ſanctorum, anno Chriſti MDXX. convivio contractos a ſe ob regiam fidem ſecuros putantes apprehendit, & nimis ſeveriter trucidari fecit*. Truncatos capite inter eos Suedici generis proceres Scarenſem & Strengenenſem epiſcopos refert Surius (c): dein ſenatum Stocholmienſem trucidatum: mox ſævitum in plebem: plures, qui latebris ſe occultaverant propoſita impunitate prodeuntes a Danis cæſos: eorum vero cadavera triduo inſepulta relicta una cum Stenonis refoſſo e ſepulchro corpore concremari juſſit tyrannus, quaſi de rebellibus omnibus triumphaſſet. At male crudelitate firmantur Regum ſolia, divinaque eum mox juſtitia e Suecia tot hominum polluta cruore diſpulit; ſubdit enim Magnus: *Ipſe Rex in tanto procerum numero bonam eorum partem occidere fecit, per quos fuiſſet in ampliſſimo principatu diu conſervandus: a quo confeſtim & eodem menſe, quo venerat, excluſus in ſuam Daniam eſt reverſus: documentum ſingulare omnibus Regibus & principibus effectus, qui ſeverius imperare quam clementius præeſſe contendunt*.

Suecos proceres trucidat in convivio.

(c) Surius ibid.

Laniena in Suecos exercita.

LXXXVIII. Hauſerat ex Lutherana hæreſi crudelitatem Chriſtiernus, quam ab internuntio pontificio expilato conjectoque in carcerem inchoarat, ac plures epiſcopos Sueciæ congregatos ſubjectis flammis exuſſiſſe ipſe apud Clementem VII. poſtea faſſus (d) eſt, cum ſceleris patrati veniam poſceret: ex quibus emendes Joannem Meurſen (e), qui in hiſtoria Danica impudentiſſime mentitus eſt, Romanum Pontificem Chriſtierno perſuaſiſſe, ut carnificinam illam in Suecos exerceret, quam Olaus Magnus ita deſcribit (f): *Procurato per quoſdam Danicæ factionis in regnis Sveciæ & Gothiæ proceres Danorum conſanguineos & affines, inter quos erat infeliciſſimus Goſtavus Trolle archiepiſcopus Upſalenſis, aditu in regna prædicta, adeo ferox & ſeverus evaſit, ut nullo præſtiti juramenti, aut ſigillatarum literarum, aut acceptionis tremendi dominici corporis habito reſpectu, aut cujuſvis commiſerandæ rationis compaſſione, una die, ſcilicet* VIII. *novembris MDXX. diverſorum ordinum principes, magnates, conſules, ac cives numero XCIV. me vidente ac trepidante, impio ferro impiiſſimo malignorum conſilio ſtimulatus detruncari juberet, atque triduo ante prætorium urbis Holmenſis inhumata eorum corpora, donec extra civitatem comburenda deportarentur, remanere: profecto horrendum ſpectaculum quod ipſi Chriſtierno procul dubio mille miſeriis poſtmodum vexato occurreret; ſic inſtigante crudeli conſilio ad gratiam receptos, quos perendie amicabiliter invitatos hoſpites ad regale convivium habuiſſet atrociſſime puniviſſe, idque non uſitato ſæ-*

(d) A. C. 1530. n. 58.

(e) Jo. Meurſen. hiſt. Dan. l. 3.

(f) Magnus l. 8. c. 39.

Chriſtierni Regis Daniæ immane facinus.

Digitized by Google

ſæviendi modo; ſed cruci affixum quemdam magnum Joannis præfectum, patriæ ſuæ validiſſimum defenſorem, humi in terra tabulaque ligatum, ut primum pudendis, demum corde exciſis & in vultum patientis contumelioſorum verborum inſultu projectis, ad majorem rabiem, & perpetuum horrorem actum fuiſſe oſtenderetur. Poſtea ejuſdem diei inſequenti nocte infeliciſſimæ viduæ, quarum mariti ferro conſumpti ante ora beſtiarum in publico foro jacebant, pecunia & omni ſupellectili per inſatiabiles Daniæ præfectos ſpoliatæ inconſolabiliter ingemiſcebant. Certe turpiſſimi & immaniſſimi erant officiales illi, ſolo terrore regii nominis vel pendentis crudelitatis cunctos maximæ innoxios, pudicitiæ & omnis verecundiæ honeſtatem deprædantes: nec melior erat pupillorum & orphanorum conditio, qui in parentibus torquebantur, & omnibus fortunæ bonis ſpoliabantur. Longa & terribilis per me, tanquam ſingula lachrymoſe videntem, texenda foret hiſtoria, ſi ſingulas hujus calamitatis partes enarrare vellem, quomodo videlicet divina & humana confundebantur, nulla promiſſæ fidei ratio nullus religioni reſpectus, omnia temeritate ſacrilega agitabantur: ubique gemitus, ubique cædes, ubique mors, nullibi conceſſum effugere; vivere inter diſtrictos gladios, & efferos homines impoſſibile: ſervabatur vigilantiſſimo cuſtode civitas, ne quis ex eo communi omnium civium carcere erumpat, ut regni incolis patratæ crudelitatis ſeriem denunties: quem ſi libera populi multitudo ſubito perſciſſet nihil comuiſſi facinoris inultum remanſiſſet.

Adminiſtrorum in viduas & pupillos ſævitia.

Quod cum Rex (a) adverteret, in ſola fuga ſalutem ſuam reponens, paucis poſt diebus inde verſus ſuam Daniam ſe recipere eſt coactus: in quo itinere plures rotis, furcis alioque horrendo mortis genere quartando mortificari juſſit, præſertim apud Oſtrogothos in Vaſteno terra S. Birgittæ: demum in Nidalenſi monaſterio novæ vallis dicto; ubi licet humaniſſimo hoſpitio ſuſceptus eſſet, tamen die purificationis D. Virgini dedicato abbatem cum ſeptem monachis peracto altaris ſacrificio manibus a tergo ligatis in rapidum flumen ſubmergi juſſit: unde cum abbas naturali fortitudine funibus ruptis ad littus enataret, a regis ſatellitibus ferro excerebratus interiit. Ita & parvuli illuſtris familiæ Ribbingorum Veſtrogothia, quibus hoſtulis barbaries ignoſcere ſolet, ante ejus conſpectum gladio ſublati ſunt: quo factum eſt, ut ſub eo congregatis XXX. millibus incolarum armatorum, ipſe ſibi conſcius per devia ac invia potius nocturno, quam diurno præcipiti curſu ſe reciperet intra limites ſuæ Danicæ ditionis, ubi neque ſine ſimili fortitudine ſecurior eſt relictus.

(a) *Id. c. 40.*

In abbatem & monachos exercita crudelitas.

Fugatus e Suecia.

Potitus autem eſt Suedico ſceptro Goſtavus Ericſon Stenonis Sture principis nepos, ac proximo anno ab epiſcopis catholicis corona redimitus (*b*): in quo Joannes Magnus Lincopenſis Gothus nobilitatis ac doctrinæ laude inſignis, poſtea archiepiſcopus Upſalenſis, hiſtoriæ ſuæ Gothicæ ac Sueticæ fatis finem impoſuit his verbis (*c*): *Goſtavianam hiſtoriam illis ſcribendam relinquo, qui fatis ejus ſuperviventes efficacius teſtimonium perhibere poſſint au per illum reuerit, qui dicit:* Per me Reges regnant & legum conditores juſta decernunt. *Et hic interim ſit Gothicæ & Sueticæ hiſtoriæ finis, quam novem menſibus in patriarchatu Veneto ad hanc formam redegi, cum generale catholicæ eccleſiæ concilium ſolicito animo expectarem anno a Chriſto nato MDXL. tertia die menſis junii.* Porro Chriſtiernum non Sueciæ modo, ſed Dania etiam ob barbaram tyrannidem pulſum diu profugum & inopem fuiſſe, demumque victum ab hoſtibus miſere periiſſe viſuri ſumus. Perpeſſum ſub eo Rege multa virum inſignem Georgium de Schotborch Lundenſem archiepiſcopum, quod ei nollet tradere inſulam Bornholmenſem, refert Surius (*d*), atque hoc elogium addit: *Is epiſcopus tandem propter juſtitiæ defenſionem exul a ſede ſua & patria ſua Coloniæ Agrippinæ mortuus eſt poſt multas hujus vitæ ærumnas & calamitates, quas conſtanti animo non paucis annis perferre maluit, quam diœceſim ſuam non ut paſtor, ſed ut vilis mercenarius prodere tyrannis. Habitavi ego aliquandiu in ædibus ejus cum Coloniæ literis operam darem, multaque vidi in illo virtutum exempla: utebatur ſæpiſſime aſpero cilicio ad nudum corpus, atque in precibus erat aſſiduus: rara quædam in illo prudentia cernebatur, & morum gravitas.*

LXXXIX. Goſtavus Ericſon ad Sueciæ regnum evectus.

(*b*) *Olaus Magn. l. 7. c. 5.*

(*c*) *Magnus l. 24. c. 4.*

Chriſtiernus ob tyrannidem Dania & Suecia pulſus.

(*d*) *Surius in comment. an. 1517.*

Lundenſis archiep. ab eo pulſus.

Hoc anno Jacobus Scotiæ Rex Chriſtierni nepos, miſſo Joanne Albaniæ duce, Leoni Pontifici obedientiam detulit ſolemni ritu, qui in publicis monumentis ita deſcribitur (*e*). XC.

In nomine Domini. Amen. Per hoc præſens publicum inſtrumentum cunctis pateat evidenter & ſit notum, quod anno a nativitate Domini MDXX. indictione octava, die vero lunæ XVIII. menſis junii pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini Leonis divina providentia Papæ X. anno VIII. coram prælibato ſanctiſſimo domino noſtro una cum reverendiſſimis in Chriſto patribus & dominis ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, & infra, *patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prothono-*

(*e*) *Ext. l. 2. brev. Leo. X. p. 37.*

Delatum a Jacobo Rege Scotiæ obſequium Pontifici.

Digitized by Google

notariis & ipſius ſanctiſſimi domini noſtri ſecretariis, ac ſacræ conſiſtorialis aulæ advocatis, necnon magiſtris nobilibus & generoſis dominis ſacri imperii, Chriſtianiſſimique Francorum, ac illuſtriſſimi Anglorum, aliorumque Regum, ducum & principum oratoribus, aliiſque pluribus principibus, comitibus, marchionibus, militibus & excellentiſſimis perſonis ibidem congregatis in palatio apoſtolico, & in magna ipſius palatii conſiſtorialis aula, in qua oratores Regum ſolitam obedientiam ſanctæ ſedi apoſtolicæ & Romanis Pontificibus in ea pro tempore præſidentibus præſtare conſueverunt, ad id decenter parata & ornata, perſonaliter conſtitutis, & ad recipiendum filialem obedientiam ad quam præſtandam ſereniſſimus & illuſtriſſimus Jacobus Rex Scotorum in minori ætate conſtitutus, nobilem & illuſtriſſimum virum Joannem ducem Albaniæ ſuum legitimum tutorem, ac ipſius regni ſecundam perſonam & gubernatorem cum literis credentialibus deſtinaverit, publicum conſiſtorium debitis cærimoniis adhibitis celebrandis, faciendis & tenendis, quandam commiſſionem primo per eximium juris utriuſque doctorem dominum Joannem Baptiſtam de Senis ipſius conſiſtorialis aulæ advocatum propoſita in modum ſolitum; & ea nondum completa idem Joannes dux Albaniæ legitimus tutor Jacobi Regis, ſecunda perſona ac gubernator regni hujuſmodi, nimirum Scotiæ, *in prælibati ſanctiſſimi domini noſtri Papæ, ac omnium & ſingulorum ſupranominatorum meique cameræ apoſtolicæ notarii, & teſtium ſubſcriptorum præſentia, haraldo regio præeunte acceſſit: cumque ob ſingularem, quem prælibatus Jacobus Rex & ipſe Joannes dux ad præfatum ſanctiſſimum dominum noſtrum & ſanctam ſedem Apoſtolicam gerunt devotionis affectum, ad præſtandum eidem ſanctiſſimo domino noſtro Papæ & dictæ ſedi, ipſius Jacobi Regis nomine filialem obedientiam perſonaliter veniſſet, & in terram proſtratus ipſius ſanctiſſimi domini noſtri pedes humillime oſculatus; ipſeque ſanctiſſimus dominus noſter ejuſdem Joannis ducis capite ambabus manibus apprehenſo, ipſius faciem exoſculatus fuiſſet, idem Joannes dux quaſdam literas credentiales filialis obedientiæ per eum præſtandæ, enimiamque & ſinceram devotionem ipſius Jacobi Regis erga ſanctiſſimum dominum noſtrum & Apoſtolicam ſedem continentes, oſculo interveniente ſuæ ſanctitati porrexit: quas cum reverendus pater Jacobus Sadoletus epiſcopus Carpentoracenſis & ipſius ſanctiſſimi domini noſtri ſecretarius, ea qua decet reverentia ſuſcepiſſet, idem Joannes dux poſt genuflexiones & reverentias præfato ſanctiſſimo domino noſtro, ac reverendiſſimis dominis Cardinalibus factas, ad bancum, cui advocati conſiſtoriales commiſſionem proponentes adhærere ſolent, e regione ſolii ejuſdem ſanctiſſimi domini noſtri pervenit; ibique loco ſibi per magiſtrum cærimoniarum aſſignato permanſit, & expectavit donec idem Joannes Baptiſta advocatus commiſſionem per eum proponi cœptam complevit, ac eximius utriuſque juris doctor dominus Marnis Salomonis ejuſdem conſiſtorialis aulæ advocatus quandam aliam commiſſionem propoſuit: qua etiam completa, & per eundem ſanctiſſimum dominum noſtrum utrique reſponſione data: Placet; ipſiſque commiſſionibus ad manus regentis cancellariæ datis, præfatus Joannes dux cum jam obedientiam ipſam præſtare deberet, literis credentialibus filialis obedientiæ per eundem Jacobum epiſcopum & ſecretarium juxta morem alta voce perlectis, elegantem brevi præſtationem filialis obedientiæ nomine præfati Regis continentem per reverendum patrem dominum Richardum Boithuell utriuſque juris doctorem dictæ ſedis notarium recitavit, & nomine præfati Jacobi Regis filialem obedientiam in modum conſuetum exhibuit & præſtitit. Et deinde, oratione completa, idem Leo Papa de eorundem Cardinalium conſilio, ut omnibus innoteſceret, quod paterna benevolentia ipſum Joannem ducem proſequeretur, magiſtro cæremoniarum & duobus prælatis ex aſſiſtentibus ſanctitati ſuæ mandavit, ut ipſum Joannem ducem ab eo loco in quo ſtabat, dum oratio obedientiæ hujuſmodi recitabatur, reciperent, & ad locum ubi ultimus diaconus Cardinalis ſedebat, perducerent, & ad ſedendum prope ipſum ultimum diaconum Cardinalem collocarent: qui poſtquam ibi ſedit, ſinguli ex nobilibus, qui cum eodem Joanne duce ad Romam convenerant, genibus flexis pedes ipſius Leonis Pontificis deoſculati fuerunt. Quibus peractis, & conſiſtorio hujuſmodi completo circa meridiem, ſanctiſſimus dominus noſter a ſede ſurgens univerſis circumſtantibus benedictione data una cum univerſo collegio a conſiſtorio hujuſmodi more ſolito abiit, & ad exuendum indumenta pontificalia ad cameram paramenti ſe contulit, &c.* De quibus confecta inſtrumenta publica teſtibus conſignata.

Joannes dux Albaniæ eo functus munere.

Qui ritus tum ſervati.

Regiæ literæ perlectæ.

Orator poſt ultimum diaconum Card collocatus.

XCI. Eodem anno Romæ prænobilis Afer e primaria Phutenſis regni nobilitate, Mahumeticæ ſuperſtitionis errores execratus, Chriſtiana ſacra ſuſcepit: ut enim perſpicaci ingenio præditus, pſeudoprophetæ deliramenta fraudeſque agnovit: de quo

Maurus prænobilis ſacro baptiſmo initiatus.

(a) Paris mſ. arch. Vat. to.4. p.343.

hæc refert Paris de Graſſis (a): *Cum menſibus elapſis captus fuiſſet, & in mari a noſtra claſſe claſſis Maurorum venientium a magno Turco etiam captus in ea fuiſſet orator Regis Feciarum, vel, ut verius appellatur Siphacis: nam ſicut nos Regem noſtrum Romanorum Cæſarem dicimus, ſic ipſi Regem Numidarum Siphacem appellant, ſed corrupto vocabulo comitem Feciarum dicunt. Itaque cum iſte orator multo tempore ſtetiſſet in caſtello S. Angeli, tandem vel ſicuti prudens, ut liberetur e carceribus, vel ut vero inſtinctu ductus dixit ſe optare fieri Chriſtianum: pro qua re Papa eum inquiri fecit, qua de cauſa dimiſſurus eſſet fidem ſuam, & alienam deſideraret quam non agnoſceret; ipſe, ut vere doctus, nam in lingua ſua peritiſſimus eſſe dicitur in philoſophia & medicinis, prout multi philoſophi & medici cum eo diſputarunt, & ipſe tutus de Arabica lingua in multis male interpretatos & inaniter & falſe correxit cum laude univerſali, &c. Itaque cum iſte orator diceret, me examinante ſimul cum aliis duobus epiſcopis; quibus Papa examen hoc commiſit, fidem Mauritaniæ non velle habere propter varietatem & confuſionem ſuam ac in ſeipſam multipliciter contrariam; quia Mahomettus, ut potius vir deſperatus illam fidem, ſeu ſectam introduxit in deſpectum Chriſti & Chriſtianorum, male contentus de ipſo & ipſis, ſic confuſam, & dicebat multas confuſiones ejus legis, quæ propterea non ſibi placebat: ſed cum intellexerit aliqua capita de noſtra lege Chriſtiana, in tantum ſibi omnia placuerunt, ut omnino illam deſideret habere. Verum eſt quod in aliquibus dubitat tanquam parum introductus, & cum ſuper iſtis, de quibus dubitabat a noſtris doctoribus informaretur, faciliter adductus eſſet, & tandem examinatus de articulis fidei, reſpondit in omnibus credere: & ſi ſacriſta palatinus, & epiſcopus Caſertanus & ego epiſcopus Piſaurienſis, quibus Papa hoc examen commiſit, ipſum cathechizavimus ante fores capellæ papalis primo; & demum introductus fuit factus cathecumenus. Reſervavimus autem in hac die epiphaniæ baptiſmum, ut ſi Papa vellet ipſemet facere, faciat, prout fecit in ipſa die epiphaniæ.*

Mahumetanam impietatem in pluribus ſecum pugnantem agnovit.

Qui ritus ſervati.

XCII. Amplificandæ eodem anno latius fidei Chriſtianæ in Indiis Luſitani, in novo orbe Caſtellani operam navare perrexerunt, dum nova conquirunt regna, opeſque per innumeros labores cumulare nituntur: de Indicis prius, tum de Americanis rebus diſſeremus. Hoc igitur anno, ut Joannes Barroſius narrat (b), Georgius Albuquerquius Pacenum in Somatræ inſula olim Cherſoneſo aurea ſubegit, victo Mahometano tyranno, vectigalemque Regem Molanam illi præfecit iis legibus, ut præſidiarios milites, qui arcem ad continendos in officio populos inſeſſuri erant, ſuo ſumptu ſuſtentaret, piper pacto pretio diſtraheret, Emmanueliſque Regis beneficentiæ regnum, quod Luſitanis armis partum fuerat, acceptum referret. Suſtulit etiam ferum morem, qui in eo apud Mauros invalverat de occidendis pro cujuſque tyranni ſceptrum affectantis libidine Regibus: ſi quidem hac inſana opinione imbuti erant (c), Regem, qui cæteris hominibus adeo auguſtior eſt, ut eos vice Numinis regat, ad tantæ dignitatis apicem evectum eſſe, ut a nemine niſi permittente Deo occidi poſſit: quod ſi cædem Deus permittat, eam culpis Regis aſcribendam, putandumque, velle divinum Numen, ut qui ejus ſanguine manus cruentarit, ſceptris potiatur; adeo ut ſi integri unius diei flexu ſolium regale teneat, Rex legitimus cenſeatur. Hinc accidit, ut uno interdum die plures Reges ſtillantem ſanguine coronam rapiant mox ſuo cruentandam, nec cæſo Rege ulli tumultus concitentur: deque redimitis Regum capitibus crudelis inſtabiliſque populus ludat: quo vero die jugum Chriſtianum his impoſitum eſt, Georgius Brittus Luſitanus ab Azemi Rege profligatus eſt (d).

(b) Jo. Barr. dec. 3. l. 5. c. 2. Maff. l. 7.

Pacenum regnum ſubactum a Luſitanis.

(c) Barroſ. cod. c. 1.

Nefanda opinio apud Mahumetanos ſuſcepta.

Reges apud eos facile necantur.

(d) Id. c. 2. 3.

XCIII. Parte alia Luſitani pulcherrimam claſſem in Arabicum mare duxere, ut eorum marium imperium Saracenis eriperent, ſancirentque cum Davide Æthiopiæ Rege Chriſtianis ſacris imbuto fœdus; quod adverſus communes fidei hoſtes feliciter ictum deſcribit ita Oſorius (e). *In India anno inſequente*, nempe MDXX. *Jacobus Lupius Siqueira, qui Suario ſucceſſit magnam claſſem, ut in Arabicum ſinum penetraret inſtruuit: claſſis erat navium viginti ſex, milites Luſitani duo mille, & Indi mille: menſe februario Goa ſolvit, Aleuium Meneſium, qui Indiam interim gubernaret, Goæ reliquit.* Et infra: *In inſulam Mazuam nomine de communi omnium ſententia ſubvectus eſt: ea inſula Æthiopiæ intimis littoribus adjacet, & ad ditionem Regis Æthiopiæ, qui Matthæum legatum ad Emmanuelem miſerat, pertinebat. Incolæ claſſis formidine perterriti in continentem traiecerant. Eſt in continente oppidum Archiquum nomine, quo ſe contulerant. Siqueira inſulam petierat, ut inquireret, utrum Matthæus verus legatus Regis extiteret, an ut Alfonſi Albuquercii invidi confirmabant, vaniloquus & præſtigiator eſſet. Archiqui præfectus cum accepiſſet claſſem Luſitanam eſſe, Siqueiram per literas humaniſſime ſalutavit, ſeque*

Maritima Luſitanorum in ſinum arabicum expeditio.

(e) Oſor. l. 11. Maffejus l. 9.

gra-

Digitized by Google

Æthiopibus prædictum ante Europæos ad eos navigaturos.

gratias ingentes Deo agere teſtificatus eſt, quod antiqua prophetarum oracula eventu feliciſſimo comprobaret: hoc enim a viris olim divinis, qui in regionibus illis maximum admirandæ virtutis ſpecimen dederant, prædictum fuiſſe, fore ut eo tempore Chriſtiani terrarum & marium intervallis disjunctiſſimi in eas oras claſſe pervenirent. Siqueira nuncios benigne accepit, & bombycinis veſtibus ornavit: ad præfectum vero miſit vexillum ſericum pulchre factum in quo rubra crux erat intertexta. Præfectus cum ſignum præferri accepiſſet, in littus accurrit: ſupra duo hominum millia cum illo venerunt; qui cum ſignum crucis in vexillo vidiſſent, in terram ſe projecerunt

Chriſti crucem adorant Æthiopes.

& Chriſti nomen cum admirabili pietatis ſtudio ſæpius inclamarunt, ita ut Luſitani, qui aderant, lachrymas tenere non poſſent. Præfectus tandem in littus pervenit, & eo Siqueira ſe contulit, & Matthæus ſimul aderat, qui fuit ab omnibus cum eximia gratulatione & honoribus ſummis acceptus. Poſt colloquium Siqueira cum Matthæo in claſſem rediit. Inde Petrus Gomeſius Teiueira, qui juri dicundo cum non mediocri integritatis laude præerat, Siqueiræ permiſſu aliquot paſſuum millia progreſſus ad monaſterium magnum pervenit, & a monachis cum admirabili ſignificatione charitatis exceptus fuit. Is mira de illorum religione & abſtinentia memorabat, a quibus tamen ſciſcitatus eſt, cur non eccleſiam Romanam, quæ ſummum in univerſa republica Chriſtiana principatum tenebat, agnoſcerent. Reſpondent illi, Pontificis maximi nomen, ut par erat debita pietate venerari; ſed quominus Romam libere commearent Saracenorum & Turcarum armis impediri.

Pontificis Romani nomen venerantur.

XCIV. Addit Oſorius, Siqueiram in inſula Mazua Archiquo Abyſſinorum portui objacente commoratum, eamque perluſtraſſe, ut arcem conſtrueret: deinde cum provinciæ præfecto confirmaſſe fœdus, ac Rodericum Limicum oratorem ſuum una cum ſacerdote Franciſco Alvaro, qui de hac legatione librum edidit, deducendum ad Regem tradidiſſe. Ritum vero in percutiendo fœdere ſervatum ex eodem Franciſco Alvaro ita deſcribit Maffejus (a): *Societas ac fœdus hoc maxime modo ſancita, Claſſiarius ſacerdos argenteam crucem in medium attulit, ex Barnagazius prior apprehenſa nixus genibus; Quam, inquit, pacem Jeſus Chriſtus generis humani redemptor diſcipulis reliquit ſuis, eadem eſto inter nos, qui ejuſdem Chriſti cultum profitemur ac fidem. Hanc ego pacem, quantum in me fuerit, Regis mei nomine ſpondeo, atque ita juro per hanc ſacroſanctam noſtræ ſalutis effigiem. In eandem ferme ſententiam conceptis verbis juravit Prætor: dimiſſo dein colloquio per triduum ex utraque parte donis officiiſque certatum, & ingens omnium fuit lætitia, quod opulenti duo Reges terra marique contra Chriſtianæ rei adverſarios arma junxiſſent.* Certiorem factum a Luſitano Rege de hoc ſacro fœdere inito Pontificem proximo anno ſolemni ritu gratias Deo egiſſe, dicetur ſuo loco ex Pariſio de Graſſo.

Fœdus inter Æthiopes & Luſitanos percuſſum.

(a) *Maff. l. 7.*

Contactu crucis obſervatum.

Cæterum decreverat antea Siqueira bello laceſſere Turcas, deque rubri maris imperio certare, cognoveratque ad Giddam ſtare ſex Turcarum triremes, ac militares copias contrahi ad fauces Adeni occupandas. Cum vero in Arabiam non longe ab Adeno trajiceret, prætoriam navim latenti ſcopulo illiſit, parſque machinarum cum omni turba navali ægre ſervata eſt. Ab ea ſtatione in Giddam curſum dirigebat; ſed ab aquilonaribus auris repulſus Turcicum bellum dimiſit: varias tamen Saracenis aliis clades intulit, demumque in Indiam reverſus ad Dium claſſem applicuit; cumque urbem egregie munitam intelligeret, conſumptis magna ex parte copiis morborum vi illius expugnationem non tentavit. Tandem Cochimum perveniens Georgium Brittum cum claſſe feliciter Uliſſipone applicuiſſe reperit. XCV.

Hoc ineunte anno Ferdinandus Corteſius in Tenuſtitana urbe leges dicebat barbaris, ſacrilegoque idolorum cultu ſublato; religionem Chriſtianam conſtabiliebat; cum a Didaco Velaſques Cubæ prorege illius gloriæ invidente bello appetitus eſt; a quo auxilia ad Chriſtianum proferendum imperium afferri debuiſſent. Dum vero ad vim vi propulſandam incumbit Corteſius, Tenuſtitanaque diſcedit urbe, barbari qui idola everſa indignabantur, externoque jugo nondum aſſueverant, & incitati quoque (b) ab ipſo dæmone, qui Meteczumæ videndum ſe objiciebat, atque Hiſpanos ſibi immolari jubebat, interminatus procul diſceſſurum, cum nec miſſam, nec crucem, nec baptiſmum Chriſtianorum pati poſſet adeo ut vel ipſis vel Hiſpanis abeundum eſſet: arma corripuere in Chriſtianos, ac licet victor Corteſius propere rediiſſet, & Rex Muteczuma ſeditionem comprimere niteretur, tumultus tamen magis aucti, inter quos infelix Rex a ſuis ſaxo colliſus occubuit. Poſt varia prælia atrocia Corteſius (c) cum annonæ inopia laboraret, fugam carpere decrevit, ac theſauro, qui ad ſummam ſeptingentorum millium ducatorum perveniebat diviſo, magna ſuorum parte cæſa ad Taſcalteca- XCVI.

(b) *Petrus Martyr. dec. 5. c. 4. & 5.*

(c) *Cap. 6.*

Mexicani conciliari a dæmone in Corteſium.

Corteſii varia prælia.

nos ſe recepit, cum hos in fide conſtantes eſſet expertus. Tepeacam circiter kal. julii hujus anni, quod populus ille duodecim Chriſtianos immolaſſet devoraſſetque, ſubegit: Guaccachiullanos in ditionem recepit: hoſtium triginta millia cum ducentis peditibus Hiſpanis, equitibus tredecim auxiliarium Americanorum tribus millibus fudit: deinde Izzucam ſex millibus propugnatorum munitam, quamvis centum ac viginti millia Coluanorum ut ſcribunt ad opem ferendam accincta eſſent, debellavit: de qua hæc addit Petrus Martyr in commentariis ad Clementem VII. ſcriptis. *Izzumam hanc urbem trium ajunt eſſe millium domorum; centum amplius templarias turres ſuis diis dicatas, in quibus humano ſanguine litatur: ſe numeraſſe, inquit Corteſius, ex alto quodam loco turres: eas omnes, cum ſuis quaſque ſimulachris comburi fecit, imperans ne ultra cerimoniis ejuſmodi ſtuderent: Deum cœli & terræ ſatorem dixit homicidas odio habere: ut homo hominem interficiat alienum eſſe a Dei & naturæ inſtituto: arcem habet imminentem urbi hæc civitas ſepta montibus.* Percrebreſcente harum victoriarum fama, populi finitimi, quos Tenuſtitanorum & Coluanorum potentia terruerat certatim in Hiſpaniarum Regis ditionem conceſſerunt. Inter hæc autem accepit Corteſius, Catamazinum Tenuſtitanorum Regem ſeſe impigre ad bellum parare: ad quem edomandum ex Hiſpaniola atque a Cæſare auxilia popoſcit: cujus literas conſignatas ait Petrus Martyr: *Sub data dies octobris trigeſimæ ex arce, quam appellavit ipſe Seguram Fronteræ anni MDXX.*

Exuſta ab eo dæmonum templa.

XCVII. Tædebat militarium laborum Hiſpanos, cum Ferdinandus Corteſius ipſos ad illos tolerandos accendit (a): in eas terras veniſſe, ut Chriſtianæ fidei ad inacceſſas antea nationes aditum aperirent: quæ etiam res non parum ornamenti commodique eſſet ipſis allatura: everti jam cœpta idola: vetita humana ſacrificia: Americanos eo octimeſtri, quo Mexicum tenuerant, religione orthodoxa informari cœptos; nec tantam gloriam deſerendam videri: non latere ipſos, ut in ea urbe regia Mexicanorum homines immolarentur dæmonibus, ac deinde in ſaginam verterentur; ut crimen nefandum ſine pudore a barbaris illis committeretur; nec tam immania flagitia impune ferenda, ſed potius una cum Chriſti fide & Hiſpanum nomen propagandum latius; paratasque ingentes opes invadendas. At barbarorum Rex Quahutimocus ad conſilia pacis initio ſe comparabat (b), cum a ſuis ob dæmonum quæſtus commotus, immaniter efferatus quatuor Hiſpanos, quos habebat in vinculis, ingentemque aliam multitudinem, quam ad quatuor hominum millia fuiſſe ferunt, immolavit dæmoni; qui ſacrificio infando placatus ſeſe illi videndum obtulit, addiditque animos ne metueret Hiſpanos, quorum exiguus erat numerus, nec Hiſpanorum ſocios, qui obſidionem ſoluturi eſſent; ſed fortiter potius in eoſdem irrueret, nec ad ipſos mactandos ope ſe defuturum. Quibus vehementer barbarus accenſus interminatus eſt, ſe numina ſua celebri ſacrificio Chriſtianorum placaturum, ſerpentes Hiſpano cruore & tigrides carnibus ſaginaturum. At longe aliter ac vaticinatus fuerat mendacii pater, res evenit, tot enim Americani ad Ferdinandi Corteſii caſtra contra Tenuſtitanos confluxere, ut ducenta (c) hominum millia in illis conſpecta fuerint. Initis multis certaminibus, cum Mexicani quadraginta Hiſpanos cepiſſent (d), ipſos ante dæmonum aras confodere, palpitantibus cordibus idola fricuere; ſanguinem vero in cœlum projecerunt: ſed tanti ſceleris pœnas proxime luerunt (e) ſubacto Mexicano imperio, ut ex Petro Martyre mox dicetur.

(a) Ibid. p. 170.

Socii ad conſtantiam excitati pro evertenda idololatria.

(b) Ib. p. 187.

Horrendum ſacrificium oblatum dæmoni.

Sponſio dæmonis fallax.

(c) Ibid. pag. 196.

(d) Ib. p. 199.

(e) Ib. p. 207.

XCVIII. Hoc eodem anno per occidentem pandit novum iter ad Indos Fernandus Magellanes, cum Carolo V. perſuaſiſſet, Molucas Aromatum affluentia ditiſſimas adeo ad orientem auſtrumque ſubmotas, ut per occidentem adiri Caſtellæque imperio adjungi poſſent: unde inter Caſtellanum & Luſitanum Reges orta diſſidiorum materia; de quibus fuſe Joannes Barroſius (f): a quo non diſcrepat Petrus Martyr (g), qui de rebus in orbe novo a Chriſtianis geſtis hoc anno poſtea ad Hadrianum Pontificem hæc ſcripſit: *Vi armorum Taſcaltecanis, Guazizingis, & finitimis Mutechzumæ hoſtibus auxiliantibus Ferdinandus Corteſius ingentem illam civitatem lacunarem Tenuſtitanam & ejus potentiam univerſam recuperavit, ſtravit, ac fere delevit funditus.*

Per occidentem apertum iter ad Indos.

(f) Barroſ. decad. 3. l. 5. c. 8. 9. 10. Vincent. Blaſc. 50. 1. l. 2. c. 10.

(g) Pet. Martyr dec. 5. c. 7.

XCIX. De Magellane vero, qui ob tenuitatem ſtipendiorum Luſitano Regi indignatus ad Carolum V. operam locaturus ſe contulerat, quique vigeſima ſeptembris ſuperioris anni die ſolverat Bætis oſtio, locutus Petrus Martyr narrat, ut per occidentem primum invectus verſus antarcticas Americæ partes nono kal. ſeptembris hujus anni incultam gentem Patagonum inermem, tectam pellibus, procerioris ſtaturæ, duodecim ſcilicet palmorum, ut ait Joannes Barroſius (h), crudis carnibus veſci ſolitam, ſine legibus ac ſine certis ſedibus invenerit; ulte-

Mexici regia recuperata a Corteſio.

Magellanis navigatio.

(h) Barroſ. decad. 3. Aſia l. 5. c. 8. & ſeq.

teriuſque in antarcticum progreſſus, cum in illis oris fretum eſſe variis tractibus implicitum ex Luſitanorum ſcriptis nauticis didiciſſet, jactatus ſæva tempeſtate, fretum duo conjungens maria ingreſſus ſit: cui immortalitatis nomini ſuo commendandæ gratia Magellanici nomen indidit; ex quo ab occidentali Oceano in orientalem Oceanum, quem dixit pacificum, omnium primus penetravit, docuitque pro evangelio ad gentes incognitas proferendo circumnavigari orbem poſſe.

Freti conjungentis duplicem Oceanum inventio.

C. Emenſo feliciter mari pacifico in Burneam inſulam applicuit, ac Zubi finitimæ inſulæ regulum ſibi conciliavit, initiavitque baptiſmalibus ſacris; quæ felicia cœpta triſti exitu confuſa ſunt: *Duo*, inquit Petrus Martyr, *ibi religionum genera eſſe intellexerunt idololatras & Mahometanos invicem ſatis concordes: armenta boum & bubalorum nutriuntur in ea: greges etiam caprarum & altilium noſtratum copia paſſim ibi alitur, ovium minime: tritico & hordeo carent, ac vino abundant: oriza is eſt eorum panis, & ex oriza dapes condiunt. Varias ultro citroque Burnejus regulus, & noſtri gratis muneribus ſe ſalutarunt.* Et infra: *Quinque ac viginti millium domorum ajunt hujus principis eſſe civitatem, ſed lignearum, præter Regis atrium, quod eſſe dicunt lapideum. Circumeunt Burnejam inſulæ multæ parvæ, inter quas duæ, quarum altera Zubo; Matam ab oppido primario nomine altera. Zubi regulum ſibi Magaglianes conciliavit, datis illi Regi muneribus e noſtratibus ipſi gratis, quia novis & alienis ab eorum cognitione; baptiſmatis lavacro regulum & Cæſaris obſervantiæ ſubjecit.* Reginam etiam ac filios, necnon octingentos & amplius utriuſque ſexus barbaros ſacro fonte ablutos fuiſſe, refert Barroſius (*a*); ac regulum Ferdinandi nomen accepiſſe, non vera incitatum pietate, ſed politico commodo, ut nimirum Magellanem eo officio ac religionis ſuſceptæ oſtentatione devinctum ad bellum contra æmulum dynaſtam Matanum finitimum gerendum implicaret.

Burneiæ deſcriptio.

(*a*) *Barroſ. dec. 3. Aſ. l. 5. c. 10.*

CI. Non abnuit Magellanes, ac Matano edixit, ut Zubenſi ſe ſubderet, Hiſpanoque Regi tributa penderet: non detrectantem ſubdi Hiſpano imperio, ſed Zubenſe laceſſivit armis (*b*), geminoque attrivit prælio: ſed tertio, cum Matani regiam expugnare tentaret, a barbaris, qui horrentes ferro haſtas ex Sinarum Indorumque commercio tractabant, cum ſeptem ſociis fuit trucidatus XXVII. die aprilis anni MDXXI. ut conſignat Barroſius (*c*). Hiſpani alii maxima ex parte ſauciati in Zubum regreſſi ſunt, ubi dum convivio accumbebant, immiſſa regia cohorte magno numero cæſi ſunt, ex compoſito quidem fœdere cum hoſte Matano, ait idem Barroſius (*d*). At Petrus Martyr Caſtellanorum ſtupris cædem aſcribit: *Scrutatus ſum*, inquit (*e*), *a regreſſis inter cæteros a juvene Genuenſi Martino de Judicibus, qui omnibus rebus interfuit, quod crimen admiſſum Zubenſem Regem ad patrandum impulerit tam crudele facinus: fœminarum ſtupra cauſam perturbationi dediſſe arbitrantur; ſunt namque zelotypi. Hæ ſunt meo judicio inſulæ, de quibus authores multi multa referunt, millia inſularum tria dicunt plerique: augent alii non longe ab Indicis littoribus diſtare;* ſunt eæ Maldivæ inſulæ, de quibus a nobis jam ante mentio facta eſt. Qui ſuperfuere ſuperiori cladi Caſtellani curſum ad Molucas maximis quæſitas laboribus ad æquinoctium leucis centum ſeptuaginta quinque circiter disjunctas cum duabus navibus iter intendere: abundant eæ inſulæ gariophyllis, atque in ſingulis elatus collis eminet conſitus aromaticis arboribus, quas e cœlo ſuaviſſimum illum odorem accipere refert Petrus Martyr. Cum vero jam duæ Caſtellanæ naves garyophyllis recenter decerptis onuſtæ fuiſſent, earum altera confecta carie reſtitit, ut reficeretur: alia, cui nomen victoria erat, per immanes pelagi tractus e Molucis in Hiſpaniam proximo anno appulit.

(*b*) *Petr. Martyr. dec. 5. c. 7.*

Magellanis triſtis exitus.

(*c*) *Barroſ. ſup. c. 10.*

Hiſpani ob ſtupra cæſi.

(*d*) *Id. ib.*

(*e*) *Petr. Martyr. c. 7.*

Superſtites ad Molucas penetrant.

I. INeunte anno excurrentis ſæculi vigeſimo primo nona indictione, cum præfixa a ſede Apoſtolica Luthero ejuſque ſectatoribus ad reſipiſcendum dies jam finxiſſet, illique pontificia monita reſpuerent, noviſque flagitiis impietatem extenderent, Leo decretoria demum ſententia (a) Lutherum hæreſeos crimine damnavit, & omnes, qui illi ſtuderent, conſtitutis in hæreticos pœnis & cenſuris ſine ullo ſacræ vel profanæ dignitatis diſcrimine perculit, ac præſules, principes, ac magiſtratus ad eos comprehendendos conſurgere, tum concionatores eorum errores confutare juſſit.

(a) *Ext. in bull. conſt. 41. ***** Leon. X.*

Lutherus cum ſectatoribus damnatus anathemate.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum ſicut accepimus, licet poſt literarum affixionem & publicationem, poſt elapſum termini ſeu terminorum hujuſmodi in literis per nos præfixi ſeu præfixorum [quos quidem terminos elapſos fuiſſe & eſſe omnibus Chriſtifidelibus per præſentes ſignificamus & fidem facimus] nonnulli ex eis, qui ejuſdem Martini errores ſecuti fuerunt, ipſarum literarum, ac monitionum, & mandatorum noſtrorum notitiam habentes, ſpiritu ſanioris conſilii ad cor reverſi errores ſuos confitentes, & hæreſim in manibus noſtris abjurantes, & ad veram fidem catholicam ſe convertentes, abſolutionis beneficium juxta facultatem eiſdem nunciis, ſedis nimirum Apoſtolicæ, *deſuper conceſſam obtinuerint, & in nonnullis civitatibus & locis Alemaniæ libri & ſcripturæ dicti Martini juxta mandata noſtra publice cremati fuerint; tamen ipſe Martinus [quod non ſine gravi animi moleſtia & mentis noſtræ perturbatione referimus] in reprobum ſenſum datus, non ſolum errores ſuos infra præmiſſum terminum revocare, & de revocatione hujuſmodi nos certiores facere, ſeu ad nos venire contempſit; verum tanquam petra ſcandali pejora prioribus contra nos & hanc ſanctam ſedem & fidem catholicam ſcribere & prædicare, & alios ad hoc inducere non eſt veritus: propter quod ſicut ipſe jam hæreticus eſt declaratus, ita & alii etiam non parvæ authoritatis & dignitatis, propriæ ſuæ ſalutis immemores, ipſius Martini peſtiferam hæreticamque ſectam publice & notorie ſequentes, eique palam & publice auxilium, conſilium, & favorem ſubminiſtrantes, ipſumque Martinum in ſuis inobedientia & contumacia confoventes, & alii publicationem dictarum literarum impedientes, pœnas in dictis noſtris literis contentas damnabiliter incurrerunt, & hæretici merito ſunt habendi, atque ab omnibus Chriſtifidelibus evitandi,*

Plures ex iis ad Eccleſiam reverſi.

Alii pertinaciores facti in ſcelere.

dicente Apoſtolo : Hæreticum hominem poſt unam & ſecundam correctionem devita, ſciens quia ſubverſus eſt, qui ejuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio judicio condemnatus.

Ut igitur cum Martino & aliis hæreticis excommunicatis, & anathematizatis, & maledictis merito copulentur, & ſicut in delinquendo dicti Martini pertinaciam ſequuntur; ita pœnarum & nominis participes fiant, ſecumque Lutherani vocem, & debitas portent pœnas; cum præmiſſa adeo manifeſta & notoria ſunt effecta & permanentes, ita ut nulla probatione, aut monitione, vel citatione indigeant, prout ſic fore decernimus & declaramus; Martinum & alios, qui eundem Martinum in ſuo pravo & damnato propoſito obſtinatum ſequuntur, ac etiam eos, qui eum etiam præſidio militari defendunt, cuſtodiunt, & propriis facultatibus, vel alias quomodolibet ſuſtentare non verentur, ac auxilium, conſilium, vel favorem quovis modo præſtare & ſubminiſtrare præſumpſerunt & præſumunt, quorum omnium nomina & cognomina & qualitates, etſi quavis celſa vel grandi præfulgeant dignitate, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, ac ſi nominatim exprimerentur, ac in illorum publicatione vigore præſentium facienda nominatim exprimi poſſent, decernimus excommunicationis & etiam anathematis, nec non maledictionis æternæ, & interdicti, ac in eos & eorum deſcendentes, dignitatum, honorum, & bonorum privationis & inhabilitationis ad illa; nec non bonorum confiſcationis, & criminis læſæ majeſtatis, & alias ſententias cenſuras & pœnas etiam in hæreticos a canonibus inflictas in dictis literis contentas damnabiliter incidiſſe. II.

E fidelium cœtu ejecti.

III. *Civitates quoque, terras, caſtra, oppida, & loca, in quibus tunc pro tempore fuerint, & ad quæ eos declinare contigerit, ac quæ in illis ſunt, ac alias etiam cathedrales & metropolitanas, monaſteria, & alia religioſa & pia loca, etiam exempta & non exempta quæcumque eccleſiaſtico interdicto ſuppoſita eſſe; ita ut illo durante prætextu cujuſvis indulti apoſtolici, præterquam in caſibus a jure permiſſis, & in illis non alias quam januis clauſis, ac excommunicatis & interdictis excluſis, nequeant miſſæ & alia divina officia celebrari apoſtolica authoritate tenore præſentium declaramus; illoſque pro excommunicatis & anathematizatis, & maledictis, interdictis, privatis & inhabilibus ubicumque locorum denuntiari & publicari, ac ab omnibus Chriſtifidelibus arcti-*

Eorum ditio ſacris interdicta.

us

us evitari præcipimus & mandamus.

IV. *Et ut omnibus in Dei & Eccleſiæ ſuæ vilipendium Martini & ſequacium & aliorum inobedientium obſtinatæ temeritatis audacia innoteſcat, ne morbida pecus gregem inficiat, parſque ſincera ad infectionem trahatur; univerſis & ſingulis patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, patriarchalium, metropolitanarum, cathedralium, & collegiatarum eccleſiarum prælatis, capitulis, & perſonis eccleſiaſticis, & quorumvis ordinum etiam mendicantium religioſis exemptis & non exemptis ubilibet conſtitutis, & in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnis mandamus, quatenus ipſi & quilibet eorum, ſi & poſtquam vigore*

Sententia ſolemni ritu promulgari juſſa.

præſentium requiſiti fuerint, infra tres dies, quorum unum pro primo, & alium pro ſecundo, & reliquum pro tertio & peremptorio termino, ac canonica monitione præmiſſa aſſignamus, eoſdem Martinum & alios excommunicatos, anathematizatos, maledictos, & hæreticos declaratos, aggravatos, interdictos, privatos, & inhabiles, & in præſentium executione nominatos in eorum eccleſiis dominicis & aliis feſtivis diebus, dum major ibi populi multitudo convenerit ad divina, cum crucis vexillo, pulſatis campanis, & accenſis candelis, ac demum extinctis & in terram projectis & conculcatis, cum trina lapidum projectione aliiſque cerimoniis in ſimilibus obſervari ſolitis publice nuntient, & faciant, & mandent ab aliis nuntiari, & ab omnibus Chriſti fidelibus arctius evitari. Ad majorem inſuper præfati Martini aliorumque hæreticorum ſupradictorum adhærentium, ſequacium, & fautorum confuſionem, in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus omnibus & ſingulis patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, & aliarum eccleſiarum prælatis, ut ſicut ipſi ad ſodandum ſchiſmata authore Hieronymo conſtituti fuerunt, ita nunc urgente neceſſitate, prout eorum incumbit officio, conſtituant ſe murum pro populo Chriſtiano, non tacendo tamquam canes muti non valentes latrare, ſed inceſſanter clamando & exaltando vocem, & prædicando, & prædicari faciendo verbum Dei ac veritatem fidei catholicæ contra damnatos articulos & hæreticos ſupradictos. Demum imperat concionatoribus, ut in Lutheranam hæreſim declamarent. *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MDXXI.* III. *nonas januarii pontificatus noſtri anno* VIII.

V. Nec a Pontifice modo Lutherus damnatus eſt: verum medio aprili a theologis Pariſienſibus etiam hæreſeos ſententia perculſus, cum illos antea cauſæ judices delegiſſet, pronuntiatuſque aliorum hæreticorum more, ſcripturam ſacram in alienum ſenſum detorquere; cujus decreti præcipua capita his verbis recenſet Ulembergius (a): *Pariſienſes Theologi quos Auguſtæ primum anno MDXVIII. poſtmodum & in diſputatione Lipſica cauſæ ſuæ judices elegerat, libros ejus & dogmata publice condemnarunt: decretum ea de re* XV. *die aprilis promulgatum eſt in quo hæreticorum hanc dicunt eſſe conſuetudinem, ut venenum hæreſeos quibuſdam verborum lenociniis, obvolutum hominibus, fraudulenter obtrudant: quod ubi ſimpliciorum animos occuparit, diffundatur longius, perpetuoque ſerpat in cancri morem, donec corpori certum exitium adferat: id exemplis demonſtrari poſſe hæreticorum omnium, qui ab Eccleſiæ naſcentis incunabulis uſque ad hanc ejus ætatem a fide defecerint, Hermogenis ſcilicet, Phileti, Hymenæi, Ebionis, Marcionis, Apellis, Sabellii, Arii, Manichæi, Vvaldonis, Vvicleffi, Huſſi, horum veſtigiis quoſdam noſtro ſæculo inſiſtere de viperina progenie filios nequam, qui viperarum inſtar exeſo ventre matris in lucem prodierint: inter quos Lutherum veluti ducem primo loco non injuria cenſendum afferunt: quem idem hoc tempore machinari dicunt, quod Hielem quondam feciſſe ſcriptura teſtatur* III. *Reg.* XVI. *quemadmodum enim Hiel Hiericho civitatem a Joſue deſtructam & maledicto ſubjectam rurſus inſtaurarit, ita Lutherum ajunt dum errores anathemate quondam ab eccleſia notatos ab inferis revocet, novam quandam Jericho moliri.*

(a) Ulember. in vita Luth. c.7.

Lutherus hæreſeos damnatus a theologis.

VI. *Hunc autem qui non didicerit ſapere ad ſobrietatem, eo jam impudentiæ progreſſum, ut omnes in univerſum præ ſe contemnat, qui nunc ſunt in Eccleſia, & qui ſuperioribus ſæculis unquam fuerunt. Uſque ſuas opiniones omnium univerſitatum non modo, ſed & omnium Eccleſiæ doctorum ſanctorumque patrum & conciliorum judicio præpoſuit, quaſi ſcilicet uni Luthero manifeſtanda reſervarit ea Deus, quæ ſunt fidelibus ad ſalutem neceſſaria, eaque ſuperioribus ſæculis Eccleſia prorſus ignorarit: vel quaſi Chriſtus Eccleſiam ſponſam chariſſimam ad hunc uſque diem prorſus deſeruerit, eamque tanto ſæculorum tractu paſſus ſit extincto veræ fidei lumine, in denſiſſimis errorum tenebris verſari: impiam hanc eſſe dicunt & prorſus inverecundam arrogantiam vinculis, cenſuris, immo ignibus & flammis coercendam potius, quam rationibus convincendam. Hanc porro peculiarem eſſe hæreticorum inſaniam quod ad inſtituti ſui rationem pro libidine torqueant ſcripturas, ſeque ſolos eas intelligere perſuaſum habeant, & ad evangelii ve-*

Hæreſiarchæ hujus impudentia.

Jactat eccleſiam deſertam hactenus.

veritatem ambulare; immo quod ſe ſolos cum aſſeclis arbitrentur ſalutem conſequi, nec in ſcripturis explicandis contra ſuam, quam ipſi commenti ſunt intelligentiam, ullius Eccleſiæ doctoris, quantavis ſanctitate atque eruditione præcellat, ſed nec ipſius Eccleſiæ authoritatem recipiant. Id exemplis planum faciunt ex Eccleſia primitiva deſumptis, eamque demonſtrant: e quorum hæreticorum lacunis Lutherus peſtiferam antiquarum hæreſeon ſentinam in pectus ſuum derivarit, quam cum ille nunc plenis faucibus & licenter evomat, iamque errores e libris ipſius hauſti in dies magis magiſque pullulare videantur, voluiſſe ſe dicunt pro viribus obviam ire gliſcenti malo, ſuamque de Lutheri libris & dogmatibus ſententiam in publicum proferre, & quantum in ipſo quidem ſit, cavere ne longius ſerpat tam multiplex impietas, & populum Chriſtianum gravius inficiat.

VII. Spreti ab eo omnes Eccleſiæ doctores.

Poſtquam igitur diligenter evolverint Lutheri libros, & univerſam eius doctrinam accurate ſub examen revocarint, hanc ſe de ea nunc ferre ſententiam, quod exerandis ſcateat erroribus & populum Chriſtianum a veritate ſeducat, quod iniuria ſanctos Eccleſiæ doctores afficiat, quod authoritati Eccleſiæ atque hierarchico ordini magna cum impietate deroget, quod ſchiſmatica ſit & contraria ſacris literis, adeoque in Spiritum Sanctum blaſphema, ideoque extirpanda penitus & flammis ultricibus abolenda denum quod author ipſe modis omnibus ad publicam palinodiam ſit compellendus. Deinde capita Chriſtianæ religionis enumerant, quæ Lutherus errorum ſuorum inquinamento fœdarit; ipſos etiam errores, quos hac ſententia damnarint, e variis Lutheri tractatibus excerptos in aphoriſmos redigunt, iiſque ſingulis more ſcholaſtico breviter & ſuccincte cenſuram adiiciunt.

VIII. Plures libelli a Luthero per hypotheſim editi.

Parabatur interea Wormatiæ conventus quem Carolus V. maxima cum principum atque aliorum ordinum frequentia & pompa erat celebraturus; antequam vero inchoaretur: *Lutherus*, inquit Joannes Coclæus (*a*), *perquam multos edidit libros tum Latinos tum Theutonicos, in quibus ad aucupandum & eruditionis & pietatis gloriam, gratiamque non ſolum plebium, ſed & principum promerendam, multa bona tum exponendo ſcripturas, tum adhortando & corripiendo homines, peſſimis machinationibus ſuis admiſcebat; adeo ut plerique etiam magnæ authoritatis viri crederent illum vero agi & zelo virtutis & ſpiritu Dei ad tollendos hypocritarum abuſus, ad reformandos mores & ſtudia clericorum, ad erigendos in amorem & cultum Dei animos mortalium: quales erant libri iſti, expoſitio decem præceptorum, de libertate Chriſtiana teſſaredecas conſolatoria, explanatio orationis dominicæ, commentarius in epiſtolam Pauli ad Galatas, enarrationes epiſtolarum & evangeliorum per dominicas adventus, operationes in XX. pſalmos, expoſitio ſeptem pſalmorum pœnitentialium; item pſalmorum trigeſimi ſexti, ſexageſimi ſeptimi, & centeſimi noni, expoſitio cantici Mariæ* Magnificat, *de bonis operibus ad ducem Saxoniæ Joannem fratrem Friderici electoris; & id genus alia eius opuſcula, quæ ſpeciem & doctrinæ & pietatis præſeferre videbantur.* Quid vero in cœtibus imperialibus adverſus hæreſiarcham egerit Hieronymus Aleander internuntius apoſtolicus deſcribere pergit ſubjectis verbis Coclæus (*b*): *Hieronymus Aleander nuncius apoſtolicus, factus poſtea archiepiſcopus Brunduſinus, atque etiam Cardinalis vir admodum & diſertus, & linguarum peritus, cœpit Lutherum pleriſque orationibus in frequentiſſimo principum prælatorumque ac ſtatuum imperii conſeſſu graviſſime accuſare non ſolum inobedientiæ & hæreſeos, verum etiam ſeditionis, rebellionis, impietatis, & blaſphemiæ.*

(*a*) Coel. in actis & ſcriptis hoc anno Surius in comment.

(*b*) Coel. ubi ſup. Ulemberg. c. 6.

Accuſatus ab internuntio Lutherus.

IX. Adſcripta invidiæ accuſatio.

Cum autem pleriſque videretur magis invidia & vindictæ libidine, quam zelo pietatis in illum concitari, crebris quantumvis etiam vehementibus ſuis orationibus, parum promovit aut effecit, donec tandem ex libro Lutheri de captivitate Babylonica recens tum edito excerpſiſſet articulos quoſdam plus minus quadraginta, in quibus ille non ſolum ritus & ſacramenta Eccleſiæ; verum etiam leges principum, & quaslibet conſtitutiones hominum reiicere, conculcare, damnare auſus fuit; quales ſunt, negandaeſſe ſeptem ſacramenta & tantum tria pro tempore ponenda: tranſubſtantiationem in Sacramento altaris pro humano figmento haberi, quia nulla ſcriptura, nulla ratione nitatur: manifeſtum ac impium errorem eſſe, miſſam pro peccatis, pro ſatisfactionibus, pro defunctis, aut quibuſcumque neceſſitatibus ſuis aut aliorum offerre, ſeu applicare: digne communicare eos ſolos, qui triſtes, afflictas, confuſas & erroneas habent conſcientias: baptiſmum neminem iuſtificare, nec ulli prodeſſe, ſed fidem in verbum promiſſionis cui additur baptiſmus: neque Papam, neque epiſcopum, neque ullum hominem habere ius unius ſyllabæ conſtituendæ ſuper Chriſtianum hominem, niſi id fiat eiuſdem conſenſu; hoc eſſe vere hominum ſervos fieri, ſtatutis & tyrannicis eorum legibus ſubiici: Chriſtianis nihil ullo iure poſſe imponi legum, niſi quantum volunt; cum ſint liberi ab omnibus, &c. Hos ergo &

Excerpti articuli ex captivitate babylonica.

id

Digitized by Google

Convulſæ a Luthero leges omnes ſacræ & prophanæ. Principum animi commoveri cœpti in Luth. Saxoniæ ducis calumnia.

id genus multos Lutheri articulos impios & ſeditioſos ubi en ſcheda recitaſſet Aleander, ac oratoria vi in eos exclamaſſet, principes qui eum librum nuper editum nondum legerant, & de Luthero nihil tale ſuſpicabantur, vehementer exterriti atque commoti alter alterum intuebantur, atque in Lutherum ejuſque fautores murmurare cœperunt : quod ubi ſenſit dux Saxoniæ Fridericus princeps elector declinandæ invidiæ gratia dixit eos articulos non eſſe Lutheri, ſed in ejus odium effingi ab adverſariis. Orta itaque contentione dum hic negaret, ille affirmaret articulos Lutheri eſſe, viſum eſt principibus Lutherum ipſum accerſendum eſſe, ut ore ſuo confiteretur quinam ſint libri ſui, & qui ſuppoſiti.

X. Cum ita Lutherum accerſendum decretum fuiſſet, mirum eſt pro impio pſeudomonacho pontificia ſententia cum ſuis ſectatoribus damnato obortam inter principes contentionem de fide publica ei tradenda. Viſum eſt multis, quos jam Lutherus ſuis ſcriptis faſcinaverat, adeoque concitarat in clerum, ut res ad ſeditionem ſpectaret, datam a Cæſare fidem non ſufficere, cum vererentur, ne illum hæreſis odio fallaci promiſſione irretitum in Pontificis legitimi judicis poteſtate poneret. Itaque etiam principes omnes pro tuenda illius monſtri ſalute fidem ſuam datis ſyngraphis obſtrinxere (*a*), addita tamen ea lege, ne ille in itinere conciones publicas, uti vetuerat Pontifex, haberet, vel ſcripta nova ederet. At ille, cum adeo ſevere fidem in Cæſare & principibus exegiſſet, fidem a ſe præſtitam non ſervavit; ſiquidem Erphordiæ dominica in Albis impie ex ſuggeſtu coram populo declamavit, declamationemque ut ſceleris veſtigia manerent, typis excudi juſſit : in qua inter plura alia blaſphema hæc verba protulit contra virtutem bonorum operum, & contra leges humanas : *Unus ædificat templa, alter peregrinatur ad S. Jacobum, aut ad S. Petrum, tertius jejunat, aut orat, induit cappam, incedit nudipes, aut quid aliud facit ; ejuſmodi opera nihil prorſus ſunt & quæ funditus deſtrui oportet.* Subjunxit ille : *Modica res eſſet, ſi ſolum expilarentur homines ; hoc vero maximum eſt, proh dolor ! malum quod in mundo eſſe poteſt, quod homines eo diriguntur, ut opera corporalia poſſint ſalvare aut juſtificare.* Ut fiat juſtificatio, lector Tridentinum concilium conſulat. Cæterum his verbis impius hæreſiarcha ſacramenta omnia abolere nitebatur, negabatque gratiam conferri poſſe iis, qui gratiæ obicem non ponerent : quem blaſphemum errorem Joannes Eckius ita refellit (*b*) :

(*a*) *Cocl. in actis & ſcript. Luther. Surius in comment.*

Fides publica hæreſiarchæ data. Ab eo non ſervata fides.

Ut gratia conferatur per ſacramenta.

(*b*) *Jo. Eckius homil. 6. de ſacram.*

Edoctus quilibet eſt, ſacramenta novæ legis ſigna eſſe efficacia gratiæ divinæ ; ſi enim quis auferre conetur gratiam ſacramentorum, quid nobis faciet reliquum in univerſa religione, quo tandem eſſemus Chriſto velut incorporati tanquam peculiaris populus ejus, ſicut antea fuerunt Judæi ? Qui crediderit *inquit Chriſtus* (*c*) & baptizatus fuerit ſalvus erit. *Baptiſmus ergo ſi gratiam Dei non conferret, quomodo ſalutem parere poſſet ? ſiquidem per ſolam gratiam ſalvantur homines teſte Paulo* (*d*). *Ad eundem modum ſi Euchariſtiæ ſacramentum non daret gratiam, cur dixerit illud apud Joannem Chriſtus* (*e*) ? Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam. *Hanc autem nemo habet ſine gratia Dei : & niſi in baptiſmo ſimul infunderetur gratia, fruſtra dictum videretur a Joanne* (*f*) : Ego baptizo vos aqua, ille autem baptizabit vos Spiritu ſancto : *quod utique niſi per gratiam non fit ; quamobrem ad Nicodemum Dominus ait* (*g*) : Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto. *Ecce quod per aquam fieri videtur extrinſecus, interius efficitur per gratiam Spiritus Sancti, &c.* Spreviſſe ideo Lutheranos omnia ſacramenta, quod corporali opere adminiſtrentur, refert Joannes Eckius (*h*) hiſce verbis : *Colligitur quam execrabilis ſit error neochriſtianorum, qui eo ſacramenta contemnunt, quod in vilibus creaturis exerceantur : clamant enim blaterones iſti, quid mihi proſit aqua, quid oleum, quid unctio iſta ? Ventus hic nimirum eſt ex Aquilone ab ipſo faſtuoſo & elato lucifero, dum nolunt iſti ſe humiliare ad creaturas a Deo ad hoc ordinatas, & deputatas ; neque aliter faciunt quam Naaman, qui nolens ſe lavare in Jordane dixit* (*i*) : Nunquid non meliores ſunt Abana & Paphai fluvii Damaſci omnibus aquis Iſrael : *magis in hoc reſpiciens aquarum naturam, quam divinam potentiam, ſicuti jam quoque faciunt ſapientes mundi hujus.* Cum vero Lutherus omnia bona opera corporalia ſperneret, etiam addidit ejus diſcipulus Amſdorfius, illa eſſe animæ exitialia : quem impiorum turba ſecuta eſt adeo, ut deterrimum hunc hæreticum condidiſſe ſectam ſui nominis referat Sanderus (*k*) : *Amſdorffiani*, inquit, *docent bona opera ad ſalutem hominis eſſe pernicioſa* ; quam hæreſim ab Apoſtolo confutatam ita oſtendit : *Ad Tit.* III. Curent bonis operibus præeſſe, qui credunt Deo : hæc ſunt bona & utilia hominibus. *Hæbr.* VI. Non enim injuſtus Deus, ut obliviſcatur operis veſtri, *Roman.* II. Reddet unicuique ſecundum opera, iis quidem, qui ſecundum

(*c*) *Matth. ult.*

(*d*) *Epheſ. 2.*

(*e*) *Joan. 16.*

(*f*) *Marc. 1. Joan. 1.*

(*g*) *Joan. 3.*

Sacramenta ſpreta a Lutheranis.

(*h*) *Jo. Eckius hom. 2. de ſacram.*

(*i*) *4. Reg. 5.*

Amſdorfii hæreſis contra bona opera.

(*k*) *Sander. de viſibil. monarch. l. 7.*

dum patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam. Patebat ex his Lutherum & ſocios, dæmonum homines ad mala opera concitantium officio præclare fungi.

XI. Quodnam vero Erſordiæ concionante Luthero oſtentum contigerit, narrat Ulembergius ex Daniele Greſſero (a), qui tum concioni interfuit: *Cum, inquit, Erphordiam veniſſet ad Auguſtinianorum monaſterium divertit, vetus domicilium in quo monachi habitum non animum induerat: ibi dominica prima poſt feſtum paſchatis, quæ tum quidem in ſeptimum aprilis diem incidit, concionem habuit ad populum, quam poſtea typis excuſam in vulgus ſparſit. Hanc rem Sturmius caduceator, qui jam tum Lutheri partibus ſecreto favebat, ſuaviter diſſimulavit: quamquam noverat in literis ſalvi conductus cautum, uti diximus, ne Lutherus uſpiam in itinere conciones ad populum haberet. Cæterum ingens hominum multitudo confluxit ad concionem hanc, in qua contigit quiddam memoratu dignum, quod magnam populo trepidationem incuſſit. Templi pars quædam editior in medio concionis curſu ſubito tremefacta eſt, & concuſſa, editoque ſtrepitu moveri cœpit, quaſi ruinam minaretur. Populus qui confertim eo loco ſe conglobarat inopinata re vehementer territus fuit, atque hoc unum cogitabant omnes, ut fuga ruinam anteverterent. Tanta vero trepidatio fuit, ut quidam feneſtras vitreas jam excuterent ſaltu per eas evaſuri, niſi Lutherus impetum repreſſiſſet; monuit enim auditores, ut manerent & præſenti eſſent animo; dæmonem ſpectrum hoc & terriculamentum excitaſſe; nihil ab eo periculi futurum: ita paulatim motus hic conquievit. Narrat hiſtoriam hanc in libro de curſu vitæ ſuæ Daniel Greſſerus ſuperintendens Dreſenſis non infimi ſubſellii vir inter Lutheranos, ſeque cum id temporis Erphordiæ moraretur ſtudiorum cauſa concionem hanc audiviſſe memorat. Inter cætera, quæ Lutherus in ea concione de bonis operibus, de conſtitutionibus humanis, de peregrinationibus, de variis monachorum inſtitutis in contumeliam religionis catholicæ pro vulgi pruritu mordaciter effutivit, multa quoque petulanter dixit in eccleſiaſticos & ſacerdotes catholicos, quorum in ea urbe magnus erat numerus: in quos non diu poſtquam Lutherus Erphordia diſceſſit, menſe junio nimirum, ingens exorta fuit ſeditio, quam dubium non eſt, quin linguæ flabello per concionem hanc Lutherus excitarit. Res per ſtudioſos cœpta primum, quibus viliſſimi quique de fæce vulgi ſe conjunxerunt, canonicorum domus per vim expugnatæ, direptæ, expilatæque; ablata ſuppellex omnis generis menſæ, lecticæque, & quæ ſunt hoc genus alia conciſa fruſtillatim, & in plateas tumultuanter ejecta: cereviſia & vinum bellulino more potatum, & quod ingluvies non capiebat vaſis fractis effuſum: ſciſſi lecti & plumæ e feneſtris domorum in aerem effuſæ, quæ per totam urbem volitarunt inſtar denſæ nivis, & paulo poſt longe lateque ſolum ipſum operuerunt. Ad hunc modum quinquaginta canonicorum domus una nocte direptæ, e quibus ſeptem incenſæ ſolo tenus conflagrarunt. Hæ primitiæ fuerunt ſpiritus illius, qui Luthero ex cathedra docente commovit templum, & in animos auditorum collapſus paulo poſt excitavit ſeditionem hanc, eaque re præſagium dedit quid in templo Dei in orbe Chriſtiano per hominis illius doctrinam machinaretur.* Hæc Ulembergius: ad Lutherum revertamur.

(a) *Greſſer. & ex eo Ulemb. in vit. & actis Luth. c. 6. n. 2. p. 86.*

Non ſervatæ a Luthero ſyngraphæ leges.

Concionante Luthero templum tremit.

Monet Lutherus auditores eſſe dæmonis ſpectrum.

Exorta deinde in eccleſiaſticos ſeditio.

XII. Cum Wormatiam quaſi triumphali curru ab epicureis ſociis parato vectus pergeret, inter medias compotationes temulentus novus propheta laſcivire, & plectro canoro aera percutere viſus eſt: *Quacunque iter faciebant*, inquit Coclæus, *frequens erat concurſus hominum videndi Lutheri ſtudio: in diverſoriis multa propinatio, læta compotatio, muſices quoque gaudia adeo ut Lutherus ipſe alicubi ſonora teſtudine ludens omnium in ſe oculos converteret, velut Orphæus quidam ſed raſus adhuc & cucullatus, eoque mirabilior.* Eo pompatico apparatu maximorum ſcelerum reus Vvormatiam pervenit decima ſexta aprilis die, & inſequenti coram Cæſare aliiſque principibus productus, a cæſareo oratore interrogatus eſt, an libros, quos ſupra memoravimus, ſuos eſſe agnoſceret, & quidquam ex iis revocare vellet: qui editos a ſe faſſus eſt, at tempus ad deliberandum de iiſdem approbandis revocandiſve ſibi dari popoſcit, obtinuitque a Carolo ea lege, ut die altera eadem hora adeſſet. Nimia clementia uſus eſt Cæſar in perditiſſimum hæreſiarcham, qui imperialis chirographi impunitatis leges non obſervaverat, ac toties variis diffugiis judiciorum ordinem eluſerat, comparabatque ſibi apud ſimplices ex iis concertationibus publicis authoritatem & famam; adeo ut ipſe in actorum Vvormatienſium hiſtoria non ſincera fide ſcripta fingat, inſanam muliërculam, conſpecto hominum ad viſendum celebre illud novæ impietatis monſtrum concurſu, exclamaſſe: *Beatus venter qui te portavit*; aitque vulgus cauſam evangelii tutatum adverſus clericos; ſiquidem ſuas hæreſes evangelii nomine colorabat: tra-

Deductus cum plauſu Wormatiam Lutherus.

Fatetur editos a ſe libros hæreſibus refertos.

Se cum Chriſto impie confert.

Fingit cauſam evangelii defendi a vulgo contra clerum.

Digitized by Google

traditiones vero patrum, Eccleſiæ conſenſum, interpretationes ſacræ ſcripturæ a conciliis propoſitas ut aniles fabulas, traducebat: *Sunt*, inquiebat, *tria millia ſacerdotum, inter quos non quatuor inveniuntur recti, proh dolor! & ſi quando habeantur recti prædicatores evangelium dicitur ſuperficie tenus: deinde fabula quædam de antiquo aſino, aut hiſtoria de Theodorico Veronenſi*. Hæc calumniator ille, qui ex aliquorum forte imperitia in omnes invidiam detorquebat; cum ipſe evangelio abutens inque adulterinum ſenſum deflectens, evangelium vehementiſſime oppugnaret.

XIII. Cæterum poſtridie ejus diei ad principum conſeſſum reductus, juſſuſque animi ſui conſilium aperire, datum enim deliberandi ſpatium fluxiſſe, quod impetrare non debuiſſet; cum jamdiu ſciviſſet ad quid eſſet vocatus, multiformi verborum ambage morari niſus eſt; cumque preſſe ad rem Cæſari & principibus reſpondere cogeretur, dixit ſe Pontificibus & conciliis, ſive univerſæ Eccleſiæ in ſcripturarum ſacrarum interpretatione præferens: *Niſi convictus fuero teſtimoniis ſcripturarum aut ratione evidenti (nam neque Papæ neque conciliis ſolis credo, cum conſtet eos & erraſſe ſæpius, & ſibi ipſis contradixiſſe) victus ſum ſcripturis a me adductis, & capta conſcientia in verbis Dei revocare neque poſſum, neque volo quidquam; cum contra ſcientiam agere neque tutum neque integrum ſit. Deus adjuvet me. Amen*. Quibus verbis impudenter mentiebatur Eccleſiam univerſam erraſſe, & Scripturæ ſacræ non ex Eccleſiæ catholicæ & conciliorum ſenſu, ſed ex alieno, quem ipſe fingebat, intellectæ teſtimoniis convinci volebat; quod omnibus hæreſiarchis commune eſt. Quod vero addebat, ſibi non eſſe tutum neque integrum quidquam contra conſcientiam agere, cur tandem poſtea Auguſtinianos Wittembergenſes ut contra conſcientiam divina myſteria abolerent hortatus eſt, anniſque pluribus cum ſua conſcientia ſe pugnaſſe faſſus eſt? Inſpecta ejus protervia principes per Cæſareum oratorem illum ita increpuere: *Tu qua univerſale Conſtantienſe concilium damnavit ex univerſa Germanica natione congregatum reſuſcitas, & per ſcripturam convinci vis: in quo ſane vehementer deliras; quid enim attinet novam diſputationem celebrare de rebus per tot ſæcula ab Eccleſia & concilio damnatis?* Rogatus ut male cæpta damnaret, nulla unquam ratione de impia ſententia dimoveri ſe paſſus eſt.

In ſcripturarum interpretatione ſe præfert conciliis.

Increpatus ab oratore Cæſareo.

XIV. Poſtridie coacti ſunt principum cœtus ad audiendam Cæſaris ſententiam, quæ Burgundico idiomate ab ipſomet exarata fuit, atque in hæc latina verba tranſlata (*a*).

Ad ordines imperii in comitiis Wormatiæ congregatos.

Non clam vos eſt me genus ducere a Chriſtianiſſimis Imperatoribus illuſtris nationis Germanicæ, a catholicis Hiſpaniarum Regibus, ab archiducibus Auſtriæ, ducibuſque Burgundiæ, qui omnes ad ſupremum uſque vitæ diem ſe fideles Romanæ eccleſiæ declararunt, ſemperque catholicæ fidei ſacrarum ceremoniarum, decretorum, conſtitutionum, ſanctorum morum pro Dei honore, pro fidei incremento, pro animarum ſalute propugnatores fuere: qui vita functi nobis ex naturæ inſtinctu & jure quodam hereditario ſacra quæ diximus catholica inſtituta quaſi per manus tradita relinquere, ut eorum veſtigiis inſiſtamus, & in iis etiam mortem oppetamus: & nos quidem utpote maiorum noſtrorum non fallaces imitatores, Deo nos bene juvante, in hunc uſque diem eo pacto viximus. Itaque ſtat ſententia tueri & propugnare quæcumque tum anteceſſores mei tum ego ipſe huc uſque obſervavi; id autem vel maxime, quod per anteceſſores meos tam in Conſtantienſi quam aliis ſynodis ſancitum eſt.

(*a*) *Ext. apud Jo. Cocl. hoc ann. U-lemb. c.6. & apud Dolgaſt. to.2. pag. 142.*

Caroli V. oratio ad principes in Lutherum.

XV. *Cum vero in aperto ſit, unum ſolum fratrem hallucinari privata opinione deceptum, quæ quidem cum totius Chriſtianitatis ſententia pugnet, tam eorum, qui ante mille annos nos præceſſerunt, quam qui in præſens vivunt, eaque præſefert Chriſtianos omnes hactenus ſemper in errore fuiſſe. Eam ob rem plane deliberatum mihi eſt, regna mea omnia, imperium, ditiones, amicos, corpus, ſanguinem, vitam denique ipſam, & animam impendere, ne improbus hic conatus longius progrediatur; quandoquidem in meam haud exiguam itemque veſtram id ceſſurum eſt ignominiam, qui præclara & cum primis celebris eſtis Germaniæ natio, quibus id in honoris, authoritatis, prærogativa cumulum acceſſit ex privilegio, ut juſtitiæ obſervantiſſimi catholicæque fidei defenſores & propugnatores habeamur. Quod ſi qua igitur non modo hæreſis, ſed vel ſuſpicio hæreſeos, vel aliqua Chriſtianæ religionis imminutio in hominum animis noſtra tempeſtate relicta orit, id poſteris noſtris perpetuæ vituperationi fuerit.*

Quandoquidem ergo pertinax heſterno die Lutheri reſponſum coram omnes audivimus, mentem ergo vobis meam aperio; pœnitere me quod tamdiu diſtulerim contra hominem illum ejuſque falſam doctrinam procedere, nec me poſthac audire illum velle quidquid etiam allaturus ſit:

Profitetur Carolus pœnitere ipſum quod Lutherum tandiu pertulerit.

jubeo autem ut quamprimum ex mandati præſcripto reducatur, caveatque ipſe ex publicæ fidei ipſi datæ formula, ne palam concionetur, neve populo prava ſua dogmata inſtillare pergat, ne denique ipſius opera navi quippiam aut motus aliquis exciteur. Equidem, ſicut jam dixi, contra eum haud ſecus atque contra notorium hæreticum plane deliberavi procedere, ſimulque a vobis repoſco, ut in iſtac cauſa id ſtatuatis, quod decet probe Chriſtianos, & ut vos facturos recepiſtis. Scriptum manu propria die XIX. *aprilis an.* MDXXI.

Juſſa in eum ſeveritas diſtringi ut in notorium hæreticum.

XVI. *Hæc Imperatoris*, ſubdit Coclæus, *tam pii & catholici ſententia lecta eſt non ſolum Wormatiæ coram univerſis principibus & ſtatibus imperii, verum etiam Romæ poſtea menſe proximo die* x. *maii in publico conſiſtorio coram purpurata Cardinalium ſenatu juſſu Leonis X. Papæ pontificatus ejus anno nono; & ab utroque ſenatu non vulgariter collaudata eſt Cæſaris in fide conſtantia, zeluſque pietatis ac religionis avitæ in pectore juvenili.* Addit author (a), Lutheranos ira incenſos Cæſaris geſta in vulgus traducere, ipſumque aculeis contumeliarum, ac dicteriis pungere & lacerare cœpiſſe: acerrimi hæreſiarchæ propugnatores erant Ulricus Huttenus Francus Romanæ curiæ acerrimus hoſtis, & Hermannus Buſchius Weſtphalus theologorum & monachorum oſor, poeticæ, & literarum humaniorum ſtudiis clari; tum Franciſcus Sickingæi rei militaris peritiſſimus & viribus excellens, qui vane cum aliis commovere ad ſeditionem populos affixis publicis ſcriptis pertentarunt: quos motus ſe ſedaturos putavere principes, ſi Lutherum piis monitis a ſuſcepto flagitio revocarent. Amica itaque cum eo fuere iterum colloquia, atque hortati ſunt doctoris Vens ore: *Ne ſuo*, inquit Coclæus, *ſenſui innixus in propoſito ſuo perſeveret, neve concilia ita criminetur & rejiciat, ut coram cæſarea majeſtate fecerat, concilia enim non contraria, ut ipſe illis imputat ſtatuiſſe, ſed diverſa pro diverſitate perſonarum, temporum, & locorum. Ex conciliis autem plurima eveniſſe bona, opus eſſe legibus humanis, præcavenda eſſe ſchiſmatum ſcandala, ne diſſuatur inconſutilis tunica Chriſti.*

(a) *Coclæus Ulemb. ubi ſup.*

Lutherani Carolo V. detrahunt.

Nituntur populum ad ſeditionem concitare.

Monitus Lutherus benevole ut revocet errores.

XVII. Ad hæc reſpondit verſutiſſimus impoſtor, non omnia ſe reprehendiſſe concilia, ſed tantum Conſtantienſe, a quo damnatum verbum Dei, calumniatus eſt: tanti criminis probationem eam attulit, quod iſte articulus Joannis Hus damnatus ab eo fuiſſet: *Eccleſia Chriſti eſt univerſitas prædeſtinatorum*; Et ſic iſte articulus fidei: *Credo Eccleſiam ſanctam catholicam*; damnatus fuiſſet. At ipſius aperta erant hæc mendacia, neque enim Joannis Hus propoſitio erat verbum Dei; ac falſa quoque erat illatio, & contrariam propoſitionem eſſe verbum Dei, evangelicis teſtimoniis redarguit Coclæus ſic inquiens: *Neque verum eſt quod articulus iſte Joannis Hus: Eccleſia Chriſti eſt univerſitas prædeſtinatorum; ſit verbum Dei, in eo præſertim ſenſu quem heretici prætendebant, nempe quod prælati mali & peccatores damnandi, quamvis baptizati & Chriſtiani, non ſint de eccleſia Chriſti, nec ſint membra eccleſiæ militantis: quæ ſane ſententia adeo non eſt verbum Dei, aut in ſcriptura ſacra, ut contrarium ex ſcripturis quam latiſſime probari queat: manifeſtiſſime vero ex parabolis Chriſti de tritico & zizania in eodem agro, de ſagena miſſa in mare & ex omni genere piſcium congregante, de decem virginibus, quarum quinque ſunt prudentes, quinque fatuæ, &c.*

Detrahit de Concilio Conſtantienſi.

Illius objectio.

Refellitur ex ſcriptura ſacra.

XVIII. Æque impia fraude plenum fuit aliud ejuſdem Lutheri reſponſum, dum rogatus fuit, ne conceptas a ſe opiniones propter graviſſimas offenſiones, ac metuenda pericula, quæ niſi pertinacia abſtineret imminebant, deponeret: quaſi enim ejus hæreſes & deliria veterum hæreſiarcharum ab eo inſtaurata verbum Dei eſſent, diſtinxit duplex offenſionis genus, alterum charitatis; alterum fidei; charitatis quod in moribus & vita conſiſtat; fidei vero & doctrinæ, quod in verbo Dei declinari non poſſit: nec per ipſum præſtari poſſe, quin Chriſtus petra ſcandali eſſet: quibus ſubdolis verbis ſtatuebat ſe Chriſtum prædicaſſe, dum Chriſti ſacra oppugnabat; & quaſi ab eo peteretur, ut verbum Dei abnegaret, dum urgebatur, ut damnaret impia ſua dicta, quibus illud re ipſa abnegabat, tum hypocriſis larva arrepta ſubdidit: *Scire ſe obediendum eſſe magiſtratibus etiam male & inique viventibus: ſcire item cedendum proprio ſenſui: tantum petere ſe ne adigatur verbum Dei negare: cætera omnia obedientiſſime ſe præſtaturum.* Hæc ſumma fraudium & nequitiarum verſipellis Lutheri extitit, nimirum tuendi evangelii fallaci oſtentatione evangelium depravare: *Hoc itaque verbi Dei prætextu*, inquit Coclæus, *quemadmodum ab initio, ita & deinceps per omne tempus impios, & antea ſæpe damnatos Waldenſium, Wicleffiſtarum, & Huſſitarum errores Germanorum plurium obtruſit, vendidit, inculcavit, perſuaſit Lutherus, & in hoc non ſatis deliberate Cæſarem & principes egiſſe plerique putant, quod vocantes ad ſe Lutherum nullos pariter vo-*

Hæreſiarchæ impii figmenta.

Statuit deliramenta ſua eſſe verbum Dei.

Perperam egere principes cum hæreſiarcha non vocatis theologis.

Falſiſſimum eſt dogmata Lutheri eſſe in ſcriptura ut gloriatur.

ca-

taverint theologos, qui falſos prætextus & fucos illius detegere potuiſſent. Certe pius & eruditus pontifex Joannes Fiſcherus epiſcopus Roffenſis in Anglia paulo poſt ſatis clare & copioſe prolixo volumine oſtendit, nullum articulorum ejus, quos in bulla ſua damnaverat Papa Leo X. haberi in ſcripturis, aut eſſe verbum Dei.

XIX. De hac Lutheri impudentia in contemnendis conciliis, ac judicibus quibuſvis aſpernandis coram Vvormatienſi conventu, hæc graviſſime ſcripſit Henricus VIII. Anglorum Rex (a): *Cum intelligeres tam manifeſtos eſſe errores tuos, ut nemo bonus eſſet ac pius uſquam, in cujus judicio ſpem poſſis reponere, in conventu Wormatienſi [ubi te plena procerum ſenatu damnavit Cæſar] ad diſceptandum quidem obtuliſti; ſed ea, quæ diſputarentur, cujuſquam judicio ſubmittere [qui quam recte contra te differens poſſet ferre ſententiam] id vero pertinaciſſime pernegaſti nunc cum te videam hoc te pacto gerere, ut nec in alios judices conſentias, nec illis ipſis obedias, quibus obtemperare promiſeras; nec cæſareæ majeſtatis judicio deferas, cum tot eruditiſſimos viros haberet in conſilio, nec reverere quidquam & Apoſtolicæ ſedis & collegii ſacroſancti ſententiam, ſed improbus irriſor appellas ad proximum generale concilium, nec tamen ſimpliciter proximum, ſed adjecto cuniculo, per quod poſſis effugere, nempe quod proxime congregatum eſſe contingeret in Spiritu Sancto, ut in quocumque eſſes damnatus, ubi negares fuiſſe Spiritum Sanctum; & tamen paulo poſt generalia omnia concilia contemnere, ne quis dubitare poſſet nulli te tandem prorſus pariturum: cum hoc inquam, pacto te geveres, quomodo potuiſſet judicium in te redditum mihi eſſe ſuſpectum.* Et infra: *Tu te mirari fingis hactenus audire non poſſe, ita nos contra multo miramur magis, & iſtud te poſſe dicere & quemquam inventum eſſe, qui te quidquam audire dignetur, tanquam ſatis cauſæ ſit unius fraterculi pervicax impudentia, cur nunc tandem oporteat dubitare an ea demum vera ſint quæ pro articulis fidei tota credit, & annos amplius mille quingentos tota credidit Eccleſia Chriſti catholica; quemadmodum evidenter liquet ex doctrina Chriſti & ſanctis ejus Apoſtolis, nec non multis aliis beatiſſimis Eccleſiæ doctoribus, quorum alius alio tempore locoque ſcribens omnes fuere eadem fide concordes a Chriſto nato paſſoque, uſque ad inauſpicatam prædicationem tuam?*

(a) *Henr. Angl. Rex in reſponſ. ad Mart. Luther. ep. 96.*

Impudentia Lutheri in contemnendo omnium judicio.

An propter illius impietatem de fide dubitandum.

XX. Interfuiſſe his Wormatienſibus actis Joannem Coclæum eccleſiæ Beatæ Virginis Francofordiæ ad Mœnum decanum, ipſe refert, ſeque acceſſiſſe a nemine vocatum; ſed ſtudio tuendæ adverſus Lutherum fidei, vitæ etiam ſi opus foret profundendæ ſtudio incenſum, ſecumque tres libros, quos pro venerabili Euchariſtiæ ſacramento contra captivitatem Babylonicam Lutheri conſcripſerat, detuliſſe: Aleandri vero pontificii internuntii opera in colloquium cum Luthero in archiepiſcopi Treverenſis aula veniſſe, ut ipſum ab impietate abduceret: ex quo pio conatu ita in ſe Lutheranorum concitarit odia, ut illi in ipſum ſatyricum libellum minarum contumeliarumque plenum ediderint, interminatique ſint interprete Jona præpoſito, quadraginta viros ſtylo aculeato illius famam laceraturos, ſi quid ad refellendam Lutheri doctrinam ſcriberet. Ita novi evangeliſtæ diabolicam doctrinam rabie, mendaciis, ſcurrilitatibus, conviciis propagare annitebantur. Subdit, altera die veniſſe ad Lutherum duos doctores jureconſultos, petiiſſeque ab eo, ut libros & ſcripta Cæſareæ majeſtati, principibus, ordinibuſque imperii ſubmitteret: ſed illum reſpondiſſe, verbum Dei hominum judicio non permittendum, quaſi ejus impia deliria verbum Dei eſſent: dein meliora deliberare juſſum poſcentibus ut ſua ſaltem concilii futuri judicio ſubmitteret, non aſſenſiſſe: vocatumque ab archiepiſcopo Treverenſi ac monitum iterum remotis arbitris ut concilio, Cæſari ordinibuſque imperii ſua ſubjiceret, in priori pertinacia hæſiſſe: ſuperbus enim nequiſſimuſque impoſtor, a dœmone edoctus, univerſæ Eccleſiæ catholicæ leges dare non verebatur, contendebatque, ut nudo ejus verbo contemptis conciliorum, patrum, veterumque traditionum authoritatibus crederetur, & accepta ab Apoſtolis ſacra convellerentur: quo quid impudentius fingi queat nemo non videt.

Joannis Coclæi cum Luthero congreſſus.

Negat ſe concilio unquam ſubmiſſurum.

XXI. At illam Lutheri inflexibilem pertinaciam, ipſi cum hæreſiarchis & latronibus communem, conſtantiæ nomine ornarunt ejus ſectatores, ipſumque veluti fortiſſimum virum celebrarunt, quo ſimplices ad admirationem traducerent: quos Chriſtophorus Longolius rethor in ſua ad Lutheranos ſcripta oratione ſic confutat (b): *Cum divinis mandatis perſæpe moneamur, cum, ut eorum, quorum ſumus in poteſtate & tenemur imperio rationem in primis habeamus, tum ſacrorum antiſtitibus dicto audientes ſimus, quam bene iſtum legibus parere credamus, qui ne imperio quidem ulli præclaris illis ſuis decretis locum relinquat, nimirum impunitatem ſibi cæteriſque conjuratis infinitam licentiam pollicitus: ſi qui tumultuantes cives*

Pertinacem Lutherum vocant ſequaces conſtantem.

(b) *Longol. in orat. ad Lutheran.*

Omnes leges violavit.

pro poteſtate coerceant nulli omnino exiſtans, hoc eſt ſi æquabili iure utamur, vel inter nos potius ſine ullo ordinum diſcrimine, ſine duce, ſine magiſtratu, ſine lege ferarum more tumultuemur. O hominem cautum, & in conſtituenda republica prudentia ſingulari præditum!

XXII. Varia ejuſdem vitia.

Jam quam invictum adverſus omnes cupiditates, ſedatumque gerat animum, cum ex concionibus & ſcriptis, infandiſque ipſius conviciis, tum etiam hinc perſpicere poteſtis, quod homo, vel monſtrum potius, ex diverſiſſimis ac inter ſe maxime contrariis vitiis conflatum, dubiumque maleficii magnitudine timidius an intemperantia audacius, inani doctrinæ perſuaſione arrogantius, an ſordium ſuarum conſcientia abjectus, natura levius, an opinione pervicacius, ſtultius denique apud prudentes, an aſtutius apud ſtultos tam incredibili nominis ſui nobilitandi cupiditate ardeat, ut quo aliquid apud imperitam multitudinem eſſe videatur, non dubitet conſtans & perpetuum generis humani iudicium præ opinionis ſuæ errore faſtidioſe contemnere; & infra, *qui nos primum quaſi vulpecula fallaciſſima fraudibus & inſidiis ſuis circumvenire tentarit, deinde etiam truculenta criſtati draconis ſpecie territos frangere conatus ſit.*

XXIII. Interjectis nonnullis Longolius fortitudinem Chriſtianam definit, a qua Lutherum longiſſime abeſſe oſtendit, debuiſſeque ab eodem novam legem orbi inferente, dari divini Numinis ejus dicta comprobantis teſtimonia arguit: *Ne quam*, inquit, *in eo nonnulli ad cælum laudibus efferunt Chriſtiani animi fortitudinem illi ineſſe vobis perſuadere ſinatis; quam quidem certum eſt non in regerendis conviciis, non in referenda iniuria, non in elato contumacis animi ſpiritu, non in mortis omnibus vitanda modis conſilio conſiſtere; ſed in deſpicientia ſui, ſed in ea potiſſimum caſti animi probitate, quæ voluntaria mentis demiſſione atque ingenuo quodam ac liberali pudore totam ſe divinæ poteſtati commendatam tradat, & pro Chriſti perſuaſione devotam hoſtiam minis atque terroribus intrepidam obiiciat. Hac itur ad æternam gloriam via: hac proceres iere Chriſtiani: hac heroes noſtri omnes in cælum pervenere; quorum etiam jam vita defunctorum gratia & mortuos revixiſſe, & cæcos oculorum uſum recepiſſe, & variis in morbis laborantes, furiiſque etiam exagitatos mortales multos poteſtati valetudinique ſuæ reſtitutos eſſe exploratum habemus. A Martino autem Luthero num tale quidquam adhuc factum vidiſtis ipſi aut ab alio etiam accepiſtis? num exanimes ab eo ad vitam revocatos? num mutorum linguas in ſermonem reſolutas? num ſurdorum aures ad audiendi vim patefactas? num claudis liberam gradiendi datam facultatem? num iis, qui omnibus membris capti eſſent, totius corporis firmitatem? num fanaticis ſuam mentem? num denique aliquod cæleſtis virtutis indicium vobis edidit? Atqui aliquod ſaltem unum divini ab eo Numinis ſignum allatum eſſe oportuit, qui ſe contra publici concilii authoritatem Deo authore artes novas moliri, atque tanta inter Chriſtianos ipſos diſcordiarum ſemina jacere diceret, &c.*

A Sanctorum virtutibus maxime alienus fuit.

Nullo miraculo novam fidem probat.

XXIV. Tantam itaque pertinaciam indignatus Cæſar illum juſſit faceſſere, atque unius & viginti dierum curſu in priorem ſuum aſylum ſe recipere, ſatellitio tradito adjectoque imperio, ne in itinere concionaretur aut ſcriberet. Ita patuit ex contrectato blandis remediis virulento cancero, qui ferro excindendus erat, malum exaſperatum. At Lutherus cæſarearum contemptor legum in reditu conciones ad faſcinandos impietate populos habuit, atque inſidioſas literas ad principes dedit, ut eorum ſibi gratiam conciliaret, Cæſari vero atque ordini ſacerdotali odium crearet: tum familiari hæreticis aſtu pertinaciæ ſuæ verbum Dei prætexebat, conquerebaturque annuntiandi verbi divini liberam ſibi præripi poteſtatem: perinde ac ſi cuilibet impoſtori & hæreſiarchæ ſufficiat jactare, ſe verbum divinum prædicare, ut blaſphema quæque & hæretica apud ſimplices evomat. Metuens vero hæreſiarcha ne cæſareus ſatelles illius greſſus & conſilia obſervaret, illum a ſe dimiſit.

XXV. At Cæſar conſpicatus Lutherum rationibus & monitis ad officium flecti non potuiſſe, ne Eccleſiæ advocati nomen dignitatemque prodere videretur, imperiali vi & authoritate una cum ejus ſectatoribus & propugnatoribus coercendum cenſuit. Ediddiſſe igitur Cæſarem in illum edictum communi ordinum conſenſu refert Surius (*a*), quod novatores ſolitis artibus eludere atque elevare ſtuduerunt: *Hoc*, inquit, *anno Carolus imperator Wormatiæ graviſſimum edictum contra novatores orthodoxæ & catholicæ religionis promulgavit, in quo inter cætera dicit Lutherum non hominem, ſed diabolum ſub humana eſſe ſpecie, qui in perniciem humani generis permultas olim damnatas hæreſes in unam ſentinam congeſſerit: quod quidem tam fuit verum, ut talem virum aliquid potuiſſe apud Germanorum hactenus ſummæ conſtantiæ & integritatis nationem, illi ipſi nationi ad ſempiternam haud dubie ceſſurum ſit ignominiam, & confuſionem. Hic vero Sleidanus Cæſarem quidem*

(*a*) *Surius in commentar. hoc ann.*

Vocatus Lutherus a Cæſare diabolus ſub humana ſpecie.

fa-

fatetur dixiſſe decretum hoc ſuum communi principum & ordinum conſilio factum, ſed mox ſubjungit: Ajunt edictum hoc a paucis aliquos fuiſſe conflatum; ſcilicet vult Imperatorem optimum & religioſiſſimum arguere mendacii, ne tanti principis & ordinum imperii communi decreto damnata Lutheri impietas Lutheri cauſam premat. Quis vero eam hominis impudentiam ferat, qui ut per mendacia Lutheri partes defendat, potentiſſimum Imperatorem haud obſcure vocat in ſuſpicionem mendacii? Nec his contentus quædam addit, quibus etiam Moguntinum archiepiſcopum oblique perſtringere videtur, atque haud ſcio an in illum falſi crimen derivare velit; nam obſcure ſcribit. Sed abſit, ut plus credamus Sleidani nugis, quam tantis principibus.

Sleidani mendacium inſigne.

Aſſerenda hoc loco viſa eſt tam inſignis ſententia (*a*), cum plurimum lucis & ornamenti hiſtoriæ allatura ſit; quandoquidem deſcribuntur in ea Lutheranæ impietatis exordia ac præcipua capita, ut nimirum ea a ſummo Pontifice Leone X. coacta præſulum & doctorum omnium gentium ſynodo, citatoque Luthero, damnata fuerint: ut ille conciliorum œcumenicorum authoritatem reſpuerit: ut ſibi uni fœdiſſimos veterum hæreſiarcharum errores cumulanti credi voluerit, tanquam divini Numinis interpreti; utque ex Wormatienſium actorum, quæ Lutherus ad colorandam pertinaciam variis mendaciis & fucato verbi divini obtentu ſubornavit; præſcripto demum debitæ in eum ac Lutheranos pœnæ conſtituantur.

(a) Ext. apud Coclæum in fin. & apud Florimund. Raym. & Dolgaſt. to. 2. pag. 143.

Carolus V. Dei benignitate electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Germaniæ, Hiſpaniæ, utriuſque Siciliæ, Jeroſolymæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex, &c.

XXVI. *Reverendiſſimi digniſſimi chariſſimique cognati, propinqui, religioſi, & fideles: cum ad noſtrum, id eſt Romani Cæſaris officium pertineat non ſolum provincias, orbem, terminoſque ſacri Romani imperii, quod majores noſtri Germanicæ nationis ob defenſionem ſacroſanctæ Romanæ & catholicæ Eccleſiæ divina adjuti ope multo ſanguine vulneribuſque ſuis pepererunt, repreſſis belloque domitis infidelibus pro virili proferre, augere, ac promovere; verum etiam juxta regulam canonemque hactenus a ſacroſancta Romana eccleſia obſervatum proſpicere ac providere, ne qua labes, hæreſis, minima denique ſuſpicio in Romano imperio religionem noſtram vitiet atque infeſtet, aut ſi quid hujus forte radices agere & virere contigerit; omni diligentia adhibitis mediis, remediis, rationibuſque probatis & moderatis, prout negotii magnitudo poſtulat, evellere ac extirpare. Proinde reputamus nobiſcum ſi cuiquam ex majoribus noſtris hac in re bene mereri de nomine Chriſtiano non fuit recuſandum, a nobis quoque longe pluribus de cauſis idem muneris oneriſque debere ſuſcipi, poſtquam omnipotentis Dei bonitas ad propugnationem & incrementum ſacroſanctæ fidei ſuæ nos tot acceſſione regnorum, provinciarum, majoriſque potentiæ, quam aliquot retro ſæculis quemquam in imperio ex majoribus noſtris amplificavit, coronavit, & armavit; cumque gente quidem a Chriſtianiſſimis Cæſaribus, archiducibus Auſtriæ, & Burgundiæ ducibus, ſtirpe vero a Catholicis Hiſpaniæ, Siciliæ, Jeroſolymæ Regibus noſter deſcendat ortus, quorum de facinoribus egregiis pro tuenda religione Chriſtiana domi militiæque deſignatis nulla conticeſcet ætas.*

XXVII. Ut triennio ante exorta ſit hæreſis Lutherana.

Quocirca ſi hæreſes quaſdam vix abhinc triennio in natione Germanica ſpargi cœptas, & antehac per ſancta concilia pontificumque decreta cum Eccleſiæ catholicæ conſenſu vere condemnatas & ejectas, jamque denuo velut ex profundis orci faucibus retractas altius radiculas diffundere ac propagare pateremur, negligenteſque connivere, indulgere, diſſimulare pergeremus, primo conſcientiæ noſtræ quaſi contagione peſtilentiſſimi carcinomatis afflatæ plaga gravior inſideret, deinde ſempiternam nominis noſtri gloriam in tam felici floreſcentis imperii veſtibulo, ſeu caliginoſa quadam nebula inumbraret ac involveret. Cum itaque ſine dubio nemini veſtrum ſit obſcurum, quam procul errores hæreſeſque a Chriſtiana via recedant ac declinent, quas Auguſtinianæ familiæ quidam Martinus Lutherus in ordine & religione Chriſtiana, inprimis autem in illuſtri natione Germanica, utpote indefatigabili hæreſum impiorumque dogmatum deletrice violenter introducere, virulenterque diſſeminare conatur tanto cum profectu, ut niſi mature celeriterque tam proruptæ occurratur audaciæ poſtmodum univerſa Germania his morbis inveteraſcentibus miſerabilem ruinam & interitum omnis virtutis, honeſtorum morum, pacis, fideique Chriſtianæ ſit paſſura.

Præterea non immerito ſanctiſſimus pater Leo X. ſacroſanctæ Romanæ & catholicæ Eccleſiæ ſummus epiſcopus, qui præter cæteros in ea quaſi vigilia ſtationeque collocatus eſt, ut diligenter & naviter attendat, ne quid reſpublica Chriſtiana labis detrimentique accipiat, rei atrocitate periculiſque permotus, initio Lutherum paterne cœpit & benigne admonere, atque a parum fauſto propoſito dehortari, & ut errores a ſe divulgatos revocaret inſtare. Hic ille

cum

cum reſiſteret, & plura pejoraque miſceret in dies, experrectus Pontifex, contra ſibi nitendum non inuſitatis, ſed æquis & convenientibus modis viiſque putavit. Proinde ſemel atque iterum Cardinales, epiſcopos, alioſque prælatos, nonnullos etiam ex ordine regulatorum priores, generales, & miniſtros, prætereaque multos præſtantes & honeſtos homines omni laude virtutis, eruditionis, prudentiæ cumulatos, tum aliarum quoque nationum doctores ac magiſtros convocavit & accerſivit, ad eundemque conventum Martinum Lutherum citavit: quo contumaciter abſente, omniaque ejus ſcripta Latina & vernacula, quæ vel jam emiſit vel adhuc emittet, tanquam pernicioſa, fideique & unitati Eccleſiæ prorſus adverſaria damnavit. Deinde poteſtate authoritateque pontificia dictorum Cardinalium conſilio & voluntate maturaque penſatione epiſcoporum, prælatorum, doctorum, & hereticæ pravitatis inquiſitorum illa ubique comburi, penituſque aboleri mandavit. Tum ipſum Lutherum, niſi præſtituto definitoque tempore ſecundum determinationem decreti ſuæ ſanctitatis oſtenderit, errorum ſe pœnitere, eoſque abjecerit & revocaverit, velut inobedientiæ malitiæque filium, ſchiſmatis hereſumque authorem ab omnibus vitandum fugiendumque juxta legum pondera conſtituit & ordinavit ſub pœnis in bulla pontificia comprehenſis, quam beatitudo ejus nobis, tanquam Chriſtianæ fidei vero ſummoque defenſori, ſanctæque ſedis pontificiæ & Romanæ atque catholicæ Eccleſiæ advocato, per ſuum Romanæque ſedis oratorem & nuntium a beatitudine ipſius peculiariter hanc ipſam ob cauſam ad nos ablegatum curavit exhiberi, adjuncta cohortatione poſtulatiſque ut pro ratione muneris, officii, legitimaque procurationis cæſareæ majeſtatis noſtræ, beatitudini ſuæ in hujuſmodi perturbatione gladii civilis auxilium ad religionem gloriamque Chriſti vindicandam impertire; & quod Chriſtianiſſimo catholicoque Rege ac principe dignum eſt, in noſtris hereditariis regnis, ducatibus, ditionibuſque, præcipue vero in Germania edicere atque ſancire velimus, ut univerſa & ſingula, quæ in bulla ſanctitatis ſuæ continentur inviolabiliter indiſpenſabiliterque ſerventur, & in his executio legumque voluntas adminiſtretur.

Citatus fit a Pont. Lutherus.

Damnatus anathemate.

Solicitatus ſit Cæſar a Pont. ut in hæreſiarcham gladium ſtringeret.

XXVIII. *Et quamquam nos eam adhortationem poſt allatam bullam pontificiam, tandemque ipſam Lutheri condemnationem in pluribus Germaniæ locis annuntiari celebrarique fecimus, ejuſque in noſtris inferioribus Burgundicis regionibus, ac præſertim Coloniæ, Treveris, Moguntiæ, Leodii, executionem adminiſtrationemque ſevere mandavimus. Interim tamen Martinus Lutherus non ſolum non ad meliorem frugem ſe recepit, nec errata revocavit, aut a pontificia ſanctitate abſolutionem, & rurſus in ſancta catholica Eccleſia remiſſionem veniamque petivit: verum etiam depravati animi ſui, perverſæque intelligentiæ plures malos fructus atque effectus, ſeu rabioſe manifeſtam oppreſſionem Eccleſiæ machinans, multis acervatis voluminibus, quæ cum Latina vernacula non recentibus noviſque tantum, ſed jam olim quoque reprobatis authoritate conciliorum hæreſibus blaſphemiiſque ſcatent a ſe genitis, aut certe nomine ſuo publicatis, quotidie diſſipavit in quibus a ſancta Eccleſia tot obſervatum receptumque ſæculis ſeptem ſacramentorum numerum, inſtitutionem, & uſum diſſipat, convellit, defœdat, atque pervertit, indiſſolubiliſque ſacri matrimonii canones variis & mirabilibus modis indigne polluit. Affirmat item ſacram unctionem rem inefficacem & commentitiam eſſe; uſum quoque & inenarrabilem ſacroſanctæ cœne Domini fructum ad morem conſuetudinemque Bohemorum damnatum accomodare ſtudet: tum confeſſionem, quæ conſcientiis mole peccati gravatis contaminatiſque omnium ſaluberrima exiſtit, adeo implicare & involvere cœpit, ut nulla fundamentalis inde informatio, nulla idonea conſolatio ſumi poſſit, & hauriri. Poſtremo minatur ſe porro tot de confeſſione ſcripta proditurum, ut, ſi hoc concedatur, non ſolum plerique ex talibus ejus inſanis libris dicere ſint auſuri, confeſſionem inutilem & infructuoſam eſſe, verum etiam pauciſſimi futuri, qui non clamitent prorſus a confeſſione abſtinendum.*

Cæſareo juſſu promulgata ſit pontificia ſententia.

Confictæ a Luthero hæreſes.

XXIX. *Quid quod de functione & ordine ſacerdotali non irreligioſe tantum, leviterque ſentit, ſed imperitum quoque profanorum laicorum vulgus concitare, & permovere nititur, ut manus ſuas cruore ſacerdotum reſpergant, ac ſummum ſacroſanctæ fidei noſtræ Pontificem divi Petri ſucceſſorem, verumque Chriſti vicarium, fœde ſcurriliter contumelioſeque nominat; nec ceſſat in eum debacchari multiplicibus & inauditis hoſtilibus famoſiſque maledictis.*

XXX. *Confirmat etiam ex ethnicorum poetarum fabulis, nullam eſſe libertatem naturæ hominis, eo quod determinatio divina ſit rata & immutabilis. Docet item applicationem in miſſa pro aliis impie fieri. Præterea abrogat ſtata jejuniorum orationumque tempora & initio a ſancta Eccleſia tradita, & conſtanter hactenus retenta. Imprimis autem contemnit ſanctorum authoritatem patrum, qui ab Eccleſia recepti ſunt, tollitque funditus obedientiam ac politiam eccleſiaſticam: denique univer-*

Sublata ab eodem libertas ex Gentilium fabellis.

Digitized by Google

verſaliter nihil aliud ſpirant ejus ſcripta quod non ſeditionum, diſtractionum, bellorum, cædium, rapinarum, exuſtionum, & occaſus fidei Chriſtianæ materiam cauſamque præbeat: quemadmodum enim cæteris permittit habenas laxare omnibus animi cupiditatibus & diſſoluta effractis legum repagulis, pecudumque more vivere: ſic ipſe homo præfracti & effrænati ingenii omnia veterum inſtituta legeſque repudiat, conculcat, & opprimit; velut nuper a decretis & conſtitutionibus eccleſiaſticis publice cremandis nullo pudore, metu, reverentiaque deterritus eſt: & niſi civilis gladii aciem magis quam fulmina, execrationes pœnaſque pontificias reformidaſſet, indigniora longe in civilia jura commiſiſſet.

Scelerum licentia permiſſa.

XXXI. Concilia ab eodem rejecta.

Nec erubeſcit palam petulanterque ſancta concilia perſtringere, proque animi ſui morbo taxare, deformare, lædere; de quibus ſingulariter Conſtantienſe concilium ubique lutulento & maledico ore convitiis exagitat, quod appellat aliquoties ſynagogam ſathanæ, gravi afficiens dedecore & ignominia Germanicam nationem, omneſque eos, qui ſynodo interfuerunt, ac Joannem Hus propter hæreticas ejus machinationes vivum ardenti rogo adjudicaverunt, nempe Sigiſmundum Cæſarem anteceſſorem noſtrum, ſacrique imperii principes atque ſenatum publicum, quos antichriſtos, diaboli apoſtolos, parricidas, & Phariſæos nominat. Aſſeverat item omnes errores Hus in illa ſynodo condemnatos in evangelio Chriſti doctrinaque contineri, hocque ſe probaturum defenſurumque profitetur: tum ad eam intemperiem animi dementiamque progreſſus eſt, ut aperte glorietur, ſi prædictus Hus ſemel hæreticus fuerit, ſe merito decies pro hæretico habendum eſſe.

In Cæſarem & principes contumelioſiſſimus. Jactat ſe decies magis hæreticum quam Joannem Hus.

XXXII. Non homo ſed dæmon cucullatus viſus.

Ne vero cætera ſtudio brevitatis innumera Lutheri flagitia ordine perſequamur, conſtat hunc unicum non hominem, ſed dæmonem potius figura & ſpecie humana cucculloque monaſtico indutum, complurium hæreticorum extreme damnatas hæreſes, quæ jamdiu obſoleverant, in unam quaſi lernæam paludem coegiſſe, multaſque præterea recentes atque novas excogitaſſe hoc prætextu, quod fidem prædicat; quam propterea ſedulo inculcat omnibus, ut veram ſinceramque fidem deſtruat & labefactet, ac ſub nomine fucoque evangelicæ doctrinæ omnem evangelicam pacem & charitatem, bonarum rerum harmoniam atque conſtitutionem, ipſam denique pulcherrimam Eccleſiæ hierarchiam extinguat, evertat, diſſolvat, & obruat.

Impietatem doctrinam evangelicam vocat.

XXXIII.

Hæc omnia mente cogitationeque complexi pro poteſtate atque faſtigio Cæſareæ noſtræ functionis, ad quod divinitus evecti ſumus, pro qua ſingulari amore & propenſione voluntatis, qua cum religionem Chriſtianam noſtrorum exemplo majorum aſſerere, tueri, propugnare, tum Romani Pontificis ſanctæque ſedis honorem dignitatemque cumulare & ſtabilire mirifice cupimus, expendimur, nequaquam nos præter ſupra commemoratas pontificiæ ſanctitatis exhortationes atque poſtulata ſine inſigni vituperatione noſtri, contumelia, detrimentoque Eccleſiæ in tanta tamque atroci cauſa negligentia peccare poſſe, ſicut nec facere debemus, nec hactenus unquam faciendi nobis fuit animus; verum potius Cæſarum Romanorum majorum noſtrorum veſtigiis inhærere, eorumque præclare pro ſalute & defenſione catholicæ Eccleſiæ geſta imitari, laudatiſque conſtitutionibus, quæ in perniciem, ultionem, & extirpationem hæreticorum facta ſunt, pro virili parte ſtudebimus, ac peculiariter hujus negotii cauſa noſtros ſacrique imperii electores principes, & ſtatus jam aliquoties hic Wormatiæ ad nos venire juſſimus, totaque controverſia, ut evidens neceſſitas requirit, acerrime perveſtigata, ponderata, & examinata communi & unanimi conſilio conſenſuque decrevimus, ut ſequitur; quanquam hominem toties condemnatum & in obfirmata perverſione animi perſeverantem, atque ab unione catholicæ eccleſiæ ſeparatum, manifeſtumque hæreticum ad cogitationem admittere omnia jura excipiunt; tamen ut anſa maledicorum ſermonum præcideretur, præſertim cum aliqui palam contendant multos Lutheri nomine libros componi, & excudi ab ipſo, nec lucubratos nec editos: alii quoque exiſtiment æquitati conſentaneum eſſe, ſi antequam in Lutherum atrocius aliquid ſtatuatur, prius accerſitus ſalvoque conductu munitus a nobis audiatur: ideoque eum ad aulam noſtram citavimus, & per caduceatorem datis literis de ſecuritate huc proficiſci curavimus, inque noſtra & ſupradictorum omnium noſtrorum imperiique electorum principum & ordinum præſentia interrogavimus, an libellorum, quos illi tunc propoſuimus, aliorumque ſimilium, qui nomine ejus paſſim circumferuntur, authorem ſe fateatur, & an in hujuſmodi ſcriptis contra ſancta concilia, decreta, morem, conſuetudinemque a majoribus noſtris uſque in hodiernum diem religioſe obſervatam, diſceptata revocare, ſuppliciterque ad gremium & unitatem Eccleſiæ redire velit.

Ut jactatum ſit multos Lutheri nomine libros cuſos qui Lutheri non ſint.

Tanta vero lenitate, tanta ſermonis comitate, tam æquis conditionibus, tam paternis admonitionibus hæc illi commemorata ſunt, ut pertinaciſſimum hominem,

& ru-

& rupibus Caucaſi duriorem merito flectere, mollire atque permovere debuerint. Is autem horum opuſculorum facta mentione, quamprimum ſuos eſſe partus affirmavit, ſimulque proteſtatus eſt, nunquam ſe hos negaturum. Præterea adjecit plures a ſe libros conſcriptos fuiſſe, qui cum ignoti ſint nobis, hic non enumerantur. Sed quantum ad revocationem; deliberandi ſpatium, moramque poſtulavit: quæ cum illi jure optimo denegari potuiſſet, eo quod contra novas corruptelas & fanatica deliria in fide abſque cunctatione continuo procedi oporteat, & quod ipſe cum eo noſtro ſuperiori mandato, literiſque ſibi inſcriptis certoque redditis, clare intellexerit, cujus rei cauſa ad nos vocatus eſſet, niſi præparata meditataque reſponſione in noſtrum ſtatuumque imperii conſpectum prodire non debuiſſet; nihilominus tamen illi benigne & clementer indulgentes, diem unum cogitandi tribuimus.

Interrogatus ſuos eſſe profeſſus eſt.

XXXIV. Poſtridie igitur in noſtrum procerumque imperii conſeſſum reverſus, iterum graviſſime atque luculenter admonitus eſt, ut ſe colligeret, quo progrederetur etiam atque etiam videret, adjuncta pollicitatione noſtra, ſi qua vitioſa quæque condemnanda eſſent, in libellis ſuis retractaret, nos illi rurſus ſanctiſſimi patris noſtri Papæ benevolentiam & amorem conciliaturos, daturoſque operam, ut beatitudo illius ex ſingulis Chriſtiani nominis gentibus ac nationibus binos excellentes viros probatæ vitæ exquiſitæque doctrinæ eligat, qui de libris ejus cenſuram agant, erroreſque expungant; reliqua vero nulla hæreſeos labe infecta, ut pontificia ſanctitas approbet. Itaque poſt tot obteſtationes, adhortationes, preces, nec in revocationem conſentire, nec uberrimas pollicitationes noſtras amplecti voluit; ſed omnino reſpuit ac detrectavit, idque tam inconſiderato ſermone, tam indecenti vultu atque geſtu, qui ſuæ mentis conſiliique compoti ac religione, ſacriſque initiato & dicato homini nequaquam convenit. Tunc enim manifeſte cum dixiſſet, ſe in lucubrationibus ſuis ne verbum quidem mutaturum, ac nobis ſtatibuſque imperii præſentibus impudenter & flagitioſe ſancta concilia deriſiſſet, abjeciſſet, & aſpernatus fuiſſet, inprimis autem Conſtantienſe, quod nationem Germanicam cum æterna laude atque honore cumulavit, tum pacis otii, concordiæque vinculum fuit; hac tandem ſe conditione obligavit, ſi in diſputatione, quam fretus noſtris de ſecuritate promiſſis expetivit, non ignorans id humano divinoque jure prohiberi, ſuccubuiſſet.

Monitus ut errores emendaret negavit emendaturum.

Sancta concilia palam deriſit. Provocavit ad diſceptationem.

Etſi autem hac contumaci reſponſione, non exigua noſtri procerumque moleſtia & offenſione, populique ſcandalo, audita, probabilibus de cauſis induxeramus animum continuo ſeverius eum coercere, rectaque domum ex conventu dimittere, quemadmodum hanc noſtram voluntatem poſtero die manu noſtra perſcriptam revelari fecimus; præfatorum tamen electorum ordinumque interceſſione flagitationibuſque, adducti ſumus, ut triduum illi ad liberandam iſto quaſi ſtupore mentem largiremur. Sed interea duo item eccleſiaſtici, duoque ſæculares principes, duo poſtremum ex noſtris imperiique civitatibus adhibiti delecti deſtinatique ſunt, qui mandato & nomine congregationis totius imperii Lutherum ad ſe vocatum familiariter & amanter admonerent, adhortarentur, erudirent, nec ullam rem idoneam accommodatamve ad eum de ſententia deducendum intermitterent, cum interminatione, niſi fanaticas opiniones abjiciat, quam graves & acerbas tum a nobis, tum a ſacro imperio pœnas approbantibus canonibus expectare debeat. Ac ubi tam ſeria diligenſque cohortatio irrita fruſtraque ſuſcepta fuit, quidam ex noſtris electoribus aſſumptis duobus placido ingenio, nobilique doctrina prædiſis doctoribus, & una cum illis, ac ſeparatim ipſe, non modo ſumma obteſtatione ſpecioſaque demonſtratione multiplicium ejus errorum perſuadere Luthero conatus eſt, ut pluris patris noſtri Papæ, ſimiliterque noſtrum & omnium imperii ordinum, aliarum item catholicarum nationum conſenſum ritus, & conſuetudinem, tot ſæculis juxta Eccleſiæ conſtitutiones tanquam per manus traditam, quam proprias ſpeculationes ſuique commenta cerebri faceret, hac adjectione, ſi pertinaciam moroſitatemque depoſuerit, & ad meliora ſe converterit, reipſa illum intellecturum hoc illuſtri multorum ſanctorum patrum exemplo, & ad conſervationem corporis, animæ, exiſtimationiſque ſuæ fieri.

Datum illi triduum ut mentem mutaret.

Serio iterum monitus ut commenta ſua eccleſiæ ſubjiceret.

XXXV. Ad hæc, ut bona fide nobis renuntiatum eſt, Martinus Lutherus reſpondiſſe fertur, ſe non ſolum omnes jam dictas perſonas, ſed etiam generale concilium, ſi quod futurum ſit, pro ſuſpecto & partiali habiturum, & quod in libris ſuis ne minimam quidem ſyllabam velit mutare, quod antea quoque in noſtra, ſtatuumque imperii præſentia proteſtatus fuiſſet, præterquam ſi a viro excellenter erudito convinceretur, idque ſecundum ſuam duntaxat regulam nec ex conciliis, aut cæſareis pontificiiſque decretis, aut ullius patrum authoritatibus quantumlibet ſancti, ſed ex teſtimoniis verbi Dei, quæ vult ad ſuum arbitrium, ſuaſque inextricabiles & ſpi-

Contumaciſſimum illius reſponſum.

noſas opiniones inflecti, detorqueri, ac enarrari; cum pateat, atque in promptu ſit illis authoritatibus id quod in utroque teſtamento aut non ponitur, aut minus clare exprimitur, ſupplentibus hactenus ſanctam catholicam Eccleſiam fuiſſe gubernatam. Quandoquidem igitur hæc ita geſta ſunt, & Martinus Lutherus tam obſtinate ac perverſe in opinionibus manifeſte hæreticis perſeverat, ideoque eum omnes pii & intelligentes tanquam furioſum, & a dæmone correptum fugiant & execrentur; nos juxta noſtrarum tenorem literarum de ſecuritate die proximo menſis aprilis XXV. *abire illum e conſpectu noſtro juſſimus, caduceatoremque rurſus adjunximus ut ſecundum hunc vigeſimum quintum diem aprilis adhuc viginti dies conſequentes conductu ſalvo muniatur: hiſque tranſactis nihil a nobis præſidii defenſioniſque habeat amplius; inde nimirum opportunis remediis contra hanc exulceratiſſimam peſtem procedi debet, ut ſequitur.*

Habitus pro arreptitio.

Male dimiſſus.

XXXVI. *Principio ad laudem gloriamque omnipotentis Dei & propugnationem Chriſtianæ fidei, Pontificis quoque Romani & ſedis honorem debitum authoritate & poteſtate noſtra cæſareæ dignitatis, atque officii, præterea unanimi conſenſu & voluntate noſtrorum ſacrique imperii electorum, principum, & ordinum hic jam congregatorum; nos ad perpetuam rei memoriam, præſtandamque decreti, ſententiæ ac condemnationis bullæ, quam ſanctus noſter pater Papa velut ordinarius judex controverſiarum religionis edidit, executionem, ſupra memoratum Martinum Lutherum tanquam membrum ab Eccleſia Dei ſeparatum, pernicioſi ſchiſmatis authorem manifeſtum, pertinacemque hæreticum a nobis vobiſque univerſis & ſingulis exiſtimandum, denuntiandumque renuntiamus & declaramus, idque publice teſtatum his literis volumus, edicentes & imperantes vobis omnibus & unicuique ſub ſponſione atque juramento, quo nobis ſacroque imperio devincti eſtis ad effugiendam item criminis læſæ majeſtatis pœnam, noſtramque & imperii proſcripsionem ac excommunicationem, præterea ſub privatione, amiſſione, deſpoliatione omnium regalium feudorum, privilegiorum, immunitatum, quas ad hoc uſque tempus ab anteceſſoribus noſtris, nobis, & ſacro imperio ulla ratione conceſſas obtinuiſtis; imperantes inquam Romana cæſareaque poteſtate ſevere hoc edicto volumus, ut elapſis præfatis viginti diebus, qui decimoquarto hujus menſis maii terminabuntur, prædictum Martinum Lutherum nemo veſtrum hoſpitio, tecto, lectove recipiat ac foveat, nemo cibo potuque alat, & ſuſtentet; nec quiſquam verbis ac factis clam palamve conſilio vel auxilio juvet, aut promoveat; ſed ubicumque locorum in eum incideritis ſi tantum habebitis virium, vinctum comprehendatis, diligentique ſepsum cuſtodia nobis, vel adducatis ipſi, vel adduci curetis, aut ſaltem e veſtigio nobis, ubi captus fuerit indicetis: intereaque carcere clauſum providenter aſſervetis, donec quid porro illi inferendum ſit inſtructionem noſtram acceperitis: voſque propter hujuſmodi ſanctum & pium opus, ad compenſationem laborum quoque & ſumptuum, benigne remuneremini. Verum contra illius neceſſarios, conjunctos, patronos, altores, fautores, conſentientes, æmulatores, atque imitatores, horumque mobilia vel immobilia bona debetis in vigore ſanctæ conſtitutionis noſtræ & imperii, proſcriptionis & excommunicationis hoc ordine procedere videlicet iter facientes proſternere, prehendere, fortunas diripere, ad veſtrum dominium transferre, nemine obſtante vel impediente; excepto ſi veriſimiliter probabiliterque confirmet, ſe hac ſcopuloſa via deſerta pontificiam abſolutionem impetraſſe.*

Proſcribitur a Cæſare.

Vetitum ne quis illum poſt vigintiquinque dies excipiat.

XXXVII. *Præterea mandamus vobis omnibus & unicuique privatim ſub anteſcriptis pœnis, ne quiſquam veſtrum jam ſæpe nominati Martini Lutheri libros a ſancto patre noſtro Papa, ut ſupra indicatur, condemnatos, ejuſdemque alia multa ſcripta, quæ ſeu vernacula ſeu latina lingua componit hactenus, tanquam impia, fœda, ſuſpecta, diluta, & a notorio pertinace hæretico edita, amplius emere, venundare, ſervare, deſcribere, imprimere, deſcribi vel imprimi facere, nec ipſius opinioni ſuffragari, adhærere, aut prædicare defendere, aſſerere ullis modis, qui ab ingeniis humanaque ſolertia excogitari uſurparique poſſunt præſumat.*

Prohibiti ejus libri.

Nec vero quem facile moveat, quod hæc interdum aliquid boni ad decipiendos imperitos admixtum habere videntur; nam ſi a ſaluberrimis epulis unica veneni guttula infectis ſani omnes abhorrent, quanto magis hujuſmodi libri & ſcripta mille venenis animæ lethiferiſque peſtibus imbuta, non ſolum a nobis omnibus refugienda, ſed etiam ex memoria hominum tollenda, penituſque obruenda ſunt, ne cuiquam damnum aliquod, aut æternam mortem afferant? quoniam ſi quæ libris ejus recte ac laudabiliter inſerta ſunt, multo ante a ſanctis patribus ab Eccleſia catholica receptis & approbatis frequenter uſurpantur, introducuntur & explicantur, ubi abſque ſolicitudine, ſuſpicione, aut ullius mali periculo attingi, legi, tractarique poſſunt?

XXXVIII. *Inſuper decernimus, ut univerſi & ſinguli cujuſcumque dignitatis, gradus, ordinis, conditionis fuerint, ac præſertim gerentes magiſtratus, & ſuperiore, vel inferiore juriſdictione armati, ſub incurſione pœnæ ſupra expreſſæ, in omnibus ſacro Romano imperio ſubjectis ditionibus, in noſtris item hereditariis ducatibus atque territoriis de facto ſevere ordinent, pœnas irrogent, imperent, atque procurent quoſcumque tales antedictas, Lutheri virulentas commentationes, libellos & lucubrationes ingentium tumultuum, damnorum, diſſipationum, hæreſum in eccleſia Dei adminiſtras igni comburendas, & his aliiſque mediis funditus abolendas, extirpandas ad nihilumque redigendas: ſimiliter beatitudinis pontificiæ nuntiis, ipſorumque delectis commiſſariis, in his ad illorum petitionem & requiſitionem ſumma voluntate, atque promptitudine animi adeſſe, obſequi, moremque gerere; ac nihilominus iis abſentibus ad hæc univerſa & ſingula adminiſtranda, exequenda, perficienda noſtro juſſu mandatoque accedere operaſque conferre debetis.* Et paulo poſt.

Flammis aboleri juſſi.

XXXIX. *Cumque evidens neceſſitas efflagitet prævenire, ac præcavere, ne libri Lutheri, aut hinc male excerpta, vel ſuppreſſo nomine authoris edita vel aliorum ſcriptis intertexta, cæterorumque ejuſdem farinæ hominum opuſcula, qualia magno cum dolore paſſim in Germania conſcripta & publicata perniciofis dogmatibus exempliſque referta percepimus, in poſterum aut componantur aut in vulgus ſpargantur: unde pii ſimplices horum lectione faſcinati errores in fide comprobare, honeſtatem vitæ, morumque negligere inciperent: quæ res ſcandalorum acerbitatum, odiorum in Eccleſia, ſeu ſeminarium quoddam exiſtit, quemadmodum hactenus perſpicue vidimus; quod in dies magis magiſque in omnibus regnis, ducatibus, populis, nationibus conſpirationes, ſchiſmata, factiones, confuſioneſque metuendæ erunt. Propterea ad hujus morbi ſeviſſimi vim extinguendam, iterum mandamus conſilio noſtrorum imperiique electorum, principum, & ſtatuum ſub præfatis gravibus pœnis, multis, caſtigationibuſque vobis noſtris & imperii, noſtrorumque hereditariorum ducatuum, atque ditionum ſubditis univerſis & ſingulis tanquam Romanus Imperator legitimus hæres, ac ordinaria poteſtas, ne quis veſtrum teneat poſthac ejuſmodi famoſos plenoſque veneni libellos, aliaſve chartas aut exempla, vel tranſumpta, ut quæ in Chriſtiana religione nefandos errores pariunt, ac ritus & inſtituta eccleſiæ pervellunt.*

Præciſa morum corruptela & ſeditiones ex Lutherana hæreſi.

XL. *Præterea ne quis infeſta maledicaque ſcripta in ſanctum patrem noſtrum Papam, prælatos, principes, academias, horum facultates, aliaſque honeſtas perſonas, denique effectura bonis moribus & eccleſiæ tranquillitatem turbatura amplius fingat, ſcribat, imprimat, vendat, emat, clam palamve ſervet, aut imprimi, ſcribi, pingive faciat, nec aliis his rationibus quomodocumque excogitentur fieri procuret, conniveat, vel permittat.* Conſtitutæ ſunt in eos, qui contra hæc tenderent, capitis & fortunarum pœnæ, vetitique libri ſine antiſtitis loci authoritate typis mandari. Pergit Cæſar.

Vetiti libri excudi contra Pontificem & Præſules.

XLI. *Si qui vero quocumque ſplendore, dignitate, amplitudine præditi hujuſmodi noſtra Chriſtiana & cæſarea decreta, leges, ſtatuta ordinationes, mandata, quæ per omnia firma, fixa, rata volumus, in uno pluribuſve articulis commemoratis Lutheri dogmata, vel officinas typographicas perſtringentibus ullis modis, qui venire in mentem homini poſſunt, contumaciter attenuare violare, infringere, evertere, abrogare præſumpſerint; hi ſciant ſupradictis & in jure definitis pœnis ſecundum formam & proceſſum pontificiæ excommunicationis, noſtræque proſcriptionis ſe irremiſſibiliter ſubjacere. Hæc omnes proponant animis, quibus ut ſatisfiat, fideſque adhibeatur præſentes cæſareo noſtro ſigillo communivimus. Datæ Wormatiæ noſtra & ſacri imperii civitate VIII. maii anno a nato Chriſto MDXXI. noſtri vero imperii Romani anno ſecundo, aliorum regnorum ſexto.*

XLII. Acerbius hoc decretum ignaris rerum viſum eſſe refert Ulembergius (a); cum in eo dæmon hominis forma indutus Lutherus dicatur; ſed non ſine cauſa creditum agitari illum dæmonum furiis ita oſtendit: *Erant quibus decretum illud paulo durius & acerbius, quam par eſſet, in Lutherum videretur; cum in eo non hominem ſed dæmonem ſub humana ſpecie, vel phreniticum, aut a dæmone quopiam obſeſſum Cæſar appellat. At non defuerunt cauſæ cur princeps inſigni prudentia, magnoque in catholicam religionem affectu præditus ad hunc modum loqueretur; non enim rumorem ignorare potuit, qui tum de Lutheri ortu ſpargebatur, quod nimirum matre natus eſſet ex abominando congreſſu* (b) *cum incubo gravidata antequam Joanni Luthero nuberet.* Non poſſe dæmonem, cum ſit incorporeus, ex ſua ſubſtantia progignere, exploratiſſimum eſt, poſſe autem, permittente Deo, allatum humanum ſemen ex viro nequam deciſum deceptæ fœminæ infundere, plures probant hiſtoriæ (c). Certe ſparſa ea fama apud Iſlebienſes docet Lutheri matrem, dæmonis familiaritate ſtrigum amore contami-

(a) *Ulemberg. in vit. & geſtis Luther. c. 7.*

Lutherus laborat infamia ſocietatis cum dæmone.

(b) *Coel. in actis Luth. Fontan. in hiſt. ſacra de ſtatu religionis.*

(c) *Delrio l. 2. quæſt. 15.*

taminatam, quæ tale portentum tulit; ac dæmonem magnam poteſtatem in Lutherum exercuiſſe docent argumenta, quæ refert Ulembergius (*a*): *Quod occultis dæmonum infeſtationibus a primis annis obnoxius fuerit, quod aliquando cum in Eccleſia ſub ſacro evangelium cantaretur de dæmonio ab homine ſurdo & muto ejecto, ipſe ſubito proſtratus alta voce clamare cœperit: Non ſum, non ſum; quod illicitum cum dæmonibus commercium habere videretur; quod cum Lipſiæ eſſet ante biennium familiarem quemdam ab eo dæmonem incluſum pixidi circumferri ſpargeretur: quod Maximilianus Cæſar cum Auguſtæ Lutherum in turba videret, dæmonem in ejus cucullo latitantem obſervaſſe a fide dignis diceretur: quod ille tam indomitus furor, tam inſana rabies, tam effrænis & inſatiabilis convitiandi libido, illa ſcurrilium verborum affluentia diabolum potius, vel hominem a dæmonibus agitatum, quam virum ſui compotem referre videretur.*

(*a*) *Ulemb. in vit. Luther. ſuper cap. 7.*

Viſus a Maximiliano dæmon in ejus cucullo.

XLIII. *Neque vero defuerunt ex novi illius evangelii ſectatoribus ipſius Lutheri filiis, qui Cæſaris hoc de parente ſuo judicium paulo poſt ſuo quoque calculo confirmarunt, ſacramentarios dico, vel Zuinglianos, qui Lutherum non obſeſſum ab uno ſpiritu, ſed occupatum a caterva dæmonum ex ipſius actionibus & ſcriptis indicarunt; quemadmodum & ipſe viciſſim ſacramentarios ab id genus habitatoribus occupari agitarique publice ſcripſit. Horrenda ſunt iſta, fateor, ſed juſto Dei judicio ab iis hominibus prodita, qui cum turbis involvunt orbem Chriſtianum, & in Eccleſiæ viſcera graſſantur [quod maligni ſpiritus impulſu fieri certum eſt] id ſe velut a Deo miſſos exequi jactant, ipſius Chriſti nomine, & Spiritum Sanctum actionum ſuarum authorem & moderatorem mentiuntur. At cum inter ſe diſceptant, apertius produnt a quo gubernentur ſpiritu, dum alios alii clamant eſſe mancipia dæmonum, & ab immundorum ſpirituum caterva poſſideri: quæ cum jam viri prudentes legunt nullo præjudicio faſcinati, quid aliud in mentem venire poteſt, quam neutros aberrare, ſed utroſque dicere quod res eſt; cum aliis alii factis ſuis & machinationibus hujuſmodi verba dictaſſe videantur.*

Ut novatores ſibi mutuo vere objecerint agitari a dæmonibus.

XLIV. Antequam in Lutherum promulgaretur cæſarea ſententia, illius ſtudioſi, qui ex concepto inique in ſacerdotalem ordinem odio hæreſis venena hauſerant, ipſum contra vim & acerbitatem legum tuendum dolo ſuſceperunt (*b*): nam poſtquam in Iſennacenſi oppido Friderici ducis Saxoniæ illius patroni ditioni obnoxio contra imperia pontificia ac regia die inventæ ſanctæ crucis ſacro, qui in tertium maii diem incidit, concionem habuiſſet, mœnibus egreſſus occultiſſima fraude ab amicis abreptus (*c*) eſt, oſtentato alicujus vis hoſtilis fuco; moxque pari arte jactata eſt fama fallax, Lutherum captum, ac traditam ei publicam fidem violatam: aucta etiam illa eſt nequiter miſſis curſoribus, qui per urbes ore & literis diſſeminarent, Lutherum crudeliter ac perfide raptum, adeoque arcte vinctum, ut ſanguis e digitis efflueret; quæ omnia illum ob promulgatum libere evangelium perpeti circumferebantur, ut ſimplices populi his artibus circumventi adverſus clerum arma ſumerent. Conqueſtus eſt etiam ipſe Fridericus dux Saxoniæ maximus malorum omnium, quæ in Chriſtiano orbe pullularunt ob ſuſceptum hæreſiarchæ patrocinium author, indiguum eſſe Germanici majeſtate imperii non ſervatam fidem publicam: jamque omnia prona erant ad ſeditionem, quam Cæſar principeſque difficulter ſedarunt; cum hæreticorum crudelitatem perfidiamque catholicis impingentium nequitia, fraus, ac perfidia patuerunt; nam etiam ſi Lutherus Wormatiæ vel in reditu a catholicis comprehenſus fuiſſet, iniquæ erant hæreticorum querelæ, cum Lutherus conſtituta in chirographo impunitatis imperia fregiſſet. Ita ob admiſſum in colloquium a Cæſare & ſeptem viris hæreſiarcham ab eccleſia Romana damnatum ingentia mala ſunt exorta, quem juxta apoſtolica oracula deſugere & inſectari ſatius fuiſſet.

(*b*) *Coclæus in actis & ſcriptis Luther.*

(*c*) *Surius in comment.*

Evadit Lutherus ab amicis tectus.

Falſa ab iiſdem jactata.

Saxo falſo conqueſtus non ſervatam publicam fidem.

XLV. Ubi vero ille in arcem ſive Alſtatenſem ſive Wartbergenſem munitiſſimam Saxonis juſſu ſubductus eſt, plures nefarios libros ad concitandam defectionem a ſede Apoſtolica conſcripſit, interque alios de confeſſione ſecreta ad Franciſcum Sichink, in quibus gladios & arma Pontifici, epiſcopis, & clero univerſo interminatus eſt: deinde alium in Latomum doctorem Lovanienſem, in quo homo blaſphemus & mendax, qui ſua dicta Dei verba eſſe gloriabatur, ait Pontificem Romæ ſedere in medio Eccleſiæ & venditare ſe pro Deo, & perdere animas; & hæc portentoſa figmenta ac maledicta ſancti evangelii blaſphemo nomine ſuis propoſuit. Metuens vero ne ſua commentitia dicta & ſcripta a philoſophis & theologis confutata doctrinæ luce diſcuterentur, philoſophiam & theologiam ſicut mortem animæ ab adoleſcentibus vitandam edocuit: S. Thomam carpſit: ſcholaſticam theologiam interpretatus eſt vir impius illam eſſe philoſophiam & inanem fallaciam, quæ damna-

In arce Alſtatenſi latens libros hæreticos ſcribit.

Philoſophiam & theologiam damnat quod iis argueretur.

Socios ad hæreſim tuendam hortatur.

Blaſphema ejus jactantia.

mnata fuit ab Apoſtolo: Jonam præpoſitum Wittembergenſem, Andream, Caroliſtadium, & Amſdorffium ad propugnandam ipſius hæreſim quaſi ea impietate evangelii gloriam aſſererent, hortatus eſt: tum hanc blaſphemam vocem addidit: *Caput ego contrivi ſerpentis, corpus cur non queatis calcare?* Quibus verbis univerſam Chriſti Eccleſiam, ut ſerpentem traducere auſus eſt profligatiſſimus homo ab antiquo ſerpente edoctus; falſoque impia illa metaphora gloriatus eſt Lutherus pontificatum ſe contriviſſe; cum Luthero & ejus ſectatoribus in inferos præcipitantibus Pontificum majeſtas efflorescat, amiſſiſque aliquot provinciis, vaſtiſſima barbarorum regna eccleſiæ Romanæ adjuncta ſint.

XLVI. Magiſtro dæmone noctu utitur.

In illa præterea arce inita noctu cum cacodæmone diſputatione, cujus acta aliquot poſt annis eum, volente ita divino Numine, evulgaſſe dicemus ſuo loco, magiſtri argumentis victus miſſæ ſacrificium, quod antea levioribus velitationibus oppugnarat, abolendum decrevit. Quo eodem tempore ejus ſocii Auguſtiniani Wittembergenſes hæreſi contaminati diabolico impulſu miſſam abrogarunt; [1] quorum rogatu ille facinus adſcribens dæmoni, nefarium librum edidit: quæ pluribus circumſtantiis diſtincta narrat Ulembergius (*a*) nefaria ejus ſcripta etiam tum edita recenſens: *Demum*, inquit, *liber de abroganda miſſa ſcriptus in gratiam fratrum Auguſtinenſium, qui Wittembergæ per ipſius abſentiam miſſam aboleverant. In hujus libri frontiſpicio poſuit illud Amos III.* Leo rugiet, quis non timebit? *quaſi vocem editurus eſſet, ad quam orbis Chriſtianus jure contremiſcat. Et certe rugitum in hoc libro dedit de tremendis Euchariſtiæ myſteriis, ad quam pia mens non injuria cohorreſcat: rugitum inquam illius Leonis, qui circuit quærens quem devoret, cui fide fortiter reſiſtendum monet D. Petrus; hic enim diabolus, inquam, quem Apoſtolus leoni prædæ deſiderio rugienti comparat, de jugi ſacrificio, deque ſacerdotio novæ legis nocturnum cum Luthero colloquium habuit, & quas auribus illius animoque blaſphemias irrugiit, eas ille velut œſtro percitus in vulgus ſparſit, verbi divini larva fraudulenter obvolutas; quemadmodum a patre mendaciorum edoctus erat.*

(*a*) Ulemb. c. 8.

Miſſa a Wittemberg. Auguſtinianis abolita.

Dæmonis argumenta adverſus miſſam a Luthero deſcripta.

Sane rem hanc, uti geſta eſt, accurate deſcripſit Lutherus ipſe in libello de miſſa angulari, & ſacerdotum conſecratione, cui prolixe ſatis ipſius diaboli verba, tum rationes omnes, quibus ad perſuadendum uſus eſt ordine non inepto digeſtas inſeruit. Qua in re non injuria Dei providentiam admiramur, qui memorabilem iſtius colloquii hiſtoriam in publicum tandem emitti voluit, idque per Lutherum ipſum, qui cum ſolus nocturnum hunc præceptorem differentem audierit, ſolus etiam hac de re potuit teſtificari: quamquam vero libellum hunc non eo tempore, quo in eremo thuringica latitavit, ſed annis duodecim integris poſt typis divulgatum edidit; cauſæ ſunt tamen cur diſputationem inter luciferum ac Lutherum anno MDXXI. in latibulo Wvartbergenſi menſibus æſtivis, vel ſub initium autumni habitum eſſe putem. Equidem nolim hac de re cum quopiam contendere, quam ipſe Lutherus, ut apparet, obſcuram eſſe voluit: ſed quia de tempore tranſactæ diſputationis inter noſtros & Lutheranos diſceptari video, ſubjungam conjecturas aliquot, quæ me quidem omnia circumſpicientem ad annum, quem dixi MDXXI. tum ad eremum Wartbergenſem deduxerunt. Principio notum eſt ex ipſius ſathanæ verbis, habitum eſſe colloquium vel diſputationem hanc XV. *anno poſtquam Lutherus ſacerdotio initiatus fuit; quod anno Chriſti MDVII. in quadrageſima factum ex Lutheranis ſcriptoribus conſtat: nam ut Bulcholtzerus refert, ſub hoc eodem anno Lutherus primitias ſuas ſecundo maii, qua tum dominica quarta poſt paſcha fuit, in eccleſia Auguſtinenſium publice celebravit, quemadmodum & ſupra diximus; unde conſequens eſt ſive a die conſecrationis vel ordinationis, ſive a celebratis ſacerdotii primitiis initium ſumas, quindecim annorum, quos diabolus ſupputat tempus illud totum, quo delituit* in

Divina providentia non patitur mali authorem latere.

Quo tempore edoctus ſit a dæmone.

NOTÆ [1] CAve credas Auguſtinianos Wittembergenſes monachos hoc anno miſſam penitus aboleviſſe. Id quidem vulgo creditum; res tamen ipſa aliter habuit ſeſe, cum monachi illi nihil abrogarint aliud quam miſſas privatas. Privatas vero *vocabant miſſas*, ait Spalatinus in Annal. *quæ ſic celebrantur, at ſacerdos celebrans nullis communicet. Contendebant enim exemplo Chriſti & Apoſtolorum ita neceſſario celebrari oportere*, at *ſimul etiam aliis ſemper miniſtraretur ſynaxis*. Ex quo Spalatini teſtimonio plane conſtare arbitror, monachos illos diverſum aliquid molitos tunc fuiſſe ab eo quod dein Lutherus ſancivit. Neque enim catholicæ miſſæ ritum aliter mutarunt, niſi quod miſſas nunquam celebrarint quin ſimul & adſtantibus euchariſtiam praberent. Horum ſententiam ſuffragio ſuo confirmaſſe primarios academiæ & eccleſiæ Wittembergenſis Jodocum Jonam præpoſitum, Andream Karloſtadium archidiaconum, Philippum Melanchtonem, & Nicolaum Amſdorffium, idem Spalatinus teſtatur. MANSI

in caſtro Wartbergenſi ad xv. annum ſacerdotii referendum eſſe; nam anno MDXXI. ſub initium maii deductus eſt ad latebras Thuringicas e quibus anno ſequente MDXXII. quinto martii decem circiter elapſis menſibus egreſſus poſt poſtridie Witembergam rediit. Quod vero vel æſtivis menſibus vel ſub initium autumni rem hanc cum diabolo tranſactam dixi; cauſa eſt quod, ut ſerius id factum dicas, tempus non patitur a Luthero deſignatum quo librum de abroganda miſſa fratribus ſuis Auguſtinenſibus dedicavit kal. novembris ſcilicet: nam liber hic ex colloquio cum dæmone natus eſt, quemadmodum & alter ille, de quo ſuperius memini, qui protocollum colloquii cum dæmone vel hiſtoriam rei geſtæ deſcriptam continet: utrumque hunc fœtum peperit nocturna cum dæmone conjuſurratio; tametſi Lutherus in illo priore non prodit præceptorem, in altero vero libere profitetur cujus magiſterio ad hoc impietatis faſtigium profecerit. Igitur nox illa, qua tandem Lutherus argumentis a ſathana concluſus in partes ejus conceſſit, hæc inquam fatalis nox inter diem illum, quo Wartbergam deductus eſt, & kal. novembris anni MDXXI. quærenda videtur.

XLVII. *At Lutherus [dicet aliquis] jam ante quædam ſcripſerat, ex quibus eum hoſtem euchariſtici ſacrificii fuiſſe non obſcure colligas. Scripſit iſtius generis quædam fateor in libro ad nobilitatem Germanicam, in tractatu de novo teſtamento, tum in præludio Babylonico, verum cunctanter & remiſſe, quaſi rem tam ſolide fundatam convelli poſſe deſperaret, ut ipſius verba ſatis indicant: acceſſit obluctantis conſcientiæ frænum, quo ſe paſſus eſt ad tempus ab hoc ſacrilegio cohiberi, quemadmodum ex præfatione libri de abroganda miſſa non obſcuris indiciis colligitur. Itaque pertentavit animum ejus initio veterator ſathan & contra juge ſacrificium varias illi cogitationes immiſit, quas ille viciſſim in præludio Babylonis aliiſque libellis ad pertentandos hominum animos in publicum projecit periculum, facturus more ſuo quomodo tam impius conatus acciperetur. Stabat igitur, cum in Pathmum ſecederet, quod ad juge ſacrificium attinet, velut hæſitans, & nutabundus, ac ſi inter conſcientiæ dictamen & ſuggeſtiones dæmonis fluctuaret incertus, an hujus impulſum, aut ductum illius ſequeretur: tandem vero conſcientia ſuccubuit pervicitque ſathan & Lutherum in ſententiam pertraxit nocturna diſputatione ſuperatum, quod decimoquinto ſacerdotii anno factum eſt. Et quidem antequam librum ſcriberet de abroganda miſſa, confirmat quod eodem tempore quo Lutherus in Thuringia delituit, fratres ipſius Auguſtinenſes Wittembergæ miſſam abrogarunt: teſtantur hoc literæ quas ea de re kal. novembris anno MDXXI. ad eoſdem Auguſtinenſes e Pathmo dedit ut aſtute iſtud negotium egiſſe videatur ſathan, dum eoſdem eo tempore, quo Lutherum in caſtro Wartbergenſi diſputando aggreſſus fuit Auguſtinenſes ipſius ſocios impulit, ut quod argumentis Lutherum faciendum perſuaſit, id vi & facto ſimul exequerentur; eundem enim fuiſſe ſpiritum, qui contra miſſam noctu cum Luthero diſputavit, & qui ſocios Auguſtinenſes ad eam abrogandam impulit, ex ipſius Lutheri teſtimonio novimus qui protocollum habitæ diſputationis ipſe divulgavit, & in literis ad electorem Saxoniæ Fridericum tum ad alios inſtitutam Witembergæ mutationem diabolo tanquam authori non dubitanter tribuit.* Juſſit tamen eoſdem contra conſcientiæ morſus in ſcelere perſtare, ſui exemplum proponens, qui cum vix dum divinis oraculis diſtortis nimirum, ac depravatis ex ſuggeſtione dæmonis finxiſſet ſua dogmata: *Ut auderet*, inquit Joannes Cochæus (a), *unus contradicere Papæ, & credere eum eſſe antichriſtum, epiſcopos eſſe ejus apoſtolos, academias eſſe ejus lupanaria, ait ſibi ſæpe palpitaſſe cor tremulum & reprehendens objeciſſe: Tu ſolus ſapis? tot ne errant univerſi? tanta ſæcula ignoraverunt? quid ſit tu erres & tot tecum in errorem trahas damnandos æternaliter?* Subdit Cochæus adjeciſſe Lutherum ſe contra hos conſcientiæ cruciatus a Chriſto verbis certis & fidelibus confirmatum; non tamen expreſſiſſe quæ fuerunt fictitia ejuſmodi verba. Appoſita autem eſt marginalis nota ſive a Cochæo, ſive ab alio ſapiente viro: *Utinam audiſſet hic Lutherus conſcientiæ ſuæ veriſſimas accuſationes, & non finxiſſet ſibi alia verba Chriſti ad ſe unquam dicta.* In quo animadvertendum eſt profiteri Lutherum ſe a ſua conſcientia convictum erroris: addere tamen ſe in ſuo dogmate confirmatum a Chriſto, ſive divinæ ſcripturæ oracula, quæ in fictitium ſenſum detorqueret, ſive etiam objectam aliquam ſpeciem a dæmone in angelum lucis transformato intelligat.

Senſim a dæmone ad tollendam miſſam tentatus eſt.

Pſeudoauguſtiniani Wittembergenſes a dæmone acti.

Miſſæ abuſio a Luthero aſcripta dæmoni. Suis jubet ut pugnent cum conſcientia.

(a) Cocl. in actis Luth. ex ejuſd. ſcriptis.

XLVIII. Fuiſſe autem reipſa deluſum a cacodæmone ita Ulembergius oſtendit (b): *Dignum eſt obſervatu quod Lutherus, cum ſe certis fidelibuſque Chriſti verbis a mortificantis conſcientiæ puncturis liberatum dicit, de cœleſti quadam revelatione loqui videtur, quam ſi poſt triennalem conſcientiæ luctam habuiſſe creditur, quia habuerit in Pathmo, vix eſt cauſæ cur quiſquam ambigat. Utrumque hoc ſuadent ipſius Lutheri literæ, quas e Pathmo Witem-*

(b) Ulemb. c. 8.

Triconio æſtus conſcientiæ ſenſit Lutherus.

Poſt colloquium cum dæmone cælitus doctrinam accepiſſe jactat Lutherus. (a) *Luther. to.2. ſen. p.72. 79. 80.*

tembergam reverſurus, ad Fridericum electorem en itinere dedit quinto die martii anno MDXXII. Bornæ exaratat; in iis enim eodem ſe plane modo cœlitus accepiſſe doctrinam ſuam, quo D. Paulus per revelationem Jeſu Chriſti ſcilicet, non obſcuris verbis inſinuat: Notum ſit, *inquit* (a), illuſtriſſimæ celſitudini veſtræ, quod evangelium non ab hominibus, ſed tantum e cœlo per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum acceperim, ut non injuria me ſervum ejus & evangeliſtam nominare potuerim, quod ipſum deinceps quoque faciam. *Concludit epiſtolam his verbis:* Alius quidam vir eſt quam dux Georgius, cum quo mihi negotium intercedit; is me valde bene novit, nec mihi viciſſim incognitus eſt. Si fidem haberet illuſtriſſima celſitudo veſtra, videret gloriam Dei; ſed quia nondum credit, nihil vidit hactenus.

XLIX. *Hæc dum ſcribit Lutherus, dubium non eſt quin de cœleſti quadam revelatione loquatur, nec aliter ipſi Lutherani verba ſui præceptoris accipiunt, quemadmodum en brevi gloſſemate manifeſtum eſt, quod ad initium hujus epiſtolæ tomo ſecundo Jenenſi in margine adjectum legitur. Jam vero revelationem hieme in Pathmo factam inficiari nemo poterit, niſi Luthero contradicat, qui ſe priuſquam a Wartbergenſi ſeceſſu domum rediit, immo ante kal. novembris a fluctuatione mentis & triennali conſcientiæ lucta Chriſti ſermone liberatum aſſerit; unde & illud porro ſequitur, revelationem hanc, de qua Lutherus ad Fridericum electorem gloriatur, & quod habuit cum dæmone colloquium, in idem fere tempus incidiſſe, in menſes æſtivos, inquam, vel in autumnum anni MDXXI. Qua in re non injuria mireris, quod Lutherus nocturnam dæmonis apparitionem, & quid in ea contigerit non accurate minus quam prolixe deſcribit. At qualis illa fuerit apparitio, in qua ſe doctrinam ſuam ab ipſo Dei filio cœlitus accepiſſe jactat, nuſquam aperte prodidit. Sane quidem D. Paulus, cum quo Lutherani præceptorem ſuum hac parte conferunt, viſiones ſuas aperte ſatis & explicate recenſuit, iis etiam audientibus, qui fide Chriſti nondum erant imbuti. Act.* XXII. *&* XXVI. *Lutherus autem ſe quidem habuiſſe viſionem innuit, verum cujuſmodi illa fuerit, nunquam auſus fuit in apertum proferre: quæ res argumento eſt quod huic revelationi non multum fideret, quamquam ejus obtentu velut Gorgonis objecto capite Fridericum electorem a ſeverioribus conſiliis deterruit.*

Illuſus a dæmone Lutherus.

Cæterum qualis hæc fuerit apparitio, certe divinam non fuiſſe, ſed illuſoriam inde colligas, quod cum Lutherus, ut paulo ante diximus, ad exemplum D. Pauli deſcribere, vel commemorare numquam auſus fuit, quod Chriſtus ille, qui Luthero per viſionem apparuit, eamdem ſententiam de ſacrificio, deque ſacerdotio novæ legis inter cætera confirmavit, quam in nocturno colloquio tam operoſe multis rationibus firmatam diabolus inculcaverat; quod gloriatio de viſione hac, qua ſe velut evangeliſtam Chriſti ſervum immediate vocatum venditat, paulo poſt in aerem evanuit, cum Munzerus, Carloſtadius, Pelargus, aliique fanatici novatores enthuſiaſmos ſuos & revelationes jactarent, ut frequens erat iis temporibus hoc ſtratagema ſathanæ in angelum lucis in cœleſtem Patrem, in Chriſtum, in Spiritum Sanctum ſe transformantis. Itaque dubium non eſt, quin is Chriſtus huic Martino Saxoni per viſionem frauduleuter illuſerit, quem ſeverus Sulpitius author eſt D. Martino Turonenſium epiſcopo quondam apparuiſſe: quamquam hic fraudem ſathanæ perſenſit, evaſitque deceptionis periculum & Chriſti larvam aſtuto veteratori detraxit: ille vero Saxo noſter ſub Chriſti ſpecie per ſathanam miſere deceptus eſt, & in errorem abductus. Cæterum novum non eſt hoc impoſturæ genus, vel dæmonis artificium ſub aliena ſpecie decipientis quemadmodum en III. *libro Regum cap.* XXII. *eu prioris epiſtolæ ad Cor. cap.* II. *tum ex hiſtoriis Enthuſiaſtarum hujus temporis conſtat: ut mirum non ſit, ſi Lutherus hac ſtropha circumventus a via veritatis aberrarit, ſcilicet nec primus fuit, nec ultimus cui per hujuſmodi fraudem veterator ſathan impoſuit: illud vero mirandum, quod in cauſa eam ardua, ex qua mutatio publici ſtatus in orbe Chriſtiano pendebat, obtentu revelationis in eam ſe viam duci paſſus eſt, quam eamdem ſathan ipſe non transformatus in angelum lucis, ſed aperta fronte congreſſus demonſtrabat, quam ingredi viam non potuit niſi Melchiſedechicum ſacerdotium abrogaret, Chriſto hierarchicum ordinem in eccleſia convelleret, & ad evertendum juge ſacrificium viam muniret antichriſto.*

Alii etiam hæreſiarchæ ſe evangeliſtas jactant.

Prætextu revelationis immutata a novatoribus religio.

Munita Antichriſto via.

L. Merito igitur Surius, dum hanc hiſtoriam repetit, admirans Lutheranorum hunc impietatis ſigniferum, ſequentium facilitatem exclamat (b): *An non mirum eſt, dum talia legunt homines, poſſe vel ad momentum in ejus viri doctrina permanere? An non perſpicuum eſt omnino perire velle eos, qui tali homini, qui contra conſcientiam ſuam ſe in pleriſque feciſſe affirmat, auſcultent? pugnare enim contra conſcientiam a malis de-*

(b) *Surius in comment.*

Mirum eſt non deſertum a ſuis Lutherum.

ter-

terrentem quid eſt aliud quam rebellem eſſe lumini, nec velle obtemperare veritati, ſed ea contempta eo conniti, ut liceat quidquid libet? Inſanum æque eſt & commiſeratione dignum quod Lutherus in ſua ad Wittembergenſes Auguſtinianos hortativa oratione adjecit (*a*), ea certitudine & fiducia nimirum, quod a Chriſto contraria Eccleſiæ catholicæ mandata accepiſſet, tentandam eſſe jam cœptam ab illis altarium exciſionem, ac totius mundi judicia pro foliis levibus & tenuiſſimis ariſtis habenda; hancque amentiam pertinaciamque reæ conſcientiæ appellavit, *diverſum judicium tentantis Dei pugnare & cum Jacob contra Deum prævalere*. Ex quibus patet hominem perditiſſimum ſpreto conſcientiæ angore ad perdendos ſimplices jactato fallaci viſo & oraculo, cui potius quam tot venerandis œcumenicis conciliis credendum eſſet, incubuiſſe: nec minus in deſperationem eum adductum fuiſſe arguit, quod in libro Latino ad parentem ſuum idiotam de votorum monaſticorum contemptu ſcripto hæc addidit: *Quod ſi me occidat Papa, aut damnet ultra tartara? occiſum, inquit, non ſuſcitabit, ut bis & iterum occidat: damnatum vero ego volo, ut numquam abſolvat.* Inſcripſit alium librum de votis ad epiſcopos & diaconos eccleſiæ Wittembergenſis; cum tamen nullus epiſcopus Wittembergæ ſederet, ſed mendacio delectatus illud venerandum epiſcopi nomen in alienum ſenſum transferre cœpit.

(*a*) *Cochlæus in actis & ſcriptis Lutheri.*

Docet ſuos Lutherus pugnandum cum conſcientia.

Deſperati hominis voces.

LI. Cum vero ille jam ante Auguſtæ coram Cardinale Cajetano, & Lipſiæ coram duce Georgio Pariſienſium doctorum judicium expetiiſſet, atque etiam Lutherani Pariſienſem academiam Lutheri articulis aſſentiri, indeque hæreſi authoritatem conciliare dolo niterentur; lata eſt hæc magiſtralis ſententia a Pariſienſibus theologis congregatis, ac jurejurando ad proferendam puram veritatem aſtrictis: *Solicitius*, inquiunt, *per nos examinata, ac maturius univerſa doctrina Lutheriano adſcripta nomini, & ad plenum diſcuſſa execrandis illam erroribus ſcatere certo deprehendimus, & judicavimus fidem potiſſimum contingentibus & mores, quodque ſimplicis populi ſeductiva ſit omnibus doctoribus injuria poteſtati Eccleſiæ & ordini Hierarchico impie derogativa, aperte ſchiſmatica, ſacræ ſcripturæ adverſa, & ejus depravativa, atque in Spiritum Sanctum blaſphema: & ideo veluti reipublicæ Chriſtianæ pernicioſam cenſemus omnino exterminandam ac palam ultricibus flammis committendam; authorem vero ad publicam abjurationem modis omnibus juridicis compellendum.* Lata fuit hæc illorum ſententia die xv. aprilis. Porro Lutherus, qui antea Pariſienſem academiam ſtudiorum parentem, ab antiquo Chriſtianiſſimam theologiæ ſcientiæ laude florentiſſimam eſſe affirmaverat, furore inflammatus, librum Germanico ſermone mille convitiis refertum vulgavit. Philipus Melanchton etiam illius impietate imbutus, & alii ſatyras contumelioſiſſimas & mendaciſſimas conſcripſere: neque enim iſti præcones novi adulterini evangelil, in maledicendo diſerti ad illud defendendum alia miracula, quam mendaciorum & convitiorum in catholicos portenta ſimplices terrentia, unquam ediderunt. Admiratione autem & luctu dignum, impoſtorem unum eloquentia ſua & jactantia tot ſectatores nactum, cum nulla ſolida, ſed inania & adumbrata argumenta afferret, ac non modo miraculis ullis, ſed ſcelerum exemplis ad deſerendam avitam religionem tot confirmatam miraculis, ſacræ ſcripturæ & conciliorum authoritatibus corroboratam, traditionibus patrum ſtabilitam impelleret.

Damnant Lutherum Pariſienſes.

Scribit Luther ſatiras in Pariſienſes.

Non miraculis ſed mendacis & maledicentiis excellit.

Hujus rei cauſam in cæſareo edicto indicatam explicat Surius, nimirum vitiorum illecebra delinitis placuiſſe ſolius fidei ad ſalutem ſufficientis dulce & fallax blandimentum: *Eſt profecto*, inquit, *mirum tam facile Lutherum in ſuam ſententiam pertrahere potuiſſe in primis Saxoniæ fortiſſimam gentem, quam olim Carolus magnus triginta annis vix eo adigere potuit, ut relicto dæmonum cultu Chriſto nomen darent, a quo etiam poſtea nunquam defecerunt; ſed in ſemel ſuſcepta religione conſtantiſſime perſeverarunt & ſingulari quodam ſtudio Romanæ eccleſiæ ſemper dediti fuere. Sed homo verſutus ſciens ea in gente permultos his extremis temporibus nimirum addictos ventri, & potationibus, ut eos ſibi propenſius alliceret, laxavit miſeris habenas, jejunia preces, vigilias, confeſſionem ſacramentalem & alia pietatis exercitia ceu papiſtica & monachorum inventa docuit rejicienda: quæ cum eſſent incautis & imperitis nec perditi hominis fraudem prima fronte advertentibus plauſibilia, ſub prætextu verbi Dei ab illo ſeducti & miſerandum in modum everſi ſunt, longe jam diſſimiles ſanctiſſimis majoribus ſuis, qui in catholica fide, ita ut decebat, virilem Saxonicorum pectorum conſtantiam ſemper fortiſſime perſtiterunt.* LII.

Statuit ſolam fidem ſufficere ad ſalutem.

Ob corruptiſſimos mores hæreſiarcham ſequuti Saxones.

Sirenulæ hujus tartareæ molliſſimas voces avide exceperunt: in aliis Germaniæ provinciis plerique clerici & concubina- LIII.

tui

Moguntinus archiepiſc. in presbyteros affectantes nuptias animadvertit.

tui conjugii nomen prætexuerunt : [1] unde tumultus exorti. Compeſcuit vero in Moguntino principatu Lutheranas furias Albertus archiepiſcopus, idemque Cardinalis; in ſacerdotes enim, qui ad inceſtas nuptias ſe conſerebant, adhibuit legum canonicarum ſeveritatem; quod adeo indigne tulit Lutherus, qui oſtentatis voluptatum illecebris, ac impiæ doctrinæ laqueis Albertum irretire moliebatur, ut ſtulte ob caſtigatos ſcortatores clericos illum objurgaret, minaſque decudendo in eum ſatyrico libro intentaret.

Impudenter Lutherus convitia illi intentat.

(a) Serar. l.5. Mogunt. rer. in Albert. II.

Ut vero arrogantiſſimum pſeudomonachum tantus princeps admirabili modeſtia & Chriſtiana demiſſione confuderit, refert Serarius (a) : *Quid vero*, inquit, *hic reverendiſſimus & illuſtriſſimus? contempſit hominis inſaniam, & non Lutheri, ſed ſuæ ipſius habita ratione perſonæ graviter modeſteque reſpondit, exemplum, quod a poteſtate legatur digniſſimum* : E Germanico eſt hoc, dilecte domine rector *ſtylo ſcilicet Germanico ita loquitur, prout etiam cum hæreticis quandoque fieri poſſe docet S. Auguſtinus epiſt. CXLVII.* literas tuas quæ dominico poſt S. Catharinæ feſtum die datæ ſunt accepi, & perlegi gratioſe, bonamque in partem interpretans, confido penitus cauſam pridem, quæ ad ejuſmodi ſcriptionem, libri ſcilicet nominati, te commovit, ſublatam, & Deo bene juvante, ita me gerere palamque præmeferre volo quemadmodum bonum eccleſiaſticum, & Chriſtianum principem decet, quamdiu ſuam mihi Deus gratiam, vires, & rationem concesserit : quam ad rem & Deum rogo ipſe, & ab aliis eum rogari curare volo; nam a me ipſo poſſum nihil, libenterque confiteor Dei gratia egere me, utpote, qui miſer peccator homo ſum, qui errare & peccare poteſt, quotidieque peccat & errat : non hoc inficior, probe equidem novi, abſque Dei gratia in me boni eſſe nihil, & inſtar cujuſcumque uſquam alterius ſi non magis eſſe me inutile, olidumque lutum. Hoc ad tuas literas volui bono animo te non celatum : nam ad bene de te merendum ſum, Chriſti gratia, parato paratior. Miſericordem bonum Deum hiſce in rebus ulterius gratiam, robur, & patientiam, ut ſecundum ſuam voluntatem in omnibus vivamus, largiturum ſpero. Datum Hallæ ipſo Thomæ Apoſtoli MDXXI. Albertus manu propria.

Responſum Moguntini Card.

Sane tam admirandæ fuerunt hæ literæ demiſſionis, ut Lutherus ipſe in ſubiecta ad Wolffgangum Capitonem epiſtola ibidem dixerit, ſi eo animo ille ſcripſiſſet (ſuſpicioſorum & improborum, ſuoque cæteros omnes pede metientium eſt nihil cuiquam bono credere) ſe qui Pontificis maximi ad Chriſti domini honorem pedes oſculari ſcelus & idololatriam, clamet, velle hilariter ac humiliter ad illius pedes accidere, ſeque indignum (ut re vera indignus erat) exiſtimare, qui pedum illius pulverem oſcularetur. Tantum vero abfuit, ut Lutherus a tam pio Cardinale amantiſſimis iis verbis, impetrandæque veniæ ſpe oſtenſa ad meliorem mentem rediret, ut etiam Alberto inceſtas nuptias ſuadere impudentiſſime poſtea auſus fuerit; cujus ſpretas fuiſſe voces inferius videbimus.

Eo confuſus Lutherus.

LIV.

E Saxonia in alias provincias hæreſis propagata.

Ex Saxonia non in alias modo Germaniæ provincias : ſed longinqua etiam regna avari bibliopolæ hæreſeos naſcentis ſemina tranſtulerunt, adeo ut in Anglia plures curioſitate ducti Lutheri lectitarent libros : qui cum in Henrici VIII. Regis, tum ſapientiæ laude florentis manus veniſſent, ille ad communiendos contra hæc venena præſenti antidoto Anglos librum de aſſertione ſeptem ſacramentorum adverſus captivitatem Babylonicam Lutheri (b) compoſuit Leoni X. inſcriptum, in cujus præludio pietatis & obſervantiæ in Eccleſiam ſtudio adductum ſe profitetur : *Motus quidem*, inquit, *fidelitate ac pietate, quamquam mihi nec eloquentia ſit, nec ſcientiæ copia, cogor*

ta.

(b) Paris to.4. in mſ. Vat. Polyd. l. 27. Sarius in comment. & ex eo Coclaeus in actis & ſcriptis Luther. extat. præfixus operibus Joan. Fiſch. epiſc. Roff. & in bibl. Vat.

NOTÆ [1] CОnjugia profana non ita frequentes clerici hoc anno involarunt ac ſtatuit Annaliſta. Rara, & infrequentia tantummodo exempla edita ſunt ab audacioribus nonnullis, quos ſtatim epiſcoporum religioſa vigilantia compreſſit. Hujus rei teſtem profero Georgium Spalatinum, qui cum Joanni Friderico electori a ſecretis eſſet, noviſque dogmatibus faveret, nihil eorum quæ Lutheraniſmo conducerent ſive ignorare ſive reticere poterat. Hæc ergo ille in annalibus ad hunc annum : *Hoc anno in Saxonibus milliaris tantum uno a VVittemberga apud Camericum parochus magiſter Bartholomæus Fertkirchius, ſacerdos alioquin integer, duxit uxorem puellam virginem. Idem fecit in comitatu Mansfeldenſi alius quiſpiam. Sed & D. Jacobus Sedelrus plebanus in officina vitraria in Myſnia. Quorum poſteriores duo, ille ab epiſcopo Moguntino Cardinale Hallis; hic vero juſſu ducis Georgii Saxonum in arce Stolpenſi in carcerem conjecti ſunt.* Ita Spalatinus, qui inferius adnotat omnium primum qui Caroli V. edicta in Lutherum executioni mandarit, Joachimum electorem Brandemburgicum extitiſſe.

Ex eodem tamen Spalatino diſcimus in anni hujus exitu, die ſcilicet feſta S. Stephani protomartyris *Andream Carloſtadium archidiaconum Wittembergenſem nuptias cum Anna Monacha nobili genere puella celebraſſe*. Quæ conjugiorum a ſacris hominibus initorum epocha ſtatuenda eſt. MANSI

Angliæ Rex librum edit de ſeptem ſacramentis.

tamen, ne ingratitudine maculer, matrem meam Chriſti ſponſam, utinam tanta facultate quanta cum voluntate defendere: quod licet alii præſtare poſſint uberius, ac copioſius, mei tamen officii eſſe duxi, ut ipſe quoque, quantumvis tenuiter eruditus, quibus rationibus poſſem, Eccleſiam tuerer, meque adverſus venenata jacula hoſtis eam oppugnantis objicerem: quod ut faciam tempus ipſum & præſens rerum ſtatus efflagitat; nam antea cum nemo oppugnaret, nemini propugnare neceſſe erat. At cum jam hoſtis exortus ſit, quo nullus potuit exoriri malignior, qui dæmonis inſtinctu charitatem prætexens, ira atque odio ſtimulatus, & contra Eccleſiam, & contra catholicam fidem vipereum virus evomuit, neceſſe eſt adverſus hoſtem communem Chriſtianæ fidei, omnis Criſti ſervus, omnis ætas, omnis ſexus, omnis ordo conſurgat, ut qui viribus non valent, officium ſaltem alacri teſtentur affectu. Nunc itaque convenit, ut duplici armatura muniamur, cæleſti ſcilicet ac terreſtri, cæleſti, ut qui ficta charitate & alios perdit & perit ipſe, vera charitate lucrifactus alios lucrifaciat; & qui falſa doctrina depugnat, doctrina vera vincatur: terreſtri vero, ut ſi tam obſtinatæ malitiæ ſit, ut conſilia ſancta ſpernat, & correptionem piam contemnat, merito coerceatur ſupplicio, ut qui bene facere non vult, deſinat malefacere, & qui nocuit verbo malitiæ, ſupplicii proſit exemplo. Quæ peſtis unquam tam pernitioſa invaſit gregem Chriſti? qui ſerpens unquam tam venenatus irrepſit, quam is, qui de Babylonica captivitate Eccleſiæ ſcripſit; qui ſcripturam ſacram ex ſuo ſenſu contra Chriſti ſacramenta detorquet, traditos ab antiquis patribus eccleſiaſticos ritus eludit, ſanctiſſimos viros, vetuſtiſſimos ſacrarum literarum interpretes, niſi quatenus ipſius ſenſui conveniunt & conſentiunt nihili pendit, ſacroſanctam ſedem Romanam Babylonem appellat, ſummum pontificium vocat tyrannidem, totius Eccleſiæ decreta ſaluberrima captivitatem cenſet, ſanctiſſimi Pontificis nomen in antichriſtum convertit? O deteſtabilis arrogantiæ, contumeliæ, ac ſchiſmatis buccinator! quantus inferorum lupus eſt iſte, qui Chriſti gregem diſpergere quærit? quantum diaboli membrum, qui Chriſtianos Chriſti membra quærit a capite ſuo decerpere? quam putris hujus animus, quam execrabile propoſitum, qui & ſepulta reſuſcitat ſchiſmata, & vetuſtis abjicit bona, & hæreſes æternis abdendas tenebris velut cerberum ex inferis producit in lucem, dignumque ducit ſe, cujus unius verbo, poſthabitis antiquis omnibus, univerſa regatur, immo ſubvertatur Eccleſia?

Quam ſit peſtiſer Lutheri liber de captivitate Babylonica.

de cujus ego malitia quid dicam neſcio; quam tantam cenſeo, quantam neque lingua cujuſquam neque calamus exprimere poſſit, &c. Hæc Henricus Rex in prologo.

In libro vero primum exorſus ab indulgentiis, quas hæreſiarcha adulatorum Romanorum nequitias appellabat, expoſuit ut Lutherus commendandæ pœnitentiæ ſpecie initio eas depreſſiſſet, quamvis earum vim fateretur: deinde improbitate non eruditione auctior ſecum pugnans damnarit, quaſi tantum ad perdendam hominum pecuniam, ac Dei fidem valerent; tum ſubjunxit: *Omnes ergo, ſi vera dicit Lutherus, fuerunt impoſtores. At quanta magis cum ratione creditur hunc unum fraterculum morbidam eſſe ovem, quam tot olim Pontifices perfidos fuiſſe paſtores? nam Lutherus, ut dixi, cujuſmodi vir ſit, quam nihil omnino charitatis habeat evidentiſſime declarat, cum non vereatur tot ſummis tot ſanctis Pontificibus tantum crimen impingere.* Et infra: *Verum quantumvis diſputentur indulgentiæ Pontificis, neceſſe eſt inconcuſſa maneant verba Chriſti, quibus Petro commiſit claves Eccleſiæ, cum dixit:* Quidquid ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlo, & quidquid ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlo; *item:* quorum remiſeritis peccata, remittentur, & quorum retinueritis peccata, retinebuntur. *Quibus verbis ſi ſatis conſtat ſacerdotem quemlibet habere poteſtatem a mortalibus abſolvendi criminibus, & æternitatem pœnæ tollendi, cui non videatur abſurdum ſacerdotum omnium principem nihil habere juris in pœnam temporariam?* Et infra. *Certe indulgentias ſi Pontifices peccavere, qui conceſſerunt, immunis a peccato non erat tota congregatio fidelium, qui eas tam diu, tanto conſenſu ſuſceperunt, quorum ego judicio & obſervatæ ſanctorum conſuetudini non dubito potius acquieſcendum, quam Luthero ſoli, qui totam Eccleſiam tam furioſe condemnat.* LV.

Ut magis credendum ſit Pontificibus quam Luthero.

Magis fidelibus omnibus quam apoſtatæ.

Confutat deinde Henricus blaſphemias Lutheri ſummum pontificatum, ut inane nomen, & injuſtam tyrannidem traducentis: *Quis*, inquit Rex, *non hic niſi qui malitiam*, ſcilicet Lutheri, *norit, miretur inconſtantiam? nam prius papatum negaverat eſſe divini juris, ſed humani juris eſſe conceſſerat: nunc vero ſecum diſſidens neutrius juris eſſe confirmat, ſed Pontificem ſibi mera vi ſumpſiſſe, atque uſurpaſſe tyrannidem. Sentiebat ergo pridem humano ſaltem conſenſu propter bonum publicum Romano Pontifici ſuper Eccleſiam catholicam delatam eſſe poteſtatem, idque uſque adeo ſentiebat, ut Bohemorum quo-* LVI.

Lutherus inconſtantiæ redarguitur.

que ſchiſma deteſtaretur, quod ſe ab obedientia Romanæ ſedis abſcinderent, pronuntians eos peccare damnabiliter quicumque Papæ non obtemperarent. Hæc cum haud ita pridem ſcripſerit, nunc in idem, quod tum deteſtabatur incidit: quin iſtud quoque ſimilis eſt conſtantiæ, quod cum in concione quadam ad populum excommunicationem doceat eſſe medicinam, & obedienter patienterque ferendam; paulo poſt excommunicatus ipſe idque meritiſſimo jure, ſententiam tamen tam impotenter tulit, ut rabie quadam furibundus in contumelias, convitia, blaſphemias ſupra quam ullæ poſſint aures ferre proruperit, ſic ut ſuo furore plane perſpicuum fecerit, eos, qui pelluntur gremio matris Eccleſiæ, ſtatim furiis corripi, atque agitari dæmonibus. Sed iſtud rogo, qui illa tam nuper vidit, unde ſubito videt nihil ſe tunc vidiſſe? quos novos oculos induit? an acutiore cernit obtutu poſtquam ad ſuperbiam ſolitam ira quoque ſupervenit, & odium, & longius, videlicet proſpicit uſus tam præclaris conſpiciliis.

Agitari a dæmone ob convitia & blaſphemias viſus.

LVII. *Non tam injurius ero Pontifici, ut anxie ac ſolicite de ejus jure diſceptem, tanquam res haberetur pro dubia: ſatis eſt ad præſens negotium quod inimicus ejus ita furore provehitur, ut ſibi fidem deroget ipſe, ac dilucide ſe oſtendat præ malitia neque conſtare ſecum, neque videre quid dicat: negare non poteſt quin omnis Eccleſia fidelium ſacroſanctam ſedem Romanam velut matrem primatemque recognoſcat ac veneretur, quæcunque ſaltem neque locorum diſtantia, neque periculis interjacentibus prohibetur acceſſu; quanquam ſi vera dicunt, qui ex India quoque veniunt, huc Indi etiam ipſi, tot terrarum, tot marium, tot ſolitudinum plagis disjuncti, Romano tamen ſe Pontifici ſubmittunt. Ergo ſi tantam ac tam late fuſam poteſtatem neque Dei juſſu Pontifex, neque hominum voluntate conſecutus eſt, ſed ſua ſibi ut vendicavit, dicat velim Lutherus, quando in tantæ ditionis irrupit poſſeſſionem: non poteſt obſcurum initium eſſe tam immenſæ potentiæ præſertim ſi intra memoriam hominum nata ſit: quod ſi rem dixerit unam aut duas fortaſſis ætates ſuperare, in memoriam nobis rem redigat ex hiſtoriis; alioqui ſi tam vetuſta, ſit ut rei etiam tantæ obliterata ſit origo, legibus omnibus cautum eſſe cognoſcit, ut cujus jus omnem hominum memoriam ita ſupergreditur, ut ſciri non poſſit cujuſmodi habuerit initium, cenſeatur habuiſſe legitimum, vetitumque eſſe conſtat omnium conſenſu gentium, ne quæ diu manſerunt immota, moveantur.*

Argumentum ad hæreticos ut dicant quando uſurpata ſit poteſtas a Papa.

Certe ſi quis rerum geſtarum monumenta revolvat, inveniet jam olim protinus poſt pacatum orbem pleraſque omnes Chriſtiani orbis eccleſias obtemperaſſe Romanæ: quin Græciam ipſam, quamquam ad ipſos commigraſſet imperium, reperiemus tamen quod ad Eccleſiæ primatum pertinebat: præter quam dum ſchiſmate laborabat, eccleſiæ Romanæ ceſſiſſe. Beatus vero Hieronymus quantum Romanæ ſedi cenſeat deferendum, vel inde luculenter oſtendit, quod cum Romanus ipſe non eſſet, tamen aperte fatetur, ſibi ſatis eſſe ſi ſuam fidem quibuſvis improbantibus aliis comprobaret Papa Romanus.

Deſcripta dein Lutheri perfidia, qui triplex fidei vinculum, Chriſtiani & ſacerdotis & monachi diſruperit, ſubdit Rex, his duobus capitibus de indulgentiis & pontificatu abolendis patefieri a Luthero viam ad ſacramenta excindenda, ejuſque ſacramenta modo tollentis, modo ſtatuentis levitatem ita arguit: *Protinus ex ſacramentis ſeptem, tantum relinquit tria; nec ea tamen niſi pro tempore, nimirum ſignificans illa etiam ipſa propediem ſeſe ſublaturum; nam e tribus unum aufert paulo poſt eodem libro, quo plane declaret quid proponet in reliquis.* Suffulſit deinde Henricus Eccleſiæ doctrinam de ſeptem ſacramentis, atque ab euchariſtia exorſus Lutherum perfidiæ convincit, qui illam ſacramentum panis vocare cœperit, cum tamen diſerte Ambroſius dicat: *Licet figura panis & vini in altari videatur, nihil tamen aliud quam caro & ſanguis Chriſti credenda eſt.* LVIII.

Sacramentariorum pater Lutherus.

Interjectis pluribus refellit Henricus argutias Lutheri contendentis, a Chriſto panem datum Apoſtolis una cum ſuo corpore, eo quod panem ille accepiſſe dicatur: *Cum priuſquam daret Apoſtolis manducandum panem convertit in carnem; non jam accipiunt panem quem ille ſuſceperat, ſed corpus ejus in quod panem converterat: quemadmodum ſi quis, cum ſemen accepiſſet alii daret, inde natum florem non id dediſſet quod acceperat, quanquam naturæ communis ordo alterum feciſſet ex altero; ita multo minus porrexit Apoſtolis id, quod in manus acceperat Chriſtus, cum panem ſuſceptum in ſuam ipſe carnem tanto vertiſſet miraculo: niſi quis contendat quoniam Aaron virgam ſumpſit in manum, & virgam projecit e manu, ideo cum colubro quoque virgæ reſtitiſſe ſubſtantiam, aut colubri denuo cum recepta virgula: quod ſi cum colubro virga reſtare non potuit, quanto minus reſtare poteſt panis cum carne Chriſti tam incomparabili ſubſtantia.* Et infra: *Apoſtolus fateor panem non ſemel appellat* (a), *vel ſcripturæ ſecutus in ſermone morem,* LIX.

Ut panis non maneat cum Chriſti corpore.

(a) 1. Cor. 2.

quæ

quæ ſolet interdum vocare quippiam non id quod eſt, ſed quod ante fuerat; ut cum ait: Virga (*a*) Aaron devoravit virgas magorum, *quæ tamen tum virgæ non erant, ſed ſerpentes; vel contentus fortaſſe vocare quod ſpecie præſeferebat, &c.* Pluribus deinde Henricus Rex tranſubſtantiationem probat, nec a recentioribus, ut deblaterabat hæreſiarcha confictam, ſed ab antiquis, ut Euſebio, Emiſſeno, Auguſtino, Gregorio Nyſſeno, Theophilo, Cyrillo, Ambroſio creditam demonſtrat; tum ſubiicit: *At Lutherus ipſe fatetur nihil eſſe periculi, ſi quis in hac re ſentiat quod tota jam ſentit Eccleſia: at contra tota Eccleſia cenſet, hæreticum eſſe eum, qui ſentiat cum Luthero: non debet ergo Lutherus animare quemquam, cui bene cupis, ut ſecum ſentiat, cujus ſententiam tota condemnat Eccleſia: ſed debet his ſuadere quos amat, ut accedant illis, quos ipſe quoque indicat in nullo verſari periculo. Falſa eſt ergo iſta Lutheri via contra publicam fidem, non hujus modo temporis, ſed etiam ætatum omnium: nec liberat captivitate credentes ei, ſed educens e libertate fidei, hoc eſt e loco tuto, quod Lutherus ipſe fatetur, captivat in errorem, ducens in præcipitium & vias invias, incertas, dubias, eoque plenas periculi, & qui amat periculum perit in illo.*

(a) Exod. 7.

Profeſſus Lutherus nullum eſſe periculum ſi quis ſentiret cum eccleſia.

Secum perſpicue pugnat.

LX. Alias etiam Lutheri argutias inanes adverſus miſſæ ſacrificium magno tumore jactatas fortiter refringit idem Rex, docetque miſſæ ſacrificium loco omnium ſacrificiorum, quæ Moſaicæ legis tempore offerebantur, inſtitutum: *Si*, inquit, *nobis inſtet Lutherus, ſacerdotem offerre non poſſe, quia Chriſtus in cœna non obtulit; recordetur eorum quæ dixit ipſe, teſtamentum involvere mortem teſtatoris, nec ante vires, & robur ſumere & tota perfectione compleri, quam eo moriente, qui teſtatus eſt: quamobrem non ea ſolum pertinent ad teſtamentum, quæ prius fecit in cœna, ſed etiam oblatio ejus in cruce; nam in cruce conſummavit ſacrificium quod inchoavit in cœna, eo totius rei commemoratio; nempe conſecrationis in cœnas, & oblationis in cruce uno celebratur ac repræſentatur Sacramento miſſæ: atque adeo verius mors repræſentatur, quam cœna; Apoſtolus enim cum Corinthiis ſcriberet:* Quotieſcumque panem hunc comederitis, & calicem biberitis; adjecit non cœnam Domini, ſed mortem Domini annuntiabitis.

In cruce conſummatum ſacrificium eſt.

Crucis magis quam cœnæ exprimitur myſterium.

LXI. Tertium captivitatis genus finxerat Lutherus eſſe miſſæ ſacrificium, quod pro peccatis offerretur; nugaciſſimaſque ejus argutias ita recenſet, confutatque Henricus Rex oppoſitis ſanctorum ſententiis: *Ne Lutherum videamur imitari, qui nihil habet pro ſe, niſi quod e ſuo fingit capite, aſſeremus quod dicit Ambroſius de miſſa:* Quanta, *inquit*, cordis contritione & lachrymarum fonte, quanta reverentia & tremore, quanta corporis caſtitate, atque animi puritate iſtud divinum & cœleſte myſterium eſt celebrandum. domine Deus, ubi caro tua in veritate ſumitur, ubi ſanguis tuus in veritate bibitur, ubi ſummis ima humanis divina junguntur, ubi tu es ſacerdos & ſacrificium mirabiliter & ineffabiliter? quis digne hoc poteſt celebrare myſterium, niſi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum? *Videtis ut hic beatiſſimus pater, & oblationem appellet miſſam, & in eadem Chriſtum ipſum dicat & ſacerdotem eſſe & ſacrificium, quemadmodum fuit in cruce: cujus authoritati quantum Lutherus tribuat, viderit ipſe. Quantum vero tribuerit beatus Gregorius facile declaravit, cum illum imitatus, ita ſcriberet:* Quis fidelium dubitare poſſit, in ipſa immolationis hora ad ſacerdotis vocem cœlos aperiri, in illo Chriſti myſterio angelorum choros adeſſe, ſummis ima ſociari, terram cæleſtibus jungi, unum quid ex viſibilibus & inviſibilibus fieri? *Et alibi:* Hæc nam que ſingularis victima ab æterno interitu animas ſolvit, quæ illam nobis mortem unigeniti reparat. *Nec minus aperte cum dicit:* Hinc ergo penſemus quale ſit pro nobis iſtud ſacrificium, quod unigeniti Filii paſſionem ſemper imitatur. *Videmus ut non ſolum divus Ambroſius, & beatus Gregorius immolationem appellat miſſam & ſacrificium, ac fatetur in ea non ultimam tantum Chriſti cœnam, quod Lutherus ait, ſed & paſſionem ejus repræſentari. Nec tamen illud ſoli cenſuerunt illi; nam & Auguſtinus non ſemel idem fatetur, ait enim de miſſa:* Iteratur quotidie hæc oblatio, licet Chriſtus ſemel paſſus ſit, quia quotidie labimur, Chriſtus pro nobis quotidie immolatur.

Ambroſii de miſſæ ſacrificio ſententia.

Et B. Gregorii.

Quarta captivitas Babylonica Lutheri fuit libertas carnis, qua peccatores ad ſpem firmam ſalutis ſine operibus legis evangelicæ allexit: quem Rex ita redarguit: *Fidei divitias in hoc extollit, ut nos reddat pauperes bonorum operum, ſine quibus, ut beatus Jacobus ait* (*b*): Fides omnino mortua eſt. *At Lutherus ſic fidem nobis commendat, ut non ſolum permittat nobis vacationem ab operibus bonis, ſed etiam ſuggerat audaciam qualiumcumque facinorum; ait enim: Jam vides quam dives ſit homo Chriſtianus ſive baptizatus, qui etiam volens non poteſt perdere ſalutem ſuam, quantiſcumque peccatis, niſi* LXII.

(b) Jac. 2.

Ad omnia ſcelera ſuos ... horta... Lutherus.

noliſt credere : Nulla enim peccata eum poſſunt damnare, niſi ſola incredulitas. O vocem impiam & omnis impietatis magiſtram, ita per ſe enoſam piis auribus, ut non ſit opus eam redarguere! Ergo non damnabit adulterium, non damnabit homicidium, non perjurium, non parricidium, ſi tantum credat ſe quiſque ſalvandum fore per virtutem promiſſionis in baptiſmate? Et infra : *Fidem ipſam nihil facit aliud quam flagitioſæ vitæ patrocinium : quam rem quo magis aſtrueret, poſtquam ſacramenta privavit gratia, eccleſiam privat & votis omnibus & legibus, nec quidquam movet illum, quod Deus ait* (a) : Vovete & reddite.

Fides in flagitiorum patrocinium ab eo verſa.

(a) *Pſ.* 75.

LXIII. Inter captivitatis etiam Babylonicæ, ſub qua lugerent Chriſtiani, figmenta, pontificias & cæſareas leges recenſuerat Lutherus, quo fideles legum omnium metu ſolutos in barbarorum, aut belluarum conditionem redigeret; quem ita Henricus increpat : *De legibus demiror hominem præ pudore potuiſſe tam abſurde cogitare, quaſi Chriſtiani peccare non poſſent, ſed tam perfecta foret tanta multitudo credentium, ut nihil decerni debeat vel ad cultum Dei, vel ad vitanda flagitia, ſed eadem opera & eadem prudentia tollis omnem poteſtatem & authoritatem principum & prælatorum : nam quid faciat Rex aut prælatus, ſi neque legem poſſit ponere, neque poſitam exequi; ſed populus abſque lege velut navis abſque gubernaculo fluctuet? Ubi eſt ergo illud Apoſtoli* (b) : Omnis creatura poteſtatibus ſublimioribus ſubiecta ſit? *ubi illud* (c): Si male agis Regem time, non enim ſine cauſa gladium portat? *ubi illud* (d) : Obedite præpoſitis veſtris ſive Regi quaſi præcellenti? *& quæ ſequuntur : cum igitur ait Paulus* (e) : Bona eſt lex, *& alibi :* Lex (f) eſt vinculum perfectionis : *præterea cum ait Auguſtinus* (g) : *Non fruſtra ſunt inſtituta poteſtas Regis & cognitoris jus, ungula carnificis, arma militis, diſciplina dominantis, ſeveritas etiam boni patris. Habent iſta modos ſuos, cauſas ſuas, rationes, utilitates; & hæc cum timentur, & mali coercentur, & boni quieti inter malos vivunt. De Regibus dicere ſuperſedeo, ne videar meam cauſam agere. Illud quæro, ſi nemo nec homo, nec angelus poteſt ſuper hominem Chriſtianum legem ponere, cur tot leges ponit Apoſtolus, & de legendis epiſcopis, & de viduis, & velandis fœminarum capitibus? cur ſtatuit ne fidelis conjux ab infideli diſcedat, niſi deſeratur? cur audet dicere* (h) : Cæteris dico ego, non Dominus? *cur exercuit tantam poteſtatem* (i), *ut fornicarium juberet tradi in interitum carnis? cur Petrus Ananiam & Saphiram ſimili pœna percuſſit* (k), *quod e ſua ipſorum pecunia paulum reſervaſſent ſibi? Si multa ſtatuebant Apoſtoli præter ſpeciale præceptum Domini, ſuper Chriſtianum populum, cur non idem propter populi commodum faciant ii, qui ſucceſſerunt in Apoſtolorum locum?* Et infra.

Omnis poteſtas ab eo ſublata.
Cum ſcripturis pugnat.

(b) *Rom.* 13.
(c) *Ibid.*
(d) *Hebr.* 13.
(e) 1. *Timot.* 1.
(f) *Coloſ.* 3.
(g) *Aug.*
(h) 1. *Cor.* 7.
(i) *Ibid.* 5.
(k) *Act.* 5.

LXIV. Digreſſus ad ſacramentum pœnitentiæ Henricus primum Lutheri impudentiam ſanctorum patrum ſententiis ſic confudit : *Si quid valere debet authoritas ſanctorum patrum, valere debet inprimis quod ait Ambroſius :* Non poteſt quiſquam juſtificari a peccato niſi peccatum ipſum fuerit confeſſus : *quid dici poteſt apertius? Præterea Joannes Chryſoſtomus :* Non poteſt, *inquit*, gratiam Dei accipere, niſi purgatus fuerit ab omni peccato per confeſſionem. *Denique beatus Auguſtinus :* Agite pœnitentiam qualis agitur in Eccleſia; nemo dicat ſibi : Occulte ago, quia apud Deum ago : *ergo ſine cauſa dictum eſt* (l) : quæ ſolveritis ſuper terram; *ergo ſine cauſa claves datæ* (m) *ſunt?* Et infra : *Verba Chriſti de clavibus, laicis dicta Lutherus, ait Auguſtinus negat; utri magis credendum eſſe cenſetis? Lutherus ait, negat Beda; utri magis credendum cenſetis? Lutherus ait, negat Ambroſius; utri magis credendum cenſetis? denique Lutherus ait, tota negat Eccleſia; utri magis cenſetis eſſe credendum?*

Confeſſionem neceſſariam eſſe demonſtratur.

(l) *Matth.* 18.
(m) *Matth.* 16.

LXV. De ſatisfactione locutus hæreſiarcha, cum eam auferre moliretur, ita ab Henrico Rege confutatus eſt : *Cum dicit quod per operam non ſatisfit Deo, ſed ſola fide ſi ſenſit quod non per ſola opera ſine fide ſtulte bacchatur in ſedem Romanam, in qua nemo fuit unquam tam ſtultus, qui diceret opera ſine fide ſatisfacere, cum nemo neſciat illud Pauli* (n) : Quod non eſt ex fide peccatum eſt : *ſin opera ſenſit ſuperflua, & fidem ſolam ſufficere qualiacumque ſint opera; tum dicit aliquid & vere diſſentit a ſede Romana, quæ credit Jacobo* (o) *quod* Fides ſine operibus mortua eſt. *Videtis igitur quam inepte ſe commovet Lutherus, qui ſic invehitur in Romanam ſedem, ut ſemet interea vel ſtultitiæ retibus vel impietatis involvat.*

(n) *Rom.* 14.
(o) *Jac.* 2.

LXVI. Irriſerat etiam Lutherus ſacramentum confirmationis, quod expreſſis verbis inſtitutum non legeret; quem Rex convincit, plura credenda, quæ a Chriſto accepit Eccleſia, nec in evangelio exprimuntur : *Hac ratione*, inquit, *ſi tantum Joannis extaret evangelium, negaret inſtitutionem ſacramenti in cœna Domini, de qua inſtitutione nihil omnino perſcribit Joannes, qui eodem Dei conſilio non tetigit illud, quo multa alia prætererierunt omnes quæ fecit Jeſus :* Quæ [*ut inquit*

evan-

Digitized by Google

(a) Jo. ult. evangeliſta (a)]non ſunt ſcripta in libro hoc, & quæ totus mundus non poſſet capere: *ex quibus nonnulla per Apoſtolorum ora fidelibus pateſacta ſunt, & perpetua deinceps eccleſiæ catholicæ fide conſervata. Cui quare non debeas de quibuſdam credere, quamquam non legantur in evangeliis? cum [ut Auguſtinus ait] niſi tradente Eccleſia ſcire non poſſes quæ ſint evangelia, quorum ſi nullum unquam ſcriptum eſſet, maneret tamen evangelium ſcriptum in cordibus fidelium quod antiquius fuit omnium evangeliſtarum codicibus: manerent ſacramenta, quæ & ipſa non dubito Evangeliſtarum libris eſſe omnibus antiquiora: ne putet Lutherus efficax argumentum eſſe fruſtra ſuſcepti ſacramenti, ſi non reperis inſtitutum in evangeliis.* Interjectis pluribus ſanctorum Patrum authoritatibus, quæ id confirmant, ſubdit Henricus: *Multa ſcripturæ loca deſcribunt, tum ille multo clariſſime, qui in actis Apoſtolorum declarat (b) quod populus, qui ante baptizatus eſt in Samaria deſcendentibus ad eos Petro ac Joanne, ac manus eis imponentibus, accepit Spiritum Sanctum.*

Ut non ſoli evangelio ſed etiam traditioni credendum.

(b) Act. 8.

LXVII. Inſenſus fuit omnibus Chriſtifidelium ordinibus hæreſiarcha: non enim modo ſacerdotes vexavit, ac virgines & cœlibes inſectatus eſt; verum & matrimonio junctos, quibus aſſentari adeo eſt viſus, adortus, eorum conjugia profanare conatus eſt, ac ſacramenti dignitate inſignita negavit, quo ad violandam ſanctitatem ſacramenti, patrandaque adulteria eos impelleret, ut Luthero Henricus Rex qui poſtea in eoſdem dœmonis laqueos ſe induit, exprobrat: *Eccleſia credit eſſe ſacramentum, eccleſia credit a Deo inſtitutum, a Chriſto traditum, ab Apoſtolis traditum, a ſanctis patribus per manus deinceps pro ſacramento traditum ad nos perveniſſe, pro ſacramento per nos tradendum poſteris ad finem uſque ſæculi, pro Sacramento venerandum. Hoc eccleſia credit; & quod credit dicit, hoc inquam tibi dicit eadem Eccleſia, quæ tibi dicit evangeliſtas ſcripſiſſe evangelium, nam niſi Eccleſia diceret evangelium Joannis, Joannis eſſe, neſcires eſſe Joannis. Non enim adſediſti ſcribenti. Cur ergo non credis eccleſiæ cum dicit, hæc Chriſtum feciſſe, hæc ſacramenta inſtituiſſe, hæc Apoſtolos tradidiſſe; quemadmodum credis ei cum dicit, hæc evangeliſtam ſcripſiſſe?* Diſſolvit deinde Henricus Lutheri inanes argutias attulit & quinque graviſſima & firmiſſima argumenta ſacris oraculis & ſanctorum patrum authoritate corroborata, quorum illud præcipuum eſt, quod ex his Apoſtoli verbis (c) petitum eſt: *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & Eccleſia;* ſubditque. *Si Lutherus dicat non vocari ſacramentum niſi in Chriſto & eccleſia, revincetur etiam ipſis Apoſtoli verbis, ſi diligenter expendantur, vel a grammatico, nam cum Apoſtolus dicat:* Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & Eccleſia: *quod eſt illud ſacramentum, quod magnum eſt in Chriſto & Eccleſia, Chriſtus & Eccleſia non poteſt eſſe ſacramentum in Chriſto & Eccleſia, nemo enim ſic loquitur: neceſſe eſt igitur, ut id ſacramentum, quod dicit eſſe magnum in Chriſto & in Eccleſia, ſit illa conjunctio viri cum conjuge, de qua dixerat. Non aliud igitur dicit Apoſtolus quam hoc, id eſt illa conjunctio viri & mulieris magnum eſt ſacramentum in Chriſto & Eccleſia tanquam ſacrum ſignum in re ſacerrima, &c.*

Univerſis ordinibus infenſus. Lutherus conjugia laicorum etiam prophanare niſus.

Scripturæ auctoritas certa ob traditionem Eccleſiæ.

Ex Apoſtolo. (c) Epheſ. 5.

Defendit etiam cauſam ſacerdotum adverſus Lutherum idem Rex: atque ubi plura argumenta ex Mattheo, ex Paulo ad Timotheum, ex actis Apoſtolorum pro aſſerenda ſacerdotii dignitate cumulavit, ita hæreſiarchæ ſophiſmata confutat: *Si ideo nihil eſt ordo ſacerdotii, quia quilibet Chriſtianus eſt ſacerdos, eadem ratione ſequetur, ut nihil ſupra Saul habuerit Chriſtus; nam & de Saul dixit David (d):* Peccavi tangens chriſtum Domini: *nihil habuerit Chriſtus ſupra quemquam eorum de quibus dictum eſt (e):* Nolite tangere Chriſtos meos; *nihil denique ſupra quemquam Deus eorum omnium de quibus per Prophetam dixit ipſe (f):* Ego dixi dii eſtis & filii excelſi omnes: *poſtremo qua ratione Chriſtiani omnes ſacerdotes ſunt, eadem etiam ratione Reges ſunt; non enim ſolum dicitur:* Vos eſtis regale ſacerdotium, ſed etiam ſacerdotale regnum. *Sedulo conſiderandum eſt ſerpens iſte quid deſtinet, quem ego certe callidiorem puto, quam ut ullius eſſe momenti putet tam frivolum argumentum; ſed qui tantum ideo lambit, ut mordeat laicos, ideo tollit ſacerdotium, ut ſacerdotes redigat in claſſem laicorum; nam ſacramentum eſſe negat, & ritum tantum eſſe dicit eligendi concionatoris; nam qui non concionantur, nihil minus ait eſſe quam ſacerdotes; nec aliter ſacerdotes eſſe quam homo pictus eſt homo, contra Paulum Apoſtolum, qui ad Timotheum (g) ſcribens ait:* qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni ſunt, maxime qui laborant in verbo & doctrina. *Apoſtolus hoc manifeſte docet: quamquam ii præcipue duplici honore digni ſunt, qui cum presbyteri ſint, laborant in verbo & doctrina.* LXVIII.

Vana Lutheri argutia.

(d) 1. Reg. 24.

(e) Pſ. 100.

(f) Pſ. 81.

Eadem ratione ſunt Reges omnes Chriſtiani qua ſacerdotes.

(g) 1. Timoth. 5.

Denique adverſus ſacramentum extremæ unctionis debacchatus Lutherus eo LXIX.

petu-

Sacramentum extremæ unct. a Luth. ſublatum. Partem ſcripturæ negat cum totam non audeat cum Mahomete. (a) Henr. Rex in aſſertione ſacramenti extremæ unctionis.

petulantiæ proruperat, ut cum aperto oraculo Jacobi Apoſtoli convinceretur, effutierit Jacobi epiſtolam ſacris ſcripturis non annumerandam, ea ſcilicet impudentia & authoritate, qua Mahometes evangelia repudiavit, ſuumque alchoranum obtruſit, volueritque in diſcernendis ſacris ſcripturis Eccleſiam errare potuiſſe; in quem Rex (a): *Non alium*, ait, *obiiciam Luthero, quam Lutherum ipſum; neque enim Luthero quiſquam aut ſæpius ferme contradicit, aut validius quam Lutherus. Is igitur in ſacramento ordinis ait, Eccleſiam hoc habere datum, ut poſſit diſcernere verba Dei a verbis hominum; quomodo ergo nunc dicit epiſtolam apoſtolico ſpiritu indignam eſſe, quam Eccleſia, cujus judicium, ut ait, hac in re falli non poteſt, apoſtolico ſpiritu judicavit plenam?*

Conculcato Jacobo Apoſtolo, Lutherus converterat ſe ad deridendam Eccleſiam, quod ægros unctione extrema illitos non perſanet; in quem ſic Henricus: *Quod ait conſequi, ut ſi hæc unctio ſacramentum eſſet, Apoſtolus mentiretur, Lutherus ipſe mentitur; nam ſacramentum, quatenus ſacramentum eſt, non ſalutem promittit corporis, ſed animæ per ſigna corporea: alioqui Lutherus nihilominus eodem concludit mendacio non Apoſtolum ſolum, ſed etiam Chriſtum ipſum, quamquam unctio non eſſet ſacramentum; debent enim verba & promiſſiones etiam extra ſacramenta veraces eſſe. Igitur cum Apoſtolus dicat, ſanandum per unctionem & orationem eum, qui infirmus eſt, & Chriſtus, ſigna illa ſecutura credentes, ut ſuper ægros manus imponerent, & bene haberent; quis non videt hæc ſic interdum fieri, ut tamen non fiant ſemper; neque tamen falſos eſſe, qui promiſerunt.*

Cur non ſemper curentur ægri per extremam unctionem.

Pollicitus contra fuerat Lutherus omnes quotquot vellent, fieri poſſe immortales, *per orationem factam a bonis viris nihil hæſitante fide*; cujus ineptias Rex ita deriſit: *Demiror ſi vera dicit, ipſum non curare quoſcumque morientes, & quotidie auſcultamus rumores e Germania, qui referant reſuſcitatos etiam ſepultos; cum interim ſemper audimus, non modo ſanatum nullum, ſed etiam per illius quoſdam ſatellites occiſos, & crudeliter trucidatos ejus cauſa, bonos & innocentes ſacerdotes; ut exemplo doceret ordinem nihil eſſe*. Et infra.

Hæreſiarchæ immortalitatem promittentis deliramentum. Plures trucidavit Lutherus, curavit neminem.

LXX. *Aliquandiu miratus ſum cur Luthero diſpliceat epiſtola Jacobi, tamen ubi legi ſæpius & oculos intendi preſſius, deſii profecto mirari; nam ea ſcribit Apoſtolus, ut plane videri poſſit prophetico ſpiritu prænoviſſe Lutherum; ita virum undique pingit ad vivum: nam cum Lutherus fidei prætextu contemnat opera; Jacobus e diverſo diſputat ratione, ſcripturis, exemplis fidem ſine operibus mortuam eſſe. Præterea garrulam iſtam Lutheri petulantiam non uno loco verbis invadit acerrimis*: Si quis, *inquit* (b), putat ſe religioſum eſſe, non refrænans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, hujus vana eſt religio. *Accedit ad hæc quod in ſuam linguam Lutherus aptiſſime videt competere quod illic frendit legens*: Lingua (c) inquietum malum plena veneno mortifero; *denique ſentit in ſua dogmata veriſſime dici quæ de contentioſis in hunc modum ſcribit pluribus ibi verbis Apoſtolus* (d): Quis ſapiens & diſciplinatus inter vos oſtendat ex bona converſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ? quod ſi zelum amarum habetis, & contentiones ſint in cordibus veſtris nolite gloriari & mendaces eſſe adverſus veritatem; non eſt enim iſta ſapientia deſurſum deſcendens a Patre luminum, ſed terrena, animalis, diabolica, ubi enim zelus & contentio, ibi inconſtantia & omne pravum: quæ autem deſurſum eſt ſapientia primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuaſibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia, & fructibus bonis, judicans ſine ſimulatione: fructus autem juſtitiæ in pace ſeminatur facientibus pacem. *Hæc ſunt, lector, quæ Lutherum commovent, ut ei non placeat Apoſtolus; hæc inquam ſunt quibus Apoſtolus aperte Lutherum & Lutheri petulantiam, maledicentiam, impia & contentioſa dogmata, non ſecus ac ſi vidiſſet virum, & verba legiſſet; attingit, &c.*

Jacobus Lutheranam hæreſim prædixiſſe viſus. (b) Jacob. 1. (c) Jacob. 3. (d) Ibid.

Non placuit Luthero Apoſtolus a quo increpabatur.

Deſcripſit quoque graphice Lutheri inconſtantiam fraudeſque in diſputando, tum impudentiam in eludendis ſacris ſcripturis, atque ita concluſit. *Quid prodeſt amplius cum illo diſſerere, qui cæteris diſſentit omnibus & non conſentit ſibi; qui alibi quod negat alibi dicit; quod dicit, id rurſum negat? cui ſi fidem obiicias, ratione dimicat: ſi ratione, ferias prætendit fidem: ſi philoſophos alleges, appellat ſcripturam; ſi ſcripturam proponas, nugatur ſophiſmate: quem neque pudet quidquam, neque timet quemquam, neque legem putat tenere ſe ullam: qui veteres Eccleſiæ doctores contemnit, novos e ſublimi deridet: ſummum Eccleſiæ Pontificem inſectatur conviciis Eccleſiæ conſuetudines, dogmata, mores, leges, decreta, fidem, Eccleſiam denique ipſam adeo flocciſacit univerſam, ut nec eſſe fere fateatur ullam, niſi fors eccleſiam illam, quam facit ipſe duorum vel trium hæreticorum, quorum ſit ipſe caput, &c.* LXXI.

Lutheri inconſtantia.

Cum hoc libello Henricus Anglorum LXXII.

Rex

Rex miſit ad Pontificem haſce literas, quibus aſſerendæ religionis ſtudio ſe fuiſſe permotum ad ſcribendum profeſſus eſt, ac ſua ſcripta cenſuræ apoſtolicæ ſubjecit.

Sanctiſſimo domino noſtro domino Leonis X. Pontifici maximo Henricus Dei gratia Rex Angliæ, ac dominus Hiberniæ perpetuam felicitatem.

Anglus Rex ſua ſcripta pontificiæ authoritati ſubjicit.

Cum partim bellicis, partim aliis longe diverſis ſtudiis reipublicæ cauſa adoleſcentiam noſtram inſueverimus, miraturum te, beatiſſime pater, non dubitamus quod ejus nunc hominis partes nobis ſumpſerimus, qui omnem potius ætatem conſumpſiſſet in literis, ut gravem ſcilicet hæreſim pullulantem comprimamus. Sed deſinet opinor tua ſanctitudo mirari, poſtquam cauſas expenderis, quæ nos ſubegerunt, ut hoc ſcribendi onus [quamquam non ignari quam ſumus impares] ſubierimus: vidimus ſiquidem in meſſem Domini jacta zizaniæ ſemina, pullulare ſectas, hæreſes in fide ſuccreſcere, & tantam per orbem totum Chriſtianum ſeminatam diſcordiæ materiam, ut nemo, qui ſincera mente Chriſtianus ſit, hæc tanta mala tam late ſerpentia ferre diutius poſſit, quin & ſtudium cogatur & vires qualeſcumque poſſit, opponere. Mirum igitur videri non debet, ſi nos quoque, tametſi poteſtate non maximi, fide tamen ac voluntate nemini ſecundi, in opus tam pium, tam utile, tam neceſſarium, ut a nemine ferme poſſit abſque piaculo prætermitti, & noſtram erga tuam ſanctitatem obſervantiam, & erga religionem Chriſti ſtudium, & erga Dei cultum obſequium noſtrum declarare conſtituimus, maxime fidentes, etſi eruditio noſtra ſit tam exigua, ut propemodum nulla, gratiam tamen Dei ſic cooperaturam nobiſcum, ut quod doctrina nequivimus perficere, id ipſe pro ſua benignitate ſummaque potentia plenius abſolvat, ac noſtram in literis imbecillitatem ſuo vigore ſuppleat; quamquam in literis quoque præſertim ſacris etſi certo ſciamus nuſquam non eſſe multos, qui hoc ſcribendi munus & obire commodius & præſtare potuiſſent uberius; tamen non uſque adeo rudes ſumus, ut in communi cauſa dedeceat nos quoque pro noſtra virili, calamo quid poſſemus quantulum id cumque fuerit, experiri: poſtquam enim in adminiſtranda republica maximam ſemper vim maximumque momentum religionem habere multo uſu advertimus, ut primum maturiores annos attigimus, cœpimus ejus contemplationi nonnihil ſtudii impendere: plurimum profecto poſtquam cœpimus in eo delectari, conſecuti; tamen nos non latet quam exiguum tantum, ut ſperamus quantum adjuvantibus præſertim, vel potius inſtigantibus iis, quæ vel admodum rudem abunde reddere inſtructum poſſent pietate ſcilicet & læſæ religionis dolore ad Lutherianæ hæreſis fraudes rationibus detegendas. Sit ſatis itaque, etiam hac fiducia rem tentavimus, & quæ in ea meditati ſumus ſanctitati tuæ dedicavimus, ut ſub tuo nomine qui Chriſti vicem in terris geris, publicum judicium ſubeant; ſic enim nobis perſuaſimus cum ut ea hæreſis aliquandiu inter Chriſtianos graſſata graviſſimæ ſaluberrimæque ſententiæ tuæ vi, e manibus hominum ſit excuſſa, ſi quid ejus in pectoribus vel captione aliqua deceptis vel blandis pollicitationibus ineſcatis adhuc reſedit, id eſſe juſtis rationibus evimendum; ſic enim futurum ut quam duci, quam trahi ſe ingenia libentius patiantur, non deſit his mitioris quoque remedii ratio, in qua promoverimus, ne nos quidquam an non beatitudinis tuæ judicium erit; cujus etiam arbitrio, ſi quid eſt a nobis erratum, corrigendum offerimus.

Hunc librum Pontifici Cardinalium LXXIII.
corona cincto orator Anglus detulit, quem magno applauſu & gratulatione acceptum, refert Paris de Graſſis (a): *Cum orator*, ſcilicet Angliæ, *multa dixiſſet deteſtando concluſiones ipſius Martini, Papa elegantiſſimo breviloquio reſpondit, ſe munus acceptare non ab ipſo Rege ſed a Deo tranſmiſſum; & in hoc laudavit non ſolum Regem, ſed admiratus eſt ut dixit ejus ingenium: quare egit gratias Deo ſimul cum Cardinalibus pro tanto bono opere, & obtulit ſe pro ſimilibus caſibus & cauſis Regi & regno promptiſſimum futurum. Et in fine ille obtulit librum Papæ, quem prius debuerat obtuliſſe, & Papa cum magna hilaritate recepit, & conſervandum ſuis aſſignavit.*

(a) *Paris to. 4. mſ. archiv. Vat. pag. 382.*

Porrectus Pontifici liber Regis Angli adverſus Lutherum.

Tam gratum accidit Leoni id munus LXXIV.
Henrici Regis, ut non modo illum laudibus celebrarit, verum etiam defenſoris Eccleſiæ titulo decoraverit, quem veluti perpetuum & immortale regiæ gloriæ monumentum in ejus poſteros transfundendum conſtituit (b): *Nos*, inquit, *qui Petri, quem Chriſtus in cælum aſcenſurus vicarium ſuum in terris reliquit, & cui curam gregis ſui commiſit, veri ſucceſſores ſumus, & in hac ſancta ſede, a qua omnes dignitates & tituli emanant, ſedemus, habita cum fratribus noſtris matura deliberatione, de eorum unanimi conſilio & aſſenſu, majeſtati tuæ titulum hunc videlicet, fidei defenſorem, donare decrevimus, prout te tali titulo per præſentes inſignivimus, mandantes omnibus Chriſtifidelibus, ut majeſtatem tuam hoc titulo*

(b) *Ext. in bullar. to. 1. in Leon. X. conſt. 45.*

tulo nominent: & cum ad eam ſcribent poſt dictionem Regi, adjungant, fidei defenſori. Et profecto hujus tituli excellentia & dignitate & ſingularibus meritis tuis diligenter perpenſis & conſideratis nullum neque dignius, neque majeſtati tuæ convenientius nomen excogitare potuiſſemus, quod quoties audies aut leges, toties propriæ virtutis optimique meriti tui recordaberis, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MD-XXI. v. idus octobris pontificatus noſtri anno IX. [1] Vulgato per Germaniam Henrici libro, Lutherus ira furens tot convitia cum regiæ dignitatis contemptu fudit, ut tantæ audaciæ ac maledicentiæ illius quoque ſocios puduerit: qua de re proximo anno dicetur.

Fidei defenſoris titulus datus Henrico Regi.

Lutherus furore in Anglum efferatur.

LXXV. Interea humani generis hoſte ſuadente principum animi, qui ad reprimendam hanc belluam, atque ad Imperatoris Turcarum Solimanni (cujus Lutherus adeo ſtudioſus erat, ut Chriſtianæ religionis excidium nihili ducens, fideles in eum conſurgentes admirabundus compellaret (a): *Quid mali fecit Turca?*) frangendos impetus conjunctiſſimi eſſe debuiſſent, ſimultates inter ſeſe gerebant, ac bellum, quod pluribus annis Chriſtianam rempublicam depaſtum eſt, acrius accenderunt: ex quo hæreſis latius diffundendæ Luthero & Solimanno invadendæ Pannoniæ proferendæque tyrannidis occaſio data eſt. Tantorum malorum cauſam alii aliam fuiſſe dicunt: inter quos Franciſcus Guicciardinus (b), qui principum mentes pro libito ſuo frequenter interpretati conſuevit, parumque erga Romanos Pontifices æquus in Leonem culpam conjicit, conſtat tamen Franciſcum Regem Francorum Navarricum & Neapolitanum regna Carolo Cæſari, Cæſarem vero Mediolanenſem principatum ac Burgundiæ ducatum Franciſco eripere meditatos; neque adduci a Leone potuiſſe, ut ampliora regna fidei hoſtibus majori cum laude & compendio eriperent.

Pro Turcis declamat. Ex civilibus bellis Lutherana hæreſis aucta.

(a) *Luth. in lib. adv. Bullam cœnæ Domini.*

(b) *Guicciard. lib. 14. Ferro. l. 5.*

Mutua Hiſpaniæ & Gall. Regum invidia malorum cauſa.

LXXVI. De his diſſidiis hæc tradit Belcairus (c) epiſcopus Metenſis: *Pleræque inter eos bellorum cauſæ intercedebant. Neapolitanum regnum ſibi vendicabat Franciſcus, & præter jus quemadmodum & Navarricum a Carolo poſſideri indignabatur; jam enim Albreti in integrum reſtituendi ſpem abjecerat, ſeque ſpecioſis promiſſis eluſum videbat. Centum nummorum aureorum millia Noviodunenſi fœdere promiſſa quotannis ægre Carolus dependebat, ſeque eo ut Hiſpanicorum regnorum poſſeſſionem adiret quadam neceſſitate adductum querebatur. Accedebat Geldubenſis ſive Sicambrorum regulus, a Ludovico XII. deinde a Franciſco in clientelam receptus Flandricarum provinciarum ex profeſſo hoſtis, qui occaſionem bello unus præbiturus videbatur. Inprimis autem Caroli animum angebat Burgundia major a Ludovico XI. poſt Caroli Burgundi mortem occupata.*

(c) *Belcair. l. 16. n. 14.*

Odiorum inter Reges cauſæ.

Interjectis nonnullis ſubdit author (d): *Suas vires invicem metientes in apertum bellum erumpere ſubtimebant. Et Henricus Angliæ Rex tametſi initio ad Cæſarem magis inclinabat, tamen ſe mutuæ inter utrumque amicitiæ interpretem, atque adeo arbitrum eſſe gloriabatur, &c.* Queritur ſubinde Leonem, qui Parmam ac Placentiam a Julio ditioni pontificiæ reſtitutas, ſibique ereptas a Franciſco Rege ægre ferebat, metuebatque ne Gallus & Hiſpanus concordes Italiam inter ſe partirentur, ex eorum principum diſſenſione augendarum rerum ſuarum confirmandique pontificii imperii occaſionem captaſſe, atque cum utroque de ſocietate clam egiſſe; ſed arctius cum Franciſco Rege, cum nimiam Caroli potentiam formidaret, ac ſex millia Helvetiorum Antonii Pucci Piſtorienſis epiſcopi internuntii opera in Picenum exciviſſe tum ſubdit.

(d) *Id. ibid. n. 21. & 22.*

Jam inter ipſum Franciſcumque Regem de invadendo regno Neapolitano, pro tuendo ſcilicet jure pontificio, nec enim adhuc publico diplomate conjungendi cum Neapolitano regno imperii poteſtatem fecerat Cæſari, *pertractabatur ea conditione, ut Caieta & quidquid inter Lirim fluvium pontificiamque ditionem continetur, Leoni, cæterum regnum alteri Franciſci filio acquireretur: cujus quod tenellus adhuc, atque infans eſſet, curam & quodammodo tutelam legatus pontificius Neapoli reſidens ſuſciperet, regnumque donec*

LXXVII. Inter Gallum & Leonem de regno Neap. Hiſpanis eripiendo actum.

NOTÆ [1] Quamquam hoc demum anno Henricus defenſoris fidei titulum illuſtrem obtinuit: diu tamen ante hunc ſibi illum expetierat a pontifice. Cardinalis enim Volſeus in epiſtola, quæ prima eſt ejuſdem inter vulgatas a PP. Martene, & Durand collect. veter. monum. to. 3. col. 1274. quæque ſignat annum 1516. diem XXII. maii ea de re ita ſcribit ad Silveſtrum Vigornienſem epiſcopum, Romæ apud pontificem agentem: *Regia etiam majeſtas ægre fert, quod de titulo defenſoris ſancta fidei nihil adhuc acceperit, quaſi ejus ſanctitas in ea re timuerit Gallos offendere.* Id ſibi dari ideo forte poſcebat Anglus æmulatione quadam Gallorum, qui titulum Chriſtianiſſimi regi ſuo jam olim obtinuerant. MANSI

nec is ad pubertatem perveniſſet admini-ſtraret. Additum præterea, ut Leoni Franciſcus adverſus Romani pontificatus clientes, ſi quando uſus poſceret opem ferret. Et infra (*a*): *Legatum ad Leonem quid de Neapolitana expeditione ſtatuiſſet rogaturum miſit: ille tormentorum, equitum, peditumque numerum ei expeditioni neceſſarium ad Regem deſcriptum remiſit, utque intra alterum & vigeſimum diem reſponſum acciperet, fœduſque ratum haberetur inter Leonem Franciſcique legatos convenit.* Hæc Belcairus, qui ſubjungit (*b*) mox regios ſenatores ſuſpicionem moviſſe, ne Franciſcus amicitiæ ſpecie a Leone proderetur; adeo ut ille conſtituta die non reſponderit: ac jam Leonem, metuentem ne Gallus agitata conſilia patefaceret, ſeque adverſus ipſum Cæſari conjungeret, amicitiæ fœdus cum eodem Cæſare ad illum Mediolanenſi principatu, reſtituto Franciſco Sfortia, depellendum, confirmaſſe (*c*): tum provocatum injuria Lautrechii & Medardi Tarbellenſis epiſcopi, qui pontificia diplomata non ſine contumelioſa verborum licentia in Mediolanenſi ditione repudiabant. De Henrico vero Rege, ut imminens bellum conatus ſit ſedare, hæc narrar Belcairus: (*d*) *Id temporis legatum in Galliam Henricus Angliæ Rex miſit, hortatus Franciſcum ne temere in bellum adverſus Cæſarem irrumperet: ſi quid inter illos controverſiæ ſubeſſet, ſe componendæ interpretem fore pollicitus, ac primum de Viritone circumſeſſo verba fecit Franciſcus Roberto Merchiano, & obſidionem ſolvere præcepit.* Et infra: *Robertus* XI. *kal. aprilis exercitum dimiſit: Cæſar non ſatisfecerat; neque enim paternum Henrico Alebreto regnum Navarræ reſtituerat, neque penſionem annuam regni Neapolitani nomine dependendam aliquot annis exolverat, quamquam a Franciſco ut ſatisfaceret ſæpius rogatus. Id Anglo per Mompeſatium virum nobilem ſignificavit.* Inſtituiſſe Anglum, ut novum fœdus inter Cæſarem ac Regem ſanciretur addit author; ſed Franciſcum non aſſenſiſſe, cum clandeſtina illa conſilia de Neapoli invadenda, quæ mox fracta ſunt, adhuc agitaret.

(*a*) *Ib. n.* 25.

(*b*) *Id. ib. & Guicc. l.* 14.

(*c*) *Belcair. l.* 16. *n.* 26.

Conjungit ſe Leo Hiſpano adverſus Gallum injuria provocatus.

(*d*) *Id. ib. n.* 25.

Anglus ſe concordiæ interpretem offert.

LXXVIII. Non defuere novæ cauſæ, quæ Leonis animum a Gallica amicitia avertere, nam præter Parmam ac Placentiam in Romani pontificatus ditionem redigendas, pendendumque de integro regni Neapolitani vectigal & penſionem annuam decem millium aureorum Julio Cardinali Medici a Carolo attributam, Galli avaritia occœcati jus pontificium in Inſubria temere violarunt: quod Ferronius (*e*) ſubticere non potuit: *Obtendebat Leo Pontifex*, inquit author, *præfecturarum eccleſiaſticarum proventus in Mediolanenſi ditione occupari a Gallis irritis pontificiis codicillis, idque Manaldi Tarbellorum pontificis improbi & ignari hominis temeritate: cujus conſilia, ut & ſancti Stephani Lautrecus pro oraculis ſectabatur. Hæc clam addebat etiam multa, Gallos arroganter præjudicare, revocareque ad ſuum arbitrium oppreſſa pontificia majeſtate & dignitate.* Conſentiunt aliarum gentium hiſtorici (*f*), exaſperatum a Gallis Leonis animum, cum Apoſtolicæ ſedis dicta ſpernerentur in Inſubria, urgeretur Pontifex æque minis ac precibus a Franciſco, ut Bentivolos reſtitueret Bononiæ, atque Hadriano Ambaſio Cardinali legationis in Galliis munus, quod jam in biennium protulerat, in plures annos confirmaret: quod eum Romanæ curiæ turpe & perniciale fore reſponſum eſſet, tantam poteſtatem cuiquam per tot annos dari, Rex per internuntium pontificium in Gallica aula agentem nuntiari juſſiſſet, Leoni, niſi id obtineret, ulciſcendi occaſionem minime ſibi defuturam: atque ita Gallo illius amicitiam detrectante, Cæſarem eam appetentem non negligendum duxiſſe: auxiſſe etiam veterum ſimultatum ſemina, cum a Gallo aliquot ante annis Franciſcum Mariam Robureum ad invadendam eccleſiaſticam ditionem immiſſum interpretaretur. Hæc a Franciſco Francorum Rege Leonem abalienarunt.

(*e*) *Ferron. lib.* 4.

Galliæ Regis adminiſtrorum temeritas inſignis.

(*f*) *Continuator Sabell. hoc anno Guicc. l.* 14. *Polyd. Virgil. l.* 27.

Quibus de cauſis Leo averſus ſit a Gallo.

LXXIX. Pepigit itaque Pontifex cum Cæſare fœdus; cujus leges deſcribit Belcairus, ut Medicei ac Florentini clientela cæſarea foverentur, Franciſcus Sfortia exul in ducatum Mediolanenſem induceretur: conjungeret arma Cæſar ad Ferrarienſem gradu deiiciendum: penſio annua pro Neapolitano regno conjungendo imperio a Cæſare ſolveretur: Juliano Cardinali & Alexandro Medicibus annua vectigalia attribuerentur. Ubi vero hanc ſocietatem Ciurianus reſcivit in Wormatienſi conventu, dolore imminentium malorum victus obiit: *Hic*, inquit Belcarius (*g*), *atque Arcturus Gouſſerius Boeſius ſummus regiæ aulæ magiſter Cæſarem ac Gallum amicitia affinitatibuſque conjungere, atque in perpetua pace continere decreverant: quod ſi perfeciſſent, univerſum Chriſtianiſmum in eadem pace conſervaſſent, & recuperandorum quæ Turcæ non ita dudum invaſerant regnorum provinciarumque magnam occaſionem prabuiſſent.*

(*g*) *Ext. ejus lit. apud Delgaſt. to.* 1. *Pag.* 479.

LXXX. Objecit poſtea Carolus V. Clementi VII. illum privati commodi illecebra authorem extitiſſe hujus ſocietatis, a qua tamen parto pontificatu reſilierit, quamvis ipſe Cæſar ajus beneficio ſibi Neapolita-

Cardinalis Medices author hujus fœderis.

Permiſſum Cæſari ut cum imperio conjungat regnum Neapol.

litanum regnum aſſeruiſſet. Solutum porro Carolum veteribus legibus, ut Neapolitanum regnum & imperium conjuncta retineret, imperata tamen auctiori pro Neapolitano regno annua penſione, refert Ferronius (*a*), extantque pontificia diplomata hoc anno edita, quibus ſingulæ fœderis pactiones deſcriptæ ſunt, ut nimirum Carolus duas triremes egregie inſtructas ad Tyrrhenum mare piratis infidelibus repurgandum ſeptem anni menſibus teneret: penderet annuum ſeptem millium aureorum ducalium cenſuum una cum equo nivei coloris offerendo: commeatus certo numero ex regno educi, addita vectigalis immunitate permitteret, reos ſcelerum in regnum refugientes traderet, fidem Pontifici ſolemni ritu præſtaret: præterea conventa ante adeptum imperium facta confirmata fuerunt, ac vectigalia quæ a Ferdinando perſoluta Alexandro VI. & Julio II. non fuerant, Leoni numerata: approbata denique ab Romana eccleſia novi Cæſaris creatio, ac perjurii nota ob nuncupatum de non affectando imperio ſacramentum abolita, ut ex hoc inſigni diplomate patebit (*b*).

(*a*) *Ferron. lib.* 5.

(*b*) *Ext. inter ſchedas Card. Baron.*

Leo epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad futuram rei memoriam.

LXXXI. *Dudum magnis & urgentibus cauſis, magnaque & matura diſpenſatione, & deliberatione præcedentibus, & præhabitis, emanarunt a nobis literæ continentes nonnulla capitula pro reipublicæ Chriſtianæ pace, & quiete ac hujus ſanctæ ſedis honore, & utilitate cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Romanorum, & Hiſpaniarum Rege Catholico in Imperatorem electo inita, ac diſpenſationem, ut quoad vixerit, imperium regere, & regnum Siciliæ citra pharum cum imperio, & regno Romanorum retinere valeat. Hinc eſt, quod nos tenore quorumdam capitulorum inter nos, & dilectum filium nobilem virum Joannem Emmanuel chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Romanorum & Hiſpaniarum Regis Catholici in Imperatorem electi apud nos, & ſedem Apoſtolicam oratorem, ipſius Caroli Regis nomine initorum, & de quibus dilectus filius Joannes Matthæus Giberius clericus noſter & cancellariæ apoſtolicæ notarius rogatus fuit, & quæ noſtri, & ipſius Joannis Emmanuel oratoris manibus propriis ſubſcripta fuerunt, & quarumdam aliarum literarum diſpenſationis eidem Carolo Regi conceſſarum cum originalibus concordatorum, & auſcultatorum de verbo ad verbum, & præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt.*

LXXXII *In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, glorioſæ Virginis Mariæ matris, & beatorum Petri & Pauli, ac beati Jacobi regnorum Hiſpaniarum patroni, totiuſque cæleſtis curiæ triumphantis, &c. Cum itaque ſit, quod in inveſtitura regni Siciliæ citra pharum caveatur expreſſe, ne qui ejus regni Rex erit, quoquo modo procuraret eligi, vel nominari in Imperatorem vel Regem Romanorum, aut Theutoniæ, vel dominum Lombardiæ, aut Tuſciæ, & manifeſte ſe intromitteret, ſine expreſſo Romani Pontificis mandato, eo ipſo a jure regni hujuſmodi Siciliæ citra pharum cederet ex toto; & sereniſſimus Carolus Hiſpaniarum Rex Catholicus, ad quem jure hereditario dictum regnum pervenit, de obſervandis omnibus in eadem inveſtitura contentis cum ſereniſſima Regina matre ejus per certum procuratorem ſuum legitimum fidelitatis debitæ ratione feudi hujuſmodi, ac obſervantiæ juramentum præſtiteris; cumque tamen exinde una cum electorum decreto in Romanorum Regem, futurumque Imperatorem electus fueris, ſanctiſſimuſque dominus noſter Leo divina providentia ſacroſanctæ univerſalis Eccleſiæ ſummus Pontifex decimus, tum ut reipublicæ Chriſtianæ commodo conſuleret, tum ut dictum ſereniſſimum Carolum Regem, ſuoſque in dicto regno Siciliæ citra pharum, heredes & ſucceſſores in eodem regno ſtabiliori fundamento firmare, ac ipſius regni ſecuritati conſulere, & propterea prædictum Carolum Regem a quibuſvis perjurii reatu, cenſuris, & pœnis, ſi quas forſan incurrerit, abſolvere, juramentumque prædictum relaxare, ut electioni de perſona, ut præmittitur, factæ abſque alicujus cenſuræ pœna, & regni Siciliæ hujuſmodi amiſſione conſentire, & Romanorum Regem, electumque Imperatorem nominare, & imperium regere & regnum Siciliæ prædictum, cum imperio, ac Romanorum regno retinere valeat, licentiam & facultatem concedere, eumque ad præmiſſa habilitare, & perſonam ſuam ad hujuſmodi electionem approbare, & legitimum fore declarare, majeſtaſque ſua propter hujuſce beneficii magnitudinem ſuæ ſanctitati infra ſua ſponte offerre propoſuerit; quapropter ut omnia firmius obſerventur, prædictus S. D. N. per ſeipſum, ac pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis Romanis Pontificibus canonice intrantibus, ac Romana eccleſia ex una, & ſereniſſimus Carolus Rex prædictus, etiam pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis in dictum regnum Siciliæ citra pharum, heredibus & ſucceſſoribus ſuis, in dictum regnum Siciliæ citra pharum heredibus & ſucceſſoribus ſuis, per illuſtrem virum dominum Joannem Aurivel-*

Sacramento ſe obſtrinxerat Carolus Rex imperium non conjunctorum cum regno Neapol.

Solvitur a Leone ſacramenti religione ac cenſuris.

leris

leris equitem ſuæ maieſtatis apud eumdem ſanctiſſimum dominum noſtrum & ſedem Apoſtolicam oratorem, procuratoremque ſpecialem, & ad infraſcripta generalem prout conſtat patentibus literis ipſius Caroli Regis per venerabilem virum dominum Joannem Matthæum Gibertum cancellariæ apoſtolicæ notarium viſis & lectis, ac in ejuſdem ſanctiſſimi domini noſtri manibus remanentibus en altera partibus ad infraſcriptas concordias deventum eſt.

LXXXIII. *Primo namque ſanctiſſimus dominus noſter pro ſe & ſucceſſoribus ſuis Romanis Pontificibus canonice intrantibus, ac ſancta Romana eccleſia ipſum Carolum Regem a periurii reatu, cenſuris, & pœnis [ſi quas forſan propterea que per ipſum circa electionem de perſona ſua factam huiuſmodi acta, ſeu procurata fuiſſent, incurriſſet) abſolvit, & abſolutum nunciavit, juramentumque per eum præſtitum, quoad hoc dumtaxat maieſtati ſuæ relaxavit, ut electionem de perſona ſua factam, ut præmittitur, abſque alicujus cenſuræ pœna, & labe, ac periurii reatus reſperſione, ac regni Siciliæ citra pharum huiuſmodi amiſſione, conſentire, necnon Romanorum Regis electique Imperatoris titulis uti, & ſe Romanorum Regem, ac Imperatorem nominare, & quoad vixerit imperium regere & regnum Siciliæ huiuſmodi cum imperio, & Romano regno prædictis retinere; dummodo maieſtas ſua alia, quæ in literis conceſſionis feudi regni Siciliæ ciera pharum hujuſmodi continentur, a quibus per Apoſtolicam ſedem diſpenſatio, ſeu remiſſio facta non appareret ſub pœnis in eiſdem literis contentis quoad vixerit inviolabiliter obſervare teneatur, libere & licite valeat, maieſtati ſuæ licentiam, & facultatem conceſſit, illumque ad præmiſſa, ſi expedierit, habilitavit, perſonam ſuum ad huiuſmodi electionem, approbando, & legitimam fore declarando, prout in literis apoſtolicis eidem Carolo Regi per nos conceſſis, quarum tenor præſentibus de verbo ad verbum eſt inſertus; ac etiam dictum regnum Siciliæ citra pharum, eiſdem modo & forma, quibus per felicis recordationis Julium Papam ſecundum illud claræ memoriæ Ferdinando Regi avo ſuo, & ſubditis, quæ tamen per ſedem Apoſtolicam non apparerent remiſſæ, & infraſcriptis conditionibus implendum de novo conceſſit, & ideo etiam ipſum inveſtivit. Joannes vero procurator ſicut præfertur, conſtitutus & deputatus procuratorio nomine promiſit, & eumdem Carolum Regem, & omnes regnum ipſum Siciliæ, tam vigore conceſſionis per prædictum Julium Papam, quam eumdem ſanctiſſimum dominum noſtrum eidem Carolo Regi pro tempore obtinentes obligavit & obligat, quod ipſi teneantur inviolabiliter obſervare, & implere omnia alia in literis contenta, ſuper quibus de diſpenſatione, aut illorum remiſſione per ſedem Apoſtolicam facta non conſtaret, ſeu appareret, infraſcriptas conditiones ſub pœnis in eiſdem literis Julii Papæ contentis.*

Sublata periurii pœna.

Jus fiduciarium regni Neapol. denuo illi traditum.

LXXXIV. *Item obligavit & obligat ipſum Carolum Regem, quod ipſe teneatur ad ſuæ ſanctitatis, & ſucceſſorum ſuorum inſtantiam paratas habere eius expenſis duas triremes armatas, & munitas ſeptem anni menſibus a kal. aprilis uſque ad finem octobris, pro tuitione maris Tyrrheni, & aliorum locorum, & rerum Eccleſiæ tutela, ac defenſione, tam contra infideles, quam quoſcunque invaſores Eccleſiæ, loca, & terras moleſtantes, niſi Reu ipſe juſto diſtraheretur impedimento, quo caſu non cenſeatur huic capitulationi contravenire. Item ſimili modo obligavit, & obligat eundem Carolum Regem, & regnum ipſum Siciliæ citra pharum pro tempore obtinentes, quod ipſi pro recognitione veri, & directi domini teneantur ſolvere ſingulis annis in perpetuum cameræ apoſtolicæ ſeptem millia ducatorum auri de camera in feſto ejuſdem beati Petri, ultra ſolitum cenſum parafreni albi.*

Obſtringit ſe Carolus ad duas triremes inſtructas tenendas.

Ad ſolvenda annua ſeptem millia aureorum.

LXXXV. *Item obligavit, & obligat eundem Carolum Regem, quod ipſe permittere teneatur, ſanctitatem ſuam, & Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, decem millia rubra grani penuriarum tempore, dummodo ſubditis regnorum Siciliæ citra & ultra pharum granum ſufficiens remaneat, extrahere abſque juris tractæ ſolutione, necnon ex quibuſque granis & victualibus pro uſu palatii apoſtolici; ſanctæ vero Romanæ eccleſiæ Cardinales pro domorum, ſeu familiarum ſuarum neceſſitate dumtaxat ex fructibus eccleſiarum, & beneficiorum ſuorum in dictis regnis conſiſtentium educere, & exportare. Item obligavit & obligat dictum Carolum Regem & regnum ipſum Siciliæ ciera pharum pro tempore obtinentes, quod ipſi ad ſuæ ſanctitatis & cameræ apoſtolicæ requiſitionem delinquentes in dicta eccleſia mediate, vel immediate ſubjectis ad dictum regnum Siciliæ citra pharum, & illius civitates, terras, & loca conſugientes capi, & ad urbem, vel alium locum remitti faciant, dummodo ſanctitas ſua, & ſucceſſores ſui Romani Pontifices, ac dicta camera ad ipſius Caroli Regis, & officialium ſuorum requiſitionem delinquentes in terris & locis, & ad terras & loca Eccleſiæ conſugientes pariter remittant. Item obligavit & obli-*

Ad ſuppeditandum commeatum juſto pretio.

Ad ſontes qui aufugerint in regnum Neapol. reſtituendos.

Ad præſtandam Pontifici ſponſionem.

obligat ipſum Carolum Regem, quod ipſe teneatur præſtare homagium, & fidelitatis juramentum ratione novæ conceſſionis dicti feudi.

LXXXVI. Redintegratum fœdus antea initum.

Item ipſius Caroli Romanorum Regis electi & futuri Imperatoris nomine, & pro eo & ſub nomine Romani Regis, & in Imperatorem electi ligam, & fœdus inter majeſtatem ſuam ante electionem in Romanorum Regem, ac eandem ſanctitatem ſuam initam, & omnia capitula inuis contenta approbavit, & confirmavit, approbat, & confirmat modis, & formis in eis contentis. Quæ omnia, & ſingula ſupra & infra ſcripta ipſe S. D. N. pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, ac ſancta Romana eccleſia in verbo Romani Pontificis, & prædictus Joannes procurator in hac parte ipſius Caroli Regis per juramentum ejus, tactis per eum ob hoc corporaliter ſcripturis ſacroſanctis rata, grata, & firma habere, & tenere, obſervare, & obſervari facere, & adimplere effectualiter, & in totum, & non contrafacere, dicere, opponere, vel venire per ſe, vel alium, ſeu alios modo aliquo, vel ingenio directe vel indirecte, tacite vel expreſſe, de jure, vel de facto, aut alio quovis quaſito colore, vel ingenio, in judicio, vel extra.

Pro quibus omnibus, & ſingulis firmiter obſervandis, & adimplendis prædictus S. D. N. nomine ſuo, & ſucceſſorum, ac Romanæ eccleſiæ, omnia & ſingula jura, & bona ad dictam cameram apoſtolicam pertinentia; & præfatus Joannes procurator nomine quo ſupra, & utraque earum partium invicem, & viciſſim nominibus antedictis omnia & ſingula ipſius S. D. N. & ſucceſſurum, ac Romanæ eccleſiæ, & dominii conſtituentis bona mobilia & immobilia ſtatus, regna, & dominia præſentia & futura, ac etiam ſubditos, & bona ſubditorum, & cujuslibet eorum: ac etiam procurator ipſe ipſum Carolum Regem ad obſervandum omnia & ſingula ſupradicta ac regnum ipſum Siciliæ citra pharum pro tempore obtinentes hujuſmodi, præſertim ſolutionem cenſus ſeptem millium ducatorum auri ratione novæ conceſſionis feudi

Objecta pœna ſi promiſſis defuerit.

dicti regni de novo impoſiti; ita quod nulli liceat allegare, quod non licuerit eidem Carolo Regi dictum cenſum ſeptem millium ducatorum de novo imponere, ex quo non ſibi, ſed Ferdinando Regi avo ejus, conceſſio dicti feudi facta fuerit; & in eventum, quod id allegarent, aut præmiſſa non obſervarent, caderent ab omni jure ſuo, dictumque Siciliæ regnum, citra pharum ad Romanum Pontificem, ac Romanam eccleſiam hujuſmodi libere reverteretur; & admittendam ratificationem omnium præmiſſorum per publicum inſtrumentum cum præſentis capitulationis inſertione ſolemniter obligarunt. In quorum omnium & ſingulorum fidem, & teſtimonium, ipſæ ambæ partes prædictæ fieri fecerunt duo ejuſdem tenoris ſcripta ſuis propriis manibus ſubſcripta, & ſignata, pro qualibet parte unum inſtrumentum capitularis hujuſmodi debeat inſeri in bulla ſub plumbo expedienda, quæ habet vim novæ conceſſionis feudi hujuſmodi. Ita promittimus L. & ego Joannes Manuel orator. Adjecta ſunt teſtium nomina. Acta fuerunt hæc in

Quo tempore hæc conventa ſint.

dicto palatio apoſtolico, anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo, die vero tertia menſis junii, pontificatus S. D. N. Leonis divina providentia Papæ X. anno nono. Tenor vero ſupraſcriptæ bullæ diſpenſationis ſequitur, & eſt talis.

Leo epiſcopus ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Carolo Romanorum & Hiſpaniarum & utriuſque Siciliæ Regi Catholico in Imperatorem electo ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

LXXXVII. Confirmatæ a Leone pactiones.

Cum in mentis noſtræ arcano diligenti conſideratione perpendimus ſingularem fidei conſtantiam & integritatem, ac eximiæ devotionis affectum, quibus in noſtro conſpectu ſemper claruiſti, & in dies magis clares; dignum profecto ſed potius debitum reputamus, ut tua humilia vota, ac ea præſertim, per quæ univerſæ Chriſtianæ reipublicæ utilitati non minus quam propriæ animæ tuæ ſaluti conſulitur, ad exauditionis gratiam benigne & favorabiliter admittamus. Sane dilectus filius nobilis vir Joannes Emmanuel tuus ad nos, & ſedem Apoſtolicam orator, pro parte tua nobis nuper expoſuit, quod licet felicis recordationis Julius Papa ſecundus prædeceſſor noſter regnum Siciliæ, & Jeruſalem, cum tota terra citra pharum, claræ memoriæ Ferdinando Catholico Regi pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis in regno Aragoniæ heredibus & ſucceſſoribus tam maſculis, quam fœminis, & natu majores minoribus in eodem regno præferrentur: ac inter alia voluerit jurejurando affirmari, quod tam ipſe Ferdinandus Rex, quam ejus in præfato regno heredes & ſucceſſores nequaquam procurarent eligi, vel nominari in Imperatorem, vel Regem Romanorum, aut Theutoniæ, vel dominum Lombardiæ, ſeu Tuſciæ, dictique electi, & nominati nequaquam præſtare aſſenſum; verum ſi poſt talem electionem de imperio, ſeu Romanorum regno, dominio Lombardiæ, aut Tuſciæ, manifeſte ſe intromitterent, ſine expreſſo Romani Pontificis mandato, eo ipſo a jure Siciliæ citra pharum hujuſmodi caderent ex toto, majeſtaſque tua dicto Ferdinando avo tuo materno vita functo, velut illius in eodem

regnu

regno, maxime citra pharum heres, & ſucceſſor, cum dilecta in Chriſto filia Joanna Regina matre tua, per dilectum filium Hieronymum Vich, utriuſque majeſtatis tuæ oratorem, & procuratorem legitimum fidelitatis debitæ ratione feudi hujuſmodi regni Siciliæ citra pharum, juramentum præſtiterit, & ut omnia legi inveſtituræ adjecta inviolabiliter obſervarentur proprio juramento promiſerit.

LXXXVIII. *Dum vixit Maximilianus multa egit ut Carolus eligeretur.*

Quia tamen inclytæ memoriæ Maximilianus in Imperatorem electus avus tuus paternus, dum in humanis ageret, cupiens majeſtatem tuam in Imperatorem ſeu Romanorum Regem eligi, cum Regem eligerent, & nominarent, ipſoque Maximiliano vita functo majeſtas tua, ut electoribus ipſis libera eligendi facultas pateret, ſi quod obligationis vinculum iis ſubeſſet, ſponte, ut per ſuas patentes literas relaxavit, eoſdem electores ab iis omnibus, quæ dictus Maximilianus ceperat, penitus quietando, & liberando, & omnino liberos & immunes a quovis obligationis nexu decernendo: verum cum cerneres, & mente revolveres ſumma conjectura Chriſtianorum quieti, & tranquillitati catholicæ religionis conſervationi & augumento, & univerſæ reipublicæ ſaluti & exaltationi, ut electio hujuſmodi in tuam electionem cadere poſſet, ut inde optimæ tuæ intentionis fructus univerſo orbi paterent; iis rationibus freta majeſtas tua bonis quidem perſuaſionibus uſens, ac omnis ambitionis labe ſemota, per nuncios ſuos palam & aperte hujuſmodi electionem proſecuta, in tantum & unanimi electorum voto Spiritus Sancti gratia denique optimi maximi favente clementia Romanorum Rex futuruſque Imperator electus fueris, cum ſoliti decreti interpoſitione; & ſi prætendas, te juſtis aliquibus de cauſis excuſari poſſe, ne quid perperam actum ſeu attentatum cenſeatur, more tamen bonarum mentium agendo timendoque culpam, etiam ubi culpa non eſſet, per eundem Joannem oratorem pro parte tua nobis ſupplicare feceris, ut electioni & nominationi hujuſmodi de perſona tua factæ libere conſentiendi, ac titulum in Romanorum Imperatorem electi aſſumendi, ſimulque feudum regni Siciliæ citra pharum hujuſmodi cum imperio ac Romanorum regno retinendi licentiam concedere; nec non perſonam tuam ad præmiſſa approbare, & legitimam declarare, & quatenus expedierit, ſuper iis diſpenſare de benignitate apoſtolica dignaremur.

Electus Cæſar Carolus petiit confirmari a Pont.

LXXXIX. Nos conſiderantes, quod, etſi prohibitiones hujuſmodi non ſine rationabili & magna cauſa a prædeceſſoribus noſtris emanarunt; ſperantes tamen ac nobis ipſis firmiter perſuadentes, quod majeſtas tua in ſuæ fides ſinceritate & obedientia erga nos, & prædictam Eccleſiam ſponſam noſtram, eo firmior & conſtantior erit, quo nos & illam repereris in ſe magis munificos ac in ſuis opportunitatibus liberales, & quanto major erit, tanto magis eidem eccleſiæ, cujus advocatus eſt, favere, eamque contra improbos perverſorum conatus defendere ac juvare procurabit: præmiſſis omnibus matura meditatione penſatis ac examinatis petitiones hujuſmodi per prædictum Joannem oratorem tuum nobis porrectas duximus admittendas; majeſtatemque tuam a quibuſvis perjurii, reatu, cenſuris, & pœnis ſi qua forſan propter ea, quæ per te circa electionem hujuſmodi acta ſeu procurata fuerant, incurreris, authoritate apoſtolica tenore præſentium abſolventes, & abſolutum fore nunciantes, juramentum prædictum quoad hæc dumtaxat majeſtati tuæ relaxantes, ut electioni de perſona tua, ut præmittitur, factæ, abſque alicujus cenſuræ pœna & labe, ac perjurii reatus reſperſione, regnique Siciliæ hujuſmodi amiſſione conſentire, ac Romanorum Regis in Imperatorem electi titulo uti, & te Romanorum Regem in Imperatorem electum nominare, & quoad vixeris imperium regere, ac regnum Siciliæ citra pharum cum regno Romano hujuſmodi retinere, dummodo majeſtas tua, alia quæ in literis conſtitutionis feudi regni Siciliæ citra pharum, & per nos factis hujuſmodi continentur ac ſi per ipſam Apoſtolicam ſedem diſpenſatio ſeu remiſſio facta non appareret, ſub pœnis in eiſdem literis contentis quoad vixeris inviolabiliter obſervare tenearis, libere & licite valeas, authoritate apoſtolica tenore præſentium, de ſpecialis dono gratiæ licentiam & facultatem concedimus, teque ad præmiſſa, ſi expedias habilitamus, perſonam tuam ad hujuſmodi electionem approbantes, & legitimam fore declamantes, eamque propterea cenſuras & pœnas aliquas minime incurriſſe, & tenore præſentium decernimus, non obſtantibus præmiſſis conſtitutionibus apoſtolicis, necnon omnibus aliis, quæ prædictus prædeceſſor voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Aſſenſit Leo ut Carolus in hoſtes fidei potentior foret.

Permittit ut regnum Neap. cum Romano conjungat.

XC. Volumus autem quod, ſi majeſtas tua ullo umquam tempore, quod abſit, ſe a noſtra & dictæ eccleſiæ ratione dicti regni Siciliæ citra pharum fidelitate retraxerit, præſentes literæ nullius ſint roboris, vel momenti, dictumque regnum citra pharum ex tunc ad nos & Romanam eccleſiam revertatur. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo, ſexto idus junii, pontificatus noſtri anno nono.

Adjecit legem ut ſi ab obſequio Pont. diſceſſerit regno excidat.

Quæ

XCI. *Quæ Capitula cum eodem Carolo Rege in Imperatorem electo, prout præfertur, firmata, ac diſpenſationem ſibi conceſſam hujuſmodi eiſdem fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus communicavimus & diligenter examinavimus: ſperanteſque ea iis præſertim difficillimis temporibus, reipublicæ Chriſtianæ, ac univerſali eccleſiæ profutura, habita ſuper iis cum eiſdem fratribus matura deliberatione literas præinſertas, ac capitula & diſpenſationem omniaque & ſingula alia in eis contenta de eorumdem Cardinalium conſilio, & unanimi conſenſu, & ex noſtra certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine approbamus, confirmamus, innovamus, ac etiam potiori pro cautela capitula, diſpenſationem, & dicti regni Siciliæ citra pharum inveſtituram, modo, & forma per prædictum Julium prædeceſſorem, & per nos conceſſa & limitata fuerunt, de ſimili conſilio de novo concedimus, eaque omnia inviolabiliter, & irrefragabiliter obſervari & cuſtodiri mandamus, roburque firmitatis obtinere; noſque & ſucceſſores noſtros, ac eumdem Carolum Regem in Imperatorem electum ad eorumdem omnium obſervationem juxta earumdem literarum formam, & tenorem teneri & obligatos fore decernimus & declaramus. Et inſuper quia de omnibus cenſibus nobis, & dictæ cameræ ratione hujuſmodi inveſtituræ dicti regni tam per recolendæ memoriæ Aleuandrum Papam ſextum etiam prædeceſſorem noſtrum, quam Julium prædictum eidem Ferdinando, quam nos Carolo Regi in Imperatorem electo factæ uſque in priſtinum diem debitis per eumdem Joannem oratorem noſtrum ipſius Caroli in Imperatorem electi fuit nobis integre ſatisfactum; eapropter de illis Carolum ipſum in Imperatorem electum, & Joannam Reginam matrem ejus authoritate & tenore præmiſſorum quietamus, & plenarie liberamus, per dictam cameram ſibi quietantiam in forma ſolita ad omnem ipſius Joannis oratoris requiſitionem dari mandamus, & ratione dictorum cenſuum hactenus decurſorum a quocumque nullatenus moleſtari poſſe decernimus, non obſtantibus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo, pontificatus noſtri anno nono.*

Cenſus antea debiti Leoni perſoluti.

XCII. Exorta vero lis eſt, an ex aucta ſeptem millium aureorum penſione annua Joannæ Reginæ juribus a Julio II. collatis in Neapolitanum regnum detractum eſſet: quam Leo hoc alio diplomate, quo etiam Neapolitani regni fiduciarium jus Carolo aſſertum eſt, ita diremit.

Mota lis an Joannæ Reginæ juribus detractum ſit.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper poſtquam chariſſimus in Chriſto filius noſter Carolus Hiſpaniarum Rex Catholicus in Romanum Regem & Imperatorem electus fuerat, cum ad eum regnum Siciliæ citra pharum alias per felicis recordationis Julium Papam II. prædeceſſorem noſtrum claræ memoriæ Ferdinando Regi Catholico avo ſuo pro ſe & ſuis in regno Aragonum heredibus & ſucceſſoribus in feudum perpetuum ea conditione inter alia conceſſum, ut ipſe & ejus in dicto regno Siciliæ heredes & ſucceſſores in perpetuum cum dicto regno Siciliæ retinere poſſent, jure hereditatis & ſucceſſionis perveniſſet & dubitaretur juramento per eum & chariſſimam in Chriſto filiam noſtram Joannam Hiſpaniarum Reginam in conceſſione feudi hujuſmodi comprehenſam ratione dicti feudi per certum eorum procuratorem ad id ſpeciale mandatum habentem, nobis præſtito contraveniſſe, & cenſuras in literis conceſſionis feudi hujuſmodi contentas incurriſſe, & ad retinendum regnum Siciliæ hujuſmodi habilem non eſſe, nec illud cum imperio retinere poſſe; nos eundem Carolum Regem per alias noſtras literas, a quibuſvis perjurii reatu, cenſuris & pœnis, ſi quas forſan propterea incurriſſet, abſolvimus, & abſolutum nunciavimus, juramentumque per eum præſtitum ut præfertur ad id dumtaxat relaxavimus, ut electioni de perſona ſua in Romanorum Regem & futurum Imperatorem factæ abſque alicujus cenſuræ pena, & labe perjurii, reatus reſperſione, ac regni Siciliæ amiſſione conſentire & imperium regere, & regnum Siciliæ citra pharum cum imperio, & regno Romano retinere valerent, licentiam & facultatem conceſſimus, eumque ad præmiſſa habilitavimus, ac perſonam ſuam ad hujuſmodi electionem approbavimus, & legitimam fore declaravimus, ipſumque propterea cenſuras & pœnas aliquas minime incurriſſe decrevimus: & deinde cum dilecto filio nobili viro Joanne Emmanuele ipſius Caroli Regis conſanguineo & oratore per eum ad nos, & ſedem Apoſtolicam deſtinato, & ad paciſcendum, & capitulandum nobiſcum ab eodem Carolo Rege ſpeciale mandatum habente, certa capitula inivimus. De quibus dilectus filius Joannes Matthæus Gilbertus clericus Panormitanus dilecti filii noſtri Julii S. Laurentii in Damaſo presbyteri Cardinalis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii ſecretarius rogatus fuit: in quorum uno ſpecialiter continetur quod eidem Carolo Regi dictum regnum Siciliæ citra pharum eiſdem modis & formis, quibus ipſe Julius prædeceſſor illud præfato Ferdinando Regi conceſſerat, ac etiam ſub tunc expenſis, de qua-

Ut Carolus auctorandus fuerit a Pont. ut regnum Neapolit. cum imperio teneret.

Digitized by Google

quarum tamen diſpenſatione, aut remiſſione per ſedem Apoſtolicam facta non appareret, ac certis aliis per nos adjectis conditionibus in feudum de novo conceſſimus, & de eo etiam ipſum Carolum Regem inveſtivimus. In alio vero ex dictis capitulis etiam continetur, quod ipſe Joannes orator dicto nomine obligavit eundem Carolum Regem & ſucceſſores pro recognitione veri, & directi dominii ipſius regni Siciliæ, ſolvere ſingulis annis in perpetuum cameræ apoſtolicæ ſeptem millia ducatorum auri de camera in feſto beati Petri, ultra ſolitum cenſum parafreni albi, prout in instrumento capitulorum, & aliis noſtris literis, in quibus tenor capitulorum & inſtrumento ſuper illis confectis, ut præfertur, de verbo ad verbum eſt inſertus, plenius continetur: in quibus noſtræ & ejuſdem & Joannis procuratoris procuratorio nomine fuit intentionis, præfatæ Joannæ Reginæ juribus ex ipſius Julii prædeceſſoris inveſtitura competentibus, præterquam quoad ſolutionem cenſus ſeptem millium ducatorum per ipſum Carolum Regem in nova feudi regni Siciliæ hujuſmodi conceſſione aucti, & alias oblationes in inveſtitura Julii prædeceſſoris hujuſmodi contentis, nullatenus derogare.

XCIII. *Cum autem, ſicut accepimus a nonnullis, revocatur in dubium, an noſtræ mentis fuerit per capitula & literas, in quibus illorum tenor eſt inſertus, juri eidem Joannæ Reginæ quoad alia, quam quoad cenſus annui ſeptem millium ducatorum ſolutionem, & obligationes, & alia in inveſtitura Julii prædeceſſoris contenta competenti in aliquo præjudicare, vel detrahere; nos, qui a juris cuique quæſiti præſertim in profanis ablatione pro poſſe ſemper abſtinuimus, & unumquemque in jure ſibi quæſito conſervare curavimus; & ad quos ſpectas hujuſmodi ambiguitates cum de mente noſtra, & reſultantibus ex literis noſtris dubitationibus quæreretur declarare: motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, noſtræ mentis, & intentionis non fuiſſe, per capitula, & novam feudi conceſſionem Carolo Regi & factam hujuſmodi, & literas, in quibus tenor capitulorum hujuſmodi eſt inſertus, ut præfertur, juri eidem Joannæ Reginæ in dicto feudo ex priore conceſſione per Julium prædeceſſorem Ferdinando Regi genitori ſuo facta competenti, præterquam quoad obligationes & alia in literis inveſtituræ Julii prædeceſſoris hujuſmodi contenta, & ſolutionem cenſus annui ſeptem millium ducatorum per ipſum Carolum Regem ratione inveſtituræ per nos ſibi de novo factæ aucti, quem nobis & eidem Romanæ eccleſiæ tam per Carolum Regem & Joannam Reginam præfatos, quam quoſcunque alios, ad quos regnum ipſum Siciliæ citra pharum, tam ratione inveſtituræ a præfato Julio prædeceſſore, quam a nobis factæ, ut præfertur, quam alias quavis occaſione, jure, vel cauſa, & quovis etiam prætenſo titulo pro tempore devenire, & per eos detineri contigerit, donec illud detinuerint, omni exceptione, vel quavis allegatione in contrarium non obſtante, perſolvi debere, decernimus in aliquo præjudicare, ſeu præjudicium aliquod generari. Sicque per quoſcumque auditores & judices, etiam ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales in quavis cauſa, quæ deſuper moveri contigerit, ſublata, eis, & cuilibet eorum quavis aliter interpretandi, & judicandi facultate, & authoritate, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper iis, a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari, motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus, decernimus: & nihilominus venerabilibus fratribus noſtris Granatenſi, & Hiſpalenſi archiepiſcopis, & epiſcopo Dertuſenſi motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præmiſſa ubi, & quando, ac quoties expedire cognoverint, fuerintque pro parte ejuſdem Joannæ Reginæ, vel alterius, cujus interſit, legitime requiſiti, ſolemniter publicantes, ac eidem Joannæ Reginæ efficacis defenſionis auxilio aſſiſtentes, non permittant eam ſuper jure ſibi competenti alias, quam ut præfertur, quomodolibet indebita moleſtari, contradictores authoritate, &c. non obſtantibus præmiſſis ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis contrariis quibuſcumque; aut ſi aliquibus communiter vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Nulli ergo, &c. noſtrorum decreti & mandati infringere, &c. Si quis, &c. Dat. Romæ anno incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo, tertio non. junii pontificatus noſtri anno nono.*

Decretum ſeptem millia ducatorum annua a Carolo perſolvenda.

Junctis fœdere Pontifice & Carolo V. Franciſci Gallorum Regis partes admodum depreſſæ fuerunt, ut rerum exitus edocebunt: cujus exitioſi belli initia deſcribit Laurentius Aleander Galeazzius in literis tertia julii hujus anni die datis (a) ad parentem ſuum Ludovicum, nimirum Robertum de Marchia epiſcopi Leodienſis fratrem uxoris conſiliis ſubornatum, a Cæſare deſciviſſe, collectoque exercitu Lucemburgenſem principatum, facta cum Francorum Rege coitione, vaſtaſ- XCIV.

(a) *Ext. l.1. collect. lit. princ. p. 93.*

XCI. *Quæ Capitula cum eodem Carolo Rege in Imperatorem electo, prout præfertur, firmata, ac diſpenſationem ſibi conceſſam hujuſmodi eiſdem fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus communicavimus & diligenter examinavimus: ſperanteſque ea iis præſertim difficillimis temporibus, reipublicæ Chriſtianæ, ac univerſali eccleſiæ profutura, habita ſuper iis cum eiſdem fratribus matura deliberatione literas præinſertas, ac capitula & diſpenſationem omniaque & ſingula alia in eis contenta de eorumdem Cardinalium conſilio, & unanimi conſenſu, & ex noſtra certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine approbamus, confirmamus, innovamus, ac etiam potiori pro cautela capitula, diſpenſationem, & dicti regni Siciliæ citra pharum inveſtituram, modo, & forma per prædictum Julium prædeceſſorem, & per nos conceſſa & limitata fuerant, de ſimili conſilio de novo concedimus, eaque omnia inviolabiliter, & irrefragabiliter obſervari & cuſtodiri mandamus, roburque firmitatis obtinere; noſque & ſucceſſores noſtros, ac eumdem Carolum Regem in Imperatorem electum ad eorumdem omnium obſervationem juxta earumdem literarum formam, & tenorem teneri & obligatos fore decernimus & declaramus. Et inſuper quia de omnibus cenſibus nobis, & dictæ cameræ ratione hujuſmodi inveſtituræ dicti regni tam per recolendæ memoriæ Alexandrum Papam ſextum etiam prædeceſſorem noſtrum, quam Julium prædictum eidem Ferdinando, quam nos Carolo Regi in Imperatorem electo factæ uſque in priſtinum diem debitis per eumdem Joannem oratorem noſtrum ipſius Caroli in Imperatorem electi fuit nobis integre ſatisfactum; eapropter de illis Carolum ipſum in Imperatorem electum, & Joannam Reginam matrem ejus authoritate & tenore præmiſſorum quietamus, & plenarie liberamus, per dictam cameram ſibi quietantiam in forma ſolita ad omnem ipſius Joannis oratoris requiſitionem dari mandamus, & ratione dictorum cenſuum hactenus decurſorum a quocumque nullatenus moleſtari poſſe decernimus, non obſtantibus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo, pontificatus noſtri anno nono.*

Cenſus antea debiti Leoni perſoluti.

XCII. Exorta vero lis eſt, an ex aucta ſeptem millium aureorum penſione annua Joannæ Reginæ juribus a Julio II. collatis in Neapolitanum regnum detractum eſſet: quam Leo hoc alio diplomate, quo etiam Neapolitani regni fiduciarium jus Carolo aſſertum eſt, ita diremit.

Mota lis an Joannæ Reginæ juribus detractum ſit.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper poſtquam chariſſimus in Chriſto filius noſter Carolus Hiſpaniarum Rex Catholicus in Romanum Regem & Imperatorem electus fuerat, cum ad eum regnum Siciliæ citra pharum alias per felicis recordationis Julium Papam II. prædeceſſorem noſtrum claræ memoriæ Ferdinando Regi Catholico avo ſuo pro ſe & ſuis in regno Aragonum heredibus & ſucceſſoribus in feudum perpetuum ea conditione inter alia conceſſum, ut ipſe & ejus in dicto regno Siciliæ heredes & ſucceſſores in perpetuum cum dicto regno Siciliæ retinere poſſent, jure hereditatis & ſucceſſionis perveniſſet & dubitaretur juramento per eum & chariſſimam in Chriſto filiam noſtram Joannam Hiſpaniarum Reginam in conceſſione feudi hujuſmodi comprehenſam ratione dicti feudi per certum eorum procuratorem ad id ſpeciale mandatum habentem, nobis præſtito contraveniſſe, & cenſuras in literis conceſſionis feudi hujuſmodi contentas incurriſſe, & ad retinendum regnum Siciliæ hujuſmodi habilem non eſſe, nec illud cum imperio retinere poſſe; nos eumdem Carolum Regem per alias noſtras literas, a quibuſvis perjurii reatu, cenſuris & pœnis, ſi quas forſan propterea incurriſſet, abſolvimus, & abſolutum nunciavimus, juramentumque per eum præſtitum ut præfertur ad id dumtaxat relaxavimus, ut electioni de perſona ſua in Romanorum Regem & futurum Imperatorem factæ abſque alicujus cenſuræ pena, & labe perjurii, reatus reſperſione, ac regni Siciliæ amiſſione conſentire & imperium regere, & regnum Siciliæ citra pharum cum imperio, & regno Romano retinere valerent, licentiam & facultatem conceſſimus, eumque ad præmiſſa habilitavimus, ac perſonam ſuam ad hujuſmodi electionem approbavimus, & legitimam fore declaravimus, ipſumque propterea cenſuras & pœnas aliquas minime incurriſſe decrevimus: & deinde cum dilecto filio nobili viro Joanne Emmanuele ipſius Caroli Regis conſanguineo & oratore per eum ad nos, & ſedem Apoſtolicam deſtinato, & ad paciſcendum, & capitulandum nobiſcum ab eodem Carolo Rege ſpeciale mandatum habente, certa capitula inivimus. De quibus dilectus filius Joannes Matthæus Gilbertus clericus Panormitanus dilecti filii noſtri Julii S. Laurentii in Damaſo presbyteri Cardinalis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii ſecretarius rogatus fuit: in quorum uno ſpecialiter continetur quod eidem Carolo Regi dictum regnum Siciliæ citra pharum eiſdem modis & formis, quibus ipſe Julius prædeceſſor illud præfato Ferdinando Regi conceſſerat, ac etiam ſub tunc expenſis, de

Ut Carolus auctorandus fuerit a Pont. ut regnum Neapolit. cum imperio teneret.

qua-

quarum tamen diſpenſatione, aut remiſſione per ſedem Apoſtolicam facta non appareret, ac certis aliis per nos adjectis conditionibus in ſeudum de novo conceſſimus, & de eo etiam ipſum Carolum Regem inveſtivimus. In alio vero ex dictis capitulis etiam continetur, quod ipſe Joannes orator dicto nomine obligavit eundem Carolum Regem & ſucceſſores pro recognitione veri, & directi dominii ipſius regni Siciliæ, ſolvere ſingulis annis in perpetuum cameræ apoſtolicæ ſeptem millia ducatorum auri de camera in feſto beati Petri, ultra ſolitum cenſum paraſreni albi, prout in inſtrumento capitulorum, & aliis noſtris literis, in quibus tenor capitulorum & inſtrumento ſuper illis confectis, ut præfertur, de verbo ad verbum eſt inſertus, plenius continetur: in quibus noſtræ & ejuſdem & Joannis procuratoris procuratorio nomine fuit intentionis, præfatæ Joannæ Reginæ juribus ex ipſius Julii prædeceſſoris inveſtitura competentibus, præterquam quoad ſolutionem cenſus ſeptem millium ducatorum per ipſum Carolum Regem in nova feudi regni Siciliæ hujuſmodi conceſſione aucti, & alias oblationes in inveſtitura Julii prædeceſſoris hujuſmodi contentis, nullatenus derogare.

XCIII. *Cum autem, ſicut accepimus a nonnullis, revocetur in dubium, an noſtræ mentis fuerit per capitula & literas, in quibus illorum tenor eſt inſertus, juri eidem Joannæ Reginæ quoad alia, quam quoad cenſus annui ſeptem millium ducatorum ſolutionem, & obligationes, & alia in inveſtitura Julii prædeceſſoris contenta competenti in aliquo præjudicare, vel detrahere; nos, qui a juris cuique quæſiti præſertim in profanis ablatione pro poſſe ſemper abſtinuimus, & unumquemque in jure ſibi quæſito conſervare curavimus; & ad quos ſpectat hujuſmodi ambiguitates cum de mente noſtra, & reſultantibus ex literis noſtris dubitationibus quæreretur declarare: motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, noſtræ mentis, & intentionis non fuiſſe, per capitula, & novam feudi conceſſionem Carolo Regi & factam hujuſmodi, & literas, in quibus tenor capitulorum hujuſmodi eſt inſertus, ut præfertur, juri eidem Joannæ Reginæ in dicto feudo ex priore conceſſione per Julium prædeceſſorem Ferdinando Regi genitori ſuo facta competenti, præterquam quoad obligationes & alia in literis inveſtituræ Julii prædeceſſoris hujuſmodi contenta, & ſolutionem cenſus annui ſeptem millium ducatorum per ipſum Carolum Regem ratione inveſtituræ per nos ſibi de novo factæ aucti, quem nobis & eidem Romanæ eccleſiæ tam per Carolum Regem & Joannam Reginam præfatos, quam quoſcunque alios, ad quos regnum ipſum Siciliæ citra pharum, tam ratione inveſtituræ a præfato Julio prædeceſſore, quam a nobis factæ, ut præfertur, quam alias quavis occaſione, jure, vel cauſa, & quovis etiam prætenſo titulo pro tempore devenire, & per eos detineri contigerit, donec illud detinuerint, omni exceptione, vel quavis allegatione in contrarium non obſtante, perſolvi debere, decernimus in aliquo præjudicare, ſeu præjudicium aliquod generari. Sicque per quoſcumque auditores & judices, etiam ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales in quavis cauſa, quæ deſuper moveri contigerit, ſublata, eis, & cuilibet eorum quavis aliter interpretandi, & judicandi facultate, & authoritate, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper iis, a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari, motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus, decernimus: & nihilominus venerabilibus fratribus noſtris Granatenſi, & Hiſpalenſi archiepiſcopis, & epiſcopo Dertuſenſi motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præmiſſa ubi, & quando, ac quoties expedire cognoverint, fuerintque pro parte ejuſdem Joannæ Reginæ, vel alterius, cujus intereſt, legitime requiſiti, ſolemniter publicantes, ac eidem Joannæ Reginæ efficacis defenſionis auxilia aſſiſtentes, non permittant eam ſuper jure ſibi competenti alias, quam ut præfertur, quomodolibet indebite moleſtari, contradictores authoritate, &c. non obſtantibus præmiſſis ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis contrariis quibuſcumque; aut ſi aliquibus communiter vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Nulli ergo, &c. noſtrorum decreti & mandati infringere, &c. Si quis, &c. Dat. Romæ anno incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo, tertio non. junii pontificatus noſtri anno nono.*

Decretum ſeptem millia ducatorum annua a Carolo perſol-da.

Junctis fœdere Pontifice & Carolo V. Franciſci Gallorum Regis partes admodum depreſſæ fuerunt, ut rerum exitus edocebunt: cujus exitioſi belli initia deſcribit Laurentius Aleander Galeazzius in literis tertia julii hujus anni die datis (a) ad parentem ſuum Ludovicum, nimirum Robertum de Marchia epiſcopi Leodienſis fratrem uxoris conſiliis ſubornatum, a Cæſare deſciviſſe, collectoque exercitu Lucemburgenſem principatum, facta cum Francorum Rege coitione, vaſtaſ- XCIV.

(a) *Ext. l. 1. collect. lit. princ. p. 93.*

ſtaſſe : in fratrem etiam epiſcopum Leodienſem conjuraſſe cum pluribus civibus, ut urbem illam proditione interciperet; ſed conjuratos oppreſſos in flagitio ipſo, atque a Cæſare mox Naſſovium comitum cum exercitu ſigna attollere juſſum plures Roberti arces expugnaſſe, capto etiam illius filio, atque omnes ejus ſectatores vel in acie cæſos, vel ſuppliciis necatos : at Francorum Regem Alenſonium ducem viginti hominum millibus ſuccinctum ſubſidio miſiſſe; jamque exercitum Moſa fluvio trajecto in Roberti ditionem ingreſſum, adeo ut Naſſovius ſe in Lucemburgenſem principatum duorum dierum itinere cum ſuis ſubduxerit. Porro Carolus V. ubi ad illum nuntius perlatus eſt, exercitum Gallicum in Belgium irrupiſſe, in eodem veſtigio, uti prædictus Laurentius Aleander a patrono ſuo, qui interfuit, accepiſſe ait, elatis in cœlum manibus gratias Deo egit, quod bellum ab ipſo Carolo non duxiſſet principium, quodque ab eo viribus ad ſe defendendum inſtructus eſſet, tum etiam quod hoſtis Gallus augendæ cæſareæ amplitudini ſerviret; adjecitque expectari a ſe, ut brevi vel ipſe miſer Imperator, vel Franciſcus miſer Franciæ Rex futurus eſſet. Subdit Aleander nuper Gallum Regem numeroſo equitatu & peditatu filium Regis Navarræ inſtruxiſſe ad recuperandum paternum regnum, idque bellicis præſidiis imparatum recepiſſe : interea Cæſarem ingentes copias adornare, atque in conventu principum Wormatienſi viginti millia peditum, equitum quatuor millia a Germanis publico ſumptu ſuſtentanda fuiſſe decreta. Recenſet deinde ingentem copiarum numerum, quas Ferdinandus frater ex Auſtria & Carinthia educturus ſit, quas Belgæ, quas archiepiſcopus Colonienſis, quas Hungarus, quas Danus ſororii, quas Luſitanus Reges, quas epiſcopus Leodienſis, quas alii proceres pollicerentur; deque recipienda Inſubria agitari conſilia : in Hiſpania coacta viginti quinque millia hominum ad Navarram recuperandam, jamque plures urbes, quæ popularium partes ſequebantur, in fidem rediiſſe : rebelles prælio fractos; atque omnes eos tumultus ad evertendam Hiſpaniam a Gallo Rege concitatos ſedari : contra vero res Gallicas periclitari : Helvetios ad defectionem a Gallo Cardinalis Sedunenſis opera incitari, ac Mediolanenſem principatum duci Barenſi illius, qui in Gallia tenetur olim ducis Mediolanenſis fratri promitti; proque eo bello gerendo mille ac ducentos haſtatos equites & ſex millia peditum Hiſpanorum in Neapolitano regno, in Germania autem alias copias comparari : præterea Cæſarem omnibus nobilibus viris imperaſſe, ut ad bellum accincti ſint, ac duos exercitus ex centum & quinquaginta militum millibus & eo amplius conflare meditatum, alterum in Hiſpania, alterum adverſus Galliam; jactareque expeditionem eam ſuo ductu regere velle : cæterum pleroſque opinari, demum ſigna in Italiam convertenda : miſeros vero mercatores direptioni utriuſque Regis expoſitos, Hiſpanos ſcilicet Antuerpiam navigantes in Britannico mari a Gallo, viciſſimque Antuerpiæ Gallos ab Hiſpano expilatos. At in tanto armorum fragore, Margaretam Maximiliani Imperatoris filiam & Caroli amitam, quæ maternas erga illum curas gerit, ſæpius cum Carolo de pace inter illum & Gallorum Regem concilianda habere colloquia; Cæſaremque hoc reſponſum aſſidue repetiiſſe, ſi cum Gallo Rege fœdus redintegrarit, ſibi Gallum bimeſtri flexu iterum moleſtiam exhibiturum, ac opportunius longe ceſſurum, ſi ita gerantur bella, ut ex ambobus alterum ſilere oporteat. Porro Anglum Regem ad diſſolvendam affinitatem cum Gallo, jungendamque cum Cæſare urgeri, ex qua conjunctione Gallo excidium impendeat : increbreſcere pariter Mediolani ſeditionem commotam, cum Gallus novum vectigal imponeret, ac Palavicinum cum aliis proſcriptis inter Rhegium Mutinamque turmas glomerare, ac novas res contra Gallos moliturum : denique typis excuſas ſimul tum Cæſaris, tum academiæ Pariſienſis latas in Lutherum ſententias, quæ literæ Bruxellis III. julii anno MDXXI. ſunt conſignatæ.

XCV.

Porro Franciſcus Gallorum Rex putaverat ex inteſtinis Hiſpanæ plebis adverſus nobiles tumultibus proferendi imperii ſui occaſionem affulgere; ipſumque de Leone queſtum refert Guicciardinus (*a*), fallaci ſe cum eo jungendi ad invadendum Navarricum regnum fœderis ſpe impulſum fuiſſe. Conſiſtenti quidem adhuc Wormatiæ Carolo Franciſcum bellum indixiſſe, refert Coclæus (*b*), ex promulgato nimirum apud Germanos ſermone, qui ob Roberti Marchiani in Belgio adverſus Carolum motus, & Navarram pro reſtituendo in avitum ſolium Henrico petitam Gallicis armis, increbreſcebat : additurque in appendice Nauclero adjecto (*c*), Carolum dimiſſo Wormatienſi conventu in Belgium adverſus Robertum rebellantem provolaſſe, pluresque Gallis arces eripuiſſe : quin etiam objecit poſtea idem Carolus V. coram Pontifice & Cardina-

Caroli V. verba ubi ſe bello appetitum a Gallo audiit.

Navarra armis Gallicis recepta.

Hiſpani rebelles fracti a Carolo.

Miſera mercatorum Gallorum & Hiſpanorum ſors.

In Inſubria exortæ in Gallos turbæ.

Indictum temere a Gallo bellum.

(*a*) *Guicciard. l.* 14. *Ferron. l.* 5.

(*b*) *Coclaus in actis & ſcript. Luther.*

(*c*) *Ext. tom.* 3. *rer. Germ. ex editione Freheri p.* 356.

dinalium ſenatu Franciſco Regi, invidiſſe ipſi imperium: ſubmiſiſſe ad Wormatienſia comitia oratorem, qui Germanos principes ad inteſtina in illum concitanda in Germania bella impelleret: poſtulaſſe illiberaliter pro Neapolitana pecunia prædes: Robertum Marchianum ad defectionem ſolicitaſſe: Navarram invaſiſſe; atque ita bellum ab eo atrox, quo res Chriſtiana a Turcis & hæreticis laniata fuit, accenſum. Franciſcus vero Rex conſcripta ad Pontificem & Cardinales apologia hujus belli invidiam, ne tot malorum cauſa diceretur, a ſe depellere hiſce verbis conatus eſt (a).

(a) *Ext. to. 3. rer. Germ. p. 357.*

XCVI. Franc. I. in Carolum belli culpam derivat.

Subdit, nimirum Carolus V. *eo tempore quo ego & ille ad imperii dignitatem una uterque aſpiraremus, ſubortam primum inter nos fuiſſe quandam veluti zelotypiam, & ſimultates ſubinde natas; quamquam ego tamen ejus apud me legato ſæpenumero profeſſus eram, me perinde hanc honorum petitionem exiſtimare, atque ſi eaſdem uterque nuptias ambiremus, me adeo [utcumque res caſura eſſet] in eadem velle cum ipſo amicitia integra inviolataque permanere. Ego proculdubio iis me verbis apud ejus oratorem uſum eſſe negabo, neque tum certe orationi meæ voluntas non conſentiebat.* Et infra: *In Robertum autem*, ſcilicet Marchianum, *ego Caroli oratori etiam auxilium, ſi rogaret, fœdere me laturum obtuli & militem Robertus in regno meo inſciente me conſcripſerat. Statim ubi ad aures meas permanavit, graviſſimis edictis revocavi, nec id ſine magno Roberti incommodo, qui præter ſpem ab eo milite nudatus haud ignobiles arces non ita multo poſt vi ac deditione captas amiſit. Navarrorum autem Regi Henrico quod tulerim ſuppetias, mihi hoc criminoſum eſſe minime poteſt; etenim iis fœderibus, quæ Carolo mecum intercedebant, accurate hoc exceptum erat, niſi certo præfinito tempore cum Henrico illi conveniret, ego quas alio ex fœdere Henrico debebam ſuppetias rogatus ferre poſſem, idque etiam fide in Carolum integra, & inviolatis quæ inter nos icta eſſent, fœderibus. Itaque ſuppetias Henrico tuli, ſed Carolo præmonito: atque ita tuli magis ut mihi verendum ſit, ne Henrici conqueſtio quod ſerius, quam Caroli accuſatio quod tulerim, improbitatis ſit maculam allatura. Quibus ex rebus, beatiſſime pater, voſque ampliſſimi Cardinales, & clariſſimi legati ſatis [mea quidem ſententia] intelligitis, nullius nos culpa ex hoc priore bello affines dici, aut haberi poſſe.* Hactenus Franciſcus Rex, cujus gratia alii apologetici libri (b) editi fuerunt.

Roberto e Marcha non præbuiſſe opem.

Iure Henrico Regi Navarræ auxilia præbuiſſe.

(b) *Ext. ib. p. 322. &c. & p. 342. & 59.*

XCVII. Carolus V. & Franciſcus diſſidiis ſuis tot tantaque mala in chriſtianam rempublicam invexere, ut alter in alterum belli cauſam conjicere ſtuduerit: ut ut ſe res habuerit, ſive illud utriuſque Regis ſive alterius culpa geſtum fuerit, conſtat ex Gallorum Regis ſuperiori apologia, atque hiſtoricorum monumentis (c), illum arma primum Navarræ, quæ Carolo V. parebat, reſtituendi avito regno (quod a Ferdinando Caroli avo odio Piſani ſchiſmatis & Ludovici XII. qui ſchiſmaticorum partes adverſus Julium II. ſuſceperat expugnatum vidimus) Henrici juvandi, ſpecie intuliſſe, immiſſo Andrea Fuxeo; qui Leſparrous dicebatur, cum pedeſtri exercitu Aquitanico & equitatu Pictonico. Is celeritate uſus, antequam Hiſpani copias pararent, Pampilonam nobilium & oppidanorum, qui Henricum Regem in Navarricum ſolium reſtitutum cupiebant, opera egregia uſus recepit poſt hoſtiles aliquot in arcem impreſſiones, in quibus Ignatius Loyola in crure ſauciatus a ſæculari militia ad divinam ſe tranſtulit: a quo poſtea ſocietas Jeſu magno Eccleſiæ tuendæ & propagandæ futura ſubſidio condita eſt.

Andreas Fuxen. Navarri cæ expeditionis dux.

(c) *Guicciar. lib. 14. & Marian. Vinc. Blaſ. to. 2. l. 2. c. 28. hiſt. Navar. lib. Ferro. l. 5. Polyd. lib. 27. Orland. hiſt. Soc. Jeſ. lib. 1. Maffe. in vit. S. Ignat. l. 1. cap. 2.*

XCVIII Ignatius Loyola in Pampelonæ obſidione ſauciatus a D. Petro ſanatus.

Annus agebatur, inquit Orlandinus, *MDXXI. cum Pompejopoli ex æneo globo fœdum in crure vulnus accepit, ut quo die glande ictus ab hoſte & vulneratus eſt in corpore [is dies fuit feria altera pentecoſtes* XIII. *kal. junii, ut certis authoribus compertum eſt] eo videretur ab almo ſpiritu amore ictus & ſauciatus in animo*. Cumque inſtituendæ ſanctioris vitæ deſiderio deſiliiſſet e lecto intempeſta nocte, ut ſe virginis Deiparæ clientelæ commendaret: *ingenti motu*, inquit author, *concuſſum eſt terræ ſolum, & cubiculum in quo orabat intremuit, ſive id exorati numinis indicium fuerit, ut olim uſu Paulo Silæque venit nocturnos carceris inter horrores cum Deo laudes hymnoſque canerent: ſeu fugati dæmonis argumentum, qui ab eo viro, cujus in anima thronum ſibi Deus ſedemque jam firerat, ingenti rabie efferatus velut amplius non rediturus abſcederet*. Quantas vero, colluctantibus inter ſe contrariis caducarum & cæleſtium rerum amoribus, internos æſtus ſuſtinuerit atque ex ſacrorum librorum lectione ſanctioris vitæ guſtum delibarit, enarrat Joannes Petrus Maffejus ejus vitæ ſcriptor (d), cujus verba afferimus.

Maximas in animo luctas patitur.

(d) *Maff. l. 1. c. 2. Orlan. l. 1. hiſt. Soc. Jeſ.*

XCIX. Navarri cupidi Henrici Regis ſe Gallo adjunxere.

Ardebat eo tempore Hiſpania inteſtini belli tumultibus: quam nactus occaſionem Franciſcus Galliæ Rex, Navarræ Vaſconum, quæ Guipuzcoam attingit, Henrico Albreto cognato ſuo recuperandæ ſpe, cujus pater ex eo regno Ferdinandi catholici armis olim exactus fuerat, Andream Fo-

nium cognomento Aſporotum cum exercitu juſſit in eas regiones impetum facere: qui celeritate uſus, cum aliquot loca improviſo adventu cepiſſet, cumque nobilitas Henrici cupida ad Gallum ſeſe quotidie adjungeret, Najaræ dux, qui Navarræ ſummo cum imperio præerat, ejus rei fama commotus, in ulteriorem Hiſpaniam ad auxilia contrahenda profectus eſt, Ignatio paucisque præterea Pampelonæ cuſtodiæ cauſa relictis. Et infra: *Nec mora, Galli omiſſo colloquio acrius inſtare, tormentis mœnia quatere atque diruere, undique aſcenſum tentare: Hiſpani contra Ignatii præſertim exemplo atque adhortationibus incitati fortiter ſeſe defendere. Subeuntem hoſtem gladiis, telis, contis arcere, quoad Ignatio ante alios dimicanti globi vi excuſſus e muro lapis lævam haud ita graviter læſit tibiam: globus vero ipſe quamquam impetu refracto ſubſiliens, dextram adeo labefactavit, atque confregit, ut e veſtigio ſemianimis alienata mente corruerit: tum vero debilitati animis cæteri, & deditio facta.* Et infra: *Cumque jam Ignatius omnes fere cibos hauſtuſque ſtomacho faſtidiente reſpueret, aliaque in eo cernerentur læti ſigna, ſuorum admonitu ſacris, quæ ad expiandum animum pertinent rite procuratis, ipſo B. Petri Apoſtoli pervigilio, cunctis mœrentibus, eo deductus eſt, ut medici prorſus actum affirmarent, niſi ante mediam eam noctem vis morbi remitteret. Venerabatur jamdudum Ignatius præcipuo quodam cultu principem Apoſtolorum, quin etiam ejus laudes militariter olim carmine hiſpanico celebraverat; cujus profecto pietatis fructum non exiguum tulit; ſiquidem illa ipſa decretoria nocte, per quietem videre ſibi viſus eſt eumdem Apoſtolum optatam ſibi valetudinem divinitus afferentem: nec ſane in irritum ea viſio recidit; quippe continuo levari doloribus ciboque refici eſt cœptus, jamque Dei beneficio periculum mortis evaſerat.* Nonnulliſque interjectis.

Vulnerato Ignatio Loyola arcis facta deditio.

C. *Cum affixus lectulo Ignatius fallendi temporis cauſa profanum quempiam librum popoſciſſet, ex iis quos antea per otium lectitare conſueverat, divino plane conſilio factum eſt, nullus ut eo tempore domi liber eſſet ejuſmodi: at vero longe meliores alii duo reperti ſunt, hiſpanico ſermone conſcripti, quorum alterius vita Chriſti, alterius [quo ſelecta virtutum exempla continebantur] ſanctorum flores erat inſcriptio: ea videlicet lectio ſalutis initium attulit homini: dum enim oblatos ſibi libros variis locis quaſi aliud agens delibat, ſenſim capi cœptus eſt pulchritudine eorum, quæ ſcripta reperiebat, atque adeo inter ipſam lectionem, ubi quidpiam inſigne cognoverat, ſubſiſtere ſecum ipſe deliberans: quid ſi præclarum hoc ſancti Dominici facinus? quid ſi hoc S. Franciſci Deo fretus aggrediar. Neque vero, cum hæc & alia ſibi multa proponeret, res occurrebat ulla tam ardua tamque difficilis, quam non perficere ſeſe poſſe generoſa quadam alacritate confideret. Quæ cum apud ſe diutius agitaſſet, emergebant rurſus rerum inanium voluntates & ſæcularia deſideria, quorum ſeſe nonnullis adeo manciparat, ut dum eorum vel adipiſcendi rationem exquirit, vel potiundi ſpem animo concipit, plures interim horas per imprudentiam, in ea cogitatione defixus hæreret: jamque priora illa propemodum exciderant, accenſoſque nuper igniculos pietatis voluptatum illecebræ, & pernicioſa rerum fluxarum blandimenta reſtinxerant, cum periclitanti ſervulo divina bonitas opem celeriter afferebat, ex eorum videlicet recordatione, quæ legerat meliorem ei mentem & conſilia ſaniora ſubmittens: atque in hac item commentatione tamdiu morabatur, donec interventu cujuſpiam alio mentem animumque converteret. Hac ille viciſſitudine & quaſi conflictu dies aliquot mirum in modum exagitatus, cum in ejus pectore voluptas & virtus pene ex æquo certarent, contrarias in partes magna ſua perturbatione diſtrahebatur, incertus animi hanccine vitam an illam cum primum poſſet inſiſteret. Veruntamen inter alternas fluctuantis animi propenſiones illud inteverat, quod blandis illis fluxarum rerum imaginibus quamdiu præſentes obverſabantur tamdiu titillabatur Ignatii mens; abeuntibus vero ſuccedebat illico amarus quidam torpor & ægritudo, & ſibimet diſplicentis animi tædium. At contra præclari illi ad Chriſtianam laudem impetus cogitationeſque de adæquanda vigilantia & ſobrietate ſanctorum, de votivis peregrinationibus, de victu cultuque in primis horrido & aſpero non modo cum aderant, animum inſolita quadam jucunditate mulcebant, ſed in receſſu quoque triſtitia ſubeunte nulla ſecurum hilaremque præſtabant.* Et inferius.

Ex lectione priorum librorum Ignatius amore divino inardeſcit.

His ergo obſervationibus & aſſiduis librorum monitis, e lethali anima veterno excitatus anteactæ vitæ peccata, & infinitam in ſe Dei clementiam aliquando cœpit agnoſcere: nec ſolum de mutandis in poſterum moribus, verum etiam de expiandis omni ratione delictis, placandoque Numine ſerio cogitare: atque in hanc deliberationem ingreſſus, denuo ſeſe ad Chriſti domini ſanctorum ſectanda veſtigia occulto quodam inſtinctu acriter ſentiebat impelli, & eorum præcipue, qui in ſe ipſi quam maxime duri ac ſeveri extitiſſent; artium quippe ſpiritualium & Chri- CI.

Serio de peccatis expiandis cogitat.

Digitized by Google

Chriſtianæ philoſophiæ rudis & ignarus adhuc, omnem fere ſanctitatis & officii perfectionem in aſperitate vitæ, & in voluntaria corporis afflictatione ſtatuerat: quocirca jam tum agitabat animo ſimulatque per valetudinem liceret nudis pedibus Jeroſolymam petere, ac frequenti verberatione longoque jejunio tantas peccatorum pœnas ultro ſuſcipere, quantas videlicet ab excelſo magnoque animo ſalutare odium ſui & ardens divinæ gratiæ promerendæ ſtudium exigebat. Jamque rectis eundem ſenſibus & optima quæque expetentem longe vehementius incitavit divina viſio; etenim nocte quadam vigilanti auguſtiſſima ſpecie, ac beatiſſimo lumine fulgens Maria virgo una cum parvulo Jeſu non modo ſeſe palam oſtendit, verum etiam incredibili benignitate ſpectandam aliquandiu præbuit: quo viſo mirifice recreatus Ignatius tantum repente odium faſtidiumque concepit eorum, quæ apud cæcos mortales prima putantur, ac præſertim, quæ cum inhoneſta voluptate conjuncta ſunt, ut omnes rerum illarum quamvis diuturno uſu ac vetuſtate corroboratas imagines ex hominis memoria confeſtim aſpectus ille deterſerit. Acceſſit ad hæc illud quoque non leve Dei beneficium, quod ei in omnem deinde vitam proprium ac ſtabile manſit, ut quotieſcumque ſublatis in cœlum oculis aſtra ſuſpiceret [quod ſane ſæpe faciebat ac diu] mortalia cuncta illi repente ſordeſcerent, & miro quodam æternæ patriæ deſiderio raperetur. At de eo jucunda ſuis locis recurret mentio: nunc intermiſſam hiſtoriæ ſeriem repetamus.

B. Vigo Chriſtum gerens ſe illi viſendam præbet.

Cœlum intuenti mortalia ſordent.

CII. Recepta Pampilona Gallus in illius propugnaculis non Navarrica ſigna, ſed Gallica defixit (*a*): ex quo a Navarris gravia in Gallos concepra odia poſtea eruperunt: ſecuta regiæ urbis exemplum minora oppida victori Gallo ſe dediderunt: neque Hiſpanorum ob eam jacturam movebantur animi, cum inter ſeſe plebeii ac nobiles diſſiderent adeo, ut die vigeſima ſecunda aprilis hujus anni finito atrociſſimo certamine plebeii cæſi fuerint (*b*), captique in acie eorum duces carnificis manu obtruncati: Antonius vero Acunius Zamorenſis epiſcopus ſeditioſorum ſignifer de quo antea actum eſt, ubi plebejorum res depreſſas vidit, onuſtus auro ex Hiſpania fugam tentavit; ſed a duce Najaræ interceptus in munitiſſimæ arcis carcere ad annum hujus ſæculi vigeſimum ſextum tentus eſt, donec ob eliſum præfecto arcis, cum quo familiariter veſcebatur, proditione caput, miſere necatus eſt.

(*a*) *Guicciar. lib. 14.*

In Hiſpania turbæ inter plebejos & nobiles.

(*b*) *Vincent. Blaſc. to. 1. l. 2. c. 16.*

Seditioſorum dux interceptus.

CIII. In tantis Hiſpanorum adverſus regios magiſtratus tumultibus tutatum Numen cauſam Caroli V. ejuſque clientelam ſuſcepiſſe, quo tempore ille adverſus Lutherum hæreſiarcham ac ſectatores juſtam ſententiam tulerat, obſervat Vincentius Blaſcus; hoc enim anno die ſeptima aprilis in ſacello ædium Roderici comitis Cocentugnæ, operante ſacris Onuphrio Satorrio, ex B. Virginis imagine manare lachrymæ viſæ ſunt, ac magna copia præſente Guillelmo ejuſdem comitis filio in ſinum decurrerunt. Celebratum eſt carmine ſacrum hoc prodigium ab Onufrio Jordano ſacerdote pietate conſpicuo; de quo refertur illum ſcientiæ opinione inflatum cupiditatibus quondam fræna laxaſſe, atque nocte jam adulta in cubiculum reverſum reperiſſe in eo ſpectrum jumenti ſpecie: quod cum compellaſſet quomodo ingreſſum eſſet, reſponſum hoc accepiſſe talem, eſſe qualis ille erat; eoque mox evaneſcente ita Jordanum timore perterritum, ut expiatis anteactæ vitæ criminibus plurima virtutum exempla præbuerit, carnibus & vino perpetuo abſtinuerit, ſomnos nullibi, quam in eccleſiis carpſerit, diſcurrerit pedibus per vicos ad ſimplicem populum doctrina Chriſtiana inſtituendum: in quo pio opere demum affectus ſenio in media ſacra concione, cum maximo animi ardore de Deo verba faceret, animam repente efflarit.

Lachrymæ divinitus ex Virginis ſimulachro fluunt.

Sacerdos impudicus divinitus correptus ſanctiſſimam vitam poſt hæc ducit.

De Deo concionando emoritur.

CIV. Cæterum ſedatis Caſtellanis tumultibus, ſeditiones variæ Valentiam, Baleares inſulas, & Aragoniam adhuc exagitarunt (*c*) & adverſus Gallos, qui Gruniam ſive Logronium alias Tuliobrigam obſidione premebant, atque in Caſtellam proferre imperium meditabantur, erupere conjunctis armis Hiſpani, ac magnam cladem intulerunt Leſparro & Turnonio ducibus captis (*d*), proniæque mox ad victorem urbes deditionem fecerunt: *Galli*, inquit Ferronius (*e*), *paſſim cæſi & fugati: Navarrorum urbes eodem momento receptæ: qua in re ſane plagam accepere Franci odioſam: tum re, tum tempore Turnonius & Leſparrous captivi abducti. Multi putarunt culpa Leſparroi cladem acceptam: nam Pampelunæ cupida nobilitate recipiendi Henrici ſui Regis, nulla Navarrorum, ſed inſignia Gallica fixerunt, ob quæ illos mox in gratiam rediiſſe cum Hiſpanis Joanne Luxo etiam Aquitano ſequeſtro; qui cum apud eam gentem gratia valeret, indignaretur, in nullam ſe partem bellicarum curarum accerſitum, ipſe Leſparrous culpa ſe vacare aiebat, propterea quod firmus ab equitatu non fuiſſet.*

(*c*) *Id. ibid. cap.* 18. 19. 20. 21.

Galli magna clade affecti.

(*d*) *Id. ibidem c.* 28. & *Guicciar. lib.* 14.

(*e*) *Ferron. lib.* 5.

Recepta iterum ab Hiſpanis Navarra.

CV. Addir author (*f*) graſſatas eo tempore aliquot equitum turmas per Galliam, omnia

Perditiſſimi latrones graſſantur in Gallis

(*f*) *Id. ibid.*

niaque flagitiorum genera patraſſe, eoque ipſorum impietatem prorupiſſe, ut ſibi mille dæmonum nomen gloriabundi imponerent: *Si rogaſſes*, inquit, *quo pergerent, ad dæmonem; unde prodirent, e dæmone ajebant; unde multi ſuſpicati a potentiore immiſſos*. Tanta morum corruptio hæreſi infauſtam pandebat viam: at divinam ultionem improbiſſimi homines brevi ſenſere; nam poſt expilatos aliquot vicos ad Monponum oppidulum Petracoriorum vino ſomnoque oppreſſi ab oppidanis ac ruſticis conciſi nocte intempeſta ſpoliatique fuerunt. Recuperare dein frustra Navarram Gallus immiſſo Guillelmo Gounfierio Boniveto tribuno maritimorum, qui fontis Arabici urbem muniti ſſimam poſtea ad deditionem impulit, viciſſimque Hiſpani in Benearniam irrupere.

Conciſi ferro.

CVI. Inſubres conjurant in Gallos.

In Italia res Gallicæ inclinatæ ac depreſſæ fuere: Leo enim Pontifex ad Francos Inſubria depellendos, qui pontificia jura in conferendis ſacerdotiis invaſerant, Cæſari ſe adjunxerat, uti ſuperius dictum eſt, clandeſtinæque in Gallos conjurationes factæ ab Inſubribus, qui deprehenſi ad Rhegium Lepidi, necnon Mutinam, cui pontificio nomine Franciſcus Guicciardinus præerat (*a*), confugere: Galli ob receptos conjuratos oppidum irrito conatu, nec ſine gravi clade pertentarunt: conducti ſunt a Pontifice Helvetii Matthæi Cardinalis Sedunenſis & Ennii epiſcopi Verulani opera: Genua (*b*) a pontificia & Neapolitana claſſe Adurniorum auſpiciis fruſtra tentata. Obtendiſſe Pontificem Italiæ libertatem, refert Ferronius: *Palam*, inquit, *Italiæ libertatem perſonabat, concipiebatque animo pulſis Gallis majora, ne ab ipſo quidem Cæſare, aut Franciſco Sfortia, cujus jactitabat, reſtitutionem ſuccedentibus rebus temperaturus*. Jactata hæc fuiſſe confirmat Guicciardinus (*c*); immo etiam increbuiſſe, quæri eo bello, non Sfortiæ, ſed Julio Medici principatum Mediolanenſem ex Paride conſtat. Porro Venetorum ducem ſopire hoc lugubre bellum ſtuduiſſe, ac pacis conſilia Pontifici ſuggeſſiſſe refert idem author (*d*) his verbis: *Gabriel Venetus vir magni animi ſummaque prudentia admonebat Leonem, bellica ea conſilia prima ſpecie læta tractatu dura, eventu triſtia eſſe: adeſſe Gallicos legatos, dum integra omnia eſſent, verbis potius ſopirentur controverſiæ, quam Italiam, Galliam, Hiſpaniam ad funeſtum armaret bellum: cogitaret potius de Turca labefactando; in quem niſi mucronem pontificium exacuiſſet, parum pie in reliquos verti arma*. Et infra: *Eniteretur potius ut cœtum piorum, quem vanis quibuſdam opinionum quaſi fluctibus jampridem agitatum tuendum ſuſceperat, in tranquillitatis portum perduceret: non bellum indiceret ſanguinolentum.*

(*a*) *Guicciar. lib.* 14

Conducti in eoſdem a Leone Helvetii.

(*b*) *Aug. Juſt. l.* 6 *Bzov. l.* 29 *Foliet. l.* 12.

(*c*) *Guicciar. lib.* 14.

(*d*) *Ferron. lib.* 16.

Venetorum dux Pontifici pacis conſilia ſuggerit. Arma in Turcas vertat.

Naſcentem hæreſim extinguat.

CVII.

Operam etiam iterum navavit egregiam, ut ſedaretur tam exitiale rei Chriſtianæ bellum Henricus Anglorum Rex indictis Caleti conventibus, de quo hæc Belchairus tradit (*e*): *Is uti inter Cæſarem, Franciſcum, ipſumque convenerat, ſe harum controverſiarum arbitrum obtulit, quibus dirimendis fidam utrique ſedulamque operam navaret: Caleſium uterque legatos mitteret: Thomam Eboracenſem Cardinalem pacis interpretem eodem profecturum. Accepit conditionem Franciſcus, modo Leo Pontifex ejus fœderatus, fœdere, ſi quod iniretur comprehenderentur: ut pridie nonas auguſti Caleſium utrique legati ſe ſiſterent convenit*. Et infra: *In eo conventu* (*f*) *Cæſar Burgundiam majorem, quem ducatum vocant ſibi reſtitui clientelæ jure, quod in Atrebatenſem Flandricumque comitatum Galliarum Reges habebant, ſibi cedi poſtulabat, quod Imperatorem Regis clientem eſſe indignum ſua majeſtate duceret. Hæc poſtulata, cum prorſus aliena eſſent, regii legati rejecerunt, ac re infecta diſceſſerunt*. Interjectis pluribus addit author de redintegrato ab Anglo iterum iterumque pacis inter Gallum & Hiſpanum colloquio: *Anglici*, inquit, *legati Regem adierunt, ut pacem inter Cæſarem ipſumque confirmarent, eoque rem perduxerunt, ut inter eoſdem conveniret Tornacenſem obſidionem ſolvere: Mediolanenſem exercitum revocare Cæſar, Franciſcus quoque exercitus ſuos dimittere tenebatur; verum de capto per Bonivetum Amyralium fonte rapido nuntius intervenit: idcirco fœdus niſi reſtituto fonte rapido ratum habere Cæſar noluit; quum reſtituere Franciſcus a Boniveto quanquam abſente perſuaſus recuſaſſet bellum redintegratum eſt*. Et infra (*g*): *Bonivetus quidem ſibi mortem non ita multo poſt, Regi hero captivitatem accerſivit, & totum Chriſtianiſmum ſua ambitione perturbavit. Hi enim duo principes inter ſe commiſſi cæteros fere omnes ſecum traxerunt, & univerſos Chriſtianos in mutuas cædes irruere vel perſuaſerunt, vel coegerunt; Turcis autem eas, quas poſtea vidimus, imperii augendi occaſiones præbuerunt. Hinc expugnata Rhodus; Pannoniæ amiſſæ, Peloponeſi bona pars, multa inſulæ, poſtremo Cyprus, omnium denique malorum noſtrorum longa ſeries ex hac una turbata pace manavit: quæ primum author ipſe, mox Rex herus nimis credulus [ut divina ultio juſtiſſima eſt] expertus eſt. Sic magnis principibus evenire ſo-*

(*e*) *Belcair. l.* 16. *n.* 29.

Anglus concordiæ interpretem ſe exhibet.

(*f*) *Id. ibid. n.* 3.

Diſturbata pax ob captam Fontarabiam.

(*g*) *Ib. n.* 37.

Ex hoc bello graviſſima mala emerſerunt. Authores belli ea ſenſere.

let

let, qui ſeſe aulicis adulatoribus totos dant; virorum prudentium conſilia aſpernantur.

CVIII. Mediolanenſes Gallis infeſti ob latrocinia.

Ut Vero Gallorum res in exitium tendere cœperint in Inſubria deſcribit Ferronius; Mediolanenſes Gallis infenſos fuiſſe ob nocturnas direptiones impetu factas in domos civium aliquot opulentorum partim invidia, partim Menaldi avari præſulis Tarbenſis conſilio: injectas etiam templorum ſacræ ſupellectili ſacrilegas manus referunt (*a*), atque ſacerdotes cælatum argentum & aurum, quod in ſacris habebant, occultaſſe veritos, ne Lautrechii regii præfecti juſſu auferretur; quod aliquot in locis jam tentatum fuerat, præcipueque in æde divi Ambroſii, ubi altare eſt laminis argenteis auroque obtectum. Par ſcelus (*b*) in Galliis patratum, ubi clatri & cancelli argentei in eccleſia S. Martini Turonenſis evulſi fuere, adeo ut ſumptas divinitus ſacrilegii pœnas vulgo jactatum ſit: cæterum quæſita, per ſcelus ſubſidia nil ſacrilegis profuere. Conjunctis etenim pontificio & cæſareo exercitibus (*c*) primum Parma ac Placentia vi expugnatæ ſunt, & pontificiæ ditioni reſtitutæ: Mediolanum vero non ſine maxima victorum admiratione, captis pavore Gallis, primo impetu a Julio Medice Cardinale legato, Friderico marchione Mantuano, & Proſpero Columna ducibus, receptum: ex cujus victoriæ nuntio Leonem Pontificem ingenti diffuſum lætitia referunt, in qua apoplexia correptus nullis perceptis ſacramentis ætatis anno quadrageſimo ſexto nondum exacto (*d*) deceſſit inopina morte.

(*a*) *Continuator Sabellic. & alii.*

(*b*) *Ferron. lib. 5.*

(*c*) *Guicciar. l. 14. Continuator Sabellici Cavitell. hiſt. Crem. & alii.*

Mediolanum iis ereptum. Leo repentina morte ſublatus.

(*d*) *Panvin. in illius vit.*

CIX.

Deſcribit hunc triumphum in funus converſum Paris de Graſſis hiſce verbis (*e*): *Die vigeſima quarta novembris hora quaſi prima noctis audivimus bombardas in ſignum lætitiæ ex caſtro S. Angeli ob Mediolanum captum a noſtris militibus cum noſtro legato reverendiſſimo Cardinale de Medicis, qui in civitatem Mediolani cum exercitu apoſtolico ingreſſus eſſet deceptis Gallorum caſtris.* Et infra: *tantum lætabatur*, ſcilicet Leo, *ut nunquam plus lætatus fuerit intrinſecus vel extrinſecus, ita & taliter, ut ex Malliano, ubi erat profectus ſolatii cauſa, plures ac plures ſingulis horis per nuntios feſtivitatis ſigna fieri mandaret: quæ ſigna per triduum continuum perdurarunt diebus ac noctibus: quia imo cum ipſe ex prædicto Malliano rediiſſet, die vigeſima quinta, quæ fuit dies S. Catharinæ, lunæ, fuit a populo quaſi tanto cum jubilo exceptus, ac a multis cum olivarum ramis obviantibus, & cum plauſibus & tubis & ſclopis & ſimilibus lætitiæ indiciis; & inſuper a me etiam fuit requiſitus an placeret ex tanta lætitia aliquas gratias Deo reddere: & Papa a me quæſivit judicium meum. Ego reſpondi quod quando bellum eſt inter principes Chriſtianos ex victoria tali non ſolet Eccleſia gratulari, niſi Eccleſia habeat aliquod intereſſe: quo caſu pro qualitate & reſpectu intereſſe ſui, quod ipſa Eccleſia ſive ſedes Apoſtolica facit ſigna lætitiæ pro modo victoriæ acquiſitæ. Itaque ſi Papa habet aliquod intereſſe magnum, ſimiliter & lætitiam faciat, & etiam gratias Deo reddat. Papa ad hoc ridens: & totus feſtivus dixit, quod bonum magnum in manibus haberet. Ego replicavi, quod ergo magnas gratias Deo redderet: & reſpondit velle omnino, & quod die mercurii teneret conſiſtorium, & quod ego reducerem ſibi ad memoriam hoc totum; quia cum Cardinalibus volebat factum totum & lætitiam tantam ſignificare: & ſic cum hæc diceret cubiculum ingreſſus eſt. Ubi cum aliquas horas quieviſſet, dictus eſt non bene ſe habere: & ſic die mercurii non fecit conſiſtorium, nec equitavit ad eccleſiam de populo, ad quam ſe dixerat velle ire, redditurus ibi gratias Deo in die S. Andreæ.* Male nimirum ſe affici ſenſit; quare eo die archiepiſcopus Nicoſienſis ejus vice præſente Cardinalium ſenatu grates de parta victoria relaturus divina celebravit, ac die inſequenti lætitiæ pompam ſua morte clauſit, inopina quidem adeo, ut ne ſacramentis quidem munitus fuerit; ſubdit enim Paris: *Die dominica, quæ fuit prima menſis decembris hora quaſi ſeptima mortuus eſt Papa Leo decimus ex catharro ſuperfluo, abſque eo quod aliquis prævidiſſet caſum ſuum; nam medici ipſum dicebant leviter ægrotare ex catharro concepto in villa Malliana. In effectu ego interpellatus fui poſt mediam noctem hora quaſi nona, ut irem ad parandum funus ipſius: & ſic ivi, & inveni eum mortuum & jam frigidum quaſi nigrum ex tumore catharri, licet aliqui dixerint ex veneno.* [1]

(*e*) *Paris to. 4. mſ. arch. Vat. pag. 384. Aug. Juſtin. l. 6. Bzovi. l. 29. Foliet. l. 12. & alii.*

Lætitiæ humanæ vanitas.

Affert

NOTÆ [1] OBiit hoc anno Leo Papa X. cujus ingenium moreſque ex authoribus coævis late deſcribit Annaliſta, ad quem lectores haud inviti remittimus. Quamquam enim iis quæ ab illo in utramque partem congeſta ſunt addenda multa ex aliis coævis ſcriptoribus ſuccurrunt; cum tamen res habeatur de pontifice qui inter multos benevolos, multos interim oſores nactus fuit, ex illorum laudibus eorumque vituperationibus quænam certa, quæ dubia, quæ ſuſpicioſa, quæ tandem falſa de illo jactata ſint, diſcerni vix poſſe arbitror. Inter ejus adverſarios præter Lutheri fautores an

Gue-

CX. De veneno propinato mota ſuſpicio.

Affert ille nonnulla conceptæ hujus ſuſpicionis argumenta. *Hora noctis tertia vel circa corpus fuit ſepultum: ſed ego prius videns illud multum tumefactum & obſcurum præter ſolitum admiratus propoſui in collegio an placeret ex iſta cauſa, quod illud facerem exenterari; & placuit: & in fine illo aperto inventum eſt cor maculatum & hepatis partem corroſam, & lienis ſimiliter partem vitioſam: quæ cum cirurgici & phiſici videntes cum ſtupore admirati dixerunt pro certo, illum fuiſſe toxicatum; & quia ipſe infelix Papa ante obitum ſæpe doluerit ſentire interiora ſua quaſi ex igne comburi. Itaque manifeſte compertum eſt Papam Leonem venenatum periiſſe: quæ res illico credita eſt, quoniam per aliquot paucos ante dies quidam ignotus in habitu ſimulato ivit ad feneſtram unam monaſterii S. Hieronymi, & inde vocato certo fratre dixit ei, quod cras omnino iret ad Papam, & ſignificaret ei, qualiter venenum paratum erat ſibi de proximo a quodam ejus intrinſeco non in cibo aut potu, ſed aut in manutergio, aut in camiſcia, ſeu mappula: & cum iſte frater non vellet ire ad Mallianum ubi tunc Papa morabatur, ivit ad palatium, & dixit datario: qui illico ivit ad Mallianum, & retulit hoc Papæ: qui illico miſit pro iſto fratre ut ad ſe in Mallianum veniret; & ſic ivit, & rurſus idem ſibi dixit quod prius datario dixerat. Quo audito Papa ſtupefactus dixit, quod prius ſi voluntas Dei eſſet, quod pateretur, ſed quod caveret quantum poſſet. Itaque inde ad paucos dies veniens Romam ægrotare cœpit, & cum ægrotaret ſæpe dicebat dolens quod interius ardebat, & in finalibus ſuis verbis dixit ſe occiſum eſſe & mox moriturum: doluit autem quod Cardinalis ſuus dilectus de Medicisupereſſet in multis ærumnis, & faſtidiis bellicoſis. Et quia ſuſpicio fuit omnino de veneno præparato in vino, fuit captus quidam camerarius pocillator ſive pincerna Papæ ſimul cum canapario a furore populi ex ſuſpicione; quia iſte viſus eſt urbem exire, & captus eſt, & ductus in caſtellum: ſed poſtea examinatus & inquiſitus fuit liberatus tanquam innocens, & concluſum, non fuiſſe Papam venenatum; ſed ex catharro, ut ſupra.*

Quæ fuerint indicia ejus rei.

Tradit Guicciardinus (a) Leonem Julio Cardinale Medice hortante ne bellum in Francos ſuſciperet, reſpondiſſe ad id eo ſe potiſſimum conſilio duci, quod Parmam & Placentiam in Romanæ eccleſiæ poteſtatem redacturum ſperabat: quæ res ſi e ſententia ſibi ſuccederet, mortem haud ſibi ingratam futuram: paucis vero antequam occumberet diebus de Placentia capta, eodem autem quo extinctus obiit, die de Parma recepta nuntium illi perlatum.

Concluſum demum catharro præfocatum.

(a) Guicc. l. 14.

CXI. Leonis elogium.

Proſecutus eſt Leonis ampliſſimum elogium Paulus Jovius (b), & Onuphrius Panvinus (c) mixtas nævis virtutes illi aſcribit: *Fuit*, inquit, *rerum divinarum diligens obſervator, ſacris cæremoniis deditus, corpore procero, decora facie, naſo grandiore, oculis cæcutientibus & ceſiis, aſpectu grato & venerabili: in dicendo elegans, ſententiis gravis, ingenio peracuto, in audiendo patiens, in loquendo prudens: eloquio facilis, aditu omnibus permiſſo, juſtitiæ acerrimus cultor, nam & graſſatores cohibuit, & ex iis multos capitali pœna affecit. Id unum ei datum, quod voluptatibus, venationibus, aucupiis effuſe deditus, luxui & ſplendidiſſimis conviviis muſicæque magis, quam tantum pontificem deceret, totos dies impenderet: pecuniæ quærendæ cauſa cum multa tum ædificiis tum effuſis largitionibus & bellorum uſibus abſumpſiſſet, pretio Cardinales aliquot legit, & officia quædam vænalia excogitavit, ut cubicularios, ſcutiferos, milites S. Petri, & ripæ portionarios. Fuit omnium, qui ad eam diem fuerant, Romanorum Pontificum liberaliſſimus. Muſicos magnopere amavit, cum eſſet ejus artis peritiſſimus: doctos & eruditos viros coluit, & magnis muneribus proſequutus eſt; nihil enim an-*

(b) Jovius in vita Leon. X.

(c) Panvin. in vit. Leo. X.

Aliæ ejus dotes.

Ejuſdem nævi.

Eruditos provexit.

ti-

NOTÆ Guicciardinus accerſendus ſit ambigendi ratio ſuppetit; cum nonniſi ab infenſo in Leonem animo provenire poſſint ea quæ narrat de collectitia pecunia propoſitis indulgentiarum præmiis per Germaniam coeracta, quam pro eo quod in ſacros uſus expenderit, Magdalenæ Mediceæ ſorori ſuæ commodo a pontifice deſtinatam affirmat. Addit vero Magdalenam miniſtrum ſuum ad pecuniam illam colligendam miſiſſe Archemboldum epiſcopum, quæ res graviſſime pios Germanos offendit, cauſamque præbuit Luthero ut in indulgentias declamaret. Narratiunculam hanc Guicciardini ſuſpectam efficit ſilentium coævorum omnium hiſtoricorum, Lutheranorum præſertim, qui cum prætextus omnes ad honeſtandam Lutheri defectionem ſedulo conquiſierint; nihil tamen de pecunia ex indulgentiis comparata & in uſus Magdalenæ Mediceæ converſa commemorant. Id quidem recentiorum Lutheranorum ſcriptorum diligentiam non fugit, qui lectam in Guicciardino hiſtoriam opportune obtrudunt. Parem ſedulitatem in vetuſtioribus eorum ſcriptoribus concipere pronum eſſet, ſi vera ſcriberet Guicciardinus de re tota paſſim in Germania vulgi ſermonibus diſſipata. Alia de hoc pontifice ex Ciaconio, Jovio, Panvinio aliiſque repetenda.

Vide tamen quæ de converſa pecunia facta in commoda Magdalenæ habentur in gravaminibus Germaniæ apud Rayn. A. 1523. 39. MANSI

Digitized by Google

tiquius duxit, quam bonarum artium ſtudia majorum ſuorum maximeque Laurentii patris exemplo provehere, & liberaliſſime exornare, &c. Inſtaurara fuit ab eo Romana academia, conquiſitis undique magno ſumptu viris doctrina excultiſſimis, interque alios literarum politiorum ſtudioſos Petrum Bembum atque Jacobum Sadoletum a ſecretis delegiſſe, & in Cardinalium collegium cooptaſſe vidimus.

Inſtaurata ab eo Romana academia.

CXII. Ædificia ab eo excitata.

De ædificiis vero a Leone excitatis hæc tradit Panvinus (a), de quo paulo ante memoravi: *Ædificandi ſtudio incenſus baſilicam Vaticanam miro artificio a Julio II. inchoatam perficiendam, quantum in eo fuit, magno animo ſuſcepit: palatium Vaticanum triplicibus longis & præamplis porticibus eximia ſtructura auratis laquearibus, egregiis nobiliſſimique operis picturis ſplendidiſſimum fecit: Deiparæ virginis ædem, cui Cardinalis præfuerat, in monte Cælio a fundamentis pene refecit, & laqueari aureo exornavit: lavacrum Conſtantini Lateranenſe ruinam minitans reſtituit, laminis plumbeis tectum reparavit. Pyrgorum portu cœno & ſaxis repleto publicæ commoditatis purgato oppidum muro cingere cæpit arcem montis Flaſconis, Corneti Cardinalis Vitelleſci & in multis patrimonii oppidis peramplas ædes vel reſtituit, vel a fundamentis ædificavit. Manlianam villam aqua corrivata elegantiori ædificio exornavit: Romæ ſancti Alexii caput argentea theca clauſit: aulæa e Belgis ſerica auroque intexta quinquaginta aureorum millibus ſacelli pontificii ornamento coemit.* Et infra: *Cadaver in baſilica Vaticana lateritio tumulo tum ſepultum poſtea a Paulo III. ad Minervæ ædem cum Clementis corpore translatum, & nobiliſſima marmoreo monumento conditum eſt. Vacavit eo mortuo ſedes Romana menſem unum dies ſeptem.* Quod attinet ad tempus, quo Leo pontificatum geſſit; cum illum renuntiatum ſummum Pontificem viderimus v. idus martii nimirum die undecima anni MDXIII. obierit autem hora ſeptima poſt primum diem decembris; ipſum ſediſſe annos octo, menſes octo, dies viginti duos dicendum eſt. Audita Leonis morte Lutherus procaciſſime illi defuncto inſultavit; &, ut ſcurra ſpurciſſimus erat, non propheta, in libello hæc verba impura ſcripſit: *Qui præ nimis moritur, ad ejus ſepulturam compulſari debet crepitibus ventris.* Quæ indignæ voces ſat demonſtrabant, quo ſpiritu ille ageretur.

(a) Panvin. in vita Leo. X.

Quanto tempore ſederit.

Emanuelis Luſitani Regis obitus.

Paucis poſt Leonis obitum diebus ex hac quoque vita migravit Emmanuel Luſitaniæ Rex (b), maximo proborum omnium luctu, de cujus partis ex barbaris infidelibus triumphis, & egregia in amplificanda Chriſti religione apud disjunctiſſimas nationes opera, honorificentiſſima ſæpius mentio a nobis facta eſt. Conſcripſit ejus res præclare geſtas elegantiſſimo ſtylo Hieronymus Oſorius epiſcopus Silvenſis, atque ipſum hoc elogio exornat: *In anni hujus exitu Rex Emmanuel eo tempore, quo magis opibus & imperio ſummaque nominis gloria & celebritate florebat, & optima, ut videbatur, valetudine & corporis robore & incolumitate vigebat, in morbum ſubito incidit, ex quo poſt dies novem decima tertia die menſis decembris ex hac vita migravit: quinquaginta duobus annis & ſex menſibus vixerat, e quibus viginti ſex annis & menſe cum dimidio regnavit. In ipſo vitæ fine maxima quædam inſitæ religionis & pietatis documenta dedit: teſtamentum cum ſingulari prudentia fecit: animum ſacris ſanctiſſimis expiavit: mortis certiſſimæ nuntium æquiſſimo animo tulit; ſacerdotes, qui illum circumſiſtebant, & hymnis atque precibus ad Deum adhibitis vota pro illius ſalute ſempiterna faciebant, adjuvabat, & verſus ſacrorum carminum multis in locis memoriter pronuntiabat. Fuit in Bethlemitico templo, quod fundarat, cum multis lachrymis, quas deſiderium illius excitabat, cum regio funere omniumque ferme principum & nobilitatis univerſæ celebritate in ſepulchro conditus.* Et infra: *Regni patrimonium miris acceſſionibus amplificavit: Armuzium Arabiæ portum, Indiam Indo & Gange definitam, eam etiam quæ ultra Gangem eſt extremaſque orientis ſolis regiones imperio adjecit: terras incognitas perluſtravit; omnia namque, quæ Luſitani illius imperio faciebant, ad illius laudem & gloriam referenda ſunt: nec enim Regis officium in ulla re clarius perſpicitur, quam in excellentium hominum, qui res præclaras cum maxima laude moliuntur, multitudine: Rex enim eſt, ſi vere hoc nomen uſurpat, qui ſpiritus affert, qui animos ad laudem excitat.* Et poſt alia.

(b) Barro. dec. 3. l. 7. c. 7. Oſor l. 12. Maff. l. x.

Molta pietatis documenta dedit.

Propagatum ab eo late in Indiis imperium.

CXIII. Ingenia ejus conſilia.

Minime dubito quin ſi per ille ſe ſigna in Africam intuliſſet, omnem Mauritaniam Tingitanam facillime fuiſſet ſub imperium ſubditurus: ſed ab eo conſilio partim temporibus, partim quorumdum hominum timidorum conſiliis ſæpe revocatus fuit. Quanto tamen ſtudio Mahumetis nomen extinguere conaretur, urbes, quæ illius imperio & induſtria captæ ſunt & arces ſimiliter ædificatæ atque munitæ declarant. Itaque felicitas illius, quæ fuit incredibilis, non eſt fortunæ, ut hominum vulgus loquitur, ſed divino beneficio, quod virtutibus illius favebat, attribuenda: fuit

enim

enim vita continens, natura benignus, religione pius; præterea mitis atque manſuetus, & in ſumma gravitate comis & perhumanus. Aditus facillimos habebat: in adminiſtrando jure & negotiis impigre gerendis ſummam diligentiam adhibebat. Mane, & ſæpenumero ante lucem ſurgebat, & rebus divinis operam dabat: tum in ſupplicum poſtulatis audiendis, & negotiis reipublicæ tranſigendis tempus omne conſumebat. Erat in ſermone jucundus, & non mediocri urbanitate præditus, & admodum liberalis: domeſticorum neceſſitatibus ſumma benignitate conſulebat: milites alebat: res præclare geſtas non ſolum laudibus, ſed multis etiam muneribus & beneficiis proſequebatur: egentium inopiam opibus ſuis egregie ſuſtentabat: viris religioſis & virginibus ſacris non ſolum ea, quæ ad cultum religionis, verum quæ ad domeſticum uſum pertinebant, large & munifice ſuppeditabat. Nonnulliſque aliis interjectis verbis, ſubdit.

CXIV.

Culta ab eo jejunia eccleſiaſtica.

Admodum temperate cibis utebatur: a vino ſemper abſtinuit, & diebus ſolemni jejunio conſecratis ciborum abſtinentiam ſumma religione conſervabat: favebat plurimum literis: de moribus externis multa percontari ſolebat: hiſtorias libenter audiebat: quoties cibum publice ſumebat, erant epulæ magis jucundo & utili ſermone, quam coquorum artificio conditæ. Et infra: *Eccleſiæ ſanctionibus alacritate ſingulari parebat: mores & ritus ab Eccleſia conſtitutos ſumma ſanctitate & cæremonia tuebatur: tempore, quo memoria ſuppliciorum, quæ Chriſtus pro nobis in cruce pertulit ritu ſolemni conſecratur, a templo minime diſcedebat, & tribus diebus, quibus ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum erat in ſepulchri quadam ſimilitudine conditum, ut nobis memoriam noſtræ ſalutis repræſentaret, neque veſtes exuebat, nec ab eo loco niſi ad aliquod breve tempus abſcedebat, & cum ſomnus illum complectebatur, ibi ſine ullo vitæ delicatioris inſtrumento parumper accubabat. Multas, ſanctorum hominum religiones inſtauravit, fluxoſque mores ad priſtinam ſeveritatem & ſanctimoniam reduxit: ædes ſacras quamplurimas vel a fundamentis extruxit, vel collapſas refecit. Odio acerbo Mahumetis ſectam perſequebatur, & ea de cauſa tanto ſtudio bellum in Africa & Aſia comparabat, ut quantum in illo eſſet, memoriam erroris peſtiferi deleret. Sic autem religionem colebat, ut nunquam ſtudium publici juris & reipublicæ rationem intermitteret: ſic reipublicæ conſtituendæ, & moribus atque legibus invigilabat, ut bellicarum rerum curam nullo modo deponeret: ſic ſe cum muſicis aut venatoribus oblectabat, ut in mediis voluptatibus ſalutis publicæ memoriam retineret. Itaque eodem tempore claſſes in Mauritaniam & Æthiopiam, in orientis ſolis regiones inſtruebat: præſidia in varias partes ſubmittebat: juri dicundo operam dabat: hominum querelis aures aſſidue præbebat: commiſſa facinora vindicabat; tanta tamen lenitate præditus erat, ut non facile hominum cupidorum, & omnia pericula metuentium poſtulatis importunis obſiſteret. Id autem effecit, ut manus multorum immodice ſacris rebus afferri permitteret, & tranſmiſſionem in Africam, cujus ſtudio tantopere flagrabat, ita differret, ut mors improviſa poſſet omnes illius cogitationes impedire; attamen quamvis, ut res humanæ ſunt, aliquid ejuſmodi, quod reprehenſione aliqua dignum videatur in ſe admitteret, fuit is princeps multis regiis virtutibus ornatiſſimus & immortali memoria conſecrandus.* Hiſque verbis author hiſtoriæ ſuæ finem imponit.

Inſignis ejus pietas in recolenda Chriſti morte.

Mahometanorum fuit hoſtis acerrimus.

Paſſa autem eſt Eccleſia in Emmanuele jacturam fortiſſimi defenſoris, qui aſſidua pro Chriſti religione amplificanda agitans conſilia cum Davide Abyſſinorum Chriſtiano Rege fœdus adverſus Turcas, qui Ægypto potiti illius imperio imminebant, pepigerat: cujus accepto nuntio Leonem divino Numini ſolemni ritu gratias aliquot ante obitum menſibus egiſſe, refert Paris de Graſſis (a) ſic inquiens: *Pridie Papa mihi ad ſe vocato narravit, qualiter habuerat nova a Rege Portugalliæ ſuper fœdus initum inter ſe ex una parte, & ex alia inter presbyterum Joannem Æthiopum atque Abyſſinorum Regem ſuper eo quod ipſe presbyter Joannes volebat eſſe omnino Chriſtianus, & quod erat Chriſtianus jam a multis annis citra, ſed neſciebat qualiter adorare Chriſtum deberet in cæremoniis & cultu catholico; & quod, ſi Rex ipſe Portugalliæ vellet quod ipſi duo ſimul eſſent pugnaturi contra Turchos & alios infideles pro nomine Jeſu Chriſti. Et multa alia, quæ latius in literis ipſius Abyſſini a Rege Portugalliæ ad ipſum Papam miſſis continentur; & quod has literas ſua ſanctitas recitavit in heſterno conciſtorio, ut haberet vota Cardinalium ſuper gratiis Deo agendis cum lætitia & feſto convenienti tantæ novitati.* Referuntur eæ a Damiano de Goez (b) conceptæ hiſce verbis. CXV.

(a) *Paris to. 4. mſ. arch. Vat. pag. 379.*

Pepigerat contra Turcas fœdus cum Rege Abyſſino.

Literæ ſereniſſimi Davidis Æthiopiæ Imperatoris ad Emmanuelem Portugalliæ, &c. Regem ſcriptæ anno MDXXI. Paulo Jovio interprete.

(b) *Damian. Goez. to. 2. Hiſp. illuſtrata. p. 1293.*

Has literas mittit Atani Tinghil, id eſt thus Virginis, quod nomen eſt a- CXVI.

ba-

baptiſmate; nunc in ipſo ſuſcepti regni initio aſſumpſit nomen David dilectus a Deo, columna fidei, cognatus ſtirpis Judæ, filius David, filius Salomonis, filius columnæ Syon, filius ſeminis Jacob, filius manus Mariæ, filius Nau per carnem, Imperator magnæ & altæ Æthiopiæ, magnorum regnorum & ditionum & terrarum Rex de Xoa, de Caffate, de Fatigal, de Angote, de Baru, de Baaliganze, de Adea, de Vangue, de Goibamec, ubi Nilus oritur, de Bamaraa, de Vaguemedri, de Ambeaa, de Vagne, de Tigrimahon, de Sabaym, unde fuit Regina Saba; de Bernagaez, & dominus uſque ad Nobiam finem Ægypti.

Quæ regna illi ſint obnoxia.

CXVII. Hæ literæ diriguntur Regi potentiſſimo & excellentiſſimo ſemper victori D. Emmanueli, qui habitat in amore Dei, & firmus permanet in fide catholica, filio Apoſtolorum Petri & Pauli, Regi Portugalliæ & Algarbiorum, amico Chriſtianorum, hoſti, judici, Imperatori domitori Maurorum & gentium Africæ & Guineæ a promontorio & inſula Lunæ maris rubri, Arabiæ, & Perſidis & Armutiæ, magnæ Indiæ, & omnium locorum eorum, & omnium inſularum terrarum adjacentium, profligatori Maurorum & fortium paganorum, domino arcium & altorum caſtellorum & murorum, propagatori fidei Jeſu Chriſti. *Pax tibi domine Rex Emmanuel, qui Dei fretus auxilio Mauros occidis, & tua claſſe, tuo exercitu, & tuis ducibus undique infideles tanquam canes expellis.* Et infra: *Magnopere ſum gaviſus, & Deo egi gratias, & tum magnam cepi voluptatem, cum pectora veſtrorum nunciorum crucibus inſignita conſpicerem, & experirer percunctando, eos ritus tenere fidei Chriſtianæ, qui eſſent veriſſimi; & illud me ſingulari devotione injecta vehementer permovit, quod intelligerem iter in Æthiopiam inventum eſſe non ſine miraculo: nam referebant præfectum claſſis quamdiu per mare Arabicum erraſſet, & propterea de inveniendo noſtro portu deſperaſſet, re infecta redire in Indiam voluiſſe, maxime propter ſævas maris tempeſtates; ſed in aurora opportune rubram crucem in cœlo apparuiſſe, qua ſalutata a nautis proras in eam partem eſſe converſas, monſtrauteque Deo repertum eſſe portum noſtrum. Quæ res mihi pro miraculo viſa eſt: & certe is claſſis præfectus Deo debet admodum eſſe dilectus, poſtquam tantam ei felicitatem conceſſam videmus, quantum nemo ante eum a Deo impetrare potuerit.*

Elogium ab Abyſſyno datum Emmanueli.

Gaudet Abyſſinorum inventum iter maritimum in Æthiopiam.

Ut cœleſti prodigio crux fulſerit in aere.

CXVIII. *De hac autem mutua legatione antiquitus prædictum fuit a propheta in libro de vita & paſſione S. Victoris, & in libris ſanctorum patrum, quod Rex magnus Chriſtianus cum Rege Æthiopiæ eſſet cum mutua pace conventurus; ſed hoc nequaquam futurum exiſtimabam diebus vitæ meæ. Verum Deus certum ſciebat, ut laudetur nomen ejus, qui nuncium ad me detulit, ut ego pariter id mittere poſſem ad te patrem meum in Chriſto & amicum, ut ſimus in una fide, poſtquam a nullo alio Rege Chriſtiano nuncium aut certam notitiam habuerim. Hactenus circum me Mauri erant filii Mahometis, & gentiles, & reliqui ſunt ſervi, qui Deum non agnoſcunt, & alii qui ligna & ignem venerantur, & alii qui ſolem adorant, & alii qui ſerpentes deos eſſe putant: cum his nunquam pacem habui, quoniam ad veritatem venire recuſant, & fruſtra his prædicabam fidem. Nunc vero conquieſco, & Deus quietem dono mihi dedit cum hoſtibus meis & tuis; nam in finibus meis cum armatus contra eos progredior, ipſi faciem & terga vertunt, & duces & milites mei per campos de his victorias conſequuntur. Neque mihi Deus iraſcitur, ut dicit pſalterium,* & Deus vota eorum Regum implet, qui juſta petunt. *Nec hoc ad laudem noſtram pertinet; nam Deo agendæ ſunt gratiæ: is eſt, qui mundum vobis dedit, & terram gentilium perpetuo conceſſit, ac aliorum terras, quæ ſunt a finibus veſtris ac initium Æthiopiæ. Propterea ingentes Deo gratias ago, & prædico ſummam ejus potentiam, cum ſperem eorum populorum filios, qui in tuam ditionem veniens, proculdubio fidei veritatem eſſe cognituros. Quamobrem do gratias Deo, & ſpero quod filii veſtri, & ego, & vos de felicibus earum rerum ſucceſſibus abunde lætabimur. Et vos Deo debetis continue ſupplicare, donec gratiam vobis det potiundi templi ſancti in Jeruſalem, quæ eſt in poteſtate hoſtium Chriſti Maurorum, & gentilium, & hæreticorum: & ſi hoc perfeceris, caput tuum omni laude pleniſſimum erit.*

Luſitanorum in Æthiopiam adventus olim prædictus.

Mahometani & gentiles Æthiopibus circumfuſi.

*Cæterum ex numero legatorum, qui ad me veniebant cum prædicto Matthæo, tres periere; & præfectus magnus veſtræ claſſis devenit apud * Macua in colloquium cum Rege de Bernagais, qui eſt imperio meo ſubjectus, & ſtatim legatos ad me miſit & munera ingentia, quæ mihi chariſſima fuerunt: verum nomen veſtrum omni gemma & theſauro mihi pretioſius videtur. Sed hæc tranſeamus, & agamus inter nos, quo modo invadere & capere poſſimus alias infidelium terras. Ego certe dabo millies centena millia drachmarum auri, & totidem millia militarium virorum, itemque materiam & ferrum & cu-* CXIX.

* Arquicum.

Quæ ſint promiſſa ab Abyſſyno pro gerendo in Saracenos bello.

prum in uſum ædificandæ & ornandæ claſſis: magnam etiam commeatus copiam; amice etiam conveniemus: & quoniam non eſt conſuetudinis & dignitatis meæ ad petendam pacem legatos mittere, & tu primus a me eam ſincere quæſiviſti, ad verificanda Chriſti verba; nam ſcriptum eſt: Beati pedes, qui portant pacem: *& ego propterea ſum ad id paratus more Apoſtolorum, qui erant unanimes & unius cordis. O Rex & pater mi Emmanuel, unus Deus te ſoſpitem velit & ſervet, qui eſt Deus cæli & ſemper unius ſubſtantiæ, nec juveneſcit nec ſeneſcit. Is, qui a te nuncium attulit Rodericus Lima vocabatur, legationis optimorum virorum princeps; & cum eo Franciſcus Alvarez, quem propter vitæ probitatem, & ſingularem religionem & juſtitiam valde chariſſimum habui; maxime quod veriſſimis verbis cum eſſet interrogatus de fide aptiſſime reſpondebat: & ita debetis eum exaltare, & magiſtrum appellare, & dare ei officium convertendi populos de Macua, & de Dalaca, & de Zeila, & omnium inſularum maris rubri, quoniam ſunt in finibus regnorum meorum, & ego ei conceſſi crucem & baculum in ſignum poteſtatis; & ita vos jubete, ut hæc ei concedantur, & creetur epiſcopus illarum terrarum & inſularum.*

Franciſci Alvarez commendatio.

CXX. *Ego ſicuti filius parvulus, quæ juſſiſtis feci, & faciam ſi venerint legati veſtri, ut invicem mutuis opibus adjuvemur. Singulis autem oratoribus veſtris, qui venient, ſicut tum feciſtis, ad Mazua, aut Delacam, & ad portus intra anguſtias maris rubri, ea tribuam, tribuique curabo, quæ fienda ſignificabitis: ſicuti maxime deſidero, ut in conſilio & rerum actione proſpere conjungamur; nam cum ad ea littora copiæ veſtræ pervenerint mature, & ego cum meis exercitibus adero. Et quoniam in finibus meis nemo eſt Chriſtianus, neque templa Chriſtianorum viſuntur; concedam veſtris hominibus habitandas illas terras, quæ ſunt proximæ Maurorum ditioni: propterea opus eſt, ut cœptis veſtris debitum finem afferatis. Interim mittitote ad me viros eruditos, atque etiam cælatores imaginum auri & argenti, & fabros cupri & ferri & ſtanni & plumbi; item artifices, qui literis noſtræ linguæ pro eccleſia libros imprimant, &c.*

CXXI. Accenſus adeo eſt pio religionis ſtudio Æthiopum orientalium Imperator, ut Aloyſius (a) civis Venetus in ſuo commentario Italico referat, agente ſe Scyropoli oratorem presbyteri Joannis, quem indigenæ pretioſum appellant ad Iſmaelem ſophi Perſam acceſſiſſe, quo principis ſui nomine hortaretur, ut Solimannum adoriretur, Syriamque infeſtis armis peteret; educturum enim principem ipſum adverſus Turcas in Ægypto dominantes ducenta militum millia, conveniſſeque cum Luſitaniæ Rege, ut quinque, ac triginta triremes, & quædam alia navigia omni bellico apparatu inſtructa mitteret, ſpemque affulgere, ut univerſa Ægyptus a Solimanno deficeret. Addit idem author Solimannum etiam oratores ad eblandiendam pacem ad Perſam legaſſe, illique univerſam eam regionem Euphrati adjacentem, modo ipſo bellum adverſus Chriſtianos gerente ab armis diſcederet, detuliſſe. His vero poſtulatis aſſenſiſſe videtur Perſa; ſiquidem bellum non intulit Solimanno, qui magna felicitate uſus tumultuantem Syriam compeſcuit (b). Concitaverat eam in arma Gazelles Mameluchorum imperii redintegrandi ſtudio, eorumque reliquias collegerat: miſerat etiam ad Cajerbejum Ægypti præfectum legatos, qui ipſum ad commovendam adverſus Turcas Ægyptum inſtigarent; ſed Cajerbejus in Turcico obſequio conſtans perſtitit, ac Farat baſſa Solimanni dux Gazellem cruentiſſimo prælio cum omnibus Mameluchorum reliquiis concidit, ex qua victoria Turcarum arma adverſus Chriſtianos verti cœpere; quandoquidem Solimannus a parente Selimo mandata teſtamento acceperat (c), ut Albam regalem invaderet, ut in media Chriſtianorum regna ex ea arce irrumpere poſſet, neque Chriſtianos in Turciam irruentes expectaret: Rhodum etiam debellaret, ut Syriam pacatam tenere poſſet: tum ea bella præſens obiret; quippe integras non fore eas victurias, quas Imperator ſuo ſudore non peperiſſet.

(a) Bzov. l. 10. & Aloyſio Venet.

Solicitatus Perſa ut in Turcas arma moveat.

Syriæ tumultus a Solimanno compoſiti.

(b) Boſius p. 2. l. 18. Continuator Sabel. Bzo. lib. 11.

Mameluchi ab eo conciſi.

(c) Boſius ubi ſup.

Hæc tyranni parentis juſſa peregit Solimannus: at Chriſtiani Reges Lateranenſis ſynodi monita contempſere; quibus invicem ſe in mutuis bellis perſequentibus, Turcæ inter ſeſe conjunctiſſimi Solimanno Imperatore Albam regalem ad confluentes Savi & Danubii ſitam apud quam Mahumetem II. B. Joanne Capiſtranenſi & Joanne Huniade propugnatoribus divinitus debellatum vidimus, ingenti preſſam obſidione ad deditionem (d) pepulerunt, maxima Chriſtiani imperii clade & ignominia: qua de re Abrahamus (e) Bakſchay in rerum Hungaricarum ad hunc annum chronologia hæc tradit: *Solimannus Turcarum Imperator Belgradum alias Nandor Albam maximum regni Hungariæ propugnaculum capit in feſto decollationis Joannis Baptiſtæ.* Deſtituta erat ea urbs neceſſario bellico apparatu, ac tam occulta fraude irrepſere Turcæ, ut prius cincta fuerit hoſtibus, quam Hungari de eorum adventu ali- CXXII.

Concilii Lateranenſis decreta in fumos diſſipata.

(d) Boſius l. 18. Sabel. continuator hoc ann. Bzov. l. 11.

Alba regalis capta a Solimano.

(e) Abraham. Bakſc. in chronol.

quid

quid reſciſcerent: Hungarorum autem ſceptrum contractabat imbellibus manibus Ludovicus adoleſcens, quem avari principes præſuleſque ſibi expilandum propoſuerant (*a*); adeo ut nihil ille præter regii nominis umbram poſſideret; quocirca nullus adverſus fidei hoſtes cogi potuit exercitus, principibus auxilium pollicentibus, ſed nullum dantibus. Receptæ quoque plures aliæ arces Hungaricæ fuerunt a Tureis, qui Chriſtiano ſanguine ſatiati, ſpoliiſque onuſti majora alia repetituri bella diſceſſere.

(*a*) *Sabell. continuat.*

Plures Ungariæ urbes expugnatæ.

CXXIII. Recentem hanc cladem deploravit Petrus Delphinus (*b*) literis ad Zachariam Maurocenum datis: *De bellorum*, inquit, *tumultibus tum in Italia, tum in Pannonia excitatis verendum merito eſt ob multiplicata paſſim flagitia in terra, quæ, niſi ſua clementia repreſſerit Dominus impetus hoſtium barbarorum [ut de Chriſtianis invicem diſſidentibus taceam] atque retardaverit, maximum immineat paulo poſt Chriſtianæ reipublicæ periculum, ac formidoloſiſſimum bellum. Compreſſa ab Oshomanno Pannonia, & multis præliis jam pene deleſa, Chriſtianorum ſociorum implorat auxilium adverſus nefarias atque atrociſſimos inimicorum crucis Chriſti conatus; & non eſt, qui præſidium ferat ei, qui conſurgat adverſus malignantes, aut qui ſtes cum ea adverſus operantes iniquitatem. Ardet vicini domus, & conflagrari atque everti penitus periclitatur, & negligimus aquam afferre ad extinguendum incendium. Quanto ſalubrius ſibi conſulerent invicem decertantes Chriſticolæ, ſi adeo gravia & atrocia bella ſuſciperent ad tuendam ſuam & ſociorum ſalutem! quorum enim non excitaret animos atque inflammaret ad defenſionem oppreſſorum expugnatum ac ſolo tenus dirutum a Turcis, Belgradum oppidum Pannoniorum paulo ante munitiſſimum? Non erit contenta gens immanis illis finibus: ultra progredi conabitur, & intrare in labores ac terminos, ubi non laboraverunt, contendet. Avertat Dominus ne fiat iſtud, & diſſipet gentes, quæ bella volunt, eaſque ad nihilum redigat; facile eſt enim ei, cum voluerit poſſe, &c. Ex Muſolea die* XXIX. *octobris MDXXI.*

(*b*) *Petr. Delph. l. 12. ep. 44.*

CXXIV. Auctus eo triumpho Solimannus Rhodicam expeditionem, quæ Mahometi II. olim etiam infeliciter ceſſerat, conficere meditatus eſt: accenderant vetera odia barbarica (*c*) miſſa Gazelli a Fabricio Carretto principe belli ad Syriam e Turcico imperio divellendam ſubſidia: tum maritimæ in Turcicas naves graſſationes, nec non Pontificem principeſque Chriſtianos ad ſociale bellum, quamvis irrito conatu, fuiſſe excitatos: cumque Fabritio Philippus Villers in Rhodio principatu ſucceſſiſſet, Amarallus Luſitanus eques magni nominis, qui capitali a Philippo diſſidebat odio, & invidia conflagrans de prodenda Rhodo ſuſcepit conſilia, ac Solimannum aſſiduis hortatibus ad eam bello expugnandam incitavit, a quo proximo anno ſubactam videbimus.

(*c*) *Boſius l. 18.*

Solimannus ab altero Iuda concitatus in Rhodios.

CXXV. In Somatra eum Emmanuel Paciecus Pacemenſem tyrannum, qui impoſitum a Luſitanis ſuperiori anno Regem ſuſtulerat, maritimis graſſationibus fatigaret, conſertum eſt admirabile prælium flumineum quinque Chriſtianorum, qui in ſcapha aquatione redibant, adverſus tres barbarorum infidelium naves apparatiſſimas milite lectiſſimo, & armis; adeo ut in prætoria, quæ noſtros circumſtetit, centum & quinquaginta viri, & in his plerique nobiles veherentur: de quibus tamen Chriſti implorati auſpiciis parta victoria, quam ut miraculo plenam deſcribit his verbis Oſorius (*d*): *Tres naves humiles quidem, ſed valde longæ multorum militum capaces, quæ remis impelluntur [incolæ Lancharas appellant] armis & valido militum præſidio munitæ, quibus multi nobiles homines vehebantur, ſcapham conſecutæ ſunt. Navibus præerat Joacenſis vir egregie fortis, qui Zudamecius appellabatur. Noſtri obſtinatis animis decrevere mori potius, quam ſervitutem pati. Deinde cum omnem ſuam ſpem in Chriſti numine collocaſſent, ad pugnam ſe comparant. Unus ex quinque viris Luſitanis tonſor erat: is cum eſſet viribus ſummis & animi ſingulari alacritate præditus, navis prætoriæ, quæ reliquas anteceſſerat & in ſcapham invaſerat, proram manibus arripuit, quatuor reliqui in navem conſcendere, quos ipſe conſecutus fuit, tantoque impetu in hoſtes irruere, ut multi ſe metu in mare deiicerent: dum ſuis a tergo enſe diſtricto ferociter inſtabat, & mortem illis, niſi fortiſſime pugnarent, minabatur: & cum nihil neque exhortando neque minitando proficeret, quatuor occidit. Erant adhuc hoſtes ancipiti metu diſtricti: qui enim Luſitanorum impetum ſuſtinebant, ab illis cædebantur; illis qui fugiebant eras manibus ducis ſui mors neceſſario ſubeunda. Tandem poſtquam aliquo ſpatio fuit utrinque dimicatum, omnes hoſtes aut ferro conciſi, aut fluctibus demerſi ſunt: tantus enim illis terror injectus eſt, ut ſe in mare demitterent, ipſeque dux multis prius vulneribus acceptis ſe in mare præcipitem dedit. Erant autem ſupra centum & quinquaginta qui nave illa vebeban-*

Luſitanorum facinus inſigne adverſus barbaros.

(*d*) *Oſor. l. 12. p. 382.*

hebantur: reliquæ duæ naves cum primæ caſum oculis aſpexiſſent, metu perterritæ conſtiterunt: ſed eo tempore noſtri erant ita labore debilitati, & vulneribus confecti; ut nullas ad reſiſtendum vires haberent. Sed eodem numine, quo fuerunt in prælio confirmati, ut tam admirandum facinus ederent, hoſtes exterriti ſunt, ita ut eos aggredi non auderent. Navis hoſtium capta remulco ad navem primum, deinde Malacam perducta, & in terram ſubducta, & integumento contecta fuit, ut diutiſſime permaneret, miraculi ſtupendi monimentum: hoſtes enim a Chriſti ſanctiſſimis ſacris alieni perſpexerunt id nullo modo viribus humanis, ſed Dei præſentis auxilio geſtum fuiſſe. In quo multa valde miranda contigere: primum Divina virtute parta victoria. *fuit ardor & alacritas animorum, quo quinque viri mori maluerunt, quam hoſtibus in deditionem venire: deinde prælium ipſum tam fœlici ſucceſſu confectum, ut centum & quinquaginta hoſtes ferociſſimi quinque virorum manibus vel cæderentur, vel metu adeo turbarentur, ut ſe in mare præcipitarent: poſtremum fuit ille metus duabus navibus integris incuſſus, quæ non auſæ ſunt in homines quinque vulneratos, atque graviſſimo labore defatigatos invadere.*

CXXVI. Pacemenſis Regis cum Chriſtianis fœdus. Peperit hæc pugna admirabilis pacem: nam Pacemenſis Rex ob eam repletus terrore Chriſtianorum amicitiam expetivit, ſarcitaque injuria obtinuit. Felici etiam eventu geſtum bellum adverſus Bintamenſem Regem Malacæ infeſtum; centum enim & eo amplius ipſius naves incenſæ, revulſa ſtationis ejus repagula, instructæ cum elephantis illius acies diſiectæ, Padi oppidum direptum, flammiſque deletum. Defenſa etiam Chriſti potius, quam Luſitanorum virtute Conlamenſis arx pauciſſimis munita præſidiis adverſus viginti barbarorum millia: *Eam Indiæ partem, quæ Conlamo finitima eſt*, inquit, Oſorius, *& ad Auſtrum Cori promontorio definitum, quam Comorim* Barbarica in Luſitanos conjuratio. *appellant, quædam Regina tunc imperio tenebat, cum qua Conlami Reginæ de Luſitanorum excidio conjuravit. Itaque Reginæ utriuſque copiis trium fratrum, qui plurimum inter Naires opinione virtutis excellebant, opera conjunctis, menſe junio,* Veneno infecti fontes a barbaris. *quo menſe hyemis maxima vis in regionibus illis eſt, bellum excitari cœpit: ſupra viginti hominum millia coacta ſunt: venenum fuit in puteis ſparſum, ut aquatio impediretur, & urbs circumſeſſa & magnis viribus oppugnata, & aliqui ex Chriſtianis Indis, qui urbem incolebant, occiſi: arcem triginta tantum viri Luſitani tuebantur; ex illis quinque erant morbis oppreſſi: hyems erat impedimento, quominus facile Cochimo auxilium mitteretur, commeatus erat exiguus; præterea pulveris tormentarii ſumma penuria.* Subdit author Rodericum legaſſe hominem ſtrenuum, qui ſe fluctibus committens Cochimenſem præfectum periculi admonuit; ac mox navim commeatu neceſſario inſtructam cum viginti quinque propugnatoribus Conlamum ſubmiſſam: continente vero duorum menſium ſpatio hoſtes variis acribuſque aſſultibus urſiſſe noſtros, & crebris viciſſim eruptionibus decertatum cominus ferro & haſtis magna barbarorum ſtrage: qui Coacti ad pacem flagitandam barbari. demum animis remiſſi, ac proxime adventantis auxilii metu pacem oraverint, & irrogatas ob violatum fœdus pœnas ſuſceperint.

Hoc anno in Americam illiuſque in- CXXVII ſulas Carolo V. ſubditas a Leone X. ſubmiſſi ſunt præcones evangelici ex ordine S. Franciſci Joannes Glapion & Franciſcus de Angelis, qui barbaris veri Numinis lucem feliciſſime intulerunt, atque ad rem Chriſtianam proferendam omnibus prærogativis inſtructi ſunt, quibus Nicolaus IV. Urbanus V. & Eugenius IV. profecturos ad diſſeminandam inter gentes Chriſti fidem ornarant. Conſignatum eſt hac nota diploma pontificium (a): *Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die* XXV. *aprilis MDXXI. pontificatus noſtri anno nono.* Revocatus eſt poſtea ex Americana legatione Franciſcus de Angelis, atque inter Clementem VII. & Carolum V. concordiæ interpretem illum egiſſe, dicetur inferius: ni forte duo Minoritæ Hiſpani eodem nomine inſigniti fuerint.

(a) *Ext. apud Wadin. to. 8. nu. 1625. n. 2.*

Recuperata hoc anno eſt die auguſti CXXVIII. Ferdinandi Corteſii in Mexicano regno geſta. decimatertia, ut nota marginalis habet, & vitæ Ferdinandi Corteſii author confirmat (b), Tenuſtitana lacunaris civitas ampliſſima Mexicanorum regia a Ferdinando Corteſio, quem immortalia facinora ad barbaros humanarum victimarum carnificina putidos & execrabiles, qui ob everſa dæmonum ſimulachra rebellarant, edomandos, Chriſtianoque ſubiiciendos imperio edidiſſe, refert Petrus Martyr in commentariis inſcriptis ad Hadrianum VI. qui cum obiiſſet antequam ipſi traderentur, ſucceſſori Clementi VII. oblati fuere: *In civitate*, inquit, *millia domorum octo, ſed quæ ſuburbiis conſtat immenſis ad lacunam uſque protentis a Taſcalteca leucas octodecim nomine Taſcuco cum exercitu numeroſo pedem fixit Corteſius. Non auſi ſunt cives Taſcucani detrectare ne darentur in prædam exemplo vicinorum edocti. In Taſcalteca conſtruendarum navium magiſtros reliquerat*

(b) *Petr. Mart. dec. 5. c. 8 vit. Ferdin. Corteſ. pag. 207.*

Digitized by Google

rat Corſeſius, qui dum ipſa belligerando circumvicina hoſtilia premeret, Berganſinos uti mentionem fecimus componeret. Terdecim, ubi primum in Taſcuco ſedem exercitui dedit, afferri juſſit Bergantinorum compoſituras, quæ Taſcaltecanorum & Guazuzingorum humeris ſabulatim allata ſunt: neque laborem illum inviti ſumpſerunt; atron adeo eſt in Tenuſtiſanos odium, ut pro deliſiis habeant quoſcumque labores ad Tenuſtiſanorum perniciem directos. En rem Romano populo, quando illuſtrius res illorum vigebant, non facilem. Ex Taſcuco labitur in lacunam fluvius non ingens, cujus utraque ripa domibus, hortis interiacentibus perpetuis fulsa eſt. Interea dum Bergantinorum conſtrueretur compago, dum & remi & amplustre univerſum componerentur, foſſam duci juſſit ex Tazcuco ad lacunam ſpatio milliarium Italorum trium, ſtaturarumque virilium quatuor profundam alicubi ſuis lateralibus aggeribus muniſiſſimum, in qua ſtagnare fluvius poſſes ad bergantinorum devectum ad lacunam. Quinquaginta dierum intervallo cum foſſoribus perpetuis octo millibus provincialibus perfecis opus:

Plures inſignes urbes Mexicanæ ab eo flammis deletæ.

ſed antequam una, & naves & foſſa formarentur, pleraſque civitates tum terreſtres tum lacunares, a quibus fuerat aufugiens infeſtatus, delevit & combuſſit: neque jam Tenuſtiſani audebans prodire, ut aperto marte contenderens cum noſtris. Terdecim bergantinis per admirandum opus illud deductæ foſſæ in lacunam projectis, Tenuſtitani ſuam videre præſentaneam perniciem: ex neceſſitate tamen animos ſumpſerunt.

CXXIX. Subdit author, viſis noſtrorum navibus hoſtilium cymbarum quinque millia militibus refertarum eas adoriri niſas; ſed tormentorum bellicorum jactibus mox adjuti nubeculas vento diſſlatas: diverberatam crebris telis urbem, interclufos commeatus, aquæductus abruptos, ac tribus exercitibus urbem cinctam, quorum uni ex ſexaginta millibus & amplius militum conflato præfuit Corteſius; quippe ex finitimis provinciis tum prædæ tum libertatis ſpe plures quam ipſe poſceret confluebant. His ſuccinctus copiis Aſtapalappam Muteczumæ olim Regis ſedem regiam vaſtavit, atque ex ea Tenuſtitanæ urbis pontem operis magnificentia, amplitudine, longitudine, firmitateque admirandum invaſit: ingentes etiam alii, duo exercitus erant, adeo ut univerſim tres illi centum viginti millibus militum conſtitiſſe referant. Ita undique ſepta obſidione civitas miſera, facile colla jugo ſubdidiſſet, ſed barbarus Rex ejuſque principes pro retinenendo imperio eam exitio dedere: *Septuaginta*, inquit, *continuis diebus eſt ab omnibus lateribus a tergo & a fronte infeſtata. Intra civitatis ipſius vias redeuntibus noſtris ad veſperam in caſtra quingentos, mille interdum & eo amplius ſcribunt quoto congreſſu fuiſſe interemptos, quo ſtrages erat crudelior, eo magis copioſe ac opipare cœnabant.*

Barbari hoſtes devorare ſoliti.

Guazuzingui & Taſcaltecani cæterique provinciales auxiliarii, qui ſoliti ſunt hoſtes in prælio cadentes intra ſuos ventres ſepelire nec vetare auſus fuiſſet Corteſius: e noſtris paucos ajunt ſemper periiſſe. Ergo tum gladio, tum rerum penuria conſumpta eſt civium pars major: mortuorum acervos plerumque in viis noſtri civitatem pugnando ingredientes reperiebant, quos fame ſitique dicebant exhalaſſe animas. In his hoſtilibus impreſſionibus fuit ſemel Corteſius ab hoſte captus, ſed mox a ſocio, qui manus invaſoris uno ictu abſcidit, liberatus: ac demum cum partem, in qua Rex barbarus latebat, exploſaſſet, in eam improviſo impetu incurrit, illumque ac proceres cepit: quo in cuſtodiam tradito ingens civitas diſcerpto fere omni ejus populo in deditionem Corteſii venit, omneſque nationes quibus Rex barbarus dominabatur, Chriſtiano imperio ſubiecit.

Captus a Corteſio Rex Mexicanus.

Reportato hoc triumpho Ferdinandus Corteſius deformatam urbem in priſtinam dignitatem reſtituendam meditatus, ne tanta moles inculta maneret, ſanguine regio procreatum Tenuſtitanæ Regem ei præfecit; ipſe autem circumjacentes urbes ac provincias exploratas ſub jugum miſit: ad Auſtrum trans montes patere immenſum æquor reperit, atque in iis regionibus ſex ampliſſimas civitates florere, quarum minor Valliſſoleto celebrior longe eſſet.

Exploratæ ab eodem Mexici provinciæ.

CXXX. His conſentanea tradit ejuſdem Corteſii vitæ author, additque centum millia Tenuſtitanorum trimeſtri flexu cæſa, præter eos, qui fame & peſte interierunt, ducenta vero millia Americanorum in caſtris Corteſii verſata, præter nongentos Hiſpanos & octoginta equites: ſingulis vero recurrentibus annis die S. Hyppolito ſacra victoriæ memoriam recoli ſolemni inſtructa ſupplicatione, in qua Corteſii vexillum circumfertur.

Tenuſtitanorum horrenda clades.

Addit etiam plura ejus excidii præſagia a Mexicanis viſa; conſpecta enim ab omnibus in aere prælia: in orientali etiam mari duabus ante auroram horis ingentem ſplendorem e mari in cælum efferri atque evaneſcere viſum: tum pervulgatum fuiſſe Mutecxumæ tempore candidam & barbaram gentem Mexico imperaturam; præterea barbaro, qui bello captus fuerat, jam dæmonibus immolando atque infelicem for-

Præſagia illius.

tem

Digitized by Google

tem ſuam plangenti implorantique cæli Conditoris opem, oſtenſum cæleſte viſum, quo juſſus eſt mortem non expaveſcere, miſerturum enim illius æternum Numen: cæterum impiæ ſuperſtitionis ſacerdotibus denuntiaret, brevi immania cruoris humani ſacrificia penitus tollenda; jam jamque imminere, qui neſariam ſuperſtitionem deleturi, rerumque potituri eſſent: cumque poſtea pictas angelorum imagines conſpexiſſent barbari, uſurpare ſolitos illum Deum prædicto Americano viſendum ſe obieciſſe. Scribit etiam author, (a) Ferdinandum Corteſium conſueviſſe mox atque aliquam novam terram ſubigeret, idola evertere: ac humana ſacrificia prohibere, ne Deus & proximus læderentur; partoque Mexico efflagitaſſe a Cæſare, ut epiſcopos ſacerdotes, & monachos, quibus decumas telluris attribueret, pro fide propaganda mittendos curaret.

Vaticinia de abolendis humanis ſacrificiis.

(a) Id. ibid. pag. 233.

CXXXI. Navis ambitum orbis emenſa in Hiſpanias reverſa.

Emenſa univerſi orbis ambitum navis, cui Victoriæ nomen inditum erat, hoc anno in Hiſpanias appulit, de qua hæc Petrus Martyr (b) refert: *Alia via poſt triennium paucis diebus exceptis a diſceſſu revecta eſt, primariis omnibus infelici eventu pene relictis; ſed hoc inauditum hactenus tentatum numquam ab initio mundi paralellum integram: terram univerſam circuit hæc navis. Quid ſuper hac incredibili novitate confinxiſſet Græcia, ſi Græco alicui accidiſſet?* Et infra: *Tot erroribus actos ſe inquiunt, ut millia leucarum quatuordecim percurriſſe nunc hac, nunc illac navigando ſe prædicent, licet terræ ambitum minus octo millibus conſtare fateantur; quia qua via quærendæ forent optatæ inſulæ ab itinere Portugallenſium alieno ignorabant. Datur opera ne a talibus inceptis decidatur quid ſtatuetur, quo pacto cum Portugallenſibus concludetur.*

(b) Petr. Martyr. dec.5.c.7.

Nonnullis interjectis, ut Luſitani Caſtellanique contenderent invicem Moluccheas intra limites ab Alexandro VI. Pontifice cuique Regi deſignatos jacere, addit idem Petrus Martyr: *Unum reſtat quod ſumma replebit admiratione legentes, eos præcipue, qui ſe putant vagos cælorum curſus habere præ manibus familiares: quando ad Gorgodes navis hæc regreſſa fuit, diem fuiſſe mercurii arbitrabantur nautæ, jovis eſſe repererunt: unde diem unum in eo diſcurſu ajunt ſibi ablatum ea trium annorum intercapedine.*

CXXXII De Moluchis inſulis inter Luſitanos & Caſtellanos lis orta.

Se-

I. SEquitur annus vigeſimus ſecundus a millеſimo quingenteſimo decima indictione, quo exegerat Dei Eccleſia in orbitate ac luctu menſem unum dies ſeptem, cum Cardinales duo de quadraginta, qui ſacris comitiis intererant, divino potius inſtinctu, quam humano ducti conſilio, Hadrianum tit. SS. Joannis & Pauli presbyterum Cardinalem & epiſcopum Dertuſenſem communibus ſuffragiis præter omnium expectationem ad Pontificiæ dignitatis apicem quem illi divinitus jam ante prædictum ferunt (a), ob egregia ejus virtutum ornamenta evexere v. idus januarii (b). Divino ſane factum conſilio, ut Hadrianus ſummus Pontifex renuntiaretur teſtatum, præter alios, reliquit Gregorius Corteſius in literis, quas ad eundem Pontificem poſtea dedit: *Tibi potiſſimum Hadriane VI. Pontifex maxime Chriſtianum orbem adminiſtrandum communi ſuffragio patres conceſſerunt, ea quidem ratione, ut nemo tam vehemens hoſtis providentiæ exiſtat, qui id divino factum conſilio audeat denegare: ignarus ſi quidem & in extremis orbis partibus agens ad ſupremum dignitatis faſtigium es evectus; quod tibi potiſſimum illi commiſerunt, quibus liberum erat præſentem & ex ſeipſis Pontificem creare; cum ne nomine dicam certe fere nemo eſſet, qui te de facie cognoſceret.*

Hadriani VI. creatio.

(a) Paul. Jov. in Hadr. vit.
(b) Guicc. l. 14.

Ignaro & agenti in Hiſpania delatus pontificatus.

II. Aſcribit etiam ejus electionem Petrus Delphinus (c) divinæ providentiæ in literis ad Franciſcum Cardinalem Soderinum miſſis: *De aſſumpto*, inquit, *noviſſime ad apicem apoſtolatus ſummo ſacerdote optime ab omnibus ſentiri audio; religioſum ipſum ac Deum timentem, & pietate, atque innocentia inſignem vulgo prædicant, ut haud temere credi poſſit a Domino factum iſtud fuiſſe; cum ſit mirabile in oculis omnium. Laudatur idcirco ſapiens incorruptumque ſenatus veſtri judicium, &c. Ex S. Benedicto die XIII. januarii MDXXII.*

(c) Petr. Delph. l. 12. ep. 50.

Inſignes ejus virtutes celebratæ.

III. Agebat tum Victoriæ in Cantabria Hadrianus Hiſpaniarum adminiſtrationi cum duobus collegis intentus, cum nuntius de pontificatu illi delato a Gerundenſi epiſcopo miſſus eſt. At ille converſis ad amicos oculis: *Si vera*, inquit (d), *quæ nuntiantur, mihi profecto plurimum eſt dolendum*; ac tum Cæſarauguſtani denegatam antea S. Lamberti martyris ex ea urbe oriundi maxillam dono tranſmiſere: quod ſacrum pignus tanto pietatis ſenſu delibutus excepit, ut maximum adepti pontificatus fructum percepiſſe diceret, quod tam pretioſo munere frueretur. Allatum poſtea eſt ei factum a Cardinalibus electionis decretum; quo pacate accepto, ut Deo obtemperaret, pontificium cultum induit, ac priſtino Hadriani nomini retento ſexti cognomen adjecit.

(d) Paul. Jov.

Dolet ſibi delatum pontificatum.

IV. Fuit ipſe patria Trajectenſis patre natus Florentio humilis & obſcuræ conditionis viro, honeſtis tamen moribus prædito; at adeo egeſtate preſſo, ut cum eximiæ indolis filio literis inſtituendo par non eſſet, in collegio quodam Lovanienſi gratis educandum tradiderit: ubi optimus adoleſcens tanta cum ingenii ac diligentiæ laude ſtudiis navavit operam, ut brevi temporis flexu inter philoſophos ac theologos principem locum ſit conſecutus, neque pontificii juris aliarumque ſcientiarum expers extiterit. Cum itaque doctrinæ ac probitatis gloria floreret, Margarita Maximiliani Romanorum Regis filia, quæ Belgis præerat, in eum ſacerdotium parochiale conferendum curavit, dein Lovanienſium canonicorum collegii decanus creatus eſt, ac poſtea in ea nobili academia ſcrinii præfectura auctus (cancellarium vulgo vocant) penes quem ſcholarum ſupremum imperium manet. Emerſerat jam ex pauperie ad opes non modicas, cum Lovanii collegium conſtruxit, vectigalibuſque annuis ad alendos ſtudioſos adoleſcentes, locupletavit: deinde Carolo in Romani imperii & plurimum regnorum ſpes adoleſcere incipienti, ad ejus optime conformandos mores, literiſque perpoliendum ipſius animum præceptor datus a Maximiliano Cæſare illius avo: poſtea ad Ferdinandum Hiſpaniarum Regem orator miſſus, deſignatus eſt ab illo epiſcopus Dertuſenſis, quo extincto, & Carolo in avi materni regna ſuccedente, Hadrianus ex oratore Cæſareo conſiliorum regiorum rerumque omnium particeps ac moderator factus Maximiliani rogatu commendationeque a Leone X. anno a virgineo partu MDXVI. in Cardinalium numerum relatus, S. Joannis & Pauli titulo inſignitus eſt; abeunteque in Germaniam Carolo, Hiſpanicæ aulæ procurator relictus, ſtrenuam operam compeſcendis populorum ſeditionibus navavit: qua ſolicitudine diſtricto demum pontificatus illi delatus eſt.

Doctrina claruit.

Primitiæ illius.

V. Non defuere, qui Cardinales acerbe carpſerint, natione Belgam Pontificem delegiſſe, qui longe trans alpes degeret, dum eccleſiaſtica ditio a duce Urbinate & Balionibus bello laniebatur: quo maxime tempore Italia Hiſpanis & Gallicis

Veriti plures ne in Hiſpaniam ſedem Apoſt. transferret.

concuſſa armis præſentia Pontificis egeret; atque in anceps diſcrimen Romanam dignitatem conjeciſſe, ne in Hiſpanias ſedes Apoſtolica transferenda eſſet. Verum qui rem altius perpenderit, periclitantem nimirum ob Lutheri hæreſes in Germania religionem, ſapientiam Cardinalium cogetur ſuſpicere, quod eum ad pontificatum evocarint, qui Cæſaris gratia & potentia fretus Lutheranam impietatem in dies ingraveſcentem excindere poſſet. Quare Joannes Faber (*a*) in epiſtola præfixa libro, quem adverſus Lutheri hæreſes hoc anno ſcripſit, conceptas piorum ſpes de Lutherana hæreſi ab eo extinguenda ita expreſſit: *Succeſſus fore felices, quam multis eu cauſis ſperamus, quas commemorare perlongum foret, tum maxime eu vocatione illa mire canonica, quæ tantum abeſt, ut ullam corrupti officii ſuſpicionem præbeat, ut nulla multis ſæculis mirabilior ſit credita diviniorque: te enim, quem tanta terrarum mariumque intercapedo a ſacris illis comitiis ſejunxit, ceu eu divinæ vocis oraculo deſignavit ſacroſanctus ſenatus ille cardineus integritate vitæ non minus quam eruditione conſpicuus: non ambiiſti faſtigium hoc, ne quis calumnietur, te tibi geſturum imperium, ut qui invitus huc ſis pertractus, & adeo per omnia plane vocatus, ut Aaron Iſmaelitica gentis olim ſacerdos magnus: quamobrem multo ſane felicius ceſſurum hoc auguramur eccleſiæ Chriſti, quod paſtor orbis es vocatus.* Et infra: *Quod ſi ulla ratione humana ſubſidia præſtare poterunt, en potentiſſimum ac maximum Imperatorem Carolum habes, cui providentia Dei jam denuo contigiſti pater. Quod ſi Carolus ille magnus olim Hadriano I. compaternitatis vinculo dumtaxat obſtricto in damnandis hæreſibus ac recuperandis Eccleſiæ bonis nunquam deeſſe voluit; an non juſtiori cauſa is Carolus tibi aderit, quem toties, & tam impenſe erudiiſti ſanis doctrinis, ac [quod magis laudandum fuerit] quem tua ſanctimonia vitæ feciſti eſſe optimum?*

(*a*) *Jo. Fab. in epiſt. dedicator.*

Præter expectationem delectus Hadrianus.

Ad hæreſim Lutheranam excindendam nullus aptior deligi poterat.

VI. Cardinales quidem eo conſilio ductos ipſum delegiſſe oſtendunt datæ a Carolo V. ad Cardinalium ſenatum literæ (*b*), quibus Dolgaſtus falſam illam notam appoſuit, ad confirmandum deſignatum Pontificem fuiſſe exaratas.

(*b*) *Ext. apud Dolgaſt. to. 2. p. 149.*

Reverendiſſimis dominis Cardinalibus ſacri collegii Carolus, divina favente clementia, Rex Romanorum, &c.

Magnitudo rei, qua pietatem in Deum veſtram, erga nos benevolentiam declaraſtis, facit ut cum ſumma vobis debeatur gratia, quibus verbis eam pro merito veſtro habeamus vix invenire poſſimus: nam nulla dicendi facultas eſt, quæ divina ſtudia veſtra oratione æquare poſſit, admirabilem profecto ſapientiam veſtram; ſiquidem cum quo in ſtatu res publica eſſet animo veſtro proponeretis, de Pontificeque deſignando ageretis, nihil aut publico commodo, aut dignitati noſtræ anteuliſtis. Libebat ante de republica bene ſperare, nunc ſecura omnia præſtare poſſe videmur; quid enim eſt, quod hoc Pontifice & in divinis, & in humanis rebus conſtitui non poſſit; cum præterea quæ in homine ſumma inſunt, animum noſtrum ſanctiſſimis officiis ita devinctum habeat, ut omnibus fortunis noſtris non ſecus quam ſuis uti poſſit. Ergo quod ſuffragiis veſtris ſalvam religionem voluiſtis, quodque quantum potuiſtis nobis tribuiſtis, quæ univerſo ordini ſeparatimque unicuique debetur, gratia ea non ſolum a nobis habetur, ſed ita cumulate refertur, ut nulla dies interventura ſit, quæ huius beneficii memoriam e ſenſu noſtro evellat: ſed cum ſalus rerum perturbatis his temporibus eo vertatur, ut ſummus Pontifex quamprimum in urbem veniat regendam, qui navis ſuæ clavum præſens vobiſcum ſuſcipiat, certos homines in Hiſpaniam cum literis excurrere jubemus, præfectoſque, ut omnibus officiis ſanctitatem ſuam proſequantur monemus. Interim a vobis petimus, ut pro virtute veſtra curam ſacroſanctæ ſedis Apoſtolicæ ſuſcipiatis, quantumque poteſtis caveatis, ne quidquam de amplitudine illius deſideretur. Pauciſque interjectis verbis ſubdit: *Hortamur vos, ut concordi voluntate ſitis, ſalvaque ea curetis, quæ a Leone X. viro nunquam ſatis laudato ſempiterna laude parta ſunt, &c. Dat. Bruſſellæ* XXVI. *januarii MDXXII.*

Actæ a Carol. V. gratiæ Cardinalibus ob creatum Hadrianum.

Affectum Hadrianum magnis honoribus muneribuſque ab Hiſpanis præſulibus, ac proceribus, qui ad eum undique concurrere, refert Vincentius Blaſcus (*c*); familiaque pontificali compoſita, Victoria profectum Burgos, Palentium, Eldanam, Valliſoletum, ac demum Cæſaream Auguſtam ſe contuliſſe, ac ſolemni ubique pompa exceptum: in hac vero urbe ſanctiſſimorum martyrum ipſum reliquias veneratum; cumque S. Lamberti ſepulchrum aperuiſſet, atque aliquas reliquias abſcinderet, recentem & purpureum ex iis cruorem fluxiſſe, qui vaſe chriſtallino incluſus adhuc in eo templo ſervatur: pauciſque ante diebus ſimile prodigium in oppido, cui Yebra nomen eſt, ſito in valle Vaſenſi, dum Joannes regia Aragonia & Navarrica de ſtirpe creatus epiſcopus Oſcenſis partem reliquiarum ex ſacro S. Euroſiæ virginis ac martyris capite amputaret, contigiſſe, ac ſacri, etiam-

VII. Affectus Hadrianus muneribus ab Hiſpanis.

(*c*) *Blaſc. to. 1. l. 2. c. 29.*

S. Lamberti lipſana purum cruorem fundunt.

tiamnum qui inde manavit ſanguinis impreſſa ſigna conſpici. Subſtitit vero Cæſarauguſtæ Hadrianus a media quadrageſima uſque ad pentecoſten. Tūm Ibero flumine ſecundo Dertuſam defluxit, indeque Tarraconam, in cujus portu ingens claſſis milite ac neceſſario apparatu inſtruebatur, pervenit. Deſcribemus illius iter inferius; recenſenda enim nunc ſunt, quæ pro redintegranda re Chriſtiana geſſerit dum in Hiſpania moras traxit.

Hadriani per Hiſpanias itinera. Pacem inter Gallum & Hiſpan. conſtituere nititur.

VIII. Ubi primum Pontificatum inivit, mox curam omnem ad ſopienda Cæſarem inter & Gallum bella convertit (a): quanta enim mala ex iis pullularent deſcribit Petrus Delphinus (b): *Videmus ubique ſævire bella, vaſtari regiones, diripi atque everti oppida, humanum paſſim ſanguinem Chriſticolarum fundi: non eſt qui ſe opponat pro muro, qui prohibeat fieri talia. Utinam infundat Dominus in præcordia novi hujus Pontificis gratiam, ut ſicut alter Moyſes verbo & exemplo ſtudeat regere populum ſuum, & ſanctitate vitæ potens ſit erectis manibus placare iram Domini, &c. Ex S. Benedicto die* XXIII. *januarii MDXXII.* Miſit ille ad Franciſcum Regem internuntium apoſtolicum archiepiſcopum Barenſem, cui epiſcopus Bajocenſis (c) de tam eximia provincia reſtituendæ Chriſtiano imperio pacis ei demandata eſt gratulatus, ſignificavitque, præſtare, ut Inſubria Gallo permitteretur: ſi enim armis foret ſuperior, ea non contentum futurum; ſin vinceretur, niſi ea ſibi reſtituta unquam conquieturum; ac ni pax inter Reges conficeretur, everſum iri Italiam, remque Chriſtianam in extremum diſcrimen adducendam: cæterum Inſubriam premi duobus exercitibus altero Mediolani mœnibus incluſo, altero per agros volitante ex octodecim Helvetiorum decemque Vaſconum & Italorum millibus conflato: Rentium regulum ad Senarum portas excurrere, tantiſque calamitatibus afflictam Italiam Pontificis opem implorare.

(a) *Guicc. l.* 14.
(b) *L.* 2. *ep.* 52.
(c) *Ext. L.* 1. *collect. lit. princ. pag.* 96.

Prævisæ calamitates ſequuturæ.

IX. Dum dandam pro internuntio pontificio fidem publicam expectabat Hadrianus literas ad Franciſcum Regem plurimis paterni amoris notis inſignes, atque hortativas ad faciendam concordiam miſit (d), quibus pollicebatur, ſe abſciſſo omni humano reſpectu communis parentis affectus erga omnes expliciturum: ex qua apoſtolici amoris ſignificatione Gallum Regem plurimam cepiſſe lætitiam; neque alium delegiſſe pacis arbitrum, quam Hadrianum, quamvis plures principes ſe concordiæ futuros interpretes ultro obtuliſſent, indicavit ultima aprilis die epiſcopus Bajocenſis (e), qui hæc ex regio ore ſe excepiſſe ſignificavit, decreto pontificio internuntin archiepiſcopo Barenſi: quod ad res Italicas ſpectaret, Gallos Ticino propulſatos, Marignani ſubſtitiſſe: Senas a Rentio fruſtra tentatas: Bononiam affectari a Bentivolis; interque hos motus Italos ad Vallonam triginta duo Turcarum millia ad bellum inſtructa comparuiſſe; ut vero iter in Gallias maturaret eſt adhortatus.

(d) *Ext. ea de re ib. p.* 100. *tit. epiſc. Bajocen.*

Profitetur Hadrianus ſe communem parentem acturum.

(e) *Ext. ejus lit. ib. p.* 100.

Quæ geſta in Italia.

X. Profectus igitur nuntius in Gallias, inter alia ad legationem ſpectantia literas Hadriani ad Ludovicam Franciſci Regis matrem pertulit, quibus ipſa rogabatur, ut ad componendam pacem inter Franciſcum filium Cæſaremque omni ſtudio incumberet, cum res Chriſtiana ex eo bello in magnum diſcrimen adduceretur: cui illa multis officiorum piæque in Chriſti vicarium demiſſionis verbis reſcripſit (f) XXIII. junii die, filium ſuum ad imperia apoſtolica accipienda: pacemque conficiendam paratiſſimum eſſe; belli autem exitialis culpam in ejus æmulos conjecit. Paribus officiis Alenconii duciſſa Franciſci Regis ſoror, cum ab Hadriano juſſa eſſet fratrem ad ſuſcipienda pacis conſilia impellere, eundem proſecuta eſt. Porro urſiſſe etiam extremo anno Hadrianum pacis ſtudia tanta contentione refert Hieronymus Niger (g), ut nonnulli cæſarei propugnari ab eo partes Gallicas quererentur.

Internuntius in Gallias miſſus.

(f) *Ib. p.* 102. & 104.

Pacis inter Chriſtianos ſtudia urget Hadrianus.

(g) *Ext. ejus lit. ib.* 109.

XI. Teſtatur etiam idem Hieronymus (h), ſe acepiſſe a cubiculario pontificio Hadrianum pacis inter Chriſtianos principes inſtaurandæ, bellique in Turcas avertendi cupidiſſimum fuiſſe; additque illum ſingulis diebus albeſcente aurora divinam rem facere ſolitum: ſeptima maii hujus anni ſexageſimum quartum annum completurum: voluntatum ſuarum maxime in iis, quæ ad religionem ſpectant, tenaciſſimum, tantaque præditum integritate, ut cum in nepotem ſacerdotium annui cenſus ſeptuaginta ducalium aureorum contuliſſet, illeque paulo poſt aliud pinguius, quod ad centum aureos aſcendebat, poſtulaſſet, illum acerbiſſimis verbis corripuiſſe, præcepiſſeque, ut cupiditati modum poneret; prius enim ſacerdotium illi ſuſtentando ſufficere; ac demum multorum precibus permotum aſſenſiſſe, ut poſterius ſacerdotium opulentius conſequeretur ea lege, ut priore ſe abdicaret: neque enim pati velle, ut quiſquam duo ſacerdotia, quibus animarum cura demandata eſt, conjuncta gerat, ſæpiuſque id adagium repetere conſueviſſe: eccleſias ſacerdotibus non ſacerdotes eccleſiis ſe ornare velle: cæterum

(h) *Ib. p.* 97.

Hadriani mores ſanctiſſimi.

Non permittit nepoti duo ſacerdotia.

Dicere ſolitus ornandas ſacerdotibus eccleſias non ſacerdotes eccleſiis.

Digitized by Google

corruptos aulicorum mores adeo repentinam mutationem non laturos, addidit Niger ipſe exaratis Roma xv. aprilis MDXXII. literis.

XII. Gallo bellum indicitur ab Anglo niſi inducias admittat.

Cæterum integerrimi Pontificis ſtudia ad conciliandam inter Carolum V. & Franciſcum Francorum Regem pacem frustra adhibita ſunt, quamvis Anglorum Rex, minitaretur Gallo bellum, niſi inducias triennales cum Cæſare atque Italis iniret: *Anglus*, inquit Belchairus (a), *bellum per Heraldum ſive præconem militarem Gallo indixit, niſi cum Cæſare in triennium inducias in omnibus ejus ditionibus faceret, quibus Romanus Pontifex, Sfortia Mediolanenſis regulus, Florentini comprehenderentur, & de penſione annua hoc eſt de quinquaginta nummum aureorum millibus non perſolutis querimoniam addidit. Inducias Mediolano ſibi erepto facere Franciſcus recuſavit; & pecuniam flagitare qua Cæſarianorum cæterorumque ejus hoſtium opes augeat, ineptum prorſus eſſe reſpondit. Hinc renuntiata viciſſim amicitia legati utrinque remiſſi fuerunt.*

(a) *Belcar. l. 17. n. 36.*

XIII. Recuperandi Mediolani fallaces ſpes titillabant Franciſcum Regem; verum non modo eo potitus non eſt, ſed reliquas etiam urbes amiſit: ſecutæ enim deinde in Inſubria & Liguria importunæ ſævæque clades a Gallis & Cæſareis acceptæ illatæque, plures urbes ab inſoleſcente milite expilatæ, ac denique Galli ab hoſtibus Italia pulſi fuere, meditabatur Lautrechius Gallorum dux Mediolanum anno ſuperiori amiſſum recuperare, perque arcem auxiliari Helvetiorum exercitu inſtructus irrumpere in urbem: ſed Mediolanenſium virtute repulſus adverſus Novariam arma vertit, eamque vi expugnavit: dum interea Franciſcus Sfortia Germanicis ſuccinctus copiis a Julio Medice Cardinale auro adjutus Mediolanum Tridento procurrit ad cives ipſius cupidiſſimos in Cæſareis partibus confirmandos. Novaria vero potitus Lautrechius caſtra movit, atque apud Ticinum poſuit: jamque murorum parte everſa hoſtilem impreſſionem facere moliebatur, cum imbrium copia & novo ſubſidio a Proſpero Columna lato prohibitus obſidionem ſolvit, feſſiſque jam ſtipendiorum inopia Helvetiis, ac diſceſſionem flagitantibus, in Cæſareos, qui ad Bichocam ſubſtiterant, cæco impetu temere incurrit, a quibus magna clade accepta fuſus eſt: cujus cladis cauſam omnem Belchairus confert (b) in Ludovicam Regis matrem, quæ ſtipendiarium aurum ad caſtra Gallica tranſmittendum, in alios uſus convertendum curavit: *Trecenta*, inquit, *nummum aureorum millia Lautrechio promiſſa, quæ Mediolanum deferri debebant, quæſtores regii, Ludovica Regis matre Lautrechio infeſta ita jubente in alios uſus converterant. Sic animi impotentis mulier res filii proſperas ultionis cupiditate pervertit.* Et infra (c): *Lautrechius in Brixienſi agro aliquantulum commoratus, quod Gallici exercitus reliquias nullo ſtipendio affectas Veneti in ſuis ditionibus tolerare nollent, uno & altero ex domeſticis ſuis dumtaxat concitatus, nec nomen ſuum prodens clam per Helvetios, ne illi inſidias ſtruerent, in Galliam rediit, nec ſperatum ab hoſtibus triumphum, ſed querimonias de nonnullis relaturus, & ſe Franciſco Regi purgaturus.* Et infra: *ad Regem admiſſus modeſte queſtus eſt. Quid, inquit Franciſcus, an alio vultu principatus amiſſi authorem excipere poſſum? Tum Lautrechius, non ſe ſed Regem ipſum ejus amiſſi authorem fuiſſe libere reſpondit; mature enim ſe & ſæpenumero Regem monuiſſe, ni pecunia in militum ſtipendium præſto eſſet, milites omnes ſe invito dilapſuros: equitatum menſes decem & octo gratis nullo accepto ſtipendio militaſſe: Helvetios, in quibus robur peditum exercitus erat, eadem de cauſa ipſum, ut ad bicoquam contra omnem militarem diſciplinam dimicaret coegiſſe, inde mox abiiſſe cæteros, & numero perpaucos & itidem male affectos reſiſtendo non fuiſſe. At intulit Franciſcus: ad quos quadraginta, quæ ad te miſſa ſunt nummum aureorum millia pervenerunt? Literas, reſpondit Lautrechius, quibus ad me ea mitti ſignificatur, accepi, cæterum ne ullum quidem internuntium accepi.* Subdit author: *Samblancaium quæſtorum principem, cum Regi id quod erat de interverſo a Ludovica Regis matre militari auro, indicaſſet, Prati cancellarii invidia, quod a Rege ob venerandam canitiem pater appellaretur, circumventum capitali ſupplicio affectum.*

Mediolanum fruſtra tentatum a Lautrechio. Novaria ab eodem expugnata. Ticinum fruſtra tentatum.

Fuſi ad Bichocam Galli.

(b) *Belcarr. l. 16. n. 47.*

Ob intercepta militum ſtipendia clades contigit.

(c) *L. 17. n. 12.*

Lautrechii fuga.

XIV. Interea everſis Gallorum rebus in Inſubria Lauda ab Hiſpanis primo impetu capta direptaque, Cremona a Proſpero Columna ad deditionem compulſa. Erepta Gallo Inſubria, acceptiſque aliquot arcibus, in Liguriam concurſum eſt a Cæſareis, atque apud Genuam victricia caſtra locata ſunt: eodemque die Petrus Navarrus cum duabus triremibus Genuenſem portum ingreſſus eſt ad fluctuantem urbem in Gallorum obſequio confirmandam, dum aliæ majores copiæ quatuordecim ſcilicet millia peditum Aquitanorum & Narbonenſium cum quingentis cataphractis & mille ſagittariis equeſtribus Roberto Stuardo Scoto duce ſuppetias

Pulſi Inſubria Galli.

In Liguriam verſi Hiſpanorum impetus.

De pace agunt cum Genuenſibus.

as laturi properabant : ſed cives in diverſas partes abſtracti parum ſuæ ſaluti conſuluere ; quippe cum ad concordiæ pactiones, quibus jubebantur ejecto Octaviano Fulgoſio Antonium Adurnium ſibi præficere, claſſemque ad cæſarea imperia paratam haberi, intenti, munia belli desererent, ex nimia pacis fiducia, Hiſpani per murorum ruinas conferris agminibus irrupere, urbemque incautam

Incautos & diffidentes opprimunt.

cæſareumque nomen implorantem expilarunt : evaſit tamen prædonum manus ille catinus celeberrimus quo Chriſtum, in cœna uſum tradunt, quique ſumma veneratione in principe templo aſſervatur. Florebat Genua divitiis, quibus egens exercitus ditatus cædibus & ſtupris abſtinuit Adurnii rogatu, qui neminem in ſervitutem abduci paſſus eſt.

Direpta Genua.

Tulit permoleſte hanc Genuæ direptionem Cæſar, Davaloque duci ſuccenſuit, quod per ſpeciem fœderis militi anſam latrocinandi dediſſet, ducibuſque hujus ſceleris religione ſolvi flagitantes a Pontifice repulſam ut videbimus accepere.

XV. *Italia & bello & epidemia vexata.*

Auxit bellicas calamirares peſtis, quæ hujus anni æſtate adulto menſe junio Romam invaſit, ut Hieronymus Niger ſuis literis XXVI. junii conſignat (a), additque, mox Cardinales & aulicos hinc inde diffugiſſe, nec idonea conſilia politica ad illam vim ſerpentem depellendam adhibita ; adeo ut per compita repentina morte concidere viſi ſint homines (b); in qua publica conſternatione Pontifice & Cardinalibus abſentibus, ac magiſtratuum inertia dum piis precibus operibuſque ad divinam placandam iram vacandum eſſet, execrandum ac peſſimum facinus a Demetrio Spartano Græco magicarum ſuperſtitionum perito patratum eſt : is ſiquidem pollicitus malum a ſe ſedatum iri, taurum carmine magico manſuefactum tenui filo cornu diſſecto illigato per urbem circumduxit, mirante rem ſtulta plebecula ignara flagitii ; ac deinde in amphitheatro dæmonibus immolavit (c).

(a) Lib. 1. collect. lit. princ. pag. 103. & 106.
(b) Ib. p. 106.

Immolatus a mago taurus dæmoni.
(c) Id. ib. Bizar. hiſt. Gen. l.19.

At tantum ubi ſcelus cognitum eſt, mox publica comploratione illud expiare populus ſtuduit, ut refert idem Hieronymus Niger (d) horum teſtis oculatus ; decretas nimirum tradit ſolemnes ſupplicationes, inſtructaque religioſa pompa infinitam adoleſcentum ſeminudorum ſeſeque diverberantium, ac divinam miſericordiam altiſſimis vocibus implorantium multitudinem præire, ſubſequi hominum turbam ſquallentibus ſaccis indutorum, pariterque flebili ululatu Dei miſericordiam invocantium ; demum clauſere agmen matronæ accenſas faces manibus prætendentes lacrymiſque effuſæ. Scribit temere author recentior (e), ſedatam peſtem ab illo infando mago præſente in urbe Hadriano ſub initio autumni : ſed ea res veritatis fuco penitus caret, cum toto autumno peſtis maxime ſævierit : tum ſanctio (f) ab eo in magos edita demonſtrat quantum Hadrianus a tolerando tam impio facinore abhorreret. Sed eo abſente nonnulli urbani magiſtratus ſcelus permiſere ; feruntque vetera diaria (g), dum ſacrilegum ſacrificium peragebatur dæmoni, varia ferarum monſtra in aere viſa.

(d) Niger. in lit. ſup. p. 106.
Romani ſcelus chriſtiana pietate expiare nituntur.
(e) Bizar. hiſt. Gen. l.19.
(f) Ext. in bull. conſt. 2.
(g) MS. diar.

Putarunt Romani Hadrianum audita ſævientis Romæ epidemiæ fama Italicum iter intermiſſurum, cum ineunte junio de retardato adventu ſe excuſaſſet (h), conjecta in eos culpa, qui expetitam ad traiiciendum claſſem non ſubmiſiſſent : verum urbis calamitas extimulavit pium paſtorem, ut ad ſolandas oves procurreret : cum enim pontificias triremes Genuæ in anchoris ſtare accepiſſet, ſegnitiem nautarum increpuit (i).

Hadrianus in urbem properat.
(h) Sup. p. 103.
(i) Ib. p. 104.

XVI. *Ditio eccleſiaſtica ingentibus malis preſſa.*

Expetebatur ob varios triſtes caſus ejus in urbe præſentia : nam poſt Leonis X. obitum vacuo ſacroſancto ſolio a Franciſco Maria Ruboreo principatum Urbinatem repetente ditio eccleſiaſtica infeſtata fuerat : Peruſium ineunte anno a Balionibus occupatum : deinde Picenum & alia loca belli vi vexabantur ; neque Cardinales, qui eccleſiaſtico imperio præfecti fuere, inter ſe concordibus animis conſenſerant. Decretus porro fuerat legatus Cardinalis Cæſarinus totius collegii nomine, miſſuſque ad Hadrianum, ut ipſum ſupplicibus votis ad properandum in urbem hortaretur, ut ex ea tanquam ex religionis arce univerſam rem Chriſtianam moderaretur. Orabat vero eundem Carolus V. qui in Belgio agebat, ut ipſius adventum expectaret, quo in colloquium cum eo de rebus magnis acturus venire poſſet : ſed cum tardius rediret in Hiſpaniam Cæſar, cunctandum ultra non putavit (k); ex quo Gallica factio ſibi bene ominata eſt ; ut refert Hieronymus Niger. Inſtructa itaque quinquaginta navium claſſe (l), qua militum quatuor millia, aulicorum vero & præſulum duo millia vehebantur ſexta auguſti die mare ingreſſus, proſpero flatu uſus Genuam applicuit (m), ac miſeram urbem ob recentem direptionem mœrore preſſam ſolatus (n) eſt.

Hadrianus appellit Genuam.
(k) Ext. ea de re lit. lib. lit. princ. pag. 106.
(l) Ib. p. 104.
(m) Aug. Juſt. l. 6. Foliet. l. 12. Bizar. l. 19.
(n) L. 1. lit. princ. p. 106.

Provolarunt (o) eo mox Franciſcus Sfortia dux Mediolanenſis, Proſper Columna, & Davalus marchio Piſchariæ pontificii & cæſarei exercitus duces ad pia oſcula ejus pedibus figenda, omnique religionis nexu, ſi quo in diripienda Genua

(o) Aug. Juſt. Foliet. Bizar. ubi ſup.

ſe devinxiſſent, ſolvi petierunt, quibus ab Hadriano reſponſum ferunt (a): *Nec poſſum, nec debeo, nec volo*. Addit Hieronymus Niger, Romanos, ubi illius in Liguſtico littore appulſum accepere, mox luctum excuſſiſſe: ac licet peſtilentiæ vix remiſiſſet, ſingulis tamen diebus ſolemnes ſupplicationes compoſito agmine religioſo fieri, ſacras Chriſti e cruce pendentis ſanctorumque imagines circumferri, ac plura miracula a Deo ad comprobandum ſacrarum imaginum cultum edita increbreſcere, inter quæ hæc recenſet. Cum per forum Judæum B. Virginis effigies, quæ in eccleſia S. Mariæ in porticu expoſita eſt, deferretur, Judæam, cum religionis Chriſtianæ odiu averteret oculos, cœcam factam eſſe: Judæum pariter avertentem ora, cervice inverſa ſemper ſtetiſſe: puerum morbo laborantem, concepto a matre ad ſacram Deiparæ virginis imaginem, quæ in Auguſtiniana æde condita eſt, voto, repente convaluiſſe; ac diebus ſingulis per templa, ubi ſolemnes fiebant religionis ergo hominum concurſus, deferri.

(a) *Id. ib.*

Quid ducibus Hiſpanis abſolutionem ob direptam Genuam poſcentibus reſponderit. Romæ habitæ ſolemnes ſupplicationes. Patrata plura miracula.

XVII. Venienti Cardinales occurrunt. Affecta ignominia fœmina quæ veſtem virilem ſumpſerat.

Interea Hadrianus intento in Etruſcum mare curſu Liburnum appulit, ubi Julius Cardinalis Medices & alii quinque Cardinales pluriumque principum oratores ipſi occurrere. Inde in portum: cui Herculis nomen eſt devectus, cum mulierculam virili cultu indutam conſpexiſſet, ſevero imperio refert Hieronymus Niger imperaſſe, ut veſtibus excepto induſio, quo pudorem tegeret, exueretur, addita compoſito ad gravitatem vultu hac voce: *Deus fecit illam mulierem, illa autem vult eſſe mas: Faciamus ergo ut neque habitum habeat maris, neque fœminæ*. Brevi dein navigatione die S. Auguſtino ſacro Oſtiam cum octodecim triremibus applicuit, viginti navibus vi tempeſtatis tardius ſequentibus, atque octo Cardinalibus, qui illi obvii occurrerant aliis triremibus invectis; ex quibus Medices, Piccolominæus, Petruccius, & Ridolphus Liburni illum exceperant, Cornelius, Columna, & Vicenſis apud Civitatem vetulam adſuerant: e quibus Columna a collegio Cardinalium legatus decretus fuerat (b), Cæſarinus vero ab Hiſpania eum fuerat comitatus. Ex Oſtienſi portu eadem die monaſterium S. Pauli petiit Hadrianus, cui Romani in porta arcum triumphalem eleganti opere excitavere quingentorum aureorum ducalium ſumptu: ſed illum interrumpi Pontifex juſſit, dictitans triumphales arcus gentilitios potius ritus, quam Chriſtianos & religioſos decere: controverſum vero fuiſſe, an in baſilica S. Pauli thiara pontificia cingendus foret, ut ea redimitus urbem ingrederetur; ac demum contrariam viciſſe ſententiam, nempe in porticu baſilicæ S. Petri apoſtolico inſigni ornandum videri: ita die ſequenti cum univerſa curia ſe ad S. Pauli ædes effudiſſet, Hadrianum (c) ſummo mane de more, nunquam a ſe ſingulis diebus intermiſſo, re divina facta poſt conſuetos a Cardinalibus acceptos honores in ſacrarium baſilicæ ſe cum iis recepit; ac primum de pontificatu ſibi delato gratias egit, deinde cauſas tardioris adventus expoſuit, ac denique Cardinales humaniter exoravit, ne quiſpiam proſcriptos reoſque ſcelerum ſuis domibus exciperet, ſinerentque ut ad juris legumque aſſerendam ſeveritatem forenſis ſatellitis præfectus eorum domos ingredi poſſet: cujus poſtulatis cum omnes uno ore morem geſſiſſent, a cubiculariis & ſcutiferis ſubcollantibus in ſede geſtatoria ad portam Urbis delatus eſt: deinde equo conſcenſo, præeunte, ut moris eſt, ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento ad Vaticanas ædes ſe contulit pompa non tam apparatu magnifico, quam lætis plauſibus; necnon feſto tormentorum bellicorum reboatu effuſa extitit. [1] Die inſequenti acerbiſſima lex, ne quis armatus incede-

(b) *Ib. p.* 106.

Vetat Hadrianus triumphales arcus ipſi parari.

(c) *Sup. p.* 107.

Cardinales monet ne reos excipiant ædibus.

NOTÆ [1] Hadriani novi pontificis in urbem Romam ingreſſum die veneris IV. Kal. Septembris anni hujus conſignat Blaſius Ortizius Toletanus canonicus, qui inter domeſticos pontificios adſcitus ex Hiſpania Romam cum pontifice venit, iterque illud diligenter narravit ea lucubratione, quam Baluzius Miſcellan. to. III. pag. 351. e mſ. collegii Navarrici codice vulgavit. Nihil vero in ea hiſtoria ſcriptor, alioqui diligens & accuratus, de prodigio erumpentis ſanguinis ex lipſanis S. Lamberti, cum ex illis fruſtulum pontifex Cæſarauguſtam veniens decerperet. Quo ex ſilentio ſuſpictoſa efficiuntur ea quæ de prodigio illo ex Cæſarauguſtana traditione narrat Annaliſta hic num. 7. Scribit pariter Ortizius pontificem urbem ingredientem excepiſſe *fornices perpulchros ad exemplar antiquorum cum triumphantem imperatorem debellatis hoſtibus Romani excipiebant*. Quæ male cohærent iis, quæ de vetitis a pontifice his profani triumphi ſignificationibus Annaliſta hic num. 17. commemorat. Denique, eodem Ortizio teſte, pontificis ſolemnis coronatio die XXXI. auguſti celebrata fuit. Optime etiam ſcriptor ille excuſat Hadriani moroſitatem in auxiliis Rhodum mittendis. Ex literis enim a ſummo Rhodianorum equitum magiſtro ſcriptis compererat futurum, ut ad vernam uſque ſequentis anni tempeſtatem obſeſſæ urbi nihil timendum eſſet ab aggreſſoribus. Quare pontifex, qui re pecuniaria laborabat plurimum, lente ac ſegniter rem agebat. Verum chriſtianorum ſpem, Turcarum diligentia feſellit. Nihil enim ut ſperabatur aggreſſorum ardor ſubeuntis hyemis frigore intorpuit, qui in obſidione perſeverantes tandem in urbem evaſerunt. Cæ-

Prohibet geſtari arma.

deret promulgata eſt, ac die dominica ſolemni ritu thyaram ad baſilicam S. Petri accepit, minori quam olim concurſu, cum plebis pars in ſuburbanis peſtis reliquias perpurgaret: quæ Italico ſermone narrat Hieronymus Niger literis ſuis, quibus aſcripta eſt dies (a) kal. ſeptembris hujus anni. Quam vero eximium pii paſtoris ſpecimen editum ſit ab eo in illa publica calamitate narrat Panvinus (b) his verbis: *In illa atrociſſima peſtilentiæ vaſtitate, quæ omnia id temporis depaſcebatur, paſtor oves non deſeruit; ſed aliis pleriſque magnatibus ſibi fuga conſulentibus, ipſe nec pavidus multum, nec anxie pharmacis armatus in urbe permanſit eo officio incolis mire gratificatus.* Confirmatæ tum ab eo fuere leges, quibus regnum Neapolitanum Carolo Cæſari aſſertum erat: necnon vectigal nummarium a cæſareo & Joannæ Reginæ matris Caroli oratore Hadrianus recepit, ut ejuſdem literæ (c) docent.

(a) Ext. ſup. pag. 107.

(b) Panvin. in vit. Hadr. VI.

Confirmat ut Carolus regnum Neapol. cum imperio retineat.

(c) L. 1. brev. Hadrian. VI. p. 7.

Hadrianus, &c. Cum jam nos in urbem contulerimus, idem Joannes Manuel, nempe orator Joannæ Reginæ Aragonum & Siciliæ & Caroli filii Imperatoris deſignati, *volens omnia & ſingula ſupradicta dictorum Regum nomine realiter & cum effectu adimplere, die nona menſis ſeptembris pontificatus noſtri anno* 1. *in palatio noſtro apoſtolico in aula conſiſtoriali palafredum album decenter ornatum nobis dedit, tradidit, præſentavit & realiter conſignavit una cum ſeptem millibus ducatis auri in auro de camera ac oblatione aliarum rerum: ad quas prædicti Reges juxta conventiones inter ſedem Apoſtolicam ac ipſos initas tenentur: & nos dictum palafredum album, ut præfertur, decenter ornatum ſic nobis præſentatum una cum ſeptem millibus ducatis auri de camera ac oblatione prædicta, etiamſi ultra tempus conventum,* nempe pervigilium feſti Apoſtolorum Petri & Pauli, *conſignatio & oblatio hujuſmodi factæ fuiſſent ſponte & libentiſſime, acceptavimus & realiter recepimus; quapropter Carolum & Joannam Reges prædictos apoſtolica authoritate quietamus, liberamus, ac penitus abſolvimus, &c.*

Perſolutus illi cenſus.

XVIII. Explicuiſſe Hadrianum in ipſo adventus ſui in urbem exordio maximarum virtutum ſpecimen indicat Petrus Delphinus in literis ad Joannem Picolomineum Cardinalem Senenſem miſſis (d): *Non habemus,* inquit, *Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, cum & electum ipſum divinitus omnes uno ore conſentiant, & de ejus vita & ſanctiſſimis moribus ab univerſis ubique prædicetur, ingenti nimirum gaudio repletus ſum in adventu tanti principis ad locum ſolii ſui, ubi judicaturus ſit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate ſua. Vale, Venetiis die* x. *octobris MDXXII.*

(d) Id. ib. ep. 84.

XIX. De illius vero humanitate ad Julium Cardinalem Medicem hæc narrat (e): *Tantæ præterea humanitatis & manſuetudinis ipſum eſſe affirmant, ut neminem unquam a ſe triſtem dimitti patiatur.* De gravitate vero morum ab omni corruptione maxime alienorum idem memorat in literis ad Juſtinianum Bergomenſem eremitam datis (f) ſic inquiens: *De Hadriano Pontifice qualis ſit in adminiſtranda Chriſtiana republica futurus novit Dominus ſolus, cui omnia ſunt nuda & manifeſta: ſi tamen mores, ſi religionem, ſi vitam ejus conſideremus, non poſſumus de illo niſi omnia bona, niſi juſta, niſi ſancta nobis polliceri. Reſpuere illum aiunt penitus blandimenta verborum, proculque reiicere omnem adulationem, neque ullis mundanis voluptatibus aut illecebris oblectari, pectuſque purum ab omni facinoris contagione exhibere: quo fit, ut dubitari nequeat, futuram ſemper cum eo manum Domini, nec defuturum tantæ ſanctitati cæleſte auxilium, &c. Die* XIX. *ſeptembris MDXXII.* Adire eumdem Pontificem, ut ſacra oſcula illius pedibus libaret optabat idem author; ſed cum ſenio confectus itineris labores ægre ferre poſſet, literis ipſum ſalutavit (g).

(e) Id. ib. ep. 85.

Neminem a ſe triſtem dimittit.

(f) Ep. 81.

Adulatores odit.

(g) Ep. 82.

Tristiſſima (h) tum erat rerum Chriſtianarum facies: eccleſiaſtica ditio ab internis

Laniata a tyrannis ditio eccleſiaſtica.

(h) Guicc. l. 14. Continuat. Sabell. hoc ann. Surius in com. Panvin. in vita Hadrian. VI.

NOTÆ Cæterum, ad pontificem Hadrianum quod attinet, quæſtio inter hiſtoricos apud Spondanum agitatur de natalis ejus ſolo & regione; quamvis enim plerique Batavum agnoſcunt, Amſteledami natum tuentes; alii vero majori numero Ultrajecti editum affirmant. Aliis demum locus & regio a Belgica plane diverſa placet; nam in pago Renzano oppidi Salodienſis, in diœceſi Brixiana, ortum tenent, unde a patre puerulum eductum in Belgium tranſmigraſſe affirmant. Hujus ſententiæ authorem propugnatoremque P. Matthiam Bellintanum Capucinum Salodienſem indicat Spondanus, cujus ea de re lucubratio anno 1586. prodiit. Huic adſtipulatur Dionyſius Fanenſis in additione ad Hiſtoriam Tarcagnotæ, qui ſe id comperiſſe affirmat jurato teſtimonio ſenis cujuſdam Renzanenſis, eidem pontifici neceſſitudine, ut ipſe de ſe affirmabat, conjunctiſſimi. Affirmabat ille Romam ſe olim contuliſſe ad Hadrianum, a quo agnitum, interrogatum de aliis propinquis quos Pontifex puer olim in patria norat, ac muneribus generoſe donatum, remiſſum tandem atque monitum ne ſe pontificis neceſſarium cuiquam proderet; ideo forte quod originem ſuam, obſcuram oppido, occulere ſtuderet. MANSI

Digitized by Google

nis hoſtibus vaſtabatur : Franciſcus Maria Robureus, uti dictum eſt, Urbinatem principatum occuparat : Peruſium invaſerant Baliones : Camertes & Ariminum Sigiſmundus Malateſta ſibi ſubjecerat : Ferrarienſis dux infeſtus erat : pars maxima Italiæ cæſareis & Hiſpanicis armis expilata & cruore fœdata fuerat, oppreſſis Gallis, qui lapſas res redintegrare magnis viribus annitebantur. Diſtracto iis bellis Cæſare, Lutherus furorem impietatemque latius diffundebat, ac ſectatorum ſuorum opera Chriſtiana ſacra vi & armis in Germania profanabat : Turca in Pannoniam incurſionem facere nuntiabatur : mari vero Rhodum, Chriſtiani in oriente imperii propugnaculum extracta jam aliquot menſium obſidione oppugnabat. Julius Medices Cardinalis Rhodiam militiam ante Cardinalatum profeſſus, ac plures alii Pontificem urſere precibus (a) mox atque pervenit, ut Hiſpanicam claſſem egregie inſtructam Rhodum ad ferendas obſeſſis equitibus ſuppetias mitteret. Qua de re hæc Belchairus hiſtoriæ mandavit (b): *Quantum Rhodus orbis Chriſtiani propugnaculum eſſet haud providentes, Hiſpanos pedites quos ſecum in Italiam Hadrianus adduxerat, adverſus Gallos neglecta Rhodo in Inſubres miſerunt. Hadrianum Romam appulſum hortatus eſt Julius Cardinalis Medices ut triremes ſuas eoſdemque pedites Rhodum mitteret portum, inita claſſe Turcica autumnalibus ventis, qui vehementiores eſſe ſolent, facile ingreſſuros, præſertim cum claſſis Veneta quinquaginta triremium e Creta eoſdem comitari, & vires oſtentando, ut in portum Rhodium advolarent occaſionem dare poſſent, & multæ minores naves e Creta aut e nonnullis Rhodi inſulæ arcibus profectæ, urbem interim dum oppugnaretur ingreſſæ ſunt. Verum Hadrianus imprudentia lapſus, aut cæſarianæ factioni nimis addictus, ab eo conſilio abhorruit, ſeroque errati ſui conſcius auxilium ferre nequidquam conatus eſt; miſſas enim triremes in Sicilia ventos ſecundos expectantes Rhodii equites poſt deditionem in Italiam navigantes offenderunt.* Hæc Belchairus qui creatam ex Rhodi clade Hadriano invidiam indicat.

Miſer Chriſtiani imperii ſtatus.

Rhodus obſeſſa a Turcis.

(a) *Cantu. Sabell. hoc ann.*

(b) *Belcair. l. 17. n. 2.*

Rogatus Hadrianus ut claſſem Rhodiis ſubmittat.

Imprudenter adverſus Gallos potius quam Turcas mittit.

XX. At pio Pontifici juvandæ Rhodi vota non deerant, ſed mittendæ claſſis Hiſpanæ non integra illi fuit poteſtas; augere enim eo milite exercitum contra Gallos malebant (c) Hiſpani, timebantque ne, ſi ea claſſis a Turcica, quæ longe viribus præſtabat, opprimeretur, ipſorum res in Italia peſſum irent; ut ideo & amiſſæ Rhodi culpa, non Pontificis negligentiæ, ſed belli authoribus tribuenda ſit.

(c) *Paul. Jov. in vita Hadrian. VI.*

Regum Chriſtianam rem ſpernentium ſuror ingens.

XXI. Lugent hiſtorici inſulæ fortiſſimæ hoc exeunte anno ad deditionem faciendam compulſæ jacturam poſt maximas Turcarum ſtrages editas, quos una cum Imperatore Solimanno & univerſis Aſiæ & Europæ viribus perire neceſſe erat, ſi quam opem Chriſtiani Reges tuliſſent. Origo belli præter inexplebile Mahometanorum in fideles odium, & immenſam excindendi imperii Chriſtiani cupidinem hæc fuit, quod ſtante incolumi Rhodo, equeſtris ordinis Jeroſolymitani arce, difficilem ex Conſtantinopoli, in Ægyptum Syriamque navigationem ob maritimas equitum excurſiones haberent, ac niſi juſta claſſe ea maria ſulcari poſſent. Titillabat etiam Solimannum æquandæ vel ſuperandæ majorum militaris gloriæ æmulatio, noſtrorumque principum diſſidiis uſus vigeſima quinta martii brevi verborum ambitu ſupremo Rhodiorum magiſtro ſignificavit, parta ad Albam regalem ſuperiori anno victoria non expletum ad aliam illuſtriorem aſpirare. Præſenſerat hæc Solimanni molimina Philippus equitum magiſter, miſſiſque oratoribus Hadrianum Pontificem, Carolum V. Cæſarem, ac Franciſcum Gallorum Regem de formidando Turcici belli apparatu fecit certiores : tum in Cretam Antonium Boſium ſubmiſit, qui ſtipendiarios milites conduceret : ſed Veneti, qui paulo ante cum Turca concordiam confirmaverant, veriti ne barbari debellata Rhodo in eos impetum converterent, auxilia ulla contrahi a Rhodiis publico edicto vetuere. Itaque quadringenti tantummodo clam Rhodum ſubmiſſi fuerunt, luſtratiſque in urbe copiis, quinque millia lectiſſimorum militum, e quibus ſexcenti erant equites, recenſita ſunt. Porro Turcæ recurrente octava die a celebritate corporis Chriſti duce Muſtapha baſſa claſſe ducentarum & octoginta navium in Rhodium portum invecti ſunt : quibus ex Syria tot aliæ naves ſe conjunxere, ut claſſis ad quadringentarum numerum perveniret; totque ex Aſia traductæ ſunt copiæ, ut in caſtris ducenta millia militum verſarentur.

Pontifex ac Reges diu antea de Turcica molitione præmoniti.

Veneti inique Rhodiis negant auxilia.

Quanta claſſis comparata a Turca.

Tanti belli mole preſſus Rhodius princeps, miſſis oratoribus Pontificem iterum Cæſaremque ac Francorum & Anglorum Reges ſolicitavit, ut ad commune propulſandum periculum vires conjungerent : Venetum etiam in Cretæ inſula præfectum oravit, ut ſubſidia obſeſſis mitteret : tum Dominicum Treviſanum Venetæ claſſis præfectum in Cretenſi portu agentem literis eſt hortatus, ut afferret opem; nuntiavitque expugnata Rhodo Venetos reliquam orientalem ditionem amiſſuros : Sentiebantque inter Venetos XXII.

Prædictum Venetis ni Rhodo ferrent auxilia Cyprum amiſſuros.

pru-

prudentiſſimi Turcis inferendum bellum, ne Rhodo potirentur, ut ex literis Petri Delphini (*a*) ad Chriſtophorum Marcellum Corcyrenſem archiepiſcopum colligitur. *Erit*, inquit, *Venetis noſtris major gloriæ acceſſio, ſi apparuerint univerſo orbi propugnaculum Chriſtianæ fidei, ſicut fere ſemper extiterunt; quamquam inierint fœdus cum inimicis crucis Chriſti: quæ enim conventio Chriſti ad belial? aut quæ pars fideli cum infideli? quis enim conſenſus templo Dei cum idolis? utinam mittat Dominus in noſtrorum corda, ne amplius juxta ejuſdem Apoſtoli monita ducant jugum cum infidelibus, &c. Die* VII. *junii MDXXII.* At obtenſa eſt a Venetis religio fœderis cum Tutca initi; inſtructa autem ab illis atque ornata fuerat ſexaginta triremium & triginta navium majoris alvei claſſis, Treviſano ei præfecto; ut in omnem belli eventum parata apud Cretam conſiſteret, ſi forte Turcæ violata fide quampiam Veneti imperii urbem adorirentur; at cum ii adverſus Rhodum vertiſſent arma, prælio abſtinuit, quamvis illos penitus delere Rhodumque facile liberare potuiſſet: *Clare conſtat*, inquit Petrus Juſtinianus (*b*): *Si vim Triviſanus inferre barbaro fœderis oblitus voluiſſet, facile eum magna Veneti nominis gloria delere potuiſſet: nam hoſtis in terram egreſſus vacuam omni præſidio claſſem reliquerat; qua delata nil præterea quidquam obſtabat, quominus excluſis undique mari auxiliis, Turca in inſula deſtitutus ferro fameque conficeretur: verum fidem Venetus ex majorum inſtituto ſervare volens, a vi abſtinuit, & Rhodii a potentiſſimo hoſte oppugnati urbem diu ſtrenue tutati ſunt, cui Philippus Villida gente Gallus tunc magnus magiſter præſidebat.*

(*a*) Petr. Delp. l. 12. ep. 74.

(*b*) Petr. Juſt. ſup. l. 12.

Potuit Treviſanus Venetus delere Turcas.

XXIII. Tenuit obſidio menſes ſex, in qua nulla ad Rhodios vel leviſſima aliquot equitum, maxima autem ad Turcas auxilia pervenere, adeo ut præter illa ducenta millia, quæ in inſulam exſcendiſſe diximus, alia centum millia decretis variis ſupplementis acceſſerint: quinetiam cum Turcæ poſt acceptas varias clades in pluribus eruptionibus ac præliis adverſus duces ſuos ſeditionem commoverent, ductoſque ſe ad crudelem carnificinam quererentur, veriti ne Chriſtiani Reges in eos expeditione confecta irruerent, Solimannus eorum Imperator a Peri baſſa admonitus ad Turcas fugam meditantes ſua præſentia confirmandos, vigeſima octava julii die in inſulam trajecit ſuorumque animos auxit, profeſſus prius ſe vita imperioque exutum iri, quam inde ſtante Rhodia urbe abſcederet. Die quarta ſeptembris dum princeps Rhodii ordinis ad preces fundendas in eccleſia incumberet, atque hæ voces a ſacerdotibus repeterentur: *Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me feſtina*; appliciti a Turcis ignes pulveri tormentario in cuniculis ſub Anglicæ nationis propugnaculo actis, immani reboatu murorum partem excuſſere, moxque per ruinas ferali impetu irrupere Tureæ, actumque de ſalute Rhodiorum erat, ni Deus ipſis affuiſſet: provolavit itaque eo princeps Rhodius, ac fidei hoſtes, qui ſigna Turcica in mœnibus fixerant, magna eorum ſtrage edita diſpulit, communitoque opportune loco inſtructa religioſa ſupplicatione divino Numini gratias egit. De hac Rhodiorum equitum in propulſandis Turcarum conatibus fortitudine hæc narrat Petrus Delphinus (*c*); *Nudiuſtertius allatæ ſunt ad dominium Venetum literæ a præfecto generali claſſis ſuæ, quibus ſignificatur, ſcripſiſſe ſibi principem Rhodienſium militum undecima præteriti menſis die, ſe euſque terdecim vicibus cum barbaris pugnam iniiſſe cum magna illorum ſtrage, & adjuvante Domino prævaluiſſe.*

Turcæ ſæpius propulſati ab equitibus.

Cum irrumperent in urbem fracti.

(*c*) Petr. Delph. l. 12. ep. 86.

Undecima octobris terdecies pugna commiſſa.

XXIV. Erat tum Rhodi Hiſpana fœmina opinione ſanctitatis conſpicua ex Jeroſolymitana peregrinatione recenter reverſa: hæc vili induta cultu nudiſque pedibus aſſidue templa obibat, & emendicato victu ſobrie uſa, reliqua pauperibus elargiri conſueverat; Rhodios autem piis verbis ſolabatur: admotum hoc a divino Numine flagellum ad plectenda eorum crimina; non defuturam tamen miſericordiam, quæ meritis pœnis affectis improbis pios ſervaret, idque divinitus ſe accepiſſe affirmabat. Dictis autem conſentire exitus viſus eſt; ſiquidem perditiſſimi Chriſtiani nominis proditores, qui omnia, quæ in obſeſſa urbe gerebantur, fixis ad ſagitras literis, hoſtibus ſignificabant, intercepti ſumpto de ipſis extremo ſupplicio periere: Rhodii vero, cum omnis ſalutis ſpes abeſſet, pactione militari divinitus ſervati ſunt, uti dicetur inferius. Poſt varias hoſtiles impreſſiones, in mœnia non ſine magna barbarorum clade factas omnium aſperrimum certamen vigeſima quarta ſeptembris die initum eſt (*d*): ſiquidem Solimannus cum præconis voce urbem direptioni atque excidio expoſuiſſet, univerſum exercitum (qui tantus erat, ut mille Turcæ contra unum Chriſtianum pugnaturi eſſent) quatuor locis in diruta mœnia ſimul aſſilire, necnon centum triremes in portum, ſi præſidio ſuo nudari contingeret, vi irrumpere juſſit; tantoque ardore dimicatum eſt a barbaris, ut in Hiſpanicæ nationis

Hiſpanæ piæ fœminæ vaticinium.

(*d*) Id. l. 20.

pro-

Digitized by Google

propugnaculo quadraginta Turcica vexilla defixa fuerint, ac tribus horis ancipiti eventu de illius poſſeſſione pugnatum: demum non a Rhodiis modo equitibus, verum a religioſis viris, maximeque Minoritis, divinitus parta victoria, cujus etiam ſenes, pueri, ac fœminæ participes extitere: quindecim autem vel viginti circiter Turcarum millia eo die interempta fuere: e noſtris ducenti, centum & quinquaginta ſauciati fuere. Tanto vero ex ea clade dolore pudoreque aſfectus eſt Solimannus, ut de receſſu volvens conſilia Muſtapham baſſam Rhodiæ expeditionis præcipuum ſuaſorem & impulſorem ob data mala conſilia, exaggeratas ſcilicet nimium vires Turcicas, Chriſtianaſque imminutas ut ſagittis configeretur damnaverit. Rapiebatur is ad ſupplicium in mediis caſtris, cum Peri baſſa authoritate florentiſſimus ſpiculatores retardavit, profectuſque ad Solimannum non tantum abfuit, ut eum placaret, ut idem tyrannus illum etiam una cum Muſtapha interfici juſſerit, tum quod imperiale mandatum revocaſſet, tum quod ipſum ad veniendum in caſtra impuliſſet, atque in præſentem ignominiam clademque conjeciſſet: quo viſo, qui circumſtabant duces una omnes in terram provoluti orarunt, ut iis ignoſceret, cum ipſis ſublatis Turcicæ res graviorem cladem accepturæ forent.

Aſperrime in propugnaculis pugnatum. Quindecim Turcarum millia cæſa. Rhodiæ expeditionis auctor morti adjudicatus a Solimanno.

XXV. His conſentanea ab equite, qui labores caſtrenſes in propugnanda Rhodo obibat, accepta Beſchairus (a) monumentis mandavit, atque impetus perpetuos in obſeſſos a Turcis factos, nec non Solimanni tyrannidem ita deſcribit: *Animadvertenda inprimis Turcarum diligentia eſt, cæteris, ut opinor, nationibus incognita; cum primum enim librare tormenta cœperunt, nullum poſtea ad deditionem uſque, ne ad cibum quidem capiendum tempus intermiſerunt, quin vel bombardis, vel minoribus tormentis muros quaterent, vel ſclopetariorum glandibus propugnatores obruerent, quin cuniculos ducerent & terræ montes ad urbis foſſas adducerent, ſemper enim aliis alii ſuccedebant: quod in tanta multitudine perfacile erat, & ſuis tyrannus uti ſervis imperat, unus ſui juris eſt, multa ſervorum millia ſibi perire, ut regnandi libidinem expleat, pro nihilo ducit. Itaque tam tetram tyrannidem, cujus ſimilem ab orbe condito commemorare nemo poteſt tam late patentem, bonam enim orbis partem occupat, tam diu regnare mirandum certe eſt, & inter divinæ ultionis depravatas penitus hominum mentes punientis exempla numerandum. Loco excelſo extra tormentariarum pilarum jactum ſub papylione ſtabat tyrannus, & iteratas impreſſiones, quoad oculorum acies capere poterat, ſpectabat: tandem ſuos fortiter repulſos ægre ferens, & quadam deſperatione in rabiem verſus, Muſtapham baſſam hujus expeditionis authorem morti addicere decreverat, niſi cæteri baſſæ tanti viri mortem in terra hoſtili paſſim divulgatam hoſtibus animum addituram monuiſſent.*

(a) Beſcair. l. 17. c. 26.

Maxima Turcarum Cæſaris in ſuos tyrannis ac ſolertia.

XXVI. De ſolvenda obſidione cogitantem Solimannum retinuit proditor Albanita, qui capta e Rhodia urbe ad Turcas fuga ſignificavit exhauſtas eſſe Rhodiorum vires ſuperioribus præliis, proinde cæpto non deſiſtendum; ac ſi in ſententia conſtantes perſtarent Turcæ, bellum feliciter confectum iri. Idem confirmarunt alii ex urbe proditores, quorum princeps erat Amarallus eques ordinis ſigilli præfectus (vulgo cancellarium vocant) Is in rabiem efferatus adverſus Philippum ordinis principem, quod dignitatem illi collatam adipiſci non potuiſſet, ex invidia eo ſe abripi paſſus eſt, ut ad univerſum ordinem male perdendum conjuraret cum Turcis, eoſque crebris hortatibus ad expeditionem Rhodiam ſolicitarit, jamque abituris conſilia ſuggeſſerit, ipſos nimirum ob pulveris ſulphurei inopiam, atque militum paucitatem neceſſario arce tandem potituros: tanto autem angore conſcientiæ flagitiique cruciatu agitabatur infelix ac profligatiſſimus homo, ut funeſtæ voces ex illius ore auditæ ſint, percupere ſe, ut anima ſua a diabolo abſorberetur: tum deprehenſus una cum ſervo neophyto, qui liteтas in Turcica caſtra conjecerat, judiciario ordine ſervato, capitali ſententia damnatus, quadrifariamque ſectus meritas pœnas tulit.

Meditatur Solimannus obſidionem ſolvere. Proditorum conſilio mutat mentem.

Horrendus illius furor.

XXVII. Miſerat magiſter ordinis die vigeſimo octavo auguſti ad Pontificem Antonium Boſium oratum ut auxilia ex ditione eccleſiaſtica, Neapoli, ac Sicilia ſubmitteret: tum alium ad Francorum Regem, ut ipſum ad Rhodum defendendam comparandaque ſubſidia incitaret; ac ſexto octobris Rhodiis ſignificatum Romæ, Neapoli, & in Sicilia parari auxilia: verum ea ſpe illis erectis nulla interim comparuere; nam tres naves, quas Hadrianus Pontifex in Genuenſi portu adornari juſſerat, adverſis ventis retardatæ fuere: Carolum autem & Franciſcum Reges ita mutua æmulatio efferarat, ut Chriſtiani imperii calamitas eos non moveret; cum Turcæ impulſis terræ aggeribus ingentibus foſſas opplevere & muros æquarunt, murorumque parte potiti miſſis Albanita & Ge-

Afficitur ſupplicio.

Foſſæ a Turcis oppletæ aggere.

Digitized by Google

& Genuenſi pſeudochriſtianis Rhodios cives ſolicitarunt, ut imminentem internecionem honeſtis pactionibus averterent. Ita cum ii auxilii a principibus occidentalibus ſpe deſtituti, interprete archiepiſcopo Philippum principem urgerent, ut deditionis ſponſione urbis excidium declinaret, coacto demum militari conſilio deditionem faciendam ſancitum eſt, cum Solimannus divina vi, ut creditum eſt, flexus ſalutem ac fortunas incolumes ſponderet: atque ita ipſo die natali Domini Turca Rhodum victor ſit ingreſſus, qui mox pactorum immemor Chriſtianorum opes diripuit, verberibus ſæviit, templa Chriſtiana profanavit, infirmos e xenodochiis ejecit, atque inhumane equites morti proximos per feneſtras præcipites deturbavit, virgines ad ſtupra rapuit, neophytos ad Chriſtianam fidem damnandam adegit. Inter hos perquiſitus diligentiſſime Zemiſſes filius Zemis fratris Bajazethis II. avi Solimanni, qui Chriſtianis ſacris initiatus erat, atque in inſula Rhodo equeſtris ordinis ſumptu alebatur, deprehenſus eſt, atque a Solimanno interrrogatus ſe Chriſtianum conſtanter profeſſus eſt, moxque barbari juſſu una cum duobus filiis maſculis trucidatus martyrii palmam accepit.

Pactionibus certis Rhodus Turcis dedita.

Violatæ a Turcis.

Zemiſſes nepos Bajazethis II. affectus martyrio una cum filiis.

XXVIII. Quanto vero Turcarum cruore & calamitate conſtiterit Solimanno Rhodia victoria, indicavit baſſa Turcicus Rhodio oratori, ut refert Belchairus (a) hiſce verbis: *Grolæo Achimetus inter cænandum ſexaginta quatuor Turcarum millia in hac obſidione violenta morte, circiter quinquaginta morbis periiſſe confeſſus eſt*. De Rhodi expugnatione hæc inter alios refert Laurentius Surius (b): *Rhodienſes omni deſtituti auxilio, cum aliquot menſes urbem fortiſſime defendiſſent, & multa Turcarum millia ſtraviſſent, tandem certa pactione urbem atque inſulam barbaro hoſti dediderunt; qui eam conſilii ingentis & perdifficilis belli occaſionem audacter ſuſceperat, quod Chriſtianos Reges inteſtinis occupatos bellis didiciſſet. Magnam ejus inſulæ amiſſione reſpublica Chriſtiana & ignominiam & cladem accepit, atque uno eodemque tempore, irato Deo, foris ditiones Chriſtianorum a barbaris, intus religio ab hæreticis oppugnabatur: certe oportuit altum ſtertere quos tot calamitates & incommoda non excitarunt*.

(a) *Belcair. l. 17. n. 32.*

Sexaginta Turcarum millia trucidata in Rhodia obſidione.

(b) *Sur. in comm. hoc ann.*

Caroli V. & Franciſci I. bella exitialia rei Chriſt.

XXIX. Potuerat facile Carolus V. Turcas ab Alba regali ſuperiori anno atque hoc a Rhodo depellere, ſed Gallico intentus bello, dum ea negligit, vix poſtea a Vienna Auſtriæ Solimannum propulſare potuit, ingentiaque hæreticorum in dies viribus, audacia, & furore auctorum, bella ſuſtinuit. Illorum propugnator erat Fridericus Saxoniæ dux, qui primus gremium, quo vipereas foverat, ab iis laniari ſenſit; nam Saxonia inteſtinis hæreticorum ſeditionibus igni, ferro, cædibus rapinis, ſtupris ac ſacrilegiis hoc anno vaſtari fœdarique cœpit (c) ſiquidem Lutherum impia ſua doctrina facinoroſorum hominum colluviem ex univerſa Germania in Saxoniam traxiſſe tradit hiſce verbis Dubravius (d): *Lutherus apoſtata malo bonorum morum publico exortus eſt, monachus audax, vafer, ſubdolus varius, ut qui pugnantibus & contrariis tum ſtudiis, tum conſiliis ſemper uteretur in hoc ſolum intentus, ut ad ſuam apoſtaſiam traduceret quamplurimos, idque fieri vix aliter poſſe cum videret, niſi religione everſa, quæ prævaricatores perjuroſque & transfugas abominaretur, novam inſtituit religionem, quæ & vota & perjuria, continentiamque & caſtimoniam, tum preces & jejunia, aliaque pia opera confidentiſſime contemneret: cumque a bono ad malum facilis ſit lapſus, brevi temporis ſpatio totum illum terræ angulum, in quo morabatur fedifragis, perjuris, adulteris, inceſtuoſis, ſacrilegis complevit*. Horum multitudine & patrocinio fretus, agente Cæſare extra Germaniam diſtento Gallico bello, ex arce Alſtetenſi in Thuringia, in qua menſibus ſex delituerat, quamque ſuam Pathmon quaſi ob fidem Chriſti ac non ob everſam Chriſti doctrinam perſecutionem eſſet paſſus, Joanni evangeliſtæ ſtulte ſe comparans, appellabat, prodiens in publicum, Wittembergam rediit [1].

Turcicum bellum neglectum a Carolo V. ingenti ſuo malo. Saxoniæ infelix conditio.

(c) *Hadrian. in lit. ad Fred. ducem.*

(d) *Dubr. l. 33.*

Lutheri conſilium in propaganda hæreſi.

Sex menſibus latuit in arce.

NOTÆ [1] Ex Annalibus Spalatini adnotanda hic quædam occurrunt, ex quibus rerum Lutheranarum chronologia ſuppletur, emendatur, illuſtratur. Igitur Lutherus e ſuis latebris, vel ſi mavis, e ſua Pathmos, feria V. poſt cineres prodiit, & quod mirere, monaſtico cucullo & corona diſtinctus. Ante eam diem Wittembergenſes Auguſtiniani monachi, Gabriele quodam incentore, ſceleri antehac patrato everſarum ſcilicet imaginum, abolitorum altarium omnium *præter ſummum*, (id eſt altare princeps) aliud hoc adjecerunt, ut ſacrum infirmorum oleum comburerent. Hujus vero facinoris dies aſſignata eſt VII. januarii. Hæc epocha Iconoclaſtarum hæreſis ſtatuenda eſt; ejuſque primi authores non Carloſtadium, ſed monachi illi Auguſtiniani facile habendi ſunt, ex quo Annaliſtam corrigas, qui invectæ hæreſis authorem Carloſtadium conſtituit.

Idem Spalatinus tradit feria VI. poſt feſtum omnium Sanctorum, ducem Saxoniæ Georgium lato edicto vetuiſſe ſuis ne legerent haberentque novum Teſtamentum a Luthero recens Germanice verſum. Non ergo Biblia univerſa adhuc verterat Lutherus, ut male Annaliſta hic num. 48. MANSI

XXX.

(a) *Surius in comment. hoc ann. Florim. Raymund. de orig. hæreſ. l. 1. c. 5. & aliis.*

Dum vero aberat hoc ridiculum Lutherani delirii præcipuis præconibus contigiſſe narrat Surius (*a*): *Dum ille abeſſet quiddam ridiculum accidit Vuittembergæ: Carolſtadius enim & Melanchton præcipui Lutheri diſcipuli & ſymmiſtæ hanſta occaſione ex ſcriptis Lutheri ſtudioſis adoleſcentibus perſuadere, non eſſe dandam operam philoſophiæ, Platonem, Ariſtotelem Ciceronem, & id genus alios non niſi mera ſcripſiſſe commenta & impoſturas, eoſque libros eorum vulcano conſecrandos: uni ſacrorum bibliorum lectioni vacandum, neque fas eſſe hominem Chriſtianum literis dedicatam actitare vitam; faciendum omnibus quod in geneſi dictum eſt:* In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Senſiſſe cum iis Nicolaum Pelargum Enthuſiaſtarum authorem Lutheri diſcipulum refert Meſhovius (*b*). Pergit Surius: *Nemini dubium eſſe poteſt, quin ob ſtultiſſimam animi arrogantiam illi grandes ſophi ad tam abſurdam & plus quam avilem delirationem devoluti ſint, cum certum ſit magnam eſſe liberalium artium, & philoſophiæ ad multa opportunitatem, modo quis recte & moderate illis utatur. Scripſerat Lutherus in libello ad Germanicam nobilitatem Ariſtotelis phyſica, metaphyſica, ethica prorſus aboleri debere. Ex hoc fonte hauſerant, hanc ſuam præclaram doctrinam Carolſtadius & Melanchton; & ut magis inſaniam proderent ſuam, Carolſtadius ex archidiacono factus eſt agricola in rure Wittembergenſi, Melanchton in priſtino artem piſtoriam meditabatur, plerique adoleſcentes, artium liberalium combuſtis libris, mechanica opificia complexi ſunt. Denique hac prodigioſa illorum homuncionum temeritate eo res perducta eſt, ut multis locis ſcholæ clauſæ tenerentur, annis aliquot.* Cauſam affert Joannes Faber (*c*) Lutherum ita compellans: *Quando Witembergæ profeſſorem agebas, placuere tibi gymnaſia: nunc ubi in academia locum non habes, pro tua divina modeſtia dicis gymnaſia eſſe Sodomam atque Gomorrham.* Sed brevi mutavit ſententiam ex commmodo; pergit enim Surius. *At Lutherus Wittembergam e ſua Patmo reverſus Philippum hoc nomine caſtigavit, Carolſtadium ex Vuittembergenſi ditione exegit, libroque edito aſſeruit philoſophiam in ſe bonam eſſe: nam mire ille homo in dictis & ſcriptis ſuis varius & inconſtans, ſibique identidem plene contrarius fuit; quod neque amici ejus unquam negare auſi erant, niſi plane frontem perfricuerint: & vel hoc uno argumento ſatis ſuperque licet intelligi quo ſpiritu fuerit agitatus.*

(b) *Arnol. Meſhov. hiſt. Anabap. l. 1.*

Carloſtadii & Melanctonis deliramentum.

Scholæ clauſæ eorum authoritate.

(c) *Jo. Faber. in libell. de poteſtate Papæ.*

(d) *Jo. Fab. adverſus Lutheri libell. de poteſt. Papæ p. 143.*

XXXI.

Hanc Lutheri in dogmatibus mutandis inconſtantiam ita Joannes Faber (*d*) in luce collocatam Lutheranis obiiciebat: *Hic ponis ſeptem ſacramenta; in captivitate tua ſic inquis: Neganda ſunt ſeptem ſacramenta, & tantum tria pro tempore ponenda; quamquam ex uſu ſcripturæ loquendo non niſi unum ſit ſacramentum. Admiſeras & poſuiſti liberum arbitrium: jam dicis liberum arbitrium nihil eſſe, contra utriuſque teſtamenti apertiſſima teſtimonia, & ſic pejor es omnibus Manichæis, Pelagianis, ac Cœleſtinis. Deteſtabaris Bohemos, quod ab Eccleſia receſſiſſent; jam ſcribis in hæc verba: Non ſunt hæretici neque ſchiſmatici Bohemi & Græci, quia evangeliis nituntur: ſed vos Romani eſtis hæretici & impii ſchiſmatici; quaſi non venerit Spiritus Sanctus in concilia contra eos habita quorum tu ne tuæ modeſtiæ obliviſcaris, impiiſſima aliqua dicis & ſcribis.*

Circa liberum arbitrium.

XXXII.

Circa conciliorum authoritatem.

Volebas te ac tua judicio Romani Pontificis ſubmitti: jam nec Pontificem audire vis. Appellabas Auguſte non ſine majeſtate aliqua ad futurum concilium, cui te totum ſubmiſeras, hujus decreto ex omni parte ſtare volebas; ſed non ſolum tibi fatalia labuntur, immo tu renuntias omni conciliorum decreto, cum non verearis dicere concilia eſſe humana decreta ſibi contraria, proin aſpernanda. Et infra: *Clamabas pro celebrando concilio; jam omnia concilia damnas, reiicis, & impiiſſima vocas. Laudabas Nicænum concilium tanquam omnium ſacratiſſimum; nunc per omnia illi contraria ſcribis, ac dicis.* Aliiſque interjectis: *Vide ergo quam pulchre primitivam ſerves Eccleſiam, qui inter viginti canones tam ſacrati concilii, in decem & octo pecces aperte, forſan etiam peccaturus in reliquos, ſi duntaxat adhuc Pallianiſtæ, aut Fotiniani ſupereſſent. Non negaſti Euchariſtiam dici ſacrificium; jam contra Irenæum, Hieronymum, Ambroſium, Chryſoſtomum & alios dicis: impiiſſimus abuſus eſt miſſam dici opus bonum & ſacrificium. Celebraſti miſſas privatas, & jam libellum ſcribis de abroganda miſſa privata. Honorabas epiſcopos, & venerabaris ſacerdotes; jam dicis non eſſe dubium univerſos ſacerdotes & monachos cum epiſcopis & omnibus ſuis majoribus eſſe idololatras, in ſtatu periculoſiſſimo agentes ob miſſæ ignorantiam, abuſionem, & irriſionem.* Et infra: *Doces veteris legis præcepta non eſſe tenenda; & in captivitate approbas gradus ex Levitico in matrimonio prohibitos. Dicis nos non teneri ad alia, quam quæ nova ſunt lege præcepta; & incaute matrimonium inter aliquos arctiſſimo vinculo adſtrictos admittis. Leges olim non damnaſti; jam imprudentiſſime ſcribis te*

Circa ſacrificium.

Negata obſervatio decalogi.

Leges omnes abrogare niſus eſt.

ſcire

ſcire nullam rempublicam legibus feliciter adminiſtrari, &c.

XXXIII.

(a) *Jo. Fab. cur noluerit Luth. approbare doctrinam c.6.*

Demum negata ab iis Chriſti præſentia in Euch.

Recenſet idem Faber (a) Lutheranorum circa Euchariſtiam ſacrilegos abuſus varios, ac demum ſubiicit poſt profanum Euchariſtiæ uſum ipſos eam pernegaſſe: *Poſtremo Lutheranorum & Carolſtadiorum plurimi ei ſacramento reverentiæ & honoris impendunt nihil; id quod dudum Picardi fecerunt: calcant pedibus dicentes eſſe nihil, ſed ut ab artocopo piſtus eſt panem reliqui nihil. Quid plura? qui novas cudere miſſas, qui ingentes quod ſub utraque ſpecie communicandus ſit populus, compoſuere libros, modo profitentur optime ſe noviſſe prius, quod nihil ſit verum ſecum continuiſſe. Poſtquam item ſeu editis libris vertiginis ſpiritus Carolſtadius commaculaſſet, quamplurimum ob id interea non immodice increpitus confuſuſque a Luthero revocat eos libros ipſe, ſeque Luthero componit, qui gladio illum prius addixerat: cantat vero palinodiam ne ab uxore ſua extra Saxoniam exilio demigrare diutius cogatur: res igitur per mulieres, maxime per Lutheri novam ſponſam cum mithra aurata & ſerica toga compoſita eſt: excuſat inde ſe hic Adam per Evam, per ſociam ſuam ſeductum ſeſe queritur. O tuto toto tuto hæc libris eorum comperi oculis his meis, qui juxta Plautum certiores ſunt teſtes vidi, auribus item meis audivi. Quomodo igitur blaſphemias has in Deum & Dominum meum Salvatorem, qui ſpes mea eſt a juventute mea debui aut potui ſuſtinere.* Porro inimicitiarum inter Lutherum & Carloſtadium eam fuiſſe cauſam indicat Coclæus (b), quod Carloſtadius turpiſſimam hæreſiarchæ gloriam, everſis altaribus & profanato Euchariſtiæ ſacramento, ac diffractis Chriſti & Deiparæ & ſanctorum imaginibus, ſibi peperiſſet.

Carloſtadius a Luthero confuſus. Concubinis interpretibus illi conciliatus. Iterum ab Luthero reſilit Carloſtadius.

(b) *Cocl. in actis & ſcript. Luther. hoc anno.*

XXXIV.

Iconoclaſtarum hæreſis Germaniam inficit.

Revocata ab inferis hæc Iconoclaſtarum hæreſis univerſam deinde infecit Germaniam: nam Zuinglius & Balthaſar Pacimontanus Carolſtadio ad ſacras imagines abolendas, ſanctorum reliquias diſſipandas, altaria evertenda ſe conjunxerunt. Deſcribit eorum verſutias & neſaria facinora his verbis Joannes Faber (c) quibuſve calumniis plebem incautam circumvenerint: *Apud omnium Chriſti fidelium & recte intelligentium mentes teſtatum eſt, imagines non niſi memoriæ reſuſcitandæ gratia paratas erigi, cuſtodiri ut etiam ſimplici rudique populo ſit perinde, ut ſcriptura aliqua, recordeturque frequenter ea, quæ geſta fuerint: neque hæ imagines in hanc horam abſque fruge erectæ tentæque ſunt; ita enim imbecillitate humani ingenii fieri ſolet, ut Chriſti fideles utcumque in Deum intenti ſint, in cæleſtibus converſentur, ut qui mille locos prætereant viaſque longinquas peragant obliviſcerentur paſſionis ac mortis Jeſu Chriſti, niſi ſint imagines, quas ſimul atque aſpexerint, mentes percuſſæ redeant in memoriam paſſionis ac mortis; quæ res tam manifeſta eſt, ut etiam impiiſſimus quiſque novæ & peregrinæ fidei ſectator inficiari non poſſit.*

(c) *Jo. Fab. lib. diſp. cum Balth. c.9.*

Cur fiant imagines.

Refellit mox idem Faber hæreticorum inſana ſophiſmata ex meris calumniis petita, dum divina oracula, quæ idolorum cultum prohibent, ſacrarum imaginum piæ venerationi affingunt: *Dicunt*, inquit, *illi exodi* xx. *ſcriptum eſſe:* Non habebis deos alienos coram me: non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, quæ in cælo eſt deſuper, & quæ in terra deorſum, neque eorum, quæ ſunt in aquis ſubterra. *Reſpondeo ſcripturam quiſquis penitius hoc loco, ut debet introſpexerit, interpretem alium non requirit; ſic enim ait:* Non adorabis ea neque coles. Reliqua argumenta hæreticorum de ſimulachris, quæ coli pro diis expreſſe vetantur, concepta ſunt. Ad quæ reſpondet Faber: *Hæc non nobis efficiunt, quominus imagines tueamur, quas Deos non eſſe omnes Chriſtiani novimus antequam Theognis naſceretur & Zuinglius crucis Chriſti & imaginum crucifixi perſecutor, Oecolampadiuſque Julianus impius & S. Brigidæ apoſtata monachus: qui ſane omnes fateri coguntur cruce ſancta ſe paſſim Chriſtianos ſignaſſe ad benedictiones, etiam quandiu Chriſtiana religione veteres uſi fuerint, crucem in uſu fuiſſe, & non parvam devotionem ex crucifixi imagine in populo creviſſe, neque imagines pro diis aut deabus coluiſſe nos, quippe qui verum & unum Deum cæli & terræ adoramus.* XXXV.

Argutiæ hæreticorum.

At hæretici, cum idolorum cultum tantum vetitum convincerentur, eo proruperunt impudentiæ, ut omnes imagines idola ad creandam catholicis invidiam appellarent, quorum technas ita diſſolvit Faber: *Hic plurimi errores ſunt impliciti: non ferendas ſcilicet eſſe Chriſtianorum imagines; idola enim & ſimulachra omnibus locis reddidere vernacula lingua Bilder imagines; quocirca juxta eorum grammaticam ſtatuunt ſcripturam imagines prohibere in Eccleſia. Deum autem optimum maximum non alia ratione ſimulachrorum uſum prohibuiſſe notiſſimum eſt, niſi ut idolis divini honores non exhiberentur, eiſque ſacra ne fierent, & omnino pro diis ne colerentur. Hinc apparet quod Moſi Dominus præcepit (d) æneum ſerpentem ut erigeret in deſerto, ut qui allapſu ſerpentis morſi læſive ſint, ejus aſpe-*

XXXVI. Calumniæ jactatæ in catholicos.

(d) *Num. 21.*

Digitized by Google

ſpectu ſanarentur: atque idem Dominus Moſi præcepit, ut pro tabernaculo Dei duos cherubin e regione adverſis faciebus ſtatueret: Salomon, cum magnificentiſſimum illud Jeroſolymitanum templum ædificaret, arcam fœderis non tantum auro, ſed & cherubin, aliiſque rebus adornavit; cujus ædificati templi opus divino certe oraculo (a) comprobavit plurima pollicendo iis, qui in neceſſitatibus illic preces votaque Deo perſolverent. Quod ſi tantus error tantumque periculum eſt imagines ſtatuere, ut leviculi quidam autumant, qui ſignis crucis & crucifixi pro populis prætereuntibus devotione erectis, tabuliſque omnibus primum bellum facere ſunt aggreſſi, quomodo ab errore impietateque vindicabimus Salomonem, de duodecim leonibus, de duobus vitulis, de bobus, aliiſque id genus plurimis imaginibus, quibus ille regale ſolium templumque illuſtravit (b); tametſi Zuinglius, homo argutus, qui apud ſuos Tigurinos ſolus ſibi ſapere videtur, cherubin fuiſſe coronamenta quædam ſeu faſcias eſſe putavit & ſcripſit: quod cum a veritate alieniſſimum ſit, quid indiget refutatione? Neque vero linguæ ratio fert iſtas gerras; ſi enim cherubin ille coronamenta faſciaſve eſſe ſomniat, quid tandem ſeraphin fuiſſe dicet? Et infra.

(a) 3. Reg. 8.

(b) 3. Reg. 7. Eſai. 6. 4. Reg. 8.

XXXVII. Hæreticorum ſacrilegia in Chriſti imagines.

Dicunt porro imaginum expugnatores (qui quodam loco crucifixum ferro conciderunt capite ablato in pyramidum ludo pro globo abuſi per ſummam impietatem ac ſummam blaſphemiam hæc & his pejora & ſceleratiora auſu nefando perpetrare non verentes) ex lege non licere ſimulachrum imagineſque ullarum rerum fieri, quæ cælo, terra, marique continentur: ita enim legem Moſi pro ſuo captu intelligendam eſſe præcipiunt, ſi vero aurifabro non liceat ex auro anſerem ſive aquilam, atque alia id genus animalium effingere; neque pictori integrum ſit e veteri teſtamento Abraham, Moſem, alioſque depingere; cum tamen interius hi, qui tot tamque excellentibus opificibus præſentem perniciem meditantur, ædes ſuas omni genere imaginum, ærumnis herculeis, muſarum harmoniis, varie adornent, ac diſtinguunt, ac ſolis in eccleſiis in peccatum ſtatuunt, ſigna, tabulas, imagines. Subdit deinde author, ut imagines fuerint (c) in uſu in veteri teſtamento, & imago Cæſaris in numiſmate Chriſto oſtenſa ſit, ut in rapiendis eccleſiarum aureis argenteiſque iconibus cum Juda Iſcariote pauperum ſuſtentationem prætexuerint: idque Zuinglii & Balthaſaris impiis exemplis confirmat.

(c) 3. Reg. 7.

XXXVIII. Zuinglii impia facinora.

Ad ſidicinem autem Tigurinum, utpote Zuinglium venio, qui ſanctorum Felicis & Regulæ martyrum oſſa ſuſtulit, & in fluvium projecit, res notiſſima eſt, dominorum Tigurinorum ſigilla, monetas, inſignia eorumdem ſanctorum imaginibus prædita non abolevit, neque immutavit; cum tamen in eccleſia a Carolo magno fundata Cæſaris & omnium ſanctorum imagines vulcano traditæ & in cinerem verſæ ſint. Et tu, qui omnes imagines evertiſti, & ab æde ſancta in Walſchuet & alibi per Moraviam exegiſti, fregiſti, comminuiſti in tua arca Corallinum Sebaſtianum ad arborem, non ſine magno pretio, affixum eſſe facile paſſus es: S. Joachimum etiam tam pulchre depictum ad te pertinentem rogo, quare non excluſiſti? propter quod inexcuſabilis es, o homo, qui judicas; in quo enim alterum judicas, teipſum condemnas (d).

Pretioſæ imagines retentæ ab hæreticis.

(d) Rom. 2.

Carolſtadium tantorum authorem malorum omnino fuiſſe atheum teſtatur Lutherus: quamquam etiam ipſe in literis ad Eraſmum ſcriptis ſe importunis cogitationibus urgeri nullum eſſe Deum fateatur: ut vere ſcriptum ſit a propheta: *Abyſſus abyſſum invocat*. Nam in principio Lutherum imaginum uſum, & ſanctorum cultum adverſus Pikardos defendiſſe, ſcribit Joannes Coclæus; at deinde in pejus proruiſſe teſtatur.

XXXIX. Carloſtadius & Lutherus athei ex ipſorum dictis.

XL.

Tradit idem author, Lutherum hoc anno ob everſas ſacras imagines invectum adverſus Carolſtadium, quod tanta ſcelera abſente ipſo ac ſine ejus authoritate patrare auſus eſſet: ac licet edito libello Auguſtinianos apoſtatas Wittembergenſes, qui ſacroſanctum miſſæ ſacrificium aboleverant commendarit, tamen non rite peractum (ipſius ſcilicet injuſſu) flagitium, redarguit, ut refert Coclæus (e) ſic inquiens: *Redierat jam e Pathmo ſua novus ille evangeliſta Wittembergam, & quamquam publice per editum librum collaudaſſet antea fratres ſuos propter abrogatam miſſam, attamen cum non fuiſſet factum juſſu & auſpicio ſuo, domum reverſus eam rem publice pro concione ad populum reprobavit dominica prima quadrageſimæ. Omnes, ajebat, erraverunt quicumque cooperati ſunt & conſenſerunt ad abrogandam miſſam, non quod bonum non fuerit, ſed quod non ordinate factum eſt. At dicis, inquit, juſtum id eſſe ex ſcriptura, fateor & ego; ſed ubi manet ordo, quia ex temeritate factum eſt abſque omni ordine cum ſcandalo proximi? & niſi adeo mala res eſſet miſſa, vellem eam reſtituere, ſcio enim veſtrum propoſitum & defendere non ſcio: a papiſtis quidem & aliis inſanis capitibus bene ſcirem defendere, ſed coram diabolo ſuſtinere non ſcio.* Hæc perfidus apoſtata: ex cujus verbis ſatis patet, illum diabolico furore inflam-

Cur Lutherus a Carloſtadio diſſenſerit.

(e) Coel. in actis & ſcript. Luth. hoc ann.

flammatum. Deſierunt ejus ſodales pſeudoauguſtiniani, ſtupris adulteriiſque inquinati, ſacra myſteria peragere: idque facinus coram accuſatore dæmone ſe tueri non poſſe profitebatur, quod ſine ipſius præcipui ſcilicet dæmonis ſatellitis imperio temere pertentatum eſſet. Porro Carolſtadium impulſum fuiſſe ad id facinus a cacodæmone, qui ipſi revelarat Chriſtum non eſſe in Euchariſtiæ ſacramento, narrat Arnoldus (a) Meshovius hiſce verbis: *Ne ſeipſum ſolus pollueret commune vulgus ſacris altaribus ſubvertendis collegas adhibuit: quin & Jeſu Chriſti teſtamentum impio gloſſemate adulterans verba clariſſima* hoc eſt corpus meum *perperam expoſuit, execrando Berengarii, quod olim ipſe ſæpius retractarat, dogmate ſuffultus. Quod velut indignum eccleſiaſtico viro, cum multi paſſim objicerent, a ſpiritu viro perſimili ſed humana ſtatura majori id ſibi divinitus revelatum reddidit, qui profundius mentem Salvatoris perſcrutantem patefacto ſenſu ſemet dubio liberaſſet.* Tanta fuit hominis impii cæcitas, ut non agnoſceret diabolicam eſſe eam revelationem, quæ veritati a Chriſto & Apoſtolis Eccleſiæ traditæ, atque innumeris miraculis divinitus confirmatæ contraria eſſet. Eundem vero dæmonem, qui hæc illi revelarat, triduo antequam obiret illi apparuiſſe, atque ex terrore morbo confeciſſe, ut animam raperet ad inferos deferendam, ſuo loco dicemus. Quæ utinam novatores perpenderent, animadverterentque, quam male deſerta Eccleſia catholica, abjectaque ſanctorum patrum doctrina nequiſſimos homines dæmonum præſtigiis, ut ipſimet faſſi ſunt, illuſos ſequantur. Porro Carloſtadium hæreſiarcham ſanctimonia ſimulata compoſuiſſe mores ſuos, ac ſimpliciorem amictum induiſſe, ac circumiiſſe civium domos, ut plures inficeret, atque ab imperitis difficiliores ſcripturæ ſenſus expetiiſſe, refert idem Meshovius, ac ſi reſponſum eſſet, ut ſe conferret ad theologos, ſubintuliſſe: *Sic æterno Dei conſilio decretum, qui cum profunda doctrinæ ſuæ myſteria ſapientes latere voluerit, parvulos ſolum, [quibus ea revelarit] in rebus dubiis adeundos præceperit.* O miſerandam viri impii amentiam, qui ſortis infimæ homuntiones melius divina oracula intelligere putarit, quam Dionyſium, Auguſtinum, vel Gregorium alioſque ſanctos patres miraculis ac revelationibus divinis conſpicuos. Faſcinatum vero eum fuiſſe abſente Luthero, refert Meshovius a Nicolao Pelargo Enthuſiaſtarum ſive anabaptiſticæ ſectæ conditore, de quorum ortu infauſto dicetur inferius. Nunc ad Lutherum tot monſtrorum parentem revocetur oratio.

(a) *Arnold. Meshov. l.1. hiſt. Anabaptiſtar.*

Dæmon auctor ſacramentariorum hæreſeos.

Carloſtadius idiotas ſanctis patribus præfert in ſacræ ſcripturæ interpretatione.

Conjungit ſe Nicolao Pelargo deluſo revelationibus dæmonum.

XLI.

Impellere in apertum exitium adeo eniſus eſt Chriſtianum imperium, ut in libello adverſus pontificiorum anathematiſmorum formulas, ſive bullam in cœna Domini promulgari ſolitam, in qua nominis Chriſtiani proditores anathemate percelluntur, Turcarum partes adverſus Chriſtianum imperium, necnon proditores quorum ipſe re vera princeps extitit, defendendos ſuſcepit: *Ad quid conducit*, inquiebat, *corporaliter prohibere Turcam? quid mali facit Turca? occupat provincias, & gubernat temporaliter.* Egregia ſcilicet Lutheri pro Turca defenſio, nil mali Turcam agere, quod Chriſtianas provincias occupet, fideles contrucidet, templa evertat, evangelio conculcato alcoranum propaget: quibus tandem verbis magis illuſtribus, proditorem ſe rei Chriſtianæ profiteri potuit? addit vero falſam in Pontifices calumniam: *At hoc ipſum a Papa quoque nos pati oportet, qui & corpus & vitam nobis excoriat, quod Turca non facit.* Turcarum in Chriſtianos ſævitiæ impreſſa ſunt in pluribus regnis veſtigia: a Pontifice vero ullas provincias receptas, quæ juris eccleſiaſtici non forent, nemo oſtenderit; ſed tantum a Luthero conceptum in Pontifices odium ob eorum in puniendis hæreticis diligentiam indicant quæ ſequuntur verba: *Ad hæc permittit Turca unumquemque in fide ſua permanere, quod Papa non facit.* Quibus verbis volebat, ut quiſque quam vellet impiam ſuperſtitionem profiteri permitteretur.

Everſorem Chriſtiani imperii Turcam commendat.

Vult impiis ſectarum fingendarum licentiam tradi.

XLII.

Interea cum Henrici Angliæ Regis liber pro tuenda fide catholica promulgatus fuiſſet in Germania, atque ex Latino in Germanicum ſermonem ab Hieronymo Emſero converſus magnos animorum motus pro aſſerenda veteri religione a Chriſto ejuſque Apoſtolis accepta ac ſanctis patribus confirmata excitaſſet, Lutherus ira audaciaque furens omni conviciorum & ſcurrilitatum genere Regem ipſum proſcidit: cui reſponſum eſt a Thoma Moro, confutataque ejus væſania. Eo prorupit ipſius arrogantia, ut dementer ſtatuens ſua delitia eſſe verbum Dei, ſe omnibus ſanctis patribus prætulerit, hiſque verbis ſuos faſcinarit: *Verbum Dei eſt ſuper omnia divina: majeſtas mecum facit, ut nihil curem, ſi mille Auguſtini, mille Cypriani, mille eccleſiæ Henricianæ contra me ſtarent. Deus errare & fallere non poteſt: Auguſtinus & Cyprianus ſicut omnes electi errare potuerunt & erraverunt.* Adverſus hunc impoſtorem demonſtrabat Joannes Eckius (b) ſcripturarum ſacrarum veram in-

Liber Regis Angliæ de tuenda religione promulgatus in Germania.

Sancti Patres a Luthero contempti.

(b) *Jo. Eckius to. 2. hom. 1. in feria 3. pent.*

interpretationem a ſancto Spiritu Apoſtolis & ſanctis patribus, non Luthero expoſitam: Adveniens, *inquit*, ſpiritus ille veritatis aperuit eis, *ſcilicet Apoſtolis*, oſtium verum ſcripturarum, & tunc

(a) *Act.* 2.

inceperunt loqui magnalia Dei (a): *hoc itaque oſtiario, qui verum ſacræ ſcripturæ aperit intellectum, per quem & Chriſtus innoteſcit, & quæ ad ipſum ducit ſemita inclareſcit omnibus, uſi ſunt Apoſtoli, ſanctique patres jam inde annis mille quingentis illoque authore interpretati ſunt literas ſacras, quo conditæ erant. Jam igitur quiſquis temere illas præſumit aliter vel intelligere vel explicare, fur utique eſt, & latro atque animicida, ſicut faciunt hæretici.* Pariter Joannes Faber Lutherum ob divina oracula in alienum ſenſum diſtorta tumentem faſtu ſic arguebat; omnes veteres hæreſiarchas eandem viam triviſſe, atque ex literali ſcripturæ ſenſu depravato omnia hæreſeon genera fingi poſſe, adeo ut verus ſcripturæ ſenſus ab Eccleſia, quæ columna eſt & firmamentum veritatis, petendus ſit; hæreticoſque ſui lapſus admonens ajebat (b):

(b) *Jo. Fab. de Euchar. ſerm.* 9.

Ut ſcripturæ verus ſenſus ab Eccleſia petendus ſit.

(c) *Act.* 7.

Eos etiam atque etiam adhortor, ne cujuſquam facile credant opinioni, magis vero cogitent ſcripturam non in literali conſiſtere lectione, ſed in vero intellectu. Nam qui in ſcripturis interpretandis litigioſus, pertinax, & ut populus Iſrael ſemper fuit duræ (c) *cervicis eſſe voluerit, innumerabiles ille ex evangelio hæreſes decerpere poterit: neque enim quiſquam negaverit, ſi ad hunc modum ſanctas Dei ſcripturas tractaremus, quin ex Chriſti verbis Matth. x. & Luc. x. cogereris nudis pedibus incedere, cum tibi Chriſti verba proferrem, quibus ſeptuaginta diſcipulis, quos binos ante faciem ſuam miſit in omnem civitatem & locum, quo erat venturus, diligenter commiſit, ne poſſiderent aurum neque argentum, nec peram ad iter, nec binas tunicas, nec calciamenta, haberentque ad hoc inſtitutum Moſis* (d) *& Joſue* (e) *exemplum non parum faciens, qui calciamenta exuere cogebantur. Porro in Luca* (f): *ſi literæ duntaxat ſolus innixus pergerem, facile tibi eſſem comprobaturus, neque ad prandium neque ad cœnam amicos, fratres, agnatos, aut vicinos invitandos eſſe. Item* (*ut Pſalliani & Euchitæ*) *noctes dieſque te orare oporteret. Alia denique magis inaudita & abſurdiora ex minus recte intellecto evangelio colligere poſſem; & mihi crede, non aliter fecerunt Ebian, Valentinus, Sabellius, Neſtorius, Pelagius, Arins, & alii his ſimiles hæretici, de quibus plura apud Epiphanium, Phileſtrium, Auguſtinum ſcripta invenies. Ita enim omnes & ſinguli ſuas adornant*

(d) *Exod.* 3.
(e) *Joſ.* 5.
(f) *Luc.* 18. 1. *Theſſ.* 5.

Omnes hæreſes ex falſo intellectu profectæ.

hæreſes, ut pro ſe evangelium Chriſti eſſe contenderent: ſic omnis Arianorum hæreſis duobus duntaxat primum verbis ſubſtantia & conſubſtantia innitebatur; quandoquidem nolebant concedere, Filium cum Deo Patre unius ſubſtantiæ & eſſentiæ eſſe: quæ pernicioſa hæreſis maximis diſſidiis dedit occaſionem, & ex ſe miſerandas ac plurimas cædes (*quid enim etiam hodie pariunt hæreſes quam ſanguinolentas diſſenſiones*) *peperit. Iſtis enim catholici Athanaſius, Hilarius, Paphnutius, Hilarion, & alii orthodoxæ fidei cultores reſiſtebant etiam evangelii teſtimonio abiicientes Filium ex Deo eſſe, non obiecturi quemlibet noſtrum ex Deo eſſe; idque Pauli teſtimonio probabant, qui expreſſe ſcripſerit* (g): Unus eſt Deus ex quo omnia; *contra quod catholicis referentibus Filium in ſcripturis virtutem & ſapientiam Patris appellari, atque imaginem & gloriam Dei vocari: Ariani nihil horum negarunt, ſed eadem illa de creaturis dici confirmarunt, cum Paulus ſcribat: virum eſſe imaginem & gloriam Dei, inſuper virtutem & ſapientiam in hominibus inveniri: & cum obiiciebatur iſtis ipſum Filiummet dixiſſe:* Ego & Pater unum ſumus; *reſponderunt Ariani recte, at non unius naturæ & eſſentiæ; ſed alioquin eos unum eſſe pace & ſocietate vel unitate concordiæ mutuæ. Hæc ſunt fratres, quæ Arrianis aberrandi dederunt anſam: ſic aliæ ſectæ una aliqua evangelii particula propoſita ſuum caput ſequentes vires acquirunt, & in multorum convaleſcunt perniciem: tandemque effectum eſt, ut quilibet ſuo more evangelium intelligere, interpretari & torquere cœperit: quo facto nihil magis catholicæ noſtræ fidei repugnat; quemadmodum enim unus Dominus, unum baptiſma, ita unam oportebit eſſe fidem, unam eccleſiam catholicam, non duas, aut tres.* Et poſt alia: *Quid quod etiam Apoſtolus Eccleſiam columnam & fundamentum veritatis appellat? An non hoc ſatis vobis magna Eccleſiæ laus eſſe videtur? Equidem ſi Eccleſia columna & fundamentum eſt veritatis, facile intelligitis, opinor, unde in dubiis veritatem nos petere voluerit Apoſtolus; tantum enim hoc eſt, ac ſi dixiſſet Paulus: ſic ubi novus & inauditus aliquis ſcripturæ intellectus productus fuerit, tunc non alio, quam ad Eccleſiam de illius veritate referendum eſſe negotium: Eccleſia enim non ſolum ſupra petram ædificata eſt, ſed ipſius ædificii columna & veritatis fundamentum exiſtit.*

(g) *Rom.* 11. 1. *Cor.* 11. *Hebr.* 1. *Joan.* X.

In eccleſia vera interpretatio ſcripturæ.

Eccleſia columna & fundamentum veritatis.

XLIII. Mirum eſt furenti homini, ac mentienti ſua verba a divina majeſtate proficiſci, atque omnes ſanctos Eccleſiæ doctores erraſſe, idque nullis miraculis quam ſtupris

co-

comeſſationibus, convitiiſque confirmanti ab aliquibus fidem adhibitam. Ad ſubterfugiendum deinde Eccleſiæ & Chriſti vicarii judicium, ampulloſis verbis ſibi in Pontificem & Eccleſiam ipſam imperium arrogavit: *Si ſolius Chriſti ſumus, quis eſt ille ſtolidus Rex, qui ſuis mendaciis nos Papæ facere molitur: nos non ſumus Papæ, ſed Papa noſter eſt: noſtrum eſt non judicari ab ipſo, ſed ipſum judicare; ſpiritualis enim a nemine judicatur, & ipſe judicat omnes.* Quibus verbis omnem hierarchiam eccleſiaſticam everſam volebat, & cuilibet ſordidiſſimo impoſtori jactanti ſe ſpiritualem, authoritatem in ſummum Pontificem & univerſam Eccleſiam ſibi aſciſcere poſſe contendebat; ac poſt plures blaſphemas voces addidit. *Ego & Eccleſiam ejus & defenſorem ipſum Henricum nempe pro eodem ducens utroſque eo ſum impetu invadam & Chriſto duce conficiam: certus enim ſum dogmata mea habere me de cælo.* Quibus argumentis certus eſſet ſua dogmata e cælo an ab inferis haberet non explicat; in pluribus tamen operum ſuorum locis cum cacodæmone ſe familiariter egiſſe profitetur. Subdit deinde Lutherus: *Dogmata mea ſtabunt, & Papa cadet invitis omnibus portis inferi, & poteſtatibus aeris, terræ & maris. Ipſi me provocaverunt ad bellum; bellum igitur habebunt: pacem oblatam contempſerunt; pacem igitur non habebunt. Deus viderit uter primo feſſus defecerit Papa, an Lutherus; inſtat enim mors papatui abominabilis, urget eum ineluctabile ſuum fatum, & [ut Daniel ait]* ad finem ſui venit, & nemo auxiliabitur ei. Hunc pſeudoprophetam notæ marginalis author ita arguit: *Defecit anno MDXLVI. ſubitanea morte crapuloſus Lutherus. Papatus ſtat uſque ad finem ſæculi ſupra firmam petram, cui portæ inferi prævalere non poterunt.* Metuens tamen alias ſibi prædixit ſuis poſt ipſius mortem ejus dogmata peritura; nam hic pſeudopropheta contraria inter ſe paſſim dicere non curavit, modo verbis ſectatores faſcinaret: effudit etiam pluribus aliis ſcriptis rabiem ſuam, & hujus cauſam expreſſit, metum ſcilicet juſti ſupplicii, quod erat promeritus: *Pergant*, inquit, *porci illi*, hanc contumeliam in Thomiſtas jacit, *hic ſum & expectabo eos, cineribus ſolis poſt mortem etiam in mille maria projectis perſequar, & fatigabo hoc abominabile vulgus. Summa: vivens papatus hoſtis ero, exuſtus bis hoſtis ero: facite porci Thomiſtæ quod poteſtis, Lutherum habebitis urſam in via, & leænam in ſemita, &c.* Vere illum immanem feram, & multiplex monſtrum fuiſſe a Fiſchero

In Regem Angliæ Lutheri convitia. Spiritualem ſe vocat Lutherus atque adeo a nemine judicandum.

Falſa Lutheri vaticinia.

Aliud falſum vaticinium de ſua doctrina.

Minæ rabidi hominis flammas metuentis.

epiſcopo Roffenſi redargui inferius videbimus.

XLIV. Porro ad alliciendum ad ſuam ſectam vulgus & facinoroſos quoſque, hanc illecebram inſidioſam propoſuit, Eccleſiam catholicam dæmonis ſectam eſſe, quod Deum coleret, boniſque operibus illi placere niteretur: *Compertum eſt tandem*, ita mentiebatur, *per dilucidas ſcripturas Dei gratia papatum, epiſcopatus, collegia, monaſteria, academias ſimul cum omni ſacerdotio, monachatu, monialatu, miſſis, cultibuſque Dei meras eſſe ſectas damnatas diaboli: populus enim iſte ad hoc intendit, ut coram Deo agat operibus & non nuda fide, per quod ſane & Chriſtus negatur, & fides extinguitur.* Placuit perverſis omnibus Lutheri ſententia negari Chriſti fidem ſi bonis operibus ornaretur; malis vero excoli, qua in re illum Mahumetem imitatum eleganter deſcribit Albertus Pius (a): *Marsinus*, inquit, *magis ac magis in dies elatus, iniquiorque effectus in omnes blaſphemias ad profundam impietatis tandem prolapſus eſt, æmulatus omnino, [ſi quis diligenter inſpiciat] hæreſiarcham Mahumet. Ut enim ille permiſſis voluptatibus, ac conſtitutis legibus placidis, atque ſenſum oblectantibus, plurimos illexit populos, ſic iſte, eadem via incedens, aſpera quæque tollit, ſuavia concedit, cælibatum aufert, ſacra clauſtra tum virorum tum mulierum perfringit, pudicitiæ votum exterminat. Ille legem evangelicam optime traditam fuiſſe aſſerebat; ſed depravatam a Chriſtianis, ideoque ſe miſſum ad veritatem aperiendam: ad redigenda omnia ad vere divinam legem: hæc eadem iſte profitetur; ſed intereſt quod ille corruptam eſſe ſcripturam ajebat multis locis ſuppoſititiis; hanc perperam interpretatam depravate expoſitam a ſanctis omnibus, & ſacris conciliis prædicat, ſeque miſſum, ut verum ſenſum illius referet. Ille ſe afflari Spiritu Sancto jactitabat, ab eoque doceri ea, quæ prædicabat: hic idem divino ſpiritu impulſum cuncta ſe facere profitetur, cui congruere videtur, quod dicit Dominus per Ezechielem.* Væ prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil vident, &c.

Fingit fidem extingui bonis operibus.

(a) Alb. Pius in reſponſ. lit. 1. ad Eraſm.

Lutheri cum Mahomete comparatio.

XLV. Edidit (b) eodem anno alium librum de convellendo ſtatu eccleſiaſtico Pontificis & epiſcoporum: *Utque cornua in eos ſuperbius erigeret*, inquit Coclæus, *ſe nominabat eccleſiaſten Dei gratia; addens, ſi & evangeliſtam Dei gratia ſe nominaret, facilius hoc probare poſſit, quam ullus epiſcoporum poſſit probare titulum ſuum: ſe vero certum eſſe, quod Chriſtus ipſe ſic ipſum nominet & pro tali habeat, qui & doctrinæ ipſius magiſter ſit, teſtiſque*

(b) Cocl. in actis & ſcript. Luth. hoc an.

que futurus in die noviſſimo, quod ſcilicet ea doctrina non ſit Lutheri ſed Chriſti purum evangelium. Ait igitur in prologo libri: *His certiores vos facio*, inquit, *me de cætero vobis non amplius eum honorem exhibiturum eſſe, ut me ſubmitterem vel vobis vel etiam ulli angelo de cælo ad judicandum aut examinandum doctrinam meam, nam ſtultæ humilitati ſatisfactum eſt jam tertio Wormatiæ, & tamen nihil prodeſt: ſed volo audiri & juxta doctrinam S. Petri doctrinæ meæ rationem & fundamentum oſtendere coram*

Sibi cœleſtem revelationem mentienti vult credi.

univerſo mundo, eamque habere injudicatam a quolibet, etiam à cunctis angelis; cum enim de ea certus ſim, volo per eam & veſter & angelorum quoque [ut Paulus ait] judex eſſe; ut quiſquis doctrinam meam non acceptaverit ſalvari non poſſit: Dei enim eſt, non mea; idcirco & judicium meum non meum, ſed Dei eſt. Non certum fuiſſe Lutherum ipſum ſuam a Deo accepiſſe doctrinam ex eodem Luthero ita arguit Surius (*a*): *Si certus fuit, ut ait, de doctrina ſua, cur toties eam mutavit: ſed aſtute facit quod nullum vult pati judicem, ut ſub hoc prætextu liceat ei ſcribere quidquid libet. An non pudet Chriſtianos homines tam prodigioſæ temulentiæ nugatorem eſſe ſecutos?*

(*a*) *Surius in comm.*

XLVI. Redarguit eaſdem Lutheri impoſturas egregie Thomas Morus (*b*) regii ſigilli in Anglia præfectus, edito eleganti & graviſſimo libro, cui tamen non ſuum, ſed Rouſſei nomen inſcripſit: *Quis*, inquit, *nebulonem ferre poteſt talem, qui mille vitiis oſtendat ſe poſſeſſum atque agitatum a legione dæmonum; & tamen ita ſe jactat ſtolide: Sancti patres omnes erraverunt: Eccleſia tota ſæpius erravit: doctrina mea non poteſt errare, quia certiſſimus ſum doctrinam meam non eſſe meam, ſed Chriſti, videlicet alludens ad illa verba Chriſti*: verba mea non ſunt mea, ſed ejus, qui miſit me Patris. *Quid iſtud? Papa cadet, dogmata mea ſtabunt. Nonne certare videtur cum illo Chriſti*: cœlum & terra tranſibunt, unum jota non peribit de verbis meis? *nam cum ait: Rapuit me Dominus imprudentem in medias has turbas; hoc plus eſt, quam*: Tulit illum diabolus, & ſtatuit ſupra pinnaculum templi. *Quod ſi quis reſpondeat*: Teſtimonium tuum non eſt verum, quia teſtimonium perhibes de te ipſo; *recurret illico ad novam ſcripturam ſuam: Ego certus ſum dogmata mea habere me de cælo; atque ibi ſiſtet in hoc ſuo principio velut firmiſſimo fundamento, quod non omnes Papæ, Reges, doctores, homines, angeli poterunt evertere. Certus igitur, immo certiſſimus dogmata ſua habere ſe de cælo; ſicut certi ſunt & certiſſimi, qui dormiunt, omnia vera eſſe, quæ ſomniant: immo vero certus & certiſſimus mentiri ſe vigilantem dogmata ſua eſſe de cælo, quæ ſua ſibi murmurat conſcientia dæmonum illi præſtigiis immiſſa. Hominibus maledicit, & angelis quicumque dogmatibus ipſius contradicunt & eos clamat, os in cœlum ponere, conſpurcare ſacra, blaſphemare Deum, quicumque non verentur arguere ſpurciſſimas ipſius blaſphemias, tantummodo clamat: Anathema ſint omnes, qui impetunt dogmata mea, quia certus ſum, dogmata mea habere me de cælo. Hoc igitur principio a reverendo patre, petito, & a nemine conceſſo, ſic arguit ulterius reverendus frater pater potator Lutherus, extra ordinem ſancti Auguſtini fugitivus, unus ex magiſtris inertibus Wittembergenſibus, utriuſque juris bacchanalius informis, & in ſacra theologia doctor indoctus: Ego certus ſum dogmata mea habere me de cælo; ergo dogmata mea ſunt cæleſtia. Et tunc ulterius ſic: Dogmata mea ſunt cæleſtia, ergo quicumque contradicit dogmatibus meis, os ponit in cælum, & blaſphemat Deum; quoniam quidem igitur contradicunt meis dogmatibus Pontifex, Imperator, Reges, epiſcopi, ſacerdotes, laici, & omnes in ſumma boni, mihi licebit pro Dei mei majeſtate Pontificem, Cæſarem, Reges, epiſcopos, ſacerdotes, laicos omnes denique bonos anathematizare, maledictis, & convitiis inceſſere, atque in omnium coronas & capita licebit ex ore meo lutum, cænum, ſtercora, merdas expuere.*

(*b*) *Thom. Morus apud Cocl.* Refellitur a Fiſchero.

Ita confutatus eſt impudentiſſimus pſeudoevangeliſta, qui cum contrarium Chriſto evangelium, diabolicas nimirum ſcripturæ ſacræ interpretationes & corruptelas afferret, inſtar alterius impoſtoris Mahometis ſua dicta diſcuti vetabat; legemque orbi dabat, ut ſine illa perire animas nudis ejus verbis crederetur, conſurgerentque populi ad omnes epiſcopos interficiendos, omniaque collegia & monaſteria funditus evertenda: utque ille idem pſeudopropheta Mahometes juſſit Chriſtianos interfici, qui ejus legi obſiſterent; ita Lutherus omnes eccleſiaſticos viros contrucidari voluit, cum tamen antea hæreticos non eſſe legum ſervato ordine necandos edixiſſet: *Melius*, inquiebat, *foret ut omnes epiſcopi occiderentur, omnia collegia & monaſteria funditus eradicarentur, quam ut una periret anima.* Ita mentiebatur perire animas, quæ uſu ſacramentorum ſalutem conſequuntur; quas ipſe diaboli ſatelles per omnia ſcelera in inferos præcipites trahebat, ſalvare ſe blaterabat. Conſulebat pro- XLVII.

Mahometem æmulatur.

Epiſcopos omnes vult occidi.

propterea cædes, futurarumque ſeditionum, ac malorum impendentium expectatione triumphabat: *Quid juſtius*, inquiebat, *continget eis quam fortis quædam ſeditio, quæ illos e mundo exterminet? & ob hoc ridendum ſolummodo eſſet ſi fieret, ſicut ait ſapientia divina proverb.* 1. Hæc falſus divinæ ſapientiæ interpres, qui in condendis bullis Romanum Pontificem æmulaturus, dæmonis ungue ſuam bullam exaraſſe oſtendit, dum ita ſuis cædes & rapinas conſulit.

Concitare ſuos ad bella enititur.

Doctoris Lutheri bulla & reformatio. Quicumque opem ferunt, corpus, bona, & famam in hoc impendunt, ut epiſcopatus devaſtentur & epiſcoporum regimen extinguatur, hi ſunt dilecti filii Dei, & veri Chriſtiani obſervantes præcepta Dei, & repugnantes ordinationibus diaboli: aut ſi hoc non poſſint, regimen tamen illud ſaltem condemnant, ac vitant. Contra vero quicumque manu tenens epiſcoporum regimen, eiſque obediunt voluntaria obedientia, hi ſunt diaboli miniſtri proprii, & repugnant Dei ordinationi ac legi. Ad hæc perſuadenda pervertit falſa interpretatione plures ſcripturæ divinæ ſententias; utque epiſcopis invidiam & odium conflaret, corruptelas quas ab epiſcoporum adminiſtris committi exigendæ pecuniæ cauſa vulgus querebatur, exaggeravit; atque hiſce venenatis libris bella ſeditioneſque evangelii commentitii ſplendida oſtentatione concitavit: *Longe itaque*, ait Coclæus, *audaciſſimum turbulentiſſimumque facinus aggreſſus eſt rinator iſte, qui non ſolum per libellos convitioſos, ſed & per ipſum evangelium pacis, maxime turbavit Germaniam; quemadmodum fecit olim Judas proditor, cui dixit Dominus:* Juda, oſculo *quod paucis & amicitiæ ſymbolum erat* filium hominis tradis? *ſic profecto & Lutherus evangelio pacis præcipitavit in bella & ſeditiones Germaniam, in qua non ſolum civitas una contra aliam, & gens adverſus gentem, provincia adverſus provinciam pertinaci odio inſurgit; verum etiam plebs contra ſenatum in eadem civitate, populus adverſus principem ſuum, & princeps adverſus Imperatorem ſuum bella ſeditioneſque meditatur: & quanto quiſque plus jactitat evangelium, magiſque præ cæteris evangelicus videri deſiderat, tanto ardentius aſpirat ad tumultus. Cur ita? quia perſuaſit Lutherus tanto verius evangelium eſſe, quanto plus tumultuum parit.*

Germania ab hoc nebulone in mutuas cædes efferata.

XLVIII. Auctæ hæ ſeditiones fuere translatione corrupta bibliorum ſacrorum a Luthero in Germanicum idioma edita: quæ nefaria Lutheri molimina ubi Henricus Anglorum Rex olfecit, Fridericum, Joannem & Georgium Saxoniæ duces, ut ea diſturbarent admonuit his verbis (a): *Literas has obſignaturo mihi venit in memoriam, Lutherum in ſuis adverſum me næniis excuſare ſe, quominus ad reliqua reſpondeat impediri transferendo biblia: viſum eſt igitur hortari vos, ut omnium rerum maxime provideatis, ne id permittatur facere; nam ut bonum eſſe non negem in quavis lingua legi ſcripturam ſacram: ita certe periculoſum eſt ex ejus verſione, cujus mala fides fidem facit omnibus id illi ſtudium eſſe, ut bene ſcripta male vertendo pervertat. Ut populus ea ſe legere putet in ſcriptura ſacra: quæ vir execrabilis ab execrandis hauſit hæreticis.* Serius fuit prudens regis Angliæ conſilium, jam enim adulterina Lutheri verſio diſſeminata per Germaniam fuerat, cum illius redditæ ſunt literæ principi Georgio, qui evulgatam jam ab impiiſſimo Luthero ſacrorum bibliorum verſionem reſcripſit (b), atque in ditione ſua exuſtam fuiſſe: *Hominis*, inquit, *ſcripta perinde atque nocentiſſimos hoſtes a civitatibus pariter & finibus meis quacumque ratione datur abarceo, id quod diligenter adeo perſequor, ut cum nuper præter expectationem meam exiiſſet Germanica illa novi teſtamenti translatio* [*cujus epiſtola quoque tua mentionem facit*) *ejus libri exemplaria omnia quotquot importata ac divendita fuerant, mea ipſius pecunia ab iis, qui emerant, redimerem: nimirum quod jam tum animus hoc mihi dictaret, & diligentior librorum inſpectio ſatis indicaret, ea gratia ſuſceptum a Luthero hunc vertendi laborem, ut hac arte univerſam ſcripturam ſuo commodo translatam ad dogmata ſua confirmanda detorqueret: nam quia videbat fieri non poſſe, ut abſurda illa ſua paradoxa veterum theologorum, a quorum doctrina pariter & vita procul abeſt Lutherus, ſcitis aſtrueret ſcripturæ ſimplicitate aliquoties in alienum atque adeo repugnantem ſenſum flexibili ad eum modum abuti inſtituit. Quod autem conſilium callidius aptiuſque ad ſimpliciorum animos captandos capere potuiſſet, quam ut univerſam novi teſtamenti ſcripturam novo genere tum interpretationis tum annotationis in ſuum judicium deflexam, velut hamum eſca tectum, vulgo porrigeret? alioqui aut nullis, aut non niſi ſtupidiſſimis perſuaderet, ut bonorum, ita & malorum neceſſitatem a Deo pendere: quod dogma, cum in philoſophis ſuis ethnici homines non tolerarint, nos Chriſtiani, quibus fidei doctrina clariori veritatis luce affulſit, in Luthero amplectemur? Quod ſi ſemel cum Luthero recipimus omnia evenire neceſſario, jam ſane omnis humanæ rationis vis,*

Scriptura a Luthero corrupta.

Saxoniæ duces moniti ab Anglo ut hæreſiarcham opprimant.

(a) *Henr. Angl. Reg. lit. apud Coclæum.*

(b) *Georg. dux Sax. in lit. ad Regem Angl. apud. eund.*

Translatio Lutherana Georgii principis juſſu exuſta.

omne conſilium, jus denique omne quo vel præmium bonis, vel pœna malis decernitur fruſtra eſſe comperientur. Hæc princeps Georgius, cujus ſapientiam atque in fide aſſerenda ſtudium plures alii principes non ſunt æmulati; quamquam Ferdinandus archidux Auſtriæ, ac cæſareum munus in Germania gerens, graviſſimis edictis factam a Luthero teſtamenti translationem flammis aboleri juſſit (*a*), cui in hereditariis principatibus tantum exuſtis Lutheri impiis codicibus paritum eſt: qua ratione populos in vetere obſequio continuit.

(*a*) *Cocl. in actis & ſcriptis Luth. hoc an.*

XLIX. Cur ſcripturæ ſacra vulgo non permiſſa ſit.

Cenſuerat porro pia antiquitas, ut non omnes ſacræ ſcripturæ libri imperitæ & temerariæ plebi committerentur; ſed ea quæ vel ad ſalutem conſequendam neceſſaria, vel ad pietatem accendendam utilia ſunt tantum a paſtoribus animarum & ſacris concionatoribus proponerentur, cum plurima in divinis voluminibus reperiantur, quæ ignara & ſtupida ingenia, ubi ſemel arrogantia & pravis opinionibus imbuta ſunt, in contrarios ſenſus diſtorquere poſſint: quod quam ſapienter ſancitum eſſet, ſuperiora ſæcula tot hæreſum expertia docuerant, ac præter alios Pius Albertus in refellenda Lutherana temeritate optime perpendit (*b*), oſtenditque rerum exitus; ob toleratam enim eam translationem innumera mox mala; puriſſimo illo veritatis & ſalutis fonte Lutheri venenis infecto hauſtoque a ſimplicibus, pullularunt: *Quis*, inquit Cochlæus, *ſatis enarrare queat, quantus diſſidiorum, turbationumque, & ruinarum fomes & occaſio fuerit ea novi teſtamenti translatio? in qua vir jurgiorum data opera contra veterem & probatam Eccleſiæ lectionem multa immutavit, multa decerpſit, multa addidit & in alium ſenſum detorſit, multas adjecit in marginibus paſſim gloſſas erroneas atque cavilloſas, & in præfationibus nihil malignitatis omiſit, ut in partes ſuas traheret lectorem. Inventi ſunt igitur ex Germanis, qui ex ea translatione admiſſos ab eo paſſim errores & mutationes collegerunt, alii ſupra mille, alii pauciores. Inter quos ſane Hieronymus Emſer præcipuam laudem promeruit.* Is non modo Lutheri errata in verſione correxit, verum aliam edidit Latino textui conſentientem magno populi Chriſtiani bono, qui a venenatis fontibus abductus eſt, didicitque ubinam erraſſet Lutherus, Lutheranoſque de perverſo evangelio gloriantes confutavit. Sed antequam ea pia elucubratio prodiret, jam calcographi translatum a Luthero teſtamentum late diſperſerant, idiotis illud adeo avide amplectentibus, ut ſecum aſſidue in ſinu ferrent, & paucis menſibus indefeſſo ſtudio ac labore ita mandabant memoriæ, ut eruditos etiam theologos glomeratis citationibus male intellectis obruerent, jamque mulierculæ catholicos etiam doctores objurgarent imperitiæ, atque adeo ſuperbia tumerent, ut ſe ſocioſque tantum evangelica luce colluſtratos putarent. Addit Cochlæus leves juvenes ſceleribus & apoſtaſia contaminatos ad concionandi munus doctrinæque novæ virus aſpergendum populis admiſſos; ſacerdotes autem doctrina, dignitate, ætateque venerandos ejectos, cenſibus eccleſiaſticis decumiſque defraudatos, appetitos injuriis ſolum vertere coactos: creviſſe ita furorem popularem, illarum vim clero, direptas eorum fortunas, & in communes uſus redactas: arſiſſe multos pſeudoevangelii novi propagandi cupidine, ac amicis & parentibus relictis ad alias urbes ſe contuliſſe, non quæſtu & compendio, ſed pietate ductos videri affectantes; atque ita in ampliſſimas quaſque Germaniæ urbes cæſareas irrepſiſſe, exceptis paucis, atque inter eas Colonia Agrippina quam tot millia martyrum, qui ibidem paſſi ſunt, ac religioſe coluntur, ab ea lue vindicarunt.

(*b*) *Alb. Pius in reſp. 1. ad ep. 1. Eraſm.*

Tranſlatio in vulgarem cur a catholicis facta.

Sacerdotes bonis & vectigalibus exuti.

L. Qui vero fallaci evangelii propugnandi ſimulatione univerſum ordinem eccleſiaſticum, & Chriſtiana ſacra evertere nitebatur Lutherus, ipſam etiam divinam ſcripturam abolere tentavit, dum ejus partem impia cenſura percellere auſus fuit, omnia proculdubio divina oracula abrogaturus, & convulſurus omnia ſacra, niſi ad confundendam graviori diſſidio Eccleſiam retinendum baptiſma & magnam ſcripturarum divinarum partem excipiendam cenſuiſſet. Tantam audaciam bonis omnibus inviſam fuiſſe addit Cochlæus: *Optimis*, inquit, *quibuſque videbatur Lutherus nimis malitioſe graſſari in ſacras literas novi teſtamenti, e quorum canone audaci cenſura reiiciebat epiſtolam ad Hæbræos, epiſtolam Jacobi, epiſtolam Judæ, & apocalypſim Joannis, quas ſane & atrocibus infamabat calumniis in ſuis præfationibus. In generali etiam in ſacratiſſima evangelia audaciſſime manum mittebat, volens in primis repudiandam eſſe vetuſtiſſimam hanc & omnibus Chriſtianis notam ac receptam opinionem & ſententiam, eſſe ſcilicet quatuor tantum evangelia, totidemque evangeliſtas, reprobans per hoc etiam ſacratiſſimas figuras, viſiones, atque myſteria ſcripturarum, quæ quaternarium illum numerum præmonſtrant in geneſi, in Ezechiele, in apocalypſi, &c. Reiiciebat item diviſionem librorum veteris teſtamenti in legales, hiſto-*

Partem ſcripturarum negat Lutherus.

ſtoriales, prophetales, & ſapientiales vulgo uſitatam. Jubebat præterea cavere lectorem, ne ex evangelio legis aut doctrinæ librum faciat, ſicut factum fuit hactenus inquit, & quædam præfationes Hieronymi quoque docuerunt; evangelium enim non requirere, opera aut præcepta præſcribere, ſed ſolum fidem in Chriſtum docere, & dulciter conſolari credentes affirmabat. Ex data opera ipſe pleraque loca ſcripturæ aliter vertebat, in aliumque ſenſum trahebat, quam habebat Eccleſia: præſertim vero in iis locis, quæ notiſſima cunctis vulgo erant, qualia ſunt oratio dominica, ſalutatio angelica, canticum Mariæ, & canticum Zachariæ, ut ex iis populus eo facilius crederet Eccleſiam non habuiſſe hactenus verum textum evangelicum.

Præcepta divina tollit Lutherus.

LI. Gloriatur Lutherus ſe evangelii lucem populis intuliſſe.

Tam impius profanator evangelii & hoſtis, utpote qui aperte nolebat Chriſtianos ſacris illius imperiis obſtrictos eſſe, promulgabat veram ſe evangelii lucem orbi intuliſſe, ac Germanos hactenus in tenebris jacuiſſe, fuiſſeque ſuperſtitionibus irretitos: jam vero ſincere prædicatum divinum verbum, lucemque affulſiſſe. Innumeræ exinde ſectæ profanæ accepere originem, cum quiſque evangelium pro libidine interpretaretur, nec quippiam præter illud admitteret; unde deliria pro evangelio ſimplicibus obtruſa fuerunt, ut narrat Surius (a): *Cum enim*, inquit, *Lutherus nihil vellet extra ſcripturas recipi, ſcripturæ autem ab illo eſſent depravatæ, ruebant miſeri in errores alios ex aliis, uno quolibet ſcripturas pro ſuo cerebro interpretante: inde poſtea orta eſt tanta ſectarum turba, ut difficile ſit in certum eas numerum redigere: quod etſi eſt longe calamitoſiſſimum, homines Chriſtianos ita circumferri omni vento doctrina, & cujuslibet ſomnia non alio quam evangelii loco haberi, tamen eam calamitatem vulgus everſum ducit pro nihilo. Sed id patiuntur horrendo Dei judicio; quod tam leviter aures fidemque accommodarunt Lutheri commentis, quaſi ille demum, ut falſo jactabat, evangelium in lucem protuliſſet; cum re vera ipſam evangelii lucem in immanes quaſdam tenebras mutarit, in certiſſimum innumerabilium animarum exitium.*

(a) *Surius in comm. hoc ann.*

Ex illius principiis enatæ aliæ hæreſes.

LII. In jejunia declamat.

Edidit præterea eodem ſermone Germanico duos peſtiferos libros, primum adverſus quadrageſimalia & alia jejunia imperata ab Eccleſia, ſive Benedictinis & Carthuſianis indicta, atque omnia Eccleſiæ inſtituta, quæ in ſacris ſcripturis expreſſa non ſunt, damnavit. Jejunia vero in ſacris literis imperata, quamvis tempora & dies quibus obſervanda ſint, non deſignentur; quadrageſimale autem conſecratum a Chriſto ac legem ab Apoſtolis illius traditam totius orbis eccleſiis, oſtendit Card. Baronius, atque inferius demonſtrabitur, ubi Germanorum injuſtæ querelæ refellentur. Cumque gulæ & libidinis conjuncta ſint vitia, jejuniorum oſor Lutherus etiam cœlibatum vituperavit: hoc etiam anno libellum Germanicum edidit adverſus caſtitatis vota ſolemni ritu nuncupata, quæ obſervari nec poſſe nec debere ſanxit ex falſa interpretatione divini imperii: *Creſcite & multiplicamini*; proinde ſuo furiali more ſacerdotes, monachos, & moniales deſertis monaſteriis ad inceſtas nuptias provolare juſſit. *Cum hæc ſcriberet*, inquit Surius (b), *nondum excuſſerat cucullum: itaque hujuſmodi paradoxis iter ſibi muniebat ad illas præclaras ſuas nuptias, quas jam animo meditabatur. Sed, o Deus ubi fuere hominum mentes & oculi, cum talia tam execranda in ejus hominis libris lectitarent? O horrendam Dei vindictam uſque adeo occæcari!* Adactum pene ad inſaniam Lutherum ex amore mulierum; ſed hoc vitium alio vitiu ambitionis & promulgandarum hæreſeon viciſſe, refert Ulembergius (c) ex Lutheranis.

Cœlibatus ab Eraſmo & Luthero damnatus.

Divinum imperium in falſam interpretationem diſtorquet.

(b) *Surius in comment.*

(c) *Ulember. in vit. Luth.*

LIII. Anabaptiſticæ ſectæ ortus.

Cæterum hoc anno Witembergæ præter Lutheranam, & Carloſtadianam ſive ſacramentariorum hæreſes, jam ante magno Chriſtiani imperii malo diffuſas, nata eſt nova omnium hæreſeon peſtilentiſſima, nempe anabaptiſtica, quæ baptiſmum puerorum commentum eſſe diabolicum oblatrabat, atque a mille & quadringentis annis nullum fuiſſe Chriſtianum mentita eſt, ac Lutheranæ & ſacramentariæ ſectarum more purum Dei verbum a ſe doceri jactabat. Nulla autem unquam hac hæreſi immanior fuit, vel rapacior; nam omnes, qui illi repugnarent, contrucidari, eorumque bona expilari juſſit; atque ita Germania tricipite monſtro poſthac laniata eſt. Quas tres hæreſes in orbis perniciem oriundas deſignatas fuiſſe per tres ſoles falſos transfixos cruentis gladiis, qui in multis Germaniæ locis apparuere illius anni principio, quo Lutherus ſuam hæreſim ex inferis eduxit, Hermannus e Kerſenbrochhorum temporum teſtis oculatus enarrat: cujus manuſcriptam hiſtoriam Alexander Papa VII. exſcribendam curavit, dum Monaſterii internuntium apoſtolicum pro reſtituenda Germaniæ pace agebat, eamque mihi ſingulari benignitate communicavit; ex qua non paucos ac puros hiſtoricæ veritatis floſculos decerpſi: Hermannus igitur hæc hiſtoriæ ſuæ inſeruit: *Anno MDXVII. pridie idus januarii circa ho-*

Digitized by Google

horam diei tertiam, in quibuſdam Germaniæ locis tres iu cælo viſi ſunt ſoles ſanguinolentis transfixi gladiis; ac ipſis idibus januarii ſol horrenda ſpecie a quibuſdam ſemicirculis diverſorum colorum ſeptus: hinc decimo januarii ac decimo ſeptimo martii tres lunæ apparuerunt. Quæ oſtenſa unius ſolis & fidei claritatem caliginoſis opinionibus convellendam, ac in diverſas partes diſtrahendam, capitaque rerum publicarum, quæ per ſoles intelligi ex annalibus obſervatum eſt, inter ſe diſſenſura ſine dubio portenderunt. Reſpondere huic oſtento triſtes exitus; Germaniam enim a triplice illa hæreſi transfixam gladiis immenſoque cruore fœdatam viſuri ſumus. De anabaptiſticæ vero hæreſeos authore paſſim controverſum eſt, cum plures hæreſiarchæ, immo & plures dæmones ad horrendum hoc monſtrum edendum concurrerint. Accuſat in primis Ulembergius (a) Lutherum omnium hæreſum vel inſtauratorem vel parentem; *Legati*, inquit, *Valdenſium, qui in Bohemia & Moravia erant, pædobaptiſmum dixerant a ſuis retineri, ea conditione tamen, ut quia per ætatem infantes nondum crederent, poſtmodum informarentur de fide, ubi rationis uſum haberent: id Lutherus improbaverat, præſtare aſſerens in univerſum omitti puerorum baptiſmum quam eos ſine fide propria, baptizare: quod ipſum in hoc ſcripto repetit anabaptiſtarum errori fundamentum ſternens.* Idem etiam docuerat neminem juſtificari per baptiſmum, ſed per fidem, cui additur baptiſmus: quod ab Apoſtolico internuntio illi objectum vidimus. At Philippus Melanchton Lutheri diſcipulus in ſuo commentario in epiſtolam ad Coloſſenſes, Carolſtadium hujuſmodi hæreſis progenitorem contendit: alii Thomam Muntzerum, alii Balthaſarem Pacimontanum, alii Nicolaum Storckium, alii Bernardum Rotmannum, alii Melchiorem Hoffmannum in crimen vocant, alii (b) Nicolaum Pelargum Lutheri diſcipulum, cui Carloſtadius & Melanchton, atque ipſe Matthias Sellarius, qui aliquandiu eam ſectam impugnarat, adhæſerint, cœleſtium viſionum jactatione, & ſcripturæ oraculis in alieno ſenſu propoſitis decepti. Id vero certiſſimis argumentis conſtat, cacodæmonem, qui toties in angelum lucis ſe transfiguravit, hos pſeudoevangeliſtas faſcinaſſe, quorum alii a Deo Patre, alii a Filio, alii a Spiritu Sancto ſe miſſos profeſſi, erroris, & pſeudoprophetiæ convicti ſunt. Refellit vero pluribus Eckius (c), de quo ſupra memoravi, in homiliis de baptiſmo Anabaptiſtarum deliramenta, brevi maxime hoc argumento: *Cum parvuli peccatum originale en aliena contraxerint voluntate, & transgreſſione Adæ, cur miſericors Deus non hoc etiam permitteret, ut in aliena fide non quidem ſuorum parentum vel patrinorum, quod perinde neceſſarium non eſt, ſed Eccleſiæ catholicæ baptizarentur?* De Pelargo autem, qui cum ſociis novum reformationis, verius deformationis genus finxerat, ac plures ad evangelicam libertatem, ut jactabat, prædicandam ſubmiſerat, narrat Meshovius (d) illum Mahometis exemplum ſecutum ſuaſiſſe ſimplicibus, Michaelis archangeli colloquio ſe frui; cum a cacodæmone infeliciter illuderetur.

Tres ſoles transfixi gladiis eam deſignarunt.

(a) *Ulember. in Vita Luth. c. 10. Sander. de viſib. monarch. l. 7.*

(b) *Meshovius hiſt. anabapt. l. 1.*

(c) *Jo. Eck. hom. 9. de bapt.*

Nicolaus Pelargus Anabaptiſticæ ſectæ conditor.

(d) *Arnold. Meſhov. l. 1. hiſt. Anabapt.*

Habitu, inquit, *viliori amictus miram quoque ſanctitatem præſeferens agricolarum caſas obibat, cum Michaele archangelo, quem ſecreta patris in ſomno aperire ſibi dictabat, colloquium comminiſcens: atque ubi dictis fidem tribui ſenſit, eo dementiæ temeritatiſque proceſſit, ut ſe vel ſolo intuitu quis e fidelium numero eſſet, nec ne; quis æviternos gehennæ cruciatus, aut perpetua cœleſtis vitæ gaudia habiturus eſſet, certo cognoſcere adſtrueret: tempus jam præterlapſum, inquiens, quo mortales denſis errorum nebulis obſepti caducam vitam atque adeo multis fœcundam vitiis tranſegerint: inſtare nunc aliud, quod non ſolum electi omnes vehementer olim anhelarint, ſed aſſiduis a Patre cœleſti precibus obtentum; nonnulli, ſuos deſignans nunc demum ingreſſi ſint, quorum communione ſi & ipſi frui deſiderent ſerio, requiri ut repudiatis pontificiorum & in primis Lutheri documentis, ea, quæ ipſis patefacturus ſit, actutum amplectantur; ob id enim ſe peculiari a Deo miraculo ad vindicandam e tenebris Chriſti doctrinam miſſum, quo fideles omnes in unum collectos ad novum, qui brevi oriturus ſit orbem deduceret, extinctiſque impiis in pace altiſſima, juſtitia vera & gloria numquam peritura protegeret gubernaretque. Itaque ſibi neceſſarium videri, ut rupto obedientiæ quod ſuperioribus præſtiterint, juramento, libertatem evangelicam profiteantur, & rebus mundanis valere juſſis, mentem oculoſque ad Deum eleven, ſeque rebaptizandos ſine mora ſubmittant; ac tum demum omnes eos, qui doctrinæ huic contradicerent, magiſtratus inſimul ac principes tyrannorum inſtar, qui nullum in electos Dei imperium habeant, igne ferroque ad internecionem deleant: epiſcopos & paſtores vel trucident, vel finibus ſuis ejiciant, ac bona eorum tamquam impie injuſteque poſſeſſa invadant: monaſteria diruant, & abuſus omnes penitus peſſumdent. Hanc Patris ſupremi*, at revera luciferi, qui fuit ho-

Illuſus a dæmone fingit colloquio Michaelis archangeli ſe frui.

Jactat damnandos & ſalvandos ſolo intuitu cognoſcere.

Alia ejus figmenta.

Rebellionem ſuadet in principes.

Omnium qui ipſi contradixerint ſtragem molitur.

Digitized by Google

homicida ab initio, *voluntatem eſſe, cui mortalium nulli refragari liceat*. Addit author. Corruptum ab hoc impoſtore Thomam Muncerum Alſtetenſem concionatorem, qui paucis annis ſectam latiſſime propagavit. Porro anabaptiſmum a Donatiſtis primum inventum, deinde Pelagianos noluiſſe parvulos eſſe baptizandos, refert Joannes Eckius (*a*), tum ſubdit: *Poſt ſexcentos dehinc annos eandem hæreſim Cathari in Gallia & Germania reſuſcitarunt, inter reliquos decem articulos, ſicut illud antiquus quidem abbas Eckebertus deſcribit. Hæreſim iſtam infelici hoc noſtro ſæculo revocavit ab orco Ubalthazarus Hiebmayer & tenuerunt Heizer, Hut, Denckius & alii nonnulli ſequaces eorum*. Idem confirmat (*b*) in homilia de aſcenſione Chriſti, atque hujus hæreſeos authorem Balthaſarem ſæpius mutaſſe mentem, ac lapſo ſexennio Viennæ exuſtum docet: *Satis conſtat quam inique catabaptiſtæ parvulos baptiſmo deſpolient, baptizatos fide privent: unde quid aliud, niſi perpetua ſequatur damnatio: quoniam*, qui non credit, *juxta verbum Chriſti* (*c*) condemnabitur. *Proh Deum immortalem! quanta væſania eſt tot parvulorum millia defraudare velle eccleſiaſtica communione, immo & ipſam eccleſiam ſanctam tot centenis annis deſpoliare ſacramento baptiſmi, ita ut nemo unquam recte & legitime baptizatus ſit, niſi forte vetulus aliquis Judæus tempore baptiſmi Joannis? quid igitur eſt, ſi hæc non blaſphemia eſt? Chriſtum tantopere dilectiſſimam ſuam ſponſam Eccleſiam dereliquiſſe, neque interea Chriſtianum ullum fuiſſe, niſi cum iſti, neſcio qui terræ filii rebaptizationis authores ex Cimmeriis tenebris progreſſi ſuam perfidiam diſſeminarent? quis unquam crederet talia? quis non potius perſuaſum haberet homines iſtos impuriſſimos errare, ut qui maxime, o ſæcula, o mores, o miſeriam temporis hujus, o deplorata hominum pectora, o errores involutos, & inter ſe diſſidentes, ubi pro ſuo quiſque animo, immo & ſomnio effingit quidquid libet? Erroris hujus author hoc tempore primus fuit Balthaſarus Hyebmayer Fridburgenſis, qui primo ſtatim limine, ut in porta canterio a ſe ipſa diſcordavit, ſecumque diſſenſit ipſe ſolus: aliquando enim dixit parvulos peccatum originale non habere cum Pelagianis, & ideo ſalvari; deinde opinatus eſt regnum cælorum eſſe parvulorum: ad extremum, priuſquam combureretur Viennæ anno ſalutis MDXXVIII. totus in errore demerſus: noluit etiam confiteri de parvulis quidquam an ſalvarentur aut condemnarentur, ideoque & divinæ tum miſericordiæ tum omnipotentiæ credidit eſſe relinquendum. Antea revocaveeat ſemel errorem hunc catabaptiſmi totum, idque Turegi; ſed perfidus omnium hæreticorum more factus reſiliit ab inſtituto.*

(*a*) *Jo. Eck. to. 1. hom. 1. in dom. Trinit. p.* 129.

Qui fuerint Anabaptiſtarum ſigniferi.

(*b*) *Jo. Eck. to. 3. hom 3. de aſcenſ. Chriſt.*

Anabaptiſtarum immanitas in pueros.

(*c*) *Matth.* 26.

Balthaſar eorum ſignifer contraria aſſeruit.

LIV.

Hi veſtigiis Lutheri inhærentes, cum omnes traditiones Eccleſiæ reſpuerent, ac literali tantum ſcripturæ ſenſu inniterentur, Arianorum inſtar, qui ex illis Chriſti verbis: *Pater major me eſt*; Chriſto divinitatem eripuere: ita ex illo Chriſti oraculo: *Qui non crediderit, & baptizatus non fuerit, condemnabitur*; contendere Anabaptiſtæ infantibus, cum non credant, baptiſmi gratiam conferri non poſſe; atque ideo periiſſe jamdiu univerſam Chriſti Eccleſiam, atque omnes baptiſmo iterum luſtrandos: cujus nefariæ opinionis portentum, cum nullo ſcripturæ ſacræ textu refelli poſſet, a Luthero & aliis hæreticis, qui iterum baptiſmalibus ſacris uti infideles ablui jubebantur ex ipſorum principiis, idem Lutherus & alii hæreſiarchæ ad Eccleſiæ traditiones confugere, priſtinos errores revomere, tela quibus Eccleſiam oppugnabant abiicere, verumque ſcripturæ ſenſum non a quolibet pertinace impoſtore, ſed ab Eccleſia petendum fateri coacti ſunt. Ita Lutherus in ſermone contra Anabaptiſtas hæc dicit (*d*): *Concedimus in ſacra ſcriptura nullum textum expreſſum eſſe ad refutandum Anabapſiſtarum errorem, ubi ſcilicet dictum ſit, baptizandos eſſe infantes, quia credant. Si quis ipſorum urgere nos velit, ut hæc verba ipſi oſtendamus, cedimus; contumacium eſt Anabaptiſtarum, non verorum Chriſtianorum, tam anguſtis nos terminis circumſcribere: illud ſatis cuique eſſe debet, quod inſtitutionem Apoſtolorum ſequimur omni tempore in Eccleſia Dei obſervatam, etiamſi ſcriptura id non præcipiat.* At ſi inſtitutiones Apoſtolorum & traditiones Eccleſiæ ſequendæ in baptiſmo infantibus conferendo, cur non in ſacramentorum numero & uſu, in ſacrificio miſſæ peragendo, in primatu Petri agnoſcendo, in diſcernendis ſcripturis canonicis & earum ſenſu, in jejunio quadrageſimali, & aliis colendæ erunt? Genevenſes etiam cum Anabaptiſtis congreſſi non alio argumento Anabaptiſtas debellare potuerunt, quam qui ipſi debellarentur, ut obſervat docte Florimundus Raymundus (*e*): *Videamus*, inquit, *Genevenſes quoque contra eoſdem antagoniſtas in arenam prodeuntes, & quibus illi armis pugnent: Si vos, inquiunt, Dei eſtis Eccleſia, ſequitur Deum ſine Eccleſia fuiſſe uſque ad annum MDXXII. quo Nicolaus Storckius & Thomas Muncerus prima Eccleſiæ veſtræ fundamenta jecerunt. Excutite omnes mundi angulos, neminem,*

Anabaptiſtarum axiomata falſa.

(*d*) *Luth. in ſerm. contra Anabapt. Florimun. Raym. l. 2. c. 3. ex eod. n. 3.*

Baptiſmum pueris conferendum traditione conſtat.

(*e*) *Id. n. 6.*

Eodem argumento quo Anabaptiſtæ conficiuntur, eodem cæteri hæretici debellantur.

qui

qui vobiſcum ullo tempore ſenſerit, invenietis: cum vero Deus ſine populo & Eccleſia, & Chriſtus ſine regno eſſe non poſſit, ſequitur vos non magis populum ejus quam Eccleſiam eſſe poſſe. Hæc vobis dicta putate o Genevenſes, & videbitis vos veſtro jugulatos gladio. Quibus vero argumentis expugnati ſint Anabaptiſtæ a catholicis doctoribus, utque ferro in hæc monſtra ſævitum ſit, dicetur inferius. Hic tantum obſervare ſuffecerit, hos tenebriones ſublata omni Eccleſiæ traditione veluti humana, divinarum etiam ſcripturarum authoritatem Eccleſiæ traditioni innixam eliſiſſe, ac verba Chriſti de adultis prolata impie ad infantes detorſiſſe.

Negata traditione etiam ſcriptura negatur quæ traditione commendatur.

LV. Carolus V. de ſtringendo in hæreticos gladio agit. (a) Cocl. in act. & ſcript. Luth. Ulemb. c. 10. (b) Ext. ejus lit. apud Dolgaſt. to. 1. p. 447. Annatas ſibi præmium concedi poſcit.

Dum ita novæ in dies hæreſes aliæ aliis fœdiores ob permiſſam licentiam fingendi, diſſeminandique quamvis impietatem ſubnaſcerentur, Carolus V. tot malorum certior factus, laxatas impiis habenas adducere, atque ex conſilio procerum, qui ad Nurembergenſem conventum (a) pro temperando imperii ſtatu ſe contulerant, cæſareum gladium in hæreticos ſtringere, tum ſuppetias Hungaris periclitantibus afferre velle Hadriano Pontifici ſignificavit. Popoſcitque (b) ut ad adhibendam animadverſionis ſeveritatem in hæreticos, & Pannoniam contra Turcarum impetus tuendam, annatas, quas vocant, ſibi Hadrianus concederet; quaſi vero tantæ eæ opes eſſent, ut ſine iis Cæſar dignitatem cæſaream ſuſtentare, ac ſuum Wormatienſe edictum ad exitum perducere, vel Hungaro ſororio opem ferre non poſſet, vel etiam ſedes Apoſtolica majora, quam annatarum auxilia, ſi glorioſo operi manum admoviſſet, non fuiſſet ipſi ſuppeditatura.

Carolus divina favente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

LVI. *Cum ſuperioribus menſibus in civitate noſtra imperiali Nurembergenſi omnes ordines ſacri Romani imperii pro tutela defenſioneque regni Hungariæ conveniſſent, & electores cæterique principes, ac aliorum ordinum ſtatus ſæculares inter cætera animadverterent Germaniam ad eam egeſtatem rerum inopiam redactam eſſe, ut non modo ipſi quidquam contra Chriſti fidei hoſtes truciſſimos Turcas digne gerere poſſint, ſed nec tantulas ſupereſſe ſacri Romani imperii opes & facultates, unde juſtitiam & pacem tueri & conſervare, ac nefariorum hominum ſcelera & in inferenda injuria audaciam poſſint cohibere, niſi etiam ſanctitatis veſtræ liberalitate & paterno favore atque auxilio adjuti fuerint: atque inter cætera cum meminiſſent, annatas, quas novi antiſtites Romano Pontifici ſolvere conſueverunt, ab origine ea minime ratione conceſſas eſſe, ut hujuſmodi pecuniis Chriſti fidei hoſtes arcerentur; nunc autem ipſi Turcæ, magna parte inferioris Pannoniæ occupata, Germaniæ inhient, æquum eſſe, ut hujuſmodi annatæ in Germania retineri, & illic in hunc uſum converti debeant, præterea cum inter mortales nihil ſit ſanctius, nihil Deo gratius, quam juſtitiæ & æquitatis cultus, qua de re etiam cenſuerunt neque Deo ingratum neque ulla ratione impium dici poſſe, & ſi ea, quæ ſolum divinæ majeſtatis cultui dedicata conſecrataque exiſtimantur, ad juſtitiæ pacisque conſtituendæ uſum in parte convertantur; propterea cuperent, noſtraque interceſſione a ſanctitate veſtra obtinere poſſe ſperant, in primis, ut penſiones, quæ ex ſacerdotiis Germanicis curiæ ſanctitatis veſtræ & Romanæ urbis hominibus perſolvuntur, poſthac in Germania detineantur: adhæc cujuslibet eccleſiæ majoris, ſive minoris collegium quotannis decimam proventuum ſuorum contribueret, vel ſaltem proxime vacaturæ præbendæ proventus uti mortuæ & aſſiduæ vacantis conſervarentur, necnon cum Germania ditiſſimorum monaſteriorum plena ſit, ut illis quoque tributum imponeretur, atque etiam ut reliquorum ſacerdotum ordines quiſque pro facultate & fortunis ſuis aliquid penderet; præterea mendicantium ordinum monaſterium quodlibet florenos quinque quotannis conferret.* Nonnullis interjectis, ut hæc ad quadriennium contra Turcas concedantur, de Lutheranis addit.

De Turcis Ungaria propulſandis agit.

Annatas ſibi concedi poſcit.

Penſiones ſacerdotiorum ſibi attribui. Petit etiam decumas.

LVII. Ex Lutherana ſecta imperii excidium veretur Cæſar.

Adhortatur, ſcilicet ad ea poſtulanda, *nos & nefariam illam Lutherianam ſectam, quam ut tolleremus nullum officium prætermiſimus, ita multorum Germanorum animis uti peſtiferum virus paulatim obrepſiſſe obſediſſeque, ut inde quoque incendium reipublicæ Chriſtianæ extimeamus, niſi prædictis tributis juſtitia ita roboretur fulciaturque, ut aliquando in virulentæ illius doctrinæ ſectatores diſtricto gladio poſſit animadverti. Ad quam rem etiam multorum Germanorum animos, & horum præſertim, qui honeſtiſſimi ſunt ordinis, pro univerſalis Romanæ eccleſiæ tranquillitate & authoritate conſervanda erectos, incenſoſque cognoſcimus: quapropter beatitudinem veſtram ſummopere rogamus, ut divina illa ſua mente & mitiſſimis oculis, quibus Chriſtianum orbem irradiaſſe videtur, hæc omnia clementius intueatur, ponatque ante oculos Turcarum infeſta ſigna, acieſque jam pene invictas, pernicioſi Lutherani dogmatis incendium, quod peſſimi cujuſque mentem obſedit, præterea no-*

noſtram a Germania abſentiam, quodque tantorum malorum imminentes flammæ nullo alio, quam beatitudinis veſtræ æterno illo benignitatis & munificentiæ fonte reſtingui poterunt; & hæc nobis deinde ſacro Romano imperio, & nationi Germanicæ, aliaqui de ſancta Apoſtolica ſede optime meritæ, pro tot tantiſque malis coercendis clementer ad quadriennium concedere & indulgere dignetur, &c. His impetratis, pollicetur in Turcas & Lutheranos vires omnes atque opes ſe converſurum. *Dat. in oppido noſtro Valliſſoleti ultima octobris anno MDXXII. regnorum noſtrorum Rom. IV. &c.*

LVIII. Sine juſta cauſa poſtulari Germanicas annatas a Cæſare viſum eſt Pontifici; cum eæ non ſingulis annis pendantur, & modicam admodum auri vim conflare poſſint: tum eo exemplo mox ad alios Reges & principes ſerpente ſuis juribus ſedes Apoſtolica exuenda foret: eadem tamen poſtulata a Nurembergenſi conventu repetita ſunt, ut videbimus proximo anno; politicorum Lutheranorum dolo, qui Cæſarem a pontificia obſervantia divellere, ac ſedis Apoſtolicæ majeſtatem labefactare moliebantur. Cæterum Carolus repulſam paſſus Wormatienſe edictum non ſine ſummo dedecore & malo ſuo in Lutherum & ſectatores exequi, vel Ludovicum Pannoniæ Regem ſororium ab extremo exitio vindicare prætermiſit.

Ignave Carolus V. Lutheranos graſſari patitur.

LIX. At quam gratiam Lutherus Carolo V. ob intempeſtivam illam indulgentiam retulerit, ſcribit Joannes Faber (*a*), nimirum Lutherum improperaſſe Carolo ipſius electionem: promulgaſſe traditum ſibi publicum impunitatis chirographum fuiſſe violatum: docuiſſe cunctos Germaniæ principes nullam ſervare fidem: ſatyricis libellis cæſaream dignitatem atque Auſtriacam domum traduxiſſe; tum ſubdit (*b*): *Quid dicam ultra? immo dicere cogor. Silere non potero. Prophetizavit Iſaias, balbos quoque plane locuturos. Lutherus hic Auſtriæ domui anno uno plus nocumentorum atque contemptus intulit, quam principes atque Reges univerſi cæterique orbis totius ſtatus; immo impedivit multo magis quam ab annis centum inimici omnes. Meo ſi atque cæterorum, qui meæ ſunt fidei, conſilio obſecutum fuiſſet, o Auſtrales atque cæteri domini, non eam videre oportuiſſet ſeditionem, voſque per imperium ſubditi non tantum profudiſſetis ſanguinem. Quam multis centenis millibus aureorum ditiores eſſetis, quibus adverſus fortaſſe Turcos uſque Conſtantinopolim provatum iri potuiſſet! ſed nedum finis.* Et infra: *Hæc in univerſum, prout contigere, ſæpius prædixi, ea prævenire adniſus ſum, ſicut & huc dum præter pacem opto nihil.* Addit Joannes Faber de Lutheri perduellione, ut in Carolum V. populos ad ſeditionem vocarit.

(*a*) *Jo. Fab. cur Lutheranam noluerit approb. doctrinam c. 26.*

(*b*) *Id. ibid. cap. 26.*

Quanta Lutherus mala peperit Carolo V.

Proximis menſibus (*c*) *adverſus inſonuit & ſcripſit in Imperatorem dicens:* Depoſuit potentes de ſede; *atque concludit:* O Deus, alios da nobis dominos. In quæ verba exclamat Faber: *Turcus Aſianos atque Africanos invaſit; in Germaniam noſtram modo exercitum jam ab annis centum pro pluribus ductare auſus non eſt. Unus iſte impius atque perverſiſſimus monachus tanta nobis mala infert, in eam protrudit anguſtiam, ut metuam cædium nullum eſſe finem:* Turcumque *his noſtris ſeditionibus pacatorem aut ſegregatorem venturum, dum Jeremiæ temporibus Jeroſolymis cuncti in malitia ſuccreſcerent, perjuria committerent, fidifragi eſſent; ut, heu, multis hodie fit locis, prophetæ prophetarent mendacia, & ſacerdotes applauderent manibus, populuſque deligeret talia dicit Dominus:* Ecce ego adducam ſuper vos gentem de longinquo, gentem robuſtam, gentem antiquam, gentem cujus ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur: pharetra ejus quaſi ſepulchrum patens univerſi fortes: & comedet ſegetes tuas, & panem tuum devorabit, filios tuos & filias tuas, & comedet gregem tuum, & armenta tua, & comedet vineam tuam & ficum tuam, conteret urbes munitas, in quibus tu habes fiduciam gladio. *Faxit Deus ne nobis quoque ſicut eis, qui in oriente ſunt contingat.* Non abſuit juſta metus cauſa; adjecta eſt enim marginalis nota: *Turci poſt hæc ſcripta ſupervenerunt bis in Auſtriam & Stiriam nempe an. MDXXIX. & MDXXXII.*

(*c*) *Ib. c. 27.*

Venenata in eum ſcripta.

Timent pii ne in Germanos diviſos Turcæ irruant.

Impendentia hæc mala ex apoſtolica ſpecula conſpicatus Hadrianus, non animarum ſolum, ſed etiam corporum ſecuturas ſtrages luxit (*d*), atque imperii ordines Nurembergæ congregatos admonuit, ut non modo Chriſtifideles hæreſibus fœdarentur, verum etiam plebeii & nobiles ab hujuſmodi ſeditioſis tum ad eccleſiaſticorum, tum ad principum opes invadendas concitarentur: pſeudoevangelium hoc recens latrocinandi prætextum ſplendidum eſſe, ac proculdubio magiſtratuum & principum leges obtrituros, qui conciliorum ſanctiones temnerent, & ſacros Eccleſiæ canones exurerent: denique ut Lutherum hæreſiarcham ex Wormatienſi edicto tollerent, ad veteres piorum Imperatorum, qui hæreticos percuſſere gladio, leges provocavit. LX.

Admoniti ab Hadriano de malis imminentibus principes.

(*d*) *Ext. ejus lit. apud Dolg. to. 1. pag. 448.*

Hadrianus Papa VI. venerabilibus fratribus, dilectis filiis nobilibus viris ſacri Ro-

Digitized by Google

Romani imperii principibus electoribus, & aliis principibus tam eccleſiaſticis, quam ſæcularibus, ac etiam communitatum omnium inclytæ Germanicæ nationis oratoribus, in diæta Nurembergenſi congregatis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Apoſt. ad Nurembergenſes conventus literæ.

Venerabiles fratres, & dilecti filii. Poſtquam ad apoſtolatus officium, divina diſponente providentia, aſſumpti ſumus, teſtis nobis eſt ille, qui nos, ut immeritos, ita nil tale expectantes promovit, nil nos aliud die noctuque cogitaſſe, quam ut in curando grege nobis credito tam in univerſum, quam ſingulatim boni paſtoris partes modis omnibus impleremus, atque adeo nullam exiſtimaſſe e noſtris ovibus tam morboſam, quam non pro viribus curare, nullam tam vagam & a cæteris errantem, quam non perquirere & ad dominicam caulam reducere ſummopere cuperemus. Et ſane ab ineunte ſtatim pontificatu noſtro [quod tum potiſſimum expedire videbamus] Chriſtianorum principum animos, heu nimis jam inter ſe diſſidentes, ad pacem, & concordiam ineundum, deponendaque arma [aut ſi bellandum eſſet, ea in fidei hoſtes convertenda] tam per diverſos nuntios noſtros, quam per quotidianas fere literas hortari, animare, precari hactenus nunquam deſtitimus. Et ne verbo tantum, ſed & re ipſa hujus noſtri deſiderii ederemus exempla [Deus ſcit quanto rei noſtræ familiaris his præſertim temporibus incommodo] pecunias & alia ſubſidia ad Rhodienſes milites ſtrenuos fidei propugnatores ab immaniſſimo Turcarum tyranno atrociter obſeſſos, ac in alia etiam loca in ejuſdem hoſtis faucibus periclitantia miſimus. Mox vero ab externis ad inteſtina animum advertentes non ſine gravi animi moleſtia percepimus Martinum Lutherum [quem ſua culpa jam filium noſtrum vocare non poſſe dolemus] hominem veterum & jam damnatarum hæreſum ſuſcitatorem, poſt ſedis Apoſtolicæ paterna primum monita, deinde etiam ſententiam, non abſque conſilio optimorum & doctiſſimorum virorum, diverſarum univerſitatum legitime contra eum latam; poſt chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Romanorum & Hiſpanorum Regis catholici in Imperatorem electi, & veſtrum imperiale edictum ſuper ejuſdem ſententiæ executione in proximis comitiis Wormatiæ habitis mature decretum, & per totam fere Germaniam promulgatum, non modo per quos deceret non punitum, aut per ſe cohibitum a praviſſimis inceptis non deſiſtere; ſed omnis Chriſtianæ charitatis & pietatis evangelicæ non oblitum modo, ſed & impie contemnentem novos quotidie libros errorum, hæreſum, contumeliarum, ac ſeditionum plenos, ſive de ſuo, ſive ab aliis adjutum divulgare, ac veluti peſtem quandam Germaniam & vicinas regiones longe lateque pervadentem, venenatæ linguæ ſpiculis bonas animas & mores inficere & corrumpere conari: & quod pejus eſt horum ſuorum facinorum non plebejos modo, ſed & nobiles pleroſque habere fautores, adeo ut [quæ fortaſſe iſtorum tumultuum primaria fuit cauſa] in ſacerdotum bona iri, & obedientiam tam eccleſiaſticis, quam ſæcularibus debitam vilipendi cœptum ſit; & tandem inter nonnullos veſtrum ad civilia bella deventum.

Quæritur Pont. non mandatum operi Vvormatienſe decretum.

Sumptum a nobilibus illius patrocinium.

LXI. Exorta inde bella civilia.

Quod quam male cadat Chriſtianæ reipublicæ, hoc præſertim tempore, mente & cogitatione facile proſpicere poteſtis: etſi enim prædixit Apoſtolus, oportere hæreſes eſſe, ut & qui probati ſunt manifeſti fiant; *nullum tamen videas tempus huic rei magis importunum, quam hoc, aut quod citius ab hæreſibus, ſi quæ ortæ ſint, neceſſario veniat repurgandum: cum enim humani generis perpetuus hoſtis diabolus ſub Leonis rugientis ſpecie per Turcarum vires in Chriſtianas oves continue debacchetur, non videmus quomodo contra tantos impetus obſiſtere poſſimus, quandiu eundem diabolum ſub draconis ſubdoli forma iſtas hæreſes domi noſtræ diſſeminantem, interque fortiſſimos Germanos noſtros diſcordias & ſeditiones ſuſcitantem fovebimus, atque ut etiam debellare externos hoſtes maxime poſſimus, irritus tamen fuerit labor impenſaque, & animarum ſaluti minime utilis foris hoſtes vincere, & domi hæreſibus ſchiſmatibuſque laborare. Meminimus cum etiam in minoribus conſtituti in Hiſpania eſſemus, multa ad nos & varia de Luthero & ejus perverſis dogmatibus frequenter perferri; quæ cum per ſe duriſſima auditu, eo nobis duriora videbantur, quod ex ea regione venirent, unde nobis ſecundum carnem origo eſt: ſed ſolabatur nos tum rei ipſius adeo manifeſta vel iniquitas vel ſtoliditas, ut a nemine diu toleranda crederetur: tum illa ſubinde nobiſcum facta reputatio, qua dubio procul confidebamus iſtas venenatas plantas aliunde in Germaniam translatas non perventuras ad frugem in ea terra, quæ acerrimos hæreſum, & omnis infidelitatis hoſtes ſemper protuliſſes.*

Non creditum Lutheranam hæreſim poſſe adoleſcere.

LXII. *Nunc vero poſtquam hæc mala arbor, ſive divino judicio ſic populi ſui peccata puniente, ſive ſocordia eorum, qui ut debebant & poterant, principio non obſtiterunt, quos videtis & auditis, longe lateque ramos extendere cœpit, conſiderandum vobis eſt Germani principes & populi, ac providendum, ne vos, qui ab ini-*

tio

Digitized by Google

tio hujus mali culpa aliunde orta facile excuſari poteratis, per iſtam nimiam tolerantiam & priſtinæ virtutis naturæque obliti, & tanto facinori dum illi non reſiſtitis conſentire videamini. Omittimus quod enormiſſimum eſt, tantam tamque religioſam nationem per unum fraterculum (qui a catholica fide & religione Chriſtiana, quam ab ineunte ætate non ſolum profiteri & ſequi viſus eſt, ſed etiam multis annis prædicaſſe ac docuiſſe dicitur, noviſſime infeliciter apoſtatavit ac Deo mentitus eſt) ſeduci ab ea via, qua a Redemptore noſtro & eius ſanctiſſimis Apoſtolis demonſtrata, tot martyres, tot præclari doctrina & ſanctitate viri, & maiores denique veſtri omnes hactenus inceſſerunt; quaſi ſolus Lutherus ſapiat & ſciat ſolus nunc primum (ut de ſe hæreticus Montanus gloriabatur) Spiritum Sanctum acceperit, & Eccleſia ipſa, cum qua ſe futurum ad conſummationem ſæculi benigniſſimus humani generis Redemptor pollicitus eſt (a) in tenebris ignorantiæ & perditionis ambagibus ſemper erraverit, donec novo Lutheri lumine illuſtraretur.

Quam turpe ſit per fraterculum Germaniam peſſumdari.

(a) Mat. ult.

LXIII. Quæ omnia quamquam apud eos, qui ſapiunt, perridicula judicantur, ſimplicibus tamen animis plurimum ſunt pernicioſa, & eis, qui novarum rerum cupiditate omnem ordinem immutatum vellent, plurimas ad ea perpetranda, quæ nunc experimini, cauſas & fomenta ſubminiſtrant. An non conſideratis, Germani principes & populi, præludium eſſe quoddam hoc eorum malorum, quæ Lutherus & ejus ſectatores moliuntur? An non aperte videtis iſtud prætenſum principio a Lutheranis veritatis evangelicæ patrocinium, detectum nunc eſſe merum rerum veſtrarum latrocinium? An putatis alio tendere iſtos iniquitatis filios, quam ut libertatis nomine omni obedientia ſublata, quod cuique libuerit faciendi licentiam inducant? An ullius penſi juſſa & leges veſtras habituras creditis, qui ſacros canones & Patrum decreta, necnon ſacroſancta concilia, quorum authoritati Imperatorum leges ſemper & libenter ceſſerunt & prompte famulatæ ſunt, non ſolum vilipendunt, ſed etiam diabolica rabie lacerare & comburere non verentur; denique qui ſacerdotibus, qui epiſcopis, qui Pontifici ſummo debitam obedientiam detrectant? An ſperatis contenturos ſacrilegas manus a laicorum bonis, & non omnia potius ſibi, quæ poterunt vendicaturos, qui res Deo dicatas quotidie vobis præſentibus & videntibus ferunt aguntque? An denique veſtris cervicibus parſuros, qui non tangendos Chriſtos Domini contemerare, cædere, trucidare auſi ſunt? In vos, in veſtras res, domos, uxores, liberos, ditiones, dominatus, templa, quæ colitis, hæc miſeranda calamitas tendit, niſi mature obviam eatis?

Prætextum evangelicum eſſe merum latrocinium.

Prædictum ſpretum in principes ab iis qui ſpernunt Concilia.

Proinde fraternitates, nobilitates, & devotiones veſtras omnium & ſingulorum in Domino hortamur, & per Chriſtianam charitatem & religionem quam jam ſæpe maiores veſtri ſuo ſanguine & tutati ſunt & auxerunt, obſecramus, atque in virtute ſanctæ obedientiæ, quam Deo ejuſque vicario omnes Chriſtiani debent, a vobis requirimus, ut depoſitis, ſi quæ ſunt inter vos, ſimultatibus, ad hoc commune incendium extinguendum nunc ſaltem toto animo incumbatis, & Martinum Lutherum cæteroſque iſtorum tumultuum & errorum authores ad rectam ſentiendi & vivendi viam [quod nobis gratiſſimum & jucundiſſimum eſſet] omnibus ſanctis modis reducere enitamini. Quod ſi [quod avertat Deus] velut aſpides obturatis auribus audire recuſaverint, ne quod reliquum & nunc ſanum conſtat, cum magna & evidenti nationis veſtræ macula, & totius reipublicæ Chriſtianæ manifeſto periculo inficiatur, ut eos juxta ſacras conſtitutiones, juxta leges a veſtratibus imperatoribus latas, atque adeo recens veſtrum ſuper hac re imperiale edictum ſeveritatis virga animadvertatis. Novit ille, cui ſola arcana humanorum pectorum aperta ſunt, quam nos & pro natura noſtra inſtitutoque, & pro paſtorali quod gerimus officio ad ignoſcendum potius, quam ad ulciſcendum ſimus propenſi: ſed ubi teter iſte cancer ita ulceroſus eſſet, ut blandis levibuſque medicamentis curari non poſſet, aſpera erunt & ignita cauteria adhibenda, & abalienata membra ab integro corpore penitus reſecanda. Sic Deus omnipotens ſchiſmaticos fratres Dathan & Abiron in terræ barathrum vivos demerſit (b), & nolentem obedire ſacerdotis imperio capitali ſupplicio puniri juſſit: ſic Apoſtolorum princeps Petrus Ananiam & Saphiram ſibi in Deum mentientes ſubito morituros denuntiavit (c): ſic veteres & pii Imperatores Jovinianum & Priſcillianum hæreticos gladio ſæculi ſuſtulerunt: ſic D. Hieronymus Vigilantium item hæreticum optat in interitum carnis tradi, ut ſpiritus ſalvus fiat: Sic denique maiores veſtri de Joanne Huſſita & Hieronymo Pragenſi, qui nunc in Luthero reviviſſe videntur, a quo & in ſumma habentur veneratione, in Conſtantienſi concilio debitas ſumpſere pœnas; quorum ſancta & præclara geſta ſi etiam hac in parte [ubi aliter fieri nequeas] fueritis imitati, non dubitamus quin divina clementia ad ferendum mox ſuppetias Eccleſiæ Dei, quæ ab infidelibus venata in nationem veſtram virtute bellica LXIV.

Exerceant leges in turbarum auctores.

(b) Num. 26.

(c) Act. Apoſt. 5.

Majorum pietatem imitentur.

& hominum numero facile præſtantem, os oculoſque jam dudum intendit, ſenſus & corda veſtra inſpiret; unde omnipotentis Dei & B. Petri benedictione per nos accepta & de triumphato dracone ac Leone diabolo, ideſt ſublaris domo hæreſibus, & devictis foris fidei hoſtibus, glorioſam victoriam, & in futuro ſæculo æternæ ſalutis præmia reportetis. Vos vero pro compertiſſimo habeatis, quidquid nobis opum & authoritatis Altiſſimus concedere dignatus eſt, id omne, & vitam ipſam pro tam ſanctis operibus, & pro ſalute commiſſarum nobis ovium, libentiſſime expoſituros, &c. Cætera, quæ tam in hoc Lutherano, quam aliis negotiis vobiſcum particularibus communicata cupimus, dilecto filio Franciſco Cheregato electo Aprutino, quem nuper menſe ſeptembri ad negotia fidei, & religionis noſtro nomine vobiſcum tractanda, noſtrum & hujus ſanctæ ſedis nuntium ad inſignem iſtum conventum ire juſſimus, vobis latius explicanda commiſimus cujus verbis hortamur vos eandem quam noſtris haberetis fidem adhibere. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die XXV. novembris MDXXII. pontificatus noſtri anno 1.

LXV. Fuiſſe hæc divini Spiritus in tanto Pontifice commonentis Germanos principes officii, ut impendentia mala, ſublato Luthero ac repreſſis ſectatoribus averterent, oracula, rerum exitus demonſtrabunt, quæ illuſtrant etiam pontificiorum mandatorum formulæ (*a*) Franciſco Cheregato deſignato epiſcopo Aprutino internuntio apoſtolico traditæ, quibus juſſus eſt monere Germanos, eadem mala nunc impendere Germaniæ, quæ Bohemiam olim ob hæreſim impune toleratam obruerant: maxima vel inconſtantiæ vel conjunctionis cum hæreticis macula afficiendos, ſi Wormatienſis edicti ſeveritatem in Lutherum non adhibuerint, quod ipſos perficere poſſe exploratum eſt: novi illius pſeudoevangelii fundamentum falſam eſſe libertatem non modo ad eccleſiaſticam monarchiam labefactandam, verum etiam omnem politicum principatum convellendum: inſiſtere Mahometis veſtigiis Lutherum ad Chriſtianum populum ſubornandum: non audiendas illius argutias; cum res fidei credendæ ſint, non argumentis probandæ, neque in politicis principatibus de legum æquitate cum reis diſceptari, ſed quos deliquiſſe conſtiterit, plecti. Cum vero Germani nonnullas de curiæ Romanæ corruptelis querelas effudiſſent, ſanctiſſimus Pontifex omnes ſe querendi cauſas abſciſſurum eſt pollicitus.

(*a*) *Ext. apud Dolgaſt. to. 1. pag. 453.*

Data internuntio Apoſt. imperia.

Inſtructio pro te Franciſco Cheregato de quibuſdam, quæ prælatis principibus & civitatum Germanicarum oratoribus dicere poteris viva voce ubi, & quando opportunum judicaveris.

LXVI. *In primis declarabis eis maximum dolorem, quo affligimur ex proſperatione ſectæ Lutheranæ, ob id potiſſimum, quod videmus innumerabiles animas Chriſti ſanguine redemptas, & curæ noſtræ paſtorali commiſſas illius occaſione a vera fide ac religione averti, & in perditionem ire; idque in natione, ex qua nobis ſecundum carnem origo eſt, quæ ab initio, ex quo ad Chriſtum converſa fuit, uſque ad iſtos proximos annos ſemper extitit fideliſſima ac religioſiſſima; ac propterea nobis vehementiſſimum deſiderium eſſe, ut huic peſti celerius occurratur, priuſquam Germaniæ ipſi contingat, quod Bohemiæ olim contigit; noſque paratiſſimos eſſe ad faciendum omnia in hunc effectum, quæ ex parte noſtra expectari poterunt, ac ſummopere deſiderare, ut etiam unuſquiſque eorum hoc ipſum pro viribus facere ſtudeat, utque id faciant, nos quantum poſſumus unumquemque eorum hortari & rogare: debebunt autem eos ad hoc movere ſequentia.*

Exponat impendere mala quæ Bohemiam oppreſſere.

Primo & ante omnia honor Dei omnibus rebus præferendus, qui per iſtas hæreſes graviter læditur, ejuſque cultus conſuetus non ſolum diminuitur, ſed potius ex toto corrumpitur. Item charitas erga proximos, qua unuſquiſque pro viribus ſtudere debet proximos errantes ab errore revocare: quod niſi fecerit, Deus eos, qui ſua negligentia pereunt, de manu ejus requiret. Secundo movere eos debet infamia nationis ſuæ, quæ cum ſemper præ cæteris nationibus Chriſtianiſſima ſit habita, nunc propter eos, qui ſectam Lutheranam inſequuntur apud omnes peſſime audit. Tertio moveat eos reſpectus honoris eorum proprii qui maxime læditur, ſi ipſi, qui apud nationem Germanicam authoritate & potentia pollent, hæreſes iſtas non totis viribus expellere laborant; tum quia degenerabunt a progenitoribus ſuis viris Chriſtianiſſimis, qui in Conſtantienſi concilio ex magna parte interfuerunt condemnationi Joannis Huſs, & aliorum hæreticorum, quorum aliqui ipſum Joannem Huſs propriis manibus ad ignem duxiſſe dicuntur: tum quia ipſi, vel major eorum pars, edictum imperiale in executione ſententiæ apoſtolicæ contra Martinum Lutherum & ſuos latæ factum approbarunt, eique authoritatem ſuam adhibuerunt, & propterea niſi illud pro viribus executi fuerint, vel inconſtantes judicabuntur, vel etiam favere reputabuntur, cum manifeſtum ſit, eos ubi efficaciter velint, illum exterminare facile poſſe.

Quantum dedecus inuratur Germanis niſi hæreſim naſcentem comprimant.

Si velint facile Lutherum oppreſſum iri.

LXVII. *Quarto moveat eos injuria, quæ per Lu-*

the-

therum eis & eorum parentibus ac progenitoribus infertur: cum enim ipſorum parentes & progenitores, & ipſimet ſemper tenuerint fidem, quam eccleſia Romana atque catholica approbat, & Lutherus ſuique ſectatores longe diverſam fidem teneant, aſſerendo multa non eſſe de fide, quæ tamen illi tenuerint eſſe de fide, manifeſtum eſt illos a Luthero condemnari pro infidelibus & hæreticis, & per conſequens ſecundum Lutherum omnes eorum majores, qui in fide noſtra deceſſerunt, ſunt in inferno; cum error in fide homines damnationis reos faciat. Quinto attendant finem, ad quem Lutherani tendunt, ut ſcilicet ſub colore libertatis evangelicæ, quam hominibus proponunt, omnis poteſtas ſuperioritatis tollatur; nam licet ab initio præſetulerint eccleſiaſticam poteſtatem tanquam tyrannice & contra evangelium occupatam annihilare ſeu reprimere velle; tamen cum eorum fundamentum, ſcilicet libertas, quam prædicant, æque vel plus militet contra poteſtatem ſæcularem, quod ſcilicet illa nullis præceptis, quantumvis juſtis & rationabilibus, obligare poſſit homines ad parendum ſub pœna mortalis peccati, manifeſtum eſt eos etiam illam enervare velle, quamvis aſtute fecerint illam ſalvando, ut ſcilicet principibus ſæcularibus credentibus machinationem hanc non contra ſe, ſed duntaxat contra eccleſiaſticos [quibus laici communiter infenſi ſunt] dirigi, ac propterea partim in eorum favorem tractis, partim diſſimulantibus ſeu non contradicentibus, ipſi facilius eccleſiaſticos everterent quo facto dubium non eſt quin populi idem contra ſæculares principes tentaturi eſſent.

Damnati ob hoc eorum majores ut infideles.

Politicam poteſtatem cum eccleſ. everſum iri.

LXVIII. Ingentia pullulaſſe mala & majora pullulatura.

Sexto moveant eos maxima ſcandala, turbationes, direptiones bonorum, homicidia, lites, diſſenſiones, quas ſecta hæc peſſima excitavit, & quotidie excitat per totam Germaniam: item blaſphemiæ, maledicta, ſcurrilitates, & amaritudines, quæ iſtis ſemper in ore ſunt, quæ niſi ipſi ſedare curaverint, verendum eſt ne iræ Dei deſolatio veniat ſuper Germaniam in ſe tam diviſam, immo ſuper ipſoſmet principes, qui cum poteſtatem & gladium a Domino acceperint ad vindictam malorum, talia in ſubditis ſuis fieri permittant: Maledictus, *inquit propheta* (a), qui facit opus Dei negligenter, & prohibet gladium ſuum a ſanguine iniquorum. *Septimo conſiderent Lutherum prope conſimili via ad ſeducendum populum Chriſtianum uti, qua Mahometus ille ſpurciſſimus uſus tot animarum millia decepit, permittendo videlicet ea, ad quæ homines carnales inclinantur, & exinde eximendo eos ab his, quæ in lege noſtra graviora videntur; niſi quod Lutherus paulo modeſtius agere videtur, ut eo efficacius decipiat. Machometus plures uxores habendi, & eas pro arbitrio repellendi, aliaſque ducendi licentiam conceſſit: iſte ut monachorum & Deo dicatarum virginum ac ſacerdotum laſcivia carnis geſtientium ſibi favores conciliet, prædicat vota perpetuæ continentiæ etiam illicita eſſe, nedum non obligatoria, proptereaque licere illis per evangelicam libertatem nubere, immemor verbi Apoſtoli, cum dicit* (b) *de viduis adoleſcentioribus, quod* cum luxuriatæ fuerint in Chriſto nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.

(a) Jer. 68.

Lutherum eadem via qua Mahometem incedere.

(b) 1. Timot. 5.

Quibus per ſe expoſitis, & aliis pluribus, quæ in hanc ſententiam partim ex literarum noſtrarum exemplis colligere, partim ex tua prudentia excogitare poteris, hortaberis noſtro nomine dictos principes, prælatos, populos, ut tandem expergiſcantur, & excitentur ad obviandum, & tam grandi injuriæ, quam Lutherani Deo & ſacræ religioni ejus, & maximæ ignominiæ, quam toti nationi veſtræ Germanicæ ipſi, quam & principibus & maxima opprobria atque contumelias, quam & majoribus eorum, quos [ut diximus] in effectu ad gehennam condemnant, inferre noſcuntur; & ad executionem ſententiæ apoſtolicæ, ac imperialis edicti facti omnino procedant: detur venia his, qui reſipiſcere, & errores ſuos abjurare voluerint, ſemperque proniores ſint ad miſerandum, quam ad vindicandum, exemplo Dei noſtri, qui non vult (c) *mortem peccatorum, ſed magis ut convertantur & vivant. At qui in errore pertinaces permanſerint, diſtrictionis virga juxta ſacrorum canonum & legum decreta ſic puniantur, ut cæteri eorum exemplo vel in fide recta permaneant, vel lapſi in rectam viam redeant.*

Proponat ut pontificium edictum Cæſareumque mandentur operi.

(c) Ezech. 13.

Quod ſi quis forte dixerit Lutherum inauditum & indefenſum fuiſſe per ſedem Apoſtolicam condemnatum; propterea audiri omnino debere, nec antequam convictus ſit condemnandum eſſe; reſpondeo quod illa, quæ fidei ſunt, propter divinam authoritatem credenda ſunt, non probanda: Aufer, *inquit Ambroſius*, argumenta ubi fides quæritur: piſcatoribus creditur, non dialecticis. *Et certe fatemur ei defenſionem negari non debere in his, quæ ſunt facti, hoc eſt utrum dixerit, nec ne; utrum prædicaverit vel ſcripſerit, nec ne: ſuper divino jure vero, & materia ſacramentorum, ſtandum authoritati ſanctorum & Eccleſiæ. Adde quod fere omnia, in quibus Lutherus ab aliis diſſentit, ſunt per di-*

LXIX. Non audiendum eſſe hæreſiarcham ſed obruendum.

Quæ Lutherus docet jam per varia Concilia damnata.

diverſa concilia penitus reprobata : non debet autem revocari in dubium quod per concilia generalia & univerſam Eccleſiam conſtat eſſe approbatum tanquam fide tenendum; injuriam namque facit Eccleſiæ ſynodo, qui ſemel recte diſpoſita nititur in dubium revocare. Quid enim unquam certi eſſe poterit inter homines? Vel quis diſputationum contentionumque finis erit, ſi præſumptuoſo & perverſo cuique libertas ſeu licentia erit recedendi ab his, quæ non unius neque paucorum, ſed tot ſæculorum, & tot ſapientiſſimorum hominum conſenſu, & catholicæ Eccleſiæ [quam Deus in his, quæ fidei ſunt nunquam errare permittit] determinatione ſancita ſunt; cum tamen unaquæque civitas leges ſuas inviolabiliter obſervari exigat? quomodo non omnia turbationibus & ſcandalis & confuſione plena erunt, niſi ea, quæ ſemel immo ſæpius maturo judicio conſtituta ab omnibus inconcuſſe obſerventur? Cum igitur Lutherus & ſui concilia ſanctorum patrum condemnent, ſacros canones comburant, & cuncta pro arbitrio ſuo confundant, ac totum mundum perturbent, manifeſtum eſt eos tanquam publicæ pacis inimicos & perturbatores ab omnibus ejuſdem pacis amatoribus exterminandos eſſe.

Quæ ſemel conſtituta in Eccleſia non diſceptanda.

LXX. *Item dices, nos ingenue fateri, quod Deus hanc perſecutionem Eccleſiæ ſuæ inferre permittit propter peccata hominum, maxime ſacerdotum & Eccleſiæ pralatorum; certum enim eſt non eſſe abbreviatam manum Domini, ut ſalvare nequeat; ſed peccata dividere inter nos & ipſum, & abſcondere faciem ſuam a nobis, ut non exaudiat. Clamant ſcripturæ, peccata populi derivari a peccatis ſacerdotum : proptereaque, ut ait Chryſoſtomus,* Salvator noſter curaturus infirmam civitatem Jeruſalem, ingreſſus eſt prius templum, ut peccata ſacerdotum primo caſtigaret, inſtar boni medici, qui morbum a radice curat. *Scimus in hac ſancta ſede aliquot jam annis multa abominanda fuiſſe, abuſus in ſpiritualibus, exceſſus in mandatis, & omnia denique in perverſum mutata. Indicat, hic optimus Pontifex ea, quæ nos in Alexandro VI. deploravimus; nec mirum ſi ægritudo a capite in membra, a ſummis Pontificibus in alios inferiores prælatos deſcenderit. Omnes nos (id eſt prælati) & eccleſiaſtici declinavimus (a) unuſquiſque in vias ſuas, nec fuit jam diu, qui faceret bonum, non fuit uſque ad unum : quamobrem neceſſe eſt, ut omnes demus gloriam Deo, & humiliemus animas noſtras ei, videatque unuſquiſque noſtrum unde ceciderit, & ſe potius quilibet judicet, quam a Deo in virga furoris ſui judicari velit. Qua in re, quod ad nos attinet, polliceberis nos omnem operam adhibituros, ut primum curia hæc, unde forte omne hoc malum proceſſit, reformetur; ut ſicut inde corruptio in omnes inferiores emanavit, ita etiam ab eadem ſanitas & reformatio omnium emanet. Ad quod procurandum nos tanto arctius obligatos reputamus, quanto univerſum mundum hujuſmodi reformationem avidius deſiderare videmus. Nos, uti alias tibi dixiſſe credimus, pontificatum hunc nunquam ambivimus; immo quantum in nobis fuit, longe maluiſſemus privatam vitam agere, & in ſancto otio Deo ſervire. Et profecto pontificatum ipſum plane recuſaſſemus, niſi Dei timor & ſincerus electionis noſtri modus, necnon ſchiſmatis ex recuſatione noſtra imminentis metus nos acceptare illum coegiſſet. Subiicimus igitur colla ſummæ dignitati, non ob dominandi libidinem, neque ad ditandos propinquos noſtros, ſed ad divinæ voluntati parendum, ad deformatam ejus ſponſam Eccleſiam catholicam reformandam, ad ſubventandum oppreſſis, & doctos, & virtute præditos, qui multo jam tempore neglecti jacuerunt, erigendum & ornandum, & denique ad omnia alia agendum, quæ bonum Pontificem & legitimum B. Petri ſucceſſorem agere oportet : quanquam nemo mirari debebit, ſi non ſtatim omnia errata & abuſus omnes, per nos emendatos viderit : inveteratus nimium morbus eſt, nec ſimplex, ſed varius & multiplex, pedetentim in ejus cura procedendum eſt, & prius gravioribus magiſque periculoſis occurrendum, ne omnia pariter reformari volentes, omnia perturbemus.* Omnes ſubitæ mutationes, *inquit Ariſtoteles*, in republica periculoſæ ſunt, & qui nimis emungit, elicit ſanguinem.

Propter peccata hæreſis exorta.

(a) Pſ. 13.

Promiſſa ab Hadriano curiæ emendatio.

Quod autem ultimis literis tuis ſcribis, queſtos fuiſſe tecum principes iſtos, quod concordatis eorum per hanc ſedem derogatum ſit; dices nos de his, quæ ante nos facta fuere, culpari nec poſſe, nec debere, nobiſque ejuſmodi derogationes, etiam dum in minoribus eſſemus, ſemper diſplicuiſſe. Proinde nobis certiſſimam ſententiam eſſe, etiam ſi ipſi non requirerent, illis noſtri pontificatus tempore penitus abſtinere, partim, ut unicuique jus ſuum ſervemus, partim quia æquitas & humanitas expoſcit, ut inclytam nationem noſtram non ſolum non offendamus, ſed etiam peculiares ei favores impendamus. LXXI.

Servatum in Germanis jura vetera.

De proceſſibus vero, quos a rota avocari, & ad patres remitti poſtulant; dices nos cupere eis in hoc gratificari, quantum honeſte poſſimus; ſed propter abſentiam auditorum ab urbe peſtis gratia, non poſſe nos de qualitate & habitudine ipſorum proceſ-

ceſſuum ad præſens informari: reverſis vero illis, quod peſte jam decreſcente brevi futurum ſperamus, facturos in gratiam dictorum principum quidquid rationabiliter poterimus. Item ſolicitabis diligenter reſponſa literarum noſtrarum, & requires eos, ad quos ſcribimus, ut nos literis ſuis informent, quibus mediis eorum indicio videatur huic peſſimæ ſectæ commodius obviari poſſe, ut ea, quæ per nos providenda fuerint, celerius provideri poſſint: & ſuper hoc ipſo etiam tute diligentiſſime informabis, & nobis plane perſcribes.

Modi pro reprimenda ſecta quæſiti.

Item quia intelleximus in Germania eſſe multos bonos & doctos viros pauperes; aliqua etiam præclara ingenia, quæ ex indignitate apoſtolicarum proviſionum hiſtrionibus & ſtabulariis potius, quam viris doctis fieri ſolitarum, a ſedis hujus devotione averſa, cupimus ut inquiras quinam illi ſint, eorumque nomina ad nos tranſmittas, ut occurrente beneficiorum Germanicorum vacatione, illos proprio motu providere poſſimus; ſcimus enim quantum Dei honori & animarum ſaluti, ac ædificationi obfuerit, quod jamdiu beneficia eccleſiaſtica, maxime curam & regimen animarum habentia, data fuerunt hominibus indignis. De ſubſidio procurando pro Hungaris non damus aliam informationem, quam diſcedenti tibi dedimus, excepto quod te hortamur, ut rem illam ſummo ſtudio (uti facis) cures; nos etiam apud principes & reſpublicas Italicas miſſis oratoribus ſolicitabimus, ut pro viribus quiſque ſubveniat.

Decernit Hadrianus doctis ſacerdotia conferenda.

Hadrianus Papa VI.

Quæ geſta ſint ab internuntio apoſtolico, proximo anno dicentur.

LXXII. Interea Hadrianus Fridericum Saxoniæ ducem ab hæreſiarcha faſcinatum graviſſimis literis monuit (*a*), tot malorum cauſam, quæ in univerſam Germaniam redundarent, ipſi ob ſuſceptum Lutheri patrocinium aſcribi: perpenderet num uni pſeudomonacho flagitiis inquinatiſſimo, per ſummam fraudem more hæreticorum jactanti revixiſſe in ipſo ſpiritum Eliæ & Danielis, ac divinorum oraculorum verum ſe eſſe interpretem prædicanti, potius, quam univerſæ Eccleſiæ atque omnium gentium & ætatum ſanctiſſimis doctoribus, in his, in quibus de perpetua felicitate adipiſcenda, vel de ſubeundis ſuppliciis in æternum duraturis agitur, fides adhibenda eſſet: agnoſceret tandem in nequiſſimo homine malignum ſpiritum non divinum, ex malignis ejus operibus, ex virulentis verbis, ex rabidis concionibus, quibus laicos ad abluendas manus in ſanguine ſacerdotum hortabatur. Poſtremo pontificali conſtantia Frederico interminatus eſt, ipſum nec divinam nec apoſtolicam, nec cæſaream ultionem, ni reſipiſceret, evaſurum.

Internuntii conatus a duce Saxoniæ eluſi.

(*a*) *Bull. in Hadr. VI. conſt. 4. & in to. concil. Colonien.*

Lutheri jactantia revixiſſe in ipſo ſpiritum Danielis.

Hadrianus, &c. ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Satis & plus quam ſatis ſuſtinuimus, dilecte in Chriſto, ſi forte Dei pietas tuam animam dignetur inviſere, ac dare pœnitentiam ad cognoſcendum veritatem, ut reſipiſceres a diaboli laqueis, a quo captivus detineris. Novimus te paterne monitum a felicis recordationis prædeceſſore noſtro, ut a te ſeparares perniciem illam Chriſtianæ religionis Martinum Lutherum; & cum jam toti orbi manifeſtæ eſſent ſceleſtiſſimæ machinationes illius, ſperavimus & te ad cor pœnitens reverſurum: ſed quoniam expectavimus vas, & ecce quia fruſtra conflavit conflator, malitiæ enim tuæ non ſunt conſumptæ; coegit nos miſeratio tui, coegit paternus amor, quo te & tibi ſubditos Saxones in Domino ſemper ſuimus proſecuti, ſalutaribus & paternis monitis adhuc convenire, ut vel tandem reſipiſcatis antequam plane in vos conveniat, quod mox ſubdit propheta: Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus projecit eos. LXXIII.

Hadriani litera ad Saxonem.

Et quid dicemus vobis, quam quod Galatis ſuis Paulus: O inſenſati, quis vos faſcinavit veritati non obedire? Currebatis bene. *Interrogate patres veſtros, ac dicent vobis: majores veſtros; & annuntiabunt vobis, quod ab ea ætate, quo uno eodemque tempore vixere Hadrianus Romanus Pontifex & Carolus ille magnus Imperator, Saxoniæ fidei plantatores ad noſtra uſque & chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli tempora, avi & proavi veſtri, atque adeo Saxones omnes ſemper habiti eſtis veluti pacis amatores, fidei propugnatores, & per omnia obedientiæ pacifici filii, taleſque ut non immerito Gregorius V. natione Saxo olim Romanus Pontifex Saxoniæ ducem in Romanorum Imperatoris conſtituerit electorem. Quomodo ergo tam cito mutatus eſt color optimus? cur tam facile transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Chriſti, in aliud evangelium; quod non eſt aliud, niſi ſunt quidam qui vos conturbant, & volunt convertere evangelium Chriſti? Quis Vineam Domini ſabaoth tam pulchre plantatam eſt demolitus certe exterminavit eam aper de ſilva & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Sed væ illi & vobis, ac domeſticis, & amicis a cruciatu præcordiorum. Obſecramus te, fili dilecte in Chriſto, leva oculos tuos in directum, & vide ubi ſis proſtratus. Conſidera quantam Eccleſiæ Chriſti tot malis undique circumvallatæ, ac pene oppreſſæ, pro opera, qua illi ſubvenire debueras, cladem inſuper intuliſti. Oppugnatur foris ab infeſtiſſimo illo*

LXXIV. Objurgari Saxones cur deficiant ab his qui fidem in Saxonia prædicarunt.

ac

Digitized by Google

ac potentiſſimo Chriſtiani nominis hoſte: diſſidens intus principes reipublicæ Chriſtianæ, & in mutuam armati perniciem cruentiſſimis inter ſe odiis conflictantur, & in fraterna viſcera ferrum ſtringunt, ut vix ethnici inter ſe crudelius. An hæc ita tibi viſa ſunt non ſatis gravia, niſi contritionem induceres ſuper contritionem, nutriens ac fovens ſerpentem illum, nempe Lutherum, *in ſinu tuo, qui veneno linguæ ſuæ Eccleſiam & terras infecit, adeo ut nunc pervenerit gladius, etiam uſque ad animam? Quanto autem pluris eſt anima quam corpus, tanto gravius eſt prædictis omnibus horrendum illud & plus quam tartareum venenum, quo hæreſum & ſchiſmatum contagione tot myriades animarum interierunt intereuntque. Ita tibi debemus omnes; quod nunc paſſim ab unitate matris Eccleſiæ recedatur, quod avertatur vulgus indoctum, ac bis mille præſtigiis ac faſcinationibus retrahatur a fide, quam ſumit ab ubere materno, quod baſilicæ ſint ſine plebibus, plebs ſine ſacerdotibus, ſacerdotes ſine debita reverentia, & ſine Chriſto, denique Chriſtiani, quod ſacramenta fidei non ſacra cenſeantur, quod ſanctuarium Chriſti ſanctum eſſe negetur, quod dies feſti feſtivis fruſtrentur ſolemniis, quod moriantur homines in peccatis ſuis, rapiantur animæ ad tribunal terrificum, nec pœnitentia reconciliati, nec ſacra communione muniti: quod pulcherrimus ille tabernaculi ordo confuſus ſit; & pro Chriſtiana pace ac tranquillitate ad rebellionem, ad rapinas, ad cædes, ad incendia cum magno ac manifeſto Chriſtianæ reipublicæ diſcrimine veluti claſſico paſſim excitati: pro quibus egregiis tuis in Eccleſiam Chriſti meritis, quo te præmio, immo quo non ſupplicio dignum cenſebimus?*

Expoſitum quod myriades animarum culpa ducis Saxoniæ pereant.

LXXV. Objurgatur quod magis impoſtori credat quam tot Conciliis.

At dices, forte ſerpens me decepit; dignam certe recepiſti mercedem, qui illum nutriviſti in ſinu tuo. Sed itane ſtultus es ac ſine corde, ut in eis maxime rebus, in quibus errare damnari eſt, uni homuncioni cooperto peccatis, quam tot ſanctiſſimis ab initio patribus, qui in lege Dei meditati ſunt die ac nocte, & quam tot univerſalibus conciliis, adverſus, quæ impudens os illud velut ſepulchrum patens ſe aperire non erubeſcit, ſanctæ denique & catholicæ Eccleſiæ, cujus ritum, conſuetudinem, & decreta a temporibus Apoſtolorum ad nos uſque inviolabiliter obſervata, unus iſte ſacrilega temeritate damnare præſumit, plus credere potueris? O cæcam dementiam, ac pluſquam Judaicam cæcitatem! At fortaſſis hoc tibi impoſuit, quod veterator ille Martinus & ejus ſequaces de capitulis ſcripturarum viſi ſunt ſua confirmare.

LXXVI. Conſueviſſe omnes hæreſiarchas abuti ſcriptura.

Et quis tandem hæreticorum ita non fecit? an non hæ ſunt veteris ſerpentis aſtutiæ, qui hac veluti eſca obducto hamo miſeris animabus mille technis & verſutiis ſemper eſt inſidiatus; quique quo angularem infringeret, veræ fidei lapidem, ac Chriſtianam ſcinderet unitatem, in ſcripturarum agrum ſuum ſeminare ſemen & perverſam ſcripturarum intelligentiam jampridem eſt aggreſſus? Cum itaque maxime ſemper pars eccleſiarum imperita turba ſit, & vix unus reperiatur aut alter, qui ſpiritualibus oculis de ſcripturarum intelligentia digne valeat judicare; ſiquidem librum ſignatum legimus, quem ſolus Leo de tribu Juda dignatus eſt aperire, ac ſolvere ſignacula ejus; quæ tandem eſt iſta diabolica excæcatio, uni carnali homuncioni, ſemper eructanti crapulam & potum, quam reliquo orbi univerſo, quam tot ſpiritualibus patribus, quorum voluntas ſemper fuit in lege Domini, qui vitæ ſanctimonia, oſtenſione ſpiritus ac virtute, glorioſo denique martyrio ſuam doctrinam comprobaverunt, in ſcripturarum intelligentia plus te fidei habere potuiſſe? O cæcitatem novam & inauditam! unus apoſtata tibi potuit perſuadere feſelliſſe priores univerſos, errare poſteros, & in ſolum ſe & quos decepit perveniſſe regnum Dei, totas miſerationum Dei divitias, ac gratiam univerſitatis? Et quid non dicimus cum propheta: Heu, heu, heu Domine. Ergone decepiſti populum tuum? *quin potius cur non devitatis (ſecundum apoſtolicum præceptum) quæſtionibus ac pugnis verborum, ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & ſubvertunt corda audientium ex operibus ſuis juxta dominicam deſignationem, ſtuduiſtis cognoſcere filium profanum iſtum, qui ad vos venit primum in veſtimentis ovium lupus intrinſecus rapaciſſimus? ſiquidem non ex foliis, non ex floribus, ſed ex fructibus arbor cognoſcenda erat.*

Intolerandam eſſe illius cæcitatem.

LXXVII. Horrenda pati ſacrilegia.

An non manifeſti ſunt nequiſſimi fructus ejus? ſiquidem ſacrilegus hic adverſus Deum imagines ſacras, atque adeo ipſam crucem Chriſti ſceleratis manibus confringere, & pollutis conculcare pedibus non formidat: contra ſacerdotes Dei furore impio temerarie debacchans non deſinit laicos ad lavandas ſibi in eorum ſanguine manus ſedulo concitare: Eccleſiam Chriſti parricidalibus armis oppugnans hoc agit aſſiduo, ut ſuffocentur homines in peccatis ſuis, hoc unum elaborat ne divina miſericordia ſuis ſacramentis, quæ peccatorum remedia efficacia eſſe voluit, vulneratos in Eccleſia ſua curet: ita enim ea aut ſu-

Concitari laicos in ſacerdotes.

ſtu-

ſtulit univerſa, aut hæreſeos ſuæ peſtifero infecit veneno, ut toxicum magis requirat, quam animarum medicinas.

LXXVIII. Omnia ſacra ab eo perverti.

Præcipit ſuis ne indignanti Deo quis ſatisfaciat, ne jejuniis, orationibus, lamentationibus peccata redimat: ne hoſtia illa placens Deo corpus & ſanguis Domini noſtri Jeſu Chriſti a ſacerdotibus offeratur quotidie pro peccatis noſtris: vota docet non reddere domino Deo ſuo; & cum ipſe ſit apoſtata ac profeſſionis ſuæ deſertor, ut plurimos ſui faciat ſimiles, ſancta illa Deo vaſa polluere non veretur, conſecrataſque Chriſto virgines & vitam monaſticam profeſſas extrahere a monaſteriis ſuis, & mundo, immo diabolo, quem ſemel abjuraverunt, reddere: quod in veteri lege in umbraticis ſacerdotibus Dominus non tulit; quod ethnici idolorum ſuorum flaminibus omnes ſunt abominati, Chriſti ſacerdotes etiam viliſſimis copulat meretricibus: ſanctos patres illos, quorum vita & doctrina illuſtravit univerſum mundum, non ſolum debito honore non proſequitur, ſed multo quam Cain ſceleſtius deſpicit, deridet, contemnit inſectatur.

Virgines ex monaſteriis trahi ad lupanaria.

LXXIX. Licentiam ſcelerum induci.

Sacroſanctis omnibus univerſalibus conciliis impudenti ore palam contradicit, ac ſacrilega lingua detrahit: libertatis ſpecie licentioſam quandam nullis conſtrictam legibus, ac fera ferinam inducere conatur legem; unde & tulea homo contemptor ac violator legum omnium in tantam erupit mentis vxſaniam, ut ſanctiſſimorum patrum decreta & eccleſiaſticos canones igne publice concremare non formidarit, & breviter Chriſtianam veritatem, omnem rerum ordinem, pulcherrimam denique Eccleſiæ faciem a Chriſto, ab Apoſtolis, apoſtolicisque viris, ac ſanctiſſimis patribus ab initio conſtitutam, unus hic poſt tot centenos annos diſcindere, invertere, ac deformare molitur.

LXXX. Plenum eſſe antichriſti ſpiritu Lutherum.

Quod ſi nondum ſatis etiam internoſcis de Chriſtiano magiſterio, an de antichriſti ſpiritu iſta proficiſcantur, ſi ita faſcinavit te præſtigiator ille, ut credere poſſis, unum hunc perfidiſſimum apoſtatam veluti alterum Eliſæum habere duplicem ſpiritum Heliæ, aut alterum eſſe, quem ſe jactitat Danielem, in quo ſit ſpiritus amplior, & intelligentia ſcripturarum major, quam in omnibus olim ſanctiſſimis illis doctiſſimiſque viris, quam in ſacroſancta Eccleſia catholica; quid eſt te uno cæcius? Aut, ſi jam ex fructibus arborem cognoſcens, in errore perſiſtis tamen, quid te miſerius?

LXXXI. Sed eſto transfiguratus ſit coram te ſatanas ille in angelum lucis, & quæ manifeſta ſunt opera carnis, ac diabolica ſpiritus eſſe & Chriſti opera venenata ſua facundia perſuadere potuerit, nunquid non ubique vel hoc ipſo prodidit cujuſnam ſpiritus ſit, quod omnis ejus ſermo amarus eſt, virulentus, arrogans ac maledicentiſſimus, nuſquam non ſcatens conviciis, blaſphemiis, ac ſcommatibus pluſquam venenatis adverſus omne Chriſtianæ pietatis modeſtiæ, manſuetudinis, ac benignitatis officium? Nunquid ita docuit Paulus, cujus ſe jactitat ſpiritum habere, cum nulla ejus extet epiſtola, quæ non pacem & unitatem ac alias id genus virtutes redoleat? An non Romanos ſuos hortatur in Domino, ut in charitate fraternitatis ſe diligant, invicem ſectentur, quæ ſunt pacis, & quæ ædificationis cuſtodiant? Corinthiis an non teſtatur ſe docere in eccleſiis Deum non diſſenſionis, ſed pacis Deum eſſe? Et breviter, nunquid non ubique clamat, ubique docet evangelica illa tuba, ut digne ambulemus in omni humilitate ac manſuetudine, cum patientia, ſupportantes invicem in charitate, ſoliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis: utque deponamus omnem iram, indignationem, malitiam blaſphemiam, turpem ſermonem? Quo igitur pacto maledicentiam, amaritudinem, iram, indignationem, blaſphemiam, inflationem, jactationem, quæ ita huic peculiaria ſunt, ut illa Paulo ac illius diſcipulis univerſis, qui mitis eſt ac humilis corde, non Paulini, non Chriſtiani, ſed diabolici ſpiritus eſſe certiſſima indicia, vel cæca, non clariſſime appareat? Ex verbis illius quomodo non intellexiſti, Chriſtum in corde ſuo, an vero antichriſtum haberet, ſecundum quod ipſa veritas in evangelio ait: Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui cum ſitis mali? De abundantia enim cordis os loquitur & cum ſcriptum ſit, quod maledici regnum Dei non poſſidebunt; item cum in evangelio dicat Dominus: Quicumque dixerit fratri ſuo racha, reus erit concilio; qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ incendio.

Ex operibus transfiguratum hunc Sathanam poſſe dignoſci.

Perſpicue ab eo divinum abeſſe ſpiritum.

Illumne eſſe antichriſti apoſtolum cuiquam obſcurum eſſe poterit? qui non modo ſacerdotes Dei, ſed & principem ſacerdotum, Petri ſucceſſorem, Jeſu Chriſti in terris vicarium, tam nefandis infamibuſque nominibus, tam inauditis contumeliis, conviciis, ac blaſphemiis nuſquam non lacerat, diſcerpit, & inſectatur, ut ea commemorare pudica refugiat lingua, & audire horreant aures caſtæ; qui apoſtolicam cathedram, in qua præſedit caput Apoſtolorum Petrus, cui præfuerunt tot ſancti pontifices, quam eccleſiam principalem, unde ſit exorta unitas ſacerdotalis, ſanctus ille & glorioſus martyr Cyprianus LXXXII. Apoſtolum eſſe antichriſti.

non

Blaſphemiæ ejus voces expoſitæ.

non dubitas aſſerere; impio ac peſtilenti ore cathedram peſtilentiæ antichriſtianam, diabolicam, & ſi quæ potuis excogitare nefandiora, toties appellare non ceſſas: qui ſcholas Chriſtianas, quæ tam multos doctiſſimos ſanctiſſimoſque viros, tam egregias in eccleſia Dei columnas nobis protulerunt, impudica lingua ſua lupanaria, Sodomas, & Gomorrhas ubique vocare non verecundatur: qui non ſatis habet omnipotentis Dei ſacerdotes probris omnibus convitiis, contumeliis, ac blaſphemiis horrendis & inauditis numquam non publice ac privatim inſectari, quibuſvis canibus viliores facere, niſi etiam laicos concites ad lavandas ſibi manus in ſanguine ipſorum: cum tamen quanto honore haberi velit ſacerdotes ſuos, maxime autem principem ſacerdotum, idem ipſe Dominus in deuteronomio teſtatus eſt, dicens: Si difficile & ambiguum apud te judicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non lepram & judicum intra portas tuas videris verba variari, ſurge & aſcende ad locum, quem elegerit dominus Deus tuus, venienſque ad ſacerdotes levitici generis, & ad Judicem, qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis, qui indicabunt tibi judicii veritatem, & facies quæcumque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus & docuerint te juxta legem ejus; ſequeriſque ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad ſiniſtram: qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat domino Deo tuo, ex decreto judicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael, cunctuſque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. *Et Samuel cum ſperneretur a filiis Iſrael, an non dicit Dominus:* Non enim te ſpreverunt ſed me, ne regnem ſuper eos, *manifeſte oſtendens, invisibilem ſe contemni, cum viſibilem quis ſpernit ſacerdotem; quare & Moſes murmuranti adverſus ſe populo, reſpondit:* Non adverſus me murmuraſtis, ſed adverſus dominum Deum veſtrum. *Quod ſi leviticos illos ſacerdotes tanta honoris prærogativa præcellere voluerit Dominus, qui exemplari tantum ac umbræ deſerviebant cæleſtium, in umbratico illo tabernaculo ſacrificiorum officia conſummantes; quo tandem honoris loco eos haberi voluit, quibus tradidit claves regni cælorum, tantamque tribuit poteſtatem, ut quæ ligarent ſuper terram, ligarentur & in cælis, & quæ ſolverent ſuper terram, ſoluta eſſent & in cælis; atque quorum ipſi dimitterent peccata dimiſſa forent, quorum retinerent, forent & retenta; qui non ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed hoſtiam vivam Sanctam & immaculatam corpus & ſanguinem domini noſtri Jeſu Chriſti offerunt quotidie pro peccatis noſtris, conficiunt verbo ſuo, ac manibus tractant, & breviter ſacramenta omnia, quibus hominibus vita ſaluſque tribuitur animarum, ſuis perficiunt orationibus; quanto inquam honore hos præcellere voluerit Dominus? quis tandem dubitabit, quod nec ipſe tacuit in evangelio, cum dicit ad eos:* Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit: qui autem me ſpernit, ſpernit & eum, qui miſit me? *Et quid conſequitur? quod in eundem Chriſtum blaſphemus eſſet & maledicus, qui ſacerdoti Chriſti blaſphemat aut maledicit. An non hoc primum mandatum in retributione.* Honora patrem tuum & matrem, ut ſis longævus ſuper terram; qui autem maledicit patri aut matri, morte moriatur? *Nunquid ad carnales tantum parentes iſtud eſt referendum, & non minus ad eos, qui nos in Chriſto regeneraverunt, per quos Chriſtiani ſumus, qui nobis peccata dimittunt, qui cœleſtibus nos paſcunt ſacramentis? Quid ſi peccatores ſunt & mali ſacerdotes? quid ſi parentes? nunquid propterea eos, quos, Dominus miſit ante faciem ſuam, & ad quos dicebat:* Quicumque non receperit vos, neque audierit ſermones veſtros, exeuntes foras de domo, aut de civitate, excutite pulverem de pedibus veſtris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati? *An non præcipit ita Apoſtolus:* Obedite præpoſitis veſtris & ſubjacete eis? *quod ſi malis & peccatoribus non ſit obediendum, quibus tandem? quoniam ſi dixerimus peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. O vis es, noli diſcutere paſtorem: noli te judicem Dei conſtituere & Chriſti. An non ita præcipit Dominus in evangelio dicens:* Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi: omnia quæcumque dixerint vobis ſervate & facite; ſi quæ autem fecerint mala, facere nolite? *manifeſte ſignificans habere eos dignitatem, tametſi vitæ eſſent perditæ. Nunquid idem Dominus cum poſtea tempore paſſionis alapam accepiſſet a ſervo ſacerdotis dicenti ſibi:* Sic reſpondes Pontifici? *adverſus Pontificem quidquam dixit contumelioſe? quin magis innocentiam ſuam aſſerens & oſtendens:* Si male, *inquit*, locutus ſum, exprobra de malo; ſin bene, quid me cædis? *An non & Paulus cum cæderetur in concilio juſſu Ananiæ, diceretque ad eum:* Percutiet te Deus paries dealbate; & tu ſedens judicas me ſecundum legem, & contra legem jubes me percuti; *audiens ab adſtantibus:* Sic inſimulans ſacerdotem

Ut colendi ſint ſacerdotes ex divina ſcriptura.

Dei

Dei maledicendo ipſum? *tamen inane nomen & umbram quandam ſacerdotis cogitans expavit :* Neſciebam, *inquit*, fratres, quia princeps eſt ſacerdotum; ſcriptum eſt enim : Principi populi tui non maledices : *quo magis miramur quod cu iſtis diabolici ſpiritus operibus veluti fructibus nequiſſimis arborem peſſimam nondum cognoviſtis.*

LXXXIII. *Latronem hunc conſpiraſſe ad perdendam eccleſiam.* *Et quis tandem eſt ita hebes animo, ut non videat, quo nunc prorumpant furioſiſſimi conatus iſtius; cum ut quiſque eſt facinoroſiſſimus, deſperatiſſimus, aut perditiſſimus latro, aut homicida, ſub iſtius vexillis ac ſignis conveniant? Eccleſiam jam Chriſti parricidalibus armis, ac ſacrilegis manibus, non clam, ſed palam oppugnantes, conſecrata Deo loca, templa, & monaſteria exurunt, & prophanant: Chriſto dicatas virgines, ſacerdotes Chriſti & monachos crudeliſſime perſequuntur: eccleſiarum bona diripiunt, & breviter rapinis, latrociniis, cædibus, ac incendiis confundunt univerſa excæcante nimirum eos juſto Dei judicio, & in inſaniam tam manifeſtam erumpere permittente, ut neminem jam latere poſſint ſceleſtiſſimæ machinationes iſtius. Atque hi, qui peſtifera contagione ipſius infectos ſeſe tandem cognoverunt, ſchiſmatico errore depoſito, ac hæretico furore deſerto unitatis ac veritatis domicilium fidei ſanitate repetunt : inter quos, dilecte nobis in Chriſto Jeſu, cum a te non ex poſtremis reverſurum ad ſalutem matris ſinum ſperaviſſemus, quem revertentem libenter & obviis excepiſſemus manibus, bona ſpe tandem noſtra fruſtrati videmus ſupra petram induraviſſe te faciem tuam : videmus perniciem illam animarum Lutherum ſub tuo patrocinio latitantem, ſuum adhuc virus longe lateque ſpargere.*

Objurgatus Saxo de pertinacia in fovendo hæreſiarcha.

LXXXIV. *Sed quoniam adhuc potens eſt dominus Deus etiam de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ, antequam egrediatur, ut ignis indignatio ejus, & ſuccendatur, nec ſit qui extinguat; ideo te, fili dilecte in Chriſto, obſecramus per viſcera noſtri redemptoris domini noſtri Jeſu Chriſti, per Chriſtianam unitatem, per patriæ charitatem, per tuem denique ipſius tuorumque ſalutem, miſerere Eccleſiæ Chriſti; & tot jam malorum procellis undique exagitatæ, ac pene oppreſſæ tua maxima culpa, aliquando fer opem : miſerere patriæ noſtræ, quæ ſinceræ olim fidei eximiæ religionis ſanctæ, ſub jugo Domini ac religioſæ obedientiæ inſigni præcellens gloria, perniciem iſtam religionis Chriſtianæ, ac fidei, ac pietatis publicum hoſtem Martinum in ſuis ſe peperiſſe ac foviſſe viſceribus nunc erubeſcit : miſerere denique tui ipſius, tuorumque : miſerere ſeductorum Saxonum, quos niſi reſipiſcatis, & quidem cito, manet præſens & certa ultio divina, quam neque in hoc ſæculo effugietis, neque in futuro.* Hæc dicit dominus Deus : Audi popule ſtulte, audi princeps, qui non habes cor; qui habetis oculos & non auditis : Me ergo non timebitis, & a facie mea non dolebitis? nunquid non audiſtis quid fecerim in diebus antiquis? *Legite ſcripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere, & invenietis quam gravis ſemper fuerit & quam terribilis divina vindicta in illos, qui in populo Dei ſchiſmata concitaverunt. Nunquid non legiſtis horribilem divinam ultionem adverſus Dathan & Abiron, quod multitudinem adverſus Moſen concitaviſſent, quos dehiſcens ſub pedibus terra & aperiens os ſuum deglutivit, & omnia quæ ad eos pertinuerunt, ita ut deſcenderent viventes in infernum; & adverſus Core quem eandem ob cauſam cum ducentis & quinquaginta viris cæleſtis flamma devoravit? Quod ſi ob durius imperium fortaſſis, aut quorumdam paſtorum ſeu ignaviam ſeu malitiam ſchiſmata excitanda putatis, nunquid ex libro Regum audiſtis, adeo indignatum fuiſſe Dominum adverſus decem tribus filiorum Iſrael, & in omne ſemen eorum, ut dimoverit eos, & tradiderit in direptionem donec projiceret eos a facie ſua? ob quam tandem culpam, niſi quod ob durius imperium Salomonis & imprudentius arrogantiuſque reſponſum Roboam Regis Jeruſalem ſciſſæ fuerunt a tribu Juda & Beniamin? Quam præſens ſemper fuerit Dominus vindex ſacerdotibus ſuis, an non Saul ab regio abjectus honore, & Ozias Rex Juda percuſſus lepra, propterea quod quæ ſacerdotum erant contra ſacerdotes Domini ſunt auſi uſurpare, ſufficientes vobis potuerunt eſſe argumento? Et breviter, an non omnes teſtantur hiſtoriæ univerſos ultrice Domini manu infelici periiſſe exitu, qui in Chriſtos Domini ſacrilegas manus injicere non formidaverunt? Contra autem felicia omnia & longam illis contigiſſe vitam, qui Chriſtum in ſacerdotibus ſuis venerati ſunt? Moveant ergo vos exempla aliorum, & cogitate quid vobis ſit expectandum, qui venerabilem Dei chorum in manus tentatis tradere prophanas. Proinde quod Dominus per Moſem præcipit, univerſo populo Iſrael, ut ſepararentur a tabernaculis Core, Dathan, & Abiron, nec tangerent quidquam quod ad eos pertineret, ne involverentur in peccatis eorum : hoc & vobis, præcipue autem, tibi dilecte fili, ejuſdem Domini noſtri authoritate præcipimus & obſecramus in Chriſto Jeſu, ut* Intentata illi divina vindicta.

Miſereatur ſuorum Saxonum ſeductorum.

Digitized by Google

ſeparemini a Martino Luthero: auferatis a vobis petram illam ſcandali neque tangatis quod illius eſt, ne & vos divina ultio involvat ſubito in peccatis illius. Expurgate quamprimum fermentum illud, quod reliquam fidei veſtræ maſſam corrupit, ut ſitis nova conſperſio, novaque creatura.

LXXXV. *Non deſigneris, fili dilecte Paulum imitari, quem ſicut viciſti in eccleſiæ Dei perſecutione, tam gravem animarum perniciem ſub tuo nutriens patrocinio, ita reverſus ad cor effice, ut omnes intelligant tuam converſionem, utque qui per te ſunt ſcandalizati, in te rurſus glorificent Deum. Maxime autem hoc præſta quamprimum, ut impurum os illud obſtruatur, ut tollatur blaſphema lingua, quæ contra Deum ac ſanctos ejus loqui non ceſſat, & virus ſuum undique ſpargit; & ut propheticis vos verbis admoneamus: State ſuper vias, & videte, ac interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & invenietis refrigerium animabus veſtris: ſtate inquam; & doctrinis variis & peregrinis nolite abduci: interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona per quam ambulaverunt patres veſtri, quam demonſtraverunt tot myriades martyrum, docueruntque tot millia confeſſorum, & ambulate in ea. Quod ſi a vobis impetraverimus, ſicut & ſincere ſperamus, erit quod gaudeamus cum angelis de peccatore pœnitentiam agente, & perditam ac rurſus inventam ovem humeris noſtris ad ovile Domini gaudentes reportabimus, paternaque pietate, quantum in nobis fuerit, ſtolam vobis priſtinam reſtituemus.*

Sequatur ſanctos Martyres & confeſſores non apoſtatam.

LXXXVI. *Quod ſi dixeritis* Non ambulabimus ſcilicet in via Domini, *ac paterne ſalubriterque vos monenti reſponderitis:* Non audiemus; *ideo;* Audite gentes, *Dicit Dominus*, & cognoſcite congregationes quanta ego faciam eis. Ecce ego adducam mala ſuper populum iſtum, fructum cogitationum ejus, quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt. *Sed & hoc tibi denuntiamus in virtute omnipotentis Dei & domini noſtri Jeſu Chriſti cujus in terris vicarius ſumus, nec te in præſenti ſæculo hoc laturum impune, & in futuro æterni te ignis expectare incendium. Vivunt una Pontifex Hadrianus & religioſiſſimus Imperator Carolus meus chariſſimus in Chriſto filius & alumnus, cujus tu edictum vere Chriſtianum adverſus Lutheranam perfidiam, & quod talem decebat Imperatorem, non ſine gravi offenſa ac vilipenſione cæſareæ majeſtatis violare non timuiſti: non committemus, ut quos olim cum magno Carolo Hadrianus Pontifex in Chriſto genuerunt, nunc Hadrianus Pontifex & Imperator Carolus ſub ſchiſmatico ac hæretico tyranno hæreſum ac ſchiſmatum ſinamus interire contagione. Quare revertimini ad cor & reſipiſcite tu, tuique miſere ſeducti Saxones niſi utrumque gladium apoſtolicum ſimul & cæſareum velitis experiri. Scripta Romæ MDXXII.*

Intentata pontificia & imperialis ira.

Commonuit etiam Pontifex aliis literis electores principeſque imperii, ne Lutheranam hæreſim latius graſſari paterentur: propterea pollicitus eſt ſe emendaturum corruptelas, quæ in Romanam curiam irrepſerant, quod hæretici ſpecioſum revocandi ad meliorem frugem ſacerdotes prætextum ſuæ impietati obtenderent, ut deplorat Auguſtinus Steuchius (*a*): *Hoc habuit iſta fœdiſſima & ſine dubio peſtilentiſſima factio, ut quæ per totum orbem Chriſtianum famam vulgaſſet purgandæ a ſuperſtitione pietatis, fidemque omnibus hominibus fecerat, id unum ſe agere, ut ſcelera & vitia corrigerentur, emendarentur pravitates: inefcatum ea promiſſione genus humanum & a religione removerit & peſſimis erroribus imbuerit, quod a nobis non ſine multis lachrymis refertur.* Et infra: *Hæc igitur hæreſis eo fuit omnibus crudelior, & in omni genere calamitatum fœcundior, quod cum eſſet peſtilentiſſima, nihil tamen indicii dedit in principio: ſed Chriſtianorum principum, Pontificum, Cardinalium, atque epiſcoporum, monachorumque errores & peccata emendare pollicita, fecit ſe hac promiſſione probabilem, aperuitque ſibi omnium ad aures aditum, nullum errorem, nullam impietatem, nihil peſtilens præſeferebat; ſed humanitatem, ſed commiſerationem quod in tantis peccatis verſarentur omnes. Hac pollicitatione allenit maxime imperitos omnemque plebem, quippe quibus ſemper infenſa fuerit religio, & eccleſiaſticorum peccata plurima viderent, & inviderent eorum opibus: itaque nihil potuit eorum fieri auribus gratius, quam ſi eorum damnari vitam audirent, quos peccantes eſſe non ignorarent, & in eorum taxandis moribus, atque accuſandis delectabiliter verſarentur. Exoſculati ſunt omnes; tandemque cælitus veniſſe ferebant, qui Chriſtianorum vulnera curaret, rempublicam noſtram in priſtinum decorem reſtitueret ſublatis multis ſuperſtitionibus, quas aut hominum imperitia, aut quæſtus aviditas, ut ipſi prædicabant, attuliſſet. Hæc fuit prima hujus hæreſeos oſtentatio.* Nec modo a Pontifice (quem mortem obiiſſe videbimus) antequam in Fridericum poſſet animadvertere; Verum a Georgio duce Saxoniæ, tum ab Henrico Angliæ, tum a Ludovico Pannoniæ Regibus de reprimendo Luthero commonitum Fridericum refert Ulembergius (*b*), qui, Hungaricarum

LXXXVII.

(*a*) *Aug. Steuchius l. 1. adverſ. Lutheranos.*

Inductus a Novatoribus prætextus ſpecioſus.

Peccata cleri emendare politiciti.

Saxo a pluribus principibus admonitus ut Lutherum opprimat.

(*b*) *Ulem. vit. Lut. c. 10.*

rum literarum præcipua capita perſtringit: *Ludovicus etiam*, inquit, *Hungariæ Rex ad electorem Saxoniæ de Lutherano negotio literas dedit, quarum hæc fere fuit ſententia: ipſum non ignorare quam abominandos errores contra ſanctiſſimam Chriſti fidem & contra Eccleſiæ ſanctiones in orbem invexerit Lutherus, quamque impotenter & ſcurriliter in Reges omnes & Chriſtianos principes debacchetur, quibus eos afficiat contumeliis, quæ ludibria, quas ſannas in eos eructet; cum laudibus interim extollat Turcam, eumque Chriſtianis principibus anteponat. Quia vero monachus iſte fretus ipſius Frederici patrocinio tantam protervitam exerceat, hortari ſe, ut compeſcat hominem turbulentum, nec eum tam libere, tamque proterve ſpargendis erroribus, ſeditionibus concitandis, & convitiis in principes evomendis, contra Deum, contra fidem Chriſtianam, & univerſam Eccleſiam inſanire patiatur; ſed ut pœnis eum afficiat, quas meruerit, atque hac in re totius orbis Chriſtiani potius, quam unius apoſtatæ monachi rationem habeat*. Purgaſſe (*a*) ſe ea de re Fridericum apud Hungarum confictis mendaciis ſubjungit author, quaſi hæreſeos nullum patrocinium arripuiſſet.

Purgat ſe mendaciis Saxo.

(*a*) *Ext. ejus lit. to.2. Jenen. edit. p.267.*

LXXXVIII Cum porro in ſuperioribus literis Hadrianus Saxonem provocet, ut Carolum magnum, qui fidem in Saxonia inſeruerat, imitetur, non prætereundum eſt Joannem Fabrum (*b*) ad confundendos Saxones Lutheranos dogmata Lutheri pugnantia cum Caroli magni dogmatibus inter ſe contuliſſe, ut potius fidei propagatori, quam everſori adhærerent: *Quid*, inquit, *putes olim dicturi ſunt Saxones illi tui, poſtquam intellexerint ſeſe tuis figmentis tam egregie deceptos? ſed & quid dicent, ubi olim acceperint tuas opiniones toties illi Chriſtianiſſimo Regi Carolo magno adverſari? quem omnes hiſtoriæ teſtantur fuiſſe primum, qui Saxones ad fidem Chriſti converterit. Sed forte miraris in quibus te Carolo adverſari invenerim. Ecce ante ſepsingentos annos contra certos hæreticos Imperator ille Græce & Latine doctiſſimus opus ſcripſit in quatuor libros partitum, cujus copiam reverendiſſimus ac omnium pientiſſimus dominus Laurentius de Pucciis tit. SS. IV. Coronatorum Cardinalis ex innata, ac mihi perpetuo miranda pietate pro tranquillo reipublicæ Chriſtianæ ſtatu ex Vaticana bibliotheca mihi fieri fecit. In eo itaque opere Carolus* (*c*) *ille magnus quoties de Petro ſermonem facit, eundem principem vocat Apoſtolorum, aut paſtorem Eccleſiæ, & (quod maius eſt) quandoque hanc ſolidiſſimam petram, ſuper quam Chriſtus fundavit Eccleſiam: & tu Saxonicæ fidei novus plantator aperiſſima evangelii verba negas in Petri perſonam poſſe referri. Carolus multis nominibus ſui ſæculi Hadrianum Romanum Pontificem ac illius ſedem veneratur, extollit, & laudat: tu vero ſecundus Saxonum apoſtolus pro tua ſolita modeſtia ſexcenties Pontificem ſathanam & antichriſtum vocas. Gloriabatur olim Rex ille omnium optimus ſeſe eccleſiæ Romanæ terras ab hoſtibus recuperaſſe: tu vero obſequium te præſtitiſſe Deo putas, ſi non ſolum patrimonium Petri, ſed & omnes omnium eccleſiarum dotes in Pharaonis ſervitutem ſubjeceris. Placuit* (d) *olim catholico illi principi, per omnem Germaniam ac Galliam Romanum ritum & ordinem in pſallendis divinis officiis ſervari: tu forte battologiam fugiens, non ſolum non pſallis, ſed & pſallentes rides. Præcepit ille* (*e*) *diligens fidei plantator ſynodos univerſales omnes recipi, quæ pro diverſis fidei ſive religionis cauſis diverſis locis, ſive temporibus a doctis & catholicis viris celebratæ fuerunt: tu vero concilia ſpernis atque refutas, quaſi ſolus ſis homo miſſus a Deo, qui poſſit ac debeat teſtimonium perhibere de lumine, &c.*

(*b*) *Faber. de prim. Petri adverſ. Luther. pag. 192.*

Carolus Magnus de Pontifice eximie loquutus.

(*c*) *L. 1. c.4. l.3. c. 3. 7.12. l.4. c.4. &c.*

Inter eum & Lutherum ſumma contrarietas.

(*d*) *L. 1. c.6.*

(*e*) *Cap. 9.*

LXXXIX. Dum plures in medio Chriſtiani imperii gremio ab Eccleſia deficiebant, evertebant altaria, ac ſacerdotes abjecto divino cultu in libidinum cœno ſe volutabant; in Indiis & in America inter medias barbarorum nationes amplificatus (*f*) eſt divinus cultus, poſita templa, erectaque altaria ad divina myſteria peragenda, multique ad ſanam religionem ac fidem ab impura ſuperſtitione traducti fuere: nam inprimis cum in Coromandelii tractu evangelica ſeges olim a S. Thoma Apoſtolo ſata, & ipſius irrigata cruore hoſtis humani generis opera proculcata poſtea aruiſſet, auſpiciis Joannis Regis Luſitaniæ, qui Emmanueli ſucceſſerat, refloreſcere cœpit, ac divi Thomæ reliquiæ repertæ ſunt, ut Maffejus his verbis deſcribit (*g*): *Dum effoditur humus ad quintum ferme dodrantem, apparuit loculus lapidea tabula tectus, in quam ab interiore parte inciſæ priſca gentis lingua [uti a peritis cognitum eſt] literæ teſtabantur, templum id ab ſancto Dei Apoſtolo Thoma quondam extructum: ei templo tuendo colendoque mercium, quæ in urbem importarentur, decimam ab Sagamo Rege attributam. Acceſſerat obteſtatio ad poſteros, ne quid ex eo vectigali ac donatione imminutum vellent. Paulo infra eam tabulam ipſius Regis [uti ex priſcorum traditione Indi aſſeverabant] cadaver inventum. Altius dein molientibus terram quadratum primo lateritiæ; poſtremo* la-

(*f*) *Barroſ. l.7. c.11. Maff. l.8.*

Evangelium in India propagatum.

(*g*) *Jo. Maff. ib.*

Templum a S. Thoma Apoſtolo extructum.

Decimæ a Rege Sagamo illi attributæ.

lapideæ ſtructuræ ſeptum apparuit multiplici operimento pedum circiter novem altitudine : ibi quod ſepulcrum haud dubie corpus Apoſtoli dicebatur eſſe. Adhibiti ad amovendum operculum Luſitani duo [nam Indis rem ejuſmodi committere non eſt viſum] non niſi noxis per ſacram confeſſionem expiatis, & reconciliato per Euchariſtiam Deo aggredi rem auſi, locum aperiunt : immiſta calci & arenæ candidiſſima ſpecie oſſa, & appoſita lanceæ cuſpis, & viatoris baculi fruſtum, itemque vas fictile fidem inventi demum ſacri theſauri Luſitanis fecere : ſub hac repertum aliud cujuſdam e Thomæ diſcipulis cadaver ; cæterum tetro ac terreo aſpectu, quemadmodum & Sagami Regis, ut ſi alia argumenta defuiſſent, eu ipſo propemodum colore dignoſci Apoſtoli oſſa potuerint, &c.

Reliquiæ D. Thomæ repertæ.

Subdit ut in arculis pretioſis ſolemni pompa repoſitæ ſint eæ reliquiæ; dein vero biennio poſt in templum a Conſtantino Brigantio prorege Goæ extructum tranſlatæ ſint.

XC. Chriſtiana fides propagata in America.

(a) Petr. Mar. dec. 6. c. 2.

Hoc etiam anno in orbe novo ingens barbarorum numerus divina ope, atque Hiſpanorum ducum ſolertia Chriſto acceſſit, uti refert Petrus Martyr (a) in commentariis ad archiepiſcopum Coſentinum tranſmiſſis, ut Clementi VII. offerrentur : *Ex inſula*, inquit, *quam Ditem in decadibus primis appellatam diui, nunc Unionum inſulam, quod unionum ſit illic ingens copia, in coloniæ Pannamæ proſpectu ſita, Ægydius Gonſalus die primo ac vigeſimo januarii anni a ſalute noſtra ſecundi & vigeſimi a quingenteſimo & milleſimo*, & infra, *quatuor & quadraginta poſt ducentas leucas in internis & peragravit cum hominibus circiter centum, a pleriſque regulis panem ſibi & commilitonibus mendicans, a quibus dicit ſe habuiſſe dono penſorum aureorum centum duodecim millia [eſt penſum dragma quadrantem ſuperans, uti ſe didiciſſe quatuordecim annorum apud Hiſpanos egregio commercio eſt opus] atque baptiſmatis lavacro inuncta, nec invita per initiatos, quos ſecum habebat, incolarum duo ac triginta hominum amplius utriuſque ſexus millia.* Earum regionum agricolæ inſtrumentis ad colendam terram ex auro, etſi impuro, utuntur.

Duo & triginta amplius hominum millia baptiſmo abluta.

XCI.

(b) Id. ib. c. 3.

Inde noſtri ad S. Vincentii portum appulere : quæ vero ab his geſta ſint, ſubdit idem Petrus Martyr (b) : *Quatuor equis, quos advexerant e navibus eductis, claſſiariis imperat, ut recta ipſi ad occidentem paulatim adnavigent, ut ob ſcopulos, & ob vadoſas arenas a noctium velificatu caveant, quod per incognitos jam pelagi tractus ſit labendum edicit : ipſe vero quatuor illis equis & peditibus circiter centum terreſtre iter capiens, in regulum incidit nomine Nicojanum : benigne ſuſcepto Nicojanus millia penſorum auri quatuordecim dono dedit, perſuaſus a noſtris eſſe ſupra ſolem alium, quem ipſi arbitrentur cœli ac terrarum ſatorem, qui ſolem ipſum ac lunam cæteraque viſibilia ſydera eu nihilo formavit, & ſua ſapientia gubernet, qui & cuique hominum pro meritis præmia impartiatur : voluit cum univerſa familia baptizari & eu ejus regno abluti ſunt lavacro baptiſmatis reguli exemplo ſexus millia hominum utriuſque, circiter ſeptemdecim dierum ſpatio. Apud Nicojanum verſatus ita inſtructum reliquit, ut diſcedenti per interpretes convicinos intellecto protulerit : quandoquidem hæc avita deorum ſimulachra nunquam ultra ſum allocuturus, nec ab eis quidquam petiturus, ea tecum auferto. Hæc dicens Ægydio Gonſalo ſpitamalis altitudinis præbuit ſex aurea ſimulachra majorum ſuorum vetera monumenta.*

Nicojanus cum ſuis baptiſmo luſtratus.

XCII. Nicoragani ad plura millia baptiſmo initiati.

Nicoraganos etiam converſos fuiſſe addit author ſic inquiens : *Nicoraguam adeunt noſtri cum familia univerſa, & paulo plus novem millibus aliis ſacro adducunt baptiſmati. Penſorum auri Nicoragua dedit Ægidio Gonſalo millia quindecim variis confecta monilibus : penſavit Ægydius munera muneribus, ſericeam Nicoraguæ veſtem, & interiorem lineam textam, purpureumque pileum præbuit. Duabus crucibus ibi erectis, in eorum templo una, & extra pagi domos altera, diſceſſit. Petiit regionem alteram ad leucas ſeu ad occidentem ſemper tendens, ubi ait vicos reperiiſſe ſex duorum millium domorum circiter ſingulos.* Excitatus hac fama Diriangenus dynaſta ad Gonſalvum in regio ſolio expectantem magno apparatu acceſſit, aureaſque ſecures amplius ducentas dono obtulit : quæſitum de adventus ſui cauſa : *Reſpondiſſe*, inquit author, *dicitur, ut novam gentem, quam eas regiones peragrare audierat, conſpicere daretur, & quid e ſe optarent, ſe dictis eorum pariturum offerens : ut Chriſtiani efficiantur iiſdem rationibus adductis, quibus cæteros monuerunt, utque Hiſpani magni Regis obſervantiam captarent : utrumque placere inquit, ſeque ad noſtros in diem tertium, ut mandata ſuſcipiat rediturum pollicitus eſt.*

XCIII.

Dum apud Nicoragum Gonſalvus morabatur, barbarus Ægydii interpretis opera varias quæſtiones propoſuit memoratu dignas : *Percunctatus eſt*, ait Petrus

Digitized by Google

(*a*) *Ib. c.* 4.

trus Martyr (*a*), *Ægydium Nicoragua, quid apud potentem eum Regem, cujus ipſe ſervum ſe fatetur, de præterita cataclyſmo, quem univerſam cum hominibus & brutis omnibus obruiſſe terram ipſe a majoribus audierat, ſentiatur; idem credi ait Ægydius: an alias venturum arbitretur percunctanti, reſpondit minime; ſed uri ſemel per aquarum alluvies propter hominum ſcelerata facinora, non licitum coitum præcipue, animalia cuncta paucis exceptis interierunt; ita poſt annorum ab hominibus non intellecta curricula, fore ut igne flammanti e cœlo dejecto in cinerem cuncta revertantur. Obſtupuere omnes hanc admirati narrationem.* Addidit plura quæſita barbarus de animatum e carcere corporeo diſcedentium locis deſignatis, de converſione aſtrorum, deque ventorum flatibus. Quæ Ægydius, cum ſcientia non polleret, ad arcana divinæ providentiæ retulit. Pergit author: *De ceremoniis & humanarum victimarum carnificina cum nihil interrogaſſent, movit ipſe collocutionem, atque ſacrificiorum eas oblationes Deo eſſe ingratiſſimas, legeque apud magnum Regem herum ſuum cautum eſſe, ut gladio pereat quicumque hominem gladio ferierit ad necem; & ſimulachra illa, quibus ipſi humano ſanguine litant, præſtigiatorum dæmonum imagines eſſe, qui ob ſuperbiam e ſedibus æthereis dejecti, ad antra ſunt tartarea detruſi; unde noctu exeuntes innocentibus plerumque ſeſe hominibus oſtentant, ſuiſque fallacibus perſuadent artibus ea eſſe facienda, quæ vitari debeant in omnium genere rerum, quo animas noſtras ab illius amore deturbent, qui eas creavit, & per charitatem cæteroſque honeſtos vitæ actus ad ſe illas reducere optat, ne a paratis poſt obitum corporis æternis deliciis, ad perpetuas torturas & miſeras ærumnas a lemuribus illis raptatæ, comites eorum efficiantur.*

Apud barbaros de cataclyſmo traditio viget.

Et futuro orbis incendio. Quæſtiones variæ propoſitæ a barbaris.

Data barbaris præcepta de fugienda carnificina.

XCIV. *Aſſenſit Ægydii dictis Nicoragua, & una quid ſibi faciendum foret, quo grati Deo illi, quem prædicat rerum authori eſſe poſſint, interrogavit. In hunc ſenſum Nicoraguæ reſpondiſſe Ægydium Cerezeda regius apud eum quæſtor teſtatur: non hominibus mactatis, aut ullo ſanguine ſparſo is delectatur, qui nos cunctaque creavit: ſolo animi noſtri erga ſe amore fervido gaudet: noſtri cordis arcana illi patent: cordis ipſius meditata ſolum exoptat: non carne aut ſanguine depaſcitur: nihil eſt quo magis excandeſcat, quam hominum, a quibus ipſe laudari & glorificari cupit, interitu. Veſtris ſuiſque hoſtibus ad profunda tartari projectis, quorum hic vos imagines obſervatis, grata ſunt hæc abominanda ſacrificia, grata & ſcelera cuncta, quo animas veſtras hinc abeuntes ſecum trahant in æternam ruinam: vana hæc immo pernicioſa ſimulachra de veſtris laribus & templis eliminate, crucem hanc amplexamini, cujus imaginem ſuo ſanguine Chriſtus Deus ad generis humani deperditi ſalutem irroravit; & felices vobis annos, ac beatam veſtris animabus æternitatem polliceri poteritis. Bella quoque ſunt rerum Creatori odioſa: pax inter vicinos amica, quoe ut amemus ac noſmetipſos imperat; ſi tamen vos tranquillam agens vitam quis laceſſierit, propulſare injuriam, ac ſe, reſque ſuas tueri cuique hominum fas eſt. Provocare vero ambitionis vel avaritiæ ſtudio quemquam vetitum, contraque bonos mores & ipſius Dei voluntatem fieri hæc.*

De imaginibus dæmonum abolendis.

XCV. *His ita diſertis Nicoragua ſuique aulici, qui aderant, ore aperto ab Ægydis vultu pendentes aſſenſerunt, &c. De crucis autem adorandæ myſterio & utilitate interrogantibus, inquit: ſi corde puro ac ſincero quidquam illam inſpectantes, & Chriſti in ea paſſi pie memores poſtulaveritis, id aſſequimini modo juſta petatis, ſi pacem ſi contra ſuperbos hoſtes victoriam, ſi fructuum ubertatem, ſi temperiem aeris & incolumitatem, ſi hujuſmodi reliqua optata propoſueritis, voti compotes efficiemini. Cruces Ægidium erexiſſe illis duas memoravi, ſub tegmine unam, ſub dio in celſo manufacto lateritio tumulo alteram: quo tempore ſiſtenda ſuper tumulo portabatur præiſſe pompam ſacerdotes ait Cerezeda: ſubſecutum cum ſuis Ægydium regulo comitante, cæteriſque ejus ſubditis. Quo tempore crux ſiſtebatur, canere tubis & tympanis cœptum eſt. Cruce firmata per gradus depoſitos baſim prior conſcendit Ægydius: detecto capite genuque flexo ſuas ſibi tacitus fudit preces: crucis demum veſtigia complectens oſculatus eſt regulus, & ejus exemplo cæteri omnes idem effecere: ita noſtris ritibus imbutos conſtituit. De dierum vero diſtributione inquit, perpetuis diebus ſen culturis ac reliquis laboribus artibuſque invigilandum, ſeptimo quieti & ſacris intendere oportere; diemque illis ſeptimum aſſignavit dominicum, nec ſi ulterius dierum feſtorum longa ſerie gravarentur, utile fore ratus eſt.*

Crux ſolemni ritu defixa.

Diei dominicæ celebritas barbaris indicta.

XCVI. Interjectis pluribus de funeſtis dæmonum aris in aperto campo excitatis, in quibus humanæ victimæ litantur, deque inſanis idololatrarum ſuperſtitionibus, quibus adeo ſunt irretiti, ut qui crudeliter lacerandi ſunt beatos ſe putent, & immortalitati conſecrandos, nec crudeles carnifices defugiant, a quibus variis lenociniis capiuntur; deque humani cruoris infernali tyranno fuſi nefando ſacrificio hæc ſubjicit (*b*); ex quibus quiſque agno-

Infanda humana ſacrificia dæmoni peracta.

(*b*) *Petr. Martyr. dec. 6. c. 6.*

agnoſcat quanto beneficio Redemptori noſtro ſimus aſtricti, qui nos evangelica luce colluſtrarit.

XCVII. *In templorum*, inquit, *conſpectu variæ ſunt erectæ in campo ex crudis lateribus & bitumine quodam terreo ad varios effectus baſes pulpitorum more, octo conſtant gradibus, alicubi duodecim, & quindecim, alibi ſummi verticis: ſpatium varium eſt pro deſignati myſterii qualitate, virorum decem capax eſt, unum in cujus medio ſpatio lapis eminet marmoreus humanæ ſtaturæ jacentis longitudinem, ac latitudinem æquans: miſerarum eſt ara victimarum infauſtus lapis. Statuto ad immolandum die populi corona ſpectante regulus pulpitum conſcendit aliud, in proſpectu carnificinam inſpecturus: ſacrificulus audientibus cunctis ex lapide illo eminenti ſtans pedibus præconis officio fungitur, & cultro lapideo acuto, quem manu geſtat, vibrato [lapidicinas quippe in terris omnibus illis habent aptas ad ſecures, gladioſque ac novaculas conficiendas; ex quibus nos quotquot volumus aſſequimur, neque hujus rei expers fuit Cardinalis Aſcanius] mactandas eſſe victimas, & an hoſtiles an domi nutritas adicit. Duo apud illos genera ſunt humanarum hoſtiarum, ex hoſtibus bello captis unum, ex domi alitis alterum; quiſque namque regulus aut nobilis ab infantia domi nutrit mactandas victimas pro ſuis opibus, & his non ignaris ad quid ſerventur; & lautius quam cæteri paſcuntur: neque ob id mœſti, quod a teneris perſuaſi vivant, fore ut in cœlites eo vitæ exitu convertantur. Hinc per pagos liberi deambulantes ab obviis quibuſque pro jam heroibus reverenter ſuſcipiuntur, & poſtulatis omnibus ſive ad eſum ſive ad ornatum quid petant onuſti dimittuntur; neque ſibi parum fauſte die illo ſucceſſiſſe apud ſuperos donans arbitratur, quo fuerit aliquid impertitus.*

Educati ad carnificinam homines.

Horrendi ritus in humanis ſacrificiis.

Varia igitur hæc hoſtiarum genera variis in immolando tractant modis: utramque ſuper eo lapide reſupinam diſtendunt hoſtiam, parique modo per coſtulas evulſo corde aperiunt, & utriuſque ſanguine regula eadem ſervata, labra barbaſque liniunt: ſed hoſtilem victimam præco ſacrificulus gladium manu tenens, & cantibus quibuſdam triſtibus circumdans, ſuper lapide ſtratam ter luſtrat, mox aperit, dehinc in fruſtra ſecat, jectam hoc pacto edendam dividit. Regulo manus pedeſque condonantur, corda ſacerdotibus, eorum uxoribus ac natis, quos habere fas eſt, præbentur femora nobilibus, cætera populo per fruſtula dividuntur: caput vero trophæi loco in quarumdam arborum parvarum a carnificina parum diſtantium ad id nutritarum ramis appenduntur. Quiſque regulus deſignatas nutrit in agro vicino arbores, cujuſque regionis hoſtilis nomina ſervantes, in quibus captorum bello capita immolata ſuſpendant, uti noſtri duces inſanæ ſuæ ſævitiæ teſtes, quam victoriam appellant. Galeas & vexilla hujuſmodique inſignia infigunt templorum parietibus: mâle gratum ſe illo anno futurum arbitraretur qui expers victimæ hoſtilis portiunculæ relinqueretur. Domeſticam vero victimam licet eodem lacerent ordine, mortuam aliter tractant: quaſque illius partes venerantur & ante fores templorum, partim ut pedes manuſque ac viſcera in cucurbitam conjecta tumulant: cæteras una & corda in illarum arborum hoſtilium proſpectu ſtructo grandi rogo inter priorum victimarum cineres nunquam inde amotos in eo campo jacentes, cum ſacerdotum applauſibus & hymnis canoris comburunt.

XCVIII. (a) Cap. 7. *Quando (a) vero populus cum aſſueto ſacerdotum murmura deorum labia fricari cernit, vota preceſque aperit ſuas, poſcitque agrorum cæterarumque frugum ubertatem, aeris ſalubritatem, pacem, aut ſi certandum ſit, victoriam, utque brucos & locuſtas, alluvies & ſiccitatem, ac ferarum vim & adverſa quæque deturbent, pro cruciatu animi quiſque ſui efflagitat. Non his contenti ſacris, regulus, ac ſacerdotes, nobileſque ſuo & ipſi ſanguine, ſed uni tantum litant ſimulachro: id ſuperne infixum haſtæ tricubitali cum ſumma pompa ad cœli aſpectum ſeniores authorati exportant, e templo ubi toto anno religioſe cuſtoditur infernis: & id eſt numinibus ſimile: quo pacto ad homines deterrendos in parietibus depingitur, &c.* Multa addit author, ut inter ludos & choreas juvenum novaculis incidant ſibi linguas ſacerdotes, & ſangnine ſuo idoli labia fricent, quaſi ſitim dœmonis, humanum ſanguinem ſitientis, temperare velint.

Superſtitionum varia genera.

XCIX. Dum ad indagandas ejuſmodi gentilitias ſuperſtitiones, confutandaſque noſtri incumbebant, rumor infauſtus afflavit; Diriangenem principem auri, quod dederat, eripiendi cupidine incenſum, copias hoſtiles in noſtros educere; licet enim auro ad commutandas merces non utantur barbari, illud tamen ad conflanda monilia aliaque ornamenta pluris faciunt; verum divina ope profligati ſunt.

Variæ cum barbaris pugnæ.

C. Dum interiora Nicoraguæ regionis ſcrutabatur Ægydius, ingentem aquarum dulcium lacum perpetuo acceſſu receſſuque reciproco agitatum pluribus diſtinctum inſulis reperit, quod mare aquarum dulcium dixit. Cumque novi in dies terrarum tractus & populi patefierent, nec

ad

ad ampliſſimam & albeſcentem meſſem colligendam operæ ſufficerent Carolus V. ab Hadriano flagitavit, ut ex Franciſcano ordine præcones evangelicos ad barbaras gentes ſacroſanctis myſteriis imbuendas mitteret: cujus preces lætus admiſit Pontifex, ac Minoritas in Americam profecturos beneficiis ac gratiis, ut latius Chriſti gloriam proferrent, exornavit (a).

(a) Extant Hadriani lit. apud Vvad. to. 7. hoc anno n. 3.

CI. Minoritæ in evangelio diſſeminando promptiſſimi.

Hadrianus, &c. Volumus ut ſua ſacra majeſtas Carolum Imperatorem deſignatum alloquitur *aut ſuum regale conſilium, aſſignet & præfigat numerum fratrum mittendorum: tales autem fratres ſic nominatos ſeu licentiatos ab eorum ſuperioribus ſtricte præcipimus ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, ne aliquis inferior audeat aliqualiter impedire, etiamſi pro tunc eſſent in officiis confeſſionis, prædicationis, lectionis, guardianatus, cuſtodiatus, miniſteriatus, provincialatus, aut commiſſariatus generalis, quibus non obſtantibus tranſire poſſint & debeant. Verum ne præfati fratres ſint velut oves abſque paſtore, ſtatuimus & ordinamus, ut ex ſeipſis valeant & debeant eligere duos vel tres aut plures, qui in dictis terris eis præſint eo modo, quo eiſdem ſeu eorum majori parti viſum fuerit: qui ſic electi per triennium aut aliud majus vel minus tempus juxta ſuas conſtitutiones, prout in Hiſpania fieri conſuevit, prælationem hujuſmodi habeant, & non ultra, nec alias; maneantque omnes ſemper in obedientia generalis miniſtri & capituli generalis, dummodo nihil eis imponant in præjudicium dicti tranſitus & converſionis infidelium; decernentes quidquid abſque noſtro expreſſo mandato & aſſenſu fuerit attentatum, nullius eſſe momenti. Et quia præfata terra Indiarum valde diſtat a partibus, ubi generalis miniſter degere & incedere conſuevit, ac propterea difficile foret ad eum recurrere in caſibus ad eum pertinentibus; volumus ac tenore præſentium concedimus, ut fratres, qui pro tempore aſſumentur ad regimen aliorum fratrum in prædictis terris Indiarum, habeant in utroque foro ſuper fratres ſibi commiſſos omnem authoritatem & facultatem, quam generalis miniſter habere dignoſcitur; ita tamen quod ipſe generalis miniſter, ſub cujus obedientia ſemper manere debent, poſſit præfatam authoritatem limitare & arctare prout ipſi viſum fuerit. Et inſuper, ut melius præfata converſio infidelium fieri valeat & ſaluti animarum omnium in præfatis terris Indorum pro tempore degentium provideatur, volumus & tenore præſentium de plenitudine poteſtatis concedimus, ut præfati prælati fratrum & alii quibus ipſi de fratribus ſuis in prædictis Indiis commorantibus duxerint committendum, in partibus in quibus nondum fuerint epiſcopatus creati, vel ſi fuerint, tamen infra duarum diætarum ſpatium ipſi vel officiales eorum inveniri minime poſſint, tam quoad fratres ſuos & alios cujuſcumque ordinis, qui videlicet fuerint ad hoc opus deputati, ac ſuper Indos ad fidem Chriſti converſos, quam & alios Chriſticolas ad dictum opus eoſdem comitantes, omnimodam authoritatem noſtram in utroque foro habeant, tantam quantam ipſi & per eos deputati de fratribus ſuis (ut dictum eſt) judicaverint opportunam & expedientem pro converſione dictorum Indorum & manutentione ac profectu ipſorum & aliorum præfatorum in fide catholica & obedientia ſanctæ Romanæ eccleſiæ: & quod præfata authoritas extendatur etiam quoad omnes actus epiſcopales exercendos, qui non requirunt ordinem epiſcopalem, donec per ſedem Apoſtolicam aliud fuerit ordinatum. Et quia, ut accepimus per præfatos prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices aliqua indulta conceſſa fuerunt fratribus exiſtentibus, aut ire procurantibus in dictis & ad dictas Indiarum partes; nos omnia illa confirmando, ac quatenus opus eſt de novo concedendo, volumus, ut præfati prælati fratrum pro tempore exiſtentes, & quibus ipſi de ſuis fratribus duxerint concedendum, omnibus prædictis indultis in genere vel in ſpecie hactenus conceſſis & in poſterum concedendis uti, potiri & gaudere libere & licite poſſint, & valeant, habentes omnia pro ſufficienter expreſſis, tanquam ſi de verbo ad verbum insererentur, non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis præſertim Sixti IV. incipiente: & ſi dominici gregis, ac bulla cœnæ Domini, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque. Dat. Cæſarauguſtæ ſub annulo piſcatoris die x. maii MDXXII. ſuſcepti a nobis apoſtolatus officii anno I.*

Franciſcanis conceſſa authoritas.

Strenue ac feliciter a Minoritis Americanis Chriſtiana fide informandis navatam fuiſſe operam inferius videbitur: de qua fidei propagatione in Africa & utraque India orientali & occidentali Joannes Eckius hæc ſcripſit (b): *Prævidens in ſpiritu David dixit* (c): In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum; *quamvis ibi quæſtio occurrat an evangelium ab Apoſtolis per univerſum terrarum orbem ſit prædicatum; nonne multæ adhuc quotidie inveniuntur inſulæ & nationes antea incognitæ, quibus Apoſtoli nunquam prædicarunt fidem: ejuſmodi ſunt Blemii, Nigritæ, & alii populi multi. De iis ſic ait* Au-

CII.

Evangelium tranſlatum ad gentes exteras.

(b) Eckius to. 3. hom. 2. de Aſcenſ. Chriſt. 180.

(c) Pſ. 118.

(a) Aug. ad Heſic. um in fin.

Auguſtinus (a): Quo pacto ab Apoſtolis eſt prædicatio iſta completa, quando adhuc uſque ſunt gentes, quod certiſſimum eſt nobis, in quibus modo cœpit, & in quibus nondum cœpit impleri? *Non itaque ſic dictum eſt Apoſtolis, tanquam ipſi ſoli quibus tunc loquebatur tantum munus fuerint impleturi, ut fierent teſtes Jeſu uſque ad extremum terræ; ſed illa Davidis prophetia quotidie adhuc habet impleri. Et hæc ſane ſententia Auguſtini noſtris adhuc illorum temporum geſtis confirmatur, quando invictiſſimus & catholicus Imperator Carolus, illiuſque avus Ferdinandus Rex Caſtiliæ & Aragoniæ tot inſulas novas invenerunt verſus occaſum ſolis, quarum aliquæ nondum ſunt diſcopertæ, ut vocant nautæ, hoc eſt navigio emenſæ: ea autem ſunt amplitudine, ut quaſi juſtum integrumque mundum conficiant.*

Anno

I. Miſſus ab Hadriano internuntius pro revocandis ad officium Germanis.

(a) Coclæus hoc ann. in actis & ſcript. Luth.

ANno poſt Chriſtum natum milleſimo quingenteſimo vigeſimo tertio indictione decima, agebantur Nurembergæ ſolemnes Germanorum principum, ordinumque imperii conventus anno ſuperiore cœpti: *In quibus*, ait Coclæus (a), *multus vtriuſque tractatus fuit in negotio fidei; nam & Hadrianus VI. Romanus Pontifex quendam eo miſerat archiepiſcopum Franciſcum Cheregatum virum diſertum cum pleniſſima inſtructione & paterna oblatione ad mitigandos animos Germanorum, ne prorſus a ſede Apoſtolica abalienarentur; nam & ipſe Germanus erat, & ſumma laude integritatis verſatus fuerat in aula Cæſaris, cui & fideliſſimus extiterat præceptor diſciplinarum non ſolum apud Germanos, verum etiam apud Hiſpanos, quos & rexerat dum abeſſet procul in Germaniis Hiſpaniarum Rex catholicus Cæſar. At quanto benignius ſeſe offerebat Pontifex, tanto ferocius agebant Lutherani: quippe Lutherus ipſe ubi vidiſſet breve apoſtolicum Hadriani [quo is a Lutheriſmo dehortatur Chriſtianos, ut erat vir doctiſſimus ac ſummus theologus] convitioſiſſimum in eum edidit libellum, & reliqui Lutherani maxime queritabantur contra abuſus Romanæ curiæ, de quibus tamen abolendis Pontifex ipſe benigniſſime omnem operam ſuam ultro pollicitus fuerat.*

Lutherani ex clementia pontificia efferati.

Inepte fingunt Pontificem ſua auctoritate abuti.

II. At internuntius pontificius principes ordineſque imperii urſit, ut de conficienda expeditione ad Turcas Pannonia depellendos ſalubria conſilia explicarent; tum ad imminentia mala avertenda, hæreſimque, ne latius graſſaretur, reſtinguendam, Leonis X. & Caroli V. edicta adverſus Lutherum & ejus ſectatores exequerentur: non defuturum autem pontificem ſuo muneri in tollendis acerbioribus imperiis, ſi quæ Germaniæ a Romana curia impoſita eſſent, mitigandis exactionibus, abolendis corruptelis, ſi quæ irrepſiſſent, atque etiam concilium œcumenicum ad reſtituendam in priſtinum ſplendorem diſciplinam eccleſiaſticam motuſque omnes ſedandos in Germanica urbe celebraturum. At quamvis adeo juſta poſceret Hadriani nomine legatus, Nurembergenſes tamen cœtus permovere non potuit, ut pontificium cæſareumque mandata conficerent: ſed ſaluberrimis conſiliis, quæ Pontifex divino afflatus ſpiritu pro Germaniæ ſalute proponebat, repudiatis, inania diffugia ſubornati politicorum arte captaverunt, aptiora remedia præſentibus malis adhibitum iri ſimulantes; ut reſponſum ab ipſis internuntio pontificio redditum oſtendit (b).

(b) Ext. apud Dolg. to. 1. p. 452.

Reſponſio illuſtriſſimorum ac reverendiſſimorum principum, nec non aliorum ſacri Romani imperii ordinum pontificio legato reddita.

Corruptorum principum reſponſa.

Sereniſſimus & illuſtriſſimus princeps & dominus D. Ferdinandus ſacræ cæſareæ maieſtatis locumtenens, nec non reverendiſſimi in Chriſto patres illuſtriſſimi, reverendi, ac illuſtres principes electores, aliorum omnium ordinum hujus ſacri Romani imperii conventus proceres, literas beatiſſimi in Chriſto patris & domini domini Hadriani ſanctæ Romanæ & univerſalis Eccleſiæ Pontificis optimi & maximi in forma brevis, ſimulque ea, quæ veſtra, reverendiſſima dominatio verbo propoſuit, tandemque inſtructionem quam ſcriptis nomine ſuæ beatitudinis præſentavit in negotio Lutheranæ factionis cum debita honoris & reverentiæ exhibitione, atque non ſine ſingulari animarum gratitudine acceperunt, & diligentiſſime intellexerunt.

III. *In primis eo quo ſereniſſimus & illuſtriſſimus princeps & dominus locumtenens, cæterique principes, electores, & hujus ſacri conventus proceres noverunt beatitudinem Pontificis ex nobiliſſima Germanica natione originem traxiſſe & natum eſſe, cujus eximias ac præſtantes animi & corporis dotes virtuteſque toto fere orbe, etiam dum in minoribus eſſet, celebratas jampridem perſpicuas habent; quare de ſuæ beatitudinis ad ſummum apoſtolatus apicem concordi ac divina electione & vocatione incredibili quadam animorum hilaritate & lætitia ſunt affecti, aguntque Deo optimo maximoque ſummas gratias, quod ſanctæ ſuæ Eccleſiæ de tali ac tam digno optimoque paſtore providere dignatus eſt, eu animoque precantur, ut pro ſua ſumma clementia, & perpetua ſui nominis gloria, animarumque ſalute, & Eccleſiæ univerſalis incolumitate, ſuæ beatitudini omnem felicitatem rerum, atque corporum diutinam proſperitatem largiri velit: nihil dubitantes quod ex hac tam ſancti & virtuoſi paſtoris concordi electione ſanctæ Chriſtianæ catholicæque Eccleſiæ plurimum fructus & ſalutis ſit eventurum: cujus rei evidens facit argumentum, quod ſua beatitudo iterum atque iterum teſtatur, nihil ſe tam die noctuque cogitare, quam ut in curando grege ſibi commiſſo boni paſtoris partes modis omnibus præſtare poſſit, inprimiſque ſibi curæ eſſe Chriſtianorum principum animos jam nimis inter ſeſe diffidentes ad pacem & concordiam incundam componere, deponendaque arma*

Fallax præludium.

ant ſi bellandum eſſet, ea in fidei hoſtes convertanda (quotidianis fere literis hortari precarique) hactenus non deſtitit, ſimulque declarando quanta hujus tam ſancti & præclari deſiderii [juvando & ſubſidia mittendo Rhodianis militibus cum incommodo ſuæ rei familiaris] re ipſa ediderit exempla: ex quibus omnibus ſacræ cæſareæ majeſtatis dominus locumtenens, cæterique hujus ſacri imperii ordines non mediocrem ſpem & conſolationem cum maxima animorum gratitudine accepere, plane intelligentes hanc concordiam Chriſtianorum principum in omnibus rebus gerendis ac ordinandis non minimum momenti habere, ſine qua profecto nec reſpublica Chriſtianæ religionis recte curari vel inſtitui, multoque minus tyrannidi immaniſſimi Turcæ commode obſiſti poterit quemadmodum hæc ex his, quæ reverendiſſimus dominus ſuæ beatitudinis nuntius apoſtolicus nuper cum pro ſubſidiis Hungarorum regno decernendis perorando propoſuit, ſimulque ex his, quæ per ſereniſſimi Hungarorum Regis & illius regni legatos lamentabiliter expoſita & declarata ſunt, quas ſcilicet calamitates, injurias, & ad extremum uſque exitium Hungarorum regnum ab impiis hoſtibus tulerit, in dieſque majora timere habeat, abunde intellecta ſunt.

Vertenda in Turcas arma & ſubveniendum Ungaris profitentur.

IV. *Quare ſereniſſimus princeps ſacræ cæſareæ majeſtatis locumtenens, cæteriſque principes electores & ordines ſummo ſtudio ex animo orant, ut ſua ſanctitas in hoc ſancto propoſito ea, qua cœpit, diligentia, ut pius pater & verus paſtor, pro incumbentis officii ſui debito pergat, nihilque intentatum relinquat, quo Chriſtianorum principum diſſidentes animos ad pacem reducat; vel, ſi id in totum fieri non poſſit, ſaltem ad tempus in tanta temporum & rerum neceſſitate inducias facere laboret, quo inſtantibus Chriſtianæ reipublicæ periculis, & Turcæ perfidiſſimi conatibus Dei auxilio communibus Chriſtianorum copiis & commodius faciliuſque obſiſti, & Chriſtianus populus ab illius tyrannide liberari poſſit: pro quo ſereniſſimus princeps locumtenens, aliique principes Germani una cum cæteris potentatibus omni ope & opera fideliter ſunt laboraturi.*

Hadriani monita ad principes ut hæreſim Lutheranam extinguant.

Deinde ſuæ beatitudinis literæ, ſimulque inſtructio per ſuæ beatitudinis nuntium apoſtolicum coram ordinibus imperii oblata continebant, ſuam beatitudinem maximo dolore affligi ex proſperatione ſectæ Lutheranæ, ob id potiſſimum, quod innumerabiles animæ Chriſti ſanguine redemptæ, ac ſuæ beatitudinis curæ commiſſæ, illius occaſione a vera religione avertantur, atque in perditionem eant: ob id ſuam beatitudinem vehementiſſime deſiderare, ut huic peſti celerius occurratur, ne deteriora inde contingant, cum explicatione quarundam neceſſariarum rationum, quæ principes Germanos ad hæc quam celerius conandum maxime movere poſſint ac debeant: in primiſque adhortando, ut ſententia per ſedem Apoſtolicam in Lutherum legitime lata, & poſt ſacræ cæſareæ & catholicæ majeſtatis edictum, ſuper ejuſdem ſententiæ executione in proximis comitiis Wormatiæ habitis decretum debitæ demandentur executioni.

Ad hæc ſacræ cæſareæ majeſtatis locumtenens, & principes, aliique ordines dicunt, ſe non minus quam beatitudinem Pontificis ex animo dolere de impietatibus, animarum periculis, & incommodis, quæ in Chriſtiana religione ex Lutherana ſecta aliiſve provenerint; quidquid enim auxilii & conſilii pro extirpandis erroribus, & animarum periculis amovendis ſua moderatione præſtare nuquam poterunt, ſunt pro ſumma ſua in Chriſti religionem devotione & pietate paratiſſimi, ingenueque agnoſcunt ſe & beatitudini Pontificis, & ſacræ cæſareæ majeſtati, ut Chriſtianos decet principes, ad omnem obedientiam eſſe obnoxios. Sed quod ſedis Apoſtolicæ ſententia in Lutherum lata, ſimulque ſacræ cæſareæ majeſtatis edictum non ſit debitæ executioni demandatum, non ſine maximis urgentiſſimiſque rationibus, ut puta ne pejora inde cauſarentur, &c. hactenus prætermiſſum eſt: majori namque populi parti jampridem perſuaſum eſt, & modo Lutheranis libris ac dogmatibus populorum opinio ſic informata, ut jam pro comperto habeant, nationi Germanicæ a curia Romana per certos abuſus multa & magna gravamina & incommoda illata eſſe: ob id, ſi pro executione Apoſtolicæ ſedis ſententiæ vel imperatoriæ majeſtatis edicti quippiam acerbius attentatum eſſet, mox popularis multitudo ſibi hanc ſuſpicionem animo concepiſſet; ac ſi talia fierent pro evertenda evangelica veritate, & ſuſtinendis manutenendiſque malis abuſibus impietatibuſque unde indubie aliud nihil, quam graviſſimi tumultus populares, inteſtinaque bella ſperanda eſſent; quemadmodum ex multis ac variis rerum argumentis principes, aliique ordines jam plane didicere & cognovere. Opportunioribus itaque remediis his malis in hac potiſſimum temporum difficultate ſuccurrendum eſſe exiſtimant. Maxime vero in ea re aberrarunt; nam ob toleratum hæreſiarcham civilibus bellis Germania cruentata eſt.

V.

Reſponſum metu belli civilis Lutherum non poſſe opprimi.

Hæreſim pro evangelica veritate hauſtam a plebe.

VI. *Nam quemadmodum & reverendiſſimus dominus nuncius apoſtolicus nomine beatiſſimi Pontificis in ſua inſtructione inter alia*

pie,

Digitized by Google

Propter peccata Chriſtianorum emerſiſſe hæreſim.

pie, Chriſtiane, & vere fatetur, & agnoſcit, quod Deus hanc Eccleſiæ ſuæ perſecutionem inferri permittit propter peccata hominum, pollicetúrque beatitudinem Pontificis omnem adhibituram operam, ut primum Romana curia, unde forte omne hoc malum proceſſit, reformetur; ut ſicut inde corruptio in omnes inferiores emanavit, ita etiam ab eadem ſanitas & reformatio omnium emanet. Ad hæc beatiſſimus Pontifex pio ac paterno amore teſtatur, ſibi, etiam dum in minoribus eſſet, plurimum diſplicuiſſe, quoties concordatis principum per curiam Romanam derogaretur: ſuæ beatitudini hanc certiſſimam eſſe ſententiam, etiamſi principes nunquam requirerent, ſui pontificatus tempore penitus abſtinere, unicuique & maxime nationi Germanicæ jus ſuum conſervare, illique nationi peculiares favores impendere. Quis itaque ex his omnibus non videt, ſanctiſſimum Pontificem nihil penitus illorum omittere, quæ vel pius pater & verus paſtor ovibus ſuis unquam vel præſtare poſſet, vel debeat? quis etiam per hæc ad veram pietatem filialem, amorem, & erratorum ſuorum emendationem non moveretur; maxime ubi ſua ſanctitas hæc tam pia ſanctaque inſtituta opere ipſo, uti cœpit, præſtiterit? quemadmodum ſereniſſimus dominus locumtenens, cæterique principes, & omnium hujus imperii ordinum proceres indubie ſperant, idque pro ſumma immortalis Dei gloria, animarum ſalute, ac publica pace & tranquillitate ſervanda, fieri ex animo efflagitant, orantque.

VII. Illata ſibi graviora onera queruntur Germani.

Nam niſi iſtiuſmodi abuſus, & gravamina, ſimulque certi articuli, quos ſæculares principes juxta hæc ſpecialiter deſignatos ſcriptis exhibebunt, fideliter reformentur, vera pax & concordia inter eccleſiaſticos ſæcularéſque ordines, hujuſque tumultus & errorum extirpatio per Germaniam minime ſperanda eſt: nam ex longis & variis bellorum tumultibus, quibus Germania noſtra multis annis interturbata; item ob alia gravamina & incommoda, quæ huic nationi hactenus incubuerunt, hæc natio pecuniis ac divitiis adeo eſt extenuata & exhauſta, ut etiam jam pro neceſſaria juſtitiæ ac pacis conſervatione in his deficiat: multo majori itaque incommodo & difficultate Hungarorum regno & Croatis petita auxilia contra Turcam præſtare poterit.

VIII. *Cum autem ordines ſacri Romani imperii nihil dubitent, beatitudinem Pontificis pro comperto habere, principes Germaniæ in ſolutionem annatarum ad aliquot annos ſedi Apoſtolicæ ſolvendarum, ea lege ac conditione conſenſiſſe, ut illæ in oppugnationem perfidiſſimi Turcæ, & defenſionem fidei catholicæ converterentur; ex quo autem numerus annorum, intra quos annatæ illæ ſolvi debeant, nunc longo intervallo tranſit, neque annatæ illæ a beatitudinis ſuæ prædeceſſoribus Pontificibus Romanis in hunc uſum, in quem decretæ ſunt converſæ; ob id, ſi modo neceſſitate exigente communia auxilia in oppugnationem Turcæ per Germaniam eſſent decernenda & colligenda; cauſatur inde populus Germanicus quare annatæ prius jam multis annis in hunc uſum reſervatæ ad hoc opus non applicentur averſaturque alia in ſe ob hanc cauſam gravamina recipere, ex quo prælati eccleſiaſtici pro annatis ſedi Apoſtolicæ ſolvendis ut plurimum ſuis ſubditis ſuper indicta & collectas imponere, & talia ab eiſdem recuperare cauſaverunt: quare illuſtriſſimus princeps dominus locumtenens, aliique principes, & imperii Romani ordines vehementer orant, ut beatitudo Pontificis velit hæc & alia paterno affectu conſiderare, & illas annatas, quæ poſt obitum epiſcoporum aliorumque prælatorum, ſeu eccleſiaſticorum ad curiam Romanam ſolvendæ fuerint, in futurum non exigere, ſed illas fiſco Romani imperii applicandas relinquere; ut eo commodius juſtitia, pax, & tranquillitas nationi Germanicæ conſervari, & reſpublica eo melius per hæc ordinari, poſſintque per Germanicam nationem aliis Chriſtianis potentatibus contra Turcam communem hoſtem auxilia & præſidia præſtari quod alias ac abſque eo minime ſperandum erit.*

Mota de annatis quæſtio injuſta.

Inania argumenta politicorum ſacra affectantium.

IX. Conſulti principes; ab Hadriano quibus modis opprimi hæreſis poſſit.

Item cum beatitudo Pontificis inter alia deſiderat informari quibus mediis huic Lutherano errori commodius obviari poſſit, ut ea, quæ per ſuam beatitudinem providenda fuerint, celerius curari poſſint: ad hæc illuſtriſſimus princeps dominus locumtenens, aliique principes & ordines dicunt; quidquid hac in re pro pietate & Chriſtianæ religionis devotione utilitatis & auxilii præſtare poterunt, ſunt, eruntque ſemper animo paratiſſimi: ex quo autem hoc ſæculum in omni ſtatu tam eccleſiaſtico quam ſæculari corruptiſſimos habeat mores, ſintque non tantum ex parte Lutheranæ ſectæ, ſed ex aliis cauſis multi errores, abuſus, & corruptelæ, quæ ita inoleverunt, ut iſtis opportunis remediis provideri ſummopere neceſſarium ſit; ob id, ſimulque propter immenſam tyrannidem crudeliſſimi Turcæ, quæ multis jam annis Chriſtianitati multa incommoda & calamitates varias intulit, hodieque majora inferre molitur, nullum itaque commodius, efficacius, & opportunius remedium illuſtriſſimus dominus princeps locumtenens,

tenens, cæterique principes, & ordines cogitare poſſunt, quam quod beatitudo Pontificis, accedente ad hæc ſacræ cæſareæ majeſtatis conſenſu, liberum Chriſtianum concilium ad locum convenientem in natione Germanica, quanto ocyus & celerius fieri poſſit, videlicet in Argentoratum, vel Moguntiam, Coloniam Agrippinam, vel ad civitatem Metenſem vel alium convenientem locum in Germania indiceret, nec ultra unius anni ſpatium [ſi poſſibile foret] hæc concilii convocatio & deſignatio differretur; & quod in tali concilio eis, qui intereſſe deberent, eccleſiaſtici vel laicalis ordinis, non obſtantibus quibuſcumque juramentis, & obligationibus, libere liceret loqui & conſulere pro gloria ſummi Dei, & ſalute animarum proque republica Chriſtiana, abſque aliquo impedimento; quinimmo quilibet ad hæc debeat eſſe obnoxius, ut non dulcia, ſed vera & meliora conſulat ſumma cura & diligentia per ſalutem animæ ſuæ, & abſque aliqua adulatione doli, vel fraudis ſaſpicione.

Poſtulatum concilium œcumenicum contra Lutheranos.

Ne ultra annum indictio differatur.

X.

Verum quibus modis & rationibus interim, & medio tempore iſti tumultus, & populi errores poterunt pacari, interteneri, & compeſci, maxima cura & diligentia illuſtriſſimus & sereniſſimus dominus locumtenens, & alii principes conſuluerunt; cum non minima pars iſtius negotii ex hac medii temporis intercapedine pendeat. Itaque deliberaverunt inprimis, ex quo Lutherus, & aliqui illius ſectatores in ditione ac territorio illuſtriſſimi ducis Friderici Saxoniæ principis electoris, &c. agant; ob id illuſtriſſimus princeps locumtenens & alii ordines imperii apud prædictum principem Saxoniæ ſumma diligentia curare volunt, & per eumdem principem efficere ſperant, ne Lutherus & ſui ſectatores aliquid amplius ſcribat, edat, & typis excudi faciat, indubieque ſibi perſuadent, quod prædictus illuſtriſſimus princeps Saxoniæ pro ſua in religionem Chriſtianam pietate, & in ſacrum Romanum imperium obſervantia & obedientia, ut virtute præditum decet principem electorem, omnem operam in hac re ſis adhibiturus. Curabuntque ſimul illuſtriſſimus dominus locumtenens principes, & imperii ordines, ut per omnem Germaniam cum divini verbi concionatoribus, ſive prædicatoribus, diligenter agant, ne in populum Chriſtianum ſpargant, vel dicant ea, per quæ poſſit popularis multitudo ad tumultum, vel rebellionem moveri, aut in aliquem errorem induci; ſed quod nihil præter verum, purum, ſincerum, & ſanctum evangelium, & approbatam ſcripturam, pie, manſuete & Chriſtiane juxta doctrinam & expoſitionem approbatæ, & ab Eccleſia Chriſtiana receptæ ſcripturæ doceant & prædicent, omniaque ab illa omittant, quæ a populo doctius & ſanctius ignorantur, quam ſciantur, quæve ſubtilius indagare, & ad imum uſque exigere minime expedit, nihilque in populo per concionem diſputationum moveant, ſed quidquid controverſiæ fuerit uſque ad determinationem futuri concilii reſervent.

Jactata promiſſa ne Lutherus ſcribat impia.

Non verbis ſed ferro & igne res agenda fuit.

XI.

Qua decernenda ſint pro reprimenda hæreſi.

Ordinabunt præterea archiepiſcopi & epiſcopi & alii prælati per ſuas diœceſes, viros doctos, probos, & ſacris literis peritos, qui prædicantibus fideliter & diligenter intendere debebunt; & ſi quid ab illis vel erratum vel minus idonee dictum eſſe offenderint, pie, manſuete, ac modeſte eos corrigent & informabunt in hunc modum, ne quiſpiam ſuſpicari poſſit, ut veritas evangelica per hoc impediri quæratur: qui prædicatores ſi tales monitores audire nollent, nec a ſuis ineptiis abſtinere, debebant per locorum ordinarios congruis pœnis coerceri, & puniri. Præterea in omnibus bibliothecis & apud typographos diligentiſſime, quantum poſſibile erit, providebunt, ne in futurum aliquid novi typis excudatur, maxime ne libelli famoſi nec publice neque ſecrete vendantur: & ordinabuntur apud omnes poteſtates, ut ſi quiſpiam aliquid novi edere, vendere, vel typis exudere voluerit, ut prius per aliquot viros probos, doctos, & literarum peritos iſta revideantur & recognoſcantur & niſi per eoſdem admiſſum vel approbatum fuerit, minime vendatur, excudatur, vel publicetur: & per hæc media ſperant, quod hoc tempore poterit iſtis tumultibus, erroribus, & offendiculis commodius mederi, maxime ubi beatitudo Pontificis in iſtis gravaminibus congruam & debitam faciet reformationem & proviſionem, atque liberum & Chriſtianum deſignabit concilium: per hoc enim maxime ſatisfieret populari, & nunc fluctuanti multitudini; & ſi tumultus tam illico in totum forſan per iſta ſedari non poſſet, nihil tamen dubitant, quod major pars iſtius per hunc modum ad tranquillitatem & pacem moveretur; indubie enim multi probi & boni viri Chriſtiani futurum & proxime indicendum concilium magno deſiderio eſſent expectaturi.

XII.

Ignavum pro coercendis apoſtatis ſacerdotibus reſponſum.

Poſtremo de presbyteris, qui matrimonium contrahunt, & de religioſis, qui relictis monaſteriis ad ſæculum redeunt, de quibus reverendiſſimus dominus nuntius apoſtolicus etiam inter cætera meminit, conſiderant principes & imperii ordines, ex quo in legibus civilibus nulla pœna ſpecialiter ſuper his ſit ſtatuta; ob id congruum & juſtum ipſis viſum eſt, ut tales per eorum ordinarios debita pœna ſacris canonum

con-

conſtitutionibus ſuper hoc expreſſa, ut puta amiſſione beneficiorum & privilegiorum & aliis condignis pœnis puniantur & coerceantur, & quod ordinarii illi a poteſtatibus ſæcularibus in iſta animadverſione & puniſione minime impediantur; ſed quod pro tuitione jurisdictionis eccleſiaſticæ eis auxilium & favorem impendant, & ſuper his omnibus publica mandata & edicta faciant, ne quiſquam ordinarios in punitione & coercitione talium impediat; ſed quando alias illi votorum tranſgreſſores in ditione & territorio alicujus principis, vel poteſtatis ſæcularis delinquerent, quod ex tunc debitis & congruis pœnis puniantur, & coerceantur, &c.

XIII.
Principum Germanorum inertia hæreſeos alumna.

Hæc principum Germanorum Nurembergenſem conventum agentium erga Lutherum ejuſque ſectatores hæreticos indulgentia attulit Germaniæ, immmo univerſo Chriſtiano imperio maxima exitia; neque enim palpandus manu erat hæreſeos draco, ſed ferro & igne delendus antequam adoleſceret, circa quod Joannes Faber inſignis theologus ita graviter diſſerit (a): *Conſimiles hæreticos numquam non ejecerunt, extinxerunt, & dignas de eis pœnas ſumpſerunt majores noſtri. Paulus ſathanæ eos tradidit: Chriſtus de illo ſale infatuato mentionem faciens, nihil ultra valere docet, niſi ut proiiciatur & conculcetur ab hominibus; Joannes evangeliſta Ceriñsbum hæreticum fugit: Cyprianus cum hæretico loqui noluit; & Auguſtinus docet Imperatores in hæreticos animadvertere debere. Ita Imperatores Theodoſius in Neſtorianos Valentinianos, & Martianus in Manichæos, & alii in alios hæreſi notatos animadverterunt. Item Juſtinianus Imperator proprios de hæreticis titulos conſcripſit; nam haud facile dixerim quantis curis ab his igneis ſerpentibus cavendum exiſtat, quam vitandæ iſtæ ſint pernicioſiſſimæ beſtiæ, quæ [ut propheta ait] plaga ſunt populi; ſunt enim ignis: & in univerſum, ut ignem in ſinu fovere, aut ſerpentem manu geſtare, ita hæreticum ſecum tolerare periculoſiſſimum eſt.*

(a) Jo. Fab. lib. de interceſſ. ſanctor.

Crudelitas eſt ſomma hæreticorum miſereri.

XIV.

Franciſcus autem Cheregatus internuntius pontificius cum ſuperiori reſponſo juſta Hadriani Pontificis poſtulata univerſæ Germaniæ ſaluberrima eludi, atque hæreſi liberas furoris habenas laxari illa indulgentia, qua prodebantur homines innocui, cerneret, obtenſos a politicis Nurembergenſibus fucos excutere, inſtare ut judiciaria ſeveritas ex pontificis cæſariſque edictis in Lutherum & ſectatores pro aſſerenda catholica religione adhiberetur, non deſtitit, porrecto libello (b), in quo oſtendit quam indignum avita pietate ac pernicioſum rei Chriſtianæ eſſet, cœtus Nurembergenſis reſponſum hoc nimirum oboritura graviora mala, ſi in Lutherum animadverteretur; quandoquidem ille in dies impietate, audacia, ac furore augebatur, totiſque viribus ad religionem evertendam incumbebat; neque etiamſi aliqui populares motus ſecuturi eſſent, ab ejus ſupplicio temperandum; nec ſi pontificia curia gravamina aliqua non injuſta Germanicæ nationi impoſuerit, propterea a fide catholica deſciſcendum, hæreſique laxas dandas habenas: cæterum ſi qua concitaretur ab hæreticis ſeditio, dum meritis pœnis afficerentur, non defutura ad illam comprimendam ſubſidia: de concilio vero œcumenico a Germanis poſtulato ſubjecit, ut ea, qua decebat ratione peteretur, qua ſcilicet Pontifici leges dari non viderentur. Inſtitit præterea ut nulli ſacrum ſuggeſtum aſcendere, niſi ab epiſcopis approbati ſinerentur: ne libri, niſi facta ab iiſdem poteſtate typis excudi aut diſtrahi permitterentur: tum ut clerici uxorem ducere audentes, ac religioſorum ordinum apoſtatæ, non a laicis, ſed ab eccleſiaſticis tantum judicibus punirentur; cujus libelli exemplum infra ſcriptum eſt.

Monita Cheregati internuntii pontificii
(b) Ext. apud Dolgaſt. to. 1. p. 451.

Replicatio.

XV
Ejuſd. ad Ferdinandum & principes reſponſum.

Sereniſſime cæſareæ majeſtatis locumtenens, reverendiſſimi patres, illuſtriſſimi principes, & totius ſacri cæſarei ſenatus ordines ampliſſimi. Cum pridie mihi longo tempore expectanti datum fuerit tandem a vobis reſponſum in re Lutherana, volui illuſtriſſimis dominationibus veſtris non ſolum verbo, ſed & litteris indicare, quam parum mihi illud ſatisfaciat, & per conſequens Pontifici maximo, ac univerſæ Chriſtianitati ſit minus ſatisfacturum: & omiſſis multis, quæ de pietate, fide, & obſervantia veſtra erga ſanctiſſimum dominum noſtrum & ſanctam ſedem Apoſtolicam in prœmio veſtri reſponſi habentur, de quibus tamen nomine ſuæ ſanctitatis veſtris illuſtriſſimis dominationibus gratias ago; veniam tandem ad ea, quæ ſuppletione, correctione, & declaratione indigere videntur; reliqua prout ſtant quatenus placeant ſanctiſſimo domino noſtro acceptanda.

Et primo quantum pertinet ad id, quod illuſtriſſimæ dominationes veſtræ dicunt, & ſe excuſando aſſerunt, quod attento quod populis Germaniæ ſit perſuaſum, quod ipſis multa gravamina a curia Romana ſint illata, & ab ipſa multa ſcandala & incommoda in dies patiantur, non fuiſſe viſum ſibi expedire, ut ſententia Apoſtolicæ ſedis & imperiale decretum debitæ executioni mandetur, ne inde contingat pejora & acerbiora mala provenire. Ad hoc re-

pli-

Digitized by Google

plicatur, quod nec ſanctiſſimus dominus noſter, nec cæſarea majeſtas, nec ullus Chriſtianorum principum expectavit unquam tale a vobis reſponſum in hac re dari: nam ſi Lutherus ante ſententiam apoſtolicam tot clariſſimorum virorum ac univerſitatum judiciis fundatam, & denique ante cæſareum decretum ipſiuſque edictum erraverat in uno, poſt eandem ſententiam & decretum erravit in longe pluribus; & nihil reliquum fecit, quominus tota orthodoxa religio a fundamentis everſa ſit: quapropter cum pœnæ debeant de jure commenſurari delicto, attento quod in dies magis cum ſuis ſequacibus erravit & errat, ut notorium eſt debeant pœnæ ipſe augeri atque gravari; & non diminui, prout ex præſenti veſtro decreto fit. Et quantum ad reſponſum ipſum; ex eo in primis offenditur divina majeſtas, cujus cauſa tam ſegniter curanda proponitur: offenditur Pontificis & Apoſtolicæ ſedis dignitas: offenditur poſtremo imperialis culminis celſitudo, quorum decreta & ordinationes tam impune ſuſpenduntur, abrogantur, deprimunturque: offenditur & pariter communis honor veſter; cum omnes unanimes interfueritis eidem imperiali decreto, decernendo & veſtram authoritatem præſtando. Nec ſatisfacit illa ratio, quod propter ſcandala evitanda dicta apoſtolica ſententia & imperiale edictum exequi non debeant, nam non ſunt toleranda mala, ut proveniant bona; & magis ſunt curanda ea, quæ pertinent, ad animæ, quam ad corporis ſalutem. Neque videntur excuſandi, qui Lutherum ſectari velint, quod propter ſibi inflicta ſcandala & gravamina a curia Romana (etiam ſi verum illud eſſet) deberent ab unitate catholicæ fidei propterea reſilire, & in profundum malorum ſe præcipitare; nam omnia potius mala deberent æquo animo & patienter ſuſtinere, quam ſe & animam ſuam cum animæ periculo in præcipitium dare: & ſi illud in omni tempore præſtare debuiſſent, quanto magis deberent reſipiſcere, cum intelligant Deum optimum maximum dediſſe Eccleſiæ ſuæ ſanctæ paſtorem optimum, paſtorem inquam ſanctiſſimum, eundemque Germanum, qui non ſolum univerſam Eccleſiam ſit curaturus & inſtauraturus, ſed etiam Germaniam ſuam ad priſtinam pietatem reſtituturus, ac pluribus & inſignibus donis in his, quæ honeſte poterit illuſtraturus. Quare, principes illuſtriſſimi & excellentiſſimi, vos totis affectibus rogo, & vehementer obteſtor, ut his rationibus veriſſimis adducti velitis, antequam hujuſmodi celeberrimus veſter conventus diſſolvatur, omnino ſtatuere & firmiter deliberare, quod eadem apoſtolica ſententia ac imperiale edictum exequatur & executioni mandetur ſine aliqua diminutione: cum ex hac magna pars, quinimmo tota Germaniæ ſalus dependeat: & ſi in aliquibus Germani populi, ut aſſeritur, ſint a curia Romana gravati, illud declarent; nam ſemper Apoſtolica ſedes, quæ eſt mater piiſſima omnium oppreſſorum parata erit illos ſublevare, & pro viribus juvare, ac tueri.

Pandi aditum a Germanis evertendæ religionis.

Nullam ſubeſſe cauſam cur pontificia & Cæſarea edicta non ſint conficienda.

XVI. Repreſſis hæreticis diſcordias omnes extinguendas.

Quoad ſeditiones & diſcordias, quæ ſunt inter eccleſiaſticos & ſæculares principes Germaniæ, pacandas, ac ad articulos dandos eoſdem moderandos reſpondetur quod ſanctiſſimus dominus noſter, ubi eas ſeditiones, diſcordias, intellexerit, pro officio humeris ſuis incumbenti curabit, ut omnino componantur & extinguantur; cum non minus habeat in filios ſuos & eccleſiæ temporales principes, ac habeat eoſdem eccleſiaſticos: pariformiter moderabitur omnia inter eos, ut unuſquiſque habeat quod ſuum eſt, & neutri injurietur. Quoad annatas non perſolvendas Romæ, ſed in Germania retinendas pro ſuſtentatione imperialis gubernii, habita ea declaratione, quæ facta eſt verbo difficultate, quæ fieri poſſit ad eam concedendam; reſervatur reſponſio ipſi Pontifici, quæ dabitur vel imperiali regimini vel futuro principum conventui, prout magis expedire ſuæ ſanctitati videbitur.

XVII.

Quoad conſilium, quod datur per illuſtriſſimas dominationes veſtras, quod attentis legitimis cauſis, quas adducunt, ſanctiſſimus dominus noſter debeat convocare œcumenicum generale concilium; replicatur quod illud ſperatur non debere diſplicere ſuæ ſanctitati ob omnes præcipue illas cauſas: tamen petitur, ut illud conſilium aliis verbis magis idoneis reformetur, & quod tollantur ea, quæ poſſent aliquam umbram facere ſuæ ſanctitati, prout eſt, quod ſua ſanctitas debeat convocare concilium de conſenſu cæſareæ majeſtatis, quod ſit liberum, & quod relaxentur juramenta: item quod ponatur magis in una civitate quam in alia & ſimilia &c. quia niſi tollerentur iſta, videretur ſanctitati ſuæ ligari manus per illuſtriſſimas dominationes veſtras, prout in voce declaratum eſt.

Quid circa concilium expetitum ſit reſponſum.

Quoad prædicatores, qui in poſterum fidelibus habebunt prædicare verbum Dei; replicatur quod ſervari debeat illud, quod ſanctiſſimus dominus noſter nuper pie & ſancte ſtatuit & ordinavit de venerabilium fratrum ſuorum conſilio & aſſenſu, quod eſt ut ſtante iſta pernicioſa ſecta in Germania nullus deinceps poſſit prædicare verbum Dei per civitatem vel diœceſim alicujus, niſi ille talis prius fuerit exa-

mi-

Digitized by Google

De prædicando verbo divino ſtatutum fallax ni hæretici plectantur.

minatus per epiſcopum vel officialem ſuum de doctrina & ſufficientia ſua, & eadem fuerit ab eo approbata, vel pro pia & Chriſtiana reputata; & pariformiter, niſi ille talis fuerit ad munus prædicandi per eundem epiſcopum vel ſuum officialem inſtitutus, qui habeat etiam illum amovere & caſtigare, quando a recta via ceciderit: in cæteris placet quantum de dictis prædicatoribus per illuſtriſſimas dominationes veſtras reſpondetur, id eſt quod prædicent evangelium cum interpretatione ſcripturæ, quæ ſit per Eccleſiam approbata.

XVIII. De hæreticorum librorum impreſſoribus.

Quoad impreſſores & venditores ſeu alios divulgatores Lutheranorum librorum, & aliorum qui ſectam ſuam ſuſtinent & fovent; replicatur quod nullo pacto placet data reſponſio, quod curabunt illuſtriſſimæ dominationes veſtræ providere, quantum poſſibile erit, ne tales libri imprimantur vel vendantur, &c. Sed dico in hoc prout in aliis, totaliter debere exequi ſedis Apoſtolicæ & imperialis celſitudinis ſententiam, id eſt quod libri impreſſi & imprimendi comburantur; imprimentes vero & vendentes ſeu alias divulgantes dictos libros juxta eaſdem ſententias puniantur: & in hoc maxime puto debere adverti; nam in hoc ſtat tota vis pro iſta pernicioſa ſecta comprimenda, ne tales libri amplius inveniantur, nam ex illorum lectione omnia hæc mala profecta ſunt. Et quantum pertinet ad id, quod nullus poſſit in poſterum libros novos imprimere, niſi illi tales libri prius videantur & examinentur per aliquem virum doctum; dico in hoc non debere recedi a conſtitutione moderni concilii Lateranenſis, quæ jam eſt in uſu, & eſt, ut nullus ſub pœnis in ea contentis, poſſit aliquos libros imprimere, niſi per ordinarium loci vel ejus officialem tales libri lecti, & examinati ac pro Chriſtianis reputati & habiti ſint.

XIX.

Quoad clericos, qui uxorem ducunt; replicatur quod illa, quæ in reſponſione ſcripta ſunt, non diſplicere videntur, quando in cauda aculeum non habeant. Propter quod petantur verba illa declarari, quæ ſunt in fine capituli dicti reſponſi ſub eiſdem verbis: ſed quando alias illi votorum tranſgreſſores in ditione & territorio alicujus principis vel poteſtatis ſæcularis delinquerent, quod ex tunc debitis & congruis pœnis puniantur & coerceantur &c. dico quod ſi talia verba intelligi debeant ſecundum prædicta, id eſt, quod tales puniantur a ſuis judicibus eccleſiaſticis, bene ſtant; ſed ſi referantur, quod ſæculares principes vel potentes illos punire debeant, in hoc dico & inſtantiſſime peto, tale reſponſum, utpote contra libertatem & jus Eccleſiæ, omnino corrigi debere, & reduci ad verum ſenſum: nam ſi principes ſæculares auderent tales judicare & in eos juriſdictionem exercere, eſſet ponere falcem in meſſem alienam, & tangere eos, qui ſunt peculiariter Chriſto reſervati: nec ob tranſgreſſionem voti, ſeu ob apoſtaſiam præſumant credere principes tales ad ſuam poteſtatem vel juriſdictionem devolutos eſſe, ſi delinquent in ſuis dominiis, vel territoriis: cum propter talem tranſgreſſionem vel abuſum ordinis ſui non deſinant propterea eſſe de juriſdictione Eccleſiæ; quia cum remaneant illis character & ordo, ſemper ſunt in ejuſdem Eccleſiæ poteſtate: unde in tali caſu, quod in dominiis principum delinquant, ipſi principes denuntient illos ſuis epiſcopis, vel aliis ſuperioribus, qui eos caſtigent, corrigant, &, ſi opus fuerit, pro viribus ſuis dictos epiſcopos ſeu ſuperiores brachio ſuo juvent, & aliis præſto ſint. Super quibus omnibus & ſingulis petitur per me nuntium apoſtolicum, habita matura deliberatione ab illuſtriſſimis dominationibus veſtris, melius, clarius, ſanius, & conſultius reſponderi.

De puniendis apoſtatis.

XX.

Juſta adeo internuntii apoſtolici poſtulata congregati Nurembergæ imperii Germanici cœtus reſpuerunt, finxeruntque ſe aliis magis neceſſariis rebus diſtrictos, quaſi majoris ponderis ulla res iis poſſet incumbere, quam ut imperia apoſtolica de hæreſi excindenda, imminentibus Germaniæ ſtragibus avertendis, Pannoniæ excidio propellendo conficerent: ſed partim Lutherano ſtudio, partim nefariæ politicæ artis præcepto fallaci obcæcati, immenſis calamitatibus aditum patefecerunt. Datum autem Chiregato reſponſum his verbis conceptum erat: Quamvis principes & reliqui ordines Germanicæ nationis iterum pro verbis verba dare potuiſſent; cum tamen aliis magis neceſſariis occupati eſſent negotiis, pontificium oratorem priori reſponſione contentum eſſe juſſerunt, donec gravamina nationis Germanicæ ſummo Pontifici tranſmiſſa forent, ac inde manifeſtum fieret, num verba ejus tam blanda facta etiam debita ſecutura eſſent.

Internuntii Apoſtolici monita ut inania ſpreta ab impiis politicis.

Finxere ſe occupatos aliis rebus gravioris momenti.

XXI. Permiſſa ab iis convellendæ religionis licentia.

Confuſus indigno hoc reſponſo Apoſtolicæ ſedis internuntius Nuremberga abſceſſit: quid enim indignius, quam hæreticis impunitatem permittere eo fuco, quod vellent prius experiri, num Hadrianus præclaram ſui in Germaniam ſtudii teſtificationem opere completurus eſſet, ac ni vel levia vel conficta onera graviora tollerentur, defectionem ab ſede Apoſtolica, omneque impietatum genus in Germaniam invehere? ſuggerebant

hæc

Digitized by Google

hæc Lutherani, quorum princeps erat elector Saxo, atque laicos principes contra omnem eccleſiaſticum ordinem in conjurationem pellicere annitebatur, ac per eam ſpeciem repellendi civilis alicujus belli, ne ſi quid adverſus Lutherum, qui ſimplicibus populis ſe, ut Dei prophetam ac novum evangeliſtam cœlitus delapſum venditabat, molirentur, univerſi id fieri conclamarent ad perturbandam delendamque evangelicam veritatem, & veteres corruptelas alendas: proinde excolendos prius Romanæ curiæ mores, acerbioraque exactionum mitiganda imperia, atque unius anni flexu ſynodum congregandam: cum enim Cæſar cum Francorum Rege bellum gereret, hæreticis ſpargendæ impietatis habenas laxavit, ne forte tumultus Germaniæ iniicerent; atque diſſimulatione imperium in extremum diſcrimen adduxit, ac pontificia cæſareaque edicta, ex quibus Germaniæ ſalus pendebat, ſumma laude promulgata proteri paſſus impune. Præterita itaque ſilentio cauſa de conſtituendo adverſus Lutherum ſupplicio, id tantummodo elicere a principibus potuit internuntius apoſtolicus, ut ſacerdotes, qui inceſtas nuptias deſertis altaribus moliebantur, ac monachi, qui e clauſtris aufugiebant ad hæreticorum caſtra, ab epiſcopis canonica lege plecterentur: vetarentur typis imprimi vel diſtrahi Lutheri venenatæ elucubrationes: monerentur epiſcopi de idoneis concionatoribus ad populum evangelica lege erudiendum præficiendis: gravamina interim, de quibus effuſæ erant plures in Wormatienſi conventu querelæ, Pontifici expoſitum iri, atque ex ejuſdem decreto & Cæſaris adjumento concilium ad dirimendas exortas de religione lites congregandum: de quibus nomine Cæſareo edictum hoc conſcriptum promulgatum eſt (a).

(a) Ext. apud Dolg. to. 2. p.150.

Carolus V. Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ, Jeroſolymæ Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, archidux Auſtriæ, dux Burgundiæ, comes Hapſpurgi, Flandriæ & Tirolis, &c. univerſis ac ſingulis noſtris, & ſacri imperii electoribus, principibus eccleſiaſticis, ac politici ordinis prælatis, comitibus, baronibus, nobilibus, magiſtratibus, officialibus, civitatibus, & reliquis noſtris & imperii ſubditis, cujuſcumque ſtatus, dignitatis, præeminentiæ, vel conditionis ſint, ad quos hoc noſtrum cæſareum ſcriptum pervenit, deferimus noſtram benevolentiam, & gratiam, atque omnem precamur felicitatem.

Cum in noſtris comitiis atque imperiali conventu Norimbergæ jam habito Pontificis beatitudo per legatum apoſtolicum, preterquamquod de præſidiis atque defenſione regni Hungariæ adverſus Turcam Chriſtiani nominis hoſtem hæreditarium decernenda ſumma cum obteſtatione retuliſſet, etiam Lutheri ſuorumque conſectaneorum doctrinæ ac ſcriptorum, quæ plurima nunc in lucem edunt, per breve, ut vocant, apoſtolicum & inſtructionem, partim quoque ſuis verbis mentionem fecit, ſubindicans ipſam neceſſitatem ſummopere nunc flagitare, ut maturata deliberatione aliqua ſuſciperetur cura, quo ejuſmodi genus doctrinæ & ſcripta, quæ facerent, ad excitandos tumultus inhiberentur, ac ſupprimerentur, addita ſimul obteſtatione, ut cæſareæ noſtræ majeſtatis locumtenens, cæterique electores principes, & ſtatus imperii, communicatis inter ſe ſententiis atque conſiliis, monſtrarent beatitudini ſuæ, quibus mediis, aut qua via Lutheranæ hæreſi occurrendum eſſet, ſuam beatitudinem daturam operam, ne aliquid eorum deſiderati poſſet, quæ ſibi ex officio incumbunt.

XXII.

Ad hæc igitur cæſareæ majeſtatis noſtræ locumtenens, electores principes, & ſtatus imperii, accurata deliberatione habita, prout ratio & commoditas ejus negotii ferebat nullum hoc tempore conſilium efficacius, nec ſalubrius excogitare & reperire potuerunt, quam ut Pontificis beatitudo conſenſu noſtro liberum & Chriſtianum concilium in opportuna quadam civitate Germanicæ nationis celebrandum indiceret, videlicet Argentorati, Moguntiæ, Coloniæ, civitate Metenſi, aut alibi locorum, de quo Pontificis ſanctitati & nobis paciſci liceret; quod tamen intra ſpatium unius anni auſpicandum foret, quemadmodum etiam cæſareæ majeſtatis noſtræ locumtenens, electores, principes, & cæteri ordines imperii ejuſdem conſultationem atque animi ſui ſententiam loco reſponſi perſcriptam, una cum cæteris quibuſdam articulis & gravaminibus aliis, quæ ſuperioribus proximis comitiis Wormatiæ celebratis a ſæcularibus principibus & ſtatibus imperii adverſus ſedem Romanam literis ſunt mandata, beatitudini ſuæ tranſmitti curarunt; ſimul petentes, ut ſanctitas ſua debitam inſpectionem facere, atque reformationem aliquam ſuſcipere vellet. Et præter illam ſui conſilii & ſententiæ declarationem promiſerunt, etiam ſe interim, dum ſynodus convocetur, omnem diligentiam adhibituros eſſe, præcipue vero cum illo magiſtratu, ſub cujus imperio Lutherus & quidam alii ejus ſectatores foventur, magno ſtudio velle agere, ut is efficiat, ne Lutherus aut alii ejus ſectatores porro aliquid novi ſcribant, aut in publicum edant. Deinde ſinguli

Petitum in Germania concilium.

Politicorum pro Lutheranis defendendis larva.

guli

Data promiſſa inania.

guli electores, principes, & ſtatus imperii Romani dent operam, ut in ſuis territoriis, prætor ſanctum evangelium, atque juxta interpretationem doctrinæ jam antea ab Eccleſia Chriſtiana receptæ & approbatæ nihil doceatur. Præterea ne poſthac publicis typis imprimantur, aut vendantur nova ſcripta, niſi prius a doctis quibuſdam viris peculiariter ad hoc deſignandis inſpecta atque explorata ſint, atque admiſſa, quemadmodum iſta omnia uberius in literis ad ſuam beatitudinem tranſmiſſis continentur.

XXIII. Auctoritas epiſcoporum a principibus uſurpata.

Ad hæc etiam ſinguli electores, principes, prælati, cæterique ordines imperii quanta fieri poteſt diligentia in ſuis ditionibus curent atque efficiant, omnes divini verbi concionatores commode & moderate admoneri, ut in publicis concionibus abſtineant ab omnibus iis, quæ tumultibus, rebellionibus, diſcordiis, aut ſeditionibus in ſacro imperio Romano occaſionem præbere, aut alioqui populum Chriſtianum in errorem trahere poſſent, tantummodo ſacroſanctum evangelium juxta interpretationem ſcripturæ a ſancta Eccleſia Chriſtiana approbatæ, & receptæ, ſicut ſupra dictum eſt, proponant ac doceant: & ſi quæ ſint inutiles ac diſputabiles materiæ, ut eas in docendo penitus omittant, ac potius judicium præfati & Chriſtiani concilii expectent.

Archiepiſcopi inſuper & epiſcopi quoſdam ſacrarum literarum peritos viros ordinent, qui ejuſmodi concionibus ac doctrinis diligenter attendant, in quibus ſi forte errores deprehenderint, tum hos concionatores ſive doctores placide, benigne, & prorſus ea moderatione dehortati ſtudeant, ne aliquibus ſuſpicio moveatur, quaſi hoc modo evangelii veritatem impedire aut opprimere velint: quod ſi concionatorum aliqui admonitionibus a ſuo propoſito flecti non poſſent, tum ordinarii dent operam, ut juſtis pœnis, quemadmodum ipſi recte norunt, quid opus ſit facto coerceantur, ne locus detur ſuſpicioni, quaſi veritatem evangelicam velimus impeditam aut ſuppreſſam.

XXIV. Poſtremo cæſareæ majeſtatis noſtræ locumtenens, electores, principes, & ſtatus imperii quantum in ipſis eſt, ſitum in omnibus officinis typographicis, item apud bibliopolas in ſuis territoriis diligenter proſpicient, ne poſthac aliquid novorum ſcriptorum intra tempus futuræ ſynodi excudatur: ſin venum exponatur, aut alioqui, ut vendi poſſit, circumferatur, niſi primum a doctis & in quolibet imperio ad hoc delectis viris, quemadmodum in præcedenti quoque articulo meminimus, recognitum ſit & approbatum. Cæterum ſi quid præterea excuſum, vel ut excudatur ab aliquo, traditum fuerit, in quo vitium deprehendetur, ejuſmodi ſcriptum, præſertim libellos famoſos, nemini ſub gravi pœna excudere, vel excuſos diſtrahere licebit: ſed hæc ita interdici, & omnino ſervari debent.

De perſonis eccleſiaſticis matrimonium contrahentibus, item de religioſis perſonis deſerentibus ſua monaſteria, cum in communi jure civili nulla peculiariter conſtituta ſit pœna, valeant, & ratæ ſint illæ, quæ jure canonico in tales decernuntur, amiſſio videlicet libertatis, privilegiorum, beneficiorum, & aliarum rerum, atque ut ordinarii in exequtione iſtarum pœnarum a civili magiſtratu nequaquam impediantur; ſed illis ad defenſionem eccleſiaſticæ juriſdictionis opem auxiliumque ferant. Si vero eccleſiaſticæ perſonæ contra hæc importune, vel contumaciter ſe gererent, ibi ſecundum præſcriptum ſancitarum legum puniri debebunt, quemadmodum hi omnes articuli per prædictum cæſareæ majeſtatis noſtræ locumtenentem, electores, principes, & reliquos imperii ſtatus deciſi ſunt, atque in communi noſtro ſacrique imperii receſſu comprehenſi. Ut autem ſupramemorati articuli omnes & ſinguli certius ſervarentur, mandavimus, ut in forma publici edicti paſſim affigantur, & recitentur. XXV.

XXVI. Vana imperia data.

Proinde ſerio vobis & ſingulis, & in primis authoritate cæſareæ majeſtatis hoc publico edicto mandamus & volumus, ut vos ordines imperii Romani omnes & quiſque pro ſe in ſuo territorio curet ac proſpiciat, ut intra tempus futuri concilii tantummodo, ſacrum evangelium juxta interpretationem ſcripturæ ab Eccleſia Chriſtiana jam approbatæ & receptæ prædicetur ac doceatur.

Deinde etiam quiſque ſingulari diligentia curabit omnes concionatores moderate ac commode cum illis agendo commonefieri, ut abſtineant in ſuis concionibus ab omnibus iis, quæ inobedientiæ, diſcordiis, atque tumultibus in ſacro imperio Romano anſam præbere, aut alioqui pios in errorem adducere poſſent, quarum utiles ac diſputabiles materias inter concionandum præcidant ac vitent: ſed de his Chriſtianæ ſynodi determinationem expectent.

Vos archiepiſcopi & cæteri epiſcopi viros aliquot intelligentia ſacræ ſcripturæ præditos ordinetis, qui vigilanter obſervent quid in ſacris concionibus doceatur; qui ſi errores alicubi ſparſos animadverterint, tum illos concionatores aut doctores comiter & moderate corrigant, ita ut nemo ſuſpicari poſſit evangelicam veritatem per hæc impeditam, aut ſuppreſſam quæri. Si XXVII.

vero prædicatores aliqui contumaciter ter admonitionibus repugnaverint, vos ordinarii dignis pœnis in eos animadvertatis. Poſtremo vos etiam ſupra jam dicti omnes imperii ſtatus hinc uſque ad præfatum concilium in ſingulis officinis typographorum, & apud bibliopolas veſtri cuiuſque dominii ſummo ſtudio præcavere debetis, ne poſthac aliquid novi imprimatur, neque vendendum exponatur, aut alioqui, ut vendi poſſit circumferatur, niſi a prudentibus & literarum peritis peculiariter ad hoc in qualibet veſtra ditione delectis recognitum ſit, atque approbatum. Quod ſi poſt illa quædam impreſſa, vel ut imprimantur ab aliquo tradita forent, atque in illis vitia ſubeſſe deprehenderentur, tum illa atque in primis famoſa ſcripta nequaquam imprimi, aut impreſſa vendi permittatis, ſed ſumma ſeveritate prohibeantur, quemadmodum & nos quoque authoritate huiusedicti ſub gravi indignatione ac pœna noſtra, & imperii Romani prohibitum volumus eſſe. Cæterum de perſonis eccleſiaſticis contrahentibus matrimonium, & de religioſis perſonis deſerentibus monaſteria ſua volumus & ſancimus, ut tales iuxta decreta ſacrorum canonum libertate, privilegiis, beneficiis & cæteris rebus priventur, atque ſecundum conſtitutas leges pœnis afficiantur. Vobis autem ſæcularibus magiſtratibus præcipientes volumus ne aliquo modo eccleſiaſticos ordinarios in executione talium pœnarum impediatis, ſed illis pro defenſione eccleſiaſticæ juriſdictionis opem aut auxilium feratis; atque ita vos omnes & ſinguli commemoratos articulos iuxta ſententiam in illis expreſſam ſervare curetis, ut illa, quæ ad pontificiam beatitudinem perſcripta, & ſupra recitato edicto, noſtroque & ſacri imperii receſſu comprehenſa ſunt, omnino præſtentur, quatenus quiſque veſtrum cupit noſtram & imperii gravem indignationem, ac pœnam evitare. Datum. &c. in noſtra & imperii urbe Norimbergæ die VI. martii anno a Chriſti ſervatoris noſtri nativitate MDXXIII. noſtri autem Romani imperii regni IV. & reliquorum omnium octavo anno. Ad mandatum domini Imperatoris in conſilio imperiali Fridericus comes Palatinus cæſareæ majeſtatis locumtenens, Henricus dux Mekelburgenſis.

XXVIII. Fraus inſignis Lutheri fingentis principes illius deliriis mancipatos.

Cum hoc cæſareo edicto animadverteret Lutherus percelli ſe ac ſectatores, qui prætermiſſis expoſitionibus evangeliorum ab Eccleſia receptis illuſtratiſque a ſanctis patribus, perverſas & diabolicas interpretationes ad faſcinandos ſimplices populos trahendoſque in exitium obtrudebant, eo prorupit nefarii impoſtoris audacia & impudentia, ut invidiam omnem hujus edicti in catholicos furiali libello conferre niſus fuerit: *Cum principes Nurembergæ*, inquit Coclæus (a), *imperiale promulgaſſent edictum, ut contra novitates Lutheranas concionatores uterentur probatis Eccleſiæ doctoribus & receptis evangeliorum expoſitionibus, Lutherus illud frivolo commento in partem ſuam trahens, edidit libellum contra perverſores ac depravatores cæſarei mandati, ea ſane ratione eoque doli prætextu, ut populus exiſtimaret principes in edicto ſtare a parte Lutheri.* Ita nefandus hæreſiarcha principum, qui ex Leonis X. & Wormatienſi edictis illum ad juſta rapi ſupplicia jubere debuerant, clementia abuſus eſt, ut contra eorum poſtrema mandata venenatos libros edere pergeret. Ejus etiam impii diſcipuli pariter Hadriani Pontificis, qui ſe omnia Germanicæ nationis gravamina, ut vocat, ſive acerbiora in eam curiæ Romanæ jura & imperia ſublaturum erat profeſſus, manſuetudine abuſi, inde augendæ invidiæ in Pontifices occaſionem aucupati fuerunt, ut obſervat hiſce verbis idem author: *Lutherani omnia ad ſiniſtram & inimicam intentionem ſuam detorquentes, ac depravantes, ſumpta inde occaſione ediderunt librum tum latine tum Germanice, cui titulum fecere. Centum gravamina Germaniæ; in quibus ſane recenſendis non ſolum maligne in odium Papæ & cleri omnia exagerabant, & in pejorem partem interpretabantur; verum etiam impie pleriſque antiquiſſimis cæremoniis Eccleſiæ, quibus epiſcopi & clerici in ſuis functionibus rite utuntur derogabant & abrogatas volebant: atque ut odium in Papam adhuc magis adaugeretur in populo, adjunxerunt etiam ſummas omnium annatarum, quas totius orbis epiſcopi loco primitiarum ſummo Pontifici in confirmatione ſui adnumerare ſolent, ut longe graviſſima exactio & infinita prorſus pecunia videretur quotannis a Papa exigi inique.*

(a) Cocl. in actis & ſcript. Luther. hoc ann.

Gravamina Germanica a Lutheranis promulgata.

De gravaminibus ſive acerbioribus tributis a Romana curia Germanico clero imperatis, veteres querelas effuſas in Baſilienſi conciliabulo vidimus (b), atque de annatis abolendis adverſus Eugenium præcipiti ſeditione agitatum, recruduiſſe (c) iterum eas lites Maximiliano Cæſare, atque in decem capita (b) redactas, quod nimirum vetera privilegia a Pontificibus abrogarentur, electiones præſulum interdum reſcinderentur, aliquarum eccleſiarum prærogativæ multo auro emptæ labefactarentur, reſervarentur pinguiora ſacerdotia Cardinalibus, concederentur expectativæ, ut vocant,

XXIX. Sumptum a Lutheranis exemplum ex Baſilienſi conciliabulo.

(b) A. C. 1447.
(c) A. C. 1510.
(d) Ext. apud Dolg. to. 2. p. 119.

gra-

gratiæ publici juris damno, annatæ paucorum annorum flexu rigide repeterentur, indigni eccleſiis interdum præficerentur, indulgentiæ novæ ſubinde ad corradendas pecunias evulgarentur, decumæ Turcici belli gerendi ſpecie exigerentur, cum nulla in Turcas expeditio conficeretur, & cauſæ, quæ in Germania poſſent dirimi, Romæ peragerentur. At nil adverſus fidem orthodoxam pertentatum fuerat quamquam huic poſtremæ qoerimoniæ nimium indultum eſt; ſiquidem initio ad ſubſellia apoſtolica vocatus Lutherus dolo obtinuit, ut ſua cauſa in Germania delegato judici committeretur, a quo illam iterum ipſemet ad ſedem Apoſtolicam, ab ea ad concilium, a concilio œcumenico demum ad ſe novum pſeudoevangeliſtam, qui orbi leges daturus eſſet, non ab Eccleſia accepturus, provocavit, ut ſuis locis enarratum eſt.

Lutheri fraudes variæ in provocationibus nuncupandis.

XXX. Gravamina Germanicæ nationis conficta.

Superiora autem onera decem imperante Maximiliano Julio II. objecta, iterum in conventu Wormatienſi repetita auctaque ab hoſtibus Romanæ curiæ fuere: ad quæ mitiganda, & Germanicum clerum omni benignitate complectendum cum Hadrianus ſe paratiſſimum exhibuiſſet, Lutherani illa ad centeſimum numerum magno livore auxerunt; & quæ vel ab Apoſtolis tradita, vel a ſanctiſſimis patribus erant inſtituta, perſtringere & convellere tentaverunt. Cæterum imperii ordines ad ſeptuaginta ſeptem illa contraxere, quorum nonnulla Lotherano veneno inquinata, alia falſa, alia per calumniam in ſedis Apoſtolicæ invidiam detorta, alia malitioſe exaggerata fuerunt. Afferuntur ea a Dolgaſto his concepta verbis (a).

(a) Dolg. n. 1.

Sacri Romani imperii principum ac procerum gravamina centum, quæ adverſus ſedem Romanam ac totum eccleſiaſticum ordinem oratori pontificiæ ſanctitatis in comitiis Germanorum principum Nurembergæ anno MDXXII. propoſuerunt.

XXXI. Cap. 1.

Inter reliqua onera vel illud minime poſtremo loco eſt collocandum, quod conſtitutionibus humanis multa prohibentur; imperantur item multa, quæ nullo divino præcepto vel interdicta ſunt vel imperata, quod genus ſunt matrimoniorum tam innumera excogitata obſtacula ex affinitatis publicæ honeſtate, cognatione ſpirituali, legalique, & conſanguinitatis tam multis gradibus originem trahentia. (Eæ leges in concilio Tridentino temperatæ fuerunt.

XXXII.

Addidere principes a ſanctorum patrum ſenſu alieni:) *Ciborum item uſus interdictus, quos Deus tamen ad hominis neceſſitatatem creavit, ac cum gratiarum actione promiſcue ſumendos Apoſtolus docuit.* (Non in hoc ſenſu locutus eſt Apoſtolus, ut jejunia damnet; omninoque male conqueſti ſunt de quadrageſimali jejunio principes, quaſi ex Romanæ eccleſiæ tyrannide lex ea manaſſet: ante enim Lutherum etiam nonnulli impii viri jejunia, ut humana commenta deriſerant.

De jejunio quadrageſimali conqueſti.

XXXIII.

Hæ querelæ principum a Cæſare Cardinale Baronio, primo annalium tomo jejunii legem ad Chriſtum & Apoſtolos referendam demonſtrante confutatæ fuerunt, atque ante Baronium ab Alberto Pio (b), qui poſt cumulata enim plura oracula, quæ jejunium commendant, ſubjunxit: *Condonemus tibi Chriſtum Jeſum de his nullum feciſſe mentionem. Quid ais, ſi Apoſtoli poſt ipſum aſſumptum hæc ſanxerunt? quid ſi paulo poſt Apoſtolos Eccleſiæ proceres Spiritu Sancto edocti? Ubinam tibi conſtat quadrageſimale jejunium traditione humana fuiſſe inſtitutum, etſi ab hominibus fuerit promulgatum? puto enim te per humanam legem intelligere eam, quæ ſenſu humano, nullo afflatu divino ſancita ſit; non autem eo quod humana voce fuerit prodita; ita enim evangelium, & quæ Paulus docuit, & cætera, quæ divinæ ſcripturæ exprimunt omnia humana eſſent, non divina eo quod humano organo fuerint prodita.*

(b) Alb. Pius l. 4. de jejunio & ciborum delectu.

XXXIV.

Addit multa ſanctorum patrum teſtimonia, inter quæ inſigne eſt iſtud Baſilii: *Jejunium omni tempore utile ſervantibus; dæmonum enim malignitas adverſus jejunantes non valet, & cuſtodes angeli ſtudioſius eos curant, qui per jejunium purgati fuerint, multoque magis tempore quadrageſimæ quando per univerſum orbem jejunium nuntiatur, nec inſula ulla, nec terra, non civitas, non gens, non denique locus ullus tam deſertus, ubi hoc mandatum non fuerit auditum: a quo non ſexus, non ſtudii aliquod genus quemquam eximit. Angeli per ſingulas ſunt eccleſias, eos, qui jejunant, cathalogo Chriſti militum aſcribentes, &c.* Ex his patet quam temere querelæ miſſæ fuerint de jejunio quadrageſimali. Adjecere Germani in ſuo libello adverſus eccleſiaſticas ſanctiones.)

XXXV.

Hæ nimirum atque iis ſimiles complures humanæ conſtitutiones eouſque ligant homines, donec pecunia ſibi harum legum gratiam a ſtatuentibus impetrent, ut ita pecunia faciat divitibus licitum, quod tenuibus gratis ſit prohibitum, illicitiſque his legum, ac conſtitutionum humanarum retiaculis, non modo magna nummorum copia a Germanis eſt expiſcata, e Germania & trans alpes lata; ſed & maxima inter

Germanorum querelæ iniquæ de jure pontific. 10.

Digitized by Google

æque Chriſtianos orta iniquitas plura offendicula, ſimultates dum tenues hiſce laqueis vident ſe illaqueari, non ob aliud, niſi quod ſpinas evangelicas [ita enim Chriſtus divitias non ſemel appellat] non poſſideant.

XXXVI. Cap. II. Eas ſanctiones perperam interdum ſolutas vel quæſtus gratia, non dubium eſt, ſed propter aliquas conſecutas corruptelas non bene arguitur omnino infringendas, ne pariter omnes leges principum abrogandæ ſint. Quam vero fraudulenter hæretici hæc ſuggeſſerint ad conflandam curiæ Romanæ invidiam, ac ſuas interim hæreſes tegendas, oſtendit Albertus Pius, (*a*) de quo paulo ante memoravi : *Quæ tandem*, inquit, *injuria eſt ſacerdotes minores ſummo ſacerdoti maxima quæque onera ſubeunti, & maximos ſumptus perferenti, ſacroque ſenatui ſemper cooperanti & inſudanti aliquid contribuere, & quaſi ſubſidium legitimum ſolvere, cum ipſi ſacerdotiis præficiuntur, qui tamen perpauci ſunt, cum fere omnia ſacerdotia minora ab epiſcopis, vel abbatibus collegiiſque Germaniæ non a ſummo ſacerdote conferantur; quod ſi Germani populi profanis principibus annua vectigalia pendunt, Cæſari tributa ſolvunt, quare ſacerdotes ſummo ſacerdoti legitima ſemel in vita non pendant? at decimarum decimæ ipſo divino jure antiquæ legis ſummo ſacerdoti pendebantur: a profanis hominibus nihil exigit Apoſtolica ſedes: cur iſti tanto dolore clamant, quaſi ipſorum ſanguis deglutiretur? ſed apparent fraudes & malitioſa conſilia ſycophantarum quærentium cauſas ad irritandam imperitam multitudinem, quæ plane intelligeret nullam eſſe cauſam invidendi, ſi animadverteret nullam rempublicam abſque cenſu ſervari poſſe.* Male etiam queſti ſunt certo tempore quo pietati vacandum eſt, nuptiarum celebritatem prohibitam fuiſſe.

(*a*) *Alb. Pius in reſponſ. 1. ad Eraſ.*

Pari ratione vectigalia omnia abolenda demonſtratur.

XXXVII. Querebantur deinde imperii ordines de corruptelis in piacularibus indulgentiis commiſſis, quas etiam Romana eccleſia damnabat: plura tamen falſa Pontificibus quæ ex impoſtorum officina emerſerant effinxere, ut infra patebit. Pergunt ii. *Illud importabile jam olim increbuit Romanarum indulgentiarum onus, quando ſub perſona pietatis, cum aut baſilicas Romanas conſtruere, aut profectionem in Turcas parare ſolliciti ſunt Romani Pontifices, omnem ſimplicibus nimiumque credulis Germanis exuxerunt pecuniarum medullam; & quod longe majoris eſt faciendum per has impoſturas, ac eorum conductitios præcones & prædicatores profligata eſt Germana Chriſtianorum pietas, dum qui extrudere volebant venales ſuas bullas laudes ſuis mercibus occinebant miras & inauditas condonari per emptitias has condonationes, nedum noxas præteritas aut futuras viventium, ſed & functorum vita exiſtentium in purgatorio [quod vocant contores illi indulgentiarum] ignis, modo numeretur aliquid, modo tinniat dextra: atque his mercium nundinationibus ſimul & ſpoliata eſt ære Germania, & Chriſti pietas extincta, quando quilibet pro pretii quod in has merces expenderat, modo peccandi impunitatem ſibi pollicebatur: hinc ſtupra, inceſtus, adulteria, perjuria, homicidia, furta, rapinæ, fœnora, ac tota malorum lerna ſemel originem ſibi traxerunt: quod enim malorum amplius jam horrebunt mortales, quando ſibi peccandi licentiam ac impunitatem nedum in vita, ſed & poſt obitum ære licet immodico comparari poſſe a nundinatoribus illis indulgentiariis ſemel perſuaſum habent, maxime Germani, quibus per hos veræ pietatis fucos ſub religionis perſona nihil non perſuaderi difficile eſt, ut ingenio plane ad pietatem credulo eſt Germania?*

Cap. III.

Querelæ vulgares Lutheranorum adverſus indulgentias.

Næniæ Lutheranæ.

Jactata ab iis mendacia.

XXXVIII. Hæc jam ante ab Eraſmo mendaciſſime jactata fuerant: ſed nunquam docuit Eccleſia indulgentiarum ſpe impune peccari poſſe: neque ſtupra, inceſtus, adulteria, homicidia, furta, rapinæ, ex indulgentiis, ſed ex Lutherana hæreſi, quæ fide ſola cum dæmone contenta bona opera damnavit emerſerunt, mendaciiſque & calumniis jactatis a perditiſſimis impoſtoribus, qui trabem habentes in oculo, feſtucam ſummo Pontifici objecerunt. Addidere.

XXXIX. *Et licet indulgentiæ hæ non ſemel in hoc ad Germanos miſſæ ſint, quaſi ex corraſa earum venditione pecunia fideles contra barbaros eſſent tuendi ac defendendi; eventu tamen compertum habent Germani, pecuniam hanc non in rem fidei, aut alioqui reipublicæ Chriſtianæ neceſſariam, ſed in propinquorum luxum ac ſublevandam familiam ipſorum eſſe verſam.* Sublata eſt jam penitus ea corruptela a concilio, nec Lutherani ab impietate ad Eccleſiam redierunt: ſubdunt illi.

XL. *Pergunt illi quo uno bina hæc nata ſunt perquam maxima incommoda, quod & offendicula orta ſunt ſimplicibus, & quod nunc Germani toties ſentientes luſam fidem, cum vere jam res poſtulat, ut contra Turcas inſtituatur expeditio bellica, nullis rationibus perſuaderi ſe patiuntur ut credant, quod res ipſa fere notorium facit, ita ſcilicet inſtare cervicibus noſtris crudeles Turcas ſuſpicantes ſemper prioribus ſimile quippiam agi: quæ una ratio eſt ut, tam ægre manus contra Turcam jungant. Quantorum ergo malorum & in rebus temporalibus ac Chriſti fidelium conſcien-*

Objectum vana de bello in Turcas gerendo promiſſa jactata.

ſcien-

*ſcientiis cauſæ fuerint Romanæ indulgen-
tiæ, ſanctitas apoſtolica pro ſublimitate
capitis ſui exigua opera vel inde, ſi non
eu re ulla alia conjectura conſequi poterit.*
Subiiciunt illi de caſibus reſervatis. Obſtitiſſe vere Lutheranos, ne expeditio
antea a Leone agitata decerneretur in
Turcas oſtenſum eſt ſupra, omnemque
iniquam ſuſpicionem a legato pontificio
purgatam fuiſſe.

XLI. *Præterea papalis ſanctitas, cæterique
epiſcopi, ac eccleſiæ Romanæ columnæ ca-
ſus aliquot ſuæ tantum abſolutioni reli-
quos fecerant, quorum ſi unum aut alte-
rum commiſeris, jam aut numerandum,
aut abſolutione tibi carendum eſt, nempe
quod in hoc reſervati ſint, ut vel inde
nummorum aliquid eis accreſcat: quod ex
eo conjicere licet, quod in caſibus etiam
quantumvis pro tempore honeſtis, aut ne-
ceſſariis, nunquam tamen niſi numeretur
aliquid diſpenſant: at ſi nihil attuleris
numeraveriſve, indiſpenſatus perpetuo ma-
neas oportet.* Hæc mera impoſtoris Lu-
theri calumnia eſt, gratis enim crimi-
num venia confertur in Eccleſia.

XLII. Cap. IV. *Quarto capite, querelæ plures effuſæ in
prædicatores indulgeutiarum ſtationarios,
qui perluſtrant agreſtium villas, ac ſan-
ctorum ſuorum cœleſtes virtutes celebrant
v. ad pauperum peculiolas abradendas. Quin-
to, profanas cauſas variis artibus ad Ro-
manum tribunal avocari. Sexto, epiſco-
vi. porum authoritatem a conſervatoribus &
cæteris judicibus pontificiis atteri. Septi-
vii. Alia gravamina circa ſacerdotia. mo delegatos & commiſſarios papales ec-
cleſiaſticarum cauſarum cognitione non con-
tentos, laicos ad ſuum tribunal rapere, at-
que cenſurarum terrore divexare.*

XLIII. *Octavo, monaſteriorum præſules a ſede
viii. Apoſtolica ab imperio diœceſani epiſcopi im-
munes factos, eoſdemque impoſita virium
vectigalia pro publica ſalute afferenda non
ix. pendere. Nono, jura patronatus imminui.
Decimo, ſacerdotia eorum, qui Romæ vel
x. in ſuſcepto ad urbem itinere obeunt, a
Pontifice conferri, tum plures dolo Cardi-
xi. nalium familiis aſcribi. Undecimo, auli-
cos pontificiæ familiæ plures clericos ſuis
ſacerdotiis inique evertere authoritatis a-
xii. poſtolicæ obtentu. Duodecimo, eccleſiaſti-
carum dignitatum conferendarum jus va-
riis artibus ad Romanum tribunal averti.
xiii. Decimotertio tabularii Romani, quod can-
cellariam vocant formulas ad ſua compen-
dia excogitatas, ac penſiones ex ſacerdo-
talibus cenſibus magno eccleſiarum damno
xiv. abradi. Decimo quarto, ſacerdotia variis
nominibus ad carpendum aurum commen-
tis conferri.*

XLIV. *Decimo quinto, corruptelam hanc ad
xv. archiepiſcopos & epiſcopos derivari, qui
ſacerdotia non honeſtis viris conferant im-
perata annua penſione. Decimo ſexto, ab- xvi.
batiarum cœnobiorumque poſſeſſionem fidu-
ciariam Cardinalibus, epiſcopis, & aliis
præſulibus attribui, a quibus clientelæ ſpe-
cie exinaniantur. Decimo ſeptimo, colle- xvii.
giatis eccleſiis, quarum adminiſtrationi
ſpectabiles tantum nobilitate viri vetere
inſtituto admoveri debent, indoctos & i-
gnobiles præfici. Decimo octavo, antiquas xviii.
immunitates abrogari. Decimo nono, an- xix.
natas Pontifici conceſſas, ut ſuppeditentur
tur ſumptus in rem militarem adverſus
Turcas faciendos alio derivari.*

*Vigeſimo, flagitatum eſt ut eccleſiaſtici XLV.
ac religioſi viri pro conficiunda Turcica xx.
expeditione, tuendaque pace publica ve-
ctigalium onera ſubeant, ac pretioſa ec-
cleſiarum & monaſteriorum ſupellex diſtra-
hatur, cum Turcæ in Græcia ex eccleſia-
rum ſupellectili locupletati efferatiores pa-
ratioreſque ad Chriſtianum imperium ever-
tendum ſint redditi.*

*Vigeſimo primo, poſtulatum ut eccle- XLVI.
ſiaſtici ſcelerum ſuorum promeritas pœnas xxi.
luant, ac immunitatibus ſpolientur. Vi- xxii.
geſimo ſecundo, adjectæ querelæ anathe-
mata ob leves cauſas aut turpem quæſtum
intentari. Vigeſimo tertio, inſontes eadem xxiii.
cenſurarum pœna cum ſontibus ob cohabi-
tationem ejuſdem oppidi irretiri: Vige- xxiv.
ſimo quarto, indici pagis oppidiſque ſa-
crorum iuſtitium cæſo aliquo eccleſiaſtico
innocenteſque ad facinus alienum expian-
dum cogi. Vigeſimo quinto, feſtorum die- xxv.
rum numerum plus æquo auctum. Vigeſi- Feſtorum dierum numerum plus æquo auctum queruntur.
mo ſexto, poſſeſſiones ordinis B. Mariæ
Theutonicorum, quæ in Sicilia, Apulia,
atque Italia erant, a Romanis Pontifici-
bus ad præſules & aulicos translatas. Vi-
geſimo ſeptimo, laicos ab archiepiſcopis, xxvi.
epiſcopis, & canonicorum collegiis iniquis Capit.
oneribus opprimi. Vigeſimo octavo, bona xxvii.
immobilia laicorum ad eccleſiaſticos devol- xxviii.
vi quidem poſſe, at eccleſiaſticorum ad lai-
cos non poſſe. Vigeſimo nono, epiſcopos he- xxix.
reditates avitas eccleſiaſticorum ſibi arro-
gare cœpiſſe: Trigeſimo, bona laica eccle- xxx.
ſiaſticis divendita certis pactionibus ex ci-
vili poteſtate in eccleſiaſticam transferri.
Trigeſimo primo, epiſcopos ſacerdotiorum xxxi.
recenter conſtitutorum primam collectio-
nem patronis adimere: Trigeſimo ſecun- xxxii.
do, a ſacerdotiorum conditoribus pro eblan-
dienda inſtitutionis confirmatione extor-
queri pecuniam: Trigeſimo tertio, exigi xxxiii.
ab epiſcopis iniquam auri vim pro confir-
manda laici patroni collatione; Trigeſi-
mo quarto, imperitos & ineptos ſacerdo- xxxiv.
tio initiari. Trigeſimo quinto, ſumptus xxxv.
immodicos in eccleſiarum encæniis fieri.
Trigeſimo ſexto, cœmiteria ſi effuſo levi xxxvi.
ſanguine inter rixantes fœdari contingat,*
ma-

magno dein ſumpſu oppidanorum ſacrari
ab epiſcopis & ſacerdotibus ad arrogandam
pecuniam, ac ſuperſtitioſus ritus in cam-
panis luſtrandis per mimicam baptiſmalis
ſacramenti ſcenam adhiberi. Trigeſimo
XXXVII. Adverſus officia curiæ Rom. deblaterant. ſeptimo, epiſcopos indicta nova alicujus
ſancti celebritata partem oblatæ ſtipis ad
ſe avertere: Trigeſimo octavo, monaſte-
ria ab his gravari, abbates & abbatiſſas
ſine neceſſitate magno ſumptu conſecrari,
XXXVIII. excogitata in curia Romana plura munera
XXXIX. Queruntur impie laicos trahi ad eccleſ. tribunal. publica & pretio ingenti diſtrahi, atque
indi epiſcopis pro pallio obtinendo vel aſ-
ferenda apoſtolico edicto dignitate reſis
ad accipiendam pecuniam tandi: Trige-
ſimo nono, archipresbyterorum adminiſtros
& alios judices eccleſiaſticos, ut plurimum
doctrinæ legumque expertes eſſe: Quadra-
XL. geſimo, trahi laicos inique ad eccleſiaſti-
XLI. cum tribunal. Quadrageſimo primo, æris
eccleſiaſtici debitores ad eccleſiaſtica tri-
bunalia abripi.

XLVII. Quadrageſimo ſecundo, judices eccleſia-
XLII. ſticos iniquis citationum edictis homines lai-
XLIII. cos divexare: Quadrageſimo tertio, laica-
rum cauſarum cognitionem ad ſe traduce-
XLIV. re: Quadrageſimo quarto, ſumptus judi-
XLV. ciarios graves invehere. Quadrageſimo quin-
to, nova decumarum onera exigere. Qua-
XLVI. drageſimo ſexto, eccleſiaſticæ etiam clien-
telæ ſpecie plures gravari. Quadrageſimo-
XLVII. ſeptimo ſi eccleſiaſticus injuriarum agat cum
laico, ad eccleſiaſticum forum illum tra-
XLVIII. here. Quadrageſimo octavo, profanas cau-
ſas, ſi juſiurandam interceſſeris, ad illum
XLIX. etiam averti, Quadrageſimo nono, leges
in contrarium ſenſum ſæpe obtorqueri;
tum a præſulibus in ſuis ſynodis ſanctio-
nes a jure communi abhorrentes ferri.
L. Quinquageſimo, in publici ſceleris expia-
tione majorem pecuniarum quam pœnarum
LI. mulctam imponi. Quinquageſimo primo,
honeſtos viros honeſtaſque mulieres ab offi-
cialibus variis technis auri cauſa gravari.
LII. Quinquageſimo ſecundo in matrimoniorum
cauſis aurum dolo carpi. Quinquageſimo ter-
LIII. tio, judices politicos ab eccleſiaſticis præter
LIV. jus exagitari. Quinquageſimo quarto, de-
negati a forenſi judice juris prætextu pro-
fanas cauſas ad eccleſiaſtica conſiſtoria a-
LV. verti. Quinquageſimo quinto, idem per
ſpeciem præſcriptionis agi. Quinquageſimo
LVI. ſexto, eos ad detecta in ſacra confeſſione
peccata, quæ epiſcopis erant reſervata,
palam promulganda adigi, atque ab his pe-
LVII. cuniam extorqueri. Quinquageſimo ſepti-
mo, ſcorta & uſuras ab eccleſiaſticis data
Capit. pecunia tolerari. Quinquageſimo octavo cen-
LVIII. ſus annuos per ſynodales judices de ædibus
ſingulis exigi in quibuſdam regionibus.
LIX. Quinquageſimo nono, artifices ad penden-
dum hebdomadarium vectigal quamvis in-
opes cenſuris adigi. Sexageſimo, iniquas LX.
artes & judiciorum formulas ab eccleſia-
ſticis judicibus pro vexandis litium actori-
bus excogitatas. Sexageſimo primo, ob ſum- LXI.
ptuum graviorum metum ad iniqua conven-
ta inopes cogi. Sexageſimo ſecundo exter- LXII.
nos cauſarum patronos & procuratores in
eccleſiaſticis judiciis non admitti. Sexage-
ſimo tertio, ſacramenta inopibus ob non LXIII.
factam nummorum ſolutionem denega-
ri, vindemiarum faciendarum liberta-
tem, non ſine gravi damno, adimi. Se-
xageſimo quarto, ſynodales judices fa- LXIV.
cinoroſos non pœna merita afficere, ſed lu-
cra quærere. Sexageſimo quinto, canonicos LXV.
eccleſiarum nullum præſulem deligere, ni
prius ſacramento caverit, in nulla re, quam-
vis gravi & inhoneſta populove exitiali i-
pſis obluctaturum, neque in eoſdem delin-
quentes animadverſurum. Sexageſimo ſex- LXVI.
to, parochialium eccleſiarum vectigalia a
præſulibus occupari, conduci vero ab iis vi-
carios ac ſacellanos vili pretio, qui dein pro
adminiſtrandis ſacramentis plebis pecuniam
exigunt. Sexageſimo ſeptimo, unam ean- LXVII.
dem miſſam non ſemel, ſed quater quin-
quies, ac pluries divendi, ac multa ſacer-
dotia in unum contra teſtatorum volunta-
tes confundi.

Sexageſimo octavo, teſtimoniales literas XLVIII.
a parochis non dari populo, ut in aliam LXVIII.
parochiam ſe transferat, ni aurum impen- De ſepulturis magno emptis pretio.
derit, recuſantem ſacris interdici. Sexa-
geſimo nono, ſepulturæ jus magno ære re-
dimi. Septuageſimo, eccleſiaſticos mutato
cultu popinas frequentare, choreas ducere, LXIX.
ferro interdum contendere cum laicis, ac LXX.
dein cenſuris eos percellere: epiſcopos e-
tiam, eorumque adminiſtros concubinatum
numerata pecunia pleriſque in locis per-
mittere, atque etiam a continentibus ſa-
cerdotibus interdum concubinatus cenſum
extorqueri, ac deinde, ut cœlibes vivant
vel concubinas alant permitti. Septuage-
ſimo primo, ſacerdotes in eccleſiarum en- LXXI.
cæniis popinas ſtatuere, ac taxillos char-
taſque luſorias ſine ullo pudore porrigere.
Septuageſimo ſecundo, morti proximis per- LXXII.
ſuadere verborum blanditiis, ut legitimos
hæredes defraudent. Septuageſimo tertio, LXXIII.
mendicantes monialium monaſteria depecu-
lari, ut aurum deferant ſuorum ordinum
magiſtris pro cardinalitia dignitate compa-
randa. Septuageſimo quarto, pontificios LXXIV.
legatos, oratores, & comites palatinos
apoſtolicis facultatibus in creandis notariis,
ſpuriis donandis natalium juſtorum jure,
ut etiam cum legitimis hæreditatem ade-
ant, abuti. Septuageſimo quinto, religioſos LXXV.
utriuſque ſexus ſæcularium hæreditatibus
ſuccedere, cum ſæculares ad eorum hæredi-
tatem non admittantur. Septuageſimo ſex- LXXVI.
to,

to, potiorem horum gravaminum partem in Wormatienſibus conventibus ſcripto expoſitam coram præſulibus ac principibus, nullam tamen emendationem conſecutam, atque ideo iterum exponi Pontifici, ut apoſtolica authoritate vitia tollat. Septua-
LXXVII. *geſimo ſeptimo, additum non deeſſe alia etiam graviora onera & numero ampliora; verum hæc brevitatis ſtudio in arctum collecta, cum illa ſimul cum iſtis abolitum iri ſperandum ſit. Denique hic libellus ſupplex ad Hadrianum miſſus inſertus eſt.*

XLIX. Libellus ſupplex Hadriano porrectus. *Super hæc omnia omnium ſacri Romani imperii ſupremæ atque inferioris conditionis ſtatuum ſupplex eſt adhortatio humiliſque precatio atque petitio, qua ſanctitati pontificiæ ſupplicant, quatenus ſanctitas ſua omnia prædicta onera ac gravamina ſedis Romanæ ac ſæpedictorum ſtatuum eccleſiaſticorum & perſonarum eccleſiaſticarum (idquod non ſemel in præcedentibus quoque iuſtis precibus poſtulatum eſt) clementer tollere, emendare, abrogareque & e medio auferre dignetur, ac archiepiſcopos & epiſcopos, ſi qua in re per eorum capitula gravamina hæc, quominus emendare abrogareque auderent, obligati forent, a promiſſione obligationeque tali mandatis abſolutoriis ſeveritatem quandam, ſed eam quidem neceſſariam præſeferentibus abſolvere, liberareque velit, inque omnibus & ſingulis his ita paterne ac gratioſe ſe gerere & exhibere, quod talia onera atque gravamina in genere ſeorſimque quantocyus ex radice funditus ac penitus tollantur, amoveantur, & emendentur; quod ipſum & quidem brevi futurum curatumque iri ſacri Romani imperii ſtatus laici, vel ob Dei optimi maximi laudem præcipuam & honorem hinc rei quoque ipſius neceſſitatem atque æquitatem maxime cum, ut prædictum eſt, ſanctitas pontificia per oratorem & legatum ſuum ita magnifice, ampliter, ac Chriſtiane ſe obtulerit indubiam, certiſſimamque ſpem animo conceperunt, e regione ſe ſanctitati pontificiæ tanquam obſequentes, morigeroſque filios, cæteris quoque ſtatibus eccleſiaſticis, ut in Chriſto fratres & commembra capitis unius nimirum Chriſti ſe devoventes, obliganteſque.*

L. *Quod ſi enumerata onera atque gravamina in præſtituto tempore, non etiam ocyus ex oculis mortalium ſublata, atque abolita & abrogata fuerint, id quod imperii Romani ſtatus laici futurum minime ſuſpicantur augurantur ve; tum ſanctitatem pontificiam latere nolunt, prædicta urgentiſſima, atque intolerabilia, penituſque non ferenda onera diutius eos neque perferre velle, neque tolerare poſſe: ſed rei ipſius iniquitate, & neceſſitate huc eos adigi, cogi, atque compelli pro eorum captu ac induſtria de aliis commodioribus forte viis & mediis cogitandi, veſtigandi, ac conſultandi, quibus tandem modis, qua arte, qua denique ſolertia onerum atque gravaminum ſupramemoratorum ab eccleſiaſticis exonerari, liberari, ac tandem in priſtinam immunitatem & libertatem aſſeri, atque vendicari poſſint.*

Quemadmodum omnia hæc, priuſquam LI.
ſanctitatis pontificiæ orator & legatus a Norimberga ſolviſſet, eidem per modum reſponſi hinc legantis ſanctitati referenda ad longum ſunt expoſita atque enumerata; eſſentque ita in compendium, & quodammodo per catalogum redacta & recenſita memorato nuntio atque oratori pontificio ferenda ſecum Romam tradita, ſi non præter omnium expectationem, abitionem ſuam hinc tantopere maturaſſet, ac inopinato ita diſceſſiſſet. Verum ne ob id eo magis Germanorum principum, procerum, atque Romani imperii ſtatuum conſultatio & concluſio ſanctitatem pontificiam fugere, vel latere poſſent, tandem placuit onera ac gravamina, quorum non infrequens tum coram agente adhuc legato facta fuit mentio, per capita ſigillatim ita ſcripta ſanctitati pontificiæ tranſmittere, eandemque quam humillime ac ſuppliciter pro abrogandis hiſce oneribus rogare obſecrareque, ne deteriora contingant. Hactenus vel Lutherani, vel a Lutheranis exaſperati & illuſi imperii principes.

At quot & quanti eſſent Lutheranorum ipſorum ſacrilegi abuſus, deſcribit egregie Joannes Faber (*a*), qui ut adminiſtrorum Romanæ curiæ tollendas corruptelas cenſebat, ita Romanæ eccleſiæ authoritatem tuendam oſtendit, dum ait (*b*): *Oleum in Ægyptum quoad vivam non importabo, oleum peccatorum non impinguabit caput meum, ut inquit David,* (*c*) *id eſt adjutor eſſe, nolo, ne me moveat imprecatio & maledictum Iſaiæ* (*d*), qui dicam bonum malum, malum bonum: *qui ex luce tenebras, ex nocte diem faciam teſtantur ſcripta, dicta, factaque mea, vel illud præcipue, cum primum librum adverſus Lutherum ſcriptum dextera manu integerrimo doctiſſimoque Pontifici maximo Hadriano VI. porrexiſſem, eidem triginta ſex abuſus eccleſiæ Romanæ cum evangelica obedientia adverſus ſummum Pontificem illiuſque curiam conſcriptas obtuli hac mea ſiniſtra manu. Itaque bis totidem atque olim Auguſtinus, qui duodecim tantum ſcripſit abuſus, attigi; ſed in ejuſmodi negotio abolendorum abuſuum Lutherum & veſtræ farinæ homines evangelicum conſilium ſequi decuerat. Zizaniam eradicare conſilium fuit* (*e*); *ſed id nimium*

LII. Lutheranorum corruptelæ intolerabiles præteritæ ſilentio.

(*a*) *Jo. Fab. diſp. cum Balthaſſ. c. 9.*
(*b*) *Oſe. 12.*
(*c*) *Pſ. 104.*
(*d*) *Iſa. 5.*
(*e*) *Matt. 13.*

cito

tico & ante tempus evellere conati eſtis contra atque in evangelio eſt, ſicque una triticum etiam bonum perdidiſtis. Stultæ virgines in evangelio (a) *leguntur, non tamen continuo virginitas damnanda eſt, ſi quæ ſtultæ ſi laſcivæ aliquæ deprehenſæque fuerint. Judas dominum Deum ſuum & magiſtrum, cujus panes edebat* (b), *prodidit, negavit ſub anathemate Petrus* (c), *cæteri diu increduli hæſitarunt* (d); *non tamen idcirco repente concidit apoſtolatus. Paulo ad Illyricum uſque fides, eſt adhibita* (e), *tametſi Chriſtum & Eccleſiam acerrime omnium ante perſecutus* (f) *fuerat. Simon, Ananias, & Zaphyra improbe impieque fecerunt, non tamen continuo fides religioque noſtra peſſum ivit. Nicolaus Antiochenus e ſeptem diaconibus unus*, alium fuiſſe ejus nominis oſtendit Cardinalis Baronius (g), *eu D. Ignatio martyre, in rempublicam Chriſtianam abhorrendum cynicorum uſum induxerat, atque inſtar tuorum anabaptiſtarum uxores communes eſſe fecit, ſeque religioſe facere prætendit: at non illico diaconatus officium a facie eccleſiæ ſubmotum & ablatum extitit.* Refert Meſhovius, docuiſſe eoſdem Anabaptiſtas, quorum ſecta hoc anno late in Germania (h) a Thoma Munzero amplificata eſt, adulterium peccatum non eſſe, ſed potius eo miſericordiæ opus proximis præſtari: hoc Deo gratius, quo facinus, ejuſmodi oblata commoditate, citius acceleraretur. Pergit Joannes Faber, non tollendum ſacerdotium, etſi aliqui ſacerdotes ſunt improbi, nec Romanam eccleſiam evertendam, etiamſi aliquo acerbiori imperio ſubditos onerarit.

(a) *Matt.* 25.
(b) *Matt.* 26.
(c) *Pſal.* 40.
(d) *Matt.* 26.
(e) *Marc.* 14.
(f) 1. *Cor* 15.
(g) *Annal. to.* 1. *ann.* 68. *n.* 10.
Anabaptiſtarum communes uxores.
Ajunt adulterium eſſe opus miſericordiæ.
(h) *Arnold. Meſhov. hiſt. Anabaptiſt. l.* 1.

LIII. Non evertenda Romana eccleſia etſi aliqua gravamina ab ea proceſſerint.

At mihi res indigna viſa eſt: ſi quando monaſteriis apoſtatæ fugiant [*id quod Julianum, Sergium, Lutherum, & alios juſto judicio damnatos apoſtatas feciſſe legitur*] *mox tum montibus, tum ſolitudinibus, tum cavernis, ut olim in Nitria, & ad præſens monachi juxta Libanum ſub patriarcha Antiochiæ ad contemplationem idonei eiiciantur: haud aliter de Regibus Saul* (i), *Jeroboam* (k), *atque Achab pronuntiare poſſem: qui, ſicut & alii plerique Reges veteris teſtamenti, & non pauci præterea novi teſtamenti* (l) *variis ſceleribus flagitiiſque regiam dignitatem fœdarunt, quomodo & Regum libri & hiſtoriæ memoriæ prodidere: Regum igitur nomen radicitus evellemus delebimuſque? Et, ut Iſaias* (m) *queritur*, multi fuere judices muneribus excœcati, ad quos cauſa viduarum & pupillorum ingreſſa non eſt: *multi Pilati excoriatione ob iniquum judicium digni fuere: ergo judicia, judices omnes tollemus? David* (n) *fœde muliere abuſus adulterium commiſit. Ad ſervatorem quoque adducta* (o) *fuit mulier adulterii rea, ſanctumne propterea matrimonii vinculum illico diſjungemus? e monachorum monialiumque ordine inventi ſunt, qui violato voto peccarunt, id quod etiam ad cryptam Domini factum de Suſanna quadam & diacono apud Hieronymum legimus: eſtne igitur cauſa, propter quam Eliam, Joannem, ac optimos quoſque in ſolitudine monaſteriis incontaminatam, inculpatamque vitam agentes, quorum tercenta millia in hac etiam temporis perverſitate Deo effecti caſte pieque vivunt, exigamus explodamuſque?*

(i) 1. *Reg.* 23.
(k) 3. *Reg.* 11. 12.
(l) *Matt.* 2. *Act.* 12.
(m) *Iſa.* 1.
(n) 2. *Reg.* 11.
(o) *Joan.* 8.

LIV. Lutheri geſta m-landa.

Bellum vero argumentum eſt: Lutherus, qui cria plauſtra laſcivis Deo dicatis virginibus onuſta e monaſterio uno abduxit, ex illiſque forma venuſtiorem, cæteriſque locupletiorem & nonnarum primam, quam abbatiſſam vocant, ſibi copulavit, & quæ illi altero menſe a nuptiis partum edidit: igitur omnes caſtæ pudicæque virgines pars petulantia juxta illius doctrinam ſeducendæ, extrahendæ, ac cubilibus, comeſſationibus, ebrietatibus, & impudicitiis proſtituendæ ſunt? Et jam patienter audi: idem egregius doctor negat puellulam, quæ annos duodecim ſuperavit, virginitatem tueri poſſe; dogma profecto inauditum, impium, blaſphemum nulli Regi, principi, ſatrapæque ferendum, ſummis, imis, mediocribus hominibus intolerabile, & ad credendum difficillimum aſperrimumque, tamen auſus eſt ille præco clamoſus publice falſa docere: atque adeo dulci hoc melle multos utriuſque ſexus homines permulſit, ad ſe traxit, & quaſi circæo poculo inebriavit. Hi ſunt palpones, hi aurium prurientium molliculi ſcalptores: ſic itur ad aſtra.

Vidit feſtucam in oculo Pontificis trabem in oculo ſuo non vidit.
Nefandiſſimi Leonis ſententia.

LV.

Si hæreſiarcharum vita cum Romanorum Pontificum vita conferatur; non diſcedendum fuiſſe ab iis ſanctitatis ſtudio ita demonſtrat: *Sedem Apoſtolicam tentare evertere, funditus delere velle, Pontifices maximos omnino damnare æquum non eſt. Triginta atque plures e Pontificum Romanorum cathalogo numerare poſſumus martyrio ob Chriſti fidem affectos: alii plurimi boni juxtaque pii & ſancti fuerunt, quorum bonitate etiam crevit Eccleſia: nunquid igitur ob unum Bonifacium octavum*, indigne calumniis ipſum fuiſſe proſciſſum antea demonſtratum eſt, *ita cathedra Petri evertenda erat, ut ſucceſſorem non haberet? Jam te non præterit, in arca* (p) *Noe munda & immunda animalia fuiſſe: in ſagena* (q) [*quæ Eccleſia eſt*] *boni & mali piſces confluunt: in domo* (r) *magna* [*quæ eſt itidem Eccleſia*] *vaſa ſunt varia ac multa aurea ſcilicet & argentea, quædam etiam fictilia, nonnulla in honorem, quædam in alium & vili-*

Romanorum Pontificum ſanctitas admiranda.
(p) *Gen.* 7.
(q) *Matt.* 13.
(r) 2. *Timot.* 2.

viliorem uſum deſtinata. Et infra.

LVI. *Vos autem evangeliſtæ novi terræ & hujus ſæculi filii, montes vallibus æquare, ſumma imis complanare conati eſtis, quaſi non melius, religioſius, & majori cum fructu effecerint alii, ut eſſent prava in directa* (a), *& aſpera in vias planas, in aliis quidem injuſtam, in facie labeculam deprehendiſtis; ignorantes autem vos Æthiopum nigredinem & leopardi variis maculis fœdiſſimos eſſe, vidiſtis in omnes Chriſti miniſterio, & ſacris famulantes, ſi quam in oculis feſtucam haberent, trabem vero in oculis veſtris neutiquam conſideraſtis* (b). *Ea re, hoc impetu iſta tanta veſania Eccleſiam Dei, illiuſque ſanctuarium &, quidquid uſpiam religionis erat diruere, conſpurcare, demoliri, & quaſi aper* (c) *ille de ſilva exterminare huc uſque non deſtitiſtis*.

(a) *Iſa.* 40. *Luc.* 3. *Matth.* 7.

(b) *Luc.* 6.

(c) *Pſal.* 97.

LVII. Nonnullis interjectis de novatorum impiis ſtudiis hæc refert: *Decreta ac inſtituta pia, ſancta, integra, ab omni fraude aliena, ac plane evangelica, blaſphemias idololatrias, tenebrarum opera, dæmonum illuſiones, nugas & commenta hominum vana, venerabilia ſacramenta ſomnia appellitans. Cæterum bona opera, jejunare ſcilicet, orare, confiteri, ſtentorea voce inſanientium & obſeſſorum more clamare ſolent, quod hæc omnia ad mortem peccata ſint. Pari ratione animoque armati imaginibus Chriſti, Mariæ, ſanctorum facere conati eſtis, cum earum aſpectu piæ mentes perculſæ tam multis ſæculis conceptam paſſionis Jeſu memoriam recoluerint ſumma cum devotione, hæc vos pedibus calcaſtis, & quaſi idololatriam deprædicaſtis*.

Bona opera peccata vocant Chriſti memoriam abolere conati Lutherani.

Et cærimoniæ illæ, quæ feria ſexta ante paſchatis feſtum totoque eo tempore in acerbiſſimæ paſſionis Jeſu Chriſti piam tantopereque a nobis expetitam gratam memoriam ad hæc uſque veſtræ doctrinæ tempora devotiſſime frequentatæ vix enarrandam ædificationem & utilitatem attulere: hæ denique tibi olim cum ſaniore mente eſſes, maxime placuerunt, velut piæ ac ſalutares, quibuſque Deo gratior nulla hoſtia reddi potuerit, ſic eas obſervare, ac prædicare non eras gravatus quin & novis ritibus adauxeras. Hæ vero cerimoniæ omnes ſic jam vobis non modo neglectæ, ſed veſtræ ſectæ ſanctulis ita contemptæ ſunt, ut choreas tum præcipue agere, aleæ, vino, genio, indulgere, porcos & porcellos vorare, & quidquid non licitum eorum gula imperat poſt ſummum luxum ſummamque nequitiam tempus eximere pro pietate habent. Quis ergo nonniſi mentis inops & plane furioſus non videt, hos veſtros impietate undique plenos abuſus non modo variis, ſed & centenariis, ac propemodum, infinitis modis & ponderibus veteres abuſus ſuperare?

Diebus quibus paſſio Chriſti recolitur bacchanalia ab iis agitata. Abuſus hæreticorum longe ſuperant catbol. abuſus.

LVIII. Jam vero quis ſatis deplorare poſſit ſacrilegos novatorum abuſus, quos in ſacra invexerunt; qui enim ſumma impietate ſacros ritus in Eccleſia inſtitutos carpiere Lutherani, ii vel novos finxere, vel a Luthero confictos ſuſcepere: *Edidit*, inquit Coclæus (d), *libellum Lutherus de formula miſſæ & communionis adeo ſane imperioſum, ut arrogaverit ſibi jus conſtituendorum rituum, quod ipſe prius immani ſuperbia nec ſummo Pontifici, nec generali concilio permittere volebat. Hoc eſt igitur ejus libri exordium: Hactenus inquit, libellis & ſermonibus egi inter populos, ut corda primum ab impiis opinionibus cerimoniarum avocarem.* Et infra: *Quare de formula*, inquit, *aliqua pia miſſandi, ut vocant & communicandi agemus: ac ſic agemus ut non amplius ſolum verbo doctrinæ corda rogamus, ſed manum quoque apponamus, & publica adminiſtratione in opus perducamus, nulli prorſus præjudicantes, ut aliam amplecti & ſequi liceat*. [1]

(d) *Cocl. in actis & ſcript. Luth.*

Miſſæ formula a Luthero inducta.

LIX. Ita Lutherus omnibus rapſodiarum artificibus componendarum miſſæ celebrandæ formularum poteſtatem contulit, modo formula ab Apoſtolis tradita, qua ſancti patres ſemper uſi ſunt (abominationem autem a ſathana per hominem peccati in loco ſancto ſtatutam appellavit

NOTÆ [1] QUo potiſſimum tempore cœperit ſacrarum cæremoniarum Lutheri opera abrogatio, & euchariſtia ita adminiſtrata ſit, ut nihil de veteri ritu ſervaretur, indicat Spalatinus in Annalibus his verbis. *Feria II. poſt judica*, ideſt poſt Dominicam Paſſionis, *Wittemburgæ in templo parochiali, authore doctore Martino Luthero, abrogatis omnibus miſſis privatis cœpta ſunt ceremonia apoſtolica ab Apoſtolo Paulo I. Cor. XIV. deſcripta, ut videlicet primo aliquid legatur ex Bibliis, ſecundo id enarretur ab aliquo; poſtremo ut oretur publice pro ſalute eccleſiæ.*

Quod tamen hic num. 61. ſcribit Annaliſta de uſu linguæ latinæ in ſacris rejecto, id jam inde ab anno ſuperiori tentari apud Lutheranos cœperat, cum ad eumdem annum in Spalatino legamus Oecolampadium in arce Eberburgica illud ſtatuiſſe ut epiſtola & evangelium ſub miſſa *Germanice legerentur & recitarentur*; quod ejus factum reprehendentibus multis idem Oecolampadius eleganti epiſtola ad Caſparem Hedionem Moguntinum ſcripta defendit.

Ex eodem Spalatino ad hunc annum diſcere licet quiſnam centum gravaminum Germaniæ, quorum hoc anno meminit Annaliſta, author deſcriptorque fuerit. Ita enim ille ad hunc annum. *Centum gravamina &c. Friderico Peypus excuſa ſunt.* MANSI

Digitized by Google

vit hic ſathanæ adminiſter) abolita foret. Nec mora conficti ſunt profani ritus atque nugaces, ut deplorat Joannes Eckius (a): *Sacramenta*, inquit, *Eccleſiæ negant, qui tametſi rumpantur, carere tamen non poſſunt externis ſignaculis & cerimoniis, ut Auguſtinus ipſe teſtatur: quid enim comminiſcuntur tot novas ſuorum ſacrificulorum cerimonias? Nonne ſalubrius eſſet remanſiſſe eos cum Eccleſia catholica? Abrogarunt illi quidem cantica eccleſiaſtica, quæ plus mille annis jam inde temporibus Gregorii in uſu Eccleſiæ fuerunt: quid autem iſti jam pro iis cantillant? mendicant nimirum adhuc quaſdam particulas ab Eccleſia; deinde canunt neſcio quid chorearum, & Wittembergenſium cautiuncularum.*

(a) Jo. Eck. homil. 12. de ſacr.

Novos ritus fingunt Lutherani.

LX. Adverſus vero tantam impietatem luculentum librum Judocus (b) Clitoveus Pariſienſis doctor, qui antea antilutherum compoſuerat, edidit, in quo hæreſiarcham ita redarguit: *Severa dignum eſt cenſura quod impias vocat Lutherus cæremoniarum opiniones in eccleſiaſtico officio fieri ſolitarum; nam veteris legis ritus in oblationibus & ſacrificiis illius temporis obſervari conſuetos nemo ſane mentis impios dixerit, cum juſſerit ſæpiſſime Dominus in exodo, levitico, libro numeri, & deuteronomio illos diligenter & diſtricte pro legis illius decurſu cuſtodiri. Quis igitur, niſi plane improbus & mente parum conſtans, novæ legis cærimonias miniſterio Spiritus Sancti inſtitutas, & ſacratiorum myſteriorum ſignificativas promoventeſque populum in maiorem divini cultus reverentiam, appellaverit impias aut ſacrilegas?* Et infra: *Quæ obſecro nocentior poſſet induci peſtis in Eccleſiam Dei aut quæ magis horrenda confuſio, quam ut tandem nulla habeatur certa forma celebrandi divinum miſſæ myſterium, quod omnium quæ in eccleſiaſtico geruntur ordine excellentiſſimum eſt & ſupremum; cumque uniformis fuerit ritus apud Hebræos immolandi atque manducandi agnum paſchalem typicum, quandiu veteris ſynagogæ decurſus agebatur, nonne pudendum eſſet & abominandum, ipſum verum agnum Chriſtum immolari in altari multiformi ritu, & vario, atque pro cujuſque nutu permutando?* Et rurſus: *Verum percontari nunc*, inquit, *a Luthero velim, in qua poteſtate hæc facit, & quis dedit illi hanc poteſtatem, ut antiquam formam celebrandi divini myſterii immutet, & novam fabricet: ſi enim de cœlo ſe miſſum contendit, aut a Dei Spiritu ad moliendum id opus, ſigna ſui apoſtolatus oſtendat oportet, quibus fidem faciat a Deo ipſum eſſe quod tentat: hujuſmodi autem ſigna necdum cuiquam conſpecta ſunt aut cognita.* Hæc Clitoveus vir vitæ innocentia, & eruditionis ubertate inſignis: contra quem Lutherus mutire non auſus eſt, cavitque ne Germaniæ populi, in quos ſibi pſeudoapoſtolicam arrogabat authoritatem, quidquam de his reſcirent.

(b) Jodocus Clitoveus.

Defenſæ a Clitoveo contra Lutherum ceremoniæ.

Urgetur Lutherus qua poteſtate ſacra immutet. Quæ ſigna edat.

LXI. Subſtulere etiam Lutherani morem celebrandi Latino ſermone ſacrificii, cum prætexerent latinas voces ab ignaris non intelligi, atque ideo pietatis fructum nullum colligi: quorum fraudes & ſophiſmata idem Eckius (c) egregie refellit, ac Latino ſermone divina myſteria pie, ac merito celebrari, nec pietatis ullo fructu imperitos Latini ſermonis orbari: *Sancta*, inquit, *ſane & meritoria eſt intentio finis, faciens ipſam quoque orationem placere Deo; ſic Hugo ait: Pura oratio eſt, cum ex abundantia devotionis mens ita accenditur, ut cum ſe ad Deum poſtulatura converterit, præ amoris eius magnitudine etiam petitionis ſuæ obliviſcatur; unde plus quam ridicula & infantilis patet neochriſtianorum ſtoliditas, qui miſſas latinas abolent, quia quibuſdam non ſatis intellectas: quandoquidem etiam in miſſa pro magna parte ſcriptura ſacra uſurpatur, in qua ſemper Spiritus Sanctus loquitur, eamque inſpirat etiam in quibuſcumque linguis. Et quia ſacerdos, ut publicus totius Eccleſiæ miniſter miſſam celebrat, decet omnes homines fiduciam ſuam reponere in univerſali catholicæ Eccleſiæ fide, quod multo magis placet Deo, quam quæcumque privati hominis fides. Præterea quod in miſſa præcipuum ſit nulli profano ſubtrahitur ſive intelligenti, ſive minus, ſive prope aſtanti, ſive a longe, & vocem ſacerdotis plane non audienti; ſiquidem ſacrificium illud exhibetur in commemorationem paſſionis & mortis Chriſti, ad laudem Dei, neceſſitatis noſtræ gratia, & ad ædificationem totius Eccleſiæ. Quæ omnia tu pro tua pietate, pro effectu & ardore charitatis contemplari potes, & majori ſæpe devotione Chriſtum adorare, neque intellectis, immo neque auditis iis, quæ in miſſa proferuntur verbis, quam ſi ſingula obſervaſſes: conſtans enim & concors doctorum omnium ſententia eſt, intentionem verborum etiam nocere poſſe, ſi quando orantis devotionem impediat.*

(c) Eck. to. 3. hom. 3. in diebus Rogationum.

Cur miſſa Latino ſermone celebranda.

Celebrat ſacerdos ut publicus eccleſiæ adminiſter.

LXII. *Quam puerile eſt quod præſeferunt neochriſtiani de miſſis Germanicis, ſolam attendentes literam & intelligentiam verborum, neglecto Deo, & qui ex illo promanat ſpirituali intellectu: nec quidquam adjuvat eos, quod pro ſe ſibi quidem forte & invictum viſum afferunt dictum Pauli:* (d) Si orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt, quid ergo

Objectio Lutheranorum.

(d) 1. Cor. 14.

go eſt ? Orabo ſpiritu, orabo & mente: pſallam ſpiritu, pſallam & mente. *Hoc ſolo iſti rem totam velut acu ſibi tetigiſſe videntur; & citra controverſiam colligere hinc poſſe omnem, quæ lingua ſola ſine ſenſu & intellectu fit, orationem eſſe vanam & infrugiferam. Atqui ad hunc locum nos reſpondemus, & dicimus in eodem triplicem contineri orationem, oris ſeu linguæ, ſpiritus, & ſenſus ſive intellectus:*

Diſſolvitur.

ſi quis ergo in ignota ſibi lingua orat, ore utique orat ſimul & ſpiritu, hoc eſt voluntate, dum propter Deum illud facit: mens autem illius, hoc eſt intellectus ſine fructu eſt, quia quod orat non intelligit, non quod tota interim illius oratio fructu careat, ſiquidem adhuc & meritoria eſt oranti & Deo beneplacita; ſed fructu illo deſtituta eſt, quem homo ex intellectu capere poterat, ideoque ibi Paulus eo ſemper nititur, ut oſtendat, prophetiam, donum ſcilicet, ſcripturas & verba orationis interpretandi, præſtare gratiæ linguarum. Id ita tu perſuaſum firmiter habe; & deprehendes hic quoque inſignem iſtorum errorem; ecce enim tempore, quo in dies plurimi tum Ethnici cum Judæi convertebantur ad Chriſtum, non admodum conducebat fidelibus multis linguis loqui coram eis, ſed ſcripturarum interpretatio e re ipſorum tunc erat, quod ſine illa ſcripturas non intelligebant: cum vero jam homines in fide Chriſti enutriti, & ab ipſis jam inde cunis inſtituti adoleviſſent in illa, aſſiduaque prædicatione verbi Dei, jam tunc conſtaret eis de omnibus, quæ tractabantur in miſſa, vel alias fiebant in Eccleſia, ad quid neceſſarium erit miſſas celebrare in lingua vernacula; cum neminem etiam ex vulgo lateat quidquid præcipuum in miſſa tranſigitur, dum omnes ſe geſtibus ſuis ad verba ſacerdotis accommodant, jam aſſurgendo, jam genua flectendo, jam tundendo pectus, uſque adeo non deſunt jam noſtratibus etiam idiotis myſteriorum omnium cognitiones, dum prophetæ non deſunt, qui quidquid vel in ſcripturis eſt abſtruſum, vel in Eccleſia ſit arcanum eis aperiunt, ut jam illi vere, ore, ſpiritu & mente poſſint orare prophetiarum iſtarum adjuti beneficio, quæ in lingua populo bene intellecta fieri debent, teſte Paulo; reliquos Dei cultus non pro ſuo quilibet arbitrio in quacumque peregrina lingua perficere debet, ſed in ea, quæ per univerſam Eccleſiam Chriſti & lattiſſima & ampliſſima eſt apud nos, maxime qui de Eccleſia Latinorum ſumus: alias quæ futura eſſet confuſio, ſi nobis Germanice miſſas legentibus advenirent, vel Itali, vel Galli, vel Hungari, vel Bohemi, nihil intellecturi eorum, quæ diceremus? aut quid ibi futurum, niſi quod ſingularum na-

Populus non eſt ignarus myſterii peracti Latine.

Gentes alias diſſonæ in lingua latina conveniunt.

tionum homines alios proficiſcentes iiſdem, ad quos venirent barbari viderentur. Sane eo reſpexiſſe Paulum ſatis magnus teſtis eſt Ambroſius, qui dicit illum hic redarguiſſe Judæos, qui in ſacrificando lingua Syriaca uti volebant.

Deriſere quoque Lutherani accendendi in ſacrificio cereos morem, & catholicorum Deum cœcum eſſe cavillati ſunt, quaſi meridie illi accenſa face opus eſſet: quam impiam cavillationem refregit idem Eckius (a), allatis ex exodo divinis imperiis datis Moyſi de accendendis lucernis in tabernaculo teſtimonii, tum addidit: *Quod ſi objecerit ex neochriſtianis quiſpiam; In veteri hæc præcepta eſſe teſtamento, nihil igitur ad nos Chriſti evangelio ſubjectos pertinere; ei quoque reſponſum volumus, verum id quidem eſſe, nam alias nos quoque habere cogeremur candelabra aurea, quorum unum centum haberet talenta cum lampadibus ſeptem: ſed unum hoc ex eo viciſſim quæro: an Deus ille in veteri teſtamento cæcus fuerit eo quod juſſerit tot ſibi lucernas accendi, quod is tam impudenter cavillatur? An non idem utrinque Deus, qui omnia bene vidit luminis nullius indigus, & tamen voluit tot in templo luminaria ardere? aut unde probabis Deum quod olim voluit & præcepit, nunc prohibuiſſe? aut cum ſacculo bulla e cœlo tibi deſcendit? quid igitur ſanctas Eccleſiæ ceremonias miſſas facis?* LXII.

(a) Id. to. 3. hom. 3. in die purif.

Exacuere vero ſtylum, præter Clictoveum & Eckium, adverſus ſacrorum rituum everſorem Lutherum in Germania Thomas Murnerus, Joannes Dietembergius, Joannes Coclæus, de quo inferius. Et quidem Eckius Latine, Murnerus Germanice piam ac eruditam Regis Angliæ aſſertionem de ſeptem ſacramentis contra captivitatem Babylonicam a calumniis hæreticorum vindicarunt, atque atrocia Lutheri mendacia confutarunt, quorum ultimo & quinquageſimo veluti mendaciorum regi Murnerus coronam inſignem appinxit; quandoquidem impudentiſſimus hæreſiarcha, cum librum maledictis & mendaciis farciviſſet, auſus eſt in fine hæc verba apponere: *A virulentia & mendaciis abſtinui*. Tum promptus vero mendaciorum artifex fuit Lutherus, ut Dietembergius eximius theologus in duabus dumtaxat confutationibus, quas in Lutherum de votis & de confeſſione ſcripſit, eum convicerit octingentorum & ſeptuaginta quatuor mendaciorum, præter alia innumera, quæ in aliis reſponſionibus ſuis perſtrinxit. LXIII.

Quinam adverſus Lutherum pugnarint.

Impudentia Lutheri horrenda.

De innumeris mendaciis convictus.

In Anglia ſcripſere adverſus Lutherum Joannes Fiſcherus epiſcopus Roffenſis vir ſummæ eruditionis vitæque integerrimæ, LXIV.

necnon Thomas Morus regii ſigilli præfectus, qui ambo poſtea, ut ſupra dixi martyrii pro fide palmam retulere. Et ſana Fiſcherus præter dictum volumen contra aſſertionem unius & quadraginta articulorum impiorum Lutheri, etiam Œcolampadium impietatis alium ſigniferum quinque libris de Euchariſtiæ ſacramento confudit. Tum pro defenſione ſacri ſacerdotii Henrici Angliæ Regis librum adverſus Lutherum ſtrenue propugnavit, adductis ſacræ ſcripturæ & ſanctorum patrum teſtimoniis, in quo poſtremo juſto dolore ob inauditam hæreſiarchæ improbitatem aliquanto commotior, quam ejus blanda & manſueta conſuetudo ferret, ita Lutherum ipſum deſcribit: *Chriſti vox in canticis eſt*: Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas; *quæ plane monet hæreticos eſſe capiendos antequam adoleſcant: nam hi vulpinis fraudibus vineas, hoc eſt Eccleſiam Chriſti, demoliri ſtudent. Optarim igitur, ut hanc vocem audiiſſent hi, quibus ex officio incumbit hæreticos, dum parvuli ſunt, comprehendere; neque enim hodie tam gravis eſſet in Eccleſia tempeſtas, & rerum omnium perturbatio, ſi Lutherus, dum eſſet vulpecula, fuiſſet repreſſus: at nunc evaſit in vulpem grandiuſculam, annoſam, & veteratricem tot dolis, aſtutiis, artibus inſtructam, ut medium teneri difficillimum ſit. Sed quid dixi vulpem? parum eſt, canem dixiſſem rabidum, immo lupum rapaciſſimum, aut ſæviſſimam quandam urſam, quæ raptis catulis furore quodam agitur, vel magis hæc omnia ſimul; multas enim hoc monſtrum intra ſe beſtias alit; ſed & ejuſmodi nomenclaturis apprime gloriatur, ſeipſum enim appellat urſam & læenam; nam & utramque ſe futurum catholicis pollicetur: Lutherum, inquit, habetis urſam in via & læenam in ſemita: in ejuſmodi monſtrum evaſit, ex vulpecula jam tandem Lutherus.*

LXV. Roffenſi epiſcopo nunquam Lutherum nec Lutheranorum quempiam reſpondere auſum tradit Cochlæus, ut nec Thomæ Moro, ſive Guillelmo Rouſſeo, qui ita Henricum Regem contra Lutheri convitia tutatus eſt, ut iiſdem ſpurcitiis, quas Lutherus vomuerat, illi os obſtruxerit: *Sic ſe ſubmiſit*, inquit, *fraterculus vicarie Chriſti*, jactaſſe Lutherum illi ſe ſubmiſiſſe vidimus, *quomodo Judæi ſe ſubmiſerunt Chriſto, cum datis alapis flexerunt genua, clamantes per ludibrium*: Ave Rex Judæorum; *verum a mendaciis & virulentia prorſus abſtinuiſſe ſe teſtatur, ipſe cui nihil eſt aliud in calamo quam calumniæ, mendacia, ſycophantiæ: cui nihil eſt aliud in animo, quam virus, tumor, invidia: qui nihil in capite concipit præter ſtultitias, furores, amentias: qui nihil habet in ore, præter latrinas, merdas, ſtercora, quibus fœdius & ſpurcius quam ullus unquam ſcurra ſcurratur; quorum nemo repertus eſt unquam præter iſtum tam ſtolidus, plagepatida, ut ſibi ſtercus in os conjiceret, quod alii ſpuerent in ſinum. Quamobrem cum ſit hujuſmodi, nihil miror ſi nunc indignus habeatur, quo cum quiſpiam diſputet. Certe, quando quidem totum ſe devovit inferis, & obduravit in ſchiſmate, nec unquam decrevit hæreſes recantare, & ſtatuere tamen ſecum debet aliquam ſaltem, ut habeat civilis honeſtatis rationem, quo ſibi potius vendicet authoritatem dogmatiſtæ, quam vilis in hæretico ſcurræ.*

Spurciſſimus ſcurra fuit Lutherus.

LXVI. In peroratione vero operis egregie deſcripſit qua Lutherus vertigine in conflanda hæreſi raperetur: *Is*, inquit, *eo modo rem tractat, ut plane ſe declaret meditari ſecum immortalitatis quoddam genus abſurdiſſimum, eaque jam cœpiſſe perfrui, & totus eſſe, verſari, vivere in hujuſmodi ſenſu & titillatione gloriolæ, quod futurum præſumat poſt aliquot adhuc ætatum myriadas, ut recordentur & loquantur homines, fuiſſe olim aliquando apud ſæculum prius nebulonem quemdam, cui nomen Luthero fuerit; qui cum cacodæmones impietate viciſſet, ut dignis emblematis ornaret ſuam ſectam, picas garrulitate, lenones improbitate, proſtibula obſcœnitate, ſcurras omnes ſcurrilitate ſuperarit; qui id ſtuduerit, curarit, effecerit, ut velut philoſophorum ſecta ex ipſis habent vocabula & gnato meditatus ſit paraſiti itidem ut gnatonici vocentur, ſic abſurdiſſimum genus hæreticorum, impietatis ſcelerum, ſpurcitiaque colluvies appellentur Lutherani.*

Quam turpem gloriam fuerit ſectatus.

LXVII. Cæterum non reſcripſit furenti homini regio reſponſo indigno Henricus Anglorum Rex, ſed ſumma gravitate ac prudentia imminentis periculi admonuit (a) Fridericum principem electorem, & Joannem fratrem Lutherana impietate infectos duces Saxoniæ, Thuringiæ Lantgravios, ac Miſniæ marchiones, ſi hanc peſtem fovere pergerent, levia fuiſſe ingentium malorum principia: Mahometanæ ſuperſtitionis exordia a paucis nebulonibus ducta: concitandam in bella a Luthero Germaniam, mutuiſque debilitatam cladibus Turcico furori in prædam expoſitum iri; impendenti itaque Chriſtiani imperii excidio, compreſſa ea nova ſecta antequam adoleſceret, occurrerent: *Quid ad vos*, inquit, *& tam potentes, & in Chriſti cultu tam devotos*

Moniti ab Anglo principes ne peſtem Lutheranam foveant.

(a) *Ext. apud litt. regia Coclæum in actis & ſcript. Lutheri ann.* 1523.

prin-

principes, aut propius ſpectare poteſt, aut debet movere vehementius, quam cohibendæ factionis iſtius Lutheranæ ſtudium, qua nullam unquam in terras nocentiorem malus invenit genius, aut quæ majorem perniciem ſit allatura propediem, niſi boni piique omnes obſtiterint, & in primis, qui plurimum & poſſunt & debent principes? Et infra: *Quamquam non admodum decorum putem ita me comparare, ut cum homine tali publice componar ac diſputem, tamen cum Rex & propheta David non cenſuit indecorum ante arcam fœderis nudum ſaltare cum quolibet ipſe certe non tram quemquam habiturus indignum, quo cum in gratiam religionis pro fidei veritate diſſererem. Nunc vero cum nihil ad rem reſpondeat, ſed rationum loco proferat mera deliria, alios cum illo congredi, nec inhortabor nec prohibebo: ipſe certe non committam, ut cum inſaniente inſaniam; nam quiſquis & æquus lector & prudens libellum meum cum illius libro perleget, is profecto facile judicabit, jam nunc Lutheri nænis ſatis ſuperque reſponſum eſſe. Quod ſi quis illi tam inique faveat, ut mea verba non ſuſtineat inſpicere, aut tam inſigniter inſtupeſcat, ut collatis utrinque locis non ſentiat rem adhuc reſponſo non egere, huic nulla unquam reſponſione ſatisfecero.* Et rurſus: *At nunc effecit boſtis, ut orbi toti inclareſcat alterum, nempe aut ipſum eſſe prorſus imbecillum, aut meas rationes admodum valuiſſe, quas contra nihil invenire potuerit præter inſania ſcommata, & prorſus inſana convitia, quibus ſi me commoveri putat, egregie profecto fallitur; etenim quantumvis ille me vocet inſanum (vocat opinor plus millies) nunquam tamen tam inſanus ero, ut ægre feram, quod inſanus vocer ab inſano. Itaque aut mea me fallit opinio, aut iſtius in me ac regium nomen contumelioſa ſpurcitia, vos haud paulo magis quam me, viri clariſſimi, commovet; ſolet enim generoſus animus nobilium reverentia quadam inter ſe colligari, qua vel in hoſte quæ oderint, ac perſequantur hominem; perſonam tamen honorent ac revereantur officium: nec generoſus fere quiſquam invenitur uſquam tam incivilis ac barbarus, qui vel inimicitiis ullis adduci poſſit, ut ſcurrilem in modum linguæ petulantia conſpergat nobilem.* Et infra: *Nam ſi quid maledictis illis immiſcuit, de cujus veritate poterat quiſquis rem non noſſet aliquid fortaſſe dubitare, nunc in animum ſuccurreret lectoribus, nihil illius maledicentiæ credendum, cui perpetuum inſtitutum eſſe videat de principibus prorſus omnibus, atque ipſo etiam Cæſare, mentiendi: neque enim*

Ut adverſus principes omnes rebellet.

iſtud Luthero novum eſt, omnia comminiſci ac fingere, quibus in odium principum ſcelerate concitet atque exstimulet populum: in quod negotium promovendum ſceleratorum hominum catervam jamdudum contraxit atque adjunxit ſibi. Itaque nulla unquam factio fuit ita ſeditioſa, peſtilens, nefaria, quæ ſic religionem omnem tollere, leges omnes obruere, mores omnes bonos corrumpere, reſpublicas omnes evertere machinata ſit, ut nunc iſta conjuratio Lutherana, quæ & ſacra omnia profanat, & profana contaminat: quæ ita Chriſtum prædicat, ut ejus ſacramenta conculcet, ita Dei buccinat gratiam, ut arbitrii libertatem deſtruat: ita fidem extollit, ut operibus bonis detrahat & invehat peccandi licentiam: ita miſericordiam ſublevat, ut juſtitiam deprimat, & malorum omnium cauſam inevitabilem non in Deum aliquem malum, quod Manichæi ſaltem commenti ſunt, ſed in unicum illum vere bonum rejiciat: qui cum ad hunc modum impie divina tractarit, velut a cælo dejectus ſerpens virus effundit in terras.

Infanda ejus molimina ad perdendum populum.

LXVIII. *In eccleſia commovet diſſenſionem, leges omnes abrogat, magiſtratus omnes enervat laicos in ſacerdotes concitat, utroſque adverſus Pontificem, populos adverſus principes; nec aliud plane molitur, quam ut Germania primum populus tamquam pro libertate bellum indicat, proceribus deinde ut Chriſtiani contra Chriſtianos, ſpectantibus & irridentibus Chriſti hoſtibus, pro Chriſti fide ac religione depugnent. Quod ſi quis forte non credat ab uno homine nihili tantum unquam periculi naſci poſſe, huic in mentem velim ſubeat Turcica illa rabies, quæ cum nunc tot per terras & maria ſe diffundens, maximam ac pulcherrimam totius mundi partem occuparit, a duobus olim nebulonibus ſumpſit initium, ut interim taceam factionem Bohemicam, quæ & ipſa, quis neſcit quam exiguo vermiculo, in quam immanem draconem haud abſque magno Germaniæ malo, quam propere adoleverit? ita proclive eſt malum ſegetem nullo demerente creſcere; nec ullus unquam ſocio caruit ad nocendum: neque tam imbecillis eſt quiſquam, quin ſecure poſſit ac tamquam luſurum ſpectanti, lethale vulnus infligere.*

Prædicta rebellio populorum. Prædicta bella de religione gerenda.

LXIX. Henrico Angliæ Regi Georgius Saxoniæ dux catholicus (nam Fridericus & Joannes prædicti monitis aures obturarunt) reſcripſit, Lutherum initio ovina pelle tectum in orbis theatrum prodiiſſe, cum de emendandis ab Eccleſia nonnullis corruptelis agere præſetuliſſet; ac paulo poſt conciliatis hominum ſtudiis lupinam rabiem in convellenda religione effu-

Georgii ducis ſententia de Luthero.

Digitized by Google

fudiſſe, ut ſoperius indicatum eſt. De illius vero contumelioſis ſcriptis hæc addidit: *Jam poſteaquam inaudita hominis ipſius audacia eo profecit, ut non modo mediocres viros eruditionis pariter & integritatis opinione celebres petulanti calamo invaderet, verum etiam [quod nemo facile expectaſſet] in Angliæ Regem omnium humanorum ornamentorum laude ſpectatiſſimum, maledicentiæ ſuæ frænos laxaret, certiſſima perfrictæ frontis, tum malitioſæ mentis argumenta omnibus de ſe dedit. At vero nullis verbis conſequi queam, quam impudentis ejus libelli ſcriptionem inique tulerim; continuo enim, ut de ea reſcivi, & edictis ne in ditione mea venderentur, vel legerentur, cavi, & in bibliopolam, qui primus hic venum expoſuerat, acerba carceris multa animadverti*, Et infra: *Porro non mediocriter etiam animum meum levat, quod cum præ cæteris Germaniæ proceribus in Lutheri ſcriptis ac concionibus nunc apertius, nunc obſcurius impetar, accidat hoc mihi commune cum heroibus alioqui laudatiſſimis Carolo Cæſare ejus nominis V. in cujus verba juraſſe glorioſum mihi duco, & Henrico VIII. potentiſſimo Anglorum Rege, cum quibus equidem vituperari malim, quam cum Lutherana colluvie laudari; neque enim quominus probi Chriſtianique principis officium facere pergam, iſte ullis vel minis vel conviciis efficiet*.

LXX. Hactenus Georgius princeps, qui merito Lutheri maledicta contempſit; cum ille furens rabie hoc anno, quod perverſam illius evangeliorum translationem catholici principes in principatu Brandeburgenſi, in Miſnia, in Bavaria, & aliis locis exori juſſiſſent, librum de ſeculari poteſtate Joanni duci Saxoniæ inſcriptum edidit, in quo univerſim omnes principes maximos fatuos, peſſimos nebulones, a quibus peſſima quæque expectanda ſunt, lictores, & carnifices Dei appellavit: quibus eſt comprecatus, ut præcipitio collum frangerent, terraſque & homines in clades & miſerias conjicerent: hortatus eſt populos, ut eos contemnerent, perverſa pſalmi CVI. interpretatione uſus: *Effundit contemptum ſuper principes:* abuſus pariter oraculo ſacro, quo mundus dicitur inimicus Deo, concluſit abſurde principes mundanos non poſſe, niſi Deo contraria agere, furere contra evangelium, & fatue agere. Interminatus denique eſt brevi eorum jugum excuſſum iri a populis, verſum jam rerum ordinem, neqoe ipſos amplius homines ut feras venaturos. Ita ſeditionum concitator Lutherus gratiam principibus repoſuit, qui nimium illius cauſam adverſus Pontificem expetentem ut judiciario legum ordine coerceretur, foverunt.

Convitia Lutheri in principes.

Populus ad ſeditionem concitare niſus.

LXXI. Patratum illius auſpiciis eſt hoc anno obſcenum horridumque facinus; ſiquidem iis ipſis diebus, quibus fideles recolendæ acerbiſſimæ Chriſti paſſioni, expiandæque vitæ criminibus conſcientiæ vacare ſolent, ut puro pectore dominicum corpus excipiant Lutherani malis furiis acti, novem virgines genere nobiles & Deo ſacras ex monaſterio Nimicenſi clam ad ſtupra rapuerunt Wittembergam: at de tanto ſuorum flagitio diaboli ſatelles Lutherus non indoluit, ſed triumphavit, tamquam egregium aliquod opus dignum immortalitate peractum eſſet; ac ne ſilentio ob ſui horrorem obtereretur, ad impellendos ad ſimilia flagitia Germanos illud ſcriptis promulgavit: *Juxta illud Salomonis*, inquit Coclæus (*a*): Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas: qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis, *Et ſecundum illud Iſaiæ* (*b*): Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicaverunt, nec abſconderunt. Celebravit etiam publice panegyrica oratione Lutherus Leonardum Koppen raptorem inceſtuoſum, & diabolica amentia & impietate illum cum Chriſto animas ex inferorum poteſtatibus rapiente contulit, ac Deum flagitii authorem eſſe voluit, Leonardum Koppen hiſce verbis efferens: *Feciſti opus novum de quo provinciæ homineſque cantabunt & loquentur, quod multi velut ingens incommodum proclamabunt; qui autem cum Deo ſentiunt velut ingens commodum glorificabunt, ut ſis certus Deum ita ordinaſſe, & non eſſe hoc opus aut conſilium tuum proprium*; & infra. *Ne dixeris hic in me concitatur totum cœnobium Nymicenſe quando jam audiunt, me illum fuiſſe raptorem; reſpondeo*, inquit Lutherus, *immo vero felicem raptorem, ſicut & Chriſtus raptor erat in mundo, quando per mortem principi mundi auferebat arma & vaſa ſua, ipſumque ducebat captivum: ita & tu has miſeras animas ex carcere humanæ tyrannidis eduxiſti, & quidem opportuniſſimo tempore in paſcha, quo Chriſtus ſuorum quoque captivitatem captivam duxit*. Utinam animadverterent hæretici, quam fœde Lutherus Chriſto illudat, qui illum cum nefandiſſimo ſtupratore, & humanæ redemptionis ſacroſanctum myſterium cum ſacrilego virginum raptu comparet. Earum infelicium monialium unam nomine Catharinam de Bore, poſtquam biennio in lupanari Wittembergenſi a ſcholaſticis vulgo illuſa foit, jam gravidam Lutherus ſibi conjugem optavit: *Facta eſt Luthe-*

(*a*) Cocl. in act. & ſcriptis Luther. Prov. 2.

(*b*) Iſai. 3.

Lutheri impietas in Chriſtum.

ro.

Inceſtam meretricem ſibi deſpondet Lutherus.

(a) 1. Timoth. 5.

ro, ait Coclæus, *uxor monacho monialis, perfido perfida, flagitioſo flagitioſa, ſcilicet ut eſſet dignum ollæ operculum & par pari facile conjungerentur, nec mentiretur eis Paulus dum ait* (a): Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.

LXXII. Oſtenderat jam ante Lutherus caſtitatis ſe acerrimum hoſtem eſſe, libellumque contra vota monaſtica ſcripſiſſe vidimus: hoc vero anno cum Joannes Faber epiſcopi Conſtantienſis in cauſis eccleſiaſticis vicarius, poſtea epiſcopus Viennenſis inſigne volumen, quo ex ſacris ſcripturis & vetuſtiſſimis quibuſque authoribus Græcis & Latinis ſacramenta Eccleſiæ poteſtatem ſummi Pontificis, ſacroſque ritus aſſeruit, Romæ edidiſſet, quod etiam Lipſiæ juſſu principis Georgii, necnon Coloniæ impreſſum eſt, titulumque promeruit, ut Malleus hæreſis Lutheranæ diceretur, Lutherus illius argumentis convictus, captata ex eo occaſione, quod ille matrimonium inter ſacramenta connumeraſſet, calumnias adhibuit, cœlibes vocans ſcortatores, & quaſi Faber matrimonium, præferendo illi caſtitatem, vituperaſſet, in præfatione expoſitionis ſeptimi capitis epiſtolæ B. Pauli primæ ad Corinthios hoc ſallaci argumento oppugnat caſtitatem: *Cum Deus mulierem ita creaverit, ut debeat & cogatur eſſe circa virum, ſatis nobis fuerit, Deum eſſe nobiſcum, ideoque matrimonium honoremus velut divinum nobileque negotium; quod ſi ſcioli iſti illud inire noluerint, dimittamus eos in ſua cæcitate fornicari ac ſcortari, quamdiu permiſerit eis Deus. Nos habemus verbum Dei pro nobis, quod manebit, & non obſtupeſcet coram ejuſmodi craſſis fabris, etiamſi plures forent quam ſit arena maris.*

Lutheri argutiæ contra caſtitatem.

LXXIII. Hæc ille mendax veterator: nam inprimis mentitur ſe honore afficere matrimonium, cum illud ſacramenti dignitate inter Chriſtianos decoratum a Chriſto neget: mentitur mulierem ita cogi eſſe circa virum, ut non poſſit ſe continere divina ſuffulta gratia, quo cæleſtium rerum contemplationi ſe totam addicat; mentitur etiam doctores Eccleſiæ, qui laudant caſtitatem, fornicarios eſſe: mentitur denique illius verba Dei verbo firmari, ut arguit Coclæus decerptis hiſce ex S. Paulo ſententiis, quibus virginitas commendatur, præferturque matrimonio: *Volo autem omnes vos homines eſſe ſicut me ipſum.* Item: *Dico autem non nuptis & viduis, bonum eſt illis ſi ſic permanſerint, ſicut & ego.* Item: *De virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do.* Item: *Quoniam bonum eſt homini ſic eſſe.* Item: *Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem; & adhuc multo apertius; Volo*, inquit, *vos ſine ſolicitudine eſſe, qui ſine uxore eſt, ſolicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo: qui autem cum uxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat uxori & diviſus eſt. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini ſunt, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu: quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi quomodo placeat viro.* Item: *Igitur & qui matrimonio jungit virginem ſuam, bene facit; & qui non jungit, melius facit.* At illuſtria adeo & perſpicua Pauli teſtimonia Lutherus impudentiſſime pervertit in expoſitione, quam epithalamium vocat, detorſitque in patrocinium inceſti, cui ſacerdotes, monachi, & moniales conjugii honeſtum nomen prætexuerunt. Illud autem laſcivum epithalamium Conradus Kollin theologiæ profeſſor Coloniæ in cœnobio ſacræ Prædicatorum familiæ uberrime pluribus libris confutavit, conqueſtus a Luthero: *Chriſtum de cordibus hominum cum omni pietate & religione pariter ejectum: Turcæ doctrinam Germanis traditam, eique ad occupandam vi Germaniam, quam perfidis apoſtatis ille replevit eo libro, paratam eſſe viam.*

Virginitas ab Apoſtolo laudata.

Monita Turcis a Luthero via in Germaniam.

LXXIV. Extuliſſe omnium primus publicæ ſcortationis obtenſo conjugii nomine vexillum fertur (b) Carolſtadius, ac ſacerdotes ſuo exemplo a ſacris altaribus ad ſacrilegos thalamos pellexiſſe: cujus deteſtabile ſcelus Lutherani adeo commendarunt, ut mimica ſcurrilitate illius veluti viri beati memoriam conſecrarint, conficta ſtultiſſima & impia miſſæ formula, Diocletiani & Juliani apoſtatæ, qui Chriſtiana ſacra ab hiſtrionibus derideri jubebant, exempla ſecuti; & quales ipſi eſſent, nimirum ſtupris contaminatiſſimi, ipſimet depingere non erubuerunt hiſce verbis: *Nos ergo concubinis noſtris gravati te Deus poſcimus, ut illius, qui patres noſtros ſectatus antiquos tibi placet, nos imitatione gaudeamus in æternum.* Profligatiſſimi itaque ac perditiſſimi homines ſanctos Dei ſacerdotes qui tot ſuperiori-

Carolſtadius ſacerdos primum auſus palam ducere concubinam.

(b) Cocl. an. 1525.

bus

Digitized by Google

bus ſæculis caſtitatem coluerant, impios & cœcos appellarunt. [1]

LXXV. Verum nil miſerius eo fuiſſe poſtea, quem ipſi beatum dixerant, viſum eſt, inviſaque harum ſacrilegarum Carolſtadii nuptiarum auſpicia deſcribit Coclæus, nimirum aſininas carnes in nuptiali eo convivio pro cervinis ludibrii cauſa fuiſſe appoſitas, hujuſque execrandi Lutheranorum beati infelices exitus refert; contracta enim cum Luthero, qui veluti draco minores ſerpentes devorabat, inimicitia Saxonia in exilium pulſus, multas calamitates pertulit, revocatuſque Wittembergam: *Cum præ pudore*, pergit Coclæus, *conſpectus eorum hominum, apud quos antea opibus, honoribuſque & dignitate floruiſſet, ferre non poſſet, ſeceſſit inglorius in proximum oppidulum, atque in circumjacentes villas, ubi aliquandiu vitam miſerrime ſuſtinuit, factus ex theologiæ doctore & archidiacono Wittembergenſi miſer agricola, & ruſticus indoctus, qui arare neſciens, per inopiam arare cogabatur, equos habens indociles, quorum unus hac, alter illac ante aratrum pergebat, aut procedente uno ſtabat aut retrocedebat alter, ut cunctis riſui atque etiam commiſerationi eſſet arator vicinis, quibus & uxor ejus merito miſerabilis videbatur, ut quæ ex nobili familia orta ac nobiliter educata peſſimo exemplo & infeliciſſimo auſpicio nupſiſſet contra jus & fas ſacerdoti homini ignobili & alienigenæ, tot deinde modis infami, proſcripto, inopi, & abjecto, apud quem ne ruſtico quidem aut cibario pane ſatiari poſſet, cujus maritum falſum falſo in nuptiis beatum dixerant Wittembergenſes.* Denique, ut hujus beati infeliciſſimos exitus claudamus, exprobrat Luthero Joannes Faber, illum in exilium ab eo fuiſſe projectum, & modo ligna in foro, modo pyra, aut placentulas vendidiſſe; ac demum morituro dæmonem per triduum adſtitiſſe, ut ejus teterrimam animam raperet in tartara ſcribit Meshovius (*a*). Hactenus de infauſtis nuptiis ſacerdotum, qui ſallaei evangelii ſpecie ſubornarum Mahumetiſmum in Chriſtianum imperium invehere moliti ſunt.

Compulſus ad aratrum Carloſtadius.

Una ejus fœlicitas in calamitatem verſa.

(*a*) *Meshov. hiſt. Anab. l.1.*

LXXVI. Dum Luthero ſignifero complures cucullati, ac ſacerdotes continentiæ vota triumphali pene pompa, atque effuſa libidine effringunt, nata ſunt fœdiſſima monſtra, quæ fœditatem horum novatorum in luce collocarunt, ut narrat Ulembergius (*b*) ex certiſſimis monumentis hiſce verbis: *Dum tumultuatur Lutherus, dum evertit divinum cultum, religionem catholicam abolet, omnia pro arbitratu diruit, peſſundat, diſſipat, & novos ritus inſtituit [quod anno MDXXIII. & MDXXIV. cum primis factum eſt] monſtra quædam nata ſunt in Saxonia, quibus cujuſmodi monſtrum religionis ipſe parturiret, occulto Dei judicio, manifeſto judicio tamen ad deterrendos homines effigiabatur. Freibergæ natus eſt vitulus cucullatus habitu monachum referens: at Landesbergæ vitulus etiam monſtruoſus editus eſt, non monachi, ſed ſacerdotis habitu inſignitus. Revulſerat Lutherus repagula monaſteriorum utriuſque ſexus, & ſepta caſtitatis perfregerat: itaque monachi, ſacerdotes, moniales carnalibus deſideriis incitati, vitulorum laſcivientium inſtar e monaſteriis proruperunt: cujus rei turpidinem monſtra illa monacho vitulina delinearunt: maxime prius illud cucullatum quod anterius tum circa clunes lacerum cucullum habuit, & coronam vel raſuram capitis duabus verrucis deturpatam; labrum inferius humano, ſuperius autem cum naſo vitulino ſimile erat, linguam habebat ex ore ſemivitulino & ſemihumano prominentem, pedem dextrum anteriorem ceu concionabundus inſtar brachii jactabat. Sic ſalaces illos & verrucoſos apoſtatas vitulomonachos, quorum omnis virtus in lingua eſt, qui rupta lumborum cintura, lacerato abjectoque profeſſionis habitu, ad eccleſiaſtica miniſteria ſe tum paſſim ingerebant, divina providentia depingere voluit. Jam & Witembergæ circa tempus illud, quo canonicos ad religionem mutandum Lutherus compulit, & fundamentis Eccleſiæ Lutheranæ collocandis occupatus fuit, duo nati ſunt pueri, quorum alter capite carebat, alter retortos habebat inverſoſque pedes: quibus monſtris quid aliud quam quod Lutherus agebat, & quidem aperte ſatis, delineatum fuit? eccleſiam moliebatur ſine viſibili capite in terris, quod puer hic acephalus monſtrum eſſe inſinuat: ad eam erigendam gradiebatur ore perverſo, ut de apoſtatis ſcriptura loquitur proverb.* VI. *& retortis*

(*b*) *Ulember. in vit. Luth. c.11.*

Expreſſa apoſtatarum turpitudo novis monſtris.

NOTÆ [1] CArloſtadium omnium primum inter ſacros Deo homines profanas nuptias admiſiſſe, dum ſcribit Annaliſta, profecto fallitur. Spalatinus enim earum rerum teſtis omni exceptione major anno 1521. notat in Saxonibus conjugium cum ſacerdotio conjunxiſſe duos illos vel tres quorum nomina ex eodem Spalatino dedimus in nota ad A. 1521. 53. In exordio vero anni ſequentis, quem idem Spalatinus a die Natali Chriſti ducit, Carloſtadii celebres nuptias commemorant eaſque cum die feſta S. Stephani componit. MANSI

tis a ſanctorum patrum rectitudine greſſibus incedebat : cujus Witembergenſes potuit vel portentum illud admonere.

LXXVII. Tanto porro hæreſiarcha Lutherus in catholicos omnes, quos antea Turcis nequiores dixerat, odio exarſit, ut Pighardis & Huſſitis, quos paucis ante annis publicis libris veluti hæreticos & ſchiſmaticos confutarat, ſe aggregare maluerit, quam ad Eccleſiæ gremium revocari, ſcriptiſque duobus libris lenocinatus iis fuerit, quaſi proprius cæteris omnibus ad puritatem evangelii acceſſiſſent. Et quidem adverſus Pighardos ſive Waldenſes, qui per Bohemiam & Moraviam ſparſi erant, in reſolutionibus ſuis hæc ſcripſerat (a) : *Quod ſi etiam tempore Apoſtolorum non fuiſſet purgatorium, ut ſuperbit faſtidioſus Pighardus, nunquid ideo credendum eſt hæretico vix quinquaginta annos nuper nato, & fidem tot ſæculorum falſam fuiſſe contendendum? maxime cum ipſe nihil aliud faciat, quam quod dicit: Non credo; & ſic probavit omnia ſua & improbavit omnia noſtra, quaſi non & lignum & lapis non credant.* Quibus verbis mirum eſt, Lutherum ipſum & omnes novatores non confundi, cum adverſus fidem catholicam tot ſæculorum authoritate, tot ſanctorum patrum doctrina, tot cæleſtibus miraculis a Deo confirmatam, opponant ſuam incredulitatem : nec enim aliud argumentum idem Lutherus adverſus Henrici Regis Angliæ, qui ſeptem ſacramenta a Chriſto inſtituta traditaque per Apoſtolos Eccleſiæ demonſtrarat, librum objecit, quam meram ſuam perfidiam, ut qui non crederet divinam eſſe doctrinam, quæ ab omnium ſæculorum ſanctis patribus, inque univerſo Chriſtiano orbe culta fuiſſet; quare Guillemus Rouſſeus, ſive Thomas Morus (b) illum ad rem apte non reſpondentem veluti cæcutientem luctatorem traduxit: *Specta quæſo*, inquit, *quam feſtiviter Lutherus hunc ludit ludum : cogita nunc videre te illum obcæcatis oculis intentum ſtare ad ingerendum colaphum. Ubi es tu, inquit, domine Henrice? Hic in proximo. Adhuc invitat, ut accedas propius, nempe ut feriat certius : Producite, inquit, veſtrum egregium contra Lutherum libellum. Produco. Adhuc propius. Quid aſſerit veſtra dominatio? An ſeptem ſacramenta? Aſſero. Adhuc propius paululum. Quibus doctrinis? Dei an hominum? Dei. Jam feriendi certus ſcilicet, en quam recte librat ictum : Audiat, inquit, ergo dominatio veſtra : Fruſtra colunt me doctrinis hominum.*

(a) *Luth. in reſol. concl. 15.*
Confunditur ſuis verbis Lutherus.

(b) *Thomas Morus in defenſ. Henr. contra Luth.*

Expoſitæ Lutheri ineptiæ.

Spectatum admiſſi riſum teneatis amici.

Qui videris hunc cæcum inſcium, quam longe aberrarit in diverſam partem ſic exultare præ gaudio, ut compos non ſit ſui, quaſi egregium colaphum infregerit adverſario. Conſtat itaque argumenti, quo Lutherus Eccleſiæ ſacramenta evertere voluit, vim omnem in ipſius infidelitate ſitam, quod Chriſtiana ſacra, quibus Deus colitur, doctrinas hominum appellet, patetque eadem ratione ac facilitate, omnia alia, atque ipſum etiam baptiſmum reſcindere, omnem ſcripturam ſacram pernegare, ut partem, pernegat, purumque ethniciſmum inducere potuiſſe, ſi nuda illius & cujuſvis alterius impoſtoris aſſertio ad Eccleſiæ traditiones, quibus etiam ipſa ſacrorum evangeliorum innititur authoritas uti humanas doctrinas obterendas ſuffecerit.

Idem hæreſiarcha, ut facilius plebem LXXVIII.
in omne impiæ doctrinæ genus præcipitem ageret, non Pontificem ſolemneſque epiſcoporum & doctorum cœtus controverſiarum fidei judices ſtatuit, ſed imperitam plebeculam, edicto hoc anno exitiali libello, in quo inter cætera hæc effutiit : *Chriſtus directe contrarium ſtatuit, auferens ab epiſcopis doctiſque, & conciliis utrumque, nempe jus & poteſtatem judicandi doctrinas, ac tribuens utrumque unicuique, & omnibus Chriſtianis univerſaliter, quando ait Joannis* x. Oves meæ cognoſcunt vocem meam. *Item* : Oves meæ non ſequuntur alienos, ſed fugiunt ab eis; quia non cognoſcunt vocem alienorum. *Item* : Quotquot venerunt fures ſunt & latrones; oves autem illos non audiunt. *Hic omnino clare vides cujuſnam ſit jus judicandi doctrinas : epiſcopus, Papa, docti & unuſquiſque, habet poteſtatem docendi; oves autem judicare debent, an illi doceant vocem Chriſti, an alienorum, &c.* Imbuit ita hic impoſtor ea amentia ſectatores ſuos ut cum fingerent animo ſe Chriſti oves eſſe, ac ſcripturarum omnium puriſſima intelligentia præditos, abſurda quæque dogmata a dæmonum adminiſtris pro Chriſti voce avide exciperent, aperuitque omnibus impoſtoribus viam, ut perverſas ſacræ ſcripturæ interpretationes obtruderent populis, qui falſa a veris diſcernendi ignari, ut luce ipſa clarius patet, varias pugnanteſque inter ſe ſectas condidere, quos non Chriſti, ſed dæmonum voces inde ſecutos conſtat; cum vox Chriſti ſemper ipſa ſibi conſentiat, atque Eccleſiæ præſules audiendos admoneat dum ait (c) : *Qui vos audit me audit*, & rurſus (d) : *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.* Qui vero Pontifici, conciliis, & epiſcopis jus ſe-

Aliud ineptum.

(c) *Luc. 10.*
(d) *Matt. 18.*

ferendarum legum ademit, ipſe legiſlatoris munus invaſit, ac tres hoc anno legum ſuarum libellos edidit, alterum de formula baptiſmi, cujus ſacramenti profanandi fuiſſe authorem inferius videbimus; alterum de inſtitutione cultus divini, cum antiquus ille a Spiritu Sancto & Apoſtolis inſtitutus ipſi non placeret; tertium de communi fiſco, cui ad alliciendos ad ſectam quoſque nefarios, eccleſiarum, epiſcoporum, ac monaſteriorum prædia ac jura attribuit: qua de re hæc memorat Ulembergius (*a*) in ejus vita.

Novum legiſlatorem Lutherus agit.

(*a*) *Ulember. c.11.*

LXXIX. *Oblata Luthero fuit ordinatio civitatis Leiſnicenſis, quæ modum continebat & formam ærarii cujuſdam in publicos uſus inſtituendi, in quod bona eccleſiaſtica, quæ ſub ipſorum poteſtate erant, colligenda cenſuerant. Hanc ille typis excuſam in publicum emiſit* (*b*) *addita præfatione, in qua principio valde commendat Leiſnicenſes ipſos, quod novam divini cultus formam ordinaverint, & bonorum quandam inſtituerint communionem ad Apoſtolorum inſtar: id ſcriptum ſe dicit in publicum referre voluiſſe, ut quæ ab ipſis in hoc genere facta ſit ordinatio, aliarum etiam communitatum uſui deſerviat: ſperare ſe futuros, qui hoc ipſorum exemplum ad imitandum ſibi proponant; quod ſi fiat, & hæc conſuetudo paulatim inoleſcat, ſequuturam brevi collegiorum, monaſteriorum, aliarumque, fundationum ingentem ruinam,* Tantæ prædæ dulcedine improbos homines adeo delinivit, ut proximo anno ad principatus eccleſiaſticos occupandos, expilandaque monaſteria ad arma coierint: quam vero late ſerpſerit illius exempli pernicies deſcribit Joannes Eckius (*c*): *Non inferiorem*, inquit, *ſuperbia efficaciam hic habet avaritia; ſic enim ſapiens dicit* (*d*) *avaro nihil eſſe ſceleſtius, quoniam & animam ſuam venalem habet, & in vita ſua projecit intima ſua. Aut cur putatis multos enim præclaros viros Lutheranos & Zuinglianos fieri, niſi quod vident opulenta ibi aliquot cœnobia diripi, cenſus vi occupari, decimas, anniverſaria, & fraternitates abrogari; indeque ſperant quæſtum? neque adeo tamen illi inhiant, ut negligant eccleſiam; provident enim ei de tribus aut quatuor etiam ſcilicet bonis (ita coram plebe pollicentur) & doctiſſimis prædicatoribus. De quorum ſalario quidquid reliquum eſt quæris in quem convertatur: inepte id totum in publicam & divitem arcam congeritur; ſane in arcam divitem, unde nihil ſperandum ſit pauperibus, quorum ſolo prætextu cæteri interim fiunt opulentiſſimi, dum iſtis algere & eſurire licet fortiter; præclare enim hic agitur, quia quamvis ſancti contemnantur, interea tamen aureæ & argenteæ ipſorum imagines, thuribula, calices confringuntur, & quæcumque alia ſunt vaſa Deo cultuique divino dicata in profanos uſus convertuntur.* Eadem rapinarum cupiditas corrupit complures magnoſque principes, atque integra regna Lutherana abyſſo ſubmerſit: in Suecia enim, cum Guſtavus regni gubernacula capeſſiviſſet, a Laurentio Andræa archidiacono, Lutherano veneno infectus eccleſiarum vectigalia invaſit (*e*); latiuſque Lutherana hæreſis propagari hoc anno cœpta eſt: cumque Joannes Gothus creatus ab Hadriano A. S. L. in Suecia ab Upſalenſium canonicorum collegio deſignatus fuiſſet, Upſalenſis archiepiſcopus ac Sueciæ & Gothiæ primas, ea lege diu reluctatus aſſenſit, ut Rex occupata Upſalenſis eccleſiæ prædia reſtitueret: quod ille ſe facturum pollicitus eſt, nondum ſcilicet confirmata tyrannide; poſtea enim ipſum reliquarum eccleſiarum cenſus in fiſcum intuliſſe viſuri ſumus.

(*b*) *Luth. to.2. edit. Jen. pag. 259.*

(*c*) *Eckius to.2. mem. dom.3. poſt paſcha.*

(*d*) *Eccl. 10.*

Direptio eccleſiaſticorum cenſuum plures in hæreſim traxit.

Guſtavus Sueciæ Rex bona eccleſiaſtica diripit.

(*e*) *Jo. Magn. in vit. Pontif. Upſal.*

LXXX. Abhorruit a tam nefando exemplo Poloniæ Rex, qui pro tuenda religione, arcendaque hæreſi pium edictum tulit (*f*), ac flammis aboleri Lutheranos libros juſſit.

(*f*) *Ext. apud Bzov.*

Sigiſmundus Dei gratia Rex Poloniæ, magnus dux Lituaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæque & dominus heres.

Manifeſtum facimus omnibus & ſingulis cujuſcumque ſtatus, & ordinis ſubditis noſtris, nec non etiam advenis quibuſcumque in regno & dominiis noſtris ubilibet exiſtentibus, quia cum humanis ingeniis præſertim vulgi ad res novas ac inſolentes propenſis neceſſe ſit cum alia mala pleraque, tum vero ſchiſmata & hæreſes emergere; neceſſe item ſit illas per eos qui divinis ac humanis inſtitutis præpoſiti ſunt, tanquam zizania ex agro putari ac eradicari: ſiquidem ſola eſt religio, quæ legibus ac inſtitutis ſuis homines in diſciplina, in virtute, ac in fide erga Deum & homines continet & regit, & qua in norma & obſervantia ſua veteri turbata & diſſoluta turbari ac diſſolvi neceſſe eſt univerſa, quod poſtea ut multis exemplis conſtat, in ſeditiones vergere, ac in perniciem rerum publicarum, earumque rectores redundare ſolet; nos pro officio Chriſtiani principis eam ipſam religionem a ſanctis patribus ordinatam, ac per ſanctam Romanam eccleſiam directam, nobiſque a majoribus noſtris per manus traditam, ac per nos denique & gentes noſtras multo ſanguine & clariſſimis gratia Dei victoriis hactenus defenſam, etiam a labe hæretica his temporibus in vicinia emergente integram & immaculatam in-

Decretum Regis Polon. pro tuenda religione.

re-

regno & dominiis noſtris conſervare volentes, publicis edictis mandavimus, ne qui libri Lutheri cujuſdam, ejuſque ſequacium quorumcumque, quos ſua inſolentia in reprobum egit ſenſum, quique prætextu libertatis Chriſtianæ, ac prætextu etiam vitiorum ordinis eccleſiaſtici, & ſcandalorum, quæ ab hominibus & ab his, qui ab hominibus aſſumpti, ac perinde infirmi ſunt, venire neceſſe eſt, tanquam ſub melle virus ſuum in vulgus ſpargunt, & ſcriptis ac ſermonibus famoſiſſimis non ſolum mores ſalubres & inſtituta eccleſiaſtica, ſed ipſos etiam ſanctos patres turpiſſime proſcindunt, & ſacra prophanis miſcent, nequaquam ad regnum & dominia noſtra inferrentur & legerentur, neve quis dogma ipſum peſtiferum ac jampridem damnatum approbare, profiteri, vel tueri auderet, ſub pœna capitis & confiſcatione bonorum omnium.

Lutheri libri prohibiti.

LXXXI. Intentatæ ſequacibus Lutheri pœnæ.

Ad quæ poſtea edicta noſtra exequenda modum etiam opportunum ſtatuere volentes, delegavimus in prætorium civitatis noſtræ regiæ Cracovienſis nonnullos primarios noſtros tam ſpirituales quam etiam ſæculares conſiliarios, qui cum conſulibus ac officialibus civitatis ſic edicta ipſa noſtra exequenda ſtatuerunt, ut imprimis quandocumque opportunum videretur, reverendiſſimo domino epiſcopo Cracovienſi, fieret per inquiſitores ejus cum decurionibus, quos conſulatus in tota civitate ad hujus negotii, aliorumque exceſſuum tollendorum cuſtodiam delegit, per omnes & ſingulas domos, teſtudines, ac ciſtas diligens ſcrutatio; & ubi aliqui libri hæretici invenirentur, illinc pœna edicti exigerentur: deinde ut impreſſores librorum nihil prorſus imprimere, & bibliopolæ, vel alii quicumque exponere ac vendere deinceps ex libris undecumque adductis, niſi illos rector univerſitatis, vel aliquis per ordinarium conſtitutus prior viderit, & tam imprimi quam vendi permiſerit, ſub pœnis prædictis. Ut autem & reliquæ civitates noſtræ hoc exemplo inſiſtant, ac unuſquiſque in tempore præmoneatur, ne ipſa mandata noſtra regia tranſgrediatur & ignorantiam prætendere poſſit; nos hanc ipſorum conſiliariorum ſimul ac conſulatus Cracovienſis ordinationem per has literas noſtras omnibus teſtatam eſſe volumus, mandantes omnibus aliis civitatibus regni & dominiorum noſtrorum, ut eum modum edicta noſtra exequendi teneant, cum loci ordinariis aut eorum delegatis eaque diligentiſſime exequantur, pro gratia noſtra aliter non facturi. Datum Cracoviæ ſabbatho ante feſtum natalis ſanctiſſimæ Mariæ virginis dominæ noſtræ anno Domini MDXXIII. regni autem noſtri XVII. Poloni etiam præſules eximiam pro incorrupta religione ſervanda operam navarunt.

Adverſus impreſſores lata lex.

LXXXII. Hoc enim anno in Polonia, celebratis Lancitiæ cœtibus contra Lutheranam ſuperſtitionem decretum eſt, reſtituendam in priſtinum ſplendorem religionem Chriſtianam. At defecere a tam præclaro exemplo plerique alii inertes epiſcopi, ob quorum ignaviam & imperitiam propagata eſt hæreſis. Non defuerunt etiam aliqui impii, qui cum paſcendis porcis quam paſcendo populo Chriſtiano aptiores eſſent, mox atque Lutherana venena ſpargi videre, ita illa avide hauſere, ut etiam populis propinarint. Ex iis Georgius de Polentia ſeu Polenez epiſcopus Samlandenſis ſive Sambienſis in Pruſſia hoc anno in eccleſia principe Regii montis die natali Domini ſacro concionem (*a*) Lutheranis ſcatentem hæreſibus e ſuggeſtu apud populum habuit: in hæc impietatis præcipitia hunc pſeudoepiſcopum fœda libido impulit; tantarum enim eccleſiæ cladium cauſam cum viri pii indagarent, in primis eam morum corruptioni tribuerunt, ut Joannes Eckius (*b*).

Celebrata in Polonia ſynodus adverſus hæreſim Lutheranam.

Georgii epiſcopi Sambienſis apoſtaſia.

(*a*) *Ext. in mſ. arch. Vat. ſign. lit. I. p. 353.*

Libido cauſa hæreſeos.

(*b*) *Eck. to. 2. homil.*

Ea eſt, inquit, *peccatorum conditio, ut qui unum fecit, ad plura prolabatur; ſicque qui in ſordibus eſt, obſordeſcat adhuc, ſic multi jam homines perditæ levitatis facilius ad hæreſim prolabuntur, quod ante & peccatis plurimis onuſtam humeris geſtant ſarcinam, & confuſione velut veſtimento amicti circumeunt ſic filii ſacerdotum & monachorum plerumque ad hæreſes prolabuntur. Huc pertinet quod inter hæreticos impune licet peccare quiquibuslibet, nec aliqua eſt diſciplinæ ratio &c.*

Plerique filii ſacerdotum in hæreſim lapſi.

LXXXIII. Aliam plurimorum lapſus cauſam fuiſſe arrogantiam, deſcribit idem author: (*c*) *Sicut Abdias inquit* (*d*) Superbia cordis tui extulit te; *ſubſcribit Hieronymus:* Quis hæreticorum non in ſuperbiam extollitur Eccleſiæ ſimplicitatem parvipendens: *ſic quod imagines ſanctorum veneratur Eccleſia, Carolſtadius quid vocat obſecro? ſimplicitatem: quod miſſam ſacrificium eſſe pie credit Eccleſia, quid ſentit Lutherus eſſe? ſimplicitatem: quod verum Chriſti corpus ſub ſpecie panis in Euchariſtia eſſe ſancte credit Eccleſia, quid ad hoc quondam Zuinglius? ſimplicitatem eſſe contendit, admirabundus nos perſuaderi etiam a Chriſto potuiſſe in re tam non poſſibili. Horreo plura dicere ſuper blaſphemiis tantis, quas iſti tamen claudi uno ſtantes pede profundunt elati & inſolentes: volunt divinæ omnipotentiæ metam ponere & obſtacula imperiti ſcriptu-*

(*c*) *Id. ib. dom. 3. poſt paſcha p. 101.*

(*d*) *Abd. 1.*

Hæretici ſacra myſteria ſimplicitatem vocant.

Digitized by Google

rarum, & virtutis divinæ ignari, &c. Periere alii ob concepta in eccleſiaſticum ordinem odia, cum jactis in eum contumeliis delectarentur, ut ſubdit idem author.

LXXXIV. Ob conceptum in ſacerdotes odium plures lapſi.

Ad hæc omnia multum facit inordinata voluntatis affectio, ſicut nunc, proh dolor! plurimi Lutherani ſunt ob inveteratum ſuum odium, quod ſemel adverſus clerum univerſum conceperunt; unde & prædicatores ſuos inſtigant ad invehendum contra Papam, pontifices, & ſacerdotes: Quis enim hæreticorum (*inquit Hieronymus*) (*a*) non deſpicit eccleſiaſticos? quis hæreticorum non exultat in malis eorum? & tales quidem homines irrequieti, *ait Gerſon*, corrumpunt omnem ordinem hierarchicum non in eccleſia tantum, ſed & in ſæculari politia. Periere alii quod ſanctorum patrum lectionem contemnerent, tabularum vero hæreticorum rapſodias perlegerent.

(*a*) *Hieron. ſup. Abdiam.*

LXXXV. *Veſpertiliones*, inquit, *tantum ſunt hæretici & ululæ: noctu tantum circumvolitant, nec unquam ad ſolem perveniunt juſtitiæ, dum magis amplectuntur rancidos hæreticorum commentariolos, quam juſta ſanctorum patrum volumina; nonne enim ſic eſt? magis placebis neochriſtiano alicui vel corroſum illi afferens libellum Wicleffi, Rochenzani, Huſſi & ſimilium, quam ſi recens inventum & antehac nunquam viſum ei afferas librum Auguſtini, Chryſoſtomi, Cyrilli, aut Ambroſii, quæ ſumma & execranda eſt abominatio.*

LXXXVI. Periere denique plures docti, apertiſque oculis inſtar Balaam lapſi ſunt; cum, ut dictum eſt, opum & commodorum lenocinio ex nova ſecta titillarentur: quod quam indignum ſit probo & conſtante viro oſtendit egregie Joannes Faber (*b*), nonnullorum anteſignanorum, qui turpiter cecidere, exempla ita proponens: *Non iſtorum nequitiæ tantum apud me poſſunt, ut ſimul quod pium ac verum eſt abnegem quemadmodum Lutherus, propterea quod in Romanis indulgentiis concedendis non pœnitentiarius, nec commiſſarius creatus eſt, odio & inimicitia perſuaſus contra Eccleſiam intumuit. Nec doctor Wolphangus Capito imitandus mihi eſt viſus, qui primum paſſim in imperialibus comitiis coram imperii electoribus cæteriſque principibus acerrime contra Lutheranos cauſas egit; deinde modici quidem commodi ex quadam Argentorati apud S. Thomam præpoſitura ad ſe redeuntis gratia, quam apoſtolicus legatus epiſcopus Piſtorienſis intercepit, mox mutata ſententia ab Eccleſia, ut olim Montanus defecit. Nec bellum hominem admodum ſua fefellit opinio; jam enim non ex præpoſituræ vivit reddi*-*tibus, ſed effecit, ut præpoſituræ ad S. Thomam fructibus, item iis, qui ex S. Petri parochiali eccleſia & prædicatura proveniunt proventibus nunc ſecure cum ſua uxore fruatur.*

(*b*) *Jo. Fab. in lib. de interceſſione SS. contra Oecolampad.* Quæ prima cauſa Lutherum impulit.

Cur Vvolphangus Capito defecit ab eccleſia.

Omnium porro malorum architectus & machinator improbiſſimus Lutherus pium opus aggredi videri voluit, nimirum Judæos ad Chriſtianam religionem amplectendam permovere, ad quos libellum ſcripſit: *Quod Chriſtus ſalvator ſit vere Judæus*. Sed tantum abfuit, ut eos ad fidem traduxerit, ut multo magis in perfidia obfirmarit. Excidit etiam ab inanibus ſtultiſque patrandorum miraculorum auſis, cum ſigna pſeudoapoſtolatus daturus, Neſenum poetam in Albi miſere ſubmerſum vanis immurmurationibus præfiſus operationi ſathanæ ad vitam vel ficte revocare tentavit. Fuerat ille Luthero amicitia conjunctiſſimus, quo imperioſo authore librum adverſus Joannem Coclæum, qui de gratia ſacramentorum commentarium ediderat, ineptiis ſe impleviſſe fatebatur, præfixis ſatyricis carminibus; Cujus vælaniam mox alio libello refregit idem Coclæus. Præfixit libello hunc titulum: *Adverſus cucullatum minotaurum Wittembergenſem Coclæus de ſacramentorum gratia iterum*. In fine vero coarguit Lutherum maximæ inconſtantiæ: *Sed quid mirum*, inquit, *ſi hoc in libro, quantumlibet brevi, ter mutaveris ſuper una eademque re ſententiam, qui hoc idem ſuper eadem re ter quoque feceris prius in uno folio tuæ aſſertionis? Quem igitur non tædeat tecum, qui uſque adeo varius mobiliſque & impudens es, diſputare?* Ad quæ tum Lutherus tum ſocii obmutuerunt. LXXXVII.

Fruſtra Lutherus tentat edere miracula.

Oppugnavit eodem tempore dæmon in Inſubria pietatem Chriſtianam magorum opera, de quorum horrendis ſceleribus Pontifex ita conqueritur (*c*).

(*c*) *Bullar. Hadr. VI. conſt.* 2. Magorum impia facinora.

Hadrianus, &c. In nonnullis Lombardiæ partibus, & præſertim in locis, in quibus Georgius inquiſitor deputatus erat, repertæ fuerunt quamplures utriuſque ſexus perſonæ propriæ ſalutis immemores, & a fide catholica deviantes, certam ſectam facientes, fidem quam in ſacri ſuſceptione baptiſmi ſuſceperant abnegantes, ſanctam crucem pedibus conculcantes, & opprobria ſuper eam perpetrantes, eccleſiaſticis & præſertim Euchariſtiæ ſacramentis abutentes, diabolum in ſuum dominum & patronum aſſumentes, eique obedientiam & reverentiam exhibentes, & ſuis incantationibus, carminibus, ſortilegiis, aliiſque nefandis ſuperſtitionibus, jumenta & fructus terræ multipliciter lædentes, aliaque quamplurima nefanda, exceſſus & cri-

crimina eodem diabolo inſtigante committentes & perpetrantes in animarum ſuarum periculum, divinæ majeſtatis offenſam, pernicioſumque exemplum & ſcandalum plurimorum. Invaluerat hæc peſtis maxime in Cremonenſi agro, ad quam depellendam Julius II. iiſdem ſacris beneficiis eos, qui magis ſortilegiſque perſequendis darent operam affecerat, quibus cruceſignati adverſus hæreticos ornati erant: cumque Hadriano ſignificatum eſſet, a Novocomenſi fidei cenſore, eandem luem in Novocomenſi agro & aliis graſſari, illum & alios Inſubres fidei cenſores ordinis Prædicatorum apoſtolicis prærogativis ad eam delendam munivit pontificio diplomate, cui aſcripta eſt vigeſima julii hujus anni dies.

Hadriani ſtudium pro excindenda magica impietate.

Contigiſſe hoc tempore varios inſigneſque caſus, unde conſtat quam variis ludibriis a dæmonibus magi illudantur, narrat Paulus Grillandus (*a*); ſibi nimirum inquiſitori oblatam anno proximo Lucretiam quandam, quæ dum ex congregatione ludorum magicorum deportaretur, domum a vectore dæmone, audito ſub auroram matutino campanæ pulſu, depoſita fuerit prope fluvium in agro ſpinis obſito, ubi nuda præter verenda paſſis crinibus reperta a tranſeunte illac domum clanculo reducta fuit. Idem etiam Grillandus hanc aliam hiſtoriam in judiciario tribunali comprobatam ſubdit his verbis: *Mulier quædam Sabinenſis diœceſis hanc profitebatur diabolicam artem; de qua cum maritus ſuſpicionem haberet, interrogavit eam pluries, quæ ſemper negavit. Maritus vero in ſuſpicione ſua perſiſtens anxie veritatem perquirebat, qui adeo aſtute ſe geſſit, quod vidit illam quadam nocte ſe unguento quodam ungentem: qua unctione peracta vidit illam celerrime quaſi avem recedentem & ex ſuperiore domus ſolario ad inferiora deſcendentem. Illam maritus ſequens, ut videret, quo tenderet amplius eam non vidit; & accedens ad portam domus invenit eam clauſam; quæ res magnam illi præbuit admirationem. Die vero ſequenti iterum maritus uxorem interrogat, quod anxie ſcire cupiebat, & illa conſtanter [ut ante] ſe neſcire dixit: maritus vero, ut amplius negare mulier non poſſet, aperte ei dicit omnia, quæ nocte præterita illam feciſſe viderat: deinde fuſtibus illam percutit graviter, & duriora minatur verbera, niſi veritatem dixerit, quam ſi aperte expoſuerit, veniam ſe illi daturum promiſit. Mulier igitur ſe jam celare non poſſe intelligens, veritatem aperuit, & veniam a marito petiit, quam illi maritus hac conditione induſit, ut illum ad tales congregationes adduceret. Illa vero, ut veniam impetraret, facile petita promiſit, & promiſſum ex licentia ſathanæ implevit. Adductus igitur ille ad locum ubi ludi fiebant, ludum & choreas & cætera omnia contemplatus eſt, & tandem ad menſam cum reliquis, ut veſceretur ſedens, cum cibos inſipidos judicaret, petiit ſibi dari ſal, quod in menſa deerat: & quamvis iterum atque iterum petiiſſet, numquam illi dabatur. Tandem cum poſt importunam petionem prolixamque expectationem ſal illi daretur, dixit: Nunc laudetur Deus, quoniam jam venit ſal: quibus verbis prolatis, dæmones, quia laudes Dei audire refugiunt, ſtatim receſſerunt & reliqui omnes diſparuerunt, luminibuſque extinctis manſit ille ſolus nudus, quouſque mane facto vidit quoſdam paſtores, quos interrogavit, quænam eſſet illa patria, in qua erat: illi vero reſponderunt eſſe agrum Beneventanum, in regno Neapolitano; qui locus diſtabat a patria viri per centum milliaria: ob quam cauſam, licet dives eſſet, coactus fuit per viam mendicare, ut domum ſuam redire poſſet: ad quam poſtquam pervenit, ſtatim uxorem ſuam ob lamiæ crimen accuſavit, & totam rem geſtam, ut narrata eſt, coram judicibus expoſuit, qui rem totam plene, ut oportebat examinantes, vera eſſe omnia, quæ diximus invenerunt, quæ etiam ejuſdem mulieris confeſſione confirmata ſunt.* Sed a prædictis impiis ad ſanctos narrationem convertamus.

(*a*) *Grilland. l. 2. de ſortil. q. 7. & ex eo Franciſ. Alfon. a Caſtr. c. 16. & ex Delrio diſq. magic. lib. 2. q. 16.*

Stryx a dæmone depoſita ob ſonitum campanæ.

Dapes magis appoſitæ a dæmone ſed inſipidæ.

Dei nomine prolato diſſipatus magorum conventus.

LXXXIX. Actum antea fuerat apud Julium II. de ſanctorum honoribus B. Bennoni decernendis, ac demum hoc anno ultima die maii, qua feſtum ſanctiſſimæ Trinitatis agebatur, fuiſſe decretos referunt, (*b*) confirmatque diploma pontificium, cujus partem delibamus præcipuam, in qua viri ſancti geſta refert Hadrianus Papa.

Ad perpetuam rei memoriam.

Fridericus Bulsemburgenſis vir nobili loco natus pater fuit B. Bennonis, quem ex Bezela ejus pia uxore ſuſceperat; cumque in B. Bennone ab ineunte ætate bona indoles elucerer, ne illa æqualium ſtudiis malis moribus ac depravatis opinionibus, ut illa ætas aſſolet, corrumperetur, magnopere ſibi providendum exiſtimavit; & eum, ut primum ex infantia exceſſit, divo Bernardo epiſcopo Hildeſemenſi commendavit & tradidit: qui cum negotium ſibi commiſſum attenderet, ut puer ad virtutem recte informaretur, illum primum ad amorem Dei optimi maximique induxit; deinde vero cum vir prudens intelligeret utile eſſe, ſi literæ cum virtute conjungerentur, B. Bennonem a Bigario bono ſane vi-

(*b*) *Baron. annal. to. An. 1117. n. 6. & in Martyr. Rom. notis 16. jun. Sur. to. 7. Coclæus an. 1524. Hadriani itiner. Pontvi. in ejus vita ext. in arc. Eccleſ. B. Mariæ de Anima & apud Sur. in bullar. novo conſt. 5.*

B. Bennonis natales.

ro & docto inſtruendum curavit ſub quo magnos ille progreſſus fecit : quamobrem ineunte jam adoleſcentia, cum ad bene beateque vivendum ſatis inſtructus eſſet, monaſticam vitæ rationem ſuſcepit. Monachus itaque cum eſſet, rejectis voluptatibus, omnem vitæ curſum in virtute confecit. Quod cum fratres, cum quibus vivebat, probaſſent, tantumque in eo virtutis eſſe cognoviſſent, quantum eccleſiaſticis honoribus erat mandandum, defuncto eorum abbate, cunctis fere ſuffragiis abbatiam illi detulerunt. Sed quia res in contentionem inciderat, tum eſſent, ſed non ita multi, qui Sigeberto religioſo viro ſuffragabantur, B. Benno, ut erat ab omni honore alienus, honorem recuſavit, & pro Sigeberto ſummo ſtudio egit, rogavitque ne ſe ab ea vivendi ratione, qua in tranquillitate eſſet, diſtraherent : ſed quo ille vehementius rogabat, eo magis monachorum ſtudia incendebantur. Urgentes igitur & inſtantes B. Bennonem vel invitum ad dignitatem rapiunt : quam ipſe tertio poſt menſe depoſuit, ſeque ad priſtinam vitam, & quidem bene inſtitutam, retulit; cœpitque eum claræ memoriæ Henricus III. Imperator diligere primum : qui cum videret ſanctiſſimum hominem ad rempublicam bene gerendam natum eſſe, tantum virum in cœnobii angulis ætatem conſummare paſſus non eſt : & cum a felicis recordationis Leone Papa IX. prædeceſſore noſtro aſſenſum obtinuiſſet, illum magnopere repugnantem e monaſterio eduxit, ac præpoſituræ eccleſiæ Boſſarienſis Hildeſemenſis diœceſis præficit. In ea vero cum uſque ad ingraveſcentem ætatem integre caſteque converſaretur, canonici eccleſiæ Miſnii fama ejus inducti, venerandum ſenem, qui tunc quinquaginta ſex annos natus erat, eccleſiæ ſuæ præeſſe voluerunt; in qua cum omnia præclare, tum hoc præclariſſime egit, quod Vandalos de religione Chriſtiana male ſentientes eo pernicioſo errore eripuit, eoque traduxerit, ut una cum catholica Eccleſia pari ſtudio fidem Chriſtianam tuerentur : quod factum & memorabile eſt, & plane divinum.

Monaſticis inſtitutis excolitur.

Creatur abbas.

Renuntiatur præpoſitus Beſſatienſis.

Deſignatur epiſcopus Miſnenſis.

Convertit Vandalos.

XC. Illis namque temporibus piæ memoriæ Gregorius Papa VII. etiam prædeceſſor noſter, & ſimilis memoriæ Henricus IV. Imperator magnas inter ſe inimicitias gerebant, & ita quidem, ut alter alterum de eo in quo locatus erat dignitatis gradu dejectum ſtuderet : qua de cauſa uterque ſuos in concilium vocabat. Paruerunt Imperatori non ſolum principes, ſed etiam univerſi & Germani & Galliarum epiſcopi, ſolus beatus Benno decreti Imperatoris auditor non fuit, quippe qui præclarum fore exiſtimabat, ſi Eccleſiæ dignitatem quoad ejus fieri poſſet tueretur : atque ut ſuæ erga Eccleſiam devotionis documentum daret, Imperatorem marchionemque Miſnenſem hoſtes religionis judicatos excommunicavit : quinetiam marchioni ingreſſum templi Miſnenſis prohibuit, ſeque ad concilium Pontificis contulit. Ad hanc magnitudinem animi quid addi poteſt? Sed antequam profectionem ſuſciperet beatus Benno, in Albim magnum & celebrare flumen perfluens eccleſiæ ſuæ Miſnenſis claves projecit, ut iis, qui ſe imperatoris cauſæ adjunxiſſent, eamque ob rem excommunicati eſſent, ingreſſus eccleſiæ non pateret. Ex quo facile concipi poteſt, quantas ille inimicitias pro Eccleſia catholica ſuſceperit, quantoque ſe obtulerit periculo : nam, cum Imperator ſe ſuoſque injuriis affectos exiſtimaret, ac ſuas & communes injuriis proſequi intenderet, beatum Bennonem a concilio reverſum, ut ſuum expleret animum, in vincula conjecit. Sed Deus omnipotens, qui bonos ſcelerate oppreſſos erigit, divinum hominem reſpexit. Fuit igitur B. Benno non ita multo poſt & liberatus, & in priſtinum ſtatum reſtitutus.

Pontificias partes tuetur contra Cæſarem.

Illum & Miſniæ marchionem anathemate ferit.

Claves eccleſiæ projicit in flumen.

Reverſus Concilio capitur. Reſtituitur Miſnenſi eccleſiæ.

XCI. Cum autem eo tempore claves eccleſiæ Miſnenſis, de quibus præfati ſumus deſiderarentur, in dicto Albi flumine capitur piſcis, in cujus viſceribus claves amiſſæ reperiuntur : magnum ſane & haud obſcurum divinitatis ſpecimen. Nunc vero de iis, quibus eccleſiam ſuam exornavit ſanctiſſimus homo, dicamus; & primo quidem cum videret egregium cantum rebus ſacris magno ornamento eſſe, optimam quidem ille canendi rationem inſtituit, quæ hodie in templo Miſnenſi magno cum decore viget. Eccleſiam præterea bonis multis, atque facultatibus locupletiorem fecit. Quid quod in eo loco, in quem ſecedere ſolebat, ſi quando a cæteris curis ad contemplationem Dei optimi maximi ſe convertere vellet, eccleſiam collegiatam extruxit inſtituitque. Sed quid pluribus de propenſo beati Bennonis in rem eccleſiaſticam ſtudio : Albim flumen prædictum ſiccis pedibus tranſivit : cumque aliquando (ita ut facere ſolebat) agricolas inviſeret, videretque homines de labore feſſos vehementer ſitire, commiſeratione adductus aquam in vinum convertit. Idemque beatus Benno alio quodam tempore, cum in valle proxima civitati Miſnenſi concionem ad populum haberet, animadvertit multos, ut fit tempore æſtivo, ſiti pene exanimes : ut illis ſubveniret terram percuſſit, e qua ſubito uberrimus & perennis fons emanavit, qui adhuc hodiernis diebus fons ſacer appellatur. Campana vero ab ipſo divo Bennone conſecrata omnem vim cœli ab agris

Claves illius reperit in piſcis ventre.

Cantores inſtituit in eccleſia ſua.

Collegiatam novam excitat.

Flumen ſicco pede calcat.

Aquam vertit in vinum.

Fontem ex arenti terra elicit.

gris finitimis averrit; tum ager ille, per quem iter facere ſolebat vir divinus, omnes, qui in ea vicinia ſunt, agros ubertate facile ſuperat. Eſt præterea quidam pagus Neumberch nuncupatus a Miſna longe diſtans; aliquando tamen divinitus accidit, ut uno eodemque tempore beatus Benno & illic rem ſacram faceret, & Miſnæ rebus ſacris intereſſe videretur.

Viſus eodem tempore duobus locis.

XCII. *Marchio quidam Miſnenſis ad rem avidior cum per ſummum ſcelus in poſſeſſionem bonorum eccleſiæ Miſnenſis irruiſſet, beatus Benno hominem recte facturum affirmavit, ſi ea, quæ ipſi eccleſiæ Miſnenſi eripuiſſet, reſtitueret; ſin minus, Deum aliquando pro tanta improbitate pœnas ab eo expetiturum. Quibus verbis homo furens concitatus ſanctiſſimum virum alapa percuſſit. Tunc beatus Benno divino ſpiritu afflatus:* Hanc tantam injuriam, *inquit*, hoc eodem tempore ſequentis anni Deus omnipotens ulciſcetur: *quam marchio ille protervus atque ſuperbus irriſit; ac paulo poſt B. Benno ægrotare cœpit, & brevi futurum ſperans, ut ex hac vita ad ſuperos, quorum conſuetudo dulcis eſt, atque æterna migraret, paulo antequam moreretur canonicos ſuos adhortatus eſt, ut eam charitatem, quam nos docuit Chriſtus, ſtudioſe complecterentur; deinde Euchariſtiam cibum illum divinum magna cum pietate ſuſcepit; & cum orationes ad Deum optimum maximum habuiſſet, e vita exceſſit; & id quidem quadrageſimo pontificatus ſui anno, poſt Chriſtum autem natum milleſimo centeſimo ſexto. Hactenus de iis, quæ in vita non humano conſilio ſed divinitus geſſit divinus homo.*

Tuetur jura eccleſiæ.

Percuſſus alapa a principe prædicit illi cœleſtem ultionem.

Pia ejus mors.

XCIII. *Ad ea vero, quæ poſt mortem illius ſumma cum admiratione acciderunt nonnulla recitanda cenſuimus; ac primum marchio, de quo paulo ante mentionem fecimus, cum tempus illud eveniſſet, quo ſanctus vir ipſum marchionem pœnas daturum prædixerat, in hanc vocem prorupit:* Benno ſuperiori tempore neſcio quod periculum nobis hodierno die eventurum minabatur, mortuus eſt ille, non igitur eſt quod nobis timeamus. *Vix ille hæc verba finierat, ſubito conſternitur, & auxilium eorum, qui aderant implorantes miſerandum in modum ac miro cum dolore & gemitu moritur. Hinc facile concipi poteſt, divinam poteſtatem divino homini communicatam fuiſſe.*

Illius vaticinium completum poſt mortem.

Accedit hoc alterum exemplum priori haud diſſimile; Willelmus alius marchio ante dictam Miſnenſem eccleſiam injurioſe tractabat, cumque præpoſitus ejuſdem eccleſiæ hominem magnis precibus a malo inſtituto abducere vellet, ipſe non ſolum recte monentibus parere noluit; ſed etiam multo magis, quam antea, ipſam eccleſiam vexavit. Tunc dictus præpoſitus, cum aliunde auxilium poſcere non poſſet, ad divum Bennonem confugit, ab eoque precatus eſt, ut eccleſiam ſervaret: quo factum eſt, ut B. Benno marchionem per quietem admonuerit, ne quid gravius adverſus Eccleſiam moliretur: quod cum ille, ut inane ſomnium contemneret, quarto deinceps vehementer objurgatus, alterum oculum amiſit, periculo graviori propoſito, niſi ab improbo inſtituto deſiſteret, Willelmus marchio partim metu, partim pœnitentia ductus eccleſiæ reſtituit omnia, illiuſque facultates quantum potuit auxit quinetiam divum Bennonem & plurimi fecit, & maxime coluit. Illud vero prætereundum non eſt: duos eſſe pagos, in quorum altero marchionem dum fugeret, ſe abdidit, in altero vero Vandalos a ſumma pietate ad fidem Chriſtianam convertit, in quibus veſtigia pedum ejus adhuc integra concernuntur: tum tugurium illud in quo apud Vandalos fuit, etſi nulla ſtabiliori ſtructura firmetur, tectumque habeat ſtramineum vetuſtate confectum; illud tamen nec unquam vitium fecit, nec igni eſt conſumptum, cum tamen ſæpenumero vicinæ ædes incendio flagrarunt. Habitus quoque epiſcopalis, quo corpus ſuum terræ commendatum extitit, una cum mithra epiſcopali ultra ducentos annos ſub terra latuit, & abſque ulla alteratione ex ſepulchro effoſſus hodie integer cernitur & oſtenditur. Poſſent hic quamplurima alia miracula afferri; multos enim divini Bennonis meritis e mortuis excitatos conſtat, multos variis morbis curatos, denique qui votum fecerit, neminem illius beneficium non ſenſiſſe. Multis interjectis, ut Carolus V. & alii principes eccleſiaſtici & laici Beati Bennoni ſanctorum cultum decernendum flagitarint, ac jam ante de miraculis ab eo editis Alexandri VI. Julii II. & Leonis X. Ponficum imperio publicæ tabulæ confectæ fuerint, eorumque veritas poſt adhibitum ſæpius acerbius examen publico ſenatus conſulto confirmata, hæc ſanxit Hadrianus.

Poſt mortem jura eccleſiæ tuetur.

Veſtigia ejus pedum in duobus locis ſervata.

Ejus veſtes ſacræ poſt ducentos annos in terra integræ ſervatæ.

Multis aliis miraculis claruit.

XCIV. *Ad laudem & honorem ſanctæ & individuæ Trinitatis, & exaltationis fidei catholicæ, & Chriſtianæ religionis augmentum, authoritate domini noſtri Jeſu Chriſti ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum & noſtra, de fratrum noſtrorum conſilio decernimus & definimus, bonæ memoriæ Bennonem olim epiſcopum Miſnenſem ſanctum eſſe, & in ſanctorum cathalogo adſcribendum, ipſumque in eodem ſanctorum confeſſorum catalogo deſcribimus; ſtatuentes ut ab univerſali Eccleſia quolibet anno*

Sanctorum cultus illi decretus.

feſtum

feſtum ipſius & officium ſicut pro uno confeſſore Pontifice ſexta decima die menſis junii, hoc eſt die depoſitionis ſuæ, devote & ſolemniter celebretur: & inſuper eadem authoritate omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui annis ſingulis ad ſepulchrum ejuſdem S. Bennonis eadem die acceſſerint, ſeptem annos & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Quibus debite peractis, inchoatoque per nos, ac decantato uſque ad finem a cantoribus noſtris hymno: Te Deum laudamus; *in illius etiam finem Cardinali diacono in cantu dicente:* Ora pro nobis beate Benno; *a choroque reſpondente:* Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti; *nos illico propriam orationem de eodem ſancto alta voce decantavimus, dicentes;* Deus, qui nos B. Bennonis Pontificis confeſſione glorioſa circumdas & protegis, da nobis & ejus imitatione proficere & interceſſione gaudere. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. *Deinde vero a dicto choro reſponſum:* Amen, *Solemnem illic miſſam nos ipſi celebravimus de dicta tunc occurrente dominica prima poſt pentecoſten, collectas ſingulas ſub una concluſione terminantes, additis etiam prædicta, cæteriſque ſpecialibus ejuſdem S. Bennonis collectis immediate ſequentibus: pro ſecreta videlicet:* Sanctus tuus, quæſumus Domine, Benno confeſſor & Pontifex nos ubique lætificet, ut dum ejus recolimus merita, glorioſa apud te ſemper patrocinia ſentiamus; *cum ſua concluſione videlicet:* Per Chriſtum, &c. *Deinde vero poſt communionem ſubjunximus dicentes:* Quæſumus Domine ſalutaribus repleti myſteriis, ut ſancti tui Bennonis confeſſoris & pontificis, cujus ſolemnia celebramus, etiam interceſſione adjuvemur; *cum ſimili concluſione, Et ita miſſam ipſam ad finem uſque cum ſolitis cærimoniis juxta ordinarium apoſtolicum illic debite terminavimus, indulgentiamque plenariam omibus officio hujuſmodi tunc aſtantibus devote elargiti ſumus, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MDXXIII. pridie kal. junii pontificatus noſtri anno* 11. Cum ex hoc decreto Miſniæ S. Bennonis ſacræ reliquiæ ſolemni religioſa pompa in honorificentiori loco reponendæ eſſent; ea re accepta Lutherus dæmone plenus blaſphemum libellum edidit, præfixo titulo: *Adverſus novum idolum, & antiquum diabolum, qui Miſnæ exaltandus eſt.* Sed hanc inſanam calumniam ipſe Lutherus (*a*) antea hiſce verbis abſterſerat: *Ne Pighardi hæretici infelices ſuas partes a me adjutas confidant, qui præ nimia ruditate nobis Theutonicis ſuperbiſſime faſtidio indignati imponunt, quod ſanctos Dei colamus, & idola faciamus, & ideo contra nos acervum verſuum ſcripturæ congregant, in quibus prohibetur, ne adoret quis niſi unum Deum; ſimul impii perverſores ſcripturæ, & ſubdoli calumniatores pietatis noſtræ: ita enim ruſtici illi nos tandem docent, quod ſolus Deus ſit adorandus, & gloriantur ac ſi nos id ipſum negaverimus.* Hæc Lutherus inconſtantiſſimus; ſed eo dimiſſo ad inſtitutum de ſanctis ſermonem redeamus.

Qui ſacri ritus adhibiti.

Blaſphemia Lutheri in S. Bennonem.

(*a*) *Luther. de* 10. *præcept. c.* 1.

Refutata ab eodem Luthero.

XCV. Eadem die qua Hadrianus B. Bennoni ſanctorum honores tribuerat, etiam B. Antoninum ordinis prædicatorum archiepiſcopum Florentinum poſt diutinum examen de vitæ ejus, ſanctitate & miraculis editis a Leone X. habitum, iterumque accuratiſſime expenſum numero ſanctorum aſcripſit: qua de re cum diploma ob immaturam ac repentinam Hadriani conſecutam mortem nondum confectum eſſet, illud a Clemente VII. ſucceſſore poſtea hoc eodem tamen anno fuit promulgatum, cujus præcipua pars hiſce verbis concepta eſt (*b*).

(*b*) *Ext. in bullar. in Clemen. VII. conſtit.* 1.

Ad perpetuam rei memoriam.

Hadrianus prædeceſſor noſter poſt ipſius Leonis prædeceſſoris obitum, divina favente clementia ad ſummi apoſtolatus apicem aſſumptus fuerat, cum ad dictam urbem, Domino concedente, perveniſſet, & a nobis tunc in minoribus conſtitutis, ut præfertur, ac Thoma Cardinale S. Sixti ac venerabili fratre noſtro tunc ipſius Hadriani prædeceſſoris Nicolao epiſcopo Cardinale de Fliſco dicti ordinis Prædicatorum protectore, ac eiſdem prioribus, libertatis & vexillifero juſtitiæ populi Florentini requiſitus fuiſſet, ut ad ulteriorem ejuſdem canonizationis expeditionem procedere dignaretur; etſi omnino ipſe Hadrianus prædeceſſor id facere intenderet, peſte tamen in dicta urbe tunc ultra modum ſæviente, idipſum aliquantulum differre coactus fuerat. Poſtmodum vero cum peſtis ipſa per Dei miſericordiam ceſſaſſet, ipſe Hadrianus prædeceſſor Chriſtiani gregis univerſalem curam gerens pro debito paſtoralis officii militantem Eccleſiam cæleſti ac triumphanti ſponſo illius conformare, & pro ejus ædificationis implemento omnibus diligenter examinatis, ac mature diſcuſſis, ipſum beatum Antoninum in catalogo ſanctorum referendum eſſe duxit. De cujus quidem Antonini archiepiſcopi, origine, vita, moribus & fama omiſſis in præſentiarum miraculis, præ multitudine illorum, quæ libello quodam impreſſo, ex ipſo

Ut ejus geſta & miracula in examen adducta ſint.

cano-

canonizationis proceſſu per cauſæ procuratorem fideliter excepta, & per ipſum fideliter reviſa atque collata continentur, aliqua ex multis ipſe Hadrianus prædeceſſor dunit recenſenda, &c. Subtexitur S. Antonini vitæ ſummarium, ut is Florentiæ Nicolao & Thomaſia piis parentibus ortus ab ineunte ætate ſe totum divino cultui addixerit, virginitatemque puer ante effigiem Chriſti cruci affixi voverit, adoleſcentiæ ſtimulos precibus & jejuniis extinxerit, decimoquarto ætatis anno jus canonicum memoria comprehenderit, ordiniſque Prædicatorum diſciplinam amplexus ita ſe virtutibus excoluerit, ut cæteris omnibus ſanctitatis exemplo præluceret. De piis vero ejus exercitiis, cum vicarius generalis congregationis Tuſciæ creatus eſt, hæc adduntur.

XCVI. Ut carnis delitias domuerit.

Ut ſe omnibus exemplar præberet, ultra continuos animi & corporis labores, ac præter aſſiduas in orationibus ſtudiiſque vigilias, a carnium eſu quaſi ſemper abſtinuerat, cilicium nunquam dimiſerat, ac ferreo ſuper nudam carnem cingulo cinctus, nudam terram ſeu ligneas tabulas pro lecto habuerat, donec ad ſenectutis annos pervenerat: tunc enim ſtrato ex paleis uti cœperat, jejuniis, aliiſque corporis macerationibus ſupra tenues corpuſculi vires continue pœnitentiam agens, horas fere omnes diei ac noctis ad arcana Dei contemplanda, ac verbum ejus evangelizandum, & ea ſcribendum quæ ad communem utilitatem, & Chriſtianam religionem pertinent, ſedulo ac jugiter impendebat, non ſolum viva voce prædicando tunc viventibus, ſed & poſteris plurima librorum optimorum tum in ſacris literis, tum in naturalibus, tum maxime in moralibus ſcientiis monumenta utiliſſima relinquendo prodeſſe ſtuduerat. (Permotus illius ſanctitatis & doctrinæ fama Eugenius IV. illi eccleſiæ Florentinæ gubernacula commiſit: quos honores ſummo ſtudio excutere anniſus, fugam in Sardiniæ inſulam meditatus eſt; ſed apoſtolicis imperiis & Coſmæ Medicis in Florentina republica facile principis precibus adductus demum ne Deo vocanti obluctaretur aſſenſit. Quanto vero ardore provehendæ Florentini populi ſaluti operam navaverit deſcribit Pontifex ita.)

Epiſcopales honores coactus ſuſcepit.

XCVII. *Secum ipſe reputans ad hujuſmodi dignitates vocatos non luxui ac deliciis deditos eſſe oportere, ſed omnibus & præſertim ſubditis frugalitatis exemplar eſſe debere, nihil prorſus de illo tenui ac ſimplici victu, quo per quadraginta quatuor annos in religione uſus fuerat, immutaverat, ipſamque paupertatem quam veluti ſponſam chariſſimam ſemper dilexerat, conſtantiſſime retinuerat, etiam ſemper aliquid de neceſſariis uſibus ſuis detrahens, ut largior erga pauperes ac liberalior eſſe poſſet, octo familiaribus, inter quos unus erat religioſus, utens, qui pro archiepiſcopatus negotiis vix ſufficere poterant, charitatis & miſericordiæ operibus ſemper intentus; nam ut hoſpitale, quod pauperum verecundorum dicitur, in dicta civitate, in eoque confraternitas pro illius regimine inſtitueretur, præfato Coſmo viro pientiſſimo plurimum adjuvante, author fuerat, ſolent enim ipſius confraternitatis confratres egeſtate oppreſſis ſeu mendicare erubeſcentibus uberes, copioſaſque eleemoſynas elargiri: & ut ipſe B. Antoninus omnia miſericordiæ opera præſtaret, infirmos, ac etiam peſte laborantes, viſitabat, illiſque non ſolum de ſpiritualibus, ſed etiam de temporalibus cibis & medicinis opportunis providebat, illiſque interdum ſibi paratos cibos, cum aliter prandere non poſſet, inaudita charitate largiebatur. Nudos etiam propria quandoque tunica, cum jam omnia erogaſſet, veſtiebat: cumque omnes menſæ ſuæ archiepiſcopalis fructus, redditus, atque proventus in pauperum alimoniam, virginum dotes, atque hoſpitalium ſuſtentationem, alioſque pios uſus erogaſſet, ac pro temporum anguſtiis eſſet pauperum copia, & nihil aliud ſupereſſet, unde pauperibus ipſis & indigentibus ſubveniri poſſet, a præfato Eugenio & recolendæ memoriæ Nicolao V. ac Caliſto III. & Pio II. Romanis Pontificibus ſimiliter prædeceſſoribus noſtris, quibus ob vitæ ſanctitatem charus erat, non parvas pecuniarum ſummas in hujuſmodi pios uſus convertendas recipiebat, eaſque pauperibus ipſis diſtribuebat. Denique nullum charitatis & miſericordiæ genus erga carceratos, viduas, & pupillos omittebat, memor ſcilicet verbi Pauli Apoſtoli dicentis:* Etſi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero nihil ſum.

Pauperum amantiſſimus pater extitit.

Pontificibus ob ſanctitatem chariſſimus.

In adminiſtranda juſtitia nullus judicum eo tempore illi comparari potuerat, ita ut præfatus Nicolaus prædeceſſor appellationes, quas a ſuis ſententiis ad ſedem Apoſtolicam deferri contingeret, nulli alteri committi, ſed ad eum ipſum examinandas remitti mandabat, ratus hominem ab omni odio, amicitia, prece, pretio, aliiſque omnibus, quæ judicantium animos in ſententiis dictandis perturbare ac pervertere ſolent; penitus alienum eſſe: cauſas omnes ad eum delatas concordia componere, aut celeri ſententia diffinire ſtudebat: cujus judicio fere omnes propterea acquieſcebant; quia id ab ore ſanctiſſimi viri, Deo ſic inſpirante, procedere exiſtimarent: in XCVIII.

In vitiis emendandis fuit acerrimus. corrigendis vitiis emendandiſque delictis ingenti utebatur ſeveritate, ita tamen ut in eo miſericordia cum juſtitia conjuncta eſſe videretur. Fidei & eccleſiaſticæ libertatis defenſorem ſe prabebat acerrimum, nec ullius minas formidabat: cumque olim cives quidam Florentini inſolentiores illi voluntatibus ipſorum ſe opponenti minati fuiſſent, ita reſponderat, ut oſtenderet nihil ſibi ex bonis terreſtribus adimi poſſe, quo valde triſtaretur, & ſe eccleſia ſua ſpoliatum libenter ad religionem & fratres ſuos rediturum fore, qui læti ac libenter eum variis curarum oneribus levatum exciperent. Clerum reformaverat, ac populum correxerat, pravoſque civitatis mores emendaverat, ludos omnes prohibitos atque damnatos ſuſtulerat, ſuperfluos mulierum ornatus reſtrinxerat, ac fere omnium cordibus devotionem ſpiritualem infixerat, quandoque fræno, quandoque vero calcaribus pro animarum & temporum qualitate utens, ut ſemotis ſeditionibus ſub Dei timore & charitatis zelo viverent, & in ſancta religione perſiſterent.

XCIX. Annum obitus sui diu ante prædixit. Quibus animi virtutibus in dicto ordine quadraginta quatuor, in archiepiſcopatu vero tredecim annos continue abſque non ſolum culpa, ſed etiam culpæ ſuſpicione uſus, cum annum ſeptuageſimum ageret, quod ſæpius prædixerat, ſuſceptis de more ſumma cum devotione Eccleſiæ ſacramentis, bonis omnibus [ſi qua tunc illi remanſerant] inter pauperes Chriſti diſtributis cum lachrymis imagine crucifixi amplexa ac ſæpius iis repetitis verbis: Servire Deo regnare eſt; *Ac:* Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam neſcio; *hilari atque læto animo coram ſuis charis religioſis fratribus orantibus & flentibus* VI. *nonas maii anni MCDLIX. ita immaculatam animam reddiderat Creatori, ut cum Apoſtolo dicere poſſet:* Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi; in reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ.

C. Poſtridie præfatus Pius prædeceſſor, cum viri ſanctitatem jampridem cognitam haberet, Florentiam ingreſſus, omnibus Chriſtifidelibus ejus corpus antequam ſepulchro conderetur viſitantibus indulgentiam ſeptem annorum & totidem quadragenarum conceſſerat: ex quo tanta turba non ſolum ipſius civitatis, ſed etiam circumvicinorum locorum confluxerat, ut ejus corpus per octo dies ſepulchro tradi non potuiſſet omnibus id videre atque oſculari volentibus, multiſque infirmis ſanitatem a Deo implorantibus, eamque miraculoſe conſecutis, qui licet ex ſanctis operibus ſuis beatus & ſanctus ab omnibus ejus vitam intuentibus aut famam integerrimam audientibus certiſſime crederetur, eam tamen opinionem auxerat manifeſta & oculata viſio dominica cuidam Tuccio monacho monaſterii Caſtelli Florentini Ciſtercienſis ordinis in civitate ipſa Florentina, & Conſtantio de Fabriano tam ſanctitate vitæ claro, quam ſcientia & doctrina in dicto Prædicatorum ordine profeſſori in civitate Æſculana oblata, quorum uterque eadem noctis hora, qua dictus beatus Antoninus ad Dominum tranſivit, ejus animam ab angelis in cœlum viſibiliter portari viderant. Eandemque opinionem fidemque poſtea confirmabat magna & innumera miraculorum multitudo, quæ omnipotens Deus ipſius B. Antonini inter cæleſtes beatorum choros recepti meritis, tam dum in hac miſera luce vixerat, quam vita functus poſt mortem ipſam mundo manifeſtaverat: ſiquidem ejus invocato nomine dæmoniaci a malis ſpiritibus liberati: diverſorum morborum generibus oppreſſi, & a medicis omnino deſtituti, ac mortui, & pro mortuis utique habiti revixerant, ac priſtinæ ſanitati reſtituti, ac leproſi mundati fuerant: preterea claudi inceſſum, ſurdi auditum, muti loquelam, contracti motum liberum, cœci lumen recuperaverant, ejuſque ſanctitatis non modicæ ipſi Hadriano prædeceſſori & toti populo teſtimonium perhibere poterant verba, quibus vivente adhuc ipſo beato antiſtite Antonino idem Nicolaus prædeceſſor in canonizatione S. Bernardini de Senis per eum facta uſus fuerat, aſſerendo non minus ad Dei laudem Antoninum vivum, quam Bernardinum mortuum inter ſanctos referendum putare. Pluribus deinde interjectis, ut ſumma conſilii maturitate quæſtio habita fuerit ab Hadriano VI. de veritate miraculorum, quibus Antonini gloria inclaruerat, quæque in volumen integrum relata fuerant, ſubdit Clemens. Miracula divinitus edita.

CI. Eapropter Hadrianus prædeceſſor hujuſmodi conſiderans quod in eadem canonizatione non permiſſurus eſſet Deus ipſum errare, qui omnia in ea quomodolibet requiſita obſervata fuiſſe cognoverat, & obſervari fecerat, prout obſervaverat, ſub data videlicet pridie kal. junii pontificatus ſui anno primo, de eorumdem fratrum ſuorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium, omniumque prælatorum in Romana curia exiſtentium unanimi conſenſu, & maturo conſilio, de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus authoritate confiſus, beatæ memoriæ Antoninum Florentinum ſacræ theologiæ profeſſorem ex gremio ſacri ordinis Prædicatorum, & ex officio vicariatus generalis congregationis Tuſciæ regularis obſervantiæ hujuſmodi in archiepiſcopum

Digitized by Google

copum Florentinum aſſumptum, ſanctnm eſſe, & aliorum ſanctorum Dei cathalogo adſcribendum & aggregandnm fore, ac fideliter firmiterque teneri debere decrevit; ipſnmque ſanctorum confeſſorum & doctorum, quos ſancta Dei venerabatur Eccleſia, conſortio ſolemniter aſcripſit, aggregavitque, atque eum tanquam ſanctum publice privatimque colendum eſſe declaravit, ac voluit. Decrevit etiam, ut eius memoria ſecunda die maii ſingulis annis recoleretur; & ſacrarum reliqniarum translationis pompam cohoneſtaturis noxarum veniam propoſuit: quæ literæ hac temporis nota a Clemente VII. conſignatæ fuere. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MDXXIII. VI. kal. decembris pontificatus noſtri anno I.

CII. Inſtituto de ſanctis Bennone atque Antonino ſermoni nonnulla S. Ignatii ſocietatis Jeſu conditoris geſta ſanctiſſima hoc anno patrata conjungemus: incidit enim in Hadriani pontificatum & hunc annum, ut peracto in Monteſerrato & Minoreſſa ſanctitatis tyrocinio ad urbem Pontificis pedes exoſculaturus, atque limina Apoſtolorum luſtraturus, indeque in Syriam facta ſibi ab eodem Hadriano poteſtate proficiſceretur, ad viſenda Chriſtianæ religionis monimenta: In qua pia peregrinatione quot & quam mira acciderint viro ſancta enarrat Joannes Petrus Maffeius (*a*) ejus vitæ ſcriptor: *Sub initium*, inquit, *anni MDXXIII. magno omninm dolore Minoreſſa profectns venit Barcinonem, ut in Italiam en eo loco trajiceret*, & infra: *In urbem Romam laſſitudine ac fame pene confectus introiit ipſo dominico die palmarum: cumque venerabundus religioſiſſima quæque loca obiiſſet, Hadriani VI. Pontificis maximi pedes exoſculatur.* Multis de ejus Venetias profectione interjectis, ſubdit author. Ut noctu cum in opificis fulcro ad reficiendos artus ſe compoſuiſſet, vicinus Senator cœleſti voce, ad eum quærendum domique excipiendum excitatus ſit; tum de illius in terram ſanctam peregrinatione ſubjungit.

Peregrinatio S. Ignatii ad limina Apoſtolorum.

(*a*) *Maff. l.* 1. *cap.* 12.

Exoſculatur S. Ignatius pedes Hadriani Senator.

CIII. *Cum in navi per ſummam impudentiam committi gravia quædam flagitia comperiſſet, non dubitavit apertum dedecus deteſtari palam, & impuros illos homines tanta orationis acrimonia reprehendere, ut ii facta cum nautis conjuratione moleſtnm ſibi monitorem in deſerta quadam inſnla exponere, atque ab ſuo conſpectn & conſuetudine procnl amovere decreverint. Quam rem odorati e vectoribus quidam Hiſpani ad Ignatinm pro amicitia detulere, ſnadentes etiam atque etiam, ut in loquendo cautior eſſet, ſibique conſuleret: ſed ille nihilominus turpiter peccantes objurgare perrenit, divinæ providentiæ ope ſubnixus: cujus beneficio factnm eſt, ut ad inſnlam ſceleri deſtinatam appropinqnantes uantæ adverſo repente vento rejecti volentes nolentes Ignatium in Cyprum nſque pervenerint. Ubi cum ſtare ad ſalinas peregrinam navem audiſſet, illnc itinere terreſtri ſe contulit, in eamque gratis admiſſus, nihilo plns viatici ſecum intulit qnam in priores intulerat, Chriſto uno videlicet fretus: qui tota illa navigatione ſeſe illi uon ſemel oſtendit, eumqne magnopere confirmavit, ac deniqua incolumen ad portum Paleſtinæ perdnxit.*

Nautæ increpiti a S. Ignatio.

Divina pro viro ſancto providentia.

Chriſtus pluries D. Ignatium ſolatur.

CIV. *Inde* (*b*) *cum cætera peregrinorum turba progreſſus, ut ad conſpectum ſacratiſſimæ urbis eſt ventum, incredibilem eu ipſo illius intuitn cæpit animo voluptatem, ac deinceps partim in comitatu, partim etiam ſolus loca illa Chriſti domini, Mariæ virginis, & Apoſtolorum nobilitata veſtigiis eximio qnodam animi fructu venerabundus haud ſemel obiit, modo inclyti quondam templi reliqnias, modo ſepulchra prophetarum intuens; hic naſcentis & vagientis, illic docentis & miracula patrantis Filii Dei monimenta conſiderans. Ubi vero ad loca eiuſdem acerbiſſimis pœnis inſignia & morientis in cruce ſanguine conſecrata, atque ad defuncti ſepulchrum accederet, effuſus in lacrymas, humo pia oſcula imprimere, immortales agere Domino gratias, incredibili qnadam ſpiritns dulcedine & ſuavitate compleri. Adhæc, antiqnum beatiſſimæ Virginis domicilium, itemque locum inſtitnto primum Euchariſtiæ myſterio & ſancti Spiritus adventn memorandnm, & alia ejnſmodi, quamplurima, quæ per otium deinde reviſeret, a myſtagogo, quam accuratiſſime addiſcere. Erat Ignatio jamdiu deliberatum in anguſtis illis Judeæ locis ſedem figere, atqne ad convertendos, ad evangelii lucem infideles toto pectore incumbere, quod non reperiret, vel nbi ſanctius in terris vitam degeret, vel in qno munere fructuoſius operam collocaret.* Plura addit author, ut a Franciſcanis patribus religioſo pro imperio redire juſſus ſit, ne in Turcarum incideret ſervitutem, maleque habitus a quodam Armenio, cum ex monte Oliveti rediret Chriſti aſpectu fuerit recreatus tum ſubdit.

(*b*) Cap. 14.

Luſtrata ab eo terræ Sanctæ loca.

Meditatur infideles ad Chriſtum convertere.

CV. *Illuceſcente die poſtera non ſine lachrymis Palæſtina diſcedens* (*c*) *trajectn facili Cyprum tenuit, cumque tres onerarias naves in Italiam paratas offendiſſet, qnarum una erat Veneti mercatoris maxima, & omnibus rebus inſtructa, altera minor Turcarum, ſed bene firma tertia Chriſtianorum*

(*c*) *Id. ibid. cap.* 15.

Suis precibus navim ſervat.

rum parva & male compacta, ob egeſtatem a navarcho Veneto facete repulſus, ut cum ſanctus eſſet calcares ſicco pede æquora, minime validam navim conſcendit, quæ gravioribus quaſſata procellis in Apuliæ portum feliciter applicuit, cum Turcica navis in omnium conſpectu fluctibus hauſta fuiſſet. Veneta in ſcopulos illiſa, ſalvis tamen epibatis naufragium feciſſet. Ex quo patuit quanti interſit in hominum Deo acceptorum comitatu verſari, atque fœnus ingens pro ſuis ſervis a Numine rependi.

CVI. Quod ad res orientales attinet; eæ deploratiſſimæ ob Rhodi deditionem Solimanno factam extiterunt: ac prima die januarii hujus anni Philippus Lileadamus equitum Rhodiorum princeps Rhodio portu ſolvens, cum in Siciliam applicuiſſet, ac tres naves a Pontifice ſubmiſſas diverſiſque retardatas ventis, tum aliam ſubſidiariam claſſem ab equitibus diverſarum gentium ſero inſtructam reperiſſet, de repetenda Rhodo, ac Turcis ſuperioris obſidionis cladibus debilitatis inde pellendis conſilia iniit; ſed luſtrata claſſe, cum navibus majoris alvei non polleret, ac Reges Carolus V. & Franciſcus I. ſimultates inter ſe exercerent, deſperata omni illorum ope bellum audax & arduum intermittere coactus eſt, profectuſque Romam ab Hadriano amantiſſime exceptus eſt. Ut vero Melitæ inſulæ Siciliæ adjacens illi a Carolo V. ea lege conceſſa fuerit, ut Siciliam a barbarorum impetu tueretur, inferius ſuo loco dicetur.

Rhodiorum princeps amiſſam Rhodum recuperare nititur. Deſertus a Regibus bellum intermittit.

CVII. Interea Theophilus patriarcha Alexandrinus literas Græce ſcriptas ad Hadrianum miſit, quibus obedientiam ei detulit, atque ipſum Eccleſiæ catholicæ ſummum antiſtitem eſſe, profeſſus eſt: quas Hieronymus Aleander tum Vaticanæ bibliothecæ curator, ac poſtea archiepiſcopus Brunduſinus & S. R. E. Cardinalis multarum linguarum & diſciplinarum peritiſſimus, in latinum ſermonem convertit.

Patriarcha Alexandrio. obſequium defert Hadriano.

CVIII. Hoc ineunte anno Pontifex (*a*) Arimino ditionis eccleſiaſticæ urbe, cedentibus Malateſtis, potitus eſt; tum ad ſedandos inteſtinos tumultus converſus Alfonſum Ateſtinum Ferrariæ, & Franciſcum Mariam Robureum Urbini duces in gratiam recepit, omniaque edicta a Julio II. & Leone X. adverſus eos conſcripta irrita eſſe juſſit. Cum ita a Gallis Ferrarienſem & Urbinatem diſtraxiſſet, etiam Venetos a Gallica amicitia divulſit, & Carolo Regi Romanorum, Ferdinando archiduci Auſtriæ, ac Franciſco Sfortiæ doci Mediolani ſolemni fœdere junxit. Premebatur tum ingenti obſidione arx Mediolanenſis, quam omni ope deſtituti milites præſidiarii incolumitatem pacti cæſareis dediderunt, quæ mox Franciſco Sfortiæ reſtituta eſt.

(*a*) *Guicciar. lib.* 15.

Urbinat & Ferrarienſis a Gallo divulſi.

Cum ita Gallicæ res penitus ruerent in Italia, ſolaque Cremonenſis arx pro iis ſtaret, Franciſcus Francorum Rex ad eas inſtaurandas cogitationes omnes intendit: nec deerant, qui ad accendendum bellum faces admoverent: inter quos Franciſcus Soderinus Cardinalis Volaterranus, qui gratiam apud Hadrianum oſtentato conciliandæ inter Chriſtianos pacis deſiderio inierat, proditionis convictus eſt, interceptis ejus literis ad nepotem epiſcopum Xantonenſem datis, quibus Gallum Regem monebat ut, miſſa valida claſſe Siciliam inſulam bello peteret: non defuturos Caroli hoſtes, qui ei ſe conjungerent, concurrentibuſque eo Hiſpanis, ducatum Mediolanenſem neceſſariis præſidiis oudatum iri, quem facile terreſtri exercitu recuperare poſſet nec Hadriano fideret. Conjectus eſt itaque in Hadrianæ molis cuſtodiam, ejuſque bona publicata, ut qui vectigalis Romanæ eccleſiæ regni invadendi contra officii religionem conſilia dediſſet. Patefacta tum etiam conjuratio (*b*) quæ cum Gallo ab aliquibus proceribus Siculis conflata fuerat; cujus participes nonnulli principes ſupplicio affecti fuere. CIX.

Cardinalis Volaterrani proditio.

Conjicitur in vincula.

(*b*) *Guicciar. lib.* 15.

Opera omni atque induſtria eniſus fuerat Hadrianus (*c*), ut pacem inter Chriſtianos principes redintegraret, & concuſſo a Solimanno atque a Luthero Chriſtiano imperio opitularetur, ſuperioreque anno cum Italiam peteret, legatis ad principes internuntiis eos ſolicitarat, ut oratores ad ſedem Apoſtolicam mitterent; quo conjunctis mutuo fœdere armis ſacra in Turcam expeditio conficeretur; tum pro ſacroſanctæ poteſtatis faſtigio inducias imperarat. Admiſerat eas Cæſar, modo diuturnæ forent; at Franciſcus Galliarum Rex niſi pro breviori temporis flexu reſpuebat, ut majori ſcilicet apparatu Inſubriam repeteret: atque ita cum maximum comparaſſet exercitum, Pontifex in eum veluti publicæ pacis hoſtem, omniumque malorum authorem vehementer in Cardinalium ſenatu invectus, ad infringendos ejus conatus armorum ſocietatem cum Carolo V. Cæſare, Henrico Anglorum Rege, Venetis, Florentinis, Senenſibus, Lucenſibus, ac Franciſco Mediolani duce iniit (*d*) die tertia auguſti. CX.

Patefacta Siculorum conjuratio.

(*c*) *Guicciar. lib.* 15.

Solicitati principes ut mittant Romam oratores.

Repudiatæ a Gallo induciæ imperatæ a Pont.

(*d*) *Continuator Sabell. hoc ann. Guicciar. l.* 15. *in Panvin. in Hadr. vita.*

Factam hanc inter Pontificem & Cæſarem coitionem a multis improbatam fuiſſe indicat Hieronymus Niger in datis ad Marcum Aotonium Michaelem de- CXI.

Fœdus in eum ſancit Hadrianus cum Cæſare & Anglo.

Pontificis cum Cæſare fœdus damnatum.

(a) Extant l. 1. collect. lit. princ. pag. 115.

(b) Ibid. pag. 116.

decima ſeptima junii die literis (*a*); viſam enim publicæ univerſalis pacis & Aſiaticæ expeditionis conficiendæ conſiliis adverſam: aliis autem literis quibus aſcripta eſt quinta auguſti dies, cum Venetam rempublicam in fœdus pontificium & cæſareum coiviſſe increbreſceret, ſignificavit (*b*) omnium opinione & ſermonibus pervulgari, Gallum Regem a turbanda Italia deterrendum, ne ſua amittat dum aliena ambit, qui ſi divino afflatu paci aſſentiat cedatque tempori, ſperandum optimi & religioſiſſimi Pontificis opera inſigne aliquod adverſus Turcam facinus editum iri; tum addit eo ipſo die, quo lapſæ in monte Exquilino per æſtivos ardores nivis miraculi memoria recolitur, celebrata a Cardinale Columna divina re, fœdus ſanctiſſimum adverſus Turcam atque omnes alios, qui ſtatum præſentem Italicarum rerum perturbare vellent promulgatum inter Pontificem, Cæſarem, Angliæ ac Pannoniæ Reges, archiducem Auſtriæ, ducem Mediolani, Florentinos, Senenſes, ac Lucenſes: de Venetis vero nullam habitam mentionem, idque conſulto factum, cum ſenatus Venetus Turcis bellum nollet indicere niſi omnes Chriſtiani principes ſeſe ad id gerendum aſtringerent, atque ideo oratorem Venetum ſuas excuſationes attuliſſe Pontifici, & celebritati intereſſe noluiſſe.

Quinam fuerint eo comprehenſi.

Habita fuit in ea celebritate a Vincentio Pimpinello concio elegantiſſima, qua in omnes principes Chriſtianos, qui Rhodum, expugnari a Turca paſſi eſſent, acriter invectus eſt; cumque ad Venetos defluxiſſet, his verbis eos compellavit: *Accuſarem etiam vos, terra marique potentiſſimi Veneti, in quorum manu erat victoria, niſi vobis ad æmulationem veterum Romanorum jampridem inſitum animo eſſet, fidem & juſiurandum non modo amicis, ſed hoſtibus eſſe ſervandum.*

CXII. Dum hæc conſilia verſat Hadrianus Papa magno bonorum omnium luctu XVIII. kal. octobris morbo oppreſſus obiit, de quo Willelmus Lochorſt Ultrajectinus haſce literas ſcripſit (*c*) *Die exaltionis vivicæ crucis Hadrianus Papa VI. patriæ noſtræ pater, unicuique decus, neſcio quo morbo extinctus eſt; nam pridie nonas auguſti [quo die Romæ feſtum S. Mariæ ad nives celebratur, optimus patrum pater religionis publicæque lætitiæ cauſa nam eo die publicata fuit pax & concordia inter principes & potentatus Italiæ illius ſolicitudine procurata [eu palatio ad S. Mariam majorem cum cœtu Cardineo proficiſcens æſtuantibus caloribus, quos ſemper antea formidaverat, ſubmoratus ibidem per noctem, ac diem celebrem in hortis & vinea Cardinalis S. Crucis convivium dominis Cardinalibus dantis, ecce ad palatium reverſus ſeu nimio æſtu, laboreque fatigatus, ſive infeſto eſu aut potu refectus, incidit in morbum, & quidem latentem principio at remiſſum, mox apertum & graviorem.* Et infra: *Dum loqui potuit, afflictum & miſerabile fuit audire, quo pondere, quibus argumentis amicos conſolabatur, ut diceret velle excedere eum vita, non cogi. Mortuus eſt poſt horam primam pomeridianam ſumptis ante meridiem rite eccleſiaſticis ſacramentis: ſicut vixit pacifice, moroſe, devote, & ſancte, ita obiit. Moriens teſtamento edixit, donavit, & legavit [conſenſu collegii deſuper requiſito] familiæ ſuæ antiquæ deſcripta bona ſua mobilia ante papatum acquiſita eu Hiſpaniis ad urbem Romam aſportata, aſſerens illis eſſe ſobrie proviſum juxta modum laborum & periculorum, ſeque noluiſſe abuti bonis Eccleſiæ, ſeu ſacerdotiis ad eos ditandum, exemplum dans ſucceſſoribus.* Et infra.

(c) Extant in append. ad hiſt. Ultraject. ex faſciſc. Lappi Wilelmi Lochorſt. litt. ad Ultraject. canonic.

Cauſa morbi.

Pia illius mors.

Familiaribus conſuluit.

CXIII. *Magnos luctus optimorum virorum movebant clariſſime virtutes, modeſtia multa in ore, multa in verbis, tum dignitas quanta deſiderari ad gratiam poſſet. Corpus procerum & erectum cum gracilitate non indecora: facies candida & viva plena dignitatis, gratiæ, & majeſtatis: verecundia tanta, ut omnem corruptionum improbitatem deterreret. Vita libera, non licentioſa, conſilium multum ac ponderis, ut reſponſa delphica docti appellarent: oratio deſiderata non tarda: eloquentia cum opus eſſet, præterea contracta & modica. Imperium in Hiſpaniis ſumma cum integritate geſtum abſque ſuperbia, abſque avaritia, aut crudelitate ſummo moderamine: in ſeveritate benignitas, ac benignitate ſeveritas laudabatur.* Et infra: *Hodie captæ ſunt exequiæ: humatus eſt in ſacello divi Andreæ: inter duos Pios tenet medium pientiſſimus. Monumenti ſuperior pars tenet talem ſcripturam:* Hic nihil ſibi infelicius in vita duxit, quam quod imperaret. *Romæ* XXII. *ſeptembris anno, &c.* XXIII. Contempſiſſe optimum Pontificem inanem eloquentiam, & politioris Latinitatis fucos, & elegantias nempe gentilitia impietate putidas, idem refert Hieronymus, atque illius gravitatis aliquot exempla adducit in literis XVII. martii hujus anni ad dictum Marcum Antonium Michaelem ſcriptis; carpſiſſe nimirum nuper cultiores Latinas literas, contemptaque eloquentia dixiſſe: *Sunt literæ unius poetæ*. Contempſiſſe vero poetas ait ejus vitæ author, quod falſiſſimorum deorum nomina ſtudioſe celebrarent, & minus ſin-

Inſigne Hadriani dictum de ſtatus gentilitiis.

ſincero animo de Chriſtiana religione ſentire dicerentur: cumque in viridiario pontificio Laocoontis ſtatua, ut mirum opus exquiſitiſſimis artis lenociniis perfectum ipſi oſtenderetur, ſubjeciſſe hæc verba: *Sunt idola antiquorum*. Tum addit Niger, vereri ſe admodum, ne idem quod olim S. Gregorius feciſſe legitur, aliquando agat, ac omnia hujuſcemodi gentilium ſimulachra magnitudinis & gloriæ Romanæ viva & expreſſa monumenta, in calcem ædificandæ baſilicæ S. Petri futuram uſui redigat. Juſtiſſimum etiam ſcelerum vindicem fuiſſe, ejuſque metu Cardinalem Cibum delituiſſe, cum in ſuſpicionem interempti ducis Camertis adduceretur: in elargiendis autem ſacerdotiis parciſſimum; idque ex optima conſcientia, quæ peccare timet proficiſci. Aliiſque literis die ſeptima aprilis exaratis refert omnia Hadriani diplomata juſtiſſima eſſe, neque audiri quidpiam ab eo perperam decretum, nec propterea fieri ſatis aſſuetis malo aulicis, deque eo uſurpari poſſe quod Cicero de Catone circumferebat: *Hic dicit tanquam in Platonis politia, non in Romuli fæce ſententiam*.

Conſpicua Hadriani integritas.

CXIV. Vixit annis ſexaginta quatuor, menſibus ſex, diebus tredecim: ſedit vero anno uno, & menſibus octo, diebus ſex, ut in ſepulchrali ejus inſcriptione legitur, quam appoſuit Guillelmus Enckenvordius epiſcopus Dertuſenſis & datarius, quem in ægritudine, ipſa, vocatis ad ſe Cardinalibus ſacro illorum collegio aggregatum presbyterali SS. Joannis & Pauli titulo inſignivit nullo alio ad eum honorem delecto adeo ut rupulſam tulerint inferioris Germaniæ proceres, qui eum urgebant, ut propinquum ſuum eruditionis laude præclarum cardinalitia dignitate decoraret, ut qui omnis humanæ neceſſitudinis reſpectum ſibi abſcidiſſet, Chriſtique tantum gloriæ in conferendis ſacerdotiis ſtuderet, tranſmiſſis etiam ad viros probos ſine ullo ſtipendio quod Romanæ curiæ pendi conſueverat diplomatibus. *Hinc fuit*, inquit Panvinus, *quod difficulter cognatos ad beneficia proveheret, non quia eis humaniter non faveret, ſi alioqui idonei fuiſſent; ſed quia, ut dicere ſolebat, ædificare Sion in ſanguinibus nollet, hoc eſt quia in ſacris reſpicere neceſſitudines naturæ nollet, ut quæ ibi locum non haberent; quinimmo in iis etiam in paribus dotibus alienorum potius, quam ſuorum rationem habiturus videbatur: ex quo fuit, quod literis magnatum quorumdam inferioris Germaniæ ſollicitatus ut quemdam propinquum ſuum adoleſcentem & forma & ingenio præſtantem, qui tum recens magiſter phyloſophiæ creatus ſtudia altiora Lovanii ſequebatur, galero cardinalitio ornaret en more ſolemni aliorum Pontificum, nequaquam voluit*. Opes ipſum non in propinquos profundendas, ſed retinendas ad ſuſtinendam majeſtatem pontificiam, cum Chriſto ſint conſecratæ, cenſuiſſe narrat Paulus Jovius (a) in ejuſdem vita; quamvis ea in re ipſe, ut rebus divinis minus addictus, Hadrianum durum & illiberalem uſque ad notam naturæ ſubagreſtis appellet, atque aliquot exempla affert: *Patruelis ſui filium*, inquit, *Senæ Etruſcæ in gymnaſio literis operam navantem, quod Romam nequaquam vocatus intermiſſis ſtudiis repente venerat, confeſtim meritorio equo impoſitum remiſſit, animi levitatem identiden objectans, & ſevere admonens ut ab ſe modeſtiæ & temperantiæ exemplum opportune ſumeret. Alios quoque, nec remoto affinitatis gradu neceſſarios, qui ſpe celſioris fortunæ e Germania pedibus Romam venerant, mirum in modum increpavit, donatiſque ſingulis ſagis laneis, & frugi viatico pedibus ſimiliter in patriam redire juſſit quarum rerum teſtimonio ſuperiorum Pontificum profuſam erga propinquos liberalitem uti gravem & reipublicæ pernicioſam deteſtari erat ſolitus; quando eo præſertim errore cuncta ſenſim labefactata ſe demum Pontifice ruitura viderentur*. [1]

In extremo morbo Guillelmum Enckenvordium creat Cardinalem.

Propinquos non provexit Hadrianus.

(a) *Paul. Jovius in vit. Hadr.*

Patruelis filium mox a ſe demiſit.

Paſſa eſt in ejus morte graviſſimam ja- CXV.

NOTÆ [1] BRevem principatus ſui curſum Hadrianus pontifex hoc anno, menſe & die in Annalibus ſignatis, confecit. Mores ad veterem ſeveritatem compoſiti paucos benevolos, adverſarios plurimos viro optimo compararunt. Hinc ſcommata & dicteria de illo multa poſt obitum ſparſa, quorum nonnulla ex Jovio notat Annaliſta, aliud recitat Blaſius Ortiz in itinerario Hadriani. Cum enim inter duos Pios pontifices (ſecundum & tertium) ſepulturæ mandatus fuiſſet, hoc illi epitaphium ſcripſiſſe dicacem quemdam narrat: *Hic jacet impius inter pios*. Reipſa tamen pontificem fuiſſe incomparabilem, juſtum, ſanctum, & quod caput eſt, aulæ reformandæ maxime intentum teſtatur idem Ortizius, qui inter domeſticos ab eodem adlectos, ejus familiaritate intima utebatur. Affirmat enim in primis eum, dignitate vix obtenta, ſtatim expectativas, quas vocant, gratias aboleviſſe. In proviſione beneficiorum, cum non ita facile viros ex voto ſuo idoneos reperiret, parciſſimum ſe præbuit adeo, ut plura reliquerit vacua. *Dignitates & perſonatus* ex canonum præſcripto ſingulis conferebat. Viros literatos undique conquiſivit, *ex Hiſpania videlicet, Francia, Italia, & utraque Germania*. Literas, ſeveriores tamen (nam molliores execratum notat

Digitized by Google

Decreverat Hadrianus celebrare Concilium ad Lutheri hæreſim excindendum.

jacturam Eccleſia, ut qui Lutheranæ hæreſis radici œcumenici concilii in Germania celebrandi ſecurim admovere opportune decreverat: *Spondebat*, inquit vitæ author, *ubi primum ſedatis bellorum turbis poſſet indicere concilium univerſale, ut quidquid Romæ, quidquid alibi apud epiſcopos, abbates, & univerſum denique ordinem Eccleſiaſticum collapſum eſſet in priſtinum gradum reſtitueretur, ne quid in hac parte poſſent obtendere, quominus monitis ſuis morem gererent. In ſumma tantum effecit ſedulitate authoritateque, quam ſanctitas vitæ præſtantiaque doctrinæ pepererant, tum gratia, qua maxima apud Germanos Pontifex Germanus valebat, ut malum illud jam tum, utcunque miteſceret, & ſpes magna eſſet niſi mors ejus impediſſet, fortaſſis brevi aut in totum, aut ex maxima certe parte explodendum.*

Illius mors luctuoſiſſima rei chriſtianæ.

Lutherus fœtidiſſima illa maledicentiæ ſentina, cum in ſanctum Bennonem epiſcopum Miſnenſem blaſphemo ore deblateraret Hadrianus invitus laudavit: *Audio*, inquit (a) *de illo Hadriano, quod fuerit ſplendidæ ac laudatæ vitæ*. Tum vero maledicta impudentiſſima adjecit ob ejuſdem Pontificis in abolenda hæreſi ſtudia; de quibus hæc tradit Laurentius Surius (b).

(a) Luther. apud Cochlæum an. 1524.
(b) Surius in comm. hoc ann. Annal. Colonien.

CXVI. *Hoc anno Bruſſellis, quæ eſt Brabantiæ præclara urbs, duo profeſſionis Auguſtinianæ ob Lutheri dogma flammis exuſti ſunt: illos vero Lutherani non alio quam martyrum loco habent: quemadmodum etiam Joannem Huſſium & ejus farinæ alios hæreticos; habet enim & diabolus martyres ſuos. Porro martyres Chriſti pœna non facit ſed cauſa, ut præclare inquit Auguſtinus. Quam ſibi pacem promittunt inimici fratrum? inquit ſanctiſſimus ille martyr Cyprianus libro de unitate eccleſiæ: quæ ſacrificia celebrare ſe credunt æmuli ſacerdotum? An ſecum eſſe Chriſtum, cum collecti fuerint, opinantur, qui extra Chriſti Eccleſiam colliguntur?*

Pſeudoauguſtiniani duo Bruxellis exuſti.

Eodem aſſerendæ religionis ardore Antuerpiæ Auguſtinianorum cœnobium ſolo æquatum ferunt, cum omnes pſeudomonachi Lutherana peſte infecti fuiſſent a quodam Henrico Suphano priore, qui ob hæreſim comprehenſus eam publice damnarat, iterum relapſus, cum extremo afficiendus eſſet ſupplicio, effracto carcere aufugerat, deinde Bremæ virus Lutheranum effuderat, ac demum Meldorpiæ apud Thietmarſos in flammas conjectus ſuperiori anno perfidiæ meritas pœnas dederat. Ita ob ſummam Hadriani apud Germanos authoritatem non aberat ſpes, fore ut brevi Germania impoſtoribus repurgaretur.

Auguſtiniani Antuerpia pulſi ob hæreſim.

Henricus Sudphanus pſeudoauguſtinianus exuſtus.

Con-

NOTÆ

tat opportune Annaliſta) coluit & amavit, literatus & ipſe adeo *ut ea tempeſtate par, difficile reperiretur*, ait idem Ortizius cap. XL. Eruditionis hujus ſuæ perpetua monumenta poſteris reliquit, variis ſcriptis editiſque operibus, quæ Jacobus a S. Carolo in Biblioth. pontif. enumerat. Inſuper Annalium Noveſienſium ſcriptor anonymus, vulgatus a Martenio Veter. Monum. to. IV. hoc de illo teſtimonium reliquit: *Hic* (Hadrianus) *domum ſuam Lovanii magnifice extructam in uſum vertit ſanctis literis ſtudentium, iiſdem in alimoniam relictis etiam proventibus annuis ſufficientibus*. Res ab eo geſtas literis mandavit Gerardus Moringus Theologus Lovanienſis, cujus opus prodiit Lovanii anno 1536. quod iterum recudendum curavit Carolus Burmannus Trajecti anno 1727. cum inſigni monumentorum acceſſione, ac præſertim nonnullis ad Hadriani familiam pertinentibus.

Juſtis Hadriano perſolutis, cardinales receſſerunt in conclave; nihil morati expoſtulationes Gallici legati, qui cunctationem exigebat quoaduſque cardinales in Gallia agentes venirent. Quas ejus querelas ideo negligendas cenſuerunt, quod in cap. *Ubi periculum* de elect. in 6. cautum fuerit, ne cardinales extra *curiam* agentes ultra decem dies ab obitu pontificis expectarentur. Itum eſt igitur in conclave ipſo Kalendarum octobris die, ibique obſtinata inter cardinales juniores ſenioreſque concertatione factum eſt ut pontificis electio aduſque diem XVIII. Novembris extraheretur. Tunc enim juniorum factione prævalente Julius Medices electus fuit; qua de re fuſe cum Annaliſta ſcriptores omnes cœvi. Unum eſt tamen in quo non convenit inter plures, dies ſcilicet quo Julius, ſeu Clemens VII. pontificiam coronam aſſumpſit. Niger in epiſtola ſignata Romæ die XVIII. novembris anni hujus in eam rem deſtinatam ſcribit diem XXIII. novembris S. Clementi ſacram. Victorellus in additionibus ad Ciaconium diem VI. Kal. decembris ex Panvinii fide. Congruit & catalogus Romanorum pontificum apud Bollandiſtas in propilæo ad Acta SS. menſis maji. Annaliſta noſter diem ſequentem V. Kal. decembris præfert. Verum Ortizius, qui tunc Romæ præſens aderat, menſem & diem alium indicat, in Itinerario cap. XXXVIII. *Poſtmodum* (poſt agnitum adoratumque pontificem) *magna feſta ſolemnitateſque celebrantur uſque ad calendas decembris, quibus pontifex novus coronatus*. Epocham hanc retinendam cenſerem, niſi aliter ſuaderet authoritas Hieronymi Nigri, qui & tunc præſens Romæ aderat, idemque in literis ad M. Antonium Michaelem ac die II. decembris datis, acceptam a pontifice coronam die XXV. novembris affirmat. Cui ſuffragantur literæ Clementis ad Colonienſem datæ anno 1531. die XXVIII. novembris ſignatæ anno pontificatus IX. Vide Annales ad illum annum num. 6. Hinc enim pontificem ante coronationem annos pontificatus nondum ſignare cœpiſſe demonſtrant literæ ab Annaliſta hic num. 128. recitatæ, quæ ſic datæ leguntur, anno MDXXIII. *ante coronationem*, quo argumento convincimur pontificatus ſui annos a coronatione Clementem duxiſſe. Conjectura hæc Papebrochium cum fugerit, ideo ea de re ambiguus fluctuat. MANSI

CXVII. Conceperat etiam ille graviſſima decreta ad excindenda aulicorum aliorumque vitia, atque impietatem abolendam, quæ ob immaturam mortem promulgari non potuerunt; de quibus Paulus Jovius (a) in ejus vita quam precibus Guillelmi Enchenvordii Cardinalis Hadriano addictiſſimi conſcripſit: *Manaverat*, inquit, *in vulgus fama haud incerto auctore, Pontificem novo ſummæ ſeveritatis edicto publicatis ſuper id bullatis ſolemnibus codicillis diſſolutæ civitatis mores correcturum; ita ut atroci pœna tria præſertim hominum genera perſequeretur, eos ſcilicet ante omnes, qui ad Chriſti fidem reverſi impia animorum devotione Judaicæ ſuperſtitionis ritus obſervarent, quorum maxime pecunioſorum ingens turba judiciorum metu ab Hiſpaniis delapſa in urbem tanquam in portum certiſſimæ ſalutis confluxerat. His enim hominibus Hadrianus vetere conſuetudine plurimum erat infeſtus, utpote qui in Hiſpania ipſis inquirendis damnandiſque cum inſigni magiſtratus honore præfuiſſet. Sub id genus ii quoque veniebant, qui ſuperis impuro ſceleſtoque ore maledicerent, & contemptim aut jocullariter de religione Chriſtiana loquerentur, & ii etiam, qui minime dubitarent profana negotiatione ſacerdotia venditare. Secundo loco erant fœneratores atque menſarii, qui egentium fortunas acerbiſſimis uſuris everterent, & annonam impotenti monopolio & diris præoccupationibus impudentiſſime flagellarent. Ultimo inquireret, punireque decreverat juventutis corruptores; ejus enim criminis non omnino falſa ſuſpicione urbs ipſa conniventibus legibus infecta credebatur: qua inopinata & gravi ſeveriſſimæ legis mentione maculoſos quoſdam cum aulæ, tum civitatis veluti deſperata publica ſecuritate terruerat, adeo ut non defuerint petulantiſſimi juvenes, qui Joanni Antracino Pontificis medico poſtes feſta fronde per intempeſtam noctem protinus exornarent, cum titulo uncialibus literis inſcripto in hæc verba:* Liberatori Patriæ S. P. Q. R. *ſcilicet ut eo joculari elogio non medicus uti veneficus aut imperitus, ſed majeſtas ipſa ſanctiſſimi Pontificis, qui ſalutari cenſura, ut dignum erat principe Chriſtiano, urbem atque aulam probroſis vitiis repurgare cogitaſſet, non obſcure carperetur: enim vero ea eſt natura populorum, ut cum diſſolutæ vitæ licentia gaudeant præſentis ſemper principis mores deteſtentur, ſuperiorum vitam, commemoratis virtutibus, in cælum ferant; ejus vero, qui defuncto ſit ſucceſſurus, mores & conſilia uti plena prudentiæ, liberalitatis atque juſtitiæ futura pronuntient. Nam ut plerumque fit, ſpes hominum eventis rerumque ſucceſſibus alebantur, quando ſibi quiſque fallaciſſima ſæpe ratione, mutato ſtatim principe meliora tempora deſtinaret. Laudabant in doctiſſimo Pontifice & longe graviſſimo ſanctimoniam; illiberalitatem non probabant: oderant ſeveritatem, quam ubi ſicuti ſæpe erat ſolitus, lenitate remiſiſſet: eam demum clementiæ laudem avaritiæ calumniis involuebant, quaſi ſontibus & convictis nequaquam naturæ facilitate, ſed parum honeſta cupiditate præſentis quæſtus omnino parceretur, nec ſæviſſima temporum conditione valde egentis & multis ſimul difficultatibus circumventi Pontificis neceſſitatem excuſarent; ita ut tum civitatis ſtatus miſere deplorandus eſſe videretur, cum quiſque fere inſignium ac infirmorum ordinum recti atque honeſti penitus oblitus, cuncta ſibi in ſummæ vitæ libertate licere vellet, nec ullam omnino corrigendis moribus cenſorem pateretur, etiam vel ſola pecunia crimina vindicantem; ſcilicet ut repudiatis Chriſtianæ medicinæ præſidiis affecti corruptique eo inſaniæ proveherentur, ut indignante demum Deo in ipſa, quæ imminebat, horribili cadentis urbis ruina, immanibus barbaris corpora atque animos ad omnia exempla crudelitatis ac ignominiæ præberemus.*

(a) *Jov. in vit. Hadr. VI.*

Hadriani conſilia de caſtigandis Urbis vitiis.

Et fœneratoribus.

Et corruptoribus juventutis.

Improbi ejus morte lætati.

Populi de Pontifice præſente detrahentis ineptiæ.

Crimina ſola pecunia vindicabat Hadrianus.

Acciverat Hadrianus paulo ante in urbem, in vaticanaſque ædes cupide receperat Petrum Carafam archiepiſcopum Theatinum, & Marcellum Cajetanum veteris Chriſtianæ diſciplinæ moribus venerabiles, in omni graviore doctrina longe doctiſſimos, ut eorum conſilio in cenſura morum ac adminiſtranda ea parte reipublicæ, quæ ſacra reſpiceret, omnibus horis uteretur: ſed mors ejus aliquanto maturior cæptis conſiliis exoptatum ad publicam ſalutem ſucceſſum eripuit. Horum prior in pontificatu Pauli IV. nomen geſſit: ſed ne videretur Hadrianus nolle pati legem, quam cæteris erat impoſiturus, ordini eccleſiaſtico, in reſtituenda diſciplina præluxit, ut narrat Onuphrius Panvinus (b): *Ut promiſſum*, inquit, *de corrigendis eccleſiaſticis etiam re non verbis præſtaturus videretur, multa protinus Romæ in ſtatum alium vertit: nova officia ſuper ordinariis ſacroſanctæ ſedis proventibus a Leone inſtituta, ex quibus pretio datis plurimum quæſtus fiſco ejus acceſſerat, paulatim abolebat, & quotquot ejus generis deinde vacaſſent, nulli pretio dabat, etiam ſi ipſe id temporis graviter re nummaria laboraret; ſciebat quippe quantum illa ſedi Apoſtolicæ oneroſa eſſent, & ſic data ampliſſimam paſſim materiam offendiculis & obtrectationibus præberent.* Et infra: *Adde quod reſervas, acceſſus, regreſ-*

Petrum Caraffam & Marcell. Cajetanum adhibuerat pro cenſura morum.

(b) *Panvin. in vit. Hadrian. VI.*

greſſus, coadjutorias, præſertim conceſſas ſine aſſenſu eorum, quorum erant, ſacerdotia, & id genus alia Romani aucupii neſcio quo nomine appellata retia, quæ facilitate Leonis ſupra modum propagata erant, magna ex parte ſuſtulit, &c.

CXVIII. Objectum illi non tuliſſe opem Rhodiis. (a) Panvin. in Hadr. VI. Ejus apologia.

Non deſunt, qui illum Carolo Cæſari nimis addictum fuiſſe, neque adductæ in extremum diſcrimen Rhodo ſuppetias tuliſſe perſtringant, quem ita tuetur Panvinus (a): *At quid potuit ſolus? inani ærario? in ſumma monarcharum diſcordia? Germania tot ſuperſtitionibus corrupta, & adeo denique omnibus a reverentia ſacroſanctæ ſedis alienatis? Si idem religionis ardor, idem pietatis ſtudium principum animos proximis aliquot ſæculis habuiſſet, qui Gottofredum Bulonium, Hugonem Magnum, Tancredum, Robertos, & reliquos proceres ſacri belli, cum Jeroſolyma recipiebatur, haud dubie etiamnum Rhodus noſtra eſſet; neque Rhodus modo, ſed etiam clariſſima illa duo imperia Conſtantinopolitanum & Trapezuntinum, & reliqua Græciæ regna longe florentiſſima. Verum, o mores, o tempora! poteſt Eccleſia catholica jure optimo illud Jeremiæ deplangere, non eſſe qui ſe conſoletur ex omnibus charis ſuis.*

CXIX.

Parto illum pontificatu ſolicitaſſe mox omnes Reges, ut miſſis ad ipſum oratoribus de pace induciiſve prolixioribus agerent, ad arma adverſus communes hoſtes Turcas vertenda: ſed reluctatum Gallum antea retulimus. Franciſci etiam Cheregati internuntii opera in Nurembergenſi conventu Germanos hortatibus urſiſſe, ut cum Hungaris exercitus ſuos conjungerent; nec nuda verba ab eo jactata, ſed ornata operibus; nam præter ſubſidiarias naves Genuæ paratas, Thomam de Vio Cajetanum Cardinalem S. Sixti in Pannoniam legavit cum quinquaginta millibus ducalium aureorum, ut in Turcam expeditio conficeretur: quam quidem auri vim, cum Hungari, ſuorum commodorum quam publicæ rei magis ſolliciti, ſibi erogari expoſcerent, reſtitit Cardinalis legatus, etſi conviitiis miniſque vexatus, profeſſus niſi militi parato ad bellum numerandam: *Eadem pietate*, inquit Panvinus, *per magnam vim frumenti pulveriſque tormentarii per extremas urbes arceſque Dalmatiæ & Croatiæ miſit quæ ob captam Rhodum in ſummo diſcrimine verſabantur. Quid quæris in his rebus? Non ſolum quantum potuit, verum etiam ſupra quam potuit præſtitit.* Si vero traducatur a nonnullis ob fœdus cum Regibus adverſus Gallum Italiæ imminentem poſtremis vitæ diebus initum, cujus promulgandi celebritatem cum ſua

Thomas e Vio in Hungariam ab eo miſſus.

præſentia in baſilica S. Mariæ majoris augere voluiſſet, ſpretis medicorum conſiliis lethalem morbum irruentibus in renes humoribus contraxerit, facile ab eorum dicteriis purgatur: cum id fœdus non in Francos proxime, ſed adverſus Turcas ad eos Chriſtiani imperii præcipueque Italiæ finibus arcendos percuſſum fuerit: quare ad illud confirmandum ſolicitatus fuerat Franciſcus Rex; ac licet illud ſperneret, relictus (b) tamen ei locus eſt, ſi ad oblatas pactiones accedere voluiſſet. Sublatum illum veneno ſuſpicati ſunt nonnulli a Joanne Maria duce Camerini parato; ſed Clemens VII. triennio poſt ab eo crimine illum abſolvit exaratis xxv. decemb. anno MDXXVI. literis (c).

Relictus Gallo locus ſi fœderi vellet accedere. (b) Panvin. in Hadr. VI.

(c) Clem. VIII. l. 4. brev. p. 1.

CXX.

Juſtis funebribus illi ex majeſtate pontificia perſolutis, Cardinales conclave ingreſſi atque in duas factiones, Pompejo Columna & Julio Medice adverſus ducibus, diſciſſi, de Pontifice deſignando certabant; cum interea Gallus exercitus duce Boniveto (nam Franciſcus Rex quamvis expeditionem præſens conficere percuperet, ob Borbonii tamen ducis defectionem in Galliis remanere coactus fuerat) deſcendebat (d) ex alpibus inſtructis ad pugnam triginta millibus peditum duobuſque equitum millibus cataphractis, totidemque ſagittariis equeſtribus, ex quorum adventu ingentes in Italia motus excitari cœperant: tum vero in ditione eccleſiaſtica vetera inſtaurata ſunt bella; nam Ferrariæ dux in ſpem Mutinæ ac Regii urbium recuperandarum erectus, ab eccleſia Romana ad Gallos deſcivit, Mutinaque fruſtra tentata Rhegium Rubieramque ſubegit, dum Galli ulterius progreſſi aliquot locis potiti Mediolanum verſus ſigna extulere; adeout cæſareæ res in maximum periculum deducerentur, cum dux Sueſſæ orator cæſareus Romæ una cum Angliæ Regis & aliorum fœderatorum principum oratoribus libellum hunc ſupplicem (e) ſacro Cardinalium ſenatui porrexit, quo ſubſidiarium aurum ad comparandas adverſus Italiæ invaſores copias eliceret.

Gallorum in Inſubria expeditio.

(d) Continuator Sabellic. hoc anno. Ferrarienſis a Pont. deſciſcit.

Cæſareæ res in diſcrimen adductæ.

(e) Ext. in mſ. lib. Vallicel. ſign. lit. A in med.

Die VIII. novembris MDXXIII. ad porticulum conclavis rogato domino Donato Vulterano notario cameræ apoſtolicæ.

CXXI. Cæſarei oratoris ad Card. ſupplex libellus.

Reverendiſſimi patres, cum pro parte cæſareæ & catholicæ majeſtatis, tam ante ingreſſum veſtrum in conclave, quam poſt, fueritis per me ducem Sueſſæ & oratorem ejuſdem majeſtatis ſæpius requiſiti & interpellati, ut dominationes veſtræ reverendiſſimæ deberent, de iis, ad quæ felicis recordationis Hadrianus VI. ratione confœderationis inter eum & eandem

Cæſaream majeſtatem, ac alios principes Chriſtianos initæ contribuere, tenebatur ſatisfacere; cum jam notorium facti permanentis fuiſſet & ſit, Italiam invaſam eſſe a Chriſtianiſſimo Francorum Rege, ſive ejus gentibus, ac veniſſe contra confœderatos; & propterea neceſſarium fuiſſe juxta tenorem capitulorum veſtris reverendiſſimis dominationibus notorium de pecuniis & aliis in dictis capitulis contentis ſubvenire & providere, prout idem felicis recordationis Hadrianus agnoſcens rei veritatem cœpit in parte adimplere: nihilominus veſtræ reverendiſſimæ dominationes id hactenus facto adimplere recuſarunt in grave damnum ac diſpendium confœderationis, ac terrarum a Romana eccleſia poſſeſſarum: & cum graviora quotidie ſpectentur, propterea volendo veſtras reverendiſſimas dominationes interpellationibus interpellationes cumulando culpa & mora notare; & ne locus ſit tergiverſationi in his ſcriptis, iterum & de novo proteſtamur tam ego quam infranominandi hic præſentes oratores ſereniſſimi Regis Angliæ & Franciæ, ac principum & communitatum contra veſtras reverendiſſimas dominationes de damnis, expenſis, & intereſſe, ac quæ earum culpa, mora, negligentia & facto, tam terris a Romana eccleſia, quam etiam per confœderatos poſſeſſis inferuntur damna & direptiones, ac a devotione poſſeſſorum abdicantur, cum per cæſaream majeſtatem & confœderatos nunquam ſteterit, quominus omnia in dictis capitulis contenta ad unguem obſervarentur. Et ut magis omnis excuſationis color tollatur, offerimus nomine ejuſdem cæſareæ majeſtatis & confœderatorum, ſi quid in defenſionem civitatum & terrarum Romanæ eccleſiæ invaſarum erogatum fuerit, facto calculo recipiendi in computum eorum, ad quæ Pontifex ſeu ſedes Apoſtolica juxta dicta capitula tenetur & obligatur, alias iterum proteſtamur vobis omni meliori modo, &c. ſalvo jure, &c.

CXXII. Repulſam accepit Caroli orator, ac ſacri Cardinalium ſenatus nomine reſponſum, nulli alteri rei, quam creando novo Eccleſiæ paſtori ex officii religione obſtrictos: an vero Cardinales defuncti Pontificis fœdera ac pactiones ab eo confectas ſervare tenerentur, an ab eo onere immunes eſſent, definire non conſtituiſſe: cæterum futuro Pontifici integram rem reſervare: injuſte autem a fœderatis querelas fundi, cum nullas adverſus ducem Ferrariæ eccleſiaſticas urbes occupantem ſupperias tulerint, & Carolum Cæſarem atque Henricum Anglorum Regem ad afferendam laboranti eccleſiæ opem, quam implorant Cardinales devinctos eſſe; qua de re publica hæc monumenta (a) tum edicta fuerunt.

Reſponſum a Card. creando Pontifici tantum vacandum.

(a) Extant ibid.

In nomine Domini. Amen. Anno a nativitate ejuſdem MDXXIII. indictione undecima die vero ſabbati XIV. *menſis novembris ſede Apoſtolica vacante per obitum felicis recordationis Hadriani VI. notum ſit & pateat evidenter, qualiter reverendiſſimi domini Andreas de Valle tit. S. Priſcæ, & Pompejus Columna tit. SS. XII. Apoſtolorum presbyteri, ac Franciottus de Urſinis diaconus ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales alias deputati a ſacro collegio reverendiſſimorum dominorum Cardinalium pro negotiis eorumdem, & perſonaliter conſtituti in palatio apoſtolico in conclavi, in quo clauſi & congregati exiſtunt pro electione futuri Pontificis, prope portam intus ante feneſtrellam, per quam audiuntur venientes, & intromittuntur cibaria, &c. in præſentia mei notarii præſentis ac teſtium infraſcriptorum, vice ac nomine totius ſacri collegii præfatorum Cardinalium dixerunt & expoſuerunt, qualiter pervenit ad aures ejuſdem ſacri collegii de quadam cedula aſſerente, proteſtationem pridie per illuſtrem dominum Aloyſium ducem Sueſſæ oratorem cæſareæ & catholicæ majeſtatis, pro parte ejuſdem ac ſereniſſimi Regis Angliæ, illuſtriſſimi ducis Mediolani, Florentinorum, Senenſium, Jannenſium, & Lucenſium communitatum oratorum invicem confœderatorum, ut dicitur, facta & porrecta, cujus tenor talis eſt & ſubſequitur, videlicet:* Reverendiſſimi patres. Licet pro parte cæſareæ, &c.

Volentes igitur præfati reverendiſſimi domini Cardinales deputati nomine, quo ſupra, reſpondere aſſertis requiſitionibus & proteſtationibus prædictorum dominorum oratorum, teſtibus extra tamen dictam portam & illius feneſtrellam exiſtentibus, ſimili modo proteſtando dixerunt quod licet non credant ſe in hac parte teneri, nec in aliquo ſacrum collegium fore obligatum præfatæ cæſareæ & catholicæ majeſtati, ac aliis, Regi Angliæ, principibus, & communitatibus antedictis confœderatis ratione dictæ confœderationis ut aſſeritur, cum prælibato Hadriano, dum viveret, initæ, nec arbitrentur propterea quoad hæc, ſe, ut illius ſucceſſores: quod tamen an ſint, vel non ſint, non intendunt pro nunc declarare, cum intenti fuerint & ſint electioni Pontificis, & illi ſolum pro ſalute totius religionis Chriſtianæ vacare teneantur & vacent; ſed futuri Pontificis voluntati & determinationi reſervare, prout ex nunc reſervant, ſine tamen præjudicio jurium præfatæ Romanæ CXXIII.

Nec Cæſari nec Anglo Regi eſſe obſtrictos.

næ eccleſiæ, de quo prænominati Cardinales deputati ſolemniter & expreſſe proteſtati ſunt, & proteſtantur ſubjungentes nihilominus præfati domini Cardinales deputati, quod ſi in aliquod præfatum ſacrum collegium teneretur occaſione dictæ confœderationis & ligæ, quod credunt dictum collegium id implevisse, & ultraquam tenerentur expoſuiſſe: & ſic ſucceſſive, quod omnes & ſinguli univerſi principales teneantur antedictæ confœderationi, rurſus & ex aliis ſpecialibus obligationibus ſubvenire & ſemper tueri jura, civitates, terras, & rerum dominia ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ; & inprimis ipſa cæſarea & catholica majeſtas tam eccleſiæ jure debito advocatrix intitulata, tum quod ſpecialis feudataria Siciliæ & Neapolis ac inſularum, aliorumque locorum, quæ retinuit & retinet ab eadem eccleſia Romana, ſit.

Quid Cæſari reſponſum.

CXXIV. Quid Anglo Regi.

Sereniſſimus vero Rex Angliæ, qui merito defenſoris fidei Chriſtianæ titulo inſignitus, tum etiam ratione regni Angliæ, præfatæ eccleſiæ feudatarius exiſtit; & tamen poſt vacationem ſedis Apoſtolicæ, & ſacrum collegium in conclavi congregatum pro dicta electione exiſtit, cum Alfonſus aſſertus dux Ferrariæ notorie prorumpendo contra eandem Romanam eccleſiam irruerit in civitatem Regii, & illam, & Ruberiæ oppidum, & alia loca & jura dictæ eccleſiæ violenter occupaverit, Mutinam vero & illius diſtrictum vi & armis expugnare tentaverit, & in dies magis tentet, & graves moleſtationes, jacturas, & damna diverſimode intulerit & inferat; nullus tamen ex prænominatis Regibus, principibus, & communitatibus pro defenſione & recuperatione dictarum civitatum & locorum ab Eccleſia poſſeſſorum ac expulſione dicti Alfonſi occupatoris, turbatoris, & hoſtis ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & omnium ſuperſcriptorum ſubvenire, & ſuccurrere gentibus eorum vel pecunia viſus eſt. Eapropter præfati domini Cardinales deputati, & reverendiſſimus F. A. Medices tit. S. Caliſti ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis & camerarius, pro intereſſe præfatæ cameræ, & quibus ſupra nominibus, de novo, ut ſæpe & ſæpius requiſierunt, & interpellant ut omnes & ſingulos dominos oratores, videlicet dominum Aloyſium de Corduba ducem Sueſſæ, reverendum patrem dominum Joannem Bathonienſem & Vellenſem electum, & dominum Joannem Angelum Arcimboldum, & Galeottum de Medicis reſpective oratores Regum, ducum, & aliorum, ut ſupra, & principales veſtros, pro quibus interveniſtis, qualiter vos & principales veſtri & eorum quilibet debeatis & debeant quantocitius ſuccurrere, & venire ad defenſionem & recuperationem civitatum prædictarum, & locorum & jurium ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ut præfertur, occupatorum, turbatorum, ac vi & armis expellere dictum Alfonſum aſſertum ducem & alios quoſcumque turbatores & occupatores terrarum & jurium præfatæ eccleſiæ, alioquin ex nunc & proteſtantur contra vos ac prænominatos principales veſtros de damnis expenſis & intereſſe hactenus paſſis, & in poſterum patiendis, & ſuſtinendis, conſtituendo vos in mora, culpa, & negligentia omnibus melioribus modis proteſtando, &c. & nihilominus quatenus in aliquo præfatum collegium teneri reperitur, ex nunc offerendo illud paratum eſſe omnia facere & adimplere, quantum in eo fuerit, citra tamen impedimentum electionis futuri Pontificis, cui, ut tenentur, jugiter incumbunt, rogantes notarium prædictum de præmiſſis, &c. & proteſtatur, ut ſupra. Actum ut ſupra præſentibus, &c.

CLEMENS VII.

CXXV. Diſſolutum fœdus ab Hadriano percuſſum.

Cum itaque nulla auxilia Romanæ eccleſiæ ad urbes eccleſiaſticas ex Ferrarienſis ducis poteſtate vindicandas fœderati Reges ſubmiſerint ictum antea ab Hadriano fœdus fuit diſſolutum. At Cardinales, qui in conclavi incluſi erant, dum de novo Pontifice, qui ipſorum privatis ſtudiis ſtuderet ad augenda ſua commoda, opeſque ex eccleſiaſticis cenſibus cumulandas intenti, communi conſenſu nonnullas pactionum formulas concepere, quibus ſinguli ſacramento ſe devinxere ſumma religione eas ſervaturos, ſi pontificiis apicibus potiri contingeret: poſt ancipites demum contentiones, Julius Medices Leonis X. patruelis Juliani, quem olim a conjuratis Florentiæ cæſum vidimus, filius presbyter Cardinalis tit. S. Laurentii in Damaſo communi Cardinalium conſenſu Pontifex ſalutatus eſt, qui admiſſo delatæ ipſi dignitatis jure, & Clementis VII. accepto nomine flagitavit (*a*) iterum ſervato ſcrutiniorum more deligi, profeſſus publico hoc monumento (*b*), parto juri ſe non diffidere, vel eo cedere; ſed ad corroborandum magis pontificale jus id expetere ut ferunt acta.

Leges a Cardinalibus conditæ ante creationem Pontificis.

Julius Medices creatus Pontifex

(*a*) *Guicciar. l. 15. Panvin. in Clem. VII.*

(*b*) *Ext. in mſ. bibl. Vallicell. ſign. lit. A. in med.*

CXXVI. *Die jovis* XIX. *novembris MDXXIII. in palatio in capella majori in conclavi ſanctiſſimus dominus noſter dominus Clemens VII. in præſentia mei Blaſii Baronis de Martinellis magiſtri cærimoniarum notarii publici, ac teſtium infraſcriptorum, in camera ſua ſeu cellula conclavis perſonaliter conſtitutus, proteſtatus eſt & expreſſe pro-*

proteſtatur, quod ſi contigeret ſanctitatem ſuam quoquomodo intervenire in capella parva audire miſſam cum aliis, & in ſcrutinio de novo faciendo in habitu ſeu crocea & veſtibus cardinalaribus, & inter Cardinales ſedere, aut votum dare, & in calicem mittere, quod ſine præjudicio electionis ſuæ in ſummum Pontificem heri de ſe factæ in Papam per reverendiſſimos dominos Cardinales ad hæc ſpecialiter in capella parva, ubi fieri ſolent ſcrutinia, & electiones Romanorum Pontificum Spiritu Sancto inſpirante unanimiter, hæc faciet; quinimmo illi inſiſtere & inhærere ſemper intendit, & per quoſcumque actus ſimiles vel diſſimiles per eum forſan fiendos ſibi in aliquo præjudicare, ſed ad abundantiorem ſuam cautelam, & ut antiqua ſolemnitas & cærimonia, ut moris eſt, ſerventur, accumulando electionem electioni & jus juri in ſui favorem: de quibus omnibus & ſingulis ſic ſolemniter & expreſſe proteſtata eſt ſanctitas ſua, & iterum proteſtatur: quam & quas proteſtationes toties repetiit & pro repetitis haberi voluit, &c. Actum, &c. præſentibus ibidem reverendiſſimis Laurentio Puccio ſanctorum quatuor, Laurentio Campegio, & Dominico de Jacobatiis ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus teſtibus, &c.

Cur prima electio repetita & qua de cauſa.

CXXVII Confecto de more ſcrutinio, Cardinales priorem electionem confirmarunt, atque ille pontificio cultu ornatus eſt. Quod ad ipſius primordia attinet: poſt Juliani Pactiana conjuratione cæſi necem circiter altero & trigeſimo die, poſthumus natus ex occulto conjugio, ſub patrui Laurentii tutela pueritiam in literarum ſtudio tranſegit, pulſiſque Caroli VIII. Regis Francorum vi Florentia Mediceis, octodecim annos patria abfuit, militiamque Rhodiam profeſſus eſt. Patruelem Joannem Cardinalem in pugna Ravennate ſecutus, clam victorum manus effugit: paucis vero menſibus Florentia ab eodem Joanne Cardinale recepta, & pontificatu parto archiepiſcopus Florentinus deſignatus eſt, deinde creatus diaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica, ac mox presbyter tit. S. Clementis Romanæ curiæ negotiorum molem tractavit, pontificii ſigilli ſuſcepta cuſtodia; inde authoritate & opibus crevit: edidit vero in cardinalatu maximum pietatis ſpecimen, condito Romæ monaſterio (a), cui B. Magdalenæ nomen inditum eſt, quo mulieres ab impura vita revocatæ ad abluendas lacrymis conſcientiæ maculas, mentemque cœleſtibus rebus imbuendam exciperentur; quod adepto pontificatu pluribus ornavit privilegiis, ejuſque curam in divinis Joanni Petro Caraſæ epiſcopo Theatino pietatis opinione celebri concredidit. Gerentibus Leone X. & Carolo V. Cæſare fœdere junctis bellum cum Franciſco Gallorum Rege, eccleſiaſtici exercitus legatus creatus, Parmam & Placentiam, Gallis depulſis, in Romanæ eccleſiæ ditionem revocavit. Appetita fuit inſidiis ejus vita ſuperiori anno a nonnullis Florentinis; ſed ex iis Dei ope ereptus, ut narrat Petrus Delphinus (b) in literis ad Chriſtophorum Marcellum archiepiſcopum Corcyræ datis: *Detectæ ſunt*, inquit, *per hos dies inſidiæ nonnullorum civium Florentinorum, qui conſpiraverant adverſus colendiſſimum dominum Cardinalem Medicem, ut ipſum interficerent: hodie ſumma mane de duobus ſumptum eſt ultimum ſupplicium; ſiquidem confeſſi facinus juſſi ſunt capite mulctari; tertius Volaterras relegatus perpetuo carceri deſtinatus eſt. Ex S. Benedicto extra muros Florentiæ die VIII. junii MDXXII.*

Clementis VII. primitiæ.

(a) *Bull. in Clem. VII. conſt.* 14.

Pietatis ſpecimina multa in cardinalatu ab eo edita.

(b) *Delph. l.* 12. *ep.* 74.

Oppreſſi illius inſidiatores.

CXXVIII. Creatus vero Pontifex Franciſcum Soderinum Cardinalem Volaterranum, qui ex Hadrianæ molis carcere in conclave a Cardinalibus admiſſus fuerat, & pugnaciſſime illi ne eligeretur obſtiterat, in gratiam recedit (c), Clementiſque nomen, quod ornarat opere, ſibi aſcivit. Tum encyclicis hiſce literis (d) de parta pontificia dignitate Francorum Regem certiorem fecit,

(c) *Guicc. l.* 15.

Clementis nomen exornat opere.

(d) *Ext. apud Fel. Contel. in elec. Card. par. altera.*

Regi Francorum.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem, &c. Sublato nuper de medio, ſicut Deo placuit, felicis recordationis Hadriano VI. immediato prædeceſſore noſtro, ſedeque Apoſtolica paſtore carente, ſacrum collegium venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, de quorum numero tunc eramus, peractis exequiarum ſolemniis, Spirituſque ſancti nomine religioſiſſime invocato, conclave apud S. Petrum, ubi Hadrianus obierat, de more ingreſſi, nos unanimi conſenſu in Pontificem maximum elegerunt: qui licet tanto munere nos indignos, & oneri impares eſſe cognoſcamus; divinæ tamen voluntati, cujus providentia Romana & univerſalis Eccleſia gubernatur, parentes & conſenſui patrum cedentes, pondus ipſum ſuſcepimus, firma ſpe ac fiducia ducti, quod dominus & ſalvator noſter Jeſus Chriſtus, qui nos, licet immeritos, vices ſuas in terris gerere voluit, nos docere dignabitur, quibus juxta pium propoſitum noſtrum rempublicam Chriſtianam regere, & defendere, & ampliare poſſimus, & cæteris in rebus noſtro paſtorali officio expectationique fidelium ſatisfacere. Quæ præcellentiſſimæ majeſtati tuæ pro noſtra in eam charitate ſigni-

Gallorum Regem de ſua electione certiorem facit.

gnificanda duximus, ut quemadmodum tu Chriſtianiſſimus & electo Chriſti vicario jucundus ſemper eſſe conſueviſti, ſic hujuſmodi aſſumptione noſtra, quæ omnibus communis futura eſt, lætari merito valeas: habitura eſt enim majeſtas tua Pontificem qui paci & tranquillitati Regum & principum Chriſtianorum, totiuſque reipublicæ Chriſtianæ, conſervationique & reſtitutioni religionis ejuſdem adverſus immaniſſimum Turcarum tyrannum illam ut credimus noſtri totam occupare intentiſſimum toto corde ſtudebit; quique in omnibus, quæ ad gentem tuam pertinent, & cum Deo fieri poſſint, nunquam defuturus eſt, uti majeſtas tua quotidie experiendo vere cognoſcet. Datum, &c. MDXXIII, ante coronationem.

Pia Clementis conſilia.

CXXIX. Redimitus (a) eſt ſolemni ritu ſacra thiara v. kal. novembris. Sedati ſunt mox ab illius creatione bellici in eccleſiaſtica ditione tumultus (b): ſiquidem Ferrariæ dux illius peritiam in rebus gerendis veritus, ab incœpta Mutinenſi expeditione deſtitit. Reliqua etiam Chriſtianorum principum bella elanguere; & in Inſubria Galli, cum Mediolani muros diu tormentorum æneorum ictibus diverberaſſent, editaque late mœnium ſtrage hoſtiles impetus facere pararent, imbrium vi ab oppugnatione retardati, caſtra inde transferre coacti fuerunt, ac dein vires diſtraxere.

(a) *Id. Contelor. ibid.*

(b) *Guicc. l.15.*

Galli Mediolani obſidionem ſolvere coacti.

Varii & irriti principum conatus.

In Galliis Henricus Anglorum Rex Picardiam tentavit, ejuſque conatus facile compreſſi. In Burgundia Carolus dux Borbonius, qui a Franciſco deſecerat, molitus eſt ingentem conficere expeditionem, quæ inopia ærarii conſenuit. Parte alia Cæſar ex Navarra in Gallias irrumpere parabat; ſed eadem expeditio ob ingruentis hyemis incommoda diſſoluta eſt. Cæterum cum Reges, ubi Clementem ad pontificatum evectum accepiſſent mox ad eum in ſuas partes alliciendum oratores legaſſent, ille neutri parti adverſus aliam ſtudere, ſed utramque paterno ſinu complecti ſe velle reſpondit, paciſque arbitrum pro apoſtolico munere inter utrumque Regem futurum pollicitus eſt: quæ res permoleſta accidit Carolo Cæſari; qui cum ad eum ad pontificatus apicem provehendum, cum poſt Leonis obitum, tum in poſtremo conclavi, ſuam authoritatem apud Cardinales adhibuiſſet, ipſum ſuarum rerum propugnatorem ſe habiturum ſperaverat; cui a Clemente reſponſum eſt, licet privatis ſtudiis in ipſum pronus omnino eſſet ad ejus res efferendas, pontificali tamen officio cogi, ut communis parentis partes affectuſque ſuſciperet.

Clementem ſibi devincire nititur Carolus V. Quid illi reſponſum ſit.

Reginaldus Polus Clementi de parto pontificatu gratulatur.

CXXX. Proximo ineunte anno Reginaldus Polus Anglicæ regiæ princeps gratulatus eſt Clementi de obtento pontificatu, cui Clemens ita reſcripſit (c).

Raynaldo Polo.

Dilecte fili, &c. Grave nobis teſtimonium dederunt literæ tuæ, cum virtutis & doctrinæ tuæ, tum erga nos amoris, in quibus quod nobis de tanta ad nos delata dignitate gratularis: facis amice tu quidem; ſed eſt hæc omnis ad Deum ipſum omnipotentem referenda gratulatio: is enim inenarrabili ſua benignitate, cum non merita noſtra, quæ nulla ſunt, ſed tantum bonitatem ſuam reſpiceret, magis, ut nos dignos faceret, quam quod dignos cognoſceret, ſummo hoc honore eſſe ornatos voluit, cujus tanto beneficio utinam grati eſſe aliqua ex parte poſſimus. Conabimur quidem certe majuſque ab illo donum agnoſcemus, ſi grati erimus, quam illud ipſum pro quo gratia debeatur. De noſtra vero ſingulari & perpetua erga clariſſimum Regem tuum, & cunctam illam inclytam nationem voluntate ſentis tu optime; magnis enim ſemper meritis provocati, non inferiora illis amoris noſtri ſtudia præſtitimus, manemuſque in ſententia, & ſemper permanebimus. Et infra: *Noſtra cura præcipua & onus eſt maxime proprium, ut afflictis Chriſtianitatis rebus conſulamus. Ejus officii explendi maximam quidem & ſummam in Deo ſpem, deinde vero in chariſſimo filio noſtro Henrico Angliæ Rege illuſtri ponimus. Tu ut quam de te commoves expectationem eam expleas ſtudio & diligentia literiſque, quemadmodum quidem facis, & omni egregiæ virtuti incumbas te magnopere in Domino hortamur; erunt enim tibi & ob inclyto Rege tuo & a nobis, & inprimis ab ipſo Deo parata præmia. Dat. ult. januarii MDXXIV. anno 1.* Gratulatus etiam ipſi erat archiepiſcopus Strigonienſis regiæ Hungariæ procurator; cui reſcribens Clemens, nulli ſe pro ſalute Chriſtianæ reipublicæ parſurum labori ſubdidit, ipſumque eſt adhortatus, ut Pannoniæ adverſus Turcarum impetus defendendæ ſtrenue operam navaret.

(c) *Clem. VII. lib. brev. an. 1524. p. 10.*

Clementis ad eum literæ.

Clementis ad Strigonienſem archiep. literæ.

CXXXI. Extremo hoc anno Ludovicus Hungariæ Rex a Clemente expetiit, ut Joannem Capiſtranenſem, qui olim Hungariam adverſus Mahumetem II. tutatus fuerat, ac populo Chriſtiano precibus ſuis pulcherrimam victoriam pepererat, ſanctitate & miraculis clariſſimum in ſanctorum ordine ritu ſolemni reponeret, conceptæ erant hiſce verbis regiæ literæ (d).

Poſcit Hungarus Rex ut Capiſtranus inter ſanctos referatur.

(d) *Ext. apud Vvaddin. to. 8. ann. 1525. n. 42.*

Sanctiſſimo in Chriſto patri & domino domino Clementi divina providentia ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſummo Pontifici,

tificі, domino meo clementiſſimo, &c.

B. Capiſtrani commendatio.

Beatiſſime pater & domine, domine mi clementiſſime, poſt oſcula pedum ſanctitatis veſtræ beatorum. Floruit Joannes Capiſtranus ſexto fere abhinc & ſexageſimo anno ex Minorum S. Franciſci familia, vir ſanctitate & religione clarus, qui cum ita tutiorem illam contemplandi vitam eſſet amplexus, ut hanc quo magis laborioſam publicæ ſalutis cauſa non averſaretur, eſſetque pari doctrina ac facundia præditus, ut quam maximum eccleſiæ fructum faceret non contentus ſuos tantum populares pulcherrimis vitæ exemplis, & eruditione ad meliorem frugem revocaſſe, in meum ſe regnum contulit, & eas nationes, quibus ego Dei munere ac benignitate nunc impero, tanta charitate & animi fervore docuit, ut cum perinde atque Apoſtolorum aliquem omnes & colerent & admirarentur: nec id fiebat immerito, nam & futura, ut accepi certiſſimo ſemper eventu prædicebat, illuſtria virtute Chriſti edebat miracula, quæ pauci & divini tantum homines potuere.

CXXXII *Et illud quoque Dei omnipotentis maxima providentia factum exiſtimo, quod vir ille difficillimis reipublicæ Chriſtianæ temporibus in Pannoniam tanquam cœlitus mitteretur, cum Mahumetes, qui tyranno Amurati ſucceſſerat, opibus ac rerum geſtarum magnitudine, ac felicitate elatus Nandor Albam arcem mei regni munitiſſimam, incredibili hominum multitudine coacta, ſummis viribus expugnaturus, tanta ſpe obſidebat, ut auderet jam non Pannoniam ſolam, ſed Germaniam, Italiam, Gallias ſuo imperio & prædæ militum deſpondere. Quo tempore tantum Joannis Capiſtrani virtus profuit, tantum ardens valuit exhortatio, tantum preces potuere, ut Chriſtiani, cum nec viribus nec militum numero pares eſſent, inſperatam de Turcis victoriam ſecundum Deum beato patri acceptam retulerint. Fuit, dum vixit inter homines, militanti huic Eccleſiæ maximo & ornamento & præſidio; nunc quantum in ſuperna illa & triumphante Eccleſia quid poſſit declarant miracula, quæ ejus meritis ad communem bonorum conſolationem fieri ſæpe dicuntur: quæ omnia ad ſanctitatem veſtram eorum diligentia ac fide exactius præſcribentur, quibus recognoſcendorum miraculorum hujuſcemodi provincia fuit anno ſuperiori demandata.*

De parta divinitus ejus opera victoria.

CXXXIII. *Igitur cum omni judicio cælum & immortalem ſit gloriam virtute ac benefactis conſequutus, ſæpius apud prædeceſſores ſanctitatis veſtræ per literas atque oratores meos, quam potui diligentiſſime laboravi: & nunc ſanctitatem veſtram ſupplex oro, dignetur ex veteri ſanctæ Eccleſiæ, ac Pontificum inſtituto nomen Joannis Capiſtrani in cœleſtium ac ſanctorum referre numerum; eſt enim hic divorum albo digniſſimus, ſi vitæ innocentia, fortitudine, continentia, paupertate ſpontanea, fide, ſpe, charitate, & ſanctiſſimis quibuſque virtutibus homines in cælum tanquam gradibus ſolent conſcendere. Augebit ſanctitas veſtra mirifice tum univerſæ plebis Chriſtianæ, tum meorum ſubditorum religionem, quem dum in terris adhuc eſſet, & poſtquam cælo receptus eſt, ad hunc uſque diem ſancti patris appellatione proſequuntur. Deus optimus maximus ſanctitatem veſtram in Chriſtiani nominis augmentum ſervet, & tueatur feliciſſimam, cujus tutelæ & protectioni me etiam atque etiam commendo. Datum Poſonii III. decembris anno MDXXIII. Ejuſdem ſanctitatis veſtræ devotus filius Ludovicus Rex manu propria.* Addidere ſuas preces Franciſcus deſignatus epiſcopus Chanadienſis (*a*), tum Joannes comes Scepuſienſis & vaivoda Tranſilvaniæ (quorum literæ a Luca Waddingo afferuntur) tum etiam proximo anno Sigiſmundus Rex Poloniæ die III. aprilis: *Ut*, inquit, *cujus virtutem adhuc in humanis adverſus Turcas cognoverunt, eam in cælis tanto efficaciorem experiamur.* Nempe Hungari.

Et miraculis editis.

(a) *Ext. ib n. 44. Ext. ib. n. 43.*

CXXXIV. Nec Europæi orbis modo, ſed alterius etiam toto ſubmoti Oceano curas amplexus novus Pontifex Petrum Martyrem, quem de rebus Americæ plura ad Leonem ſcripſiſſe vidimus, urſit, ut quæ in Mexico agerentur ſcriptis proderet; cujus votis ſacriſque imperiis morem geſſit edito commentario (*b*), in quo res hoc anno in Mexico geſtas ab Hiſpanis ducibus deſcripſit; ex quo hæc delibanda viſa ſunt: *Beatiſſime pater, ab annulo piſcatoris de more Pontificum habui membraneum a beatitudine tua diploma. Duobus id concluditur capitibus, de rebus ex orbe novo ad ſuos prædeceſſores a me directo uno laudativo, imperativo altero, ne patiar ab oblivionis vaſto hiatu cætera, quæ ſucceſſerunt abſorberi. Ab obſequendi deſiderio laude me dignum eſſe non inficiabor, ab inornato dicendi modo, ſi non laudem, veniam tamen promerebor.* Interjectis pluribus, ut Hiſpani proceres, qui per orbis novi provincias colonias deduxere, variis ſe calamitatibus ob imperii nimiam cupidinem implicuerint, addit de Garaio, cujus ſociorum pars barbarorum viſceribus ſepulta fuerat, illum pleuritide extinctum: at Ferdinandum Corteſium, qui Mexicano regno late cæſareo nomine dominabatur, immiſſis copiis vindictam repetiiſſe de bar-

ba-

In Mexicano regno Chriſtiana res amplificata.

(b) *Decad. 8. c. 1. & 2.*

Fit certior Clemens VII.

Ferdinandi Corteſii ſeveritas in rebelles barbaros.

baris, maximamque eorum multitudinem in fruſtra ſecuiſſe: tum ſexaginta regulos inſpectantibus filiis incendio conſumpſiſſe, vocatoſque heredes de paternæ necis ſpectaculo interrogatos, monitoſque ne ab obſervantia deſciſcerent, dimiſiſſe: eum autem ampliſſimum famulorum & clienium numerum Regis inſtar ſibi aſciviſſe (*a*): duos vectigales Reges ipſum ſecum deducere, tantoque honore affici, ut Mexicani eo prætereunte de more antiquo ſeſe obvios proſternant: equites mille, peditum quatuor millia ad ſubactas gentes in officio continendas, nec non novas oras perveſtigandas ipſius ſumptu ſuſtentari (*b*): debellatis provinciis ex clariſſimo ſanguine iis impoſuiſſe Reges, pleriſque avitis vivere legibus excepta humanarum victimarum laniena permiſiſſe: aliquos ad fidem Chriſti allexiſſe, atque in his Otumbæ principem ſuo nomine exornaſſe. Cum vero ad eum vectigalia deferunt barbari, licet pretioſis abundent veſtibus, vetere tamen inſtituto in demiſſionis argumentum fere nudos accedere, & capite in terram inclinato genuque flexo ſemitremulos loqui. Porro illum orientem verſus Alvaradum ad explorandas terras proficiſci juſſiſſe, ab eoque Regem olim Mexicano haud inferiorem leucarum amplius quadringentarum intervallo repertum (*c*), qui Ferdinandi ipſius Corteſii vectigalem ſe profeſſurum ſpoponderit, ſi ad hoſtes finitimos edomandos quinquaginta ſuorum militum millibus equites Hiſpanos cataphractos conjungeret. Miſiſſe præterea Corteſium ad Cæſarem inter alia munera magnifica tormentum bellicum, quod colubrinam appellant, ex auro conflatum, quod a legato apoſtolico viſum Clementi memorat (*d*) Petrus Martyr.

(*a*) *Id. ibidem. cap.* 3.

Ejuſdem magnificentia.

(*b*) *Cap.* 4.

Superbos barbarorum Regum mores ſervat.

(*c*) *Cap.* 5.

Tormentum bellicum ex auro conflatum miſſum ad Cæſarem.

(*d*) *Cap.* 9.

cxxxv. Cæterum inter tot proſperos ſucceſſus Corteſius, cum æmulum gloriæ ferre non poſſet, Olitum qui quingentis ab Mexico leucis novum condebat imperium, magno rei Chriſtianæ damno bello petiit, conficiendæ in finitimos Reges expeditionis ſpecie: in quo geſta hæc refert Clementi Petrus Martyr (*e*): *Ad orientem tendit longis itineribus eo furore accenſus in Olitum, in lacunas ingentes incidit maritimas alicubi paludes, alibi valloſas, in aſperos alibi montes: quacumque proficiſcebatur incolarum lacertis conſtrui pontes, deſiccari paludes, conſterni montes imperabat, detrectare audebat nemo igne ferroque devaſtabat in adverſum cogitantia cuncta, quidquid invium occurrebat pervium efficiebatur: tanto erat omnibus incolis terrori poſt Mnteczumæ tam potentis Regis debellatum latique illius imperii capturam, ut cœlum poſſe hunc hominem diruere, ſi animo ſederet, arbitrentur. Impedimentorum & equorum ignotum illis gentibus belligerandi genus copiam pertrahebat ſecum: erant auxiliarii vicini quondam hoſtes eorum, per quorum ditiones & regna gradiebatur. Parte alia præmiſerat ab auſtrali plaga Petrum Alvaradum, & ab ſeptentrionali Godoium quemdam duces itinere terreſtri, a quibus habuerat Corteſius literas, & nos habemus de magnis & latis novis regionibus bellicoſis etiam populis & civitatibus lacunaribus alicubi, montanis & planis alibi: de quibus rebus volumen ab eo miſſum Corteſii pater, qui apud nos eſt, cudendum tradidit impreſſoribus idiomate patrio, & per platearum podia vagatur: mari vero cum trium grandiorum navium, multiſque viris nobilibus ducem alium miſerat Franciſcum de las Caſas.* Hic in Olitum progreſſus ab eo fuſus captuſque eſt: Corteſius vero a barbaris, quorum provincias calcabat, circumventus periiſſe creditus eſt; ſed is falſus rumor extitit.

Æmulatione elatus Olito bellum infert.

(*e*) *Petrus Martyr. ubi ſup.*

Adverſa omnia vaſtat.

Addit Petrus Martyr, ad conſtituendas res Mexicanas Ludovicum Pontium cum duarum & viginti navium claſſe miſſum, ſpeſque optimas de augenda religione concipiendas: *Fauſte*, inquit, *cuncta ſuccedent, & felicibus tuæ beatitudinis pedibus ſubjicientur. In ea Lacunari magna civitate, quæ jam civitatis faciem reſumit, domorum quinquaginta millium ſtructura reſarcita, ſeptem, & triginta ſunt erecta templa, in quibus incola Hiſpano mixtus pientiſſime Chriſtianis intendunt ſacris juribus, cærimoniis, & humani ſanguinis litatu abjecto, a quo jam abhorrent. Coaleſcet in immenſum per crepidatos octo Franciſcanos fratres apoſtolico fervore incolas inſtruentes hæc læta fruges, niſi noſtrorum ſeditiones obſtiterint.* Subdit viros ſtrenuos ad perluſtrandas novas terras verſus auſtrum incitante opum cupiditate ſubmiſſos. cxxxvi.

Septem & triginta eccleſiæ conditæ in urbe Mexicana.

Efflореſcebat ita in dies Chriſtiana religio in America, in qua Minoritæ a ſede Apoſtolica miſſi ſedulam operam in barbaris a ſupetſtitione ad Chriſtum ducendis, & lege evangelica erudiendis collocabant, ſubmittebanturque in dies novi evangelici præcones, ad quos ab ordinis totius ſummopræfecto hæ literæ datæ. cxxxvii.

Ego [fratres in Chriſto Jeſu dilectiſſimi] per multorum temporum curricula procuravi, deſideravi & ſummo deſidero affectu illis in partibus commorari, & mori, ut meos opere potius quam verbo evangelii obſervantiam ſubditos docerem; attamen cxxxviii

vin-

vinctus ac ſummo ipſius memoratæ regulæ obedientiali carcere recluſus, quod ſumme deſidero deſerens, quod amplector odio, facere cogor; & cum mea non permiſerint peccata iſtis me exponi laboribus, decrevi vos mittere, in Chriſto ſumme confidens, quod obedientiæ virtute qua iſta duplici Dei & proximi dilectione quaſi duobus pedibus inceditis, poteritis ſic currere, quod
(a) 1. Cor. 9. verſ. 26. *cum Apoſtolo (a) dicere poſſitis: ſic curro non quaſi in incertum, quia Dei mandatorum viam curritis. Sic pugno non quaſi aerem verberans, quia veſtra vigilantia non circa cærimonias & hominum conſtitutiones erit, ſed circa evangelii & regulæ quam voviſtis integram obſervantiam; & ut in tam ſpirituali & ſublimi ædificio humilitatis fundamentum non deſit præ oculis illud ſemper habete: non ſumus ſuffi-*
(b) 2. Cor. 3. verſ. 5. *cientes (b) aliquid cogitare ex nobis tanquam ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, & ne hæc humilitas & propriæ vilitatis cognitio memoratos duos pedes ad Dei mandatorum viam currendam pigros efficiat dicentes: non ſumus ſufficientes; recordamini [fratres mei in Chriſto amantiſſimi]*
(c) 1. Cor. 3. verſ. 7. *quod etſi ſic ſit quod (c), neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus, ſed ſufficit nobis quod*
(d) 2. Cor. *in nobis eſt facere, & Apoſtolus (d) non gloriatur de profectu: ſed de labore, quoniam etſi nullum convertatis infidelem, ſed quod in ipſo marino curſu morte præoccupemini, aut homines vos morti tradunt aut feræ peſſimæ vos devorent; veſtrum nihilhominus peregiſtis officium, & ipſe Deus, qui iuſtus eſt, peraget ſuum. Dat. in hoc noſtro devotiſſimo cœnobio & provincia Angelorum ipſo beatiſſimi patris noſtri Franciſci die an. MDXXIII. Fr. Franciſcus Angelorum generalis miniſter & ſervus.*

cxxxix. Pro ea etiam authoritate, qua a Romano Pontifice inſtructus erat, Franciſcani ordinis ſummus moderator, alios viros religioſos ſacerdotalibus ſacris initiatos in vaſtam illam Americanam ſolitudinem, ut evangelium diſſeminarent, proficiſci juſſit (e), quos piis hiſce monitis ad propagandam divinam, gloriam, condendaſque novas eccleſias inflammavit. (e) *Apud Wadd.* to. 8. ann. 1523. n. 18.

His præpoſitus eſt Martinus Valentinus, pio evangelii latius proferendi ardore & ſanctimonia vitæ conſpicuus, ad quem ſupremus ordinis miniſter hæc imperia dedit (f): *Quia ex probitate vitæ veſtræ, diverſis indiciis, & probationibus intellexi, immo & ex geſtis cognovi, idoneos vos eſſe ad vexillum Regis gloriæ, quod procul levare geſtitis uſque ad mortem tenendum, publicandum, & defenſandum; ideo de divina bonitate confidens ad gentes, quæ Jeſum Chriſtum dominum noſtrum non cognoverunt, & idololatriæ cæcitate detinentur, ſub ſathanicæ captivitatis jugo in Indiis, quæ vulgo Yucatan, ſive nova Hiſpania, aut terra firma dicitur degentes convertendas verbo & exemplo, authoritate mei officii in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti vos deſtino & mitto: &, ad meritum ſanctæ obedientiæ, injungo pariter, & mando ut eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat: & vos duodecim, & quoſcumque alios in futurum veſtro adhæſuros gremio, tibi præfato venerabili patri Fratri Martino de Valentia, tamquam paſtori & vero ipſorum prælato, & tuis ſucceſſoribus in officio ſubmitto, & te in ipſorum verum prælatum conſtituo, &c. Datum in cœnobio S. Mariæ de Angelis provinciæ angelorum* III. *kal. novembris ſalutiſque anno MDXXIII.* Pellectam a Martino Valentino ad Chriſtum ingentem barbarorum multitudinem, & in ſortem ſanctorum ac domeſticorum Dei dignitatem cooptatam viſuri ſumus, dum paſſim in occidente plures tumidi ſcientia & arrogantia, opibuſque terga vertebant Eccleſiæ, & fœdus cum inferis inirent.

(f) Ext. litt. apud Vvad. ubi ſup.
Data iis imperia.

Anno

I. ANno humanæ ſalutis vigeſimo quarto ſupra milleſimum quingenteſimum indictione duodecima, cum Ferdinandus Auſtriæ archidux Caroli V. frater, qui in Germania vices cæſareas gerebat, de indicto Nurembergæ principum conventu Clementem feciſſet certiorem, ac pro catholica fide aſſerenda ſediſque Apoſtolicæ dignitate tuenda omnem operam ſuam per literas primum, deinde per oratorem Romam miſſum pie detuliſſet, Pontifex Laurentium Campegium tit. S. Anaſtaſiæ presbyterum Cardinalem, virum doctrina eximiiſque virtutibus ornatiſſimum, legatum decrevit, de quo hæc Joannes Coclæus refert (*a*): *Cum audiſſet*, nimirum Clemens VII. *imperialia comitia rurſus celebrari Nurembergæ, tranſmiſit eo inſignem inter Cardinales integritate ſapientiaque & eruditione virum reverendiſſimum dominum Laurentium de Campegis Bononienſem, qui poſt obitum uxoris ſuæ ex academia Bononienſi, ubi patri ſuo clariſſimo juriſconſulto in publica juris profeſſione ſucceſſerat, Romam evocatus, mox auditor Rotæ factus fuit, & brevi ſic inter cæteros Rotæ auditores ſcientia & probitate emicuit, ut dignus videretur, qui in arduiſſimis Papæ negotiis mitteretur in Germaniam ad Maximilianum Imperatorem*, ſcilicet Caroli V. avum, *apud quem ita ſe geſſit, ut ejus favore fieret primum epiſcopus Feltrenſis, dein & Romanæ eccleſiæ Cardinalis. Is igitur non ſolum Papæ viro alioqui prudentiſſimo, verum etiam toti Cardinalium cœtui, quorum judicio nihil exactius habet orbis, aptiſſimus uno omnium voto viſus eſt, ut mitteretur legatus de latere non ſolum ad Germaniam, verum etiam ad Hungariam & Bohemiam: nam ultra eruditionem multamque & longam rerum experientiam, habebat etiam familiarem cum pleriſque Germaniæ principibus notitiam & amicitiam.*

(*a*) Cocl. an. 1524.

Cardinalis Campegius miſſus ad Nurembergen. conventus.

Et in Ungariem ac Bohemiam.

II. Commendavit illum Clemens (*b*) Carolo V. ut cæſareis literis illius incolumitati & dignitati apud Germaniæ principes conſuleret, quos moneret, ut decretoriam in Lutheranos latam imperialem ſententiam exequendam curarent, neque impiam eorum cauſam iterum in judicio controverti permitterent. Addidit etiam pios ſtimulos, ut qui imperio & tot aliis regnis a Deo ornatus fuiſſet, non pateretur ea ipſo imperante nefanda hæreſi contaminari, & cultum divini Numinis ex iis divelli, tantaque inſtructus potentia ſacrilegum Lutherum ab eo jam proſcriptum ulterius a Germanis foveri, ejuſque hæreſes afflari ſimplicibus populis, latiuſque graſſari non ſineret, atque una & apoſtolicam & cæſaream authoritatem labefactatam in Germania tueretur.

(*b*) Lib. brev. an. 1524. p. 40.

Cæſari.

Quoniam majeſtati tuæ tam prius in felicis recordationis Leonem Papam X. prædeceſſorem & ſecundum carnem patruelem noſtrum & hanc ſanctam ſedem publice, quam in nos in minoribus exiſtentes, ac totam domum noſtram privatim perpetuis officiis ac beneficiis plurimum antea debebamus, auxit nuper tot animi noſtri nexus dilectus filius nobilis vir Ferdinandus archidux Auſtriæ frater germanus tuus, qui pluribus ad nos amantiſſimis atque officioſiſſimis ſcriptis literis cum ſuo, tum præſertim majeſtatis tuæ, cujus in Germania vicarium agit, nomine, de ſtatu illius provinciæ, ſane ſi unquam alias ob hæreticos Lutheranos turbulento, & conventu principum Norimbergam indicto commonefecit, pieque obtulit pro ſancta fide & dignitate hujus ſedis tuenda omnem opem atque operam ſuam. Poſtea autem literis non contentus dilectum filium Petrum de Corduba ſuum ſupremum ſcutiferum dilecti filii nobilis viri ducis Sueſſæ tui apud nos oratoris germanum fratrem ob eaſdem cauſas ad nos miſit, addiditque ſuper ea re pia conſilia, quæ quoniam ſalutaria apparent, nos ſequuturos affirmamus. Itaque undecumque nobis conſtat pietas & benivolentia majeſtatis tuæ, quæ & per ſe & per ſuos nunquam de nobis atque hac ſancta ſede promereri ceſſat; quamquam non minus te imperialis celſitudo atque officium tuum a Deo tibi injunctum ad hæc ipſa impellat, pro quibus nos tibi debere volumus & fatemur: es enim a Deo altiſſimo omnibus ſuis fidelibus in ſæculari poteſtate præpoſitus, adeptuſque es Dei munere, præter Romanum imperium, tot regna & dominia, quæ ipſi Deo a quo ea accepiſti ab omni labe illæſa, & in ſincera fidei puritate ſervare teneris. Vides autem, chariſſime fili noſter, quos ſentes & tribulos ager Domini per nequitiam ſeminantium ſuſcepit: tuam patriam, tuaque tempora, te principe, ſeditioſiſſima & impura hæreſi coinquinata cernis; idque eo acrius doles, quo iſtorum audacia & impietas tantam tuam in his locis authoritatem potentiamque non reformidat, immo ut re ipſa colligitur haud obſcure contemnit: ille enim hujus ſacrilegii author nefarius & perditus Lutherus, quamquam tuis edictis damnatus & profugus, tibi maxime exoſus

Germania a Lutheranis perturbata.

Pia Ferdinandi adverſus illos ſtudia.

Monitus Carolus V. ut fidem in regnis ſuis tueatur.

Ut Lutherus ab ipſo proſcriptus foveatur ab aliis.

fere ubique ſovetur, ejuſque hæreſis in animarum quotidie perniciem diſſeminaeur.

III. *Hæc pro tua in Deum pietate, tuorumque majorum exemplis ſcimus iniquiſſimis oculis videre, auribuſque excipere, dediſſeque tuæ piiſſimæ & orthodoxæ voluntatis plura indicia atque experimenta. Verum jam tibi annitendum penitus eſt, ut tui animi plenam execurionem Deo concedas: quod eo facturum noſtris præcipue temporibus, qui te peculiariter ac paterne amamus, ſemperque in minoribus voluimus, non mediocriter confidimus. Cum igitur pro ſalubri conſilio fratris tui exequendo, nos qui nuper in Germaniam ad eundem fratrem tuum, & ad omnes principes in conventu Norimbergenſi congregandos*, & infra, *dilectum filium noſtrum Cardinalem Campegium virum tantæ rei parem mittere decreverimus, majeſtatis tuæ partes hac in re eſſe cupimus eas, quas dignas Cæſare arbitramur, ut Cardinali, ſediſque Apoſtolicæ de latere legato, præſertim tui obſervantiſſimo, ac pro tuo etiam honore provinciæque pacatione, ac communibus Chriſtianorum commodis proficiſcenti, cum ubique tutum iter moramque tuis frequenteem, & benignum commeatum exhiberi facias, animoſque omnium principum, tam eccleſiaſticorum quam ſæcularium, publiceque & privatim tuis ad eos literis ita præpares, ut veneni expertes puras & pias ſententias in ſavorem ſanctiſſimæ fidei, ac apoſtolicæ cæſareæ dignitatis contra impuros hæreticos ferre poſſint: quamquam prolata jam a te ſententia, hæreticiſque condemnatis, nihil amplius in conſultationem venire poteſt, aut debet, quam ne illi ultra non audiantur, ſed imperiale contra eos decretum ab omnibus ſervetur. Quo vero ſtudio quove favore celſitudinis tuæ hanc rem agi oporteat, non noſtrum eſt monere illam, ut ſapientiſſimam, aut impellere, ut piiſſimam; tamen hoc ei memorabimus, id quod ipſa per ſe perſpicere poteſt, hoc conventu atque initia magnum momentum agi extirpandæ illius hæreſis, tuique imperii & authoritatis in Germania, non ſolum Apoſtolicæ dignitatis, cujus advocatus & defenſor eſſe debes, conſervandæ & firmiter conſtituendæ. Dat.* XVII. *januarii MDXXIV. anno* 1.

Commendatus illi legatus Apoſt.

Agendum de excindenda hæreſi.

IV.

Non Germanicam modo legationem, verum etiam Hungaricam (*a*), Danicam, (*b*) Suedicam, Norvvegicam, Belgicam, (*c*) Polonicam (*d*) ac Pruthenicam eidem Cardinali Campegio demandatas dicemus inferius: cum vero omnium graviſſima Germanica nimirum ad aſſerendam fidem orthodoxam contra Lutheranam hæreſim ingraveſcentem fuerit, de ea primum dicemus. Adhibuiſſe Georgium ducem Saxoniæ inſigne pietatis ſtudium ad tuendam catholicam fidem, ex Coclæo patet, eamque peſtem a ſuo principatu avertiſſe: de quo præclaro facinore illum Pontifex meritis affecit laudibus (*e*), rogavitque ut ad Nurembergenſes conventus ſe conferret, quo in iis conſtanti animo religionis Chriſtianæ cauſam propugnaret, legatoque apoſtolico ſuam operam navaret.

(*a*) *Lib. brev. an.* 1524. *p.*2. (*b*) *Ib p.* 161. (*c*) *Lib. brev. an.* 1525. *p.*117. (*d*) *Lib. brev. an.* 1524. *p.* 468.

Georgius Saxoniæ dux principatum ſuum vindicat a peſte Lut.

(*e*) *Inter brev. ann.* 1525. *p.* 53.

V. Excitatus etiam eſt a Clemente Cardinalis Salisburgenſis (*f*), ut in conventu Nurembergenſi ſuam induſtriam ad orthodoxæ fidei retinendum ſplendorem conjungeret cum Campegio legato: de cujus itinere in Germaniam, utque ob Lutheranæ plebis inſoleſcentem procaciam conſuetum legatis apoſtolicis cultum Nurembergam ingreſſus non induerit, hæc narrat Coclæus: *Ille Roma egreſſus kalendis februarii per Italiæ urbes iter faciens, ac honorificentiſſime ubique receptus, Bononiæ in patria ſua, ubi & epiſcopus erat, diebus aliquot ſubſtitit in domo paterna, & miſſam ſolemniter in Cathedrali eccleſia celebravit præſente maxima populi multitudine. Ubi vero Germaniæ fines attigiſſet, acceptis principum ex Nuremberga literis, properantius ad illos perrexit: cumque illuc perveniſſet, obvios quidem extra portam habuit omnes fere principes [nam unus aut alter mala valetudine retinebatur] Germaniæ ſimul cum ipſo Imperatoris locumtenente archiduce Auſtriæ Ferdinando. Verum ab illis benigne admonitus urbem illam non eo habitu intravit, quo ſolent legati apoſtolici Cardinales propter circumfuſam plebem Lutheranam, quæ aſſiduis concionibus a ſuis prædicatoribus concitabatur in odium & contemptum Papæ totiuſque cleri. Ne igitur in ſummo honore deſpectui riſuique fieret per habitum ſolemnem, & illi populo inſuetum, communi habitu, quo per ſilvas & campos ierat, per mediam urbem uſque ad hoſpitium ſuum, cui nomen erat aureæ cruci, inter conducentes principes proceſſit ſine clero & ſine prævia cruce; clerus namque qui occurſurus illi convenerat in æde divi Sebaldi, retentus eſt ibi clauſis valvis, ita ne videre quidem illum potuerit intrantem.* Ingentibus exceptum honoribus Campegium legatum, referunt Hieronymi Nigri literæ (*g*), ac ducem Saxoniæ, ne in colloquium cum legato veniret e Nurembergenſi conventu ſe proripuiſſe.

(*f*) *Lib. brev. ann.* 1524. *p.* 42.

Excitatus Salisburg. Card. ut legato ſuam operam præſtet.

Legati in Germ. iter.

Ob Lutheranos legati cultu Nurembergam non eſt ingreſſus.

(*g*) *Ext. l.* 1. *collect. lit. princ. p.*122.

VI. Addit Coclæus, confidente cum principibus Cardinale legato in cœtu Nurembergenſi, habitas fuiſſe duas orationes, alteram ab epiſcopo Scarenſi ordi-

Fridericus Saxoniæ dux legati colloquium defugit.

nis

Principes moniti ruituram cum religione Germaniam. (*a*) *Cocl. an.* 1524. Non cunctandum in tanto malo.

nis Minorum viro eloquentiæ laude claro, ac legati familiari; alteram vero ab eodem legato, qui ſumma gravitate uſus, imperii principes ordineſque admonuit (*a*), ut Lutheranam hæreſim, quæ non modo catholicam religionem, verum omnem rempublicam bene conſtitutam convulſuram erat, excinderent, atque ad factioſorum conatus, antequam confirmaretur eorum audacia, infringendos vires intenderent: ſi enim cunctarentur, eorum ſtudia & pia conſilia ad irritum caſura; proinde Leonis X. & Caroli V. Cæſaris edicta exequerentur: ſe pro antiqua erga ipſos benevolentia ac diuturna cum Germanis familiaritate omnia ſe præſtiturum pollicitus eſt, quidquid honeſte ab Apoſtolica ſede obtineri poſſet, oneraque de quibus Germanica natio conquerebatur, mitigatum iri: darent modo ipſi operam, ut extincta Lutherana hæreſi Chriſtiana arma ad Turcarum tyrannidem propagatam latius, comprimendam converti poſſent. Quam vero opportune id efflagitaret a principibus legatus apoſtolicus comprobavit decreta, miſſaque a Ludovico Pannoniæ Rege Nurembergam legatio, de qua hæc refert author de quo paulo ante memoravi (*b*): *Poſt paucos deinde dies advenerunt item a Rege Hungariæ & Bohemiæ Ludovico, cui nupta erat ſoror Cæſaris Maria, oratores, qui in publico principum legatique apoſtolici conſeſſu, eruditam quidem, ſed flebilem ac ſupplicem habere orationem, qua lachrymabiliter orabant & obſecrabant principes & ordines imperii, ut Regi regnoque Hungariæ in extremo periculo conſtituto contra Turcarum impreſſiones opem ferrent; quia Hungari diuturnis bellis fatigati & exhauſti non ſufficerent amplius ſuis tantummodo viribus tam potenti hoſti reſiſtere.*

Gravamina mitigatum iri promiſſum eſt. Retundendam tyrannidem Turcicam.

(*b*) *Id. ib.* Ungari ſupplices poſcunt opem adverſus Turcas.

VII. Poſt varias in iis cœtibus orationes habitas, ancipiteſque in deliberando concertationes, quibus quadrageſimale tempus conſumptum eſt, licet ordinum pars maxima pia & catholica eſſet, nonnulli tamen iis permiſti (*c*) viri reprobi pontificia & cæſarea poſtulata eluſere: cum enim Lutherana hæreſis in ipſo ſuo ortu deleri potuiſſet, ſi ex Wormatienſi mandato in Lutheranos animadverſionis ſeveritas fuiſſet adhibita captarunt diffugia, opportunaque remedia, tum afferenda in aliud tempus extraxere, unde impietas Lutherana collectis majoribus viribus magis graſſata eſt: non audita etiam Pontificis monita, qui fidei dogmata in controverſiam adduci vetuerat; nam ſynodum œcumenicam celebrari ad controverſias dirimendas poſtularunt, cum tamen eæ in ſuperioribus conciliis diremptæ eſſent, & conciliorum authoritatem ita ſpernerent Lutherani, ut illis ſua deliria anteferrent. Tum in eo vehementer aberrarunt, quod non vetera Eccleſiæ ſancita firma eſſe juſſerint, ſed credendorum judicium detulerint ad cujuſque provinciæ doctos viros, ex quo maxima confuſio oboritura erat. Præterea cum omnia Lutheri ſcripta abolenda flammis eſſent, quandoquidem is ut apertus fidei hoſtis damnatus fuerat; ac ſi quid boni in ſcriptis aliquando præſeferret, id omne vel contaminatum venenorum permixtione eſſet, vel longe purius apud ſanctos patres reperiretur; inutilem & periculoſum laborem indixere de Lutheri ſcriptis bonis vel reprobis diſcernendis: onera etiam Germanicæ gentis perpendi ac deſcribi voluerunt. Ut autem Cæſari de obſervando Wormatienſi edicto, quod Hannardi oratoris opera ſervari jubebat, paruiſſe viderentur, adjecere, ut omnes principes illud quantum poſſent obſervarent. Denique Hungarorum opem expoſcentium, ne Turcico furori exponerentur, preces in Spirenſem conventum rejecere: atque ita fucato medelæ genere cruenta duo reipublicæ Chriſtianæ vulnera a Germanis obvoluta fuere, compoſito abſentis Cæſaris nomine hoc edicto (*d*), quod in auctum collectum affertur a Joanne Coclæo.

(*c*) *Clem. lib. brev. an.* 1524. Permiſti catholicis Lutherani moras extinguendæ hæreſeos nectunt. Poſtulatum ab iis Concilium œcumenicum.

(*d*) *Ext. apud Delgaſt. to. 2. p.* 152.

Carolus V. Dei benignitate electus Romanus Imperator ſemper Auguſtus, Germaniæ, Hiſpaniæ, utriuſque Siciliæ, Jeroſolymæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex; archidux Auſtriæ, dux Burgundiæ, &c. comes Habſpurgi, Flandriæ, Tirolis, &c. illuſtribus ac generoſis noſtris imperiique dilectis & fidelibus Gunthero, Erneſto, Hoyero, Gebhardo, & Alberto comitibus & dominis in Mansfeld, dominis in Heldrungen, ſalutem ac proſperitatem, cum denuntiatione clementiæ noſtræ.

VIII. *Illuſtres, generoſi, dilecti ac fideles, poſtquam illuſtriſſimus princeps dominus Ferdinandus infans Hiſpaniæ, &c. archidux Auſtriæ, &c. frater noſter ſuaviſſimus & optatiſſimus, atque in ſacro imperio vicarius magna & inevitabili neceſſitate adductus propter arduos quoſdam magnique momenti articulos orbis terræ, procurationem religionemque Chriſtianam complectentes, nondum finaliter in conventu ſuperiore dijudicatos, ſed in aliud deliberandi tempus reſervatos, alium conventum imperii feria S. Martini jam præterita hic Norimbergæ inchoandam indici promulgarique fecit; quem ipſemet in propria perſona, noſque per nobilem & ſplen-*

Indictus alius conventus.

didum virum conſiliarium noſtrum & ſummum ſecretarium Joannem Hannart Burgravium in Lumbeck, equitem auratum ordinis divi Jacobi, cum inſtructione mandatiſque ſufficientibus illuc a nobis ablegatum, cæteri quoque electores principes, prælati, comites, atque ſacri imperii ordines obedienter & præſentes, & per oratores nuntioſque ſuos mandatis ſufficientibus inſtructos celebrarunt, in eoque de ſtatu publico, negotiis, controverſiis, atque periculis imperii neceſſario cum dirimendis, tum propulſandis, graviſſime & maturrime conſilia inierunt: pleraſque etiam earundem cauſarum, quæ in diſceptationem cadebant, authoritate, prudentiaque definierunt, duo cum reliquis articuli, nempe primo quod ad Lutheranos alioſque præterea novarum rerum repertores, deinde quantum ad terribilem & atrocem hoſtis Dei tyranni Turcici adverſus omne nomen Chriſtianum ſuſceptam expeditionem propoſiti ſunt: de quibus poſt diuturnam conſultationem finaliter concludi non potuit, ſed ob utrumque horum capitum poſt accuratam conſiderationem neceſſariarum omnium circumſtantiarum in hanc ſantentiam pronuntiaverunt, videlicet de primo.

De Lutheranis & Turcis nil conclusum.

IX. *Quandoquidem Lutheri aliorumque fanaticorum dogmata, diſputationes, conciones omnium apinione majorem in modum convaluerunt, auſæ velut regnum in ſimplicium Chriſtianorum animis ſibi vindicare, quos a vera conſtantique ſententia dejectos periculoſis admodum ſcrupuloſiſque dubitationibus illaquearunt, adeo ut, niſi mature ſapienterque capto conſilio his tot incommodis obviam pergatur, nihil inde præter inſignes offenſiones, ſcandala, perturbationes imperitæ multitudinis ad infringendum amorem Deique metum, ad ſupplantationem laudabilis honeſtæ Chriſtianæ diſciplinæ, omniſque recti moris; effrenem porro contumaciam motus inferiorum contra ſuperiores, ad funeſtum animæ interitum corporis facultatumque indubitatam perniciem erupturum videatur; idcirco quo de ſanandis Eccleſiæ vulneribus gravis ac ſalutaris deliberatio inſtituatur, nec ſine diſcrimine vitioſis an integris partibus cauterium adhibeatur, ſed detectis rejectiſque erroribus bona conſerventur, ſubditique noſtri, & omnes, qui nomen Chriſto dedere, ad unanimem in religione conſenſionem concordiamque reducantur; ſupra commemorati noſtri vicarius & orator, necnon electores, principes, prælati, comites & ordines utile neceſſariumque fore duxerunt, ut quoad facultas ferat, primo quoque tempore generalis libera ſynodus per ſummum Pontificem nobis adprobantibus loco commodo in Germania proclametur, & denuntietur, ubi de prædictis aliiſque ad univerſam Eccleſiæ communionem pertinentibus negotiis candide ſincereque decidatur: ex quo jam cum pontificio legato miſſo ad hunc conventum diligenter egerunt, qui ſe beatitudini ejus, quæ vellent expoſiturum, ſummaque fide rem promoturum recepit ac oſtendit.*

Qui fuerint hæreſeos Lutheranæ fructus.

Petita ſynodus cogenda in Germania.

X. *Ut autem quilibet interim Chriſtianus norit quid ante ſynodi conſociationem rerum pro ſua functione gerere debeat; convenit inter præfatos noſtrum vicarium & oratorem, electores, item, principes, prælatos, comites, & ordines de congregatione imperii conventuque procerum Spiræ cogendo, ad quem tanquam paraſceven futuræ ſynodi; in qua conſultatio de doctrina nuper introducta ſuſcipietur & bona recipientur, mala explodentur; profutura quæ ſequuntur capita cenſuerunt; nempe ut ſinguli electores, principes, & ſtatus, præſertim illi, quorum ſub juriſdictione cœtus gymnaſiorum & academiarum coluntur, interea temporibus quibuſdam doctrina excellentibus, pietate conſpicuis, ſapientia claris, id partium negotiique dent, Lutheri, aliorumque nova dogmata, conciones, volumina manibus verſata & oculis inſpecta diligenter examinandi, diſputandi, exigendi cenſuram, delectumque agendi, recta a depravatis ſegregandi. Similiter onera ſeu incommoda Germanicæ nationis a ſæcularibus principibus in hoc conventu contra Romanam ſedem exaggerata, cæteraſque politicorum adverſus eccleſiaſticos expoſtulationes adornatas atque exhibitas attentione ſumma cognoſcendi, & expendendi, quæ tunc omnia adjuncto conſilio, qua conditione nec iniqua nec intollerabili has offenſiones componi deponique poſſe exiſtiment, nobis vel in abſentia noſtra noſtro vicario, electoribus principibus, & ordinibus in futuro conventu imperiique congregatione ſic offerantur; quoque planior & expeditior via ſit, ad generale concilium progrediendi, atque pro rei magnitudine cuncta ſufficienter explorandi & ſtatuendi. Itaque vobis quoque mandamus & injungimus, ut jam dicto modo ſigillatim doctos aliquos, honeſtos, & intelligentes homines huic de nova doctrina, deque fremitu adverſus curiam Romanam deliberationi præficiatis, a quibus examinata, diſputata, ponderata, delecta, conſulta, præſtituro tempore cures exhiberi.*

Contemptis concilis œcumenicis data doctorculis novandis poteſtas.

De gravaminibus his mota.

Præfecti qui audiant querelas adverſus curiam Romanam.

XI. *Et quia cæſarea inſtructio, qua præfatum cæſareum commiſſarium & oratorem ad præteritum conventum ablegavimus, inter cætera continet, quod in bonam ſpem venerimus, imperii ſacri ſtatus velut aſ-*

ſer-

ſertores & vindices fidei catholicæ noſtrum Wormatiæ cum ſuffragatione electorum principum & ordinum editum mandatum obedienter vita, executione, propugnatione, adminiſtraſſe: ſi vero id neglectum ſit propter Eccleſiæ communionem, nationemque Germanicam, non levem inde ad animum noſtrum accidere moleſtiam. Itaque rurſus amanter poſtulavimus, ut quilibet elector, princeps, prælatus, comes, & ordo, quantum ad ſuam perſonam ſibique ac imperio ſubiectos in eo eſſe, id agere atque efficere velit, quo mandato Wormatiæ promulgato pio obſequio mos geratur: ad quam petitionem noſtram denuo noſtri ſacrique Romani imperii electores, principes, comites & publici ſtatus tanquam obedientia ſacri imperii membra concordi pectore decreverunt, ſe illi ipſi mandato, prout agnoſcant ſui muneris eſſe pro virili obtemperaturos, ſevereque coercendo tranſgreſſores præſidio futuros.

Confirmatum Vvormatienſe decretum.

XII. Decretum adverſus typographos.

Adiecimus præterea, ut quælibet poteſtas in ſuis officinis typographicis, alibique locorum tanquam in ſpecula providentiam omnem abibeat, quo poſthac libelli maledici, picturæque contumelioſæ prorſus removeantur, nec latius in poſterum diſſipentur. Ac ſi cui quid inde ſit moleſtiæ maculæve aſperſum, id apud vicarium regimenque noſtrum conqueratur: quibus itidem ſevere præcepimus, ut ſubvenire laborantibus, ſupplicantes auxilio conſilioque iuvare, atque ſententiam noſtri edicti vindicare & exequi nervis omnibus enitantur iuxta declarationem prius uſurpati receſſus. Quare ad conventionem, conſenſionem, decretumque illud perficiendum & ſtabiliendum, cæſarea vobis imperamus authoritate, ſerioque volumus, ut prædicto noſtro proptereaque Wormatiæ publicato mandato deinceps inviolabiliter pareatis, vitam moreſque conformetis, caſtigatione delinquentium reſpondeatis, idemque a ſubditis veſtris fieri ſedulo curetis & exigatis: item ut in typographicis officinis & alias inveſtigationem faciatis, quo literæ picturæque contumelioſæ ſupprimantur, nec latius poſthac in vulgus emanent; hoc nobis gratius nihil optatiuſque facietis.

Secundo poſtquam legatus pontificius, & ſuaviſſimi fratris noſtri Hungariæ Bohemiæque Regis nuntius præfato noſtro vicario oratori, electoribus, principibus, & ordinibus voce mæroris, vultu lachrymarum pleno commemoravit, tyrannum Turcicum pro immani odio ſiti cruoris inſatiabili furore, quo Eccleſiam nomenque Chriſtianum penitus extinctum atque abſorptum cupit, innumerum contrahere militem, incredibilemque contrahere exercitum ad vaſtandum, obſidendum, excindendum hac æſtate nobiliſſimum Hungariæ regnum, quod tanquam vere catholicum pro incolumitate Germaniæ aliarumque Chriſtianarum gentium tanto tempore ſanguine, corporibus, fortunis fortiſſimorum civium hoſtis crudeliſſime graſſantis impetum excipiens & ſuſtinens, ita copiis opibuſque exinanitum atque exhauſtum eſt, ut niſi externis viribus confirmetur, proprio marte defendere ac tueri ſe nequeat diutius: ac propterea ſingulos etiam atque etiam obteſtatus flebiliter appellavit, imploravit, ne in tanto diſcrimine ſalutis imperii, potentiæ, vitæ ſocios deſerere multis honeſtis vinculis nobis coniunctos, aut prodere Turcis velimus; ſed ferendo ſuppetias auxiliaque conferendo pavidos recreemus, perculſoſque erigamus. Cum itaque manifeſtum ſit quantum luctuoſarum evidentium acerbiſſimarumque cladium orbis Chriſtianus tot amiſſione populorum atque ditionum a tyranno Turcico hactenus acceperit & pertulerit, qua ille manu, vigilantia, celeritate, felicitate, ſævitia brevi temporis intervallo Albam Græcam, multaſque præterea civitates, arces, caſtella, oppidula Hungariæ, finitimarumque regionum, necnon Rhodum inſulam ceu munimentum & lumen orbis Chriſtiani expugnarit, occuparit, everterit; propterea prius uſurpati noſtri vicarius & orator una cum electoribus principibus, & ordinibus ingentem & inevitabilem neceſſitatem periculumque Eccleſiæ ante oculos ponentes, animiſque præmetientes decreverunt tam violentis tyranni Turcici machinationibus in tempore, quoad ferat facultas, valentibus armis illuſtri expeditione cunctoque apparatu bellico occurrendum eſſe.

Ut Turca exercitum inſtruat ad vaſtandam Hungariam.

Albaregalis ab eo expugnata.

Capta ab eodem Rhodus.

Et quod ad hos barbaricos conatus reprimendos, ope, conſpiratione, auxilio omnium catholicarum nationum, nec non indictione tributorum, collatione pecuniarum, per totum orbem Chriſtianum opus fore viderent, conſenſerunt de modo, forma, & præſcriptione univerſalium exactionum, ut de his quaſi fundamenta deliberandi iacta ſint; quam præſcriptionem una cum præſentibus literis reddi vobis curavimus. Utque articuli ſupra relati plene tandem finaliterque concludantur, & determinentur, publicum Germaniæ conventum atque congregationem omnium imperii membrorum & ordinum feria ſancti Martini inchoandum in noſtra ſacrique civitate imperii propoſuerunt, & indixerunt; quod hic vobis aperientes cæſarea Romanaque poteſtate, ac ſub commonefactione iuriſiurandi, quo nobis imperioque devincti eſtis, præcipimus, ut abſque recuſatione ad præfinitum ſancti Martini

XIII. Quæſitæ cauſales moræ.

Spirenſis conventus indictus.

diem

diem proximum in propria perſona Spiram veniatis. Si vero magnis occupationibus diſtricti, morbove oppreſſi adeſſe non poteritis, unum atque alterum veſtrum a conſiliis primarium cum ſufficientibus mandatis horum dirimendorum negotiorum definiendorumque cauſa præſtituto tempore illuc certo deſtinetis, & amandetis, nec rem diutius eucrabatis; nam poſt ſequenti die lunæ proximo congreſſionum conſultationumque publicarum initium fieri volumus una cum aliis ordinibus, quos vigore prædicti receſſus eodem modo convocavimus. Itaque cum ad præfatorum capitum de nova doctrina, deque firmo præſidio Turcicis opponendo phalangibus diſquiſitionem & conſtitutionem; tum quo ſententiam veſtram de irrogatione communium tributorum ad ſuſtentandam belli Turcici molem veſtro ſubditorum nomine declaretis, ac tandem de his omnibus in conſilium conciliumque, deinde, cum opus fuerit, ad arma eatur. Nolite tantæ reipublicæ opportunitati deeſſe, nec propter aliorum tergiverſationem venire dubitetis, aut differatis, ut quæ reſtant ad emolumentum orbis Chriſtiani eo maturius agantur, atque ſine mora decidantur: hoc facto & de imperio bene mereri, & noſtram retinere ac augere benevolentiam vobis facultas erit. Datæ Norimbergæ noſtra imperiique civitate XVIII. *die menſis aprilis a nato Chriſto MDXXIV. Romani imperii noſtri* V. *cæterorum regnorum anno* IX.

Solicitati principes ut illi interſint.

XIV. Graviſſimus error Nurembergenſis conventus.

Peccatum eſt graviſſime in hoc edicto a conventu Nurembergenſi, quod nimirum fidei dogmata a Chriſto & Apoſtolis tradita, confirmataque a ſanctis patribus, & a conciliis œcumenicis conſtabilita, non pure defendenda ſuſceperit, ſed illa in controverſiam adduci, & quæ credenda eſſent a viris doctis diverſarum provinciarum ante futuri concilii celebritatem definiri juſſerit, ac ſeditioſis novarum doctrinarum & interpretationum venena ſpargendi aditum patefecerit: tum quod fucato obſequii genere cæſareis imperiis in Lutherum & ſectatores hæreticos Wormatiæ promulgatis parere detrectarit: quare Clemens Pontifex mox atque a Cardinale legato illius Nurembergenſis edicti exemplum accepit, graviter queſtus eſt, a Germanis impiæ doctrinæ illecebra delinitis ſedi Apoſtolicæ & Cæſari illuſum fuiſſe, dum de iis, quæ ab utroque decretoria ſententia conſtituta fuerant, deliberatio denuo eſſet habenda: quorſum enim a viris doctis excutienda Lutheri dogmata, novæque ſuſcipiendæ lites, ſi apoſtolica authoritate damnata ſint, ejuſque ſcripta exuri fuerint juſſa. Jam vero proſpiciens animo Clemens Germanos in Lutheranam hæreſim ruere, atque defectionem a Cæſare moliri, haſce literas ad Cæſarem ipſum una cum edicti Nurembergenſis exemplo tranſmiſit (a), hortatuſque eum eſt, ut tum fidem Chriſtianam a Lutheranis labefactatam tum cæſaream authoritatem imminutam reſtituere in priſtinum ſtatum fortiter aggrederetur.

(a) *Lib. brev an. 1524. p. 245.*

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo electo Imperatori Hiſpaniarum, &c. Regi Catholico.

XV. Clementis ad Carolum V. literæ.

Chariſſime in Chriſto fili noſter, &c. Quid in hoc proximo Nurembergenſi Germaniæ conventu decretum fuerit, quod ad res tuæ ſerenitatis proprias attinet, aut cognoviſti, aut cognoſces aliorum literis, & eorum potiſſimum, qui tuam illic authoritatem propugnanter tuentur: quod autem noſtrum eſt, vel nobis potius, & ſedi Apoſtolicæ cum tua ſerenitate commune; de eo arbitrati ſumus te per nos certiorem fieri oportere: nam cum in ſuperiore conventu Wormatiæ, qui te eum tenente & moderante celebratus fuit, per te præclare de principum omnium, & liberorum etiam populorum ſententia ſtatutum fuiſſet, quomodo de fide catholica & in cultu Dei habendo de Chriſtianis ritibus cerimoniiſque ſervandum & ſentiendum eſſet, illud videlicet quod ab Apoſtolis uſque & primis illis patribus ac Spiritu Sancto illuminatis doctoribus vel tanquam per manus traditum, vel religioſiſſime ſcriptis proditum, communis Eccleſia perpetuo & ſancta ſedes Apoſtolica approbaviſſet, pœnas etiam contra tuum mandatum venientibus addidiſſes, omnibuſque rebus oſtendiſſes virtutem & magnitudinem animi tui non humana opinione ſubnixam, ſed Dei omnipotentis fiducia fretam eſſe, quomodo illi imperio poſtea & authoritati tuæ paruerint, quam tui abſentis nomen, quam ſui principis & digniſſimi Cæſaris imperium ſervandum ſibi duxerint tum & exiſtimare, etiam nobis non commemorantibus, potes. Fuit ergo neceſſe in hoc conventu altero te per locumtenentem & oratorem tuos querelam proponere, quod mandato tuo de ipſorum conſenſu facto per eoſdem ipſos obtemperatum non fuiſſet; & ut poſthac obtemperaretur requirere. Ad quem nos conventum cum legatum a latere noſtro ſummum & prudentiſſimum virum, ac optimum Cardinalem miſiſſemus, qui & literas eo a nobis attulit, & poſtulata noſtra ibidem in conventu expoſuit plena, ut vere poſſumus affirmare, æquitatis & honeſtatis.

Ut quæ ipſe Wormatiæ pie decreverat contempta ſint.

Monitus Carolus V. ut mandata ſua conſici curet.

XVI.

Decretum tandem factum eſt, cujus exemplum tuæ majeſtati mittimus, eu quo

fa-

Agi de divino & pontificio & Cæſareo honore.

facile poſſis ſerenitas tua intelligere, honorine in eo & juri tuo potius, an dignitati hujus ſanctæ ſedis detrahatur: cum enim decreti initio videautur velle, ut par eſt, juſſionibus & mandatis tuis obedire, ad extremum retractant, & quæ in tuo decreto determinata fuerunt revocant ad novas diſputationes. At hoc nequaquam obedire eſt, non enim tu ita maudaſti. Cur ergo pollicentur iu initio ſe parituros? nempe ut illudant Cæſari & domino ſuo: utrum autem indignius ſit non exequi principis ſui imperium, id quod antehac fecerunt; au illudere imperanti, ſicuti nunc agunt, difficile profecto ad judicandum eſt; ſed per Deum omnipotentem, fili Chariſſime, vide & cogita quem tibi animum in hac cauſa eſſe ſuſcipiendum conveniat, prout fortitudo animi tui & pietas erga Deum ſatis jam ſpectata & cognita eſt: dediſti enim teſtimonium ſanctæ & optimæ tuæ voluntatis; verum illa tua omnibus beneficiis ſummi Dei aucta, & ad ſummum amplificata majeſtas ubi nunc eſt? aut apud quos erit illa gravis, ſi a tuis contemnetur? qui ut genus hominum eſt ſat tibi notum, hanc paulatim uſurpando non obediendi licentiam quorſum evaſuri ſint, & pracavendum tibi, & magnopere providendum eſt. Habes etiam eaemplum proteſtationum, quas liberarum civitatum nuncii in conventu fecerunt, quæ libertatis munus, quod Deo faveute a Cæſaribus acceperunt, debuerunt melius in Dei & Cæſaris ſervandam dignitatem convertere; ſed de his, quæ ad ſerenitatem tuam pertinent, & ſi ea nobis non minus ſunt curæ quam tibi, quod pro noſtro perpetuo, & ſingulari erga te amoris ſtudio, tuoque viciſſim erga nos, unum ambo & ſumus & ſemper erimus; tamen quoniam in te plurimum & animi & prudentiæ eſſe novimus, tuæ gubernationi & conſilio relinquimus cuncta moderanda. Quod vero attinet ad nos; magno animo, & magna ſpe in Deo poſita, quem conſcium noſtræ optimæ voluntatis habemus, non diffidimus tua ſerenitate nobiſcum in ejuſdem Dei honorem laborante, tot calamitatibus tuorum populorum, qui in viam abeunt interitus ſempiterni, nos aliquid remedii reperturos eſſe: quibus ſi pro eorum injuſta adverſus nos voluntate inimici eſſe vellemus, quid gravioris mali optaremus, quam hunc tantum reiicieudæ Dei religionis furorem, tantam mentium cæcitatem, ob quam præcipites & prorupti ea agunt & perpetrant quotidie, quorum auditu omnis humana mens perhorreſcit, de quibus credimus, ad te fuiſſe ſcriptum? Sed abſit hoc a nobis; amamus enim illos & gregi noſtro paſtorali cura affecti ſumus, quoque majus illorum eſt peccatum, hoc major in nobis miſericordia, & major dolor eaurgit: quapropter Deum quidem oramus, ut eorum ſaluti ita conſulat, ut nos noſtræ conſultum eſſe vellemus. A tua vero ſerenitate petimus, ut ſeveritate ſuſcepta digna hoc nomine & hac poteſtate, qua præditus es, quo melius & commodius in tua illa natione minime poſtponenda ſervare imperii majeſtatem, juris ordinem, fidei ſanctæ regulam, diſciplinam communis vitæ poſſis, eos, ſi qui ſunt, qui tanto bono obſtent, ſtudeas acrioribus remediis coercere; ſicut & Cæſare præcipue dignum eſt, & optimo & Chriſtianiſſimo principi conſentaneum: nos quidem ſerenitas tua ad omne præclarum opus & in omni tempore ſecum habebit firmiſſime atque amantiſſime conſpirantes. Sed de his & aliis ad hæc pertinentibus copioſius ſcribimus ad dilectos filios Joannem Curſium, Florentinum, & Beruardinum Caſtellarium camerarium noſtrum, quibus tibi noſtro nomine referentibus ſerenitas tua aurem accommodare, & fidem habere pleniſſimam poterit. Dat. Romæ, &c. die XVII. maii MDXXIV. pontificatus noſtri anno I.

Propoſita illi mala quæ emerſura ſint.

Ipſius populos in æternum tuere exitium.

Servet fidei & imperii majeſtatem.

Jacobus Sadoletus.

XVII. Henricus Angliæ Rex de actis Nuremberg. edoctus.

Elapſo poſt triduo Henricum Angliæ Regem, egregium tum orthodoxæ fidei defenſorem, de actis Nurembergenſibus fecit certiorem, rogavitque ut Chriſtianæ religionis cauſam ſtrenue tueretur.

Regi Angliæ.

Chariſſime, &c. In omni eventu rerum, quo de fidei ſanctæ catholicæ & hujus Apoſtolicæ ſedis nomine & honore agitur, certiſſimum nobis eſſe confidimus in tuæ ſerenitatis virtute & religione præſidium: ut ſive conſilio opus ſit nobis, præſto eſſe debeat ſapientia tua; ſive auxilio, magnanimitas atque potentia. Cum igitur in hoc conventu Nurembergenſi in Germania proxime peracto, nobis per dilectum filium noſtrum Laurentium tit. S. Anaſtaſiæ preſbyterum Cardinalem Campegium, noſtrum & ſedis Apoſtolicæ de latere legatum; Cæſare autem per dilectum filium nobilem virum archiducem locumtenentem & oratorem ſuos requirentibus, ut decretum Wormatienſe, quod ipſo præſente Cæſare de totius conventus ſententia factum fuerat, obſervaretur, huicque impiæ hæreſi & Lutheranorum factioni fidem Chriſti crudeliter devaſtanti remedium aliquod efficax opponeretur; quid ab illis decretum ſit, putavimus ad ſerenitatem tuam tranſmitti oportere, ut ipſa intelligat, quo illi animo, & qua voluntate in Dei cauſam videantur eſſe: ac nobis quidem, quæ cir-

Quæ petita ſint in Nuremb. conventu a principibus.

ca

ea hoc conſideranda viſa ſunt, ad dilectum filium Melchiorem Langum camerarium noſtrum tibi communicanda mandavimus perſcribi. Quod vero ad ſummam rei attinet; non poſſumus non dolere & moleſte ferre, ipſam indignitatem facti, quod in injuriam quidem aliquam ſedis Apoſtolicæ, ſed multo magis in damnum & detrimentum Cæſaris redundat, cujus detrahere authoritati, & ſubterfugere imperium, & initium habet ſuſpicioſum, & finem, utinam non periculoſum. Sed quod ad nos & ad dignitatem noſtram attinet; magnum animum dat nobis illa ſpes, quam ut omnia recte & ſancte dirigamus, totam in Deo poſitam habemus: ſi enim voluntate ea ſumus, qua profecto ut ſimus, datum ab illo authore bonorum omnium nobis eſt, ut nihil propriæ cupiditatis cauſa, ſed communis conſervandæ & inſtaurandæ veræ religionis gratia omnia faciamus, non dubitamus, quin omnipotens dextera excelſi nobis in omni recta actione vim atque conſilium miniſtratura ſit. Illud interim ferre & audire acerbum eſt, quod & innumerabilium animarum quotidiano exitio graviter afficiamur, & tot & tanta quotidie percipimus contra honorem Dei ſanctorumque ejus nomina & imagines, & tam immania auditúque ipſo nefaria, fieri & perpetrari, ut eorum quoque mentionem animus noſter perhorreſcat. Hunc dolorem exiſtimamus nobis cum ſerenitate tua debere eſſe communem; ea enim fide ſanctiſſima nos angimur, cujus tu & defenſoris nomen, & munus ſuſcepiſti. Quid autem medicinæ afferri poſſit, & nonnulla nobis veniunt in mentem & ſerenitatem tuam in Domino requirimus, ut velit ipſa quoque pro ſingulari ſua prudentia aliquid curæ & cogitationis ſuſcipere, agereque eo inſtituto ſolitæ ſuæ ſapientiæ & religionis, ut omnis cœtus fidelium intelligat adeſſe cauſæ Dei & fidei Chriſti Regem magnanimum, & in omni actione præclara ſingularem, atque potentem, ſicut latius cum ea noſtro nomine dictus Melchior aget, cui fidem habebit. Dat. Romæ die XVI. maii MDXXIV. pontificatus noſtri anno I.

Aucta in dies exitia animarum.

Chriſti & Sanctorum imagines ab hæreticis fractæ.

Rogatus Anglus ut publico incendio occurrat.

XVIII. Meminit de hiſce literis Gibertus datarius, arcanorum pontificiorum particeps, in literis (a) ad Marchionem Langum apoſtolicum in Anglica aula oratorem datis miſſaſque eodem argumento ad Cardinalem Eboracenſem indicat: tum de Lutherana peſte ingraveſcente ipſum edocet, utque Germani Caroli V. ſpreverint imperia, atque ad evertendam funditus Chriſti fidem incumbant, conventumque Spirenſem ad diem S. Martino ſacrum indixerint, in quo eccleſiaſtici & laici ordines de religione & doctrina Chriſtiana decernere debeant, quaſi ad Germaniam ſpectet dare Chriſtiano imperio leges, ac Germani ſoli majori pietatis ardore quam cæteræ omnes nationes, in ritu veteri degentes flagrent: monitum a Clemente Carolum, eos populos, ut divinam ſpernunt majeſtatem, ita cæſaream ſpreturos, excuſſoque religionis jugo, pariter principum jugum a ſuis cervicibus dejecturos, atque ad effrænatam licentiam aſpirare, ex ejus abſentia ipſiuſque edictorum intermiſſa ſegniter obſervantia, auctam impiorum audaciam, quæ revocato ita edicto Wormatienſi, Cæſari orbique leges dare aggreſſa eſt: propterea Pontificem ad propulſanda imminentia orbi Chriſtiano pericula, urſiſſe hortatibus Cæſarem, ut virum authoritate ſpectatiſſimum mittat, qui Germanos de contracto Wormatienſi decreto arguat vetetque nullos conventus de rebus fidei cum univerſarum gentium Chriſtianarum offenſione novandis, ſed tantum de civilibus inſtitutis celebrari: percupere etiam Clementem, ut Henricus Anglorum Rex, qui proſcripta e regno hæreſi Lutherana, libroque edito, non modo ferro, ſed calamo fidem defendendam ſuſcepit, incitaret literis Cæſarem, inflammaretque ad religionis patrocinium ſuſcipiendum: maximum ipſi infamiæ dedecus illatum iri, ſi inclytam eam nationem infeliciter exitio dari ſinat, tolerataque ea defectione imperium & reliqua regna in diſcrimen adducat; ſi enim temeritas eorum proſperos ſucceſſus nacta ſit, reliquos populos ad ſimile audendum facinus conſurrecturos: quamvis vero Pontifex hæc Cæſari ſuis literis exponat, tamen regias novum pondus addituras: ac licet mortifera jam mali vis blanda remediorum genera reſpuat, non tamen abiiciendam curam rerum: peritorum medicorum inſtar ſerpentia ulcera ſanamque partem trahentia, ferro & igni ſananda: quamvis autem hujuſmodi Spirenſem conventum diſcuſſum iri putet Pontifex; ſi is tamen congregetur, ipſum optare ut Anglorum Rex viros prudentia & doctrina inſignes, quorum copia floret Anglia, oratores mittat, qui palam intercedant ne ſola Germania de rebus ad fidem ſpectantibus decernere audeat, niſi mandato & authoritate ſedis Apoſtolicæ conſenſuque cæterarum nationum; qui etiam regia authoritate fulti pravas argutias fraudeſque Lutheranorum, qui aperte ad fidem Chriſtianam abolendam conjurant, confutare poſſint: Pontificem bene de Henrico Rege ſperare, qui tantum

(a) Ext. l. 1. collect. lit. princ. p. 123.

Germanorum error inſignis de religione decernentium.

Monitus Cæſar Lutheranos in eum rebellaturos.

Ne permittat quidquam novari in rebus fidei.

Inculcatum ipſius regna in diſcrimen adductum iri.

Rogatus Anglus ut mittat oratores ad Spirenſes conventus.

Digitized by Google

tum virtutis ſpecimen etiamtum præbuerit, cumque Cardinale Eboracenſi, ne hæreſeos lues Angliam inficiat, operam conjunxerit, ac primus oppugnarit hoc Lutheranum monſtrum, cujus tanta deformitas eſt, ut in dies novas pullulare hæreſes, antiquos Eccleſiæ ritus abrogari, Chriſti imagines incendi, monachos & moniales conjugari, conculcari ſacramenta conſpiciantur: aſſiduis etiam adhortationibus ad operam in impios novatores conferendam excitari reliquos principes; adeo ut palam liqueat omnes a Pontifice vires conatuſque eo intendi, ut inflicta vulnera reipublicæ Chriſtianæ curentur, atque adverſus Turcam, qui tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret, conſociata mutuo fœdere Chriſtiana arma vertantur.

Monitus ut novæ hæreſes ex Lutherana naſcantur.

XIX. Multis interjectis de concilio œcumenico, quod jam ante a Germanis principibus expetitum vidimus, atque ab Hadriano VI. pro excindenda hæreſi Lutherana promiſſum, a quo congregando Clemens VII. abhorrere viſus fuerat adeo, ut Cardinalis Eboracenſis cum internuntio pontificio de eo diſſerens dixiſſet, videri Clementem pertimeſcere ne pontificatus ei in concilio abrogaretur, addidit hæc monita Gibertus datarius, ut ſi quæ daretur occaſio colloquendi de concilio, exponeret Clementem non timere concilium, ſi ad pium finem, ad quem inſtituta ſunt concilia, dirigatur, & tempore idoneo pro communi Chriſtiani imperii ſalute congregetur; nec abrogationem veteri, cum divina clementia ejuſmodi natales illi conceſſerit, perque varios dignitatum gradus provexerit ad pontificatus apicem, ut nulla unquam calumnia aſpergi potuerit, ac multo magis jam in Deo locaſſe ſpes ſuas, cum ipſum omnes ſuos conatus ad publicam pacem redintegrandam, Deique gloriam ac fidem propagandam convertiſſe conſtet.

Sparſus rumor Clementem extimeſcere concilium.

Clementis apologia.

XX. Quæſtus etiam eſt Clemens apud Franciſcum Regem Francorum de Norembergenſi Germanorum conventu, ejuſque ut filii Eccleſiæ primogeniti opem pro aſſerenda fide orthodoxa imploravit. Tuebatur vero ſtrenue Franciſcus catholicam pietatem, nec Lutheranam ſuperſtitionem transferti in Gallias patiebatur, conſtitutis in hæreticos ſuppliciis; cujus egregia ſtudia laudavit Clemens, quantamque de illius virtute pro defendenda evangelii puritate expectationem concepiſſet, his literis ei ſignificavit. (a)

Clemens apud Gallum queritur de Noremberg. comitiis.

(a) Clem. VII. lib. brev. an. 1524. p.243.

Regi Chriſtianiſſimo.

Chariſſime, &c. Omnis noſtra cuſtodiæ paſtoralis vigilia in quam vocati a Deo

ſummo, & huic præfecti curæ & adminiſtrationi ſumus, hoc inprimis ac potiſſimum requirit & poſtulat, ut errantes a tramite veritatis animas ad iter rectum & tutum revocemus, Deoque reſtituere contendamus, quas inſidioſis artibus deceptas hoſtis humani generis ad impium ſenſum conatus eſt avertere. Igitur cum invaleſcentem in oris & partibus aliquot Germaniæ Lutheranam hæreſim omnem rectum & pium cultum veri Dei, omnia divina humanaque jura confundentem ut tollere omnino, ſi Dominus concedat, aut ne latius ſerpat coercere intendamus, miſimus prudentiſſimum & optimum Cardinalem dilectum filium Laurentium legatum, qui in Norembergenſi conventu ea verbis noſtris moneret ac requireret, quæ tum æquitatis & honeſtatis pleniſſima, tum communi paci totius Germaniæ ac populorum illorum ſaluti eſſent opportuniſſima; ut enim mittamus cauſam Dei regnumque cœli, quod rite in fide ſentientibus oblatum eſt, & impiis interdictum, quid majorem poteſt aut urbi, aut populo, aut regno ulli, aut provinciæ afferre perniciem, quam tollere gradus, confundere ordines, & infima plebe ad omnem licentiam concitata, ſublata authoritate principum ima ſummis æqualia facere? Plena igitur amoris & ſalutis admonitio noſtra fuit, cui ita reſponſum eſt, ut in magno numero bonorum, aliqui tamen contaminati & corrupti permanerent: ſed nos, qui nec animo, nec conſilio propter fidem illam, quam in domino Deo habemus, deficere poſſumus, ſi quid nobis in ea re boni datum eſt, accipimus libenter; ſi quid vero ſubeſt aut pravi, aut dubii, dabimus operam, Deo nos bene juvante, ut omnia ſint eventu, quam expectatione meliora. Quod nos ad tuam ſerenitatem ſcribere inſtituimus, tum ut tecum, veluti cum ſanctæ Eccleſiæ primogenito filio, Chriſtianiſſimoque Rege omnia communicaremus, quæ tui clariſſimi cognominis, ac præſtantis eximiæque virtutis finitima quodammodo ſunt; tum vero, ut te non tam hortaremur nos quidem; non enim eguit hortatione noſtra pietas tua, quam ut meritis laudibus proſequeremur, quod a te eſt actum, idque omnium conſtanti fama & voce celebratum, ut magnitudo & animi & conſilii tui in his divinis rebus ſuo in honore & in ſua dignitate conſervandis ita ad Deum intenta directaque fueris, ut nullam vocem impietatis, nullum facinus hæretici furoris in tuo tanto regno conſiſtere fueris paſſus. Hanc nos gloriam, hanc animi virtutem, ſi quid modo veri rectique judicii in nobis eſt, omnibus & laudibus & virtutibus non dubitamus an-

Ut omnis ſacer & politicus ordo tollatur a Lutheranis.

Commendatur ob Galliam vindicatam ab hæreſi.

reponere, quam in te florere ac vigere etiam pro noſtra erga ſerenitatem tuam paterna voluntate mirifice lætamur; ſed ut eo nobilior & excelſior eſt virtutis gloria, fructuſque illius uberior, quo ipſa latius abundantiuſque funditur, ſerenitatem tuam hortamur in Domino, ut nobis in hoc pio & ſalutari opere, omnem noſtram cogitationem, omnem curam ponentibus, quibus modis hæc nefaria hæreſis extingui & ad nihilum redigi poſſit, tu ſancti hujus laboris nobiſcum ſocius eſſe velis & particeps; neque in regnis tuis tantum, ſed alibi etiam, ubicumque opus ſit, & qua ſua pollet vigetque authoritate, ita agere & curare, ut ope, conſilio, & adhortationibus tuis & conatus noſtri faciliores & labores leviores fiant, &c. Dat. Romæ die XXII. *maii MDXXIV. pontificatus noſtri anno* 1.

Solicitatur ut vires jungat pro extinguenda hæreſi.

XXI. Pollicebantur hi Reges ad naſcentem hæreſim delendam regiam opem, ac niſi exitiabile bellum inter eos accenſum fuiſſet, facile Lutherana impietas evulſa fuiſſet. Nocuit etiam rei catholicæ Cæſaris ex Germania abſentia, quo præſente Lutheranarum civitatum oratores mutire adverſus illius vim authoritatemque non eſſent auſi. Is vero cum in Hiſpania Burgis ageret, pontificiis monitis illico paruit, atque Nurembergenſis decreti formulam convulſit, Spirenſem cœtum cogi vetuit: tum ne de rebus ad fidem orthodoxam ſpectantibus inconſulta ſede Apoſtolica quidquam decerneretur, ſed Wormatienſe edictum obſervaretur, edixit graviſſimis literis ad principes ordineſque imperii Germanico ſermone conſcriptis, e quibus Joannes Coclæus (*a*) præcipuam hanc partem in Latinum ſermonem tranſlatam affert.

Bella civilia fomitem hæreſi præbuere.

Carolus V. Pontifici adhæret contra Luth.

(*a*) *Cocl. in actis & ſcript. Luth. an.* 1524.

Epiſtola Caroli Imperatoris contra decretum Nurembergenſe.

Cum nos in proximis Wormatiæ habitis comitiis in principum electorum aliorumque principum & omnium ordinum ſacri Romani imperii generali congregatione unanimi illorum conſilio, ſcitu, & conſenſu Lutheranam doctrinam ac hallucinationem velut hæreticam, malignam, ac venenoſam ſub magnis gravibuſque mulctis & pœnis publice denuntiari ac interdici, omneſque præterea ſcripturas libroſque Luthericos poſteaquam a ſanctitate apoſtolica jure ac ordine Chriſtiano legitime reprobati ac damnati fuiſſent, deleri atque comburi curavimus, vos & communes ſtatus in noviſſimis Nurembergæ actis comitiis ſolum propter injurioſos & convitioſos Lutheri libellos, indecoraſque impreſſiones & picturas ordinationem propoſuiſtis, atque dediſtis eam unicuique, quantum ei obſervare poſſibile ſit, impoſuiſtis, quaſi nos in prioribus noſtris mandatis & edictis aliquid novi, oneroſi, aut iniqui propoſuerimus, ac conſtituerimus; & non facilius æquiuſque foret in prioribus, antiquis, laudabilibus, catholiciſque ritibus & ordinationibus permanere, quam ita alienos ac inauditos abuſus acceptare ac tenere. Et infra: *Quod autem vos & ſtatus pariter tanquam pro vobis ipſis propoſuiſtis, ac decreviſtis ad proximum futurum diem S. Martini in noſtra & imperii urbe Spiræ generalem, ac univerſalem Germanicæ nationis conventum celebrare, atque in eo vias, media, & ordinationes conſiderare ac proponere, qualiter quibuſque modis & formis cum cultu divino aliiſque eccleſiaſticis officiis & ordinationibus, conſtitutionibuſque & conſuetudinibus agendum ſervandumque ſit uſque ad futurum generale concilium, ut interea periti ſacrarum literarum aliæque eruditæ perſonæ quidquid fidei non conſonum, ſed contrarium videatur, in ſcriptis comprehendant, dubiaque & alia pro viribus determinent. Talia nos neque poſſumus neque volumus ullo pacto, vel admittere, vel permittere; ſed ſicut nos tanquam defenſorem ac protectorem ſedis Apoſtolicæ imprimis decet ac convenit, maxime præcavere, ne Dei omnipotentis ac ſanctitatis apoſtolicæ iram & indignationem per hoc in nos concitemus: quanta enim injuria contumeliaque, & dedecus ſanctæ, divinæ, ac catholicæ Eccleſiæ irrogaretur, ſi pius Dei timor & obedientia eo modo læderetur, ac minueretur, ut Germanica natio ſola, quæ hactenus timoratiſſima judicata eſt, quæ & catholicæ Eccleſiæ mandata conſtitutioneſque obedienter continue obſervavit, tale quid præſumeret, ac moliretur, quod omnes alii, principes Chriſtiani ſimul cum ipſo Papa neque incipere neque intendere auderent, ut divinas ac laudabiles catholicas ordinationes, conſuetudines, conſtitutiones, ac ritus, qui tot annis hactenus in tota Chriſtianitate in ſolatium omnium fidelium animarum, & hominum perfecte & ſine contradictione obſervati ſunt, rejiceret ac aboleret: a quibus ſane nullus unquam receſſit, quem juſtum Dei judicium ob hoc non graviter punierit; quamvis inhumanus, & impius Lutherus illis præſumat ſolus obſiſtere, ac dulci ſuo veneno quantum queat inficere, atque in anima & corpore perdere mortales, ſeque per ſuam aſtutam malitiam coram hominibus magnum & conſpicuum reddere.* (Nonnulliſque interjectis addit.)

Reprehenſi conventus Nurembergenſes.

Objectum ipſos deſciſcere a catholica pietate.

Novandæ fidei anſam præbere.

Damnata a Carolo V. eorum mandata.

Arguuntur Germani temeritatis.

Nullum a Pont. diſceſſiſſe qui pœnas ſceleris non tulerit.

XXII. *Cum igitur nos, ex ſupramemoratis, aliiſque bene fundatis rationibus ejuſmodi ve-*

veſtram & communium ſtatuum intentionem, actionemque velut iniquam cognoſcamus, comperiamuſque, niſi id in tempore præveniremus ac proſpiceremus, quantum damni, abuſionum, turbationum, ſeditionumque in univerſa Chriſtianitate, præſertim vero in Germanica natione inde ſequi poſſit, petimus a vobis, & injungimus vobis ſub juramento, quo vos nobis ac ſacro imperio eſtis obſtricti, & ſub vitando crimine læſæ majeſtatis, ſub noſtro & imperii banno ac rebanno, ſub privatione item ac deſtitutione omnium gratiarum ac privilegiorum, quæ ab anteceſſoribus noſtris Romanis Imperatoribus ac Regibus, a nobis quoque & ſacro imperio obtinuiſtis.

Juſſi ordines Germaniæ a Vvormatienſi decreto non deficere.

Ad hæc ſub pœnis in noſtro imperiali edicto propter hoc Wormatiæ edito contentis, eu imperiali poteſtate ſerio mandantes, ut vos ab illo noſtro mandato & edicto nulla via aut forma diſcedatis, nihilque contra illud agatis aut faciatis; ſed illud, quantum poſſibile ad vos ſpectat & attinet, omnino ac ſimpliciter obſervetis & exequamini, præſertim vero in prædicta ſtatuum intentione de concilio, aliiſque diſputationibus, declarationibus, & interpretationibus, quæ catholicam fidem concernunt, ne quid ullo pacto abſque apoſtolicæ ſanctitatis noſtraque aut generalis concilii authoritate, ordinatione, ac admiſſione attentetis, agatis, aut peragatis; ſed id totum in proximum generale concilium, quod ſanctiſſimi patris noſtri Papæ authoritate & conſenſu, ut dictum eſt ſupra, indici debet ac indicetur, differatis, atque in his omnibus vos exhibeatis obedientes; quemadmodum juxta conſcientiam obligationemque veſtram Deo omnipotenti, ſanctæ catholicæ Eccleſiæ, Apoſtolicæ ſanctitati, & nobis, tanquam veſtris a divina providentia præordinatis ſuperioribus capitibuſque facere tenemini, & quam charum vobis eſt noſtram & imperii gravem indignationem, ac ſupradictas mulctas & pœnas evitare. Hæc ſerio dicta volumus. Data in urbe noſtra Burgis in Caſtilia xv. die julii anno, &c. MDXXIV. imperii noſtri Romani VI.

Ne quid in religione conſtituatur ſine Concilio œcumenico.

XXIII. Ferdinandus Archidux cœtus catholicorum celebrat Ratiſponæ.

Antequam hoc cæſareum mandatum quod a Lutheranis fuit neglectum, perferretur in Germaniam, Ferdinandus Cæſaris frater, authore legato apoſtolico, una cum aliquot principibus & epiſcopis, conventu Ratiſponæ habito, de aſſerenda fide catholica, ac judiciaria ſeveritate ex Wormatienſi edicto adhibenda in Lutheranos edictum promulgavit, cujus vis maxime valuit ad principatus ipſis obnoxios a Lutherana impietate vindicandos. Recenſet idem Joannes Cochlæus (a) præclara hæc catholicorum acta, quæ Nurembergæ felicem exitum habere non potuerant: *Cum*, inquit, *diſſoluto conventu imperiali Nurembergæ, legatus apoſtolicus ob ſecuritatem cum ſereniſſimo principe & infante Hiſpaniæ Auſtriæ archiduce, &c. Ferdinando fratre & locum tenente Cæſaris inde abiiſſet Stutgardiam, ibi ambo communicatis conſiliis particularem quorumdam principum conventum Ratiſponæ celebrandum inſtituerunt ad certum diem, nempe natalem Joannis Baptiſtæ. Convenerunt itaque illuc die præfixo perſonaliter quidem Cardinalis Campegius legatus de latere cum archiduce & locumtenente prædicto, item Matthæus Cardinalis & archiepiſcopus Saltzburgenſis, duces utriuſque Bavariæ illuſtriſſimi principes Vuilhelmus & Ludovicus, Bernardus epiſcopus Tridentinus, Joannes adminiſtrator eccleſiæ Ratiſponenſis, natalis Palatinus Rheni & dux Bavariæ: per oratores vero & conſiliarios ſuos pleno mandato inſtructos comparuerunt hi epiſcopi, Wigandus Bambergenſis, Georgius Spirenſis, Willelmus Argentinenſis, Chriſtophorus Auguſtenſis, Hugo Conſtantienſis, Chriſtophorus Baſilienſis, Philippus Friſingenſis, Sebaſtianus Brixinenſis, & Erneſtus adminiſtrator Patavienſis ſupradictorum ducum Willelmi & Ludovici frater germanus. Hi ſane omnes pio fidei catholicæ zelo accenſi, ut Lutheranæ factioni efficacius reſiſtere poſſint, ultronea confœderatione ſeſe conſtrinxerunt atque etiam corroboraverunt.*

(a) Cocl. an. 1524.

Quinam illis interfuerint.

Decretum fidem tuendam adverſus ſectam Lutheranam.

XXIV. Edictum Vormatienſe mandandum operi.

Antequam igitur acre illud Cæſaris reſcriptum in Germaniam veniſſet, immo & antequam factum fuiſſet, principes iſti ultro concluſerunt ac decreverunt ante omnia, ut Cæſaris edicto Wormatienſi obediretur: deinde, ut evangelium interpretaretur juxta eorum, qui ab eccleſia probati & recepti ſunt expoſitionem patrum: ut concionari nemini liceat in eccleſia, niſi ei, qui ab ordinario loci, aut ejus vicario, ſeu officiali examinatus prius ſit & admiſſus: ut in ſacratiſſima miſſa, ſacramentorumque adminiſtratione & univerſaliter in catholicæ Eccleſiæ cerimoniis, jejuniis, orationibus, oblationibus, cæteriſque ritibus antiquis nihil immutetur: ut ſacerdotum monaſticorumque illicita conjugia prohibeantur & puniantur: ut typographi nihil excudant, niſi rite prius examinatum ac probatum. Atque inter alia multa inſigni providentia & ſeveritate conſtituerunt; ut filii ſubditorum ſuorum, qui Witembergæ literis operam darent, intra tres menſes inde avocarentur & ſtudendi gratia illuc non re-

Ne concionari cuiquam liceat ſine epiſcopi authoritate.

Damnata ſacerdotum & monachorum connubia. Plura ſancita adverſum eos qui Vvittembergæ ſtuderent.

dirent, ſub pœna amiſſionis omnium beneficiorum, & hereditatum, nec ad ullum deinceps beneficium eccleſiaſticum in terris ſuis ullum Wittembergæ ſtudentem admitterent, neque in gymnaſiis ſuis ulli lectioni præficerent: item ne quis Lutheranum, quem aliquis eorum ob exceſſus & demerita proſcripſit, in terris ſuis recipiat, ſed proſcriptus ab uno ab omnibus habeatur proſcriptus: denique ut ſi quis eorum ob iſta ullam a ſubditis ſuis rebellionem aut ſeditionem pateretur, reliqui ei forent auxilio & conſilio.

Proſcripti Lutherani in aliis terris non recipiendi.

XXV. Ratiſponenſe decretum a Georgio Saxone receptum. (a) Cocl. ibid.

Cum hoc edictum abſentis Cæſaris nomine Ratiſponæ promulgatum fuiſſet. Georgius princeps antiqua ducum Saxoniæ de ſtirpe procreatus, illud una cum Wormatienſi decreto in univerſa ditione ſua publicari juſſit (*a*), ac ſevera magiſtratibus dedit mandata, ut utrumque exequerentur, ac prævaricatores pœnis ultricibus ſe inſectaturum interminatus eſt. Cæterum cum vitia & corruptelæ, quæ in clerum irrepſerant, publicam offenſionem concitarent, ac materiam maledicentiæ hæreticis ad religionem labefactandam præbuiſſent, editam fuiſſe a legato apoſtolico ſanctionem ad eaſdem corruptelas hujuſmodi abolendas, atque eccleſiaſticum ordinem in ſanctitatis ſplendorem reſtituendum, refert Coclæus: *Legatus*, inquit, *apoſtolicus, cum intelligeret laicorum animos graviter offendi improbis clericorum abuſibus & perditis moribus, hæreſimque Lutheranam non parvam inde habuiſſe occaſionem, egit cum principibus illis, ut ex conſiliariis ſuis delectu quodam deputarent viros expertos, qui articulatim conſignarent exceſſus & defectus, ſcandala item & abuſus clericorum Germaniæ: ipſe quoque ex ſuis in eum delectum deputavit Joannem Coclæum, quo & interprete utebatur in iis, quæ Germanice proponebantur: inſignem itaque ea oblatis per delectum articulis fecit ac promulgavit conſtitutionem*; quæ hiſce verbis concepta fuit (*b*).

Editæ ſanctiones a legato apoſt. pro eccl. diſciplina inſtauranda.

(*b*) *Ext. in appen. concil. Colon. & in editione concilior. to. 4. & apud Dolgaſl. to. 3. p. 487.*

Laurentius miſeratione divina tit. S. Anaſtaſiæ S. R. E. presbyter Cardinalis, per univerſam Germaniam, ac Hungariæ, & Bohemiæ, Poloniæque regna, & quæcumque alia loca ad quæ nos declinare contigerit Domini noſtri Papæ, & ſedis Apoſtolicæ legatus ad perpetuam rei memoriam.

Cum potiſſimum anima verbo, quod ex ore Dei procedit vivat, id autem nec paſſim, nec ab omnibus expediat prædicari, admonente Apoſtolo, qui inquit: Quomodo enim prædicabunt, niſi mittantur? *Ideo ſtatuimus & ordinamus, ut non liceat cuiquam etiam religionem profeſſo & quomodolibet exercitato evangelium docere, niſi ab ordinario, vel ejus vicario tam moribus quam doctrina probatus fuerit, facta fide per patentes literas, quæ præter notarii mercedem, gratis concedantur. Miſſi itaque & probati evangelicum negotium tractabunt recte, ſobrie & pure; loca quæque recondita, magis & abſtruſa, intellectuque difficilia, non ad novum & adulterinum ſenſum, ſed juxta ſanctorum patrum, & ab Eccleſia receptorum doctorum, præcipue Cypriani, Chryſoſtomi, Ambroſii, Hieronymi, Auguſtini, & Gregorii exponant, & interpretentur. Omni etiam ope ſtudeant, ne pro veris ſomnia & aniles fabellas, pro certis dubia, pro receptis apocrypha, & jamdudum exploſa damnataque ab orthodoxa Eccleſia eradant vel depromant; idque omni modeſtia, ne unquam eos ad convitia injuriaſque delabi contingat, locuſque ille cum populi offenſione dehoneſtetur. Itaque ordinarius aliquot excellenti doctrina præditos conſtituat, qui per diœceſim inquirant, qui ſint ad evangelicam doctrinam idonei diſſeminandam, quique ad Lutheranam perfidiam non declinant, ut remedia adhibeantur, quo populus recte inſtituatur in Chriſtiana lege, & ab ea deficiens, ne ſecum alios trahat, debite coerceatur, cultus divinus obſervetur, peragaturque his modis & ritibus qui per manus ſanctorum patrum nobis traditus, & per majores noſtros obſervatus eſt in ſacrificio altaris, officiis defunctorum, canonicis horis, cæteriſque divinis laudibus atque cæremoniis.*

Ne quis prædicet niſi miſſus ab epiſcopo.

Scripturæ ſacræ interpretatio ex ſanctis Patribus delibanda.

Ut ſacri veteres ritus obſerventur.

XXVII. Juſſi præſules de parochorum juribus legem ſtatuere.

Dedit, poſtea legatus apoſtolicus imperia ſacerdotibus, ut prælucerent vitæ exemplo, & clericali cultu honeſto uterentur: abſtinerent a popina, ludo, jurgiis, & mercimoniis: ne ſtipendia præter jus majora exigerent; ne ſacramenta aut ſepulchrum ob æs alienum contractum cuiquam denegarent. Tum juſſi præſules conſtituere legem de honeſtis ſacerdotum ſtipendiis, ne viduæ ac pupilli inique gravarentur. Conviviorum vero in exequiis & ſodalitiis mos ſublatus, cum muneris ſit ſacerdotalis ſobrie & caſte pro peccatis populi ſacrificium facere. De caſibus vero reſervatis & de clericis hæc ſancita.

Convivia in exequiis & ſodalitiis ſublata.

XXVIII.

Porro ne ipſi videantur pecuniæ aucupium magis, quam ſalutis animarum ſtudium amplecti, dum laicos graviora delicta confeſſos hinc inde remittunt, non ſine famæ rerumque diſpendio, conſtituimus & ordinamus, ut deinceps quilibet confeſſor abſolvere poſſit laicos contritos & confeſſos a quibuſcumque peccatis occultis, quantumcumque gravibus & enormibus, quæ ordinarii ſuæ authoritati reſervaverunt, exce-

Qui caſus ſint reſervati.

ptis

ptis dumtaxat homicidis, hæreticis, excommunicatis ad epiſcopum vel ejus vicarium mittendis; pro condonatione autem & remiſſione peccatorum, quam abſolutionem vocant, nihil omnino ab initio exigant.

XXIX. *Sancimus quoque, juxta Apoſtoli ſententiam, quæ dicit, nemini eſſe cito manum imponendam, ne cui temere cura animarum committatur. Itaque probetur prius per epiſcopum vel ejus officialem, etiam religionem profeſſus. Nec liceat ulli vicarium eccleſiæ & plebis ſuæ ſufficere, illamve locare, ſive emolumentum quod abſentiæ nomine recipiet conſtituere, ſine authoritate epiſcopi aut vicarii: nam cum os bovi trituranti non ſit alligandum, epiſcopi vel officialis arbitrio ejuſmodi emolumenta locationum & abſentiarum moderanda cenſemus.*

Initiandi ſubjiciantur examini.

XXX. Additæ ſunt leges de ſacerdotiorum aſſerendis juribus, fundiſque dotalibus & ædibus collapſis inſtaurandis, non præficiendis parœciis monachis: ne vicarii perpetui in monaſteriorum eccleſiis conſtituerentur, niſi ab epiſcopo, ut idonei admiſſi ſint; ne ſacris ordinibus initientur niſi doctrina & morum probitate excellant: tum in concubinarios ſanctorum patrum ſanctiones inſtauratæ. De quæſtoribus vero ad impoſtorum artes reprimendas, hæc decreta.

De tuendis ſacerdotum juribus.

Vicarii ab epiſcopo num digni ſint interrogandi.

XXXI. *Quo vero ad quæſtores, qui vulgo ſtationarii appellantur; ſtatuimus ne quis quavis authoritate & literarum occaſione vel ad prædicandum, vel ſubſidia, eleemoſynaſque colligendas ſe ingerat, utcumque ſe jactet indulgentiis abundare, niſi prius literæ admiſſionis & approbationis ordinariorum vel vicariorum ab eo prolatæ fuerint, aſtringentes ipſos ordinarios, ut tales admittant, quo probæ vitæ teſtimonium habeant, & de prædicatione ſua, dum opus erit, rationem reddere poſſint, eleemoſynis piorumque oblationibus non abuſuri per luxum proprium, religione jurisjurandi affirmaturi, ſe nec quotam, nec totam colligendi facultatem certa ſumma pecuniarum pactos eſſe: fratribus tamen mendicantibus integras ſalvaſque conceſſiones a ſede Apoſtolica factas relinquimus.* Ne vagarentur etiam presbyteri, juſſi ſunt ſacerdotii ſui monumenta ſecum deferre: eleemoſynæ pro eccleſiis inſtaurandis, collatæ in alios uſus averti vetitæ: moniti epiſcopi ne pro ſacrandis eccleſiis vel altaribus, excepta procuratione, quidquam amplius extorqueant, & dignitatem ordinis morum ſanctitate ornare juſſi. De feſtis vero celebrandis hæc conſtituta ſunt.

Ne quæſtores propria authoritate prædicent.

XXXII. *Nec ab re, immo juſtis de cauſis adducti feſtorum multitudinem conſtringendam eſſe duximus, ſtatuentes & ordinantes, ut de cætero dominica dies, quæ in gloriam dominicæ reſurrectionis ad nos a primitiva Eccleſia maxime celebris ſemper habita eſt; dies quoque nativitatis Chriſti, SS. Stephani, Joannis, & Innocentium, circumciſionis, epiphaniorum, paſcha cum feria ſecunda & tertia dumtaxat, aſcenſionis, Georgii, pentecoſtes cum feria ſecunda & tertia dumtaxat, corporis Chriſti, quatuor B. Virginis, purificationis, annuntiationis, aſſumptionis & nativitatis, natalia Apoſtolorum, Joannis Baptiſtæ, Magdalenæ, Laurentii, dedicationis Michaelis, omnium Sanctorum, Martini, Nicolai, & Catharinæ, & per diœceſim Salisburgenſem feſtivitates S. Ruperti, ſicuti hactenus obſervatæ fuere, celebres quoque & feſti habeantur. In cæteris autem feſtivitatibus quacumque ratione, vel inſtitutis, vel receptis, & qui ſub præcepto celebrari debeant, permittimus, liberumque cuique facimus, ut miſſa audita, ad operas ſuas, quibus ſuam ſuorumque alimoniam quærere cogitur, redire poſſit; feſtis tamen dedicationum, patronorum & principalium nihil derogantes quoad eorum celebrationem, in cathedrali ſede civitateque ac loco etiam epiſcopalis reſidentiæ dumtaxat.*

Qui feſti dies celebrandi.

XXXIII. De nuptiis permiſſum, ut in eccleſia celebrentur ſine epiſcopi conſenſu, exceptis temporibus jure prohibitis: ne in jejuniis indicendis anathematis pœna intenderetur: ne epiſcopi clericis ab inteſtato decedentibus ſuccederent: tum in ſacerdotes apoſtatas hæc ſancita; *Cum quotidie ob novas, immo jam olim damnatas hæreſes apoſtatarum & religioſorum ſacerdotumque numerus in immenſum creſcat, quamplurimis eorum uxores ducentibus, ut ſacrilegia hæc impunita non remaneant, concedimus quibuſcumque principibus, ſtatibuſque poteſtatis ſæcularis, eorumque officialibus, ut ejuſmodi apoſtatas & ſacrilegos capere poſſint, modo reos ipſos ordinariis infra tempus debitum tradant & aſſignent abſque aliqua in eos tortura & animadverſione, debite puniendos: quibus enim mandamus, ut omni poſita mora favoreque, diligentius, quam hactenus factum fuit, juxta ſacras ſanctiones omnino puniant facinoroſos, adeo quod criminis enormitate expoſtulante poſſit epiſcopus ſervata forma capituli primi de hæreticis in ſexto, reum curia ſæculari relinquere, vel ad perpetui carceris ærumnam damnare: negligentiæ autem ordinariorum ad Apoſtolicam ſedem deducta, judices eccleſiaſtici ab ea deputabuntur, qui conſtito de ordinariorum negligentia, ad preces principum aliorumque*

Nuptiæ celebrari poſſint in eccleſia ſine conſenſu epiſcopi. Indicantur jejunia ſublata pœna anathematis. In ſacerdotes apoſtatas ſancitæ pœnæ.

ſa-

ſæcularium reos maxime hæreſeos pœnis afficient.

XXXIV. *Abrogatæ ſunt nonnullæ corruptelæ, quibus epiſcopi decumas ſacerdotiorum, ac medios fructus exigebant: tum ſingulis triennis poſt paſcha ſynodi provinciales celebrari juſſæ ſunt, nec non ſacerdotes ad horarias preces repetendas obſtricti intentata vectigalium mulcta: ac laici, qui in paſchate ſacramentum non ſumpſerint, eccleſiaſtici ſepulchri jure privati: blaſphemis ſacerdotibus ſacerdotalium cenſuum mulcta propoſita: in ſimoniacos veteres ſanctiones inſtauratæ; in magos autem & hæreticos hæ leges propoſitæ.*

XXXV. Notati infamia ſortilegi.

In ſortilegos, divinaculos, incantatoreſque clericos, quos tam ſacræ leges quam patrum decreta execrantur, ſtatuimus & ordinamus, ut arbitrio ſuperiorum infamia notentur: ſi qui moniti non deſtiterint, ordine amoveantur, inque monaſterium ad tempus juxta arbitrium ſuperioris relegentur, beneficiis officiiſque ſuis eccleſiaſticis privati: cæteri autem pſeudo-chriſtiani de fideque parum probe ſentientes citra delectum perſonarum: hæretici quoque vel judaiſmum referentes, a ſancta Chriſtianorum congregatione procul arceantur, contraque eos diligenti inquiſitione procedatur per ordinarios, vel eorumdem vicarios, aut hæreticæ pravitatis inquiſitores per judices a ſede Apoſtolica, vel per nos deputandos, ut non reſipiſcentes pœnis puniantur debitis.

Hæretici pellantur eccleſia.

XXXVI. Sacerdotibus præterea ſtudia ſacrarum literarum & miſericordia in pauperes imperata; de legibus vero aliis quæ pro dignitate ſacerdotali tuenda latæ antea erant, hæc legatus addidit: *Sunt item pleraque alia ſummis Pontificibus, ſacris conciliis, provincialibuſque & ſynodalibus conſtitutionibus prodita, quæ mire decent & adornant candorem vitæ clericalis, nec minus obviant offendiculis, quæ Chriſtus paſſim cavenda præcepit, quæ velut ſancta teneri & obſervari mandamus, tranſgreſſores ſecundum canones ipſos prædictaſque conſtitutiones puniri volentes.*

XXXVII. *Inhibenteſque præterea omnibus & ſingulis vicariis & officialibus, nec non & archidiaconis, & decanis ruralibus, aliiſque ad quos criminum denuntiatio correctioque quomodolibet ſpectat, aut quibus id per ordinarios committetur, ne ad exceſſus tranſgreſſioneſque alicujus dictarum conſtitutionum, ſtatutorum, & ordinationum noſtrarum, ob pecuniam etiam oblatam, aut alterius rei gratia connivc-ant: ſed potius ad pœnas de jure vel conſuetudine debitas contra delinquentes pro qualitate delicti & officii ſui debite procedant.*

Ne leges temere pro quæſtu ſolvantur.

Atque ut ita fiat, quoniam nihil proderit leges condere, niſi ſint qui conditis vivant, mentemque earum exequantur, utque reſtoreat catholica fides, eccleſiaſticaque dignitas [hæreſibus radicitus extirpatis] ſuum locum recuperet, idque vix alio medio aptius atque commodius fieri poſſit, quam ſynodis; itaque priſcum ſynodorum morem renovare cupientes, ſtatuimus & ordinamus, ut ſingulo anno ſaltem ſynodus diœceſana opportuno tempore a ſingulis epiſcopis celebretur cum potioribus prælatis, decanis ruralibus, viriſque dignis, in quibus per quartas deſignentur judices, qui diligenter intendant, ſi ſtatuta prædicta, aliaque per ſynodos de ſcitu epiſcopi ſtatuenda obſerventur, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, brachio ſæculari: mandantes propterea, ut hujus noſtræ conſtitutionis, ordinationiſque ſeries in præfatis ſynodis provincialibus, quam diœceſanis, in eorumdem principio diligenter legatur, ne quis in futurum ignorantiam prætexere poſſit. Datum Ratiſponæ anno a nativitate Domini MDXXIV. nonis julii pontificatus præfati Domini noſtri Papæ, nimirum Clementis VII. *anno* 1. XXXVIII.

Synodi juſſæ celebrari ſingulis annis.

His Ratiſponæ ſancitis, quæ Nurembergæ ob Lutherani fermenti permiſtionem conſtitui non potuerant, ad exitum ea perducere Ferdinandus vices cæſareas gerens magna animi conſtantia & ſeveritate cœpit; cum enim in Auſtriam una cum legato apoſtolico ſecundo flumine defluxiſſet, duos hæreticos Jacobum Peregrinum presbyterum Pataviensis diœceſis, & Caſparum Tauberum civem Viennenſem Lutheranæ hæreſeos convictos damnavit, ac piorum eruditorum virorum opera ad deponendos errores inductis veniam clementer dedit: ſed cum Tauberus rurſus a veritate catholica defeciſſet, ultimo ipſum ſupplicio affici juſſit, ut cæteros a retinendis Lutheri libris, diſſeminandaque ſub evangelii colore impietate deterreret, uniuſque rei morte multa inſontium millia ſervavit. XXXIX.

Ferdinandus animadvertit in Lutheranos.

Relapſum Lutheranum extremo ſupplicio afficit.

Hæc a catholicis, quos aſſerendæ incorruptæ fidei pius ardor urebat, in Germania geſta: quæ vero a Luthero & ſectatoribus acta ſint nunc percurramus. Inprimis hæreſiarcha divinarum humanarumque legum everſor, libero furens calamo, libellum edidit, in quo inſtar rabidi canis immanes latratus in principes dedit: tum duo edicta Wormatienſe & Nurembergenſe inſeruit, quæ contraria eſſe contendit: *Præcipitur*, inquit, *ut mecum agatur juxta edictum Wormatienſe, contrarium nihilhominus mandatum recipiatur, ut in futuro conventu Spirenſi primum tractetur, quidnam boni & mali ſit*

XL. Lutheri ſcriptiunculæ.

Declamat in ordinum decreta.

in

in doctrina mea : hos certe oportet eſſe ebrios, ac væſanos principes. Hæc ille argute & recte, ſed non in ſenſu ab eo intento, quippe eam ebrietatem & væſaniam Lutheri ſtudioſorum fuiſſe indicatum eſt, qui illius doctrinam iterum in diſquiſitionem vocari voluere, poſtquam a Romano Pontifice & Cæſare damnata eſſet, & paucis Germanis eorum dogmatum judicium deferri, quæ ab œcumenicis conciliis in ipſa etiam Germania definita jam fuiſſent.

Rabidi & deſperati hæreſiarchæ verba in Germanos. Negat gerendum in Turcam bellum.

Deinde conſcientiæ furiis ardens ac ſibi male metuens Lutherus ne ad juſtum dederetur ſupplicium, addidit : *Deus dedit mihi (ut video) negotium non cum rationalibus hominibus, ſed Germanicæ beſtiæ debent me occidere, ſi dignus ſim, perinde ac ſi lupi aut porci me dilaniarent.* Item : *& ſi occiderint me, talem facturi ſuam necem, quam nec ipſi, nec filii eorum ſuperare poterunt, de quo eos mallem præmonitos : & certe eis non opto, ſed nihil prodeſt. Deus excæcavit & obſtinavit eos.* In peroratione vere impius apoſtata bellum in Turcam pro Chriſtiana religione geri vetuit, ac principes Chriſtianos Turcis decies nequiores contendit : *Principibus nos Deus tribulavit in magna proculdubio ira, ne ſequamur eos ad proficiſcendum, aut ad contribuendum contra Turcas; quandoquidem Turca decies & prudentior & probior eſt principibus noſtris : quid hujuſmodi fatuis contra Turcam proſpere ſuccedat?* Deinde multæ hypochriſis fucis impietatem condecorans perſuadere voluit, ut prius decies morerentur Chriſtiani, quam paterentur audire, ut pontificii cæſareique edicti ſeveritas in ipſum Lutherum adhiberetur.

Contendit principes Chriſtianos Turcis nequiores eſſe.

XLI.

Liberæ civitates hæreſi infectæ. Lutherani ex Nurembergenſi decreto inſoleſcunt.

At liberæ imperii civitates, quæ Lutherano veneno magna ex parte correptæ fuerant, cum ſuorum concionatorum eloquentiæ & doctrinæ præſiderent, ſe, habita cum catholicis concertatione, victoriam poſſe adipiſci, Nurembergenſis decreti interpretationem pro ſe detorſerunt, menſeque julio Spiram miſere oratores, qui eo impietatis ex nimio proprii ſenſus amore progreſſi ſunt, ut decreverint deligendos eſſe ex ſingulis civitatibus viros peritos, qui fidei Chriſtianæ dogmata toto orbe tot ſæculis recepta, atque a conciliis œcumenicis jam conſtabilita in diſputationem vocarent, ſuamque ſententiam cujuſque urbis ſenatui porrigerent, qui deinde eam ſuis oratoribus traderet, ut omnium urbium conſultationibus una collatis, una ex omnibus communis fieret conſultatio. Nulla certe peſtis funeſtior hac a politicis importari potuit ad omnium hæreſeon genera in Chriſtianum imperium invehenda; ſiquidem civitatum Germanicarum magiſtratus ita repudiata conciliorum œcumenicorum authoritate, ferendæ de fidei dogmatibus ſententiæ jus ſibi arrogarunt, atque ad monſtrum impietatis effingendum, ex ſui ſenſus temeritate ſinguli ſua ſymbola conferre deliberarunt : quod licet nunc Caroli V. Burgenſi edicto paulo ante a nobis allato retardatum fuerit, demum aliquot poſt annis Auguſtanæ confeſſionis nomine inſignitum erupit. Poſt Spirenſe porro decretum a Lutheranis civitatibus menſe julio editum, mox apoſtatas operoſam librorum, quibus fides Chriſtiana fœdiſſime deformabatur, væſana diligentia molem condidiſſe refert Coclæus, perque urbes jactaſſe his catholicos, quos imperitos eſſe effutiebant, victum iri, tum ſubdit author : *Interim & principes juxta decreti tenorem ſuis theologis præcipiebant, ut Luthericos libros diligenter examinarent. Hinc illi quingenti articuli, quos Joannes Coclæus ex triginta ſeu ſermonibus Lutheri excerptos confutavit, ut brevi opuſculo illo principibus indicaret quanta foret damnabilium articulorum ſylva, ſi ex omnibus Lutheri ſcriptis rigido examine in unum volumen colligi deberent, cum tantus numerus eorum ex paucis brevibuſque & popularibus ſermonibus collectus ſit & juſte reprobatus.*

Magiſtratus urbium rejectis conciliis de fide decreta condere moliuntur.

Retardatum aliquandiu hoc ſcelus tandem erupit.

Editi ab apoſtatis libri innumeri.

Quingenti articuli hæretici ex Lutheri ſermonibus collecti.

XLII.

Ex hæreſi bella pullulant. Franciſcus Sichingius hæreſim armis propagat.

Hæ de fide contentiones bella civilia in Germania pepererunt; nec juvit molliore hactenus manu cleri hæreſeos monſtrum demulſiſſe, quod initio ferro ignique, antequam adoleſceret, excindendum erat : ſiquidem Lutherani in arma coivere rebellionis ſignifero Franciſco de Siching, quem duo apoſtatæ Oecolampadius & Bucerus, qui curas ſacrorum cum ſcortorum amoribus obtenſo conjugii nomine mutaverant, impulere (*a*), ut arrepto ſplendido tuendi evangelii nomine Treverenſem archiepiſcopatum invaderet. Contracto facinoroſorum exercitu primo impetu quandam ex arcibus ejuſdem principatus Treverenſis cœpit, ac mox caſtra ad Trevirorum urbem promovit. Verſabatur tum in ea archiepiſcopus Richardus nomine ex prænobili familia Gryſenclau a Wolfrats, quem annalium Treverenſium author (*b*) prudentiæ doctrinæ, ac pietatis in Deum ac Deiparam laude exornat, quemque etiam Pontifex datis undecima maji hujus anni die literis excitarat (*c*), ut Wormatienſis edicti adverſus Lutheranos ſeveritatem adhiberet; qui ſtrenue impiorum conatus infregit adeo, ut poſt aliquot dies obſidio-

(*a*) *Cocl. an.* 1524. *annal. Trevir. in Richardo.*

Treverenſem archiepiſcopatum invadit.

(*b*) *Annal. Trever. in Richard.*

(*c*) *Lib. brev. an.* 1524. *p.* 250.

Treveri propulſantur ab archiep.

Intentatum clero univerſo Germ. excidium.

dionem ſolvere compulſi fuerint: in quo caſu præſto fuit aperte Eccleſiæ ſuæ Deus; nam ſi in eam urbem Sichingius militari gloria clarus, quem ductantem adverſus Gallos cæſareum exercitum vidimus, irrumpere potuiſſet, non modo de archiepiſcopatu Treverenſi univerſo, verum de omnibus epiſcopatibus, collegiis, & monaſteriis Germaniæ agebatur: ſiquidem Treverenſis urbis ſpoliis auctus exercitus ſimilium prædarum ſpe innumeram ſeditioſorum colluviem ad ſe pellexiſſet: at eorum nefaria conſilia volente Numine confracta, atque archiepiſcopus toto vitæ ſuæ tempore diœceſim Lutheranam labe perpurgatiſſimam tenuit (*a*): immo ad Lutheranos hoſtes obterendos conſurrexit (*b*) fortiter, conjunctis ſecum fœdere Ludovico Bavariæ duce, comite Palatino Rheni, ac Philippo Lantgravio Haſſiæ, conſociatiſque armis Hartmannus Crunebergenſis Sichingi fœderatus bello petitus, ditione ſua exutus eſt: cumque adverſus Moguntini archiepiſcopatus proceres aliquos Frobenum Huttenum curiæ archiepiſcopalis præfectum Caſparum Lerchum magiſtrum caſtrorum, & alios Sichingii Socios bellum transferendum eſſet, Albertus Cardinalis appellatus, ut reos dederet, eorum clientelam deſervit; atque ita Frobeni Hutteni quoque oppida a Lantgravio expugnata fuere: adverſus Sichingium autem, de quo Lutherus ad Ulricum Huttenum ferum ſedis Apoſtolicæ hoſtem, quem pro Turcis ad Chriſtianorum ſacram expeditionem diſturbandam peroraſſe in conventu Auguſtenſi vidimus, arcanis literis ſcripſerat, ſe ei magis, quam alicujus terrarum orbis principi confidere, proximo anno arma verſa fuere: quem, poſtquam pacis leges propoſitas reſpuiſſet, in arce Lanſtal obſeſſum, jactoque e tormento bellico globo lapidumque illiſu dilaniatum, temeritatis pœnas dediſſe referunt annales Treverenſes (*c*), tum hiſtoriæ (*d*) illius lugubris author.

(*a*) *Annal. Trevir. ubi ſup.*
(*b*) *Cocl. ubi ſup.*

Obtriti Lutheranorum conatus.

Sichingii funeſtus exitus.

(*c*) *Annal. Treviren. in Richard. Surius in comment.*
(*d*) *Ext. to. 3. rer. Germ. ex editione Freher. p. 252.*

XLIII. Lutherus plebem concitat in principes.

Non ob hos infelices Sichingii aliorumque ſectatorum ſucceſſus Lutherus a concitandis in Germania novis ſeditionibus deſtitit; ſiquidem ut plebis amantiſſimum ſe oſtentaret, eamque in principes commoveret, libellum edidit de negotiatione & uſura, in quo multa onera recenſuit, invidiamque omnem in eoſdem principes, ut ſocios furum contulit: *Reges*, inquit, *& principes deberent hic attendere, & ſecundum ius ſtrictum talia prohibere; ſed audio eos habere ibi & caput & partem, atque evenit juxta dictum Iſaiæ primo*: Principes tui facti ſunt ſocii furum. *Interim vero fures, qui florenum unum aut dimidium furati fuerint, ſuſpendunt, & negotiantur cum illis, qui totum mundum ſpoliant, & plus furantur quam omnes alii, ut verbum illud permaneat verum*: Magni fures, parvos fures ſuſpendunt; *& ſicut Romanus ſenator Cato dicebat*: privati fures jacent in turribus & carceribus, publici vero fures incedunt in auro & ſerico; *quid autem Deus ad hæc tandem dicet? ipſe faciet ſicut per Ezechielem* (*e*) *dicit*: principes & mercatores unum furem cum altero conflabit in unum ſicut plumbum & æs, quemadmodum comburitur urbs aliqua, ut neque principes neque mercatores amplius ſint, ſicut timeo jam ante fores eſſe. Incitabat tum nequiſſimus hæreſiarcha plebeculæ animos ad arma in ſuos principes ac magiſtratus corripienda, omniaque ferro flammaque miſcenda. Qua in re animadvertendum eſt, illum initio de acerbioribus imperiis Eccleſiæ plura conqueſtum; poſtea vero ad politicum omnem ſtatum evertendum fraudes ſtruxiſſe, ejuſque diſcipulos ipſum flagitio ſuperare anniſos: de Muntzero enim ruſticanarum ſeditionum concitatore, ac pſeudopropheta anabaptiſticn ac novæ reformationis authore hæc refert Ulembergius (*f*).

(*e*) *Ezec. 27.*
(*f*) *Ulemb. c. 12.*

XLIV.

Interim in populo magis magiſque gliſcebat horrendum illud ruſticanæ ſeditionis incendium, quod anno ſequente MDXXV. non niſi fuſo multorum millium ſanguine reſtingui potuit. Tumultantibus aperte ſe ducem in Thuringia præbuit Thomas Muntzerus e ſacerdote catholico Lutheranus primum, deinde factionis enthuſiaſticæ tribunitius concionator, qui populum tandem per civitates & pagos ad arma vocavit. Carloſtadius etiam huic inſtituto clam favere putabatur. Ille Alſteti docuit, quod eſt Thuringiæ oppidum verſus Saxoniam: hic vero Orlamundæ, quo Witemberga per cives pridem fuerat evocatus. Qui hos ſequebantur, cœleſtes jactabant afflatus, ſeque Dei vocem intus loquentis audire gloriabantur; unde cœleſtes prophetæ per Lutherum ſunt appellati: ſomniis, viſionibus, & enthuſiaſmis multum tribuebant (*g*): *mortificationem carnis inſtanter urgebant, & reformationem hominis interioris: ab illa morum laxitate & diſſolutione, quam gignebat evangelium Lutheri, ad auſteritatem quandam & ſeveriorem vivendi rationem homines revocabant. In concionibus, in ſcriptis utebantur illi quidem ſcripturæ ſacræ teſtimoniis, & frequentibus quidem, verum detortis ad ipſorum ſecreta myſteria, quæ ſe per cœleſtem inſpirationem a Deo in mentibus ipſorum ſine ſtrepitu ſermocinante didiciſſe iactabant. Lutherum tanquam adhærentem occidenti lite-*

Muntzerus fax Germaniæ.

Carloſtadius ſeditioni movendæ favet.

Illuſi a dæmonibus hæreſiarchæ.

(*g*) *Cypr. Sparg. in chron. Manſfel.*

Lutherus a ſuis diſcipulis carpi cœptus.

Digitized by Google

literæ, ſeque ſuaviter in carne & ſanguine volutantem contemnebant; quamquam tota hæc factio genuina eſſet Lutheri ſoboles, quam non injuria ex intimo illius pectore turbulentove cerebro natam diceris, quod ipſe ſane non ignoravit: unde deinceps oppreſſis jam Muntzerianis Carloſtadii ſectatores vel ſacramentarios filios, adeoque velut alter David Abſalones ſuos appellare conſuevit, ipſi vero parentem Lutherum tanquam carnalia ſapientem & ſpiritu vacuum ex alto deſpiciebant; cumque dicebant machinari tyrannidem inſtar Romani Pontificis, quo longe deteriorem eum eſſe clamabant. [1]

XLV. (a) *Gnodal. l. 2. & 3.* Se mutuo hæreſiarchæ diſcerpunt.

His conſentanea refert Gnodalius (*a*), ut nimirum Lutherus Muntzero, viciſſimque Muntzerus Luthero hæreſes & impoſturas ſuas mutuo obiecerint: vinci namque impietate & pſeudoprophetiæ oſtentatione a Muntzero non ferebat Lutherus; Muntzerus autem ex flagitio gloriam affectans corripi ſe a Luthero non ſinebat: *Quia*, inquit, *Lutherum huius fabulæ authorem eſſe noverat, apologiam in eum ſcriptam continuo divulgavit, in qua Chriſtum compellans gloriæ Regem & principem fidelium omnium, Spiritum ſanctum,* inquit, *ſemper ab adverſariis gratia Dei*

Obiiciunt vere a dœmonibus agitari.

vacuis pro deterrimo dæmone habitum fuiſſe: itaque mirandum non eſſe, quod ſuperbiſſimum omnium hominum ſcripturarius ille doctor mendax Lutherus quotidie ſtolidior factus & arrogantior, integumentis ſeipſum obvolvat ſacrarum literarum, & in conſpectu Chriſti ſpiritum Dei rectum penitus contemnet: vocari ſe a Luthero furore, invidia, odioque pluſquam vatiniano flagrante, diabolum, idque ab eo tempore, quod diſceſſerit a ſcelerato adulatore principum: ſic & olim Chriſtum Beelzebub a Phariſæis appellatum. Doctorem hunc ludibriorum, ſic Lutherum appellat, verſutiſſimum eſſe ſcripturæ depeculatorem, qui vertat in ludibrium, contemnatque Chriſtum ipſum, in quem ceu ſcopum unicum ſcriptura dirigatur: ſcripturarios huius temporis doctores Lutheranos iactare ſacras literas, implere magna volumina, multa verba profundere, clamitare fidem fidem, cum re vera fidem abnegent, & viſui habeant Dei Spiritum, atque interea nihil prorſus credant. Et infra: *Miſerum hunc gnatonem principum & fecialem captare favorem ex hominum profuſo ſanguine, ut eum non injuria per prophetam regium ſub baſiliſci, draconis, aſpidis, & leonis nomine deſignatum dicas, cum ſubinde venenum infundens blanditer adulctur, ſubinde vero ſæviat horrendum in modum, uti ſuadet ipſius genius: magnas eum ſomniare perſecutiones, quas ſe glorietur ſuſtinere ſcilicet impudentem monachum, dum vino malvatico, & meretriciis, vel delicatiſſimis cibis abundet, ingentes ferre perſecutiones, venditare ſe deteſtandum monachum, ceu novum quemdam Chriſtum, ut qui monachis & ſacerdotibus matrimonii contrahendi licentiam dederit, ipſum revera negare Dei verbum, eiuſque quandam umbram & larvam mundo proponere: ſupra modum horrendum eſſe, quod obtentu ſcripturæ Deum authorem peccati faciat; eo fieri ut ſe ipſum conſtituat dæmoniorum principem.*

Quæ Luthero ab æmulis hæreſiarchis objecta.

Objecit etiam Luthero illum jam eccleſiaſticas opes polliceri principibus, quas antea nobilibus, a quibus fulciebatur, Wormatiæ erat pollicitus. Hæc Muntzerus Lutheranæ hydræ novum caput in Lutherum hæreſiarcham, quem vincere impietate certabat, & a quo legione dæmonum obſeſſus appellatus eſt (*b*).

(*b*) *Meshov. hiſt. Anabapt. l. 1.*

XLVI. Munzerus a Luthero pulſus.

At Lutherus Friderici electoris ope fretus Alſteto, Mulhuſio, Zuvicavia illum pepulit, cum Witerbachii eccleſiam opulentiſſimam diripuiſſet, inque cineres redegiſſet: objecit vero Muntzero, quæ ſibi etiam conveniebant, nimirum lupum illum eſſe & pſeudoprophetam, arboremque ex fructibus cognoſcendam, docuitque Mulhuſienſes quibus argumentis Muntzerus convincendus eſſet: *Si* inquiebat, *ſeipſum ingerat ad docendi miniſterium, vocandum dicit a ſenatu etiam præſente populo, ſi fieri poſſit, & quærendum a quo miſſus ſit, aut vocatus ad docendum: ſi reſpondeat a Deo eiuſque Spiritu, probet hoc ipſum editis ſignis & miraculis; Deum enim, quotieſcumque mu-*

Exigit Lutherus a Munzero ut doctrinam novam miraculis probet.

NOTÆ [1] QUamvis excitatas a Luthero turbas haſce Germanicas, quas hic enarrandas Annaliſta ſuſcipit, eidem Annaliſtæ affirmanti haud facile conceſſerim, cum hiſtorici heterodoxi negent, & orthodoxi etiam plures non admittant; fatendum eſt tamen hos tumultus Lutheranos homines Nicolaum Stork & Thomam Muncerum authores habuiſſe. Horum alter Saxo, ille vero Miſnenſis junctis viribus & ingenio Anabaptiſticam ſectam invexerunt. Cum vero Nicolaus hæreſim ſuam Wittemburge diſſeminaret, exul abire juſſus eſt, indeque evanuit ita, ut nullibi deinceps innotuerit. Muncerus ex oppido Alſtad in Turingia ejectus edicto Electoris Saxoniæ anno 1523. cum per varia Germaniæ & Helvetiæ loca pererraſſet, tandem venit Norimbergam, in cujus agri vico *Papprareut* hoc anno 1524. die prima junii tumultus a ruſticis excitatos affirmat Spalatinus. Harum turbarum author fuiſſe potuit Muncerus, quamvis authorem Spalatinus non prodit. Sed nec ibi quietus conſiſtere ille permiſſus, Malhauſem in Turingia ſeceſſit, quem locum hæreſis ſuæ ſedem conſtituit. Hæc Sleidanus. MANSI

mutare vult ordinariam agendi rationem, ſemper opus illud adjunctis miraculis confirmare. Hæc Lutherus exaratis Vinariæ xv. auguſti literis, quæ ſi ab ipſomet & aliis hæreſiarchis exigantur, eos facile conficiendos patet. Idem etiam iis literis faſſus eſt ſe gloriari non poſſe cœlitus immediate miſſum a Deo, ut illi miſſos ſe jactant; atque ita ſeipſum mendacii redarguit, cum doctrinam ſuam a Chriſto ſe illi videndum obiiciente, accepiſſe in literis ad Fridericum electorem, ac paſſim ſe os Chriſti eſſe jactaſſet: ex quibus dictis hæreſiarcharum, patet eos omnes a dæmone fuiſſe illuſos cum falſis revelationibus ad novas ſectas condendas impulſi ſint. At vero Thomam Muntzerum mira hypocriſi ruſticos decepiſſe memorat Meshovius.

Se mutuo confundunt impoſtores. Hæreſes falſis revelationibus inductæ.

Mira Munzeri hypocriſis.

Sicubi, inquit, *hoſpitium ſubibat miram in vultu gravitatem morumque candorem præ ſe ferebat, & ſapiens videri, & ſpecialis Dei amicus venerari cupiebat, unde ſi qui ipſum convenirent, & ſalutatum alloquerentur, raptus quaſi, & mente in cælum defixus hærebat, neminem ſe conſpicari ſimulans, quouſque ſibi conſultum videbatur: ac tum demum ubi longius aliquando detentos autumaret, eu alto velut ſomno, & eſtaſi ad ſe reverſus fortuito rectus ſtabat, & ad ſe in colloquium præſentes admittebat: quo dolo plurimos circumvenis divinarum rerum viſionibus intentum arbitratos*. At tantus propheta novæ religionis reformatæ author, cum Cygneæ ageret, referens ſe a Deo illuc miſſum, puellæ pulchritudine captus, ni eam cognoſceret, non poſſe verbum Dei prædicari vaticinatus eſt: conſultuſque a vidua in re ardua pari fraude eam fœdavit: ſcortationes enim innocens ludi genus, & adulteria miſericordiæ opera eſſe, cum Carpocrate ſentiebat. Cum autem e pluribus urbibus a magiſtratibus ejectus eſſet, a ruſticis, quibus libertatem prædicabat, velut prophera e cælo demiſſus ſuſceptus eſt: *Undique*, inquit Pomarius (*a*), *ex finitimis ditionibus Islebienſi, Manſfeldienſi, Francuſio, Hali, aliiſque quampluribus locis Allſtetum ad Muncerum, quem plenum Dei ſpiritu plerique putabant, agminatim plebs maturabat, ab eoque conditæ recens fidei præcepta capiebat; docebat enim ibi Dei voluntatem eſſe, quem frequenter ſibi in ſomno adſtare, ac futurorum eventus patefacere nugabatur, ut nunc demum electi omnes (complices ſuos exiſtimans) magiſtratus imperium detrectarent, & libertatem præter fas ablatam ex manibus eorum depoſcerent; annuas etiam penſiones tributaque, quibus ſupra modum gravarentur, ſubtraherent, & de iis in communem maſſam redactis Apoſtolorum more vitam deinceps tolerarent: Fratres* [*inquit omnes ſumus, & filii Adami, quare æquum non eſt, ut alii intereant fame, dum alii in ſummis divitiis ac rerum abundantia delitiantur: Apoſtoli nihil proprium habuerunt, ſed omnia erant communia. Quæ cum vera ſint, quouſque impiorum* [*ſic enim de principibus loquebatur*] *exactiones tolerabimus? quamdiu vitam tot miſeriis ac ærumnis plenam in ſumma paupertate ac inopia tranſigemus; ſiquidem natura nos liberos genuit, non ad ſervitutem deſtinavit, bonis nos fortuna providit, iis nos frui, non gravari voluit. Agite ergo ſi libertatem quæritis, ſi verbo Dei, ſi ſcripturis movemini, jugum ſervitutis excutite*. Si ſcripturæ ſacræ ea repugnare objiciebatur, eam contemnebat, addebarque ſe Dei voluntatem annuntiare: ſi poſcebantur miracula, ecſtaſes & vaticinia opponebat, ita ſe cum Deo conveniſſe, ſic velle, nec a blaſphemis verbis ſibi temperabat: Deum a ſe rejecturum, niſi ſibi, ut olim Abrahamo, appareret; docuitque diſcipulos ita precari elevatis in cœlum oculis: *Pater infunde animo meo deſiderium juſtitiæ tuæ, alioquin te tuoſque Apoſtolos ad unum omnes abnegabo*. Fultus populari gratia homuncio Romanum imperium evertere meditabatur, ac popularem politicum ſtatum, everſa una religione catholica, inducere; ac Germaniam omnino peſſumdediſſet, ſi aliquot adhuc annis per pagos & vicos ad educendos ruſticos curſitaſſet: ſed cum proximo anno a ruſticis arma capi juſſiſſet, occiſis ſuorum centum millibus, ejus conatus oppreſſus eſt, ſectæque anabaptiſticæ progreſſus interciſi fuerunt, ut videbimus.

Ejuſdem impudicitia.

(*a*) *Pomar. apud Meshov. hiſt. Anabapt. l.* 1.

Electos vocat ſuos ſectarios.

Ejus argutiæ.

Blaſphemæ ejus preces.

Romanum imperium evertere meditatur.

XLVII. Interea in Ultrajectino principatu rebellium motus excitari cæperunt (*b*), qui proximo anno ab hæreticis magis magiſque aucti fuere. Prima vis mali in Campenſi oppido erupit; nam plebs Lutherana libertate illecta ſenatum ſuſtulit, indeque adverſus Suollanos arma movit; cumque Campenſibus ſtuderet Philippus epiſcopus Ultrajectinus Burgunda ſtirpe ſatus, Suollani ad Geltium principem deſciverunt. Deflexiſſe autem illum ad hæreſim ob vitam impuriſſimam indicat Gerardus Nnviomagus Lutheranus, qui ipſi familiaritate conjunctiſſimus erat, ejuſque vitam conſcripſit, nec flagitia tacuit, quod nimirum ſanctorum hiſtorias, ut fabuloſas derideret: quod inſanis adoleſcentularum amoribus ſerviret, ac theologos cœlibatum prædicantes irride-

(*b*) *Gerard. in vita Philipp. epiſ. Ultraject. to.* 3. *rer. German. ex edition. Freher.*

In principatu ultrajectino turbas parit hæreſis.

Epiſcopus impurus eam inducit.

rideret : quod ſacerdotes concubinarios caſtitatis, quam ſimulatam eſſe putabat, profeſſoribus anteferret : quod effœminatus dici & eſſe contemneret, jactaretque ſperare ſe fore, ut ipſo vivente omnis compulſæ caſtitatis (ut ajebat) neceſſitas unanimi epiſcoporum ac presbyterorum conſilio tolleretur. Verum illum extremo vitæ tempore pœnituiſſe ſcelerum, indicaſſe videtur author; exomologeſi enim conſcientiam expiaſſe tradit, ſumpſiſſe Euchariſtiam, ſacro ad ſupremam luctam oleo inunctum : condito denique teſtamento interrogatum ſi ſpuriis providere vellet, reſpondiſſe ſatis habituros ſi probi forent; ſeptima autem aprilis hujus anni die obiiſſe. Porro inducta ob impudicitiam hæreſis Ultrajectinos in mutuas deinde cædes egit, adeo ut eccleſiaſticus principatus ab epiſcopis poſtea abjectus fuerit. Porro ob ſtuprorum conſuetudinem infœlix ille epiſcopus reliquos omnes ſuæ imbecillitatis conſcientia metiebatur : cujus opinioni falſæ opponenda eſt ſententia S. Athanaſii docentis (*a*), virginitatem a Chriſto in ſuo corpore conſecratam Eccleſiæ inter cætera pretioſiſſima munera collatam, neque eam humanis viribus, ſed divinæ omnipotentiæ munere ſervari : *Dei*, inquit, *Filius & dominus ſalvator noſter Jeſus Chriſtus, homo propter nos factus, profligata morte & liberato e ſervitute & corruptione humano genere, inter cætera dona ſua largitus eſt nobis in virginitate exemplar angelicæ ſanctitatis. Certe puellas ea virtute præditas ſponſas Chriſti catholica Eccleſia appellare ſolita eſt, quas ethnici conſpectas ut templum verbi admiratione proſequuntur; nuſquam enim alibi ſanctum illud & cæleſte æternæ virginitatis mandatum feliciter adimpletur, niſi duntaxat apud nos Chriſtianos, atque in eo magnum documentum eſt plane apud nos eſſe veram religionem. Has præ reliquis omnibus beatæ memoriæ religioſiſſimus pater tuus Conſtantinus Auguſtus in pretio habuit, & tua religioſitas ſæpe eas in ſuis ſcriptis pretioſas & ſanctas nominavit*. Et infra : *Membra enim virgines præcipua & propria Chriſti ſunt*.

In extremo morbo ſcelerum pœnituit.

(*a*) *S. Athan. in apol. ad Conſtant. ex eo Baro. ann. 357. n. 27.*

Virginitas ornamentum eſt eccleſiæ.

XLVIII. Non hæc & alia ſanctorum patrum, qui miraculis & ſanctitate floruerunt, dicta perpendere novatores, qui & cœlibatum ſprevere, & conjugium etiam, illud e ſacramentorum numero eradentes dehoneſtarunt : cujus quidem ſtultitiæ impiæ eos admodum poſtea pœnituiſſe, cum ſcorta conjugii ſpecie duxiſſent, & varios ritus, ut culpam colorarent, finxiſſe, obſervat Joannes Eckius (*b*) hiſce verbis : *Etſi neochriſtiani huic ſacramento ſummum ſubtrahunt honorem, dum negant eſſe ſacramentum, quod eis lapſum eſt primum non ſatis perſpicientibus; nunc enim Lutherani omnes & perfidi apoſtatæ cuperent ſe id nunquam cogitaſſe, quoniam jam ordinem conjugalem ſummis efferunt laudibus : itaque cum principio benedictiones hujuſmodi & orationes in copulatione matrimoniorum, ſicut in refutatione ordinationis novæ Brandeburgenſis ipſi monſtravimus, cum aliis Eccleſiæ cerimoniis omnibus pro ludibrio haberent; deinceps tamen re melius conſiderata benedictiones illas rurſus ab Eccleſia velut furtim mutuarunt. Inſuper in quibuſdam locis ultra has noſtras confinxerunt ipſi multa alia deliramenta; ſicque temere ſua ſomnia pro præceptis jactitant, & ſimplicibus inculcare conantur, volentes ſuas nugas obſervari ab omnibus; ordinationes autem Chriſtianorum plus mille hactenus annis ſervatas reiiciunt & contemnunt. Ut quid, Domine, differs? quid ita permiſiſti homines in tam cæcam prolabi inſaniam?* An non hæc inſania fuit omnium riſu vel potius gemitu excipienda, quod cum hoc anno Iſlebii, quæ Lotheri erat patria, ubi nobile erat ſanctimonialium monaſterium, quædam pruritu carnis titillata januæ caſo apertæ occaſionem nacta, e monaſterio diffugiſſet, Lutherum illius fugam tanquam inſigne miraculum ad confirmandum ſuum evangelium, cum alia ipſi deeſſent, edito libello propoſuiſſe (*c*)?

(*b*) *Eckius homil. 77.*

Ann. Eccl. Tom. XXXI.

Lutherani variis ritibus conjugia honeſtare nituntur.

Lutheri ineptiæ monialis fugam obtrudentis pro miraculo.

(*c*) *Joan. Coclæus in actis & ſcript. Luth. Uiemb. in ejus vit. Surius in comm.*

XLIX. Ad elevanda vero illuſtria miracula, quæ in catholica Eccleſia fiant, cum hoc anno contigiſſet, ut in quodam Germaniæ loco Luthero notiſſimo dæmonis furor aquæ luſtralis vi coercitus fuiſſet, Lutherum Porphyrii, & veterum atheorum exemplo ſubjeciſſe : *Diabolum ſinere ſe cruciari aqua benedicta, & fingere in ea magnam pati anguſtiam*. Quod Lutheri blaſphemum effugium refellit Surius (*d*) in commentariis hujus anni ſic inquiens : *Ridet miracula, quæ circa obſeſſos a dæmone fiunt, quos ait aqua luſtrali non cruciari, ſed tantum eos fingere quemadmodum olim teſte divo Hieronymo* (*e*) *impius Porphyrius & Eunomius quod martyrum cineribus mali dæmones torquerentur ajebant, præſtigias eſſe dæmonum, & non vere clamare dæmones, ſed ſua ſimulare tormenta : ſic nimirum Lutherus non immerito a Zuingliano quodam craſſus ruſticus appellatus, immanis cujuſdam miraculi loco, quod petulans fœmina patente carceris janua aufugit : quod autem dæmones aqua ſacra torquentur, id vult fingi ab illis. Eundem in modum Matthias Illyricus & ejus ſocii architecti hiſtoriæ Magdeburgenſis longe vaniſſimæ derident ſolem-*

Dæmonis furor luſtrali aqua repreſſus.

Lutheri figmentum ad miraculi vim elevandam.

(*d*) *Surius in comm. hoc ann.*

Idem finxere Chriſti hoſtes.

(*e*) *D. Hier. adverſ. Vigilant.*

Confutantur.

nem illum apud catholicos aquam conſecrandi ritum, noluntque eum ab Alexandro antiquiſſimo Pontifice & martyre, ſed ethnico neſcio quo Pontifice uſurpatum. Non eſt dubium a malo dæmone incitari id genus homines, ut ea omnia in contemptum adducant, quibus catholica Eccleſia ſeu præſidiis quibuſdam utitur adverſus inſultus & machinationes dæmonum: ſed ſacræ aquæ tam eſt antiquus in eccleſia uſus, & toties etiam ad maxima edenda miracula comperta vis, ut iſtos merito ſui pudere debeat, dum eam oppugnant. Non ita pridem in lucem editi ſunt octo libri conſtitutionum apoſtolicarum a Clemente Romano conſcripti: in iis hæc habetur (a) *oratio:* Domine Sabaoth, Deus virtutum, creator aquarum, & dator olei miſericors & benigne, qui dediſti aquam ad potum & munditiem, oleum ad exhilarandum faciem in exultatione lætitiæ, ipſe quoque nunc per Chriſtum ſanctifica hanc aquam & hoc oleum in nomine eorum, qui attulerunt, & da virtutem ſanitatis effectricem, ægritudinum expultricem, dæmonum fugatricem omnibus inſidiis adverſariam, per Chriſtum, qui eſt ſpes noſtra; quo cum tibi gloria honor & cultus cum ſancto Spiritu in ſæcula Amen. *Poſſent in hujus aquæ confirmationem plura adduci, ſed non eſt hujus loci. Hic ſatis ſit indicaſſe Lutheri ſpiritum eam aquam ferre non poſſe.*

(a) *L.8. c. 35.*

L.
Hæreticorum perfidia in negandis miraculis.

Negarunt etiam novatores ulla fieri in Eccleſia miracula, atque illa, quæ vel imaginum vel ſacrarum reliquiarum opera patrabantur, etiam his temporibus, dæmonum virtuti impie aſcripſerunt; quorum pervicaciam ita expugnabat Joannes Eckius in ſuis homiliis (*b*): *Coloniæ adhuc, hominum memoria teſtatur quomodo ſigna quædam circa Crucifixum ad S. Gereonem contigerint. Oblatrant neochriſtiani quod ſancti in vita ſua fecerunt miracula, poſt mortem non item: deinde cum referuntur ſigna, quæ circa memoriam ſanctorum acciderunt, conantur illa dæmoni tribuere, qui hominibus fucum faciat & imponat. Quamvis hæc omnia, præterquam quod temeraria ſunt, blaſphemiam ſapiunt; nos tamen conſtanter ea refutabimus: nam primum omnium dictu mirum eſt, quod ſanctis adhuc viventibus miracula faciendi poteſtatem tribuunt, mortuis autem adimunt; cum tamen in hac peccatores adhuc ſint, multis ſubjecti miſeriis; illic non item. Quod umbra Petri* (c) *in hac vita homines ſanavit infirmos, cur non plus jam valeat apud Deum? cur non maiora jam faciat miracula, & immortalis exiſtens, & peccatis carens? Simile de S. Paulo judicium eſt, cujus ſi ſemicinctia & ſudaria ſanarunt ægrotos, quare tandem plus potuerint ejus ſtrophiola in hoc exilio, quam nunc preces ipſius in cælo? O væſanum, qui vel credat vel affirmet talia! Ut autem neochriſtiano etiam prætextus nullus aliquis ſit fucando ſuo errori, iam porro manifeſtis ſcripturæ teſtimoniis jam dicta confirmabimus; quia de Eliſeo ſic ait ſapiens:* (d) Mortuum prophetavit corpus ejus. In vita ſua fecit monſtra, & in morte mirabilia operatus eſt. *Ubi ſapiens multa mirabilia refert eum feciſſe; neque tamen ea enumerat, ſed in hiſtoria Regum* (e) *legimus, quomodo* mortuo Eliſeo & ſepulto venerunt eodem anno latrones Moab in illam ipſam regionem, & quidam volentes ſepelire hominem mortuum, viſis latronibus, projecerunt cadaver in ſepulchrum Eliſei, cujus oſſa cum contigiſſet cadaver putre & exanime revixit, & ſurrexit in pedes ſuos. *Cum itaque oſſa Eliſei hominem mortuum reſuſcitarint, quando nondum Eliſeus veniſſet in cælum, quanto plus iam ſancti poſſunt apud Deum operari miracula, quæ, quod neochriſtiani dæmoniis tribuunt, manifeſte maiores ſuos arguunt Judæos fuiſſe, qui Domino miracula ſua elevare volentes dicebant* (f), *quod* in poteſtate Beelzebub ejiceret dæmonia: *ſic iam neochriſtiani ſanctorum miracula ſcelerate tribuunt dæmoni, quaſi non adeo Deus honoraret Mariam & Petrum, quam Eliſeum, immo decepiſſet ille per ſigna ſanctorum mundum univerſum, quod nemo Chriſtianus cogitare debet.*

(b) *Ext. to.3.homil. 2.*

Patrata Coloniæ miracula ad Chriſti crucifixi effigiem.

(c) *Act.5.*

Convincuntur hær. edi poſſe miracula a ſanctis defunctis.

(d) *Eccl. 4.*

(e) *4.Reg. 13.*

(f) *Matth. 12.*

Patrata a ſanctis miracula aſcripta dæmoni a Lutheranis.

LI.
Gloriatur Lutherus de familiaritate dæmonum.

Cum vero conſpicuis miraculis Numen divinum Lutheranam hæreſim damnaret, fidemque orthodoxam confirmaret, tamen ne aliquo teſtimonio ſaltem ab inferis petito Lutherana doctrina careret, Lutherum non puduit de ſocietate dæmonum gloriari, cum Waldenſes de ea gloriantes, ob ſpretas ſcripturam ſacram, & linguarum cognitionem coargueret (*g*); *Vidi*, inquit, *ſpiritus (ſi omnino de propriis gloriandum eſt forte plusquam illi ipſi adhuc intra annum videbunt, quantumcumque etiam glorientur, & ſpiritus meus etiam in aliquo ſe oſtendit, cum tamen ſpiritus eorum in angulo ſit tacitus, & non multo plus faciat, quam ut gloriam ſuam jactitet.* Conſueviſſe malignum ſpiritum Waldenſibus recentioribus noctu in aviis locis adorandum ſe objicere, aliquot exemplis antea oſtenſum, pontificiiſque diplomatibus confirmatum eſt. Quod porro teſtatur de ſe Lutherus, familiaritate dæmonum uſum fuiſſe, id etiam oſtendit hiſtoriola, quam paucis ante annis contigiſſe memorat Ulembergius (*h*) in Wartbergenſi arce: *De fœmina*, inquit, *quadam*

(g) *Luth. apud Cocl. in actis & ſcript. Luther. ann. 1524.*

(h) *Ulem. c.8. colloq. menſal. edit. fol. 262. alterius fol. 205.*

dam

dam nobili e Berlipſiorum familia narratur dignum memoratu. Erat hæc Luthero vehementer addicta, cumque velut per nebulam intellexiſſet eum in Wartbergenſi caſtro deliteſcere, deſiderio videndi hominis accenſa iſtuc venit. Excepit eam hoſpitio caſtri præfectus; ſed Lutherum iſthic eſſe uti mandatum erat conſtanter negavit, quem etiam confeſtim e cubiculo in quo morabatur ad aliud quoddam latibulum in eadem arce traduxit & Lutheri cubiculum eidem matronæ nobili per noctem occupandum dedit: in quo tantos illa nocte ſtrepitus audivit & terriculamenta; ac ſi caterva dæmonum iſtic habitaret.

In Lutheri cubiculo auditi ſtrepitus dæmonum.

LII.

Helvetii decernunt tuendam fidem orthodoxam.

(a) *Lib. brev. ann.* 1524. *p.* 149.

Hunc malignum ſpiritum in Luthero veluti adminiſtro ſe oſtendiſſe ad perdendas animas, deſcribit Pontifex in literis ad Helvetios miſſis (*a*), cum Lutherus ad concitandas ſeditiones, conculcandas omnes leges divinas atque humanas, inducendam ferinam vivendi licentiam irrueret: nec modo a divino ſpiritu, verum a prudentis viri ob pugnantia inter ſe illius dicta moderatione longiſſime abeſſe; monuitque ut nefario ſeductori; Apoſtolorum, martyrum, pontificum, conciliorumque œcumenicorum traditiones & doctrinam anteferrent, uti publicis decretis anteferendam cenſuerant, ipſoſque ad eorum opem confugientes epiſcopos defendendos ſuſcepiſſe, collaudavit.

Helvetiis.

Nihil potuit de vobis commemorari præſtantius, quam ſingularem virtutem veſtram Deo, & divinæ conſervandæ religioni ſemper fuiſſe paratam. Ab hac vero pietatis diſciplina, tamquam cœleſtibus documentis inſtructi, cum nova labes & Chriſtiano nomini pernicioſa Lutheranæ hæreſis quibuſdam in locis ſparſa virus peſtiferum animabus fidelium ſeminaret, vos de communi ſententia divinarum legum, & patrum veſtrorum incorruptam fidem editis publicis decretis conſervandam cenſuiſtis, tot jam ſæculis inveteratam & comprobatam authoritatem Spiritus Sancti, qui certe univerſam Eccleſiam ipſius tutela & patrocinio fidentem labi atque errare tamdiu non permiſiſſet, inviolatam teneri voluiſtis, neque unius hominis ſeditioſi vocibus eam permiſiſtis oppugnari aut labefactari, apud quem non lex, non ratio, non modus, non ſanctiſſimorum doctorum valet authoritas; non reſpectus Dei, non cura religionis, qui omnia vincula fidei, caſtitatis, abſtinentiæ, perrumpere conatus eſt, & omnibus mutim, ac perturbate, & ad libidinem vivendi furorem quemdam atque inſaniam immittere: qui, ſi ſpiritum aliquem, non Dei, longe enim abeſt a Deo, ſed moderati modo hominis habuiſſet, non ſibi ipſe toties in ſuis ſententiis contradixiſſet; non quæ prius vera, mox falſa; quæ antea vana, poſt probanda eſſe aſſeruiſſet: non odio, diſcordia, furore, inimicitiis, & patriam ſuam, & cunctam fere Germaniam inter ſe concitaſſet. Huic igitur fallaci & ſeductori vel ſathanæ potius per talem miniſtrum animas fideles perdere cupienti, vos omnem aditum veſtra prudentia, veſtra erga omnipotentem Deum fide, in Chriſtianum nomen pietate præcluſiſtis, remque geſſiſtis tanta laude dignam, quantam commemorare nos quidem vix poſſumus; Dei autem ſolius eſt digne remunerare. Illud quidem non tacebimus, vobis admirabili quodam Dei beneficio datum eſſe, ut cum armati reliquorum virtutem veſtra virtute ſæpe ſuperaveritis, hanc tamen bellicæ opinionis gloriam hac majore laude religionis jam vincatis. Utinam qui in iſto forti & pio Helvetiorum nomine pauci a vobis hac labe contaminati diſſident, ad veritatis ſpiritum convertantur, & pari vobiſcum laude decorentur: utinam inſiſtant vobiſcum una veſtigiis majorum ſuorum, reputentque ſecum quam melius ſit & vera dignitate plenius authorem habere veræ religionis Deum, & eos, qui Deo adhæſerunt, Apoſtolos, martyres, doctores, quorum de numero plures Romani Pontifices fuere, quam Lutherum. Ac nos & gratias vobis de eo, quod per vos pie ſancteque eſt actum, maximas agimus, & de reliquo per eandem virtutem & ſapientiam veſtram, quam in hoc negotio eximiam præſtitiſtis, per ejuſdem veri Dei & filii ejus Jeſu Chriſti domini noſtri ſanctiſſimum nomen, quod vos ab impiis violari non eſtis paſſi, & devotiones veſtras requirimus, & paterno affectu in Domino cohortamur, ut in hoc conventu, quem propediem habituri eſtis, illa eadem appareat in vobis intemerata religio, quæ non tam veſtram indicet conſtantiam, non enim de ea dubii ſumus, quam veſtram reliquis omnibus declararet voluntatem; ut quoniam plurimum veſtra valitura eſt authoritas, cæteri hoc ex vobis nobiliſſimo exemplo vel moniti vel confirmati eandem veram & rectam viam ſubſequantur, veſtraque commemorabilis pietas non ſolum vobis glorioſa ſed etiam reliquis ſit ſalutaris; & qui ad veſtram opem venerabiles fratres noſtri epiſcopi ab hæreticis vexati confugerint, auxilio & authoritate veſtra ſubleventur, &c. Dat. Romæ die XIX. *aprilis MDXXIV. pontificatus noſtri anno* I.

Laudantur de contempto Luthero.

Impietas & inconſtantia illius quanta ſit.

Nitantur ad ſalutis tramitem revocare ab ea diſcedentes.

Pergant in proximo conventu religionem tueri.

LIII.

Tigurini a Zuinglio corrupti.

Diſſeminarat Zuinglius inter Helvetios hæreſim, ſuoſque ſectatores commoverat in catholicos adeo, ut clerus graviſſimam per-

Digitized by Google

perſecutionem ſit paſſus. At in Lucernenſibus conventibus veterem a Chriſto & Apoſtolis traditam religionem publico decreto aſſertam hujus anni principio contra Tigurinos, refert Surius (*a*): *Hoc*, inquit, *anno* XXIV. *januarii Lucernæ fuit Helvetiorum conventus, in quo vetus religio, & Eccleſiæ ritus, ceremoniæ, & inſtituta juſſa ſunt inviolata retineri. Jam enim Zuinglius eam gentem ad res novas concitare cœperat; cujus impia dogmata id temporis ſoli fere Tigurini ſequebantur. Inter alia docebat Zuinglius abolendas e templis imagines, & miſſam tamquam impiam abrogandam: quod nihil erat aliud, quam antichriſti agere antecurſorem, qui juge ſacrificium, quod in miſſa fit, auferet ad breve tempus. Multum ſudatum eſt a Luthero, & ejus tota poſteritate, malo dæmone id agente, ut miſſa in ſummum apud omnes horrorem, abominationem, contemptum adduceretur: & magnos ea res ſucceſſus habuit in Europa, dum interim barbaræ nationes apud antipodes & hactenus incognitas regiones veterem religionem & miſſæ ſanctiſſimum ſacrificium ſumma alacritate & devotione complectuntur.* Porro licet conſtabilita fuiſſet Lucernæ catholica religio, tumultuari tamen hæretici non deſtiterunt: ad quos ſedandos civiles motus, cum Helvetiorum ordines ad ſolemnes novos cœtus cogerentur, dedit Pontifex Ennio epiſcopo Verulano internuntio apoſtolico mandata (*b*), ut ad eumdem conventum ſe conferret, curaretque ut in Lutheranos decretum ederetur; tum etiam epiſcopum (*c*) Lauſanenſem, qui pro fide atrocibus injuriis ab hæreticis fuerat affectus, ſolicitavit, ut in conventu ipſo Helvetios ad catholicam religionem defendendam concitaret.

(*a*) *Surius in comment.*

Sacrificium & ſacras imagines inſectatur Zuinglius.

Divina providentia ut eodem tempore hæc ſuſceperint barbari.

(*b*) *Clem. lib. brev. an.* 1524. *p.* 162.

Lauſanenſis epiſcopus ab hæret. divexatus.

(*c*) *Ib. p.* 163.

Solicitatus ut Helvetios ad fidem tuendam incitet.

Epiſcopo Lauſanenſi.

Omnibus, qui in eodem conventu fuerint congregati, quo melius & efficacius poteris affirmare enitaris, eoſdem ipſos totamque illam fortiſſimam, vereque Chriſtianam nationem non ſolum domino noſtro Jeſu Chriſto rem gratam eſſe facturos, ejuſque fidei ac ſibi ipſis valde ſalutarem; ſed nobis etiam atque huic ſanctæ ſedi acceptiſſimam, neque ulli unquam dandam oblivioni, ſi, ut cœperunt, perrexerint conſtantiſſime, curaverintque totis viribus, ſi qua ullorum animos in locis illis perſuaſerit prava opinio, ab eis illam omnino eradicare, &c. Dat. Romæ die XIX. *aprilis MDXXIV. pontificatus noſtri anno* 1.

LIV. In poſterioribus hiſce Helvetiorum cœtibus, cum de aſſerenda religione catholica adverſus novatores actum fuiſſet, trium pagorum ſive regionum (vulgo cantones vocant) oratores adeo Zuingliano veneno infecti fuere, ut palam ad impietatem deſciverint, ſeque ſegregaverint ab aliis decem Helvetiorum tribubus: quas Clemens Pontifex cohortatus eſt (*d*), ut pietate conſtanti orthodoxam fidem tenerent tuerenturque, graviter gemens tot animas dæmonum laqueis irretitas, a Chriſto & ab Eccleſia plane defeciſſe.

Actum de fide tuenda ab Helvet.

Tres Helvetiorum tribus Zuinglianiſmum profeſſæ, Decem in religionem conſtantes.

(*d*) *Ib. p.* 541.

Clementis ad eos lit.

Oratoribus Helvetiorum eu decem cantonibus ad diætam in Zug congregatis.

Veſtram erga nos & ſedem Apoſtolicam præclaram voluntatem intelligere ſemper nobis jucundum eſt & illud cognoſcere, vos pro conſervatione rectæ fidei & ejus quam a majoribus acceptam ſummo ſtudio retineris, vere erga Chriſtum Deum religionis & animo & ſententia eſſe conſtantiſſimos mirabiliter & ſupra omnia fuit acceptum: quanquam illud, paſtorali affectu & paterna pietate ducti, majorem in modum dolemus, tantam vim habuiſſe pravam dæmonum vel dæmonibus ſervientium hominum ſuggeſtionem, ut eam partem, a qua vos diſſentitis, vel in ea parte numerum aliquem potius ad viam interitus declinare coegerit: quod nos damnum noſtrum, propriam noſtram calamitatem eſſe reputamus, nulla enim fidelis anima earum, quæ ſalutaris lavacri charactere ſignatæ jam omnipotenti Deo dicatæ erant, avelli a noſtro ſinu, atque cura ſine maximo noſtro dolore omnino poteſt. Accedit quod pro ſingulari noſtra in iſtam fortiſſimam nationem benevolentia, veſtrarum etiam diſſenſionum periculis commovemur: quibus quidem ut provideamus, & ut in omnibus patrium noſtrum animum erga vos declaremus, miſſuri ſumus ad aliquos dies nuncium noſtrum curaturum, quantum per nos fieri poterit, ut pax & omnium bonarum rerum concordia vigeat inter vos, omneſque habere poſſimus in honore ſummi Dei, & Chriſtianæ reipublicæ pace tractanda conjunctos, &c. Dat. Romæ die XXIII. *octobris MDXXIV. pontificatus noſtri anno* 1.

Luget eorum partem deceptam ab his qui dæmoni ſerviunt.

Tigurinos omnium primos a Zuinglio ſubornatos divina incruenti ſacrificii myſteria ſuſtuliſſe, refert Laurentius Surius hiſce verbis (*e*): *Per hoc tempus Zuinglius cum ſuit eccleſiæ Tigurinæ, miniſtris & ſymmyſtis multum egit in frequentiſſimo Tiguri ſenatu ut miſſa & Euchariſtiæ oblatio prorſus aboleretur. Reſtitit illis aliquandiu vir quidam egregie catholicus; ſed quia plauſibilis valde erat Zuinglii doctrina, quæ confeſſionem peccatorum, jejunia, labores pœnitentiæ, & id genus alia rejiceret, decretum eſt in ſenatu, ut miſſa deinceps in perpetuum exularet; &* LV.

(*e*) *Surius in comment. an.* 1525.

Sublatum a Tigurino ſenatu miſſæ ſacrificium.

ut

ut quidam ineptus ait, mox ſequuta eſt publica totius eccleſiæ Tigurinæ gratulatio, & lætitia, ſcilicet lætantur hæretici cum maleſecerint, & exultant in rebus peſſimis: catholici haud dubio, cum hæc & id genus alia legunt, non poſſunt aliud, quam gemere & plangere iſtorum prodigioſam cæcitatem. Lætantur Chriſtiani, immo pſeudochriſtiani ablatam eſſe miſſam, nec videut miſeri hoc proprie pertinere ad antichriſtum cujus organa ſunt Turcæ & Tartari, atque antecurſores hæretici temporum horum. Ut autem Zuinglius in ſua hac impietate eſſet pertinacior, ſcribit ſe quodam ſomnio admonitum eſſe: ita apud illum hac iure graviſſima permultum habuit momenti inſanientis cerebri ſomnium, cum alioqui nihil apud ſe valere velint, niſi ſcripta divina. Eſt autem in hoc ſomnio id magnopere obſervandum, quod Zuinglius ipſe palam affirmat, neſcire ſe an ille admonitor, qui in ſomnis illi apparuit, ater fuerit, an candidus. Quæ res argumento eſt in rebus graviſſimis quam impie iſti ludant, nec alicujus penſi habeant, utrum a bono vel malo ſpiritu hauriant dogmata: ſed ita illudi par eſt illos, qui ſuum judicium totius orbis judicio anteponunt. O cæcos duces cæcorum. Amplexi ſunt eandem Tigurinorum impietatem plures alii Helvetiorum populi; quos etiam ſecuti ſunt Genevenſes, ad quos fœdiſſimam hæreticorum ſentinam confluentem viſuri ſumus: de hac vero Zuinglianæ peſtis graſſatione, ortaque inter Lutheranos ſectarum varietate, adeo ut proximo anno Zuinglius Lutherum ejuſque ſectatores a dœmone inſtigari promulgarit, hæc refert Surius (a).

Fatetur Zuinglius incitatum ſe a dœmone.

(a) Id. ib.

LVI.

Per hoc tempus Zuinglius non contentus a Luthero dici Lutheranos, ſed ipſe potius de ſuo nomine ſectam auſpicari cupiens, non ſolum catholicos tranſubſtantiationis aſſertores, ſed etiam Lutherum ipſum una cum pane & vino verum Chriſti corpus & ſanguinem in Euchariſtia haberi dicentem oppugnare cœpit. Hoc quidem peſſime habuit Lutherum, & hæc res occaſionem præbuit atrociſſimæ illi inter Lutheranos & Zuinglianos digladiationi, quæ in hunc uſque diem componi non poteſt. Recte hoc permiſit ſapiens & bonus Deus, ut Lutheri arrogantia a proprio diſcipulo comprimeretur, & mortales omnes intelligerent rectiſſime dixiſſe D. Hieronymum (b), ſcripturas non in legendo, ſed in intelligendo conſiſtere; ab utraque enim parte iſti ſectarii verbum Dei crepant, ſcripturas certatim proferunt, & tamen cum certiſſimum ſit non poſſe utroſque verum docere, dum contraria dicunt; at nihilominus alii aliis cedere nolunt, & utrique prava ſcripturæ divinæ interpretatione & ſe & ſuos omnes miſerabiliter perdunt, cum utroſque recte jam olim damnarit, hodieque damnet catholica fides, qua certiſſime credimus, in Euchariſtia ſub ſpeciebus panis & vini poſt Chriſti corpus in ſanguinem ſubſtantialiter contineri, etiam extra ſumptionem: cum hoc ſacramentum non niſi omnipotenti Chriſti Jeſu ſermone conficiatur.

Ortæ inter Lutheranos & Zuinglianos contentiones.

(b) D. Hier. in dialogo adverſ. Luciferianos.

Dicentes contraria ſe mutuo arguunt impoſturæ.

LVII.

A Luthero hac in re jam ante diſſenſit Andræas Carolſtadius; & cum a Luthero acriter reprehenderetur Ienæ, quod eccleſias ſcilicet Lutheranas turbaret, ille ſe contra ipſum ſcripturarum, ſuamque ſententiam deſenſurum reſpondit. Tum vero Lutherus ut erat contendendi avidus, aureum illi nummum dedit, ut faceret quod minabatur. Poſtea libellos aliquot Carolſtadius Baſileæ edidit, quorum ſumma erat, non eſſe Chriſti corpus naturaliter in Euchariſtia, nec tamen Zuinglii ſententiam ſequebatur, ſed nova interpretatione ait pronomine, demonſtrativo; Hoc eſt demonſtraſſe Chriſtum corpus ſuum menſæ aſſidens, non autem ſub panis ſpecie contentum. Hanc ſtultiſſimam opinionem anabaptiſtæ quidam amplectebantur, & Zuinglii atque Lutheri interpretationem rejiciebant. Porro Zuinglius Carolſtadium dicebat veritatem quidem agnoſcere, ſed quia troporum vim ignoraret, verba non recto ordine collocare. At ridicula fuit ea Zuinglii oratio, qui jam ſibi de collega, licet inepto, non nihil applaudebat. Alii Carolſtadii expoſitionem ceu nimis duram & violentam reſpuebant. Inde accidit, ut ſenatus Tigurinus caverit ne libelli Carolſtadii in verba ſua venderentur. Lutherus vero Zuinglii expoſitionem libello quodam confutavit, ita nimirum ſpiritus vertiginis in Lutherum & ejus præclaram ſobolem immiſſus repente multas ab illis extorſit abſurdiſſimas verborum cœnæ Domini interpretationes, alias ab aliis, & ſimul omnes a catholicæ Eccleſiæ ſententia diſcrepantes: ortumque eſt implacabile bellum inter iſtos factioſos ſpiritus, qui cum omnes jactitent ſe veritatem demum in lucem protuliſſe, non poſſunt tamen in unam aliquam de re tanta conſpirare ſententiam, & a veritate ſunt prorſus alieni, & interim miſerrimam & rudem plebeculam in diverſas factiones & opiniones diſtrahunt, efficiuntque ut jam permulti non videant quem potiſſimum in hac dogmatum mirabili varietate ſequi debeant. Quis vero ſatis deplorare poſſit tam innumeras Chriſti Jeſu ſanguine redemptas animas aliquot importunorum & turbulentorum ingeniorum arrogantia & philantia in certiſſimum exitium horrendamque æterni ignis damnationem præcipites agi?

Inter Carolſtadium & Lutherum diſſenſio orta.

Impia Carolſtadii interpretatio.

Lutherus in Zuinglium ſcribit.

Innumeræ animæ a paucis impoſtoribus ſeductæ.

Ve-

Verum hoc iſti perditi tenebriones pro ludo habent, modo ipſi ſibi aliquod poſſint parare nomen, licet cum ſumma hæreſeos ignominia conjunctum.

LVIII. Oecolampadius Baſileenſes corrumpit Fiſcherus eum confutat.

Inter hos inclareſcere flagitio cæpit hoc anno Joannes Oecolampadius, [1] ac non modo Baſileenſes inquinare venenatis concionibus, verum ſcriptis peſtiferis exteras gentes impia doctrina inficere pertentavit: quem Joannes Fiſcherus epiſcopus Roffenſis ita redarguit (a): *Oecolampadi plane in te competit illud Pauli* (b) Quemadmodum non probaverunt, ut Deum agnoſcerent, ita tradidit eos Deus in reprobam mentem: *pluribus etenim, atque eiſdem eximiis donis allexit te Deus, & maxime ad hujus ſacramenti fidem, quemadmodum apertum eſt, cum ex aliis ſcriptis tuis, tum ex concione tua, quam de hoc ſacramento curaſti pridem imprimi & Chriſtianis invulgari; quin etiam uſque adeo tuo pectori pietatis affectum inſtillavit, ut relictis omnibus ad ſanctæ religionis ſolitudinem capeſſendam provenerit te. Nunc autem neſcio quo ſathanæ ſuaſu divinæ erga te benignitatis oblitus ad ſæculum rediiſti, ſicut canis* (c) *ad vomitum, nihil memor uxoris Loth,* (d), *de qua tamen præmonuiſſe te Chriſtum non ignoras, mox & in peſtiferum Lutheri dogma cecidiſti, quo tuam apoſtaſiam tuereris, & multitudine te tui ſimilium adjungeres. Nec his malis contentus delegiſti tibi quoddam aliud dogma cujus tu peculiaris author & princeps haberi vis, nimirum iſtud peſtilentiſſimum dogma, in quo plane ſuperas Lutheri impietatem: nam is aperte ſcribit in epiſtola quadam ad Argentinenſes ad hunc modum.* Hoc diffiteri nec poſſum nec volo, quod ſi Carolſtadius aut alius quiſpiam ante quinquennium mihi perſuadere potuiſſet in ſacramento præter panem & vinum eſſe nihil, ille magno beneficio me ſibi devinctum reddidiſſet; gravibus enim curis anxius in hac excutienda materia multum deſudabam, omnibus nervis obtenſis me extricare & expedire conatus ſum, cum probe perſpiciebam hac re papatui cum primis me valde incommodare poſſe. *Adverte lector quale venenum in ejus pectore latet, quod tanto affectu tantoque molimine conatus ſit, ut evinceret non eſſe verum Chriſti corpus in Euchariſtia, nec alia ratione motum magis, quam ut ita ſummo Pontifici incommodaret: cæterum quia videt tam aperte ſibi obſiſtere evangelii veritatem, ut nullis eam artibus obfuſcare poſſit, deſtitit a conatu; propter quod & ſubdit paulo poſt.* Verum ego me captum video nulla elabendi via relicta; textus enim evangelii nimium apertus eſt & potens, qui facile convelli non poteſt, multo minus verbis aut gloſſis e capite vertiginoſo confictis ſubverti. *Hæc ille quid igitur de te dicam Œcolampadi, qui in tantum impietatis barathrum ſathanæ dolis præcipitatus es, ut clariſſimam evangelii lucem obtenebrare moliaris, & ſacratiſſimum Chriſti corpus e ſacramento nobis auferre, quid inquam aliud, quam quod in reprobam mentem apertiſſime traditus ſis, & longe majore impietate ſubmerſus jaceas, quam Lutherus?* At de Oecolampadio plura inferius.

(a) *Jo. Fiſc. epiſc. Roffen. de Euchar.*
(b) *Rom.* 1.
(c) 2. *Petr.* 2.
(d) Gen. 19.

Fatetur Lutherus conatum ſe Euchariſtiam negare.

Permotum ad id Pontificis odio.

Nimis conſpicuum eſſe textum ut eludi poſſit.

LIX. Ex contradictionibus hæreſiarcharum enituit fides catholica.

Ex earum porro ſectarum inteſtino atrocique bello orthodoxæ fidei veritatem confirmatam fuiſſe, mutuiſque telis confectis hoſtibus de iis triumphaſſe demonſtrat egregie idem epiſcopus Roffenſis (e): *Si*, inquit, *juxta Lutheranos veriſſime collectum ſit ex ſacris ipſis literis, veram corporis & ſanguinis Chriſti præſentiam in hoc ſacramento realiter haberi, & rurſum per Œcolampadianos vere probatum ſit hunc panem materialem non eſſe ipſum corpus Chriſti, neque materiale vinum iſtud ipſum ſanguinem eſſe Chriſti, quis jam non videt utroſque ſuis gladiis & ſeipſos mutuo jugulaſſe, & communem Eccleſiæ ſententiam corroboraſſe mirifice? nam ſi quod Chriſtus pronuntiabat, dicens.* Hoc eſt corpus meum, *quis pronomen, hoc, huncce panem interpretatus, & per corpus, corporis ipſius veritatem accipiens, ipſum axioma falſum reddiderit? quemadmodum & Œcolampadius robuſtiſſime collegit: & ſi rurſum accipiendo corpus pro ſola figura corporis, falſum item effecerit, uti Lutherus apertiſſime probat, nunquid non ex utriuſque comprobatione dilucide conſequitur, veriſſimam eſſe communem Eccleſiæ ſententiam, quæ negat manere ſubſtantiam panis, ſed eam aſſerit penitus in Chriſti corpus mutatam eſſe, & vini ſubſtantiam ſimiliter in Chriſti ſanguinem.*

(e) *Jo. Fiſc. in præfat. l. 3. adverſ. Oecol.*

LX. In his vero fidei controverſiis ſtandum eſſe ſanctorum patrum, qui divina luce colluſtrati ſacras ſcripturas interpretati ſunt, non tenebrionum inventis, qui nuſquam

NOTÆ [1] NOn quidem hoc anno ſed præcedenti potius 1523. Oecolampadius clareſcere inter Baſileenſes cœpit. Spalatinus enim in Annalibus ad annum illum hæc notat: *Joannes Oecolampadius apud Baſileenſes Eſaiam perlegit.* MANSI

Digitized by Google

quam a novis figmentis cudendis deſituri ſunt, illuſtrat idem pius doctor & martyr hæreſiarcharum veterum perſpicuo exemplo: *Prima*, inquit, *ratio erit quod hoc pro certo dogmate priſci omnes concorditer & unanimiter nobis reliquerunt, & cur eis non credemus magis, quam hæreticis iſtis, qui contraria docent? An non credimus Arium & ſectatores ejus aberraſſe? & quis nobis eorum errores indicavit, niſi Spiritus Sanctus, qui per ora patrum eorum hæreſes dilucide convicit? Quis Marcionitas, Manichæos, Valentinianos, Neſtorium, Samoſatenum, Sabellium, Baſilidem, Novatum, Pelagium, Donatum, ac cæteros eorum ſectatores confutavit? Quis inſuper ſanam & rectam adverſum hos & omnes alios hæreticos doctrinam Eccleſiæ catholicæ tradidit, niſi Spiritus ipſe ſanctus, qui patribus velut totidem organis uſus fuerit in hoc tam arduo negotio? nam hoc ipſum Chriſtus ante promiſit dicens* (a): Non vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis: *illi nobis e ſchola ſancti Spiritus veritatem ſcripturarum interpretati ſunt; & nos uſque adeo negligentes noſtræ ſalutis erimus, ut ſacerrima illa ſchola rejecta libentius hæreticorum inſanis dogmatibus aures accommodemus? ſi nunc propter iſtorum argutias, quantumvis robuſtæ videantur, ſolidam patrum doctrinam abjecerimus, quando tandem certam aſſequemur notitiam? Poſt illos & alii exurgent & alii & poſt iſtos adhuc alii; quemadmodum & hodie fieri cernimus. An non poſt Lutherum exortus eſt Carolſtadius, poſt hunc Zuinglius, poſt iſtum Œcolampadius, ſinguli variarum interprationum authores; ſurrexit & Balthaſarus quidam, qui complures, ut audio, rebaptizavit: quid iſtud aliud eſt, ſi propter horum novas adinventiones ſolidas patrum expoſitiones, quas hi nobis reliquerunt, ſpreverimus, quam quod Paulus ait* (b): ſemper erimus diſcentes, & nunquam ad ſcientiæ veritatem pervenientes. *Quando igitur patres illi* [*de priſcis loquor*] *& ubi concorditer quidquam aſſerunt, plane docent non fidem ſolam, neque fidem cum dilectione, ſed oportere re ipſa Chriſti carnem in Euchariſtia manducare, quis in ſeipſum tantus hoſtis erit, ut propter hæreticorum iſtorum ſibilos negligat ſacramenta fide ſola contentus? Hæc ratio certe me vehementer movet, & meo judicio quemque movebit Chriſtianum, qui curam ſuæ ſalutis aliquantam agit.*

Omnes hæreſes ex falſa ſcripturæ interpretatione exortæ.

(a) *Matt.* 10.

(b) *Tit.* 3.

Standum interpretationi SS. Patrum.

LXI. Graſſabatur in dies latius ea pſeudoevangeliſtarum lues, atque hoc anno Monaſterienſis reſpublica in Weſtpalia, extremæ calamitatis futura exemplum ab avita religione, in qua hactenus floruerat, deficere cœpit, impura doctrina quorumdum ſacerdotum contaminata ut deplorat Hermannus: (c) e Kerſenbroch *Monaſterium*, inquit, *eccleſiaſticorum ſalutari doctrina & vitæ ſanctimonia, ſenatus prudentia & authoritate optimorumque civium prudentia & pia imitatione, in ea religione quam ſanctus Suibertus primum docuit & Carolus magnus confirmavit, Deo propitio ita perſeveravit, ut novationem nullam ab eo tempore admiſerit; ſed poſtquam anno MDXVII. quorundam doctrina bona opera damnantium & ceremonias eccleſiaſticas rejicientium per Germaniam gliſcere, & civitates propemodum omnes paulatim pervadere cœpit*. Et paulo poſt: *Circa annum MDXXIV. ejuſdem farinæ concionatores in hujus etiam reipublicæ quatuor parœcias clanculum præter bonorum ſpem irrepſerunt, qui popularem captantes auram & clerum in invidiam plebis rapientes, levi primum flatu ſcintillas a quibuſdam novatoribus conceptas exſuſcitant; quæ cum latius nemine reſtinguente ſerperet, multos quoque infimæ ſortis homines celeriter corripuit*, & infra, *nec tantam factionem eruditione ſua unquam excitare potuiſſent, cum plerique illorum fuerint illiteratiſſimi, niſi fuiſſent audaciſſimi & mediocriter facundia armati, niſi bona opera damnaſſent, eorumque præmium ſuſtuliſſent, niſi profuſam evangelicam libertatem, quæ facile in licentiam prorumpit, populo permiſiſſent, niſi ſatis licenter in clerum debacchati fuiſſent; unde plebecula, quæ ſua jam profuderat occaſione ſumpta eo væſaniæ devenit, ut non ſolum clerum contemnat, ſed etiam adverſus eundem quidvis ſibi licere putet*. Proximo anno in virgines Deo dicatas, in ſacerdotes, in magiſtratus plebs corrupta hæreſi cœpit varios concitare motus, cui ſenatus, ignorans quanta ſibi ex permiſſa hæreſis licentia impenderent mala, ignave induliſit: monitus (d) vero eſt a Carolo V. ut in factioſos Lutheranos animadverteret.

(c) *Herman. e Kerſenb. mſ. Alex. VII. in actis Monaſter. an.* 1524. & 1525.

Monaſterien. reſpublica in cath. religione floruit.

Infecta hæreſi malis omnibus afflicta.

Illiterati hæretici ob audaciam evertere catholicos.

Plebs falſæ libertatis illecebra faſcinata.

Tumultuatur in Virgines Deo dicatas.

Nos Carolus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, &c. conſulibus ac ſenatui civitatis Monaſterienſis gratiam & commune bonum optamus.

(d) *Ext. ea lit. apud Hermann. mſ. Alex. VII.*

Non ſine eximio animi mærore quarumdam civitatum & communitatum circa Weſtualiam incolas & ſubditos contra Cæſareum noſtrum edictum, adverſus Lutheranam factionem nuper in principum conventu Wormatiæ editum & publicatum, eandem ſectam vetitam amplexos, & ſuo magiſtratui rebelles factos eſſe cognovimus: vos vero ſubditoſque veſtros imperia-

Caroli V. ad Monaſterienſes literæ.

rialibus noſtris decretis in hunc uſque diem paruiſſe libenter accepimus. Cum autem periculoſis hiſce temporibus metuendum ſit, ne a vicinis veſtris latius ſerpens hujus ſectæ contagio in rempublicam veſtram ſuggeſtione quorumdam irrepat, & cives veſtros ita inficiat, ut reſciſſis obedientiæ repagulis, ſeditio (quæ omnium bonarum legum præſentem interitum ſecum adferre ſolet) in republica concitetur; nos itaque ſubditorum ſalutem anhelantes, & incommoda amovere ex animo cupientes, ut violenta iſtiuſmodi ſecta, quæ ſeditionem & rebellionem gignit, reprimatur, ac in republica veſtra bona politica ordinatio, concordia, & tranquillitas conſerventur, cæſarea authoritate ſerio præcipimus, ut eos, qui imperatorii edicti violatores ſunt, vel tanquam factioſi graſſantur, accurate obſervetis; & ſi rebelles & ſeditioſi deprehendantur, vel manifeſtis indiciis ſuſpecti ſeditionis fuerint, cuſtodiæ includantur; & ut imperatorio edicto ſatisfiat, juſtis ſuppliciis mature afficiantur: vel hoc ſerio agite, quod ad bonæ politiæ, pacis, & tranquillitatis conſervationem pertinere videbitur: neque hac in re negligentes, aut ſomnolenti ſitis, ſi noſtram imperiique indignationem & pœnam evitare velitis. Porro hac eadem imperatoria authoritate volumus, ne hujuſmodi ſeu ſeditioſi, & publicæ pacis turbatores uſpiam immunitatem, ſecuritatem, vel tutum commeatum conſequantur; & ſi quid horum contra edictum noſtrum a quoquam impetraverint, irritum, inefficax, nulliuſque momenti fore præcipimus.

Moniti ut Wormatienſe edictum in Lutheranos ſervent.

Coercent factioſos.

Deſerta fide catholica ruunt in pejus Monaſterienſes.

Hoc imperatoris ſcriptum, inquit Hermannus, *annum fere novationum vacationem reipublicæ Monaſterienſi præſtitit.* At deinde tuere in pejus Monaſterienſes a Bernardo Rotmanno cottupti, ac mutata fide catholica cum Lutherana perfidia, dein Lutheranam perfidiam Sactamentariorum hæreſi auxere: ex illa vero in anabaptiſticam prolapſi in omnem belluinam turpitudinem. & illuſiones diabolicas, inque animarum, bonorum, & corporum excidium, cum epiſcopi jugum excuſſiſſent proruerunt, ut ſuo loco dicetur.

Plures eccleſiaſtici deflectunt ad hæreſin.

(a) Lib. brev. an. 1524. p. 418.

At non modo minoris ordinis ſacerdotes apoſtatæ, ſed etiam nonnulli dignitatibus eccleſiaſticis conſpicui venena populis, quos divino verbo paſcendos ſuſceperant infuderunt: extantque ea de re flebiles Clementis literæ (*a*) XXIII. ſeptembris hujus anni datæ ad epiſcopum Spirenſem, ut in quendam præſulem hæreticum animadverteret. Exercebant vero graviſſimi labores epiſcopos; cumque Germanicæ res in pejus quotidie inclinarent, Hildeſemenſis (*b*) ac Wratislavienſis (*c*) epiſcopi inter alios Pontifices opem implorarunt, ut tot malis mederetur: quibus reſpondit Clemens (*d*), ſe non parciturum operæ, atque a legato apoſtolico Cardinale Campegio pro ſeditionibus & hæreſibus comprimendis deſudari, deque divina miſericordia ac principum & præſulum diligentia egregie ſperandum.

Implorant Germani epiſcopi Pontificis opem.

(b) Ib. p. 320.

(c) Ib. p. 325.

(d) Id. ib.

Epiſcopo Wratislavienſi.

Wratiſlavienſis epiſc. reſiſtit hæreticis.

Fit certior de geſtis a Legato contra Lutheranos.

Venerabilis frater. Accepimus literas fraternitatis tuæ, eaſque non ſine cordis amaritudine legimus, quibus de hæreſi Lutherana in tua civitate & diœceſi invaleſcente, deque tua paſtorali cura & diligentia, quam ad id malum tollendum fruſtra hactenus adhibuiſti, certiores nos reddis. Addis etiam pia conſilia non minori prudentia quam humanitate tua, quibus id ipſum a nobis tolli poſſe exiſtimes. Nos ad ea fraternitati tuæ reſpondemus, primum ipſam ſumma laude dignam nobis videri, quod & noſtris & prædeceſſorum noſtrorum temporibus boni paſtoris officium, & in prohibendo id mali pro viribus, & ad hanc ſedem & illum Regem noſtrum in Chriſto filium chariſſimum referendo præſtiteris. Deinde arbitramur nos fraternitati tuæ notum eſſe, quanto ſtudio & labore aſſidue tam per nos, quam legatum in Germania noſtrum invigilemus, ut his ſeditionibus compreſſis redeat fortiſſima gens in ſinceritatem fidei, & ſolitam pietatem. Ei rei nos teſte Domino diem noctemque impendimus, nihilque omitimus, quod ad eam perficiendam pertinere arbitremur. Speramus autem in miſericordia omnipotentis Dei, qui ſuos tandem non deſerit, cum noſtra authoritate & cura, tum etiam Cæſareæ majeſtatis imprimis, ac deinde cæterorum Germaniæ principum, tuique ſimilium prælatorum opera & virtute brevi futurum, ut eundem horum hæreticorum finem videamus, quem majores noſtri Huſſitarum viderunt, &c. Dat. XX. *auguſti MDXXIV. pontificatus noſtri anno* 1.

At ſerius Pontifex & epiſcopi graſſanti malo occurrere, adeo ut aucti animis hæretici eorum vitæ inſidiari cœperint, ut Joannes Faber apud Baſileenſes conqueritur, ſic inquiens (*e*): *Epiſcopum, ſi quem doctum adipiſcuntur, veluti jam ſuffraganeum habetis doctiſſimum, & in prædicando verbo Dei fidelem, tum deridendo, detrectando hoc fere efficiunt, ut qui ſua doctrina certiſſimus eſt, vitæ ſuæ ſæpe incertus eſſe cogatur: ſin indoctus iſtis contigerit, lupum non paſtorem, aſinum non hominem eſſe ajunt, denique tyrannum animarumque carnificem vocant,* LXII.

(e) Jo. Fab. ad Baſil.

Hæreticorum ſumma in epiſcopos petulantia.

adeo ut quocumque incipias modo diverſum iſtis placeat; ſi enim cecineris, non ſaltant ſin ploraveris, ne hoc quidem ſuſtinent. Deplorat etiam injurias catholicis ab hæreticis illatas in ſuis homiliis Joannes Eckius hiſce verbis (a), *Omnem ſuperant Turcarum ſævitiam, qui paſſi ſunt Chriſtianos quidquid vellent in templis ſuis exequi.* Et infra; *An non hoc miſerabile? Quid eſt me in media Turcia poſſe tamen pro more Chriſtiano & catholico miſſam celebrare, in urbibus autem aliquot Chriſtianorum idem mihi non licere? Turcarum Imperator permiſsis patriarchæ Conſtantinopolitano crucem præferri, quod apud nos legatis exhiberi ſolet; & apud Chriſtianos nonnullos non liceat cultum divinum pro officiis pietatis exequi? O tempora, o mores, o gradus & ſemitam certiſſimam, & viam latam ac ſpatioſam ad inferna!*

Eorundem tyrannis in ſacerdotes.

(a) Jo. Eck. to. 3. homil. domin. 2. poſt Paſch.

LXIII. Cæterum ſanxiſſe Ludovicum Pannoniæ & Bohemiæ Regem publicis edictis adverſus Lutheranam impietatem ſervandam Chriſtianæ fidei incorruptam puritatem refert Dubravius (b); cumque Pragam ad componendum Bohemici regni ſtatum ſe contuliſſet, omnes veteres magiſtratus ſuſtuliſſe, præfecturam arcis Pragenſis Carolo duci Minſterburgenſi demandaſſe: Iglavienſes, qui avitam religionem cum nova ſuperſtitione commutare cœperant; *A Speratu*, ait author, *quodam plane deſperato faſcinati, ut non crederent veritati, ſed attenderent pſeudoprophetarum mendaciis*; caſtigaſſe acerrimis verbis intentata merita perfidiæ pœna; Speratumque ipſum apoſtatam in vincula conjeciſſe. Præbuiſſe illum etiam egregium pietatis exemplum Pragæ in propugnanda religione ac Pighardis hæreticis nefandiſſimis ex regia urbe pellendis, ne illam contaminare pergerent, immo ex univerſo regno proſcriptis, oſtendunt Clementis Pontificis ad eundem Regem gratulatoriæ de tam præclaro facinore, quo regnum a peſtilenti factione liberarat, datæ literæ (c).

In Bohemia & Ung. decretum Religionem tuendam.

(b) Dubr. hiſt. Boh. l. 33.

Iglavienſes ſubornati a Sperato apoſtata.

Ludovicus Rex eum conjicit in vincula. Pighardi ab eodem Praga ejecti.

(c) Lib. brev. an. 1524. p. 500.

Regi Hungariæ.

LXIV. *Gratias agimus domino Deo, quod is licet merita noſtra deficiant, bonæ tamen illi, quæ in nobis eſt voluntati; ſuæ aliquando cœleſtis miſericordiæ tribuit effectum; nam cum ad Apoſtolicum regimen atque curam per ipſius providentiam electi omne ſtudium noſtrum, omnem diligentiam, omnem animi ſollicitudinem adhibuerimus, ut graviſſimis malis ac periculis, quibus Chriſtiana afflicta reſpublica eſt, aliquid opis & remedii afferremus, pacemque ubique perturbatam & religionem noſtram impiis opinionibus & hæreſibus oppugnatam in meliorem ſpem & ſtatum reſtitueremus, quid nos laboris, quid curæ ſubeamus in omnibus his Deus teſtis eſt, cujus nos unius auxilio & miſericordia ſumus freti: quantum vero nobis attulerit lætitiæ ac incredibilis pœne gaudii quod videamus re ipſa & experiamur, Deo gratas eſſe actiones noſtras, tua ſerenitas ex ſua erga ipſum Deum pietate poteſt exiſtimare: nam in Germania non deſtitit ſere quotidie aliquid oſtendere divina potentia, per quod clareat inſenſam illi eſſe impiorum mentem, & nunc, quæ ad nos de Bohemiæ rebus allata ſunt, magis nos in ea ſententia confirmant, ut intelligeremus præſentem nobis adeſſe & noſtra conſilia Deum ſecundare, ac egregia quidem pietas præclarus inſtinctus animorum fuit catholicorum populorum usque hominum in Bohemia & eorum etiam, qui minimis rebus diſſentientes facillime cum univerſali eccleſia poſſunt convenire ad exterminandos & ad propulſandos immanes & impios hoſtes immaculatæ fidei Pighardos: ſed hic conſenſus & concordia, quæ procul omni dubio conflata authore Spiritu Sancto eſt, noſtris quoque conſiliis & tuæ ſerenitatis authoritate ac regia poteſtate confovenda eſt: quod quamquam te facturum eſſe vel jam effeciſſe pro tua prudentia confidimus, voluimus tamen has ad te literas ſcribere, quibus & animum in hac re noſtrum & ſententiam cognoſceres. Nos tibi fili chariſſime, ſi quid pro regni tui ſtabilitate & nominis tui honore optare debuiſſemus, non potuiſſemus cogitare majus quam id quod ſponte obtulit Deus, ut peſſimo genere hominum e tuo Bohemiæ regno ſublato, jam tibi & tuæ amplitudini ſervientium *, concordes & unanimes reliqui eſſent; cum vero id jam per ſe ipſum propemodum effectum ſit, neque ad negotium concludendum & purgandam illam nobilem pravis hominibus provinciam, aliud deſit niſi nutus voluntatis tuæ & approbatio authoritatis, ſerenitatem tuam hortamur in Domino & pro jure tutelæ & conjunctionis tecum noſtræ requirimus, ut memoratam tam deſideratam occaſionem non amittere, ſed incumbere omni tua poteſtate regia velis, ut nullo modo ſceleratis hominibus ad inficiendam peſtifera labe rurſus Bohemiam reditus permittatur, &c. Datum Romæ VI. octobris MDXXIV. anno I.*

Acta illi a Clemente gratiæ de propugnata religione.

Calixtini juncti Catholicis contra Pighardos.

* animi

Monitus ne inficí regna ab hæreticis patiatur.

Extant eodem argumento miſſæ ad Mariam Reginam Caroli V. ſororem, quam Dubravius ingentibus animis præditam viro calcaria admoviſſe ait, ut adminiſtrorum, qui imperium in illum arripuerant, audaciam coerceret, horta- LXV.

(a) Ib. p. 490.
(b) Ib. p. 492.
(c) Ib. p. 501.
Pragenſes magiſtratus de conſtantia commendati.

toriæ literæ (a), ut catholicis Bohemis advérſus Pighardos ejectos ſtuderet, tum ad (b), ut Carolum ducem tuendæ fidei operam navaret, tum aliæ (c), ad presbyteros, prætorem, conſules, ſenatumque Pragenſes, de ſumma animi conſtantia, quam in propugnanda fidei & pietatis cauſa adverſus hæreticos præſetulerant XXIV. octobris ſcriptæ. Picardi porro, qui late in Bohemia pullulaverant, nequiſſimum erat hæreticorum genus, ut ex Lutheri teſtimonio inferius afferendo conſtat, quos nonnulli (d) a Pickardo quodam ex Gallia Belgica oriundo Adamitarum hæreſis authore nuncupatos ajunt: hanc vero ſectam a Petro Waldenſi conditam refert Dubravius (e) ſi quidem Lugduno in Pichardiam cum ſectatoribus, quos pauperes Lugdunenſes appellabat, commigraſſe, ſeduxiſſeque Pichardos, ut cupiditasibus fræna laxarent; cumque ad ſupplicium quærerentur, in Germaniam, tum in Bohemiam profugiſſe, ubi clandeſtina luſtra tenuere in omne libidinum genus effuſi: quorum hæreſim abſurdam Joannes Wiclefus poſtea ſophiſticis argumentis condivit, adeo ut pro temporum varietate dogma permutarint, uti hæreticorum mos eſt: quinimmo Lutherum initio hos parum honeſtos hæreticos, quibus ſe conſociaret, cenſuiſſe vidimus, quacirca Eckium rogavit ne ſibi eam maculam inureret, atque etiam in (f) eos quos infelices hæreticos vocat ultro ſcriberet, dein vero ſocietatem eorum affectaret, turpiſſimiſque hominibus turpiſſime his verbis eſt blanditus (g): *Nos certi ſumus vobis per donum inenarrabile Dei contigiſſe puram doctrinam, & magnam lucem verbi, etiamſi ſit infirmitas forſan adhuc, & ſatis erratorum in moribus & vita.* Et poſt pauca: *Quamquam apud nos necdum tam bono ordine in externa diſtributione ſacramenti omnia conſtituta ſunt, ut de vobis audio. Orate vero & vos pro nobis, ut aſſiduum exercitium tum verbi, tum etiam charitatis & bonæ vitæ apud nos ſit, præſertim cum e luto illa papiſtici regni nuper eluctati ſimus.* Et ſub finem libelli: *Obteſtor vos per charitatem Chriſti, ne meum ſcripsum in eam partem accipiatis quaſi veſtris erratis me titillarim: ſed tamen cum ſciatis vos in toto orbe hactenus tanquam peſtilentiſſimos hæreticos proclamatos, hic teſtimonium vobis perhibere volui, quod propius accedatis ad puritatem evangelii, quam omnes alii quos ego cognoverim.* Hæc Lutherus, cujus amentia impia in eo patet, quod ſenſerit puritatem evangelii eos tenere, quos moribus inquinatos ſpurcos, ac peſtilentiſſimos proclamatos profitetur Picardos. Quomodo autem accedunt ad puritatem evangelii, cum Chriſti corpus ſub Euchariſtiæ ſacramento non contineri affirment; Lutherus vero cum pane contineri doceat? Non ergo dogmatibus, ſed ſpurcitia proxime his accedebat (h) Lutherus, qui in edita concione de conjugio hæc habet: *Si non vult uxor, veniat ancilla*; quemque virtutum operibus merita paſſionum Chriſti evacuari docentem audituri ſumus.

(d) Cratepol. in catal. hær. Bernard. Lutzebur. in catal. Prateol. in eod. Picardorum ſectæ auctor quis fuerit.
(e) Dubr. hiſt. Bohem. l. 14.
(f) Luth. in reſol. concl. 15. & de decem præcept. c. 1.
(g) Luth. in libell. ad Vvald. de Euchar. apud Coel. ann. 1523.
Se illis Lutherus conjungere voluit.
Lutherus leno & adulterii præco.
(h) Cratepol. in catal. hæret. Polygamiſta.

LXVI. Erant præterea in Bohemia alii ab eccleſiæ Romanæ ritu diſcrepantes, qui tantum calicis uſu a catholicis diſſentiebant (i), atque adeo Calixtini appellabantur: cumque epiſcopis, prorſus carerent, ægre poterant ſacerdotes habere, qui ipſis calicem porrigerent; ac proinde apud illos profugi tantum inſtituta occidentalis eccleſiæ temerare audebant. Lutherus vero in libro ad ſenatum Pragenſem de inſtituendis miniſtris Eccleſiæ eos perſuadere annisus eſt (k), ut ſacerdotales ordines abolerent, *Poſtquam*, inquit, *prævalente ſathana Bohemiæ regnum epiſcopis & ſacerdotibus* [*quos vocant*] *ſublatis vaſtum ac ſolitarium relictum eſt authoritate Pontificum Romanorum miſera ac dura neceſſitate adacti fuiſtis, quotannis in Italiam mittere clericos veſtros pro ordinibus papiſticis emendis, quod vicini epiſcopi prorſus non dignarentur eos ordinare, cum pro obſtinatis hæreticis vos haberent; ea vero neceſſitas quanta ſuper vos incommoda & pericula ſecum traxit?* Et infra: *Facta eſt tandem hac ratione copia crudeliſſima quibuslibet nebulonibus apoſtatis, & quos alioqui nulla pars terrarum ferre potuit ad veſtrum miniſterium perveniendi, ita ut in fabulam abierit hæc miſera veſtra neceſſitas, videlicet quod Bohemis dignus ſit ſacerdos, qui apud Theutonas laqueos & corvos meruit: ſic Bohemiam repleri oportuit inſigniter ſceleratis ſimul & indoctis paſtoribus, vel lupis potius rapacibus.* Nonnulliſque interjectis: *Turpe coram hominibus eſt ordines ab hoſte veſtro tum petere, tum ſuſcipere, qui Joannem Hus & Hieronymum Pragenſem cum multis aliis peſſimo nomine exuſſit, qui ſemper vos extinctos voluit, qui vos hæretici nominis opprobrio ſine fine, ſine modo per orbem conſpurcat, cujus peſtilentibus conatibus vos tanto ſanguine reſtiſiſtis, &c.* Non valuit diabolica hæc Lutheri perſuaſio; addit enim Cochlæus: *Hæc & id genus multa in Papam quidem atrociſſime, & in ſacros ordines impiiſſime ſed ad Bohemos omnino inaniter & vane deblateravit: illi enim Lutheranos longe* ma-

(i) Clem. lib. brev. ann. 1524. p. 516.
Calixtinorum dogma.
(k) Luth. in lib. ad ſenat. Pragen. Coel. in actis & ſcriptis Luther. an. 1523.
Impium ad eos Lutheri conſilium.

Digitized by Google

Lutheri ſcripta a Bohemis exulla.

magis odio habent quam catholicos; nam adhuc hodie perdurat Pragæ Eccleſia catholica in priſcis patrum ritibus, & per omnem Bohemiam eſt paſſim reperire ſacerdotes, monachoſque catholicos, ut non ſit dubium ſi Lutherus Pragæ deprehenderetur graviſſimas daturus eſſet pœnas libri uſque adeo impii falſique & famoſi; ſcripta enim eius publica ſenatus edicto ibi ſunt interdicta generaliter.

LXVII. Inter alia vero falſa, quæ Lutherus de Calixtinis ſacerdotibus Pragenſibus ſcribit, ait illos Joannis Hus impia placita ſectari, a quo longe abhorrebant; ii ſi quidem catholicum de tranſubſtantiatione dogma venerabantur, ac vel omnino cum eccleſia Romana conſentiebant, vel tantummodo de uſu calicis diſſidebant: quos propterea Romanus Pontifex parvis admodum in rebus ab orthodoxis diſſentire ajebat, ut patet ex Clementis literis ad archiepiſcopum Strigonienſem datis (*a*), quem poſtquam egregio elogio ob navatam operam fidei Chriſtianæ retinendo ſplendori in Bohemia exornavit, collaudavit etiam de ſtudio ab ipſo ad Calixtinos ad Eccleſiæ catholicæ ritus conformandos adhibito: conjunxerant autem ſe iidem Calixtini catholicis ad ſpurciſſimos Pighardos tumultu populari Praga depellendos; quos cum Lutherani in eandem urbem revocare atque a catholicis divellere Calixtinos ac Pighardis conſociare anniterentur, Pontifex eumdem Strigonienſem archiepiſcopum in Ludovici Regis aula florentem gratia, ad comprimendos eorum conatus juſſit incumbere (*b*).

Calixtini a catholicis tantum uſu calicis diſſerepabant.

(*a*) *Lib. brev. an.* 1524. *p.* 516.

Strigonienſis archiep. labores egregii.

(*b*) *Id. ib.*

Archiepiſcopo Strigonienſi.

Clementis ad eum lit.

LXVIII. *Venerabilis frater. Quæ fuerit tua adverſus impiam & jam iſtic proſerpentem ſectam Lutheranorum opera, non ignoramus, & quantum quoque his proximis annis laboraveris, ut in Bohemiæ regno Calixtini, qui parvis admodum in rebus a fide catholica diſſentiunt, ad reconciliationem Chriſtianæ charitatis, & unionem dominici corporis reverterentur, plane cognitum habemus, ac noviſſime tuo potiſſimum conſilio ſcimus, & tua induſtria fuiſſe factum, ut perfidum atque peſtiferum Pighardorum genus, qua labe illa inclyta diu oppreſſa eſt Bohemia, a cœtu & civitate Pragenſium tumultu prope populari ſancto quidem & pio expellerentur, ac perfidiſſimi homines & perditiſſimi hæretici Dei omnipotentis juſtam iram ſentirent adverſum ſe eſſe concitatam. Quæ nos acta tua & opera digna illo honore, quem geris, & illa pia ac præclara voluntate, quam præſtas, nobis ita probata & grata ſunt, ut illis non ſolum laudem, ſed etiam magnam gratiam nos debere fateamur. Verum illud reſtat, ut quæ per te præclare cœpta ſunt, non ſinas neque per alias tuas occupationes poſtponi, neque per alicujus perfidiam diſturbari: etenim allatum ad nos eſt, quod magna cum dolore accepimus, eſſe qui curent & operam interponant, ut Calixtini, qui cum catholicis ſenſerunt contra Pigardos, ad concordiam cum eiſdem Pigardis reducantur: ac horum quidem ſpiritus rectus & bonus non ſine Dei numine contra peſtiferos illos hæreticos inflammatus refrigeretur; ſceleratis vero & nefariis hominibus pro ſcelerum ſuorum & impietatis pœna præmium ultro reſtitutionis donetur: quod nos neque quo conſilio tractatum, neque qua conſcientia ſuſceptum ſit, poſſumus intelligere: nam ſi in pravis hominibus ſperari poſſet ſententiæ mutatio, & præteritarum perniciosorum errorum ex pœnitentia dolor, nihil potius venia & miſericordia duceremus: ſed cum hujuſmodi ſpei nec ſpes ulla nec cauſa eſſe poſſit, cum eorum communio & contubernium cum melioribus, & aut recte de fide Chriſti aut non omnino ſiniſtre ſentientibus nihil aliud afferre poſſit, quam perniciem animabus, ſeditionem civitatibus, confuſionem populis. Quidnam eſt in hac tractatione concordiæ, quod aut Deo omnipotenti gratum aut regno illi & Regi poſſit eſſe ſalutare? cum præſertim etiam nos nihil ſit quod moleſtius laturi ſimus: &c. Dat. Romæ XXVIII. ſeptembris MDXXIV. pontificatus noſtri anno I.*

Studuere Calixtinos Pighardis conjungere.

LXIX. Uſus eſt quoque Clemens ejuſdem archiepiſcopi Strigonienſis (*c*) opera ad reſtinguendum incendium belli jam ante accenſi, ut vidimus, inter Sigiſmundum Poloniæ Regem & Albertum Brandeburgenſem equeſtris ordinis Pruſſiæ principem; tum etiam Matthæi Cardinalis Salisburgenſis (*d*), Caroli ducis Pragenſis arcis præfecti, Laurentii Cardinalis Campegii apoſtolici in Germania legati, ac denique Ludovici Hungariæ Regis, hiſce ad eum datis literis (*e*).

Bellum inter Cruciferos & Polonos ſopire nititur Clement.

(*c*) *Clem. p.* 502.

(*d*) *Id. ib.*

(*e*) *Ibid. p.* 468. 469. *ib. p.* 502.

Regi Hungariæ.

Pontificiæ ad Ungarum ea de re literæ.

Nihil prætermittimus vel laborando vel monendo, quo pax aliquando & optata tranquillitas Chriſtianitati tribuatur, & quæ tanta incendio excitata ſunt, inter Chriſtianos principes bella per Dei omnipotentis clementiam conquieſcant: eſt enim utrumque officii noſtri quantum nobis datum eſt, reſtinguere, & quæ inſtare & quæ commota bella, videntur, ne moveantur providere. Cum ergo memoria teneamus quo armorum diſſidio chariſſimi in Chriſto filii noſtri Sigiſmundus Poloniæ Rex, & dilectus filius B. Mariæ Theutho-

ni-

Digitized by Google

nicorum Pruſſiæ magiſter alias inter ſe decertarint, quorum aliquando diſcordia induciis aliquot annorum, ſopita, liſque & cauſa omnis in quoſdam principes, ex quibus una ſerenitas tua eſt, compromiſſa fuerit; quarum etiam induciarum, ut accepimus, propinquus eſt exitus, graviter timentes ne termino induciarum elapſo, re adhuc incompoſita remanente, novis diſſenſionibus rurſum in arma eatur, & hæc quoque afflictio afflictæ Chriſtianitati addatur, ſerenitatem tuam duximus pluri mum in Domino requirendam, ut Dei primum ipſius intuitu, qui pacis maxime amator & author eſt, deinde omni modo quos vides profecto pro pace & concordia ita laborantes, ut hic noſter labor & hæc animi ſolicitudo a te quoque pro tua parte ſublevanda, & re juvanda ſit, velis authoritate & prudentia tua ita ſuſcipere tractandam & componendam rem, ut vel omnibus cauſis contentionum reciſis, pax & fida ſocietas inter ipſos jam dictos Regem magiſtrumque jungatur; vel ſi hoc nimium nunc difficile eſt, induciæ ſaltem ipſæ ad aliud non breve tempus prorogentur, quo poſſit interea quod ad placandos animos ſedandaſque contentiones pertinebit, commodius provideri in quo nos quoque omnem operam, ſtudium, laborem, authoritatemque noſtram interpoſituri ſumus. Hanc rem eo quo nos deſideramus ſtudio, ſi tua ſerenitas tractandam conficiendamque ſumpſerit, non ſolum Deo & nobis rem gratam ſuoque honori congruentem fecerit, ſed conſuluerit etiam pro parte ſua labanti & ruenti Chriſtianæ rei, quæ maximis damnis & calamitatibus ita concutitur extraque vexata: ſi has autem malorum ſenſerit acceſſiones, quomodo latura & ſuſtentatura ſit tantum pondus incommodorum non eſt facile videre. De his mandavimus dilectis filiis Laurentio Cardinali legato & Joanni Antonio Pulleoni nuntio, ut cum ſerenitate tua noſtro nomine conferant, quorum utrique & ſcribenti & loquenti fidem ea habebit. Dat. Romæ die XIX. octobris MDXXIV. pontificatus noſtri anno I.

LXX. Pruſſorum princeps ad Lutheranam hæreſim deficit. (a) *Sur. in comment. an.* 1525.

Compoſitam proximo anno illos inter pacem: ſed cum ex illa fidei catholicæ majeſtas reflореſcere debuiſſet, deficiente ad Lutheranam laſciviam Alberto (*a*), ſcortumque, nobiliſſimum ſcilicet Danorum Regis filiam nomine Dorotheam conjugii ſpecie ducente, fœdata eſt. Dorotheæ porro parens Chriſtiernus, poſtquam Lutherana lue reſperſus fuiſſet, ex Dania profugerat in Belgium ad Iſabellam Caroli Cæſaris ſororem, inque peregrino ſolo Lundenſi archiepiſcopo, quem antea pepulerat Dania, familiariter uſus eſt, ut refert Surius (*b*): *Cum, inquit, Rex ille e Dania aufugit jam illum præceſſerat archiepiſcopus Lundenſis Georgius Scotborch, cujus non multo ante meminimus, fugiens ejus Regis tyrannidem. Et ecce dum moratur Amſterdami, quod eſt Batavorum inſigne emporium, Rex quoque Chriſtiernus eo pervenit, ibique archiepiſcopum exulem invenit, & quem paulo ante crudeliter perſecutus erat, jam familiariter allocutus eſt in ſolo peregrino obſtupeſcente epiſcopo ad tam ſubitam Regis calamitatem. Poſſunt eo exemplo admoneri, qui præſenti fortunæ nimium fidentes, inſoleſcunt, & ad crudelitatem & tyrannidem ſua potentia abutuntur, perinde ac ſi Deo non ſint curæ res humanæ.* Capeſſiverat, ejecto Chriſtierno, Daniæ ſceptrum Fridericus Holſatorum princeps. Ne vero in iis ſeptentrionalibus regnis hæreſis ſerperet, Clemens Laurentium Campegium Cardinalem Germaniæ Pannoniæque legatum etiam Daniæ (*c*), Sueciæ, Norvvegiæque res eccleſiaſticas curare juſſit.

(*b*) *Sur. in comment. ann.* 1525. Chriſtiernus Rex Daniæ Lutheranus regno pulſus. Familiariter utitur archiepiſcopo Lundenſi quem pepulerat. Fridericus Holſatiæ princeps Dania potitus.

(*c*) *Clem. lib. brev. an.* 1524. *p.* 2.

LXXI. (*d*) *Ib. p.* 161.

Nec modo in ea regna, verum in Moſcoviam curas pontificias protendit (*d*), hortatus ad commune religionis fœdus Baſilium ducem, de quo ante mentio facta eſt; ac Paulum Centurionem Genuenſem ad eum legavit. Narrat de hoc Paulo Jovius (*e*), illum diu ante acceptis a Leone X. Pontifice literis commendatitiis, mercaturæ cauſa in Moſcoviam ſe contuliſſe, atque cum Baſilii principis familiaribus de conjungenda Romanæ Moſcovitica eccleſia egiſſe, ut Chriſtianum imperium adverſus Turcas majoribus viribus polleret. Adeo hi ſermones grati fuere duci, ut Paulum ipſum e mercatore legatum factum ad Hadrianum VI. Pontificem miſerit; ſiquidem jam antea piam eam voluntatem diu aluerat, ut narrat Paulus Jovius his verbis (*f*): *Paulus ex mercatore legatus factus Baſilii literas Leone jam vita functo ad Hadrianum Pontificem retulit: quibus ille cum multo verborum honore egregiam voluntatem erga Romanum Pontificem oſtendebat: paucis enim ante annis Baſilius ardente cum Polonis bello, cum Lateranenſis conventus haberetur, per Joannem Daciæ Regem, hujus Chriſtierni, qui nuper regno expulſus eſt, patrem poſtularat, ut iter tutum legatis Moſcovitis ad urbem Romam præberetur: verum cum eodem forte die & Joannes Rex & Julius Pontifex ab humanis exceſſiſſent, ſublato ad id ſequeſtro, conſilium mittendæ legationis omiſſit. Exarſit ſubinde bellum inter ipſum & Sigiſmundum Poloniæ Regem: quod cum inſigni ad Boriſthenem parta victoria*

(*e*) *Ib. p.* 251.

(*f*) *Id. ib.* Literæ a Moſco ad Hadrianum miſſæ.

CurMoſchi a Rom. Pont. iterum ab alienati.

ria a Polono feliciter confectum eſſet. Romæ ſupplicationes ſunt decretæ veluti devictis cæſiſque Chriſtiani nominis hoſtibus: quæ res & Regem ipſum Baſilium & univerſam gentem ab Romano Pontifice haud mediocriter alienavit. At cum Hadrianus VI. fato extinctus Paulum jam ſecundo itineri accinctum deſtituiſſet, ſuffectus ei Clemens VII. illum etiam tum orientis iter inſano animo volutantem, cum literis in Moſchoviam tranſmiſit, quibus Baſilium propenſiſſimis adhortationibus invitabat ad agnoſcendam Romanæ eccleſiæ majeſtatem, feriendumque communibus in religione ſenſibus perpetuum fœdus, quod illi maxime ſalutare atque honorificum fore teſtabatur: ita ut Pontifex polliceri videretur, ſe ex ſacroſancta authoritate pontificia eum Regem collatis regalibus ornamentis appellaturum, ſi rejectis Græcorum dognatibus, ad authoritatem Romanæ eccleſiæ ſe conferret: cupiebat enim Baſilius regii nominis titulum conceſſione pontificia promereri, quam id dare ſacroſancti juris eſſe, & pontificiæ majeſtatis judicaret, quando & ipſos quoque Cæſares a pontificibus maximis diadema aureum & ſceptrum Romani imperii inſignia accipere inveterata conſuetudine cognoviſſet: quamquam & id pluribus a Cæſare Maximiliano legationibus poſtulaſſe ferebatur. Conceptæ ſunt eæ in pontificio regeſto hiſce verbis literæ (a).

Secunda Pauli Genuenſis legatio. Regius titulus Moſcho promiſſus ſi Romanæ Eccleſiæ ſe conjungat.

(a) *Lib. brev. an.* 1524. *p.*251.

LXXII. Pontif. ad ducem Baſilium literæ.

Nobili viro Baſilio duci Moſcoviæ.

Dilecte fili. Locutus eſt nobis dilectus filius Paulus Centurio civis Genuenſis de nobilitate tua plurimum, eaque narravit, quæ partim antea noveramus, partim quæ noſſe & intelligere magnopere deſiderabamus: nam eximiam virtutem tuam, & in omnibus arduis rebus magnitudinem animi, ſplendoremque dignum tanti principis gloria habebamus nos jampridem cognitum: quod vero, ut ipſe Paulus nobis retulit, optima mente & voluntate erga rempublicam Chriſtianam & ſanctam hanc Apoſtolicam ſedem eſſes, aliquamque inter nos conjunctionem arctioris amicitiæ, ac benivolentiæ, quam nos omni affectu cupimus, tu quoque non aſpernaturus eſſes, hoc nobis audire & cognoſcere ſupra omnia fuit jucundiſſimum, præſertim cum memores apprime ſimus, quam erga te amicam & benivolam ſemper geſſerimus voluntatem: nam a tempore felicis recordationis Alexandri VI. prædeceſſoris noſtri cum tui legati componendarum [ut tunc audiebamus] rerum ſuarum cauſa in urbe Roma verſarentur, magnum dolorem accepimus, nihil fuiſſe concluſum: & deinde piæ memoriæ Leone X. prædeceſſore & fratre patruele noſtro univerſalem Eccleſiam regente, cum aliquantulum apud illum authoritate valeremus, recordamur cum magna ſpe & lætitia noſtra non ſemel ab eo ad te amiciſſime atque humaniſſime ſcriptum fuiſſe: quo enim tempore idem Paulus ipſius Leonis literis in ſui commendationem ad te allatis multa ſe a liberalitate tua conſecutum fuiſſe affirmat; ſed hoc ſanctum amoris & amicitiæ fœdus, quod tibi cum Apoſtolica ſede intercedere optavimus ſemper, ſi ſummus & omnipotens Deus tribueret nobis, ut nos ipſi tecum ad ipſius Dei honorem & communem utriuſque noſtram voluptatem faceremus, profecto tanto divinitus beneficio nos affectos arbitraremur, quo majus ullum vix deſiderare poſſumus: tibi vero & benignitati tuæ, ſi te nobis promptum & facilem præberes, perpetuam gratiam deberemus.

Ut Moſchi cum Alex. VI. de conjunctione cum Rom. eccl. egerint.

Redintegratum a Leone de ea re colloquium.

LXXIII.

Cum igitur idem Paulus affirmaret, ſe iterum ad nobilitatem tuam velle reverti, has omnino ad te literas dare decrevimus, quas ſive per manus ipſius Pauli, ſive alterius cujuſvis accepturus eſſes, quod propter longinquitatem itinerum & viæ diſcrimina unius hominis ſalus ſæpe periclitari poteſt; hortamur & oramus nobilitatem tuam, ut amico animo & benigna mente legas & percipias, noſtraſque preces & promiſſiones ita ad animum tum propitia tua voluntate ſinas pervenire, ex vero amoris affectu, & ex noſtra paterna erga te mente & charitate procedere videbuntur. Nos, fili chariſſime, ita amavimus ſemper nobilitatem tuam propter virtutis famam animique præſtantiam, ut nihil ardentius optaremus, quam te eſſe in communi ſententia nobiſcum cum reliquo Chriſtianitatis corpore, & præſertim cum ſede Apoſtolica omnibus rebus unanimem atque conjunctum; quod adhuc factum non eſt ſuperiorum temporum, ut potuimus intelligere, culpa; nunc vero nobis, divino admirabili beneficio ſedem Petri obtinentibus, quid cauſæ eſſe debet, cur tu nobis, amicitiam & ſocietatem tuam ſitientibus non pari ſtudio amoris reſpondeas; ac tanto deſiderio noſtro humanitatem tuam accommodes? Noſtra dignitas ejuſmodi eſt, & ita in excelſo poſita, ut multi pares tui maximum illi honorem habere ſoliti ſint; ſed nos, qui vere Chriſti vicarium eſſe cupimus, a quo humilitatis exemplo inprimis ſumus eruditi, omnem noſtram dignitatem, non in expectando, ut rogemur, ſed in rogando & precando ponimus, ſi modo noſtra deprecatio ſummo Deo accepta ſit, illis ipſis, quos rogamus, utilis & honorifica. Hoc igitur animo petimus a te, fili chariſſime, ut quo nos conjunctionem tuam appetimus deſiderio, ſimili tu voluntate te nobis affectum præ-

Maxima amoris ſignificati oſtenſa Moſcho a Clemente.

beas

beas in fœdere quidem & amicitia æqualem, & tamquam fratrem, in amore filium, ſicut nos te paterna charitate deſideramus complecti. Quod ſi Deo mentem tuam recte inſpirante nobiſcum & cum ſancta ſede hac unanimis eſſe inſtitueris, & ſive per nuntium tuum hominem a te dilectum, cui confidere poſſimus, ſive alia quapiam via & ratione de tua optima erga nos mente & parata noſtris deſideriis voluntate nos certiores effeceris, intelliges, & re ipſa experieris, nos tantam gerere tui honoris & tuæ amplificandæ dignitatis curam, ut nunquam te in hoc conſilium cogitationemque ineundæ nobiſcum amicitiæ & conjunctionis veniſſe pœniteat, ſicut ſupradictus Paulus, aut pro eo aliquis alter tecum copioſius loquetur, cui fidem in his habere, eumque tua gratia & benignitate proſequi non gravaberis. Dat. Romæ die xxv. *maii MDXXIV. pontificatus noſtri anno* 1.

LXXIV. Legatio decreta a Moſcho ad Pont.

LXXIV. Accepit perhumaniter pontificiam legationem Joannes Baſilius, ac Demetrium multis legationibus apud Pruſſiæ magiſtrum & Maximilianum Imperatorem perfunctum Romam tranſmiſit proximo anno, pollicitus lubenter, cum cæteris Chriſtianis principibus religioſa fœdera armorumque ſocietatem in Turcas ſe initurum. Obſuit tam egregio conſilio Lutherana hæreſis, quæ Turcarum incrementis favit; ob conflatas enim a Luthero ejuſque ſectatoribus ſeditiones nulla auxilia Hungaris e Germania ſubmiſſa ſunt, quantumvis a Ludovici Regis oratoribus ſubſidiaria arma efflagitata ad Albamregalem recuperandam frangendoſque Turcicos impetus viderimus. Redacta fuerat in barbarorum poteſtatem una cum aliis arcibus Scodra, vulgo Scutari nuncupata, uti oſtendunt Clementis literæ ad epiſcopum Scutarenſem datæ (*a*); quibus ipſe reſidendi in ea urbe religione ſolutus eſt, quandiu illa tyrrannico Turcarum jugo premeretur. Cumque eo aperto aditu Turcæ in Croatiam irruerent, Pontifex ad muniendas arces incubuit, ac Bernardum Frangipanem ejuſque filios, tum Georgium & Mattiam Veliæ Modenſiæque regulos cohortatus eſt (*b*), ut Chriſtianam rem forti animo adverſus Turcicas irruptiones tuerentur.

De fœdere in Turcas ineundo Moſcus agit. Obſtat Lutherana ſecta.

Scodra in Turcarum poteſtatem redacta.

(*a*) *Lib. brev. an.* 1524. *p.* 472.

Croates Pontifex urget ut ſe in Turcas commoveant.

(*b*) *Ib. p.* 515.

LXXV. Sparſus rumor Hungarum paciſci cum Turca.

LXXV. Cum igitur Germani Hungaro petita in Turcarum auxilia non ſuppeditarent, perlatus eſt Pontifici nuntius Ludovicum Pannoniæ Regem cum Turcarum Imperatore iniquiſſimis conditionibus pacem pepigiſſe, ſcilicet in Solimani clientelam ſe commendaſſe, illique viam ad vaſtandam ſubiiciendamque Germaniam patefacturum: ex quo licet timore perculſus fuerit Pontifex, non tamen animum plane inducere potuit, tantum dedecus a Ludovico Rege ſuſceptum. Itaque Joannis Matthæi Guiberti (*c*) datarii opera Thomam e Vio exaratis xxx. martii literis Cardinalem S. Sixti in Hungaria legatum moneri juſſit, ut rem diligentiſſime perquireret, ac ſi falſam deprehenderet, ne quam conceptæ ſiniſtræ de Hungarorum fide ſuſpicionis ſignificationem jaceret: ſi autem famam veram eſſe comperiret, cauſas ad reſciodendum nefarium fœdus illi exponeret, nimirum fundendum eſſe pro tuenda fide cruorem Chriſti exemplo, qui ſuum pro noſtra ſalute fudit: æternam ignominiæ maculam in Ludovici Regis nomine inſeſſuram, ſi populum Chriſtianum hoſti immaniſſimo proderet: ipſum intoleranda ſervitute premendum, ſi ſe dederet tyranno, qui nihil aliud quam illius perniciem moliretur, ut ſolus Pannonia potiretur; & quamvis Turcicæ faces in finitima regna ferendæ eſſent, Hungariam tamen omnium primam arſuram: non deeſſe Ludovico ad retundendum barbarorum præſidia, cum Regem Poloniæ fortiſſimum patruum, ſororiumque Cæſarem, omnium, qui a pluribus ſæculis Germanicum ſceptrum tenuiſſent, potentiſſimum haberet: excubare aſſidue in Pannoniæ ſalutem Clementem Pontificem, qui cum ante adeptos apices apoſtolicos patrocinium Hungarorum in curia Romana geſſiſſet, ita tum patris ac paſtoris officium non prætermiſſurus eſſet: alte ipſi animo adhærere, Ludovicum Regem, Leonis patruelis clientelæ ab Wladislao Rege moribundo commendatum, omnemque daturum operam, ne Turca nobiliſſimum Chriſtianæ reipublicæ membrum dilaniet: incumbere omni ſtudio ad redigendos in mutuam pacem principes: recenter archiepiſcopum Capuanum ad eos miſſum, in Germaniam ad rebelles Lutheranos motus compeſcendos Cardinalem Campegium legatum nec adductam in diſcrimen ſalutem regiam, cum ſe arma Turcica adverſus Hungaros verti non poſſent; quandoquidem Ægyptus opera Achomatis præfecti rebellionem fecerat, vireſque barbaricæ Rhodia obſidione exhauſtæ erant. Miſſæ eodem argumento fuere ad Thomam de Vio Cardinalem Cajetanum legatum pontificiæ literæ Hungariæ & Poloniæ Regibus inſcriptæ, ut eas, prout conditio temporum ferret, porrigere poſſet. Cæterum eidem legato ſignificarum eſt, ut ex Hungarica legatione reverteretur, de qua revocata (*d*) tranſfuſaque in Laurentium Campegium datæ jam ante extant ad eum

& Hun-

(*c*) *Ext. ibid. p.* 120.

Pontificia ad Hungarum monita.

Retardatus Turca ab Hungariæ expugnatione.

(*d*) *Lib. brev. ann.* 1524. *p.* 3.

(a) Ib. p. 2.

& Hungarum Regem Clementis literæ (a). Nullum ab Hungaro Rege pacis fœdus cum Turca percuſſum eſt; nec tamen Chriſtiani principes in mutua prælia coeuntes ſubſidia miſere, turbatamque graviori clade Pannoniam Severina arce munitiſſima, quæ inter Albam regalem Budamque interjacens barbaricas graſſationes arcebat, expugnata, deflebimus.

LXXVI. Meditatur Solymannus in Achomatem Ægypto potitum arma vertere. Confirmatus in rebellione Achomates Chriſtiani ſubſidii ſpe. (b) Ib. p. 164.

Petebat vero ab Hungaro pacem Solimannus, ut impetus omnes in Ægyptum converteret adverſus Achomatem præfectum, qui memor illatæ ſibi a tyranno injuriæ intentatique ſupplicii in Rhodia obſidione jugum Turcicum excuſſerat, atque Alcairum in defectionem traxerat, ſuſcepto ſultani nomine; ac reliquiis Mamalucorum, necnon Chriſtianorum virtute fultus bellum eidem Solimanno indixerat; cui Pontifex de armorum fœdere poſtulatus ſpopondit (b) daturum ſe operam, ut compoſitis civilibus bellis Chriſtiana arma adverſus Turcam verterentur.

Principi multum magno & potenti Achmat Beg Ægypti ſultano.

Clementis ad Achomatem literæ.

Magnam lætitiam accepimus poſtquam intelleximus te regnum Ægypti & ejus regni circumſtantias, ac ſultani nomen ad tuam poteſtatem & imperium tranſtuliſſe, eripuiſſeque illis; quibus & nihil unquam ſatis eſt, & omnis ſuorum ducum & miniſtrorum virtus ſemper infenſa eſſe ſolet: laudamuſque multum in hac re ſapientiam tuam; animi quoque altitudinem magni facimus, qui te judicaveris ad imperandum, quam ad ſerviendum eſſe digniorem: nos licet fidei & ſanctæ religionis vinculo tecum, quod aliquando fuimus, nunc conjuncti non ſimus, tamen fama tuæ egregiæ virtutis adducti, quam in Rhodiorum obſidione cognitam ipſe Rhodi magiſter ad nos rediens, multum nobis commendavit, non poſſumus te non diligere, & tibi omnia proſpera optare, præſertim cum omnis tua ſublimatio nobis & Chriſtiano nomini utilis & commoda ſit: tu enim eidem hoſti Turco bellum & inimicitias indixiſti, quem nos & Chriſtianitas univerſa capitaliſſimum hoſtem habet, adverſus quem pro communi noſtra utilitate ambo armati atque animati eſſe debemus; ac nobis quidem & generi Chriſtiano non deeſſent vires animuſque illum hoſtem debellandi, niſi Deo omnipotente nos pro noſtris peccatis flagellante, jam multos annos bellis & diſcordiis inteſtinis laboraremus: quas diſcordias ſi, Deo adjuvante, ut de proximo ſperamus compoſuerimus, & ipſe Turcus noſtram virtutem cum detrimento ſuo, & tu noſtram benignitatem cum tua utilitate poteris experiri: ſperamus enim te ad ſtabilitatem regni tui viribus noſtrorum, apud quos vis virtuſque bellica ſumma eſt, uſurum; nos vero ad commoditatem fidei noſtræ ſanctæ & Chriſtianorum ſancta illa loca Jeruſalem viſitantium tuam liberalitatem & humanitatem experturos. His omnibus de cauſis, & ut animum noſtrum erga te, ac deſiderium, quod habemus omnis felicitatis tuæ melius perſpiceres, elegimus dilectum filium Joannem Breſſorum equitum Jeroſolymitanum præſentium latorem, quem ad te mittimus, hominem prudentem & nobis fidum, qui tibi multa ex parte noſtra ad novi ſtatus tui corroborationem pertinentia ſignificabit, cui tanquam nobis ipſis credere poteris. Quod ſi aut ea ſtatim agere, quæ ille te admonuerit, aut hominem ex tuis fidum ad nos mittere volueris, qui a nobis omnia cognoſcat, experiere cum tuo magno commodo & in Chriſtianis hominibus virtutem ac prudentiam eſſe, & in nobis fidem. Verus Deus, quem nos adoramus, det tibi gaudium ex inimico & proſperitatem, ut deinde divinis muneribus provocatus acquiras illius cognitionem & amorem. Dat. Romæ, &c. XVII. aprilis MDXXIV. pontificatus noſtri anno 1. [1]

Promiſſa illi compoſitis inteſtinis diſcordiis auxilia.

Miſſus ad Achomatem orator a Pont.

LXXVII.

Non opportuno tempore lata ſunt a Chriſtianis arma ſubſidiaria: nam antequam civilia bella ſedari poſſent, Solimannus Abrahimum baſſam adverſus Achomatem ſubmiſit (c), qui Turcarum ad ipſum transfugientium ope brevi Achmetem cepit, atque interemit, & Alcairum in Solimanni fide & obſequio continuit, Byzantium vero reverſus bellerbeja dignitate ornatus eſt. Ex hac Achomatis novi Ægypti ſultani clade Chriſtiani imperii res vehementer afflictæ fuere; nam Rhodus uti ſperabatur, recuperari non potuit, ac Solimannus Ægypto Syriaque

(c) Boſius p. 3. hiſt. equit. Hieroſ. Bizar. rer. Perſic. l. 11.

Non lata ſunt a Chriſtianis auxilia.

NOTÆ [1] UT ſua veritas conſtet hiſtoriæ, errata annaliſtæ quædam, levia licet & parva hic emendanda ſunt. Achmetes præcedenti anno 1523. egiræ 929. in Ægypti præfecturam miſſus ſtatim turbas ciere cœpit, quæ non diu poſt in apertam defectionem evaſerunt. Verum Solimanus celeritate ſua id effecit, ut vix exoriens ignis ſuffocaretur; etenim ne motis quidem armis miſſus Mahometes Bei Cairi proditorem interfecit; dein ſubſtitutus Ibraimus Baſſi cum exercitu ſeditionis nondum penitus ſopitæ reliquias extinxit. Ita Hali Muſtafà in ſua chronologia hiſtor. Italice verſa. Expeditio iſta majoris æſtimata eſt a Chriſtianis quam a Turcis, a quibus ne in annalibus quidem Turcicis, a Leunclavio vulgatis, recenſione digna reputata eſt. MANSI

Achomates a Turca victus & interfectus.

riaque pacatis vires omnes ad obruendam Hungariam intendit, ut dicetur inferius.

LXXVIII. Clemens concordiæ interpretem fruſtra agit inter Gallum & Hiſp. Quid ab ipſo reſponſum Carolo V. & Franc. I.

Non defuiſſe autem Pontificem ſponſioni præſtitæ Achomari ſultano de tentanda Chriſtianorum principum concordia ad Turcam communibus armis oppugnandum, oſtendunt navati ab eo labores ad funeſtum bellum extinguendum: ſiquidem cum a Carolo V. & Franciſco I. urgeretur, ut in eorum partes concederet, conſtanter reſpondiſſe vidimus, communis tantum parentis officio utrumque complexurum, non alterius in alterum iras indigne ſuſcepturum: quo argumento Carolo V. illius amicitiam prenſanti magnificis verborum officiis, rogantique ut icta a prædeceſſoribus armorum in Italia adverſus Gallos fœdera tueretur, reſpondit (a) paterno in omnes Chriſtianos ſtudio id efficere, quos temporum calamitas doceret in non mutua bella concitandos, ſed amicitia ad contundenda Turcarum religioni & publicæ omnium rei inſidiantium molimina connectendos: cæterum impoſitam ſibi inſerviendi Dei voluntatibus neceſſitatem: ſecundum vero Deum omnia illi amantiſſimi patris præſtiturum officia: exhauſtam viribus opibuſque Italiam pacis commoda depoſcere, ac res ipſius jam florentes vel induciis vel pace conſtabilitum iri.

(a) *Eod. lib. brev. ann. 1524. p. 150.*

Cæſari.

Perhumanæ ad Carol. V. Clementis literæ.

Recte judicat de nobis ſerenitas, tua, cum ſibi habet, ut ſcribit, perſuaſum, planeque & liquido conſtare affirmat, per omnes gradus dignitatis noſtræ pari ſemper benivolentia nos erga eam futuros, aut eo etiam majore, quo majoribus opibus præditi commodius illam declarare poſſemus. Nobis quidem amantiſſimis tui & tuarum rerum omnium, & ſi cauſcientia ipſa noſtræ perpetuæ atque immutabilis erga te, tuæque viciſſim erga nos voluntatis contenti eſſe poteramus, tamen incredibilem quandam lætitiam attulit dulcis illa in literis tuis atque plena ingenuæ humanitatis prædicatio, qua animum optimum noſtrum, non ſolum tibi notum, verum etiam gratum teſtatus es; gratiamque habemus dilecto filio nobili viro Viceregi tuo Neapolitano, quod amicum & fidele teſtimonium veritati præbuerit. Ac nos quidem in hac ſumus deliberatione ac ſententia, nihil ut in humanis rebus præſtabilius, nec magis nobis optandum eſſe judicemus conjunctione ea, quæ inter nos eſt; ſive enim præterita noſtra tempora cogitatione repetimus, tuis plurimis officiis ac maximis benivolentiæ indiciis ſumus obligati; ſive præſentia conſiliorum noſtrorum omnium, quorum ſumma ad commune bonum Chriſtianitatis tota dirigitur, perficiendorum ſpem in tuæ ſerenitatis virtute, ſapientia, pietate poſitam habemus: ſcimus enim animum iſtum tuum optimum & præſtantiſſimum, & propter gratiam, quam Deo debes, hoc idem nobiſcum una velle, & propter vim atque authoritatem, qua ferme omnia poteſt, maximo adjumento Chriſtianæ reipublicæ futurum eſſe. Quapropter his etiam cauſis talibus atque tantis noſtrum flagrantiſſimum amorem, quo tibi, fili noſter vere chariſſime, affecti ſumus, concomitantibus perſuade tibi id, quod tamen habes merito perſuaſiſſimum, nulla unquam tempora, nullius contrarias ſuaſiones, neque aliquas quorumvis nobis oblatas conditiones nos ab hac voluntate atque ſententia, qua unum tecum, ut tu amantiſſime ſcribis, tanquam pater & filius eſſe volumus, vel minimum eſſe abducturas. Quod autem ad res Italiæ attinet; in communi ſtudio judicioque noſtro, qua idem, quod tu, ſpectamus & cupimus, ſuſcipienda nobis tamen fuit perſona paſtoris patriſque communis.

Reddita ab eo ratio cur fœdus ab Hadriano percuſſum ſervandum non ſit.

Itaque cum Italiæ populi, qui contribuere ad belli ſumptum ſoliti erant, finito tempore, quod fuerat in conventionibus expreſſum, aliquid non præterea tribuiſſent, implorarent & tuam & noſtram miſericordiam, ſeſeque exhauſtos & impotentes omnino teſtarentur, noſque illorum inopiæ & plurimarum calamitatum conſcii eſſemus, quominus aſpere & acerbe ageremus cum illis, ſumus pietate quadam & illa etiam ratione retardati, quod non poteramus id agere ſine manifeſta declaratione noſtræ non jam paternæ in omnes, ſed contra aliquos hoſtilis voluntatis, quo nihil magis eſſe arbitrati ſumus neque ingratum Deo, neque Chriſtianæ reipublicæ hoc tempore incommodum, niſi enim hanc opinionem retineamus, nos omnibus velle patrio affectu æque eſſe conſultum, omnis e veſtigio noſtra authoritas vel ad pacem communem conſtituendam, quod unum eſt maxime labenti Chriſtianitati hoc tempore neceſſarium, vel ad convocandos in auxilium principes, ſi hoſtis præpotens, ut jam minitatur Turca, ingruat; vel ad dignitatem ſedis Apoſtolicæ, quæ tota fere dilapſa eſt, in aliquem commodiorem ſtatum redintegrandam, prorſus perierit: quod damnum tua quoque ſerenitas ſenſura eſſet; quanto plus enim in nobis erat authoritatis, quoniam eam nos in omni varietate temporum, quorum eventus ſæpe incerti ſunt, tuæ ſerenitati totam deferimus, tanto erimus tibi utiliores; & ſicut nunc poſſides in nobis amiciſſimi benivolentiſſimique perſonam, poſſidebis etiam patris, nam ſecundum Deum omnipotentem, LXXIX.

Pontificem obſtringi ad patrium ſtudium erga omnes ſervandum.

cu-

Digitized by Google

cuius maxime numen & voluntatem ſpectare nos oportet, tu unus es potiſſimum, & ſemper futurus es, cuius voluntati & amori omni inhæſura ſunt & ſtudia & conſilia noſtra. His igitur de cauſis ab aperta omni ſignificatione abſtinuimus; quod autem bono modo fieri a nobis potuit, non defuimus rebus tuis & tuorum, quantum quidem potuimus, & quantum ſedis Apoſtolicæ tenuitas potuit perferre, cuius tu debilitatem & inopiam utinam præſens inſpicere, & manibus quodammodo contrectare poſſes; quamquam hoc non ſedis Apoſtolicæ dumtaxat, ſed totius Italiæ commune malum eſt, quæ exinanita omnis, & exhauſta quietem ſpiramentumque efflagitat, ut etiam ad ſerenitatis tuæ bonitatem ſapientiamque pertineat, quando omnia iſtis recuperatis rebus tuis, ad votum tibi divino beneficio proceſſerunt [quo nuncio ex literis tuis valde lætati ſumus] res autem Italiæ vel tibi honorificis induciis, vel etiam commodiori exitu ſedari poſſe videantur. Convertere jam animum ad cogitationes pacis, & tranquillitatem Chriſtianæ reipublicæ, tua quoque authoritate & prudentia conſtitutam velle, ſicut jam ex venerabili fratre Nicolao archiepiſcopo Capuano noſtrorum omnium voluntatum conſcio, quem te de ſtudiis & deſideriis noſtris omnibus certiorem feciſſe confidimus, intelligere plenius potuiſti. Dat. Romæ, &c. XIV. aprilis MDXXIV. pontificatus noſtri anno 1.

Monitus Carolus V. ut pacem induciaſve ineat.

LXXX. Clementem ſibi devincire Gallus annititur. (a) *Ib. p.* 151.

Suggeſſerat etiam paucis ante diebus Clemens pacis conſilia Franciſco Gallorum Regi, qui literis refertis pluribus amoris & obſervantiæ ſignificationibus efflagitarat, ne Hiſpano Regi fœdere jungi vellet: cui reſponſum eſt (*a*), omnia pontificia ſtudia ad rempublicam Chriſtianam bellis civilibus depreſſam erigendam verſum iri, inque omnes paterna ſtudia ſe expliciturum.

Franciæ Regi

Clementis ad eum reſponſum.

Gratæ & amabiles ſerenitatis tuæ literæ, quas etiam dilectus filius Franciſcus Marſei ſua prudentia & ſermone apto ſubſecutus eſt, animum noſtrum ſic affecerunt, ut vere videremur in illis omnem imaginem tui erga nos amoris expreſſam cognoſcere: cui niſi reſponderemus pari benivolentia, profecto noſmetipſos ingratos eſſe indicaremus. Et quidem hoc animo fuimus a noſtri pontificatus initio, ut omni omiſſa & rejecta privati commodi ratione, mentem & voluntatem induceremus patris omnibus communis & æqui: ſatis enim intelligimus hoc & Deo a nobis deberi, & officio noſtro; ſed non id ſolum nos cogitaſſe, verum etiam reipſa præſtitiſſe, tu es optimus teſtis: ſcis enim cum & fide ac obligatione antea aſtricti maximis beneficiis devincti eſſemus, hoc honore accepto retraxiſſe nos potius ſtudia illa ſuperiora noſtra, quam protuliſſe tantumque reliquiſſe fidei noſtræ priſtinæ, quantum ſine aperta quaſi denunciatione novarum inimicitiarum prætermitti non potuit, reliqua multa & magna, quæ a nobis forte poterant expectari, ita contraximus, ut omnibus recte judicantibus potuerit apparere Dei magis a nobis & debiti noſtri, quam ullius proprii affectus haberi rationem. Quamobrem hoc volumus tuæ ſerenitati eſſe perſuaſiſſimum, nos æquali primum animo, ut bonum Pontificem decet, erga Chriſtianos principes, & paterna in omnes eſſe voluntate, plurimum autem deinde illis debituros, qui ſua ſtudia atque auxilia ad commune bonum Chriſtianæ reipublicæ nobis profitebuntur, quam laborantem tot calamitatibus & modis omnibus afflictam, ut fulcire & ſuſtentare poſſimus, non tam humani conſilii res eſt, quam divini auxilii. Itaque tuarum literarum promiſſiones plenas conſtantiæ & amoris, tantoque Rege digniſſimas in eam partem accipimus, ut ſperare debeamus pace aliquando conciliata [quod noſtrum ſummum immenſumque deſiderium dominus Deus ſua gratia & clementia proſperum facere dignetur] nos tuæ ſerenitatis virtute atque præſidio pleraque aut delapſa iam dudum, aut etiam nunc ad ruinam præcipitantia, quæ quidem ad veræ cultum religionis, & ad veram gloriam honoremque pertinent, in integrum reſtituturos. Hac igitur ſpe, quam in te poſitam habemus, cum illo amore conjuncta, quem nobis præclare in literis tuis expriмis, eo nos animo in omnem dignitatem tuam eſſe puta, quo certe eſſe debemus optimo & amantiſſimo, quem ſi experiri volueris, efficiemus ut cognoſcas te ſanctæ eccleſiæ primogenitum filium a nobis omni patria indulgentia & benivolentia foveri, &c. Dat. Romæ x. aprilis MDXXIV. pontificatus noſtri anno 1.

Profeſſus non rei privatæ ſed divinæ a ſe rationem haberi.

Commendavit pontificia conſilia de pace inter Carolum & Franciſcum redintegranda Henricus Anglorum Rex, ſuamque Apoſtolicæ ſedi pro communi Chriſtianæ reipublicæ provehenda cauſa operam detulit. Pontifex gratiis ei actis de Nicolao archiepiſcopo Capuano ad diſſidentes Reges conciliandos miſſo, ipſumque denique adituro fecit certiorem (*b*).

LXXXI. Commendata ab Anglo Clementis ſtudia de pace inter Gallum & Carol. V. concilianda. (*b*) *Ib. p.* 156.

Regi Angliæ.

Clem. ad Anglum lit.

Ex literis tuis XXV. *martii datis, & ex venerabilis fratris Joannis epiſcopi Bathonienſis oratoris apud nos tui ſermonibus cognovimus ingenuitatem literarum noſtrarum*

rum, quibus ad ſerenitatem tuam ſtatum rerum, quæ tunc erant, aperte & dilucide perſcripſeramus, probatam tibi admodum gratamque fuiſſe: quod nos certe, qui veritatem potiſſimum diligimus, eique ſemper hærere intendimus, etiam tuæ ſerenitatis optima mente & ingenii præſtantia fieri fecimus libenter. Ac nos quidem in hac eadem ſententia conſtantes tua ſerenitas inveniet, nihil diſſimulantes, aut ſimulantes eorum, quæ ad communem utriuſque noſtrum rem rationemque pertinebunt, quam tecum amoris & amicitiæ conjunctionem volumus eſſe perpetuam: ſed & nos viciſſim tali te animo præditum experiri, ut veris & honeſtis rationibus ſemper locum eſſe velis, non novum quidem nobis, ſed tamen ſemper jucundiſſimum eſt; vetus enim noſtra & conſtans de tua ſapientia & magnitudine animi opinio omnibus indiciis quotidie magis confirmatur. Tuam vero de noſtra in te incredibili benivolentia, ſtudioque in omnibus rebus ſatisfaciendi tibi opinionem veriſſimo a te indicio ſuſceptam, ſi fieri poterit, etiam ut augeamus dabimus operam. Quamobrem ſit hoc teſtatum & ratum, omnia noſtra tuæ dignitati, commodo, amplitudini ſemper parata eſſe. His ſuperioribus diebus venerabilem fratrem noſtrum archiepiſcopum Capuanum, qui noſtris omnibus conſiliis intimus eſt, pacis communis conciliandæ cauſa miſimus, eam perſonam communis paſtoris in nobis meditantes, quam & nobis Deus impoſuit, & tua ſerenitas etiam approbare in ſuis literis non eſt gravata. Ei igitur mandavimus, ut tractato cum reliquis negotio te poſtremum adiret tanquam exitum & perfectionem rerum omnium in tuo conſilio prudentia voluntateque inventurus, &c. Dat. Romæ die XXVI. april. MDXXIV. pontificatus noſtri anno 1.

Capuanos archiep. pacis interpres mittit.

LXXXII. Auctæ interea res cæſareæ, & Gallicæ depreſſæ fuere; nam Fontis arabici arx munitiſſima ab Hiſpanis Gallo erepta eſt (*a*) in Navarræ & Galliæ limite: in Inſubria vero ob ſævientes hyemis inclementiam maximis incommodis Gallicus exercitus attritus eſt: Cremonenſis (*b*) arx a cæſareis in deditionem accepta: denique Galli poſt nonnulla adverſa prælia cum Helvetiis ad eos ſubſidio venientibus itinera fuiſſent intercluſa, alpes transgredi compulſi ſunt (*c*): de qua victoria extant Joannis Baptiſtæ Sangæ, qui a ſecretis Clementi Pontifici erat, datæ ad Franciſcum Davalum marchionem Piſchariæ, nec non ad ... proregem Neapolitanum cæſareos duces XV. maii hujus anni die conſignatæ literæ (*d*), quibus eam eſt ipſis gratulatus. Tuebantur adhuc Gallicum nomen Novaria, Lauda, & Alexandria præſidio militari munitæ; ſed brevi a cæſareis ad deditionem faciendam adactæ. Exactis ita univerſa Inſubria Gallis intermiſſa pacis inter principes conſilia redintegrare Clemens Pontifex conſtituit, atque ampliſſimarum indulgentiarum præmia noxas per ſacram confeſſionem expiaturis propoſuit, ac triduana jejunia ad placandam divinam iram, ut bella civilia tolleret, Chriſtianaque arma averteret in Turcas, omnibus Chriſtifidelibus indixit (*e*): qua de re hæc ad Venetum patriarcham ſcripſit (*f*).

Galliæ res depreſſæ.

(*a*) *Guicc. l.* 15.

(*b*) *Id. ib.*

Galli ejecti Italia.

(*c*) *Id. ib. Sabellic. continuat. hoc ann. Ferro. l.* 7.

(*d*) *Ext. l.* 1 *collect. lit. princ. p.* 127.

Iterum de pace redintegranda colloquia.

(*e*) *Clem. lib. brev. ann.* 1524. *p.* 272.

(*f*) *Ib. p.* 272.

Patriarchæ Venetiarum.

Dei ira noſtris peccatis provocata eſt, ſicut ex peſtis & bellorum cladibus manifeſte colligitur: quamobrem nos, appropinquante etiam ſacro jubilei anno, ut animas puriores tam ſancto tempori pararemus, binas literas ſub plumbo edidimus, quarum unis jubileum ipſum, alteris triduanum jejunium omnibus Chriſti fidelibus indiximus, quo pace & ſalubritate per Dei clementiam nobis reddita, bellum in Chriſti hoſtes convertamus; cui operi teſtis eſt Dominus nos inceſſanter incumbere, &c. Dat. X. junii MDXXIV. pontificatus noſtri anno 1. Scripiæ (*g*) etiam eo argumento ad eundem aliæ literæ, tum ad Cardinalem Eboracenſem in Anglia, Laurentium Cardinalem Campegium in Germania, Thomam de Vio Cardinalem S. Sixti agentem adhuc in Hungaria legatos (*h*) ad archiepiſcopum etiam S. Andreæ in Scotia, Gneſnenſem in Polonia, Bituricenſem in Galliis legatos natos, ut vocant, ac primates, ut apoſtolica imperia de piacularibus jejuniis propitiandoque Deo promulgarent.

Indicta a Clemente publica jejunia.

(*g*) *Ib. p.* 282.

(*h*) *Id. ib.*

LXXXIII. At quamvis Clemens omni contentione tum piorum precibus apud divinum Numen, tum internuntiorum opera apud Reges pacem in Chriſtiano imperio redintegrare anniteretur; tamen ejus labores ad irritum cecidere: ſiquidem exactis Italia Gallis de invadenda ipſa Gallia cæſareis & Italicis armis ſumpta ſunt conſilia (*i*) procurante duce Borbonio, qui regnum illud partiri cum Anglo erat pactus; lectæque (*k*) apud S. Agatham Cæſaris & Henrici Anglorum Regis literæ de Gallica expeditione conficienda in concilio cæſareo fuere. Hæc vero novorum bellorum conſilia confringere omni opera contendit Clemens, ut Matthæi Guiberti datarii ad apoſtolicum in Anglia internuntium datæ literæ oſtendunt (*l*), utque conſuluit disjungendos a Gallicis partibus Helvetios, ne Franciſcus Rex iterum infeſtare Italiam poſſet; ſugeſſitque hoc monitum, non mino-

De invadenda Gallia Cæſarei conſilia ineunt.

(*i*) *Guicc. l.* 15.

(*k*) *Contin. Sabell. hoc ann.*

(*l*) *Ext. l.* 1. *collect. lit. princ. p.* 125.

norem eſſe virtutem retinendi, quæ parta ſunt, quam acquirendi: ita proregi Neapolitano ſignificari juſſit, nullum aurum ſubſidiarium pro invadenda Gallia ſe collaturum, ne communis parentis officio deeſſet; cumque in Villafrancano portu Rhodia claſſis ſub pontificia clientela ageret, metuens ne Hiſpanus Galluſve eas invaderent ad Rhodios equites in belli ſocietatem trahendos Galliæ cæſareæque claſſium præfectos a temerario & impio facinore hiſce literis ſibi temperare juſſit (a).

Rhodiam claſſem avertere in Gallos moliuntur.

(a) *Lib. brev. ann. 1524. p. 253.*

Præmonet Clement ne id ſcelus audeant.

Hugoni de Moncada claſſis cæſareæ præfecto.

Scire te credimus eas naves ordinis Jeroſolymitani, quæ in portu Villafrancæ ſunt, noſtra ſub tutela, ac poteſtate eſſe, ita ut noſtro maxime nutu ibi tanquam in loco ab illis immuni conſederint, ne pietatem ſemper profeſſi, nec niſi adverſus Turcas pugnare ſoliti in Chriſti fideles incurrerent. Vereri autem cogimur ne invite trahantur ad bellum, vel a te vel a præfecto adverſæ tibi claſſis, quod nos nullo pacto vellemus, ut noſtri noſtrum exemplum non ſequantur, qui ſane hoc miſerabile & inteſtinum bellum componere fruſtra conati, procul taciti ac dolentes ſpectamus partium ac belli expertes futuri, cum omnium parentes & pacis cultores eſſe debeamus. Te igitur, quem tui Regis exemplo noſtri obſervantem, ac pii potius & honeſti quam impii & utilitatis rationem ſequuturum, ſperamus, his noſtris monemus ac plurimum in Domino exhortamur, ne naves dicti ordinis Jeroſolymitani, quas noſtras eſſa ducimus, ad tecum militandum impellas, &c. Dat. XXVII. junii MDXXIV. pontificatus noſtri anno 1.

LXXXIV. Non ſine cauſa concepti erant ii metus; quippe Regum animi adeo in mutuam perniciem erant efferati, ut quæque uſurparent, quæ lædendo hoſti idonea viderentur: hincque ſacra cleri vectigalia a Gallo Rege trapezitis oppignerata referunt (b) ad reficiendum ærarium: pariterque Carolus V. in Hiſpania ſacram pecuniam, quæ ex indulgentiis pro baſilica S. Petri conſtruenda fuerat redacta, tum etiam aliam, quam Chriſti fideles ad Rhodum propugnandam recuperandamve contulerant, occupavit; utque facinus religionis ſpecie coloraret, profeſſus eſt ſe eam auri vim repenſurum, compoſitiſque rebus expeditionem Turcicam confecturum: tum auſi veniam a Pontifice deprecatus eſt; cui ille reſpondit (c) eam pecuniam uti divino obſequio conſecratam attingendam non fuiſſe, fideliumque pietati illuſum; modo tamen reſtituendæ illius voluntatem non immutaret, culpa exemit: *Volumus*, inquit, *ut propoſitum hoc reſtituendæ ſuo tempore pecuniæ, ſtabile conſervans, advocato cœtu aliquorum honeſtorum & gravium virorum tam ſæcularium quam eccleſiaſticorum, iteres coram eis hujuſmodi reſtitutionis promiſſionem, Deoque fidem tuam obſtringas, te data occaſione ſanctæ fidei propagandæ, & illas & alias præterea pecunias in ipſius honorem expoſiturum, ut hæc tua promiſſio non ſolum apud eos, quos advocaris, tui ſit optimi animi erga Deum teſtis, ſed illorum etiam teſtimonio apud omnes populos propaletur, ut qui de ſuis bonis ad hunc unum finem defendendæ ab impio Turca Chriſtianitatis partem dederunt, cum ſe cognoverint non fuiſſe deceptos, majore etiam animo, ubi res poſtulaverit, plura largiantur; in quo Dei omnipotentis gloria cum tuæ laudis ampliatione, ſicut ſperamus & optamus, poſſit eſſe conjuncta. Dat. Romæ XXX. maii MDXXIV. pontificatus noſtri anno 1.*

(b) *Contin. Sabellic.*

Devotæ ſacro bello pecuniæ invaſæ a Carolo V.

(c) *Lib. brev. an. 1525. p. 250.*

Liberatus cenſuris Carolus certa lege.

LXXXV. Porro Cæſar Turcici belli abjectis curis, inſtructa in Genuenſi portu claſſe (d), conductos ſacro auro exercitus Germanicos & Italos in Provinciam, quam imperii beneficiariam contendebat (e), effudit duce Borbonio, qui eam ex confecta cum Hiſpano & Anglo pactione una cum regio titulo affectabat (f): cui Henricus ducenta aureorum millia menſtrua pro faciendis in rem militarem ſumptibus erat pollicitus, vel cum florentiſſimo exercitu, conſociatiſque Belgicis copiis in Piccardiam irrupturum: vetera quippe in Galliam controverſa majorum ſuorum jura repetere, & Gallicum ſceptrum Anglico conjungere exoptabat, cumque Borbonio poſt primas impreſſiones res in Provincia bene verterentur, Anglum ſolicitavit, ut ad diſtrahendas Franciſci Regis vires alia parte in Gallias irrumperet; conſtitutumque eſt (g), ut Suffolciæ dux exercitum ex novemdecim peditum tribuſque equitum millibus conflatum ductaret, cum Rex Scotiæ excuſſo ducis Albaniæ tutoris in Gallia abſentis imperio in Angli partes transfugiſſet (h). Senuere poſtea ea conſilia, cum reverſus in Scotiam dux Albaniæ adverſarios compreſſiſſet (i), & Henricus bello Gallico, quod difficillimum opinabatur, tum Scotici belli metu, vel pontificiis hortatibus abſtinuit; neque Carolus V. ex Perpinianenſibus clauſtris per Narbonenſem provinciam ad conjungendas cum Borbonio copias irrumpere, uti ſpoponderat (k), auſus eſt.

(d) *Aug. Juſt. l. 6. Bizar. Foliet.*

(e) *Ferron. l. 7.*

(f) *Guicc. l. 15.*

Tentata a Carolo V. provincia. Anglus Gallicum ſceptrum affectat.

(g) *Gibert. datam pontific. lit. lib. 1. collect. lit. princ. pag. 133.*

Captis abſtinet.

(h) *Id. ib.*

(i) *Polyd. l. 27.*

Non auſus Carol. V. irrumpere in Narbon. provinciam.

(k) *Ferro. l. 79. & Guicc. ubi ſup.*

LXXXVI. At Borbonius poſt occupata plura minora oppida Toloni arce & Aquis ſextiis potitus, cum Arelatem oppugnare, alia-

que

que militaria facinora aggredi meditaretur, a cæſareis ad Maſſiliam nobiliſſimo portu inſignem vi capiendam, cum Carolo Cæſari ad edomandam Galliam idonea futura eſſet, inde revocatus eſt: ad quam exercitus hæſit, feſſuſque eſt ob præſidiariorum virtutem locique munitionem (a). Interea Pontifex qui ſumma contentione hoc Provinciale bellum diſſuaſerat, pacemque ob Lutheri Solimannique graſſationes inter Reges componere ſtudebat, uti plures tum in regeſto pontificio, tum in collectione principum literarum oſtendunt literæ (b), tot orientia bella flens dolenſque intuebatur; curaſque ejus auxere Turcarum piratarum axcurſiones maritimæ: nam primum Neapolitani regni & pontificiæ ditionis littora infeſtarunt (c); dein Cortogulus piratarum princeps celebratiſſimus triginta navium ac trium triremium claſſe non jam piratico, ſed imperatorio more non modo prædas agere, ſed etiam arces Neapolitani regni ſupero mari imminentes explorare cœpit (d), ut Reges expugnaret; miſerandumque ac funeſtum erat eos in axtremum pene diſcrimen rem Chriſtianam ſuaque ampliſſima regna committere ob unius puncti terræ altercationem; ſeque ad oſſa uſque invicem rodere, ut Gibertus pontificius datarius in literis (e) ad marchionem Langum Clementis in Anglia oratorem miſſis deplorat. Ejuſdem Pontificis hortatibus Cæſar, cui longe magis intererat Germaniam a Luthero concuſſam atque tumultuantem in pace continare, quam Galliam affectare, pacis ſa cupidum præbuit (f), deque induciis pangendis colloquia redintegrata fuere.

(a) L. 1. coll. lit. princ. Ferron. l. 7. Guicc. l. 15.

(b) Lib. 1. lit. princ. hoc anno data.

Turcæ Italiæ litora infeſtant.

(c) Eod. l. 1. pag. 123.

(d) Ext. ea le re lit. in eod. lib. p. 139.

(e) Ext. in ſuper. p. 123.

Debuit potius Carolus V. fidem tueri in Germ. quam Gallias affectare.

(f) Ext. eod. lib. p. 129.

LXXXVII. De pace iterum agitata colloquia. Quæ fuerint a Gallo expetita.

Jam Gallicæ res in meliorem verſæ ſtatum erant; nam ad Maſſilienſes ſcopulos cæſareæ allidebantur vires, ac Franciſcus Rex contracto exercitu fortiſſimo ſuppetias ferebat, atque etiam Mediolanenſem expeditionem conficere moliebatur ſpe meliorum rerum elatus, ajuſque orator in pontificia curia epiſcopus Bajocenſis datis ſeptima auguſti die literis ad comitem Balthaſarem Caſtilioneum has pactiones propoſuit, ut nulla de Borbonio duce pro recuperando principatu fieret mentio cum decretoria ſententia ob proditionis crimen damnatus eſſet: tum Gallorum Regem omnino velle, ut Mediolanum Pontifici, ut communi arbitrio cuſtodiendum tradatur ac ſi quæ ſuboriatur lis, nullum de pace ſequeſtra ſermonem inferendum: quamvis pontifici pacem oranti obſequi Franciſcus Rex cupiat, tamen late famam increbreſcere, illum compoſitis cum Anglo rebus ad Mediolanenſem expeditionem conficiendam jam provolare, nec integra ſtante Gallia, Mediolano ceſſurum: neque Italos ad Galliam invadendam Germanis Borbonioque ſe conjungere debuiſſe: cui Balthaſar Caſtilioneus concordiæ leges acerbiores temperare cupiens reſcripſit XVIII. auguſti, non decere victum tam aſpera pacta poſcere: Cæſarem, qui Borbonio erat pollicitus pacem, illo non comprehenſo nunquam confecturum; fideique ſine graviſſima macula deeſſe non poſſe, paremque axulum Mediolanenſium, qui Gallicas partes erant ſecuti, ac Borbonii conditionem eſſe: Cæſarem etiam, qui ſupremum Mediolani obtinebat principatum, ſuo juri non detracturum, incertos eſſe bellorum exitus, lætaque initia infelicibus ſæpe eventibus claudi; ſibi vero exploratiſſimum eſſe omnia Clementis Pontificis ſtudia ad pacem convarſa, ac ſine ulla privati commodi ſpe publicam ab eo quietem ſalutemque exoptari, atque ita juſtitiæ lancem firmam tenturum, ut in neutram partem ſit deflexurus, acturumque ne poſthac Gallia ipſius intagritati ac paterno amori diffidat: nec vana a Balthaſare comite jactata erant, de Clemente, qui tot bella civilia peroſus iterum archiepiſcopum Capuanum legatum ad Cæſarem ac Reges Gallum & Anglum miſit (g) ineunte ſeptembri, atque hiſce literis Carolum V. ut apoſtolicis monitis precibuſque in amplectenda pace ſe accommodaret, urſit.

Quid ab internuntio reſponſum Gallo.

(g) Clem. l. brev. an. 1524. p. 365.

Cæſari.

LXXXVIII. Hortatoriæ Pontificis ad Cæſarem literæ.

Redit iterum ad ſerenitatem tuam noſtro juſſu venerabilis frater Nicolaus archiepiſcopus Capuanus, paucis ante menſibus idem laboris & itineris emenſus, pro eiſdem cauſis, quas Deo omnipotenti acceptas, & Chriſtianæ reipublicæ in univerſum ſalutares paſtorali nos urgente officio, iterum tractandas & repetendas ſuſcepimus. Orantes igitur Dei clementiam nos, ut ſancti hujus voti compotes reddere, noſtraque pia conſilia proſperara dignetur, quorum quidem perficiendorum maxima pars in te ſita eſt, hortamur ſerenitatem tuam in eodem Domino, & ſtudioſe non ſolum requirimus, ſed etiam rogamus, ut te noſtris piis monitis ac precibus, immo divinis placitis obſequentem filium reddas & univerſorum Chriſti fidelium ſaluti & tranquillitati, quæ a tuo maxime nutu pendent, pie proſpicias, quemadmodum ſuper his latius alloquetur majeſtatem tuam idem archiepiſcopus, cui fidem eandem quam nobis ipſis, per te adhiberi cupimus. Dat. VI. ſeptembris MDXXIV. pontificatus noſtri anno 1. Extant aodem argumento ad Regem (h) Angliæ, tum ad Cardinalem (i) Eboracenſem in Anglica aula gratia florentem hortativæ ad pacem

(h) Ext. ib. p. 361.
(i) Ib. p. 362.

cem literæ; tum ad ducem Sabaudiæ (a) & duciſſam Engoliſmenſem Franciſci Regis matrem (b), ut legato in redintegranda concordia operam navent.

(a) Ib. p. 358. & 449.
(b) Ib. p. 360.

LXXXIX. Increbreſcebat late Franciſci Gallorum Regis in Italiam adventus, ingentiumque bellicorum apparatuum fama, quam idem archiepiſcopus Capuanus, cum ad Reges proficiſceretur, datis ad Clementem literis confirmavit (c): abruptamque fuiſſe inter Hiſpanos Galloſque de pace vel induciis actionem, ſeque propterea ſubſtitiſſe, ut nova apoſtolica mandata exciperet. At Clemens, quem anxius impendentis rei Chriſtianæ ex funeſtis hiſce bellis civilibus exitii metus urgebat, cum ad Hiſpaniæ & Angliæ Reges properare juſſit (d) ut pacis conſilia proveheret: tum Franciſco Gallorum Regi ſignificavit (e) quanto concordiæ ipſum inter & æmulos Reges inſtaurandæ arderet ſtudio; neque ullis laboribus vel ipſi vitæ pro ea perficienda parſurum.

(c) Ib. p. 438.
(d) Ibid.
(e) Ib. p. 522.
Aliæ ad Gallorum Regem.

Regi Chriſtianiſſimo.

In hoc adventu tuo ad Italiam, de quo per literas venerabilis fratris Nicolai archiepiſcopi Capuani facti certiores ſumus, etſi ut videbatur id per ſe nobis potius debuiſſet ſignificari cum aliqua etiam declaratione suæ erga nos voluntatis; tamen noſtri officii memores, miſimus ſtatim ad ſerenitatem tuam dilectum filium Rubertum Buſchetum, & nobilitate, & fide, & prudentia nobis probatum gratumque, qui animum noſtrum ac deſiderium ad se deferret, ac ſi quid poſſet ſalva tua dignitate in commodum commune Chriſtianitatis fieri, noſtro nomine experiretur; qua etiam de re ad ſupradictum archiepiſcopum ſcripſimus. Et quamquam nobis multa adverſentur, qui pacem maxime omnium cupientes, ipſo conſiliorum noſtrorum adhuc fruſtrati ſumus; tamen quoniam in bono opere perſeverantes, & laborem & vitam impendere Deo præclarum eſt, mandamus eidem archiepiſcopo, ut ſuſceptum iter proſequens ad Cæſarem & Angliæ Regem ſe conferat: licet enim nobis ſapiens eius conſilium valde probatum fuerit, quod interrupta pacis aut induciarum ſpe, ſine noſtro juſſu non ultra putaverit progrediendum; tamen nos attendentes in omni armorum tumultu ſæpe multa accidere, per quæ pax confici poſſit, modo ipſi, quos penes eſt poteſtas, de eventibus rerum fideliter instructi deliberare tuto poſſint; voluimus ipſum archiepiſcopum, quem maxime aptum ad hæc negotia novimus, omnibus difficultatibus poſtpoſitis perficere juſſionem, quam a nobis accepit: in quo hortamur ſerenitatem tuam in Domino, & magnopere requirimus, ut non modo cum tua bona venia, ſed etiam favore auxilioque tuo adjutum iter ſuum ſequi, & peragere commode tribuas, &c. Dat. Romæ die XIII. *octobris MDXXIV. pontificatus noſtri anno* I. Extant (f) ejuſdem Pontificis pridie ejus diei datæ eodem argumento ad Franciſci Regis matrem duciſſam Engoliſmæ literæ, ut filium ad pacis conſilia flecteret, dum internuntius apoſtolicus ad Cæſarem & Anglum proficiſcebatur.

(f) Ext. ib. p. 517.

XC. Deſcendebat tum ex alpibus florentiſſimo ſuccinctus exercitu in Inſubriam Franciſcus Rex, cum antea Borbonium atque cæſareos bellica arte deluſiſſet, quaſi in eos Maſſilienſi obſidione feſſos expeditionem ductaret: cujus tamen militaria conſilia illi præſentientes, tum metu depulſi ſoluta Maſſiliæ obſidione copias ex provincia in Liguriam & Inſubriam reduxere præcipiti curſu, ne eas milite idoneo nudatas invaderet Gallus: qui antequam idoneis præſidiis Mediolanum munire potuiſſent, eos conſecutus ſumma celeritate ſigna victricia Mediolano intulit (g), multaſque circum urbes arceſque in ſuam poteſtatem redegit. Ad quem Pontifex pacis cupidus exeunte octobri alium internuntium apoſtolicum, ſcilicet Joannem Matthæum Gibertum deſignatum epiſcopum Veronenſem, pontificiorum conſiliorum omnium participem, ut ex illius literis vidimus (h), decrevit; hortatuſque (i) eſt Regem ipſum, ut ob imminens rei Chriſtianæ excidium, quod bella civilia afferebant, paci animum accommodaret.

Inſubriam adoriri Gallus meditatur.
Reducit copias in Italiam Borbonius.
Mediolano multiſque urbibus potitur Gallus.
(g) Aug. Juſt. l. 6. Continuat. Sabellic. hoc ann. Ferron. l. 7. Guicc. l. 19.
(h) Ext. lit. 1. collect.
(i) Lib. brev. an. 1524. p. 498.

XCI. *Judicium ſummi Dei, quod de ſerenitatis tuæ victoria & proſperitate rerum omnium factum eſſe conſpicimus & deſideramus, tibi bene evenire, & ut ſit nomini, generi reique Chriſtianæ fauſtum & ſalutare eumdem dominum Deum deprecamur. Noſtra quidem omnis voluntas, quantum ſemper ſpectaverit ad pacem, tua in primis ſerenitas plane potuit exiſtimare: cujus voti & deſiderii noſtri, ut is fit aliquando exitus, quem ſemper optavimus, nunc in tuæ ſerenitatis manu videtur poſitum. Res quidem publica Chriſtiana in quod diſcrimen deducta ſit, niſi pace aliqua & principum concordia ſtabiliatur, tu pro tua prudentia judicare facilius potes, quam nos ſcribere. Dat. Romæ apud S. Petrum die* XXX. *octobris MDXXIV. pontificatus noſtri anno* I. Conſignatæ ſunt eodem die aliæ ad ejus matrem datæ literæ (k), ut ipſum ad pangendam pacem induceret: ad quam etiam epiſcopus Bajocenſis in pontificia curia Gallicus orator ſcripſit (l), rei Chriſtianæ ſtatum depoſcere, ut Rex concordiam cum Cæſare con-

Solicitatur Gallus ut pacem percutiat.
Amiſſa ab eo rei gerendæ occaſio.
(k) Ext. ib. p. 493.
(l) L. 1. collect. lit. princ. p. 139.

confirmaret, inanemque hominum gloriam conculcaret.

XCII. Parto Mediolano poterat Franciſcus Rex univerſa Inſubria cæſareos inopina ejus victoria perturbatos facile depellere, ſi in eos fluctuantes & pavidos ſigna victricia convertiſſet: ſed cum aliquot diebus Mediolani ſubſtitiſſet, hoſtes ex metu tecteati ſe erexere, ac Ticinum, Cremonam, Laudamque Pompejam ingentibus præſidiis firmarunt, ut aſtu & locorum munitione bellum extraherent, rerumque redintegrandarum occaſionem captarent, ut Joannes Baptiſta Sanga exaratis XXI. novembris literis (a) ſcribit. In illa porro media cæſareorum conſternatione, ac ſecundo Gallicorum ſucceſſuum curſu, Clemens Carolum V. in Hiſpania agentem ſolicitavit, ut ad pacis conſilia animum flecteret (b), deque Giberto internuntio ad Gallum Regem ſubmiſſo pro agitanda pace certiorem fecit.

Munitæ egregie a Cæſareis plures urbes.

(a) Ext. ibid. p. 140.

(b) Clem. lib. brev. an. 1524. p. 473.

Carolus V. iterum de pace ineonda admonitus.

Cæſari.

In maximis curis, quas pro ſalute Chriſtianæ reipublicæ, & noſtri officii, ac paſtoralis muneris functione diu ante ſuſcepimus, illa nos inprimis ſemper ſolicitos habuit cogitatio, ut pacis fœdus aliquod & compoſitionem cujuſvis concordiæ concluderemus, quo laboranti omni genere cladium & periculorum tam ab externo hoſte Turca, quam ab incluſis ſeditionum & hæreſum morbis Chriſtianitati poſſimus in otio & in tranquillitate conſulere: cui noſtro ſancto & recto deſiderio uſque adhuc tempora adverſata ſunt, neque vox noſtra ſæpius implorantis & flagitantis pacem, ut oportebat, audita eſt: enimvero nos eo acrius expoſcebamus, quod intelligebamus, bellum illud in Italia geri, idque trans alpes tranſportari, indeque in Italiam revocari, quod majoribus odiis, quam viribus niteretur, cum ſatis plane eſſemus conſcii quid exhauſta tot ſumptibus, feſſa tot damnis ferre poſſet Italia. Tamen hortantibus & conſulentibus nobis, ut aliquando honore omnium, ut res ferebat, in tuto conſtituto finis diſcordiis poneretur, nihil proficere potuimus, nimirum cum neque de ponendo bello, neque de gerendo ab iis, qui bellum adminiſtrabant, conſiliis noſtris eſt obtemperatum. Itaque ſucceſſerunt ii exitus, quos ſucceſſuros eſſe oculis cernebamus, ut repente repulſo exercitu, qui alpes tranſierat, copiæ in Italiam Gallorum prorumperent, Mediolanumque caperent, ipſomet Rege Chriſtianiſſimo ſuum exercitum ductante, qua urbe primaria amiſſa & diviſis ſerenitatis tuæ ducibus; pars enim quidem Cremonæ, pars Papiæ, aut Laudæ ſubſediſſe dicta eſt. Quod nos periculum toti Italiæ, ac huic ſanctæ ſedi imminere cernentes, ſtatim dimiſimus dilectum filium Joannem Matthæum electum Veronenſem datarium noſtrum, cui homini maxime confidimus, ut ad eas regiones Italiæ ſe conferens noſtrum nomen, & authoritatem interponeret ad tractandam & componendam, ſi fieri poſſet, pacis aut induciarum rationem aliquam, ſi modo aut qui tuas res curet, nobis monentibus, aut qui ſuas res proſperiores putet, nobis hortantibus voluerint auſcultare. Illud quoque curari ab eo & agi mandavimus, ut ſi jam de exitu totius belli videretur judicium eſſe factum, conſilio aliquo occurreretur, ut ne omnia in eandem caderent ruinam, victoreſque ipſos, quominus impetu victoriæ in quorumcumque excidium uterentur, alicujus pudoris & reverentiæ obice frænaremus: quod alio modo, ut fieri poſſit, non poſſumus intelligere; namque & neceſſitati cedere ſemper ſapientis eſt habitum: ac noſtra quidem & conjunctorum noſtrorum calamitas mille conditionibus aliquibus tractandis ſerenitati tuæ, rebuſque tuis fructum aut commodum afferre potuiſſet. Hæc omnia ad ſerenitatem tuam per noſmetipſos ſcribenda eſſe duximus, ut intelligere ipſa poſſet ſervatis omnibus vinculis amoris, voluntatis, neceſſitudinis, quæ inter nos fuit, ſemper & futura eſt, quæque ex animo non elabetur noſtro, quam vitam ipſam amittamus, quid nobis fuerit neceſſe remedii rebus noſtris & conſilii capere, atque ut per ea quoque neceſſitatem noſtram agnoſcat, & amorem erga nos conſervaret. Dat. Romæ die XXX. octobris MDXXIV. pontificatus noſtri anno 1.

Quæ ſequuta ſint ex bello in Galliam traducto.

Si bellum non ſopiatur victores victoſque eadem ruina obrutum ir.

XCIII. Conceptas eadem verborum formula literas Clemens ad Henricum Anglorum Regem miſit (c): tum huic ſedando bello operam dedit; neve novæ aliorum bellorum faces accenderentur, cum Franciſcus Rex victrices copias in Neapolitanum regnum, ad illud occupandum divellendoſque ex Inſubria Hiſpanos, traducere moliretur, ac per eccleſiaſticam ditionem, quæ Hiſpanis etiam in Inſubriam ex regno Neapolitano patuerat, iter aperiri efflagitaſſet, obſtitit omni contentione Pontifex, atque Giberti internuntii opera illum ab ea mente dimovit, ut Joannis Baptiſtæ Sangæ pontificiorum arcanorum participis literæ XXI. XXIX. novembris diebus conſignatæ oſtendunt (d): idemque conqueritur, Hiſpanos regiarum voluntatum interpretes immemores beneficiorum acceptorum a Clemente, qui Provincialem expeditionem infelicem iis tam prudenter diſſuaſerat, & cæſareas magis quam Gallicas res provexerat, eo temeritatis prorupiſſe, ut Ro-

(c) Ib.

Franciſcus I. Neapolitanum regnum invadere meditatur.

(d) Ext. l. 1. collect. lit. princ. p. 140. & 143.

ma-

Hiſpani Pontificem mancipare ſervituti conati.

manum Pontificem communem omnium Chriſtianorum parentem ſuis tantum voluntatibus inſervire vellent, & quaſi legem darent, auſos ad eum ſcribere ſacra oracula in nefarium ſenſum detorta: *Qui non eſt mecum contra me eſt;* quam ob rem Clemens Gallis clam ſe conjunxit.

XCIV. Quam vero inique cæſarei adminiſtri agerent cum Clemente VII. qui etiam tum Hiſpanam rem paterno ſtudio extulerat, ex Belcairi (*a*) Metenſis epiſcopi hiſtoricis monumentis colligitur: *Franciſcus*, inquit, *interim de regno Neapolitano invadendo, ubi nulla aut admodum rara præſidia Lanoiu; reliquerat, deliberavit, ac Joannem Stuardum Albaniæ regulum e Scotorum Regum familia legatum ſuum declaravit: cui ſexcentos cataphractos equites, & aliquot leviores, decem peditum millia attribuit: inter quos notus Claietanus cum ſua centenaria cataphractorum equitum ala, qua poſt Borbonii diſceſſum ejuſdem legatus nec conſiliorum particeps a Franciſco donatus erat, atque Egutius, cum quinquagenaria viri ſtrenui & militares numerati ſunt. Hujus expeditionis Clementem Pontificem vel auctorem, vel ſaltem approbatorem e noſtris Bellaius, ex Italis Galeatius Capellæ ſcribunt: ſed mihi Franciſci Guicciardini potior ſententia videtur, quam & Joannes Belcarius Peguilio frater meus, qui tum admodum adoleſcens Stuardi Albaniæ reguli domeſticus eidem bello interfuit, confirmavit: ſe enim a Stuardo ſæpius audiviſſe mihi narravit, Clementem Franciſco ſuaſiſſe, ne exercitum divideret, donec toto Mediolanenſi principatu potitus eſſet: nullam regni Neapolitani repetendi ſuſpicionem moveret: tot hoſtes Mediolanum illi peperiſſe, quid ſi regni Neapolitani cupiditas accedat? Venetos, qui nunc cum Cæſare de ſocietate diſceptant, tum ſtatim ſe apertos hoſtes declaraturos, uti ſe adverſus Carolum VIII. declararunt; nec ab ipſo poſtularet quæ ex officio recuſare cogeretur: ſe enim neutram in partem propenſurum, & ſemper conciliandæ pacis locum reſervaturum, nec ulla initæ ſocietatis indicia profeſſurum. Verum ante redditum Clementis reſponſum Padum ad Stellatam Stuardus trajecerat: quinto tamen poſt die, novo a Rege mandato accepto, retroceſſit, Padumque iterum trajecit, quod Germanica auxilia ad Cæſarianum exercitum appellare inciperent, & ad nova Borbonius conquirenda rediiſſet: ſed & paulo poſt altera Helvetiorum Rhetorumque auxilia ad Gallicum exercitum acceſſerunt. Hinc Franciſcus Boniveto urgente Stuardum iter inſtitutum perſequi juſſit: is Padum ad Stradellum tranſmiſit Romam petiturus.*

(*a*) *Belcair. l.18. n.14.*

Expeditio Gallica in Neapol. regnum.

Conſolit Gallo Clemens ne dividat exercitum.

Stuardus a Gallo revocatus.

Iterum in Neap. exped. juſſus proficiſci.

XCV. Non tamen deſtitit Clemens pacis conſilia urgere ad Neapolitanum regnum Carolo V. aſſerendum conquiſitaque concordiæ media hæc fuere: ut Mediolanenſis principatus a Gallica corona divulſus ſecundo natu Franciſci Regis filio jure fiduciario traderetur, reſervato Cæſari ſupremo illius imperio, ac vi ingenti auri repenſa: qua de re menſe octobri extant Jacobi Sadoleti literæ datæ ad Raphaelem Hieronymum in Cæſarea aula internuntium apoſtolicum, quibus conſentanea Belcairus refert.

XCVI. His addit Belcairus (*b*) de Joanne Stuardo Albaniæ regulo: *Cum Romam Albaniæ regulus cum exercitu properaret, ſocietatem non ut ante cum Franciſco initam, ſed quaſi tum iniretur, Clemens promulgavit, qua ne alter alteri noceret, mutuo promitterent, & Cæſaris legatis indicavit, ſeque adhuc adigi quadam neceſſitate declaravit. Diploma ſocietatis ſignificandæ cum Joannes Corſus Florentinus legatus Cæſari obtuliſſet, Cæſar qui Clementem in tanto diſcrimine a ſe defecturum ſibi perſuadere non poterat, aut ſibi ita perſuaſum ſimulabat, admodum ut par erat commotus, nullo odio, nulla ambitione, nulla privata cupiditate, ſed ſola Pontificis Leonis authoritate adductum, bellum ſe adverſus Gallum ſuſcepiſſe reſpondit: Leonem porro eo impulſum a Clemente tum Cardinale Medice inſtigante, omniaque ejus conſilia moderante, qui ne quid Gallus in Italia poſſideret, ad totius Italicæ nationis tranquillitatem maxime pertinere diceret, hunc ipſum Clementem ſocietatis paulo ante Hadriani Pontificis mortem initæ authorem fuiſſe: idcirco iniquiſſimum eſſe ſibique moleſtiſſimum, ut qui Cæſarem in tanta diſcrimina conjecerit, conjectum nulla urgente neceſſitate deſerat, totieſque datam fidem fallat.* Et infra: *Quibus querimoniis Florentinus legatus Clementem, ex quo Pontifex creatus ſit, non amplius privatam Cardinalis Medicis, ſed publicam communis totius Chriſtianiſmi parentis perſonam ſuſtinere reſpondebat, cujus inprimis officium ſit ſolidam univerſo orbe Chriſtiano ſtabilire pacem: idcirco Cæſarem identidem monuiſſe ſe nemini privatim addictum, publicam duntaxat cauſam acturum: ſæpius ad illum ea de re ſcripſiſſe, præſertim cum Bonivetus ex Inſubribus diſcederet: quæ commodiſſima pacis ineundæ occaſio fuit, cum optimis conditionibus eandem Cæſar inire poſſet: Cæſarem dumtaxat reſpondiſſe, ſe nihil, Anglo non aſſentiente, aggreſſurum: meminiſſet, quam ſerio quamque vehementer ipſe diſſuaſiſſet, ne Cæſar in Phocenſem*

(*b*) *Id. ib. n.16.*

Inter Clementem & Gallum fœdus initum.

Greves Caroli V. in Clementem querelæ.

Illum fuiſſe belli hortatorem.

Reſponſum Carolo Clementem non privatam ſeu publicam perſonam gerere.

provinciam exercitum immitteret, omnem pacis ſpem præciſurum, & Franciſcum ad turbandam de integro Italiam provocaturum: bis ad illum Capuanum pontificem miſiſſe, nec quidquam profeciſſe; quin & Veronenſem, capto jam Mediolano, ad Franciſcum ac Lanoium, & utrumque a pacis rationibus offendiſſe, prorſus alienum Gallicis copiis in regnum Neapolitanum profecturis, tranſitum per pontificias ditiones Clementem denegaſſe: Franciſcum nihilominus, ut accelerarent & per Placentinum agrum iter inſtituerent juſſiſſe, non expectato Clementis reſponſo: idcirco Paulum Vectorium ad Lanoium miſiſſe, ut conditionibus, ſi temporis ratio habeatur, non iniquis, Anglo & Venetis a Cæſare propemodum abalienatis, aut pacem aut inducias faceret: illum conditiones reſpuiſſe, & ſe alienum ab utriſque declaraſſe.

XCVII. (a) *Ibid. pag.* 136. Severinum a Turcis expugnatum. Ungaria a Turco afflicta.

Emerſiſſe ex his bellis ingentia mala deplorat (*a*) Jacobus Sadoletus, Turcicam tyranidem auctam, ac Albæ regalis præfectum Turcam facta ex Alba regali eruprione Severinum arcem munitiſſimam Budam inter Albamque interjacentem expugnaſſe, Turciſque graſſationibus infelicem Hungariam patere: in Croatiam præterea & Iſtriam Chriſtiani nominis hoſtes infeſtis agminibus longe lateque excurriſſe, ingentes prædas egiſſe: Polonum a Moſcovita bellum ſibi timere, ſuſpectumque: illi decretam a Cæſare in Moſcoviam legationem, adeo ut contra Cæſarem ipſum ac Moſcovitam ſibi Turcam conciliare, atque in id fœdus Hungaricum adducere meditetur; quamvis hujuſmodi ſuſpiciones Pontifex removere annitatur, ſignificetque, eam legationem pro Moſcovita in communem cum aliis Chriſtianis principibus concordiam revocando miſſam, ut communibus armis Turcica vis reprimatur.

Parta a Polonis de Turcis victoria.

Cæterum Polonos egregiam de Turcis, qui in eorum provincias finitimas irruperant, victoriam retuliſſe, a Giberto pontificio datario Florentinis oratoribus ſignificatum eſt (*b*); quamque egregiæ ſpes de reportandis de fidei hoſtibus præclaris triumphis affulgerent, ſi omnes Chriſtiani principes poſitis ſimultatibus in eos arma conſociarent. At mutuus livor perſtrinxit eorum oculos, ne tantæ gloriæ lucem aſpicerent; quod quidem ingenue faſſus eſt epiſcopus Bajocenſis in aula pontificia, ut diximus, Gallicus orator in literis (*c*) ad comitem Balthaſarem Caſtilionæum datis, Franciſcum Regem belli Mediolanenſis labores caſtrenſes ſuſcepiſſe non Mediolani potiundi cupidine, ſed æmulatione gloriæ, innatoque in Hiſpanum nomen odio incitatum: atque ita eos principes Carolum & Franciſcum juventa viribuſque florentiſſimos oſtentandæ effundendæque in opprimendo æmulo potentiæ inani gloria titillari. Sed quam ſatius fuiſſet agitata in ſynodo Lateranenſi cruceatæ militiæ conſilia ſequi, Clementiſque paternis monitis obtemperare, triſtes docebunt exitus; cum Franciſcus inanis gloriæ conceptas ſpes cum ignominia carceris commutatas luxerit, & Carolus, Germania Lutheranæ hæreſeos furoribus expoſita, valde imperium labefactarit, ſe & ſuos in graviſſima diſcrimina conjecerit, auctoſque ſummis laboribus principatus demum tædio rerum humanarum abjecerit. Cæterum de eximia ejus pietate plura Surius refert: ad quam fuiſſe propenſum, eccleſiaſticaſque ſanctiones coluiſſe oſtendunt hæ Clementis ad ipſum datæ literæ (*d*).

(*b*) *Ib. p.* 135.

(*c*) *Ext. ib. pag.* 131.

Carolus V. & Franc. I. de honoris fumo certant.

Uterque mala ſorte paſſus.

(*d*) *Clem. VII. lib. brev. an.* 1524. *pag.* 138.

Cæſari.

XCVIII. *Accepimus quod celſitudo tua pro ſua in Deum omnipotentem pietate, & noſtræ religionis obſervantia ita jejunia ex præceptis eccleſiæ indicta obſervare nititur, ut ad hoc non modo in tuæ valitudinis, verum omnium Chriſtianorum ſalutis, qui a te maxime pendent, detrimentum cedere poſſit, ſi vires corporis tui, non ſatis ad hoc robuſtas, jejunia & ciborum qualitas extenuent, minuſque promptas ad publicam utilitatem reddant. Cum autem longe majus meritum tuæ celſitudini apud Deum omnipotentem proponatur, longeque utilius publice futurum ſit, ſi illa aliis piis actionibus ac curis Chriſtianæ reipublicæ a domeſticis & externis hoſtibus defendendæ valido corpore incumbat, quam ſi jejuniis & carnium ac lacticiniorum abſtinentia privatum meritum ferat; idcirco nos, quod etiam felicis recordationis Leonem Papam X. prædeceſſorem noſtrum feciſſe accepimus, eidem tuæ celſitudini omnium jejuniorum obſervationem non ſolum remittimus, ſed pro publica utilitate prohibemus, &c. Dat. III. martii MDXXIV. pontificatus noſtri anno I.*

Cæſar ſolutus jejunio quadrageſimali.

XCIX. Non prætermittendum hic videtur de Franciſco Gallorum Rege, illum eccleſiaſticam hoc anno libertatem læſiſſe, conjecto in carcerem epiſcopo Æduenſi: qua de re Clemens apud eum queſtus eſt hiſce literis (*e*).

Libertas Eccleſ. læſa a Gallo Rege.

(*e*) *Ib. pag.* 186.

Regi Chriſtianiſſimo.

Serenitatem tuam plurimum in Domino cohortamur, ut quacumque injuria laceſſitus, aut indignatione provocatus fueris, a te ipſo ne recedas, ſed in ſolita tua pietate & religionis obſervantia permaneas: & plurimorum Imperatorum, & in primis Conſtantini illius magni, qui orbi univerſo imperavit, tum multorum Chriſtianiſſimorum

Monetur officii a Clemente.

rum

tum Regum majorum tuorum exempla æmuleris, qui ſemper magnam rationem habuerunt dignitatis eccleſiaſticæ tuendæ, atque etiam augendæ, & ſacratiſſimo epiſcopali ordini magnum honorem detulere; quantoque reverentius continentiuſque cum eccleſiaſticis agerent, tanto ſuam putabant & dignitatem & poteſtatem ampliorem reddi. Te igitur, quem pari illis virtute præditum eadem moderationis atque juſtitiæ gloria illuſtrari cupimus, exhortamur, ut ipſum, nempe Jacobum Æduenſem epiſcopum, *ſi non ipſius at ſaltem ordinis epiſcopalis gratia, ac noſtro etiam intuitu, qui pro Eccleſiæ honore laboramus, ſi non miſſum facere velis, eo quod aliqua ſubſit cauſa, quæ tuum animum juſta iracundia & indignatione moveat, qui forſitan crimen commiſerit, quod non videatur eſſe remittendum, eum ſub eccleſiaſtica cuſtodia metropolitæ, ad quem pertinet, aſſervandum, & ut epiſcopum decet tractandum permittas, &c.* Subdit legibus actum iri eo ſeverius, quo cæteris exemplo innocentiæ prælucere debuiſſet. *Datum. Romæ die IV. junii MDXXIV. pontificatus noſtri anno* 1.

Æduenſem epiſcopum Metropolitano dei cuſtodiendum.

C. Illuminati hæretici in Hiſpania.

Irrepſiſſe hoc eodem anno Hiſpanias novæ hæreſis peſtem inter viros pietatis affectatæ ſtudioſos, qui non ex Eccleſiæ inſtitutis, ſed ex fanaticis inſtinctibus, quos divinos fingebant animo, opera dirigebant, narrat Lucas Waddinghus: additque Minoritarum miniſtrum ſanxiſſe, ut novatores ita deluſi carceri traderentur: *Irrepſerat*, inquit, *hoc tempore per illam regionem*, nimirum Caſtellæ, *blanda quædam ſed pernicioſa peſtis hæreſeos nuncupatæ illuminatorum, ſeu viæ illuminativæ, aut dimittentium ſe divinæ diſpoſitioni, nihil volentium facere, niſi quod ultro per divinas inſpirationes aut revelationes ſibi ſuggeri facile & erronee credebant; ne in religionem irreperet (infecerat enim hæc ſtulta ſuperbia, & æmulatoria fatuitas quoſdam eu clero & religioſis) ſumma cura invigilari præcepit Quinonius*, erat is Minoritarum miniſter, *ut ſi quis deprehenderetur per hanc viam incedere, & admonitus ſtatim immediate ſine reſiſtentia & contradictione ab ea non recederet, & ab hujuſmodi ſtultitia non deſiſteret, ipſo facto ſine dilatione & miſericordia carceri manciparetur: æqua quidem ſententia, ut qui proprio ſpiritu per imaginariam illam viam illuminativam ad interitum tendebant, ſuperioris judicio per tenebroſos carceres in viam rectam revocarentur.* Hac faſcinatos inſania Anabaptiſtarum principes, quibus dæmon inſtar numinis ſe videndum obiiciebat, necnon Suenkſeldianos, qui præ interno

Perpetuo carceri addici juſſi Anabaptiſtæ faſcinati a dæmone.

efflatu ſacræ ſcripturæ oracula contempſere, indicatum eſt, inferiuſque viſuri ſumus.

CI. Laurentius Juſtinianus patriarcha miraculis clarus.

Hoc quoque anno Clemens Andreæ Gritti ducis Venetorum precibus permotus poſt adducta in religioſam diſquiſitionem miracula divinitus ad imploratam apud divinum Numen Laurentii Juſtiniani patriarchæ Venetiarum opem edita, de quibus ſacra actio jam ante a Sixto IV. Leone X. & Hadriano VI. fuerat inſtituta, diuque qua decet conſilii maturitate diſcuſſa, eundem Laurentium beati nomine exornavit, ejuſque effigiem in eccleſiis & altaribus totius ditionis Venetæ exponi, memoriam Eccleſiaſtico ritu recoli permiſit (*a*). Conſignatum eſt diploma hac temporis nota. *Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die* XXIII.... *MDXXIV. pontificatus noſtri anno* 1.

(*a*) *Apud Sur. to.* 1. *& apud Bollan.* 8.

CII. Theatinorum ordinis exordium.

Radiare in orbe Chriſtiano cœpere hoc anno Theatini ordinis primordia ſub auſpiciis Joannis Petri epiſcopi Theatini, qui in pontificatu Pauli IV. nomen accepit, & Gajetani Thienæi ſacerdotis Vicentini, cui maximæ virtutes illuſtratæ miraculis beati nomen pepererunt: qui ſacer ordo ampliſſimo diplomate (*b*) confirmatus eſt.

(*b*) *Bull. in Clem. VII. conſt.* 11.

Venerabili fratri Joanni Petro epiſcopo Theatino, & dilecto filio Gajetano presbytero Vicentino, & eorum ſociis & ſucceſſoribus.

Qui fuerint illius conditores.

Exponi nobis nuper feciſtis, quod vos & nonnulli alii ejuſdem propoſiti ſocii veſtri divina, ut creditur, inſpiratione ducti, cupientes cum majori animi quiete Deo ſervire, & illi magis pio deſiderio adhærere poſſe tria ſubſtantialia religioſæ vitæ, paupertatis ſcilicet caſtitatis & obedientiæ vota emittere, & ſub ſolito ac communi habitu clericali in unum habitantes & in communi viventes ac Deo humiliter & devote, quantum ipſe dederit ſervientes, ſub noſtra & Apoſtolicæ ſedis humili & immediata ſubjectione & ſpeciali protectione clericalem vitam ducere decreviſtis, ſupplicatique nobis feciſtis, ut de noſtra atque hujus ſanctæ ſedis Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis ſolitaque clementia in præmiſſis benigne annuentes, de eis, quæ ad hujus vitæ propoſitum conducere aut quomodolibet expedire videntur, vobis, ſociis ſucceſſoribuſque veſtris providere dignaremur: nos, qui omnium Chriſtifidelium piis & honeſtis deſideriis libenter annuimus, veſtrum in hac parte laudabile deſiderium plurimum in Domino commendantes, veſtriſque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis & cuilibet veſtrum, ut quandocumque viſum fuerit poſſitis tria

Confirmatur is ordo ſub nomine clericorum regularium.

ſubſtantialia religioſæ vitæ, ut petitis, paupertatis caſtitatis & obedientiæ vota publice emittere, & in manibus cuiuſcumque presbyteri ſæcularis vel cuiuſvis ordinis regularis ſolemniter profiteri, ac ſub ſolito & communi habitu clericali, ſubque nomine & nuncupatione clericorum regularium in communi ac de communi viventes in locis religioſis aut ſæcularibus, prout vobis ab illis quorum loca ipſa fuerint, conceſſum fuerit, ſeu expedire videbitur, ſub noſtra & ſanctæ huius ſedis Apoſtolicæ immediata ſubiectione & ſpeciali protectione in unum habitare, atque ex vobis inter vos ſingulis annis ſuperiorem eligere præpoſitum nuncupandum, qui uſque ad triennium & non ultra confirmari poſſit, alioſque quoſcumque ſæculares clericos quavis dignitate fulgentes ſeu laicos, qui Deo inſpirante ad huiuſmodi vitæ propoſitum & communem vivendi modum ſeſe conferre voluerint, recipere, & poſt annuam probationem ad talem trium votorum profeſſionem in manibus ſuperiorum ſeu præpoſiti emittendum, & ad hujaſmodi communem vivendi modum admittere; necnon ſtatuta quæcumque, ordinationes & conſtitutiones de omnibus & ſingulíſque ad huiuſmodi vitæ propoſitum conducere, moreſque & inſtitutum honeſte & devote clericaliter vivendi concernere videbuntur, de miſſis præcipue & aliis divinis officiis ſea horis canonicis, prout vobis melius videbitur celebrandis & recitandis, licita tamen & honeſta, rationabilia & bonis moribus & ſacris canonibus non contraria facere, edere & pro tempore facta edita corrigere, reformare & in parte vel in totum immutare ac de novo alia prout vobis expedire videbitur, inſtituere & ordinare, ac juxta illa vivere; quæ poſtquam a vobis condita, edita, reformata, inſtituta aut immutata & ordinata, ac uobis ſeu ſucceſſoribus noſtris exhibita fuerint, apoſtolica authoritate approbata & confirmata ſint & eſſe cenſeantur: & ut omnibus & ſingulis privilegiis exemptionibus, immunitatibus, indulgentiis, facultatibus, libertatibus authoritatibus, indultis, favoribus, conceſſionibus & gratiis ſpiritualibus & temporalibus, quibus potiuntur & gaudent, aut in futurum potientur & gaudebunt canonici regulares Lateranenſis congregationis perſonæ & loca eorum, vos perſonæ & loca veſtra ati, potiri & gaudere poſſitis, & infra: *indulgemus. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die* XXIV. *junii MDXXIV. pont. noſtri anno* 1. Dederat (*a*) eidem Joanni Petro alio diplomate undecima die maii exarato Clemens miniſtrandi in urbe ſacramenti ordinis, ac ſacerdotum doctrina imbuendorum ad ſacramenta rite adminiſtranda provinciam: proximo vero anno monaſterii B. Magdalenæ, in quo reſipiſcentes meretrices excipiuntur curam in divinis illi commendavit (*b*). Porro illum abdicato epiſcopatu, & archiepiſcopatu Brunduſino repudiato in privata ſanctiorique vita ſe collocaſſe; deinde a Paulo III. ad Cardinalatum evectum, ac demum in Marcelli II. locum Romanum Pontificem ſubrogatum videbimus.

Condendi ſtatuta auctoritas iis data.

(*a*) Ext. *Sadol.*

Monaſterium pœnitentium meretricum inſtitutum a Clem.

(*b*) *Bull. in Clem. VII. conſt.* 14. *Franciſc. Caracciol. in vit. Paul. IV.*

CIII. Decrevit hoc anno Æthiopum orientalium Imperator legationem ad Romanum Pontificem, tum ad Regem Luſitaniæ pro ſacro bello contra Saracenos ſuſcipiendo, excindendaque ſuperſtitione Mahumetica, ac funeſta Europæorum principum bella civilia planxit, eoſque ſollicitavit, ut poſitis odiis ad Syriam Chriſti cultui reſtituendam ſe accingerent: quæ vero ad Luſitaniæ Regem tranſmiſſæ fuere literæ hiſce verbis conceptæ erant (*c*).

(*c*) *Ext. apud Damian. Goez. to.* 2. *Hiſp. illuſt. p.* 1295.

In nomine Dei Patris omnipotentis creatoris cæli & terræ, & omnium rerum factarum viſibilium & inviſibilium: in nomine Dei Filii Chriſti, qui eſt filius & conſilium & propheta patris: in nomine Dei Spiritus Sancti paracleti Dei vivi, æqualis Patri & Filio, qui locutus eſt per os prophetæ ſpirando ſuper Apoſtolos, ut gratias agerent & laudarent Trinitatem perfectam in cælo & in terra, in mari & in profundo ſemper. Amen, &c.

CIV. *Eo tempore, quo ad me relatum eſt de potentia Regis patris tui, qui Mauros fœdiſſimi Mahumeti filios debellabat, Deo gratias ingentes egi propter incrementum, & magnitudinem, & coronam conſervationis in domo Chriſtianitatis. Similiter ſummam cepi voluptatem ex legatorum adventu, qui verba ipſius Regis ad me detulerunt, ex quibus ſingularis amor & notitia & amicitia inter nos effecta eſt ad eradicandos expellendoſque malignos Mauros, & incredulos gentiles, qui habitant inter tua meaque regna. Deum eſſem in hac lætitia, audivi tuum meumque patrem prius eſſe vita defunctum, quam hinc legatos ad eum mitterem; quamobrem gaudium meum in mœrorem ſubito converſum eſt, ita ut in hoc cordis mei dolore mecum etiam aulæ noſtræ proceres, & prælati eccleſiaſtici, & qui in monaſteriis ſunt, omneſque demum ſubditi noſtri vehementiſſimum luctum fecerint, ita ut voluptas primi nuntii cum triſtitia hujus noviſſimi obrueretur.*

Abyſſini Regis ad Luſitanum literæ.

CV. *Domine, a principio regnorum meorum nulla legatio nulluſque nuncius vel a Rege vel a regno Portuvalliæ ad me pervenit, niſi dum viveret Rex tuus pater, qui du-*

ces

ces ſuos ad me miſit & proceres cum clericis & diaconis, qui totum ſolemnium miſſarum apparatum attulerunt: & propterea maxime ſum lætatus, & eos honorifice ſuſcepi; & non multo poſt eos dimiſi, ut reverterentur cum honore & pace: & poſtquam pervenerunt ad portum maris, qui eſt in finibus meis in mari rubro, non invenere magnum præfectum claſſis, quem pater meus miſerat; is enim non expectavit, & de hoc me feceras certiorem, quoniam non poterat expectare, cum eſſet moris veſtri de triennio in triennium magnum claſſis præfectum creare. Interim alius noviter creatus advenit; qua de cauſa longiorem quam opus eſſet moram legati contraxerunt. Nunc vero mitto mandata mea per fratrem Chriſtophorum Licanati, cui nomen eſt a baptiſmate Zaga Zabo, nempe gratia patris, qui deſideria mea coram vobis explicabit: & item ad Papam Romanum mitto Franciſcum Alvarii, qui nomine meo præſtet obedientiam uti juſtum eſt.

Decreto ob Abyſſino legatio ad Pont. & Luſit.

CVI. *O domine Rex frater mi, attende & da operam amicitiæ, quam inter nos pater tuus aperuit, & crebro mitte nuntios & literas; nam eas magnopere videre deſidero, uti a fratre meo, nam id æquum eſt, cum ambo ſimus Chriſtiani, & Mauri, qui mali ſunt, ſemper in ſua ſecta concordes exiſtunt. Et nunc profiteor, me nolle in poſterum legationes Regis Ægypti admittere, nec aliorum item Regum, qui ad me ſæpe legatos mittebant, ſed ſolum celſitudinis tuæ, quos venire maxime opto quoniam Reges Mauri me loco amici non habent propter religionis diſſenſionem, ſed amicitiam ſimulant, ut tutius & liberius mercaturam in noſtris regnis exerceant: unde magnum commodum conſequuntur; ingentem enim vim auri, cujus ſunt avidiſſimi, e regnis meis exportant, cum parum mihi ſint amici, & commoda eorum nullam mihi afferant lætitiam: ſed hoc tolerandum fuit, quoniam ſuperiorum Regum noſtrorum vetus eſt inſtitutum; & ſi eis nequaquam bellum infero & penitus profligo, temperandum in hoc mihi eſſe arbitror, ne illi contra ſanctum templum in Jeruſalem violent & diruant, in quo ſepultura eſt Jeſu Chriſti, quam Deus in poteſtate fœdiſſimorum Maurorum reliquit, & pariter ſolo æquarent alia templa, quæ ſunt in Ægypto & Syria: & hæc eſt cauſa cur eos non invadam & debellem; cujus rei me plurimum tædet. Etiam hoc mihi facilius perſuadeo eſſe faciendum, cum neminem Chriſtianorum Regum habeam finitimum, qui me adjuvet, & cor meum exhilaret.*

Dolet Æthiops Chriſtianos inter ſe non eſſe concordes cum Mauri ſint concordes.

Excuſat cauſam cur non inferat Mauris bellum.

CVII. *Ego, mi Rex, nequaquam lætari poſſum de Chriſtianis Europæis Regibus, cum eos audiam in uno corde minime conſentire, vigereque inter eos bella. Eſtote ſimul omnes in una concordia unanimes; deberetis enim inter vos certo fœdere eſſe contenti. Et certe, ſi mihi Chriſtianus Rex finibus eſſet conjunctus, numquam una hora ab ipſo diſcederem: & de hoc non plane ſcio quid dicam, aut omnino faciam; cum hæc a Deo ordinata eſſe videantur.*

Plangit Europæ bella.

CVIII. *Domine mi, mitte obſecro frequentes ad me nuntios; nam cum literas tuas video, vultum certe tuum intueor, quoniam major amicitia oritur inter longinque diſtantes, quam inter eos, qui propinqui ſunt, propter deſiderium, quo tenentur: nam is qui reconditos habet theſauros, cum eos oculis non videat, corde ſemper, & quidem vehementiſſime, diligit, ſicut Dominus Jeſus Chriſtus in evangelio dicit:* (*a*) Ubi theſaurus tuus, ibi cor tuum; *ita cor meum apud te eſt; cum tu ipſe meus ſis theſaurus, & tu pariter me tuum theſaurum debes efficere, & cum meo cor tuum ſincere copulare. O Domine frater, ſerva verbum hoc, nam es prudentiſſimus & uti audio, patri in ſapientia ſimilis: & de hac re ſtatim cognita Deo gratias egi, abjectoque dolore, gaudium a me ſuſceptum eſt, & dixi:* Benedictus ſit filius ſapiens, & magni capitis filius Regis Emmanuelis, qui ſedet in cathedra regnorum ſuorum. *Domine mi, cave ne defatigeris, cum ſis fortis non ſecus ac pater tuus, nec oſtende debiles vires adverſus Mauros & gentiles; nam eos cum Dei auxilio adjuvante virtute tua facile debellabis & deſtrues. Et non dicas tibi eſſe a patre tuo vires exiguas; nam eæ ſunt certe ſatis magnæ, & Deus ſemper opem feret. Mihi adſunt viri, aurum, commeatus, inſtar arenæ maris & ſtellarum cæli. Nos ſimul conjuncti totam Maurorum barbariem deſtruemus, neque aliud a vobis peto, quam peritos viros, qui meos milites in præliis ordines ſervare doceant, &c.*

(*a*) Matt. 6.

Provocat Luſitanum ut jungat vires in Mauros.

CIX. Recruduit hoc anno diſſenſio inter Luſitanos Caſtellanoſque de novi orbis limitibus jam ante mota coram Hadriano VI. Definierat eos Alexander VI. ut nimirum Luſitani ad orientem, Caſtellani ad occidentem incognitas terras perluſtrarent: nec veriſimile videbatur eas nationes unquam in extero orbe concurſuras; at inſatiabilis ambitio duabus gentibus vaſtiſſimum orbem anguſtum effecit; ubi enim Magellanes per occidentem ad Moluches inſulas penetravit, mox de earum certatum eſt ſupremo imperio. Veterem poſſeſſionem retinere Luſitani anniſi ſunt, atque arguebant, eas intra limites ab Alexandro deſignatos contine-

Orta inter Caſtell. & Luſit. diſcordia de novi orbis limitibus.

Magellanes per Occidentem ad Moluchas inſulas penetrat.

ri

ſti, hac ratione, ut refert Petrus Martyr: (a) *Eſſe pagos ajunt illi, & rura, villulaſque, ſuos proventus ad Malacheas, Calienteas, Cochineaſque nundinas afferentes, ut accidit in univerſo ruſticis ad urbes & oppida venum neceſſaria comportantibus, quæ domi colunt & nutriunt ruſtici.*

(a) *Petr. Mar. dec.* 5. *c.*7. & *dec.*6. *c.*9. Luſitanorum jus.

CX. At quid Caſtellani opponerent addit author Hadrianum VI. compellans: *Nos vero e contra reperimus Maluchans ab ipſis uſurpatam, quod ſit extra lineam illam dividentem ab oriente in occidentem ab utroque polo: id tuæ beatitudini eſt notiſſimum, quia coram ea diſcuſſa fuit non ſemel iſta quæſtio.* Redintegrata ea controverſia hoc anno ait idem author (b) in commentariis IV. julii ejuſdem anni miſſis ad archiepiſcopum Conſentinum, ut ea Clementi VII. offerret: *Adeo certam eſſe rem illam infra noſtros limites ab Alexandro Pontifice aſſignatos arbitramur, ut ad novam profectionem præparandam cum impenſa non vulgari recentes in Cantabrico Bilbani portu naves ſeu neceſſariis commeatibus comparatis conſtruxerimus, ſtatueramuſque, ut circiter vernum æquinoctium vela facerent eu portu Clunio Galleco tibi noto ad aromatum ea commercia tractanda deſtinato.*

Caſtellanorum objectio.

(b) *Id. ib. dec.*6. *c.* 49.

CXI. Demum Luſitani ad componendas exorientes diſcordias a Carolo V. poſtularunt, ut judiciario ordine prios rem cognoſceret: extracta lite, neque arbitris inter ſe ſe conſentientibus, eo res proceſſit (c), ut Luſitani in Indiis viribus ſuperiores arcere Caſtellanos pararent: & Carolus V. ſi ſuæ naves laceſſerentur, terreſtri prælio Luſitaniam undique Caſtellana ditione cinctam obruere meditaretur, pro tuenda Alexandri VI. donatione: de qua quidem variarum gentium Reges graviſſime ſunt conqueſti, eum juris ſit naturalis terrarum incognitarum poſſeſſionem inire, nec rationi conſentiat, ut dimidius orbis terrarum genti exiguæ aſcribatur, quæ nec etiam in vaſtiſſima imperia colonias deducere, totque nationibus erudiendis adducendiſque ad cultum divinum par eſſe poſſit.

Carolus V. Luſitano minas intendit.
(c) *Id. ib. cap.* 10.

CXII. Hoc anno Martinus Valentinus legatus apoſtolicus cum duodecim Minoritis ad Mexici imperii regiam urbem pervenit excitus (d) a Ferdinando Corteſin Mexici debellatore, qui adeo ſacerdotes venerabatur, ut nunquam cum ipſis miſceret colloquia, niſi detecto capite, & fixo humi genu: fuiſſe illum pium & humilem, ac ſummis honoribus ſacerdotes excipere, & veſti demiſſa libare oſculatum religionis ergo, tum ut Mexicanos ſuo exemplo ad pietatem religionemque adduceret, refert vitæ ejus author; additque Americanos perculſos ſtupore fuiſſe, cum illum ita ſe dimittentem viris religioſis conſpicerent, quem ipſi inſtar numinis colebant, atque exinde ſacerdotes noſtros in ſumma veneratione habuiſſe. Imperatum pariter Hiſpanis a Corteſio, ut religioſos viros venerarentur, atque ad Americanos ab errore eripiendos, & peccata effuſis eleemoſynis redimenda incumberent.

(d) *Mexici expugnati hiſt.*
B. Martinus Valentinus legatus Apoſt. in Mexicum miſſus.

Ferdinandi Corteſii in ſacerdotes obſervantia.

CXIII. Porro ex ſacerdotum præſentia religioni conſtituendæ navatam operam, idola quævis colliſa, in erudiendis infidelibus, baptiſmo abluendis, juſtis nuptiis celebrandis collocatum ſtudium: cumque variæ difficultates in nova illa eccleſia inſtituenda emergerent, hoc anno Ferdinandi Corteſii diligentia primam ſynodum Americanam Mexici celebratam, cui Martinus tanquam legatus pontificius præſedit, ac novemdecim religioſi ſacerdotes, quinque alii clericalis ordinis, ſex vero laici literati, inter quos erat idem Ferdinandus Corteſius, interfuerunt. In ea vero agitatum quam potiſſimum uxorem neophyti e pluribus, quas habuerant, retinere deberent: ſancitumque ut quamcumque vellent ex his ritu Chriſtiano ſibi copularent, cæteras vero repudiarent. Ad propagandam dein religionem impoſuit Corteſius provinciis præfectos (e), ut omnia idola diffringerent: ipſeque ad novas quærendas terras menſe octobri hujus anni expeditionem confecit, ſecumque Regem Quahutimocom & alios proceres, ne quid ſe abſente novarent abduxit. At eo abſente Hiſpani, qui Mexici hæſerant, ambitione & avaritia obcœcati civilia inter ſe odia exercoere, atque in apertum diſcrimen naſcentem eccleſiam Mexicanam objecere (f); nam barbari animadverſa eorum diſcordia, de ipſis interficiendis ſumpſere conſilia, quæ divina vi irrita conciderunt.

Idola contrita.

Prima ſynodus Americana.

Indictum Mexicanis ut una uxore contenti eſſent.

(e) *Ibid. pag.*239.

Exorta inter Hiſpanos odia.

(f) *Ib. p.* 243. *b*

CXIV. Meminit de iis Chriſtianæ religionis inter Mexicanos feliciſſimis progreſſibus Laurentius Surius (g), obſervatque eo tempore, quo Martinus Lutherus dæmonis organum infelix Chriſtianos a vera fide abducebat, divinam providentiam alterum Martinum ad gentem idololatram Romani Pontificis opera legaſſe, qui dæmonum ſervos Eccleſiæ aggregatos in filios Dei cooptaret: cum id hæreticorum omnium ſignum ſit certiſſimum, ut bonos corrumpant; Romanæ vero atqoe apoſtolicæ eccleſiæ id decus ſingulare atque ornamentum, ut impios dæmonum laqueis irretitos ab idolorum cultu & ferina barbarie ad agnitionem Dei humanitatemque traducat. *Anno*, inquit, *ſalutis MDXXIV. venit in civitatem*

(g) *Sur. in comment. an.* 1558.

Digitized by Google

Propagata fides in Mexico a Martino Valentino.

tem Mexicanam frater Martinus Valentinus cum duodecim monachis tanquam vicarius Papæ a Carolo Cæſare illuc cum authoritate ejuſdem Pontificis miſſus, eodemque anno prædicavit ille in novi orbis terra continente Evangelium Chriſti, & magnos illic progreſſus, magnaque incrementa fides Chriſti accepit. Et quidem ea ipſa fides, quam Germani & plerique alii Europæi a Martino Luthero & aliis ſectariis male perſuaſi ut papiſticam reiiciunt; baptizabantur illic multa hominum millia: & cum antea plures ſimul uxores habuiſſent, dubitareturque quam ex omnibus retinere deberent, eodem anno Mexicana habita eſt ſynodus ſolemnis, cui tanquam Papæ vicarius præſedit Martinus Valentinus, in quo tandem definitum eſt, quod qui fidem Chriſtianam cum omnibus Romanæ & catholicæ Eccleſiæ ritibus complecterentur, en omnibus uxoribus unam tantum, quam vellent ducerent ritu Chriſtiano. Idola omnia ex templis exturbabantur: crux Chriſti, & ſanctiſſimæ Mariæ Virginis imago in templis reponebantur: Euchariſtia populis oſtendebatur: miſſæ ſacrificium a Martino & collegis duodecim patefiebat: evangelium catholico more pie & pure annuntiabatur; inde vero paucis annis tot baptizabantur in ea novi orbis plaga, ut alii ſepties dena centena millia, alii quatuordecies dena centena hominum millia in ſolo illo Mexicano regno baptizata retulerint: magna etenim in eo novi orbis tractu eſt hominum copia, adeo ut in inſula ſani divi Dominici quindecies centena hominum millia fuiſſe reperiantur, & quandoque in proceſſione centum millia hominum ſe Chriſtiano more ceciderint virgis. Et infra: *Et, o divinam providentiam, a terribilem Deum in conſiliis ſuper filios hominum, ſeptimo anno poſt natum in Germania dogma Lutheranum, in novo orbe Martinus Valentinus vitæ ſanctitate & miraculorum operibus inclaruit, & cæcis gentibus evangelii lucem (ſynceram quam Germania, Martino Luthero apoſtata infami duce, faſtidivit) invenit.* Et infra.

Decies centena millia baptiſmo abluta.

Divinæ providentiæ inſigne prodigium.

CXV. *Et certum eſt omnes Indos & novi orbis Carolini incolas & accolas fieri quotidie magis ac magis Chriſtianos. In archiviis Caroli Cæſaris lectum eſt unum quemdam ſacerdotem ſepties centena hominum millia baptizaſſe, alium tercentum millia, alium centum millia, alios plures, alios pauciores. In ſolo Mexico referunt multi ſumma fide digniſſimi triginta fuiſſe dynaſtas, quorum quilibet habuerit, ſub ſe centum millia hominum, aut circiter & tria millia toparcharum, qui & alios ſub ſe haberent clientes fiduciarios, & beneficiarios, vaſallos, valvaſores, & valvaſinos: qui dynaſtæ certæ anni parte familiam ſuam alebant in civitate Mexicana curia Regis Moteczumæ, & ex ea non licebat illis diſcedere ad ſuas provincias niſi Regis permiſſu, ac relictis ſive filiis ſive fratribus ſuis in civitate obſidum loco: & (quod dictu horrendum eſt) mille plerumque homines uno die in civitate Mexicana immolabantur: ſed omnia idola exturbata ſunt, dæmonibus ſilentium indictum: oracula & præſtigiæ conticeſcere juſſa ſunt, pluralitas uxorum in unius conſortium, redacta: ſeptem illis ſacramenta, & cæteri Romanæ eccleſiæ ritus reverenter traditi ſunt: nobis interim in Europa de horum contemptu, & novorum dogmatum complexu petulanter nobis applaudentibus, & tanquam mirifica reperta luce gratulantibus: ſed Deus præpotens ſpretis nobis contemptoribus, ſuam gratiam offert illis barbaris & ignotis gentibus, & ut hæretici tabeſcant, omnes illas facit Romani Pontificis obſervantiſſimas, & veteris religionis ſtudioſiſſimas: ſolent iactare iſti temulenti novi evangelii præcones, ſe Romano Pontifici modis omnibus velle incommodare: nec vident miſeri, ut ipſos irrideat, qui habitat in cælis (a), & tanto Romanum Pontificem in remotiſſimis novi orbis regionibus faciat majori ſtudio ac veneratione affici, quanto in Europa apud pleroſque minori in pretio eſt.*

Confuſa Lutherana impietas.

(a) Pſal. 2.

CXVI. Prædixiſſe videtur jam ante Chriſtus B. Birgittæ (b) ejuſmodi multorum Chriſtianorum defectionem, gentiumque barbararum ad Chriſtum converſionem hiſce verbis: *Ego ſum quaſi fictor, qui de luto facit pulchram imaginem ad hoc, ut eam nobiliter deauret: evoluto autem aliquo tempore inſpiciens fictor vidit imaginem humidam, & quaſi en humore deformatam, os quippe retortum a pulchritudine ſua, factum eſt quaſi os canis, & aures dependentes, oculi everſi, frons & genæ immerſæ; tunc dicit magiſter. Non es digna, ut veſtiaris auro meo, & arripiens eam comminuit, & facit aliam auro ſuo dignam. Ego ſum ille fictor, qui hominem feci de terra ad hoc, ut auro deitatis meæ eum mecum inſignirem: nunc autem amor voluptatis ejus & cupiditatis ſic eum defœdaverat, ut indignus ſit auro meo; nam os, quod ad laudem meam creatum eſt, nihil loquitur niſi placentia, & proximo nociva; aures nihil audiunt, niſi terrena; oculi nihil videt, niſi voluptuoſa; frons humilitatis deciderat & erecta eſt ſuperbia. Ideo eligam mihi pauperes, id eſt paganos, deſpectos & dicam eis: Ingredimini & quieſcite in brachio charitatis meæ. Vos autem, qui mei eſſe deberetis, & ſpreviſtis, vivite ſecundum voluntatem veſtram*

(b) S. Brigit. revel. extrav. c. 84.

Prædictio de Paganorum converſione.

tem-

tempore veſtro; & in tempore meo, ſcilicet judicii, dicam vobis: Ecce dabitur vobis tantum de tormentis, quantum dilexiſtis voluptatem veſtram plusquam Deum veſtrum: iſte vero venit ad me quaſi catulus ponens caput & collum ad laqueum, exhibens ſe reum: ideo dimiſſum eſt ei peccatum.

Excur-

I. Celebratus jubilaus annus.

EXcurrentis ſæculi annus vigeſimus quintus indictione decima tertia non tam ſolemni Chriſtianorum expiatione a Clemente ſummo Pontifice Romæ indicta lætus, quam bellorum civilium, quæ Gallorum & Hiſpanorum æmulatio hæreſiſque Lutheranæ impia rabies peperit, cladibus lugubris extitit tum etiam ob graſſantem Romæ (a) peſtilentiam, quæ fideles ab itinere deterruit. Cæterum in his literis pendendæ pecuniæ, ſeu erogandæ partis ſumptuum, qui in adeunda urbe erant ſubeundi, mentio prætermiſſa eſt; ob publicam ſcilicet offenſionem, quod ex hujuſmodi largitione Lutherus oblatrandi occaſionem ſumpſiſſet: ſed indicta lex, ut oratio dominica quinquies repeteretur. Ob has publicas calamitates minores longe, quam unquam antea populorum concurſus ad limina Apoſtolorum factos ferunt (b). Meminit de his Pontifex in literis proximo ineunte anno ad archiepiſcopos & epiſcopos datis; de quo hæc habet Florimundus Raymundus (c): *Annum hunc qui fuit MDXXV. tanquam infortunatum ipſi Lutherani deteſtantur, ut in quo ſacramentariorum ſecta prodiit, anabaptiſtarum tumultuata, ſeditioſa ruſticorum plebs cæſa, & jubileum a Papa promulgatum fuit.*

(a) *Clem. lib. brev. ann. 1526. pag. 4.*

(b) *Blaſius Cæſenas in diarii, Mucantius in ſuis Andr. Victorell. p. 3. de Jubil. & aliis.*

(c) *Florim. Raymun. de origine hæreſ.*

Mota a ſectariis bella.

II. Promulgatum vero ſuperiori anno ultima dominica adventus ſolemni ritu, ac feſto tympanorum ſtrepitu, lætoque buccinarum clangore jubileum hunc annum, lectumque Latinis & Italicis verbis conceptum pontificium diploma (d) refert Blaſius Cæſenas ſacrorum rituum magiſter: excuſumque illud typis fuit Romæ anno MDLXXXVI. in priore bullarii parte, ducitque ab his verbis exordium: *Inter ſolicitudines*; ac poſt repetita de ſolemni jubilea expiatione decreta Bonifacii VIII. Clementis VI. Gregorii XI. & aliorum anteceſſorum inſtaurataque, ſubdidit Clemens: *Nos, qui & per alias diverſas literas noſtras pleniſſimam dicti anni indulgentiam, literaſque eorundem prædeceſſorum noſtrorum conſilio approbavimus & innovavimus, ipſum annum jubilei a primis veſperis nativitatis domini noſtri Jeſu Chriſti incipere, & ut ſequitur finiri voluimus, ac omnes & ſingulas indulgentias plenarias, & ad inſtar jubilei ac etiam commutandi vota, necnon ſuper eis & male ablatis & incertis, &c. vel per alium illicitum modum extortis diſpenſandi & componendi, aut ſub certis modo & forma remittendi & deputandi confeſſores cum poteſtate abſolvendi, etiam in caſibus Apoſtolicæ ſedi reſervatis, facultates conceſſiones & indulta a nobis, vel Apoſtolica ſede quibuſcumque eccleſiis, monaſteriis, hoſpitalibus, & piis locis, univerſitatibus, fraternitatibus, &c. conceſſas & conceſſa, & in futurum forſan concedenda, de ſimili conſilio ad noſtrum & dictæ ſedis beneplacitum ſuſpendimus: omnibus & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus tenore præſentium nuntiandum duximus, prout denuntiamus, quod proximo die ſabbathi, qui erit vigilia nativitatis ejuſdem domini noſtri Jeſu Chriſti in primis veſperis dictæ vigiliæ accedemus ad baſilicam ejuſdem B. Petri, & portam ejuſdem baſilicæ anno jubileo aperiri ſolitam, & propriis manibus aperiemus, faciemuſque aperiri alias, &c. aperiri conſuetas dicto anno, & pro conſequenda ipſa pleniſſima indulgentia baſilica eorumdem Apoſtolorum Petri & Pauli Lateranenſis, & B. Mariæ majoris eccleſias, illarumque majora altaria per Romanos, ac in dicta urbe commorantes & reſidentes triginta; per peregrinos vero & forenſes quindecim diebus continuis aut interpolatis ſemel in die viſitari debere, omnes & ſingulas pleniſſimas indulgentias per dictos prædeceſſores dicto anno jubilei baſilicas & eccleſias prædictas viſitantibus conceſſas, de novo pro conſcientiarum eorumdem fidelium majori ſecuritate, & potiori cautela authoritate apoſtolica concedimus & innovamus, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MDXXIV. x. kal. januarii pontificatus noſtri anno* 11. Datam a Clemente, antequam ad portam baſilicæ S. Petri aperiendam exſcenderet, provinciam fuiſſe Alexandro Farneſio epiſcopo Oſtienſi & ſacri ſenatus decano, ut S. Joannis Lateranenſis, cujus erat archipreſbyter; Antonio de Monte epiſcopo Portuenſi, ut baſilicæ S. Pauli; Andreæ de Valle tit. S. Priſcæ, ut S. Mariæ majoris portas panderent, ſervatumque a Clemente in baſilicæ S. Petri porta aperienda ritum; utque aureo malleo murum percuſſerit, deſcribit idem Blaſius Cæſenas (e).

(d) *Ext. inter brev. ann. 1524. pag. 483.*

Decretum Clementis de eo.

Deſignatus dierum in luſtrandis eccleſiis numerus.

Baſilicarum portæ ſolemni ritu apertæ.

(e) *Blaſius in diariis Jo. Mucantius ex eo Victorel. p. 3. ex illis.*

III. Explicuit dein Clemens piacularem beneficentiam in plures alios, qui Romanam peregrinationem obire non potuerant: qua de re extant in pontificiis hujus anni regeſtis ad Angliæ Reginam, (f), necnon ad Maximilianum archiducem Auſtriæ (g) literæ. Affecti eo etiam beneficio omnes cruceſignati, qui Chriſtophorum (h) Frangipanem in proxima expe-

(f) *Ibi. brev. an. 1525. pag. 290.*

(g) *Ext. inter brev. an. 1524. pag. 483.*

(h) *Ibid. pag. 386.*

expeditione adverſus Turcas conficienda ſequerentur. Detuliſſe biennio ante comitem Chriſtophorum Frangipanem in Cardinalium ſenatu operam ſuam ſedi Apoſtolicæ ac obiectam coitionem cum Turcis impreſſionemque hoſtilem in Pannoniam confutaſſe, narrat Hieronymus Niger (*a*). Miſiſſe vero, cum jam irruptionis a Solimanno in Hungariam rumor increbreſceret, hoc anno ad Clementem Stephanum Brodericum epiſcopum Vatienſem ad implorandam adverſus illum opem, atque inteſtinis ſeditionibus laboraſſe Pannoniam equeſtri ordine conjurante adverſus regios adminiſtros, ac omnes, exceptis Tranſilvaniæ & Illyrici præfectis gradu deiicere, legeſque Regi dare annitente, narrant Hungarici annales (*b*): quæ civiles diſſenſiones extremi Hungariæ excidii præludia fuere; ſed hæc proximo anno lugenda erunt. Nunc in alios incidimus luctus, quibus ob Lutherum hæreſiarcham afficitur Germania.

(*a*) *Ext. ejus lit. l. 1. collect. lit. princ. pag.* 115.

Civiles motus in Hungaria.

(*b*) *Nicol. Iſthuanffi hiſt. l. 8. de reb. Ung.*

IV. Moniti ſæpius Germaniæ principes de bello ab hæreticis movendo.

Monuerant iam ante Romani Pontifices Carolum V. Cæſarem ac principes Germanos, magno eorum periculo foveri hæreticos, qui poſt eccleſiaſticam auctoritatem conculcatam, etiam cæſaream & civilem obtererent, ac barbaricam male agendi licentiam affectarent, ut plures eorum literæ a nobis ſuis locis allatæ docent; nec difficile id præſagiri poterat, cum Lutherus libros impios adverſus eccleſiaſticos viros diſſeminaſſet, quibus imperitam plebem ad epiſcopos omnes, ſacerdotes, & monachos contrucidandos hortabatur: *Quicumque*, inquiebat (*c*), *opem ferunt, corpus, bona, & famam in hoc impendunt, ut epiſcopatus devaſtentur, & epiſcoporum regimen excindatur, hi ſunt dilecti filii Dei & veri Chriſtiani obſervantes præcepta Dei.* Dei nomine deſignat ille dæmonem, qui fuit homicida ab initio, cujus organum extitit Lutherus, & a quo ſe edoctum profitetur. Ementiebatur hic draco animas ab eccleſiaſticis in exitium trahi, invidensque eorum opibus, hæc acerbe objiciebat: *At quid proſunt, niſi ut voluptatibus indulgeant ex aliorum ſudore ac labore, verbumque Dei impediant?* ita ſua deliramenta, ut Dei verba infelicibus populis venditabat. Cum vero tam audax & ſacrilegum nefas, contemptis pontificiis querimoniis diſſimularent Germani proceres, repente ruſtica plebs ab anabaptiſticis concionatoribus faſcinata in arma coivit, ut eccleſiaſticos, necnon civiles magiſtratus excinderet, ac templa una cum urbibus dirueret, rata ſe per omnia ſcelerum genera divinæ iræ inſervire.

(*c*) *Luthe. in bulla. adverſus epiſcopos.*

Lutherus ad Germaniam ſtragibus complendam anhelat. Hæreſim verbum Dei vocat. Sacram. & propha nam politiam evertere moliuntur hæretici. Ruſticorum Lutheran. rebellio.

V. *Mira*, inquit Joannes Coclæus (*d*), *& miſerabilis erat tunc Germaniæ ſuperioris facies, inaudita, & irrecuperabilis calamitas, terror & tremor maximus: quando uno eodemque tempore omnium fere principum, [qui Lutherico fermento minus cauti ac nimis leniter & negligenter obſtiterant] ſubditi vel apertam intendebant vim, vel occultam in corde rebellionem fovebant. Multa igitur millia ruſticorum inſurrexerunt in Suevia, multa in Alſatia, multa in Franconia, multa in ripa Rheni, multa in Thuringia: profligato uno cuneo, mox obiiciebatur alius. Antequam vero juſtos conſcriberent exercitus principes, a tumultuantibus turbis graviſſima paſſim & undique illata fuerunt damna in diripiendis diruendiſque monaſteriis, templiſque & arcibus; & intra unum menſem majum majores clades cædeſque & vaſtitates paſſa eſt ſuperior Germania, quam decennali bello tum a Gallis & Hiſpanis paſſa ſit Italia. Scripſit enim D. Conradus Wimpina vir gravis & eruditus, homo ſenex & Francus, in una Franconia devaſtata eſſe monaſteria & arces ducentas & nonaginta tres.* Scripſit inter alios Petrus Crinitus (*e*) ruſticani hujus belli hiſtoriam ad Albertum tit. S. Petri ad vincula presbyterum Cardinalem Moguntinum, eundemque Magdeburgenſem archiepiſcopum, ac tempus rei geſtæ ita conſignat: *Hoc anno a Jeſu nato MDXXV. ſeditio & crudeliſſima & periculoſiſſima ignobilis vulgi contra ſuperiores & magiſtratus in Germania coorta eſt.*

(*d*) *Cocla. in actis & ſcript. Luth. hoc an. Pet. Crinitus to. 3. rer. Germ. Hubert. Thom. Gaſpar. Hedion in continuat. Sabellic. Viemberg. in actis & ſcript. Lut. Sur. in comment. Appen. ad Nauclet. Serar. in Alber. II.*

Vaſtitas horrida ab iis illata.

(*e*) *Pet. Crinit. to. 3. rer. Germ. ex edit. Feeber. pag.* 194. *Meshov. hiſt. Anabapt. l.* 1.

VI. Erupiſſe primam mali labem in Hegania, idem tradit, cum Huldericus dux Wittembergenſis principatum recuperare anniteretur; Suevi vero fœderati ductore Georgio Walpurgenſi in eum ſigna extuliſſent: diſſipato autem Vittembergenſi exercitu XIV. kal. martii, ruſticos ad quatuordecim millia hominum congregatos varios etiam aliis in locis exercitus conflaſſe, ac mox in viros nobiles & eccleſiaſticos, ſacraque omnia effrenato furore charitatis ſpecie debacchatos eſſe: *Charitatem*, inquit, *fraternam de qua plurimum præ aliis in Chriſto ſervatore noſtro gloriabantur omni crudelitate, tyrannide, nequitia declaravere, circumjacentia quoque monaſteria expoliare, evertere, devaſtare, nec aliter agere, quam, qui nec Deum, nec homines, nec quod jus, fas, honeſtumque eſt reverentur.* Deluſam dæmonum præſtigiis eandem ſacrilegam turbam ita deſcribit: *Sane cum ille mali artifex ſathanas, quem Chriſtus homicidam & mendacem appellat, quique humani generis inimicus & omnis diſcordiæ author*

Charitatem fraternam dixere crudelitatem ſerinam.

in

Digitized by Google

in rebus tam periculoſis, ſibi autem mire placentibus veluti prædam agere ſperans, haudquaquam quieſcit: rem eo deduxit per ſibi deditos ſervos, ut a fructibus ſuis cogniti ſunt, ut ſub ſacroſancti evangelii ſpecie, quod certe ſolatio oneratis conſcientiis eſt, & omnis obedientiæ lucidiſſimum ſpeculum, quemadmodum & primos parentes noſtros decepit, & a Deo optimo maximoque abalienare ſtuduit, aliquæ poſtulationes ad ſeditionem potius, quam ad pacem pertinentes, & carnis potius quam ſpiritus libertati convenientes per univerſam pene Germaniam diſſeminarentur: quæ meo judicio ex perverſo Thoma Munozer in Thuringia primum pullulavere; ſemper enim præcipuas hujus ſeditionis, & artes, & partes apud turbas longe lateque furentes ſuo tempore protulit & fovit. Verum ignobile vulgus quod ſua ſponte jugum excutere, & ſe in libertatem vendicare propenſum eſt, libentiuſque multo fine quam ſub legibus cupit vivere, jam dictas poſtulationes ardenti cupiditate & obviis, ut ajunt, ulnis excipiebat: pars quidem depravatæ ſuæ ſententiæ fomitem nacti; pars aliorum inſolentia, levitateque excitati, de novo commoti excitabantur: plerique [mea opinione] avaritia ſpeque prædæ impulſi, quamplurimum animo conceperant. Hac de cauſa ſubditis & infima plebe paſſim contra magiſtratum ſeditioſe tumultuante, illa cruentiſſima labes fas pium & æquum, omniaque jura corrumpebat.

Sathanæ & Spiritui libertatis adſcriptum malum.

Præcipuus horum ſignifer Thomas Munzerus.

Spes prædæ plures impulit.

VII. His conſentientia tradit Hubertus Thomas (a) Leodienſis, qui erat Ludovico Palatino principi electori a ſecretis, in commentario ad Erardum de Marcha Cardinalem, revocatis poſt cladem Papienſem ab Helvetiis ducis Wittembergenſis copiis Georgium Suevici fœderis ductorem arma adverſus collectitias ruſticorum turmas convertiſſe, eaſque gemino prælio tumultuario fudiſſe: jamque eos tumultus compreſſos viſos, ipſis ruſticorum ducibus manus ad illum tendentibus ſignaque tradentibus, cum repente in omni Germania majores populares turbæ excitatæ ſunt a nefariis evangelii Lutherani concionatoribus: *Interim*, inquit, *non quieſcens humani generis perpetuus hoſtis ſathan, & ut Chriſtus ait*, mendax ille noſtræ ſalutis jugulator, omniſque iniquitatis & diſcordiarum fomes & author prædam ingentem ſibi paratam cernens in omnia ſeſe convertit, donec laqueos, in quos ruentem populum exciperet repererit. *Inſtructis itaque ſua farinæ, ut poſtea fructus docuerunt, miniſtris, qui evangelii præfigentes titulum, ſummique boni præſeferentes imaginem, ſeditioſa ad numerum duodecim edidere, & per Germaniam diſperſere pronuntiata maxima pro parte in carnis libertatem excogitata a Thoma Muntzero Thuringo e Mulhauſen, quantum conjecturis poſſumus aſſequi; deprehenſus etenim crebros ad ſeditioſos ruſticos habuiſſe internuntios, unde illi hæc ſi cui maxime adſcribendum cenſeo: fuere autem hujuſmodi.* Deſiderantur ii apud Hubertum; recenſentur vero ab Ulembergio (b) his concepta verbis.

(a) Ext. to. 3. rer. Germ. ex edit. Freher. pag. 242.

Gemino prælio ruſtici fracti.

Novatorum dira conjuratio.

(b) Ulemb. in vita Luth.

VIII. *Suevici, a quibus rebellandi factum eſt initium, anno MDXXV. ineunte, breve quoddam ſcriptum publicarunt in duodecim capita vel articulos diſtinctum. Primo, rogamus [inquiunt] unaque volumus, ut deinceps apud nos ſit integra poteſtas eligendi miniſtros eccleſiæ, qui pure doceant verbum Dei, eoſdemque deſtituendi ſi mereantur. Secundo, decimas nullas porro dabimus, niſi frumenti tantum colligendas per quoſdam e cœtu delectos, ac dein in eccleſiæ miniſtros, in pauperes, uſuſque publicos erogandas. Tertio, indignum eſt & miſerabile, quod hactenus pro ſervis mancipiiſque ſumus habiti, cum nos omnes Chriſtus ſuo ſanguine redemptos in libertatem vindicarit. Itaque quia ſcriptura liberos nos pronuntiat, liberi eſſe volumus: ita tamen, ut obtemperemus Dei mandatis, & magiſtratum non abiiciamus. Quarto, cum in exordio generis humani poteſtatem Deus homini conceſſit in feras, in volucres, in piſces, per magiſtratus ablatam, reſtitui nobis poſtulamus, niſi quis forte fluminis jus emerit, eamque rem per literas demonſtrare poſſit. Quinto, ſilvas tam eccleſiaſticorum quam ſæcularium per magiſtratus uſurpatas hactenus, quas qui poſſident pecunia non emerunt, in communes omnium uſus cadere volumus, ſive ædificandum ſit, ſive pro neceſſitate ligna cædenda. Sexto, durum illud ſervitorium onus, quod augetur incrementis quotidianis, minui pro lege æquitatis, nec colonos premi tam graviter, ſed ex verbi divini præſcripto tractari hac parte deſideramus. Septimo, qui prædia, fundos, agros obtinent a dominis, ex iiſque cenſus annuos fructuſque præſtant, nihil pendant amplius, quam antiquitus moderate quadam ratione pactum eſt; nec ſervitiis navis onerabuntur, niſi pretio colonis numerato quantum æquitas poſtulabit. Octavo, cenſus quorumdam bonorum annui graviores ſunt, quam ut ex fundo præſtari poſſint, niſi de ſuo coloni adiiciant: hi igitur moderandi ſunt bonorum virorum arbitrio, ne ſudores ſuos agricolæ gratis impendant. Nono, cumulantur perpetuo leges & conſtitutiones, & pœnæ delinquentibus non pro delictorum modo, ſed pro affectu punientium inſti-*

Ruſticorum gravamina.

Primum evertit hierarchiam.

Fucus de libertate.

Digitized by Google

guntur: volumus ut hac parte poſito affectu judicetur ſecundum antiquas ordinationes, & more majorum agatur. Decimo gravamur & in eo, quod agri quidam & prata, quæ ſunt publici juris, in privatos uſus quorumdam uſurpatione ceſſerunt; ea niſi juſto pretio empta ſint, in communes omnium uſus rurſus vindicabimus. Undecimo caſum mortis, quam vocant, vel morem illum, quod defuncto patrefamilias uxor vidua cum orbatis parente liberis pendere de bonis ſuis quippiam ſolet, penitus abrogatum volumus, ut nemo hanc ob cauſam exolvere quidquam deinceps obligetur. Sublatos eſſe ab inſanientibus hæreticis exequiarum honores, preceſque pro defunctis vetitas, quaſi ſacerdotalis avaritiæ commenta eſſent, obſervat Joannes Eckius (a): *Quod*, inquit, *funebres illi planctus ſeu luctus perinde hoc tempore, ut olim ſub Vigilantio & Joviniano, ſub apoſtata fidei Luthero jacent contempti ac neglecti, & ejuſce factionis homines propheticæ maledictioni Jeremiæ* (b) *de aſini ſepultura extra portas Jeruſalem ſe ſponte ſubiiciunt, ipſi viderint, quo pacto reſpondere velint & poſſint. Scio ego in locis nonnullis quoſdam tanta dementia captos, ut jam morituri ſeſe canibus & lupis Diogenis Cynici more exponi voluerint, atque in teſtamentis ita conſtituerint.* Et infra: *Inhumana res eſt nimiumque barbarica, & quæ cum feris & beſtiis nonnihil commune habet, Lutheranorum more non dolere de mortuo, non planctum ſed choream ducere &, quod abominabilius eſt, illos inhumatos canibus vorandos proiicere, ut hoc factum eſſe tota Germania novit.* Pergunt ſeditioſi articuli.

Sublatæ exequiæ.

(a) Jo. Eck. hom. 34. Euch. de ſumption.

(b) Hier. 22.

Indicta barbaries Lutheranis.

IX. Reſervatum ſibi volunt ruſtici ſcripturæ interpretationem.

Duodecimo. Demum ſi quid hoc ſcripto contineatur, quod non quadret ad divini verbi gnomonem, id nullum habere robur, ſed irritum eſſe volumus: quemadmodum vice verſa, ſi plura futuris temporibus occurrant gravamina cum lege Dei pugnantia, ea quoque decernimus ad ſuperiores articulos adjungenda. Reſervabant ita ruſtici ſibi ſacræ ſcripturæ interpretationem, atque omnia deliria ſacris oraculis affingebant; quam fraudem accepiſſe a Luthero hæreticos addit Eckius (c): *Evadere per hanc viam cupit*, nempe Lutherus, *affirmans ſcripturam judicare debere: iniquum ſane eſt ſubterfugium, eo quod ſcriptura utrique parti eſt communis, ut quam ambæ ſuſcipiant: non enim de ſcriptura contenditur, ſed de de ejus intellectu, & cum Lutherus ſenſum ſuum extollere nititur ſupra omnia concilia & totum Chriſtianiſmum, quæ diabolica eſt præſumptio & luciferiana ſuperbia; præcepit enim Dominus, atque adeo ſerio mandavit audire Eccleſiam, non vel Lutherum, vel Jacobellum, Paulus* (d) *quoque parere nos vult prælatis, & in eminentia conſtitutis, non perfidis ex monaſtico ordine apoſtatis. Chriſtus docuit* (e) *omnes audire vocem ſui paſtoris & rectoris, non ululatum, ſævientiam & rapaciam luporum, hoc eſt hæreticorum, qui ſemetipſos ingerunt ſine conſenſu ſpiritualis eccleſiaſticæ poteſtatis.*

(c) Id. ib.

(d) Hebr. 13.

(e) Matt. 18.

X.

Pellectam falſæ illius libertatis Chriſtianæ dulcedine, quæ duodecim iis articulis expoſita erat, multitudinem arma ſumpſiſſe ita deſcribit Hubertus (f): *Ut in vulgus prolata ſunt, magno plauſu ab his recipiebantur, quibus etenim ſanctiſſimæ leges abominationi ſunt: & ut in omne erumpant facinus, quoquo mens prava duxerit liberius efferatur, nullis volunt coerceri inſtitutis, nullum quantumvis leve lubenti animo ferre jugum, quaſi naturæ humanæ imbecillitas nullis egeat ſcilicet frænis, quam tam præcipitem in omne vitium ruere videmus. Hinc coire undique cœptum, conventiculaque vicatim habere: dicere adveniſſe tempus libertatis recuperandæ: lætari, exhortari alius alium: quantum lucri & honoris inde proventurum ad quemlibet oſtendere: velle Deum rerum publicarum quoque infelici plebi adminiſtrationem ſemel concedere. His & aliis paſſim jactatis, cœpere ubique ruſtici obedientiæ aures occludere: Sceleratiſſimis*, inquit Petrus Crinitus, *ſuis cupiditatibus honeſtiſſimum evangelicæ libertatis titulum prætexebant.* Concitabat enim ita ſuos Munzerus his venenatis ac rabidis literis (g): *Quouſque chari fratres obdormiſcitis? quandiu voluntati Dei repugnatis, quem uſque adeo deſeruiſſe vos arbitramini? Ah quoties jam dixi, quid agere vos deceat. Deus diutius ſe manifeſtare abnuit*, nempe prætenſa eſt ſceleri divina revelatio, *ſtandum vobis eſt. Si detrectaveritis ſacrificium, evadet ſuſpirium, & major orietur tribulatio. Identidem repeto: Eritis diaboli martyres.* Hoc unum vere prædixit Munzerus; nam ut diaboli martyres cæſos ejus ſectatores viſuri ſumus. *Itaque proſpicite vobis, timorem pellite & ignaviam: nolite amplius adulari perverſis fatuis, impiis nebulonibus*, ita principes & nobiles vocabat novator, *incipite & bellate bellum Domini: neceſſitas poſtulat: inflammate fratres divinum ne ſpernant teſtimonium, alioquin omnes peribitis. Univerſa Germania, Italia, Gallia in motu eſt: tragœdiam inchoabis magiſter, nebulones perire oportet. Fuldæ in ſeptimana ſacra quatuor demolita religioſorum cœnobia; ruſtici in Klegau, Hegau, & ſaltu nigro in armis ſunt tre-*

(f) Hubert. ubi ſup.

Libertatis dulce nomen corrumpit plebem.

Sceleri libertatis evangelicæ titulus prætexitur.

(g) Ext. apud Arnol. Meſhov. hiſt. Anabapt. l. 1.

Muntzeri furiales literæ.

Triumphat ex Caroli V. & Franciſci bellis.

Trecenta millia ruſticorum armata. Falſa Munzeri pollicitatio.

trecenta ipſorum millia, præterquam quod in dies numero non pauci confluant: id unum me reddit anxium, ne homines fanatici in ſimulatam concordiam conſentiant, eoque pacto ſibi imminens nocumentum non advertant. Vos, vos certo confidite: ubi tres veſtrum fuerint, qui ſolum Dei auxilio fiſi & nomen & gloriam ejus quæſierint, centum millia non timebitis. Pergite modo, pergite, pergite, ſumme neceſſarium eſt. Nebulones in deſperationem acti ſint; metuunt ut canes. Rumpite moram, nocuit differre paratis. Inſtruite fratres ut coeant, & quod verbis promiſere opere actutum exequantur, tempus adeſt, pergite, pergite pergite; ne miſericordia vos flectat, ſi blandis verbis aures Eſau demulceat geneſ. XXXIII. calamitatem impiorum ne reſpiciatis: *ſupplices ad vos accedent, ejulabunt, adeoque precabuntur benigne, ac pueri eſſent: nolite miſereri, quemadmodum per Moyſem præcepit Deus deut.* VII. *idem & nobis quidem patefacit: concitate in pagis & urbibus, præcipue vero metallorum foſſores alioſque fideles id genus complices, & quos idoneo operi perficiundo putaveritis commovete, &c. Datum Mulhuſii anno ſæculi* XXV. *Thomas Munzerus ſervus Dei contra impios.* In aliis literis apponebat: *Cum Gedeonis gladio.* Trahebant propterea ad facinus invitos finitimos intentata vitæ bonorumque jactura, quorum duces erant minoris ordinis ſacerdotes, qui Lutheranum & anabaptiſticum virus hauſerant: inter quos præter Muntzerum Antonius Erſenuth una cum Scaplero & Phifero ſcelere emicuit; venenatis enim literis, quibus evangelium & juſtitiam ſe provecturum ſpondebat, ingentem exercitum collegit.

Hortatio ad crudelitatem.

Venenatæ ſcriptiunculæ impoſtorum.

XI. Ut vero horum impoſtorum princeps evangelium juſtitiamque promoverit ſubjecit Petrus Crinitus; illum ſcilicet contractis ſeditioſorum copiis obvia quæque evaſtaſſe, inter medias crapulas eructaſſe cædes, & oppidorum incendiis tanquam triumphali igne delectatum: quin etiam finxiſſe ad ſubornandam plebem, ſe prophetiæ dono colluſtratum, utque debellaret orbem mandata accepiſſe a divino Numine, refert Gaſpar Hedion Lutheranus ſcriptor: *In Mulhanſem*, inquit, *Thuringiæ oppido concionator erat eccleſiaſticus Thomas Monetarius dictus: is palam docuit ſe reſtauraturum collapſum Eccleſiæ ſtatum, gloriabaturque privatim ſibi a Deo illuminationes contingere, & ad evertendam tyrannidem impiorum gladium Gedeonis ſibi commiſſum eſſe. Eduxit turmatim cohortes vulgi, juſſitque nobilium domos diripi, & manaſteria compilari.*

Fingit impoſtor ſe juſſum a Deo orbem debellare.

XII. Fuit ille ſpecioſus ad ſimplices trahendos in exitium obtentus, quem Joannes Faber ſic refellit (a): *Hoc hominum genus, dum veritate nos nulla oppugnare poteſt, mendaciis multis adoritur; evangelio Dei nos reſiſtere falſo calumniantur, nec quemquam pro evangelio ſtare, quam qui eorum partes ſequatur; exiſtimat quippe nos, qui majorum piis inſtituti præceptis verbum Dei corde credimus, ac ore prædicamus, in canticis, orationibus, lectionibuſque ſacrum ore & corde voluimus evangelium, juſtiſque & condignis venerantes ſanctum Dei verbum honoribus, accenſis candelis, aperto capite, attenti jucundam evangelii audimus vocem; librum quo ſcriptum continetur auro & argento, aliiſque gemmis ornamus, nihil omittentes quod evangelio Dei decoro eſſe poſſit. Quæ cum ita ſint, facile videtur, dilectiſſimi in Chriſto amici, quam inique nobiſcum agant qui crebro in ore evangelium habent, aſſidue clamantes:* Evangelium evangelium; *interea autem corde longiſſime ab omni bono remoti evangelii nullum jota obſervant; in quo noſtri majores honeſtiſſima & integra ac ſimplici converſatione vitam egerunt, mulieribus ita docendi facultatem non fecerunt, ſed evangelium magna ſedulitate & cura opere complentes docuerunt, quod noſtri Lutherani non tantum faciunt, ſed ne minimo quidem digito attingunt, non incommodum excogitantes figmentum, dum mandata Domini obſervari ab homine non poſſe aperte aiunt; ac primum quidem præceptum a nemine etiam gratiam habente cuſtodiri poſſe contendunt.* Hæc hæreſis a Janſenio epiſcopo Hyprenſi iterum inſtaurata ab Innocentio X. & Alexandro VII. iterum damnata eſt. Subdit Faber. *Tanto quod res ipſa oſtendit, Zuinglius & Oecolampadius in libros domi ſuæ natos amore feruntur, ut quod ipſi Thuregi vel alibi in ſuis ſynagogis ſtatuunt, vellent per univerſum orbem veluti quatuor evangelia recipi ac venerari: quemadmodum quod a majori Thuricenſium ſenatu, & Zuinglio decernitur, ſtricte omnes qui Thuricenſium juriſdictioni ſubjecti ſunt obſervari compelluntur. Interea quod a trecentis decem & octo epiſcopis in Nicæna Bithynia, quod a ſexcentis & triginta patribus Chalcedone, quod a ducentis Epheſi, & in ſumma quod uſpiam a ſanctis epiſcopis & patribus, vel quibuſcumque tandem in Spiritu Sancto congregatis ſtatutum & decretum eſt, id omne hodie antiquatum, rejectum & abolitum eorum conſilio cenſeri debet. Sed non ſic impii, non ſic.*

(a) Jo. Fab. lib. contra Oecol.

Mentiuntur catholicos reſiſtere evangelio.

Arguuntur mendacii.

Negant ſervari poſſe evangelica mandata.

Pro evangelio deliramenta ſua obtrudunt.

Concilia aſpernantur.

XIII. At quanta ſcelera per fallacem evan-

gelii

Chriſti & Virginis imagines affixæ patibulis.

gelii ſpeciem & fucum patrata ſint ab impiis, deſcribit Joannes Atrocianus, ſpretas leges, ſpretam ſcripturam, cæſos monachos, raptatas moniales, ſacras opes direptas, projectas calcataſque ſanctorum reliquias: tum etiam baptiſteria in quibus Chriſto initiari fuerant atque Euchariſtia conculcata a ruſticis hæretico furore inflammatis. Sacras etiam imagines flammis iojectas, & conſputa ſacerdotum ora deplorat Atrocianus: adeo ut cum ſe Chriſti eſſe dicerent, Chriſto bellum intulerint, Mahometaniſque nequiores Chriſti ſimulacris laqueos iniecerint, ac Deiparæ imagines patibulis affixerint, plangit Joannes Faber (a) his verbis: *Dilectiſſimi fratres. Audivimus quemadmodum evangeliſtæ recentiores mortuos devorarint atque eis prohibuerint gratiam; quomodo ſanctorum ſuffoderint monimenta, reliquias ſubverterint, deſpuerint, & deridiculo habuerint eccleſias, tumultuaverint in campis ſtatiunculas, ne quis peregrinus paſſionis Domini commemoretur, lapidem (b) Jacobi, ſaxum Joſue (c), vota in univerſum omnia cunctos lapides teſtimonii (d) comminuerint: quibuſdam locis divæ Mariæ virginis imaginem ad ignominiæ palos ſtatuerunt: crucifixi Domini ſtatuis laqueos collo iniecerunt, atque, quod ad Felicianorum attinet hæreſim, intermiſere totum nihil; qui tamen ante annos ſeptingentos tempore Caroli in oriente in Nicæa, Bithyniæ, Frankfordiæ item in Germania, ut errantes atque hæretici condemnati ſunt. Nullam Chriſti aut D. virginis Mariæ imaginem, nullum ſuper tabernaculum ex lignis olivarum Cherubin (e), aut quamvis depictam non exturbavere imaginem. At vero ſigillorum ſuorum & monetarum, cæſaris imagines, inſignia ſua & quæque Herculis, Martis, Priapi, nefandæ Veneris, Lutheri, Hutteni, & id genus idolorum fuere ſtatuæ antiquatas figuras & ſtatiunculas, & cæteras picturas manere permiſerunt.*

(a) Faber in lib. cur. nolueris Lutheri approb. doctrinam cap. 22.

(b) Gen. 28.

(c) Joſ. 24.

(d) Gen. 31.

(e) 3. Reg. 6.

Matt. 22.

Priapi, Veneris & Lutheri imaginibus parſum.

Impia & & inſana Novatorum dogmata.

Recenſet alia ſeductæ multitudinis trucidantis monachos, ſtupraotis moniales, rapientis calices & ſacras veſtes, ſacras reliquias conculcantis, baptiſteria evertentis, dogmata Atrocianus, nimirum Chriſti præſentiam negaſſe in Euchariſtia, eamque conculcaſſe: jactaſſe, Chriſti doctrinam non didiciſſe, niſi qui omnium ſanctorum Patrum dicta ſpernat: non eſſe Chriſtianum qui Franciſcano cultu religioſo induatur: eum, qui jejunia ab Eccleſia indicta ſervet Mahometano eſſe nequiorem, aut qui ſanctorum opem imploret, aut qui horarias preces eccleſiaſticas repetat, vel qui Deiparæ nomen invocet, & orationem angelicam dicat, aut filios confirmationis ſacramento inungendos curet: Chriſtum non didiciſſe, niſi qui renovari exoptet, ac baptiſmum iterando fidem abnegarit: non eſſe Chriſtianum, qui mendicis eleemoſynam erogarit, quos ad laborem cogi voluere: talpa illum cæciorem eſſe, qui bona opera fieri poſſe aſſeruerit; non eſſe Chriſti, qui ritu eccleſiaſtico ſepeliri ac preces pro anima fundi voluerit, aut liberum arbitrium aſſeruerit, aut miſſæ ſacrificio interfuerit, aut peccata ſacerdoti aperuerit: pium eſſe non poſſe, niſi qui uxorem duxerit: non eſſe Chriſtianum qui cenſus decimaſque perſolverit, qui doctos viros ſalutarit, qui filios ad gymnaſia miſerit: ſublimem hanc eſſe ſcientiam, nil perdiſcere: non fingendum manu ſignum crucis: non precarios globulos geſtandos; baptiſmum Latinis verbis non conferendum.

Anabaptiſmus inductus ab iis.

XV.

Fridericus dux Saxoniæ e vivis ſublatus.

Inter hos motus Fridericus dux Saxoniæ ob laxatas ſeductoribus impietatis habenas tot malorum reus ex hac vita ad divinum tribunal abreptus eſt: cui Joannes frater etiam Luthero ad inſaniam addictus tanta diſſimulans facinora ſucceſſit. At dux Georgius catholicus Saxoniæ princeps conſcripſit in ſeditioſos exercitum, ac Maguntinum & Brandeburgenſem electores, Philippum Langravium Haſſiæ generum ſuum, atque Henricum ducem Brunſvicenſem in ſocietatem ſibi adjunxit adverſus Muntzerum, qui factioſos inani jactantia obfirmabat in ſcelere, effutiens ſe omnes bombardarum globos illæſa manica excepturum, tormentorumque fragores, ut luporum ululatus ſpernendos. Sed brevi turgidus tumenſque animus refractus eſt, ut narrat Coclæus (f) ſic inquiens: *Principes quamprimum venerunt in conſpectum ſeditioſorum, ita terruerunt eos, ut mox literas deprecatorias ab eis miſſas acceperint, in hæc verba. Nos confitemur Jeſum Chriſtum. Non ſumus hic, ut noceamus cuiquam, ſed propter divinam juſtitiam conſervandum, neque ſumus hic ad effundendum ſanguinem: ſi vos quoque vultis idipſum, nihil mali faciemus vobis. Secundum hæc ſciat unuſquiſque quid agat. Quibus ita reſponſum eſt a principibus: Cum vos ex deliberata iniquitate ac ſeductoria doctrina falſi veſtri evangelii multipliciter contra redemptorem noſtrum Jeſum Chriſtum cædibus, incendiis, variiſque in Deum impietatibus, præſertim in venerabile ſacramentum, aliiſque blaſphemiis vos contaminetis, ideo nos tanquam ii, quibus a Deo gladius commiſſus eſt, hic congregati ſumus ad puniendum vos tanquam blaſphematores Dei. Nibilominus autem*

Georgius dux Saxoniæ catholicus in ruſticanos Lutheranos inſurgit.

(f) Cocl. in actis & ſcript. Luth. hoc ann.

Territi ſeditioſi.

cum

Juſſi dedere ſuum pſeudoprophetam.

cum arbitremur pleroſque miſeros homines male ad hæc ſeductos eſſe; ex Chriſtiana charitate decrevimus, ſi tradideritis nobis falſum prophetam Thomam Munzerum ſimul cum complicibus ſuis vivum forat, voſque dedideritis & clementiæ & indignationi noſtræ, nos in hunc modum vos recipiemus & ita geremus nos erga vos, ut juxta qualitatem cauſæ clementiam noſtram intellecturi ſitis. De his veſtrum petimus reſponſum feſtinanter.

XVI. Fuſi ruſtici Lutherani.

Detrectarunt ſuum pſeudoprophetam Muntzerum ruſticani tradere, conſertoque prælio profligati, ex quibus ſex millia & eo amplius cæſa ſunt: duo anteſignani Muncerus presbyter ac ſocius cognomento Phiferus ſive Fiſtulator monachus apoſtata capti affecti ſunt ſupplicio: ſed Fiſtulator in pertinacia obduruit; Muntzerus vero errores revocaſſe fertur, ac prævia confeſſione ſacra ritu catholico ſub una ſpecie Euchariſtiam ſumpſiſſe, non ſine multis veræ pœnitentiæ ſignis.

Muntzerus in morte reſipiſcit.

Similiter debellati ſunt in aliis provinciis finitimis pſeudoevangelici: *Unus*, inquit Coclæus, *Lotharingiæ dux Antonius in una Alſatia ſupra viginti ſex millia ruſticorum occidit. Quot autem occidit liga Suevica multis in Suevia & Franconia præliis & conflictibus? quot elector Palatinus? quot marchio Caſimirus? quot alii? nam longe aliud erat hic pugnæ genus, quam in juſtis bellis eſſe ſolet, ubi Rex contra Regem, aut princeps contra principem inſtructis ordinibus & aciebus pugnare ſolet: Hic enim ruſtica turba rei militaris ignara, inermis, & inordinata proruens aut in globum ſeſe agglomerans metu, non tam pugnam, quam cædem inſtructis principum exercitibus obtulit; unde factum eſt, ut quamplurimi ruſticorum cæſi fuerint; ex parte autem principum perquam pauciſſimi, quia neque dimicare, neque ſtare in prælio ſciebant ruſtici.*

Pſeudoevangelici cæſi in pluribus locis.

XVII. Occiſa ex iis ſupra centum millia.

Cæſa ex iis trimeſtri ſpatio ſupra centum millia non aliter ac pecora refert Gaſpar Hedion (*a*), quod alii confirmant (*b*). Inter quos Joannes Faber (*c*), qui in confutandis hæreſiarcharum argutiis ſtrenuam dedit operam, ita rem geſtam enarrat: *Non deſtitit vir egregius Lutherus Chriſtianæ libertatis præco eſſe, quoad agricolæ omnes ſenſim ab aratris defluentes, & in enſes vomeres, in lanceas ligones conflantes, ſeſe in numerum nobilium vindicarint, nullum dominum, nullum magiſtratum agnoſcerent, nemini quidquam pendere, multa multis per vim eripere, fas nefaſque commiſcere uno omnes conſenſu conarentur: quæ libertatis uſurpatio centum millia Germanorum clade miſerabili uno anno perdidit in uno æque exiguo Germaniæ loco. Taceo tot millia afflictiſſimarum viduarum orphanorumque, quod eodem ex malo reliqui duriorem pene morte vitam tolerant. Sic nefarius apoſtata & fidei & voti monaſtici deſertor, hoc libertatis Chriſtianæ præconio pluribus & gravioribus Germaniam cladibus oppreſſit, quam ſi immaniſſimus Turcarum tyrannus inimicus ille crucis & nominis Chriſti crudeliſſimus quadringentis hominum millibus ſtipatus Germaniæ bellum intuliſſet. Non eſt, proh dolor! Germania amplius, fraterna illa unde nomen accepit Germania; ſed potius grimmania, ubi diaboli ſeminaria evaluerunt, id eſt fides, benignitas, charitas, mutua obedientia, timor Dei, conſcientiæ bonæ religio, virtutes omnes plurimis in locis reſtinctæ evanuerunt; ac vereor ne ſimus eo in tempore, de quo Chriſtus ait* (*d*): Abundabit iniquitas, & refrigeſcet charitas multorum. *Magna profecto amentia ſeducti ſumus, qui paſſim evangeliſtis illis, cum ſe ſpiritum Dei habere ore magnifico & plane thraſonica jactantia gloriabantur tam faciles aures præbuimus: neque enim antea aut decuerat aut oportuerat, quam ſpiritum num ex Deo, an mendax eſſet, probaremus; nam in aperto eſt, hanc arborem non ſpiritus fructus, ſed ut Paulus ad Galatas pulchre commonſtravit* (*e*) *opera carnis profudiſſe nefaria, & inaudita:* fructus quidem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. *Hæ virtutum columnæ ſub hujus veſtri evangelii tempeſtate labefactatæ conciderunt, ut ne veſtigium quidem aliquod ſuperſit in vobis.* Opera vero carnis manifeſta ſunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſervitus, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes; & his ſimilia. *Hæc initia omnia profuſiſſime nobis illa veſtra extulit Chriſtiana libertas magniloquis ſermonibus, turbulentis concionibus, glorioſis ac importuniſſime clamoſis præconibus evulgata, ideoque mors conſequatur neceſſe eſt; ac idem Paulus mente, ut omnia divina longe ante aliquando fore prævidit, monachum apoſtatam, audacem, fronte perfricta, impudentem, blaſphemum, fœderum, votorum religionis deſertorem, qui pro Chriſtiana libertate licentiam carnis prædicaturus eſſet; ideoque non ſemel ubi libertatem evangelicam præſcribit* (*f*) *adjicit: attamen non in occaſionem carnis; ſed hanc omnes Lutherani appendicem præterierunt.* Et infra.

(*a*) *Gaſp. Hedion. in contin. Sabell.*
(*b*) *Sur. in comment. & alii.*
(*c*) *Jo. Fab. diſp. cum Balthaſ. c. 12.*

Lutherani impoſuerunt tot cædium cauſa.

Non Turca quadringentis millibus ſtipatus tantam ſtragem intuliſſet. Ex Germania grimmaniam Lutherani fuerunt.

(*d*) *Matt. 24.*

Creditum ſtulte impoſtori non probato ejus ſpiritu.

(*e*) *Galat. 5.*

Fructus pſeudoevangelii.

(*f*) *Galat. 5. Theſſ. 2.*

XVIII.

Chriſtiana libertas in eo poſita eſt, mea ſen-

Chriſtiana libertas in quo ſita.

ſententia, quod is ſolus, qui liber dominatur inter mortuos Chriſtus, ab Adæ peccato immunes liberoſque nos reddidit; unde Joannis VIII. ita ait (*a*): Si manſeritis in meo ſermone, vere diſcipulis mei eritis, & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos. *Reſpondit ei.* Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſervivimus unquam, quomodo tu dicis Liberi eritis? *Reſpondit ei Jeſus*: Amen, amen dico vobis; quia omnis, qui facit peccatum ſervus eſt peccati; ſervus autem non manet in domo in æternum: ſi ergo vos filius liberaverit, vere liberi eritis. *His verbis inducti, qui Lutheri caſſibus ſunt irretiti, & novæ fidei præſtigiis faſcinati, illico ſe liberos jactitarunt: quod Chriſtus filius Dei eos liberarit: non autem conſiderarunt, quæ præceſſerunt, quod qui peccatum fecerit, peccati ſervus habetur & ſit; ac protinus quæ conſequuntur*: Si filii Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite: *quod & Paulus proprie magis expreſſit ad Romanos ſcribens cap.* IV. Non regnet peccatum in mortali corpore veſtro, ut obediatis concupiſcentiis ejus; ſed neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viventes, & membra veſtra arma juſtitiæ Deo; peccatum enim vobis non dominabitur: non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia. Quid ergo? peccabimus quia non ſumus ſub lege ſed ſub gratia? Abſit. An neſcitis quod cui vos exhibetis ſervos ad obediendum, ſervi eſtis ejus cui obediſtis, ſive peccati ad mortem, ſive obedientiæ ad juſtitiam? gratia autem Deo quod fuiſtis ſervi peccati, obediſtis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in qua eruditi eſtis; liberati autem a peccato ſervi facti eſtis juſtitiæ. Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ: ſicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſervire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem; ita etiam exhibete membra veſtra ſervire juſtitiæ in ſanctificationem; cum enim ſervi eſſetis peccati, liberi fuiſtis juſtitiæ; quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? nam finis illorum mors eſt, nunc vero liberati a peccato, ſervi autem facti Deo habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem vero vitam æternam: ſtipendia enim peccati mors; gratia autem Dei vita æterna in Chriſto Jeſu domino noſtro. *Hæc Paulus. Sic itaque eſt de Chriſtiana libertate ſentiendum, ut liberi ſimus a peccatis; qui enim vivit in peccato & peccati ſervus* (*b*) *eſt, miniſter diaboli, &c.* Multis interjectis ſubdit.

(*a*) *Marc.* 14.

Dæmonis ſervitus ſuſcepta pro vera libertate.

(*b*) *Joan.* 8.

XIX. *Quare iſta levis ac vana prætextu evangelii de libertate Chriſtiana imaginatio plurimorum animos, ad rebellionem commotos, ad æternæ flammæ ſupplicia dejecerit neceſſe eſt, inconſutilemque Chriſti tunicam in varias partes diſtractam laniarit. Sunt qui libertatem Chriſtianam glorioſe clamant, vulgoque ejuſmodi ſermonem avide jactent ac prædicent: cum autem ego liberum lubens viderem, qui ſuo jure dicere queat*: Mundum eſt cor meum. *Atqui Pauli opinio ſane non fuit quando de Chriſtiana libertate eſt locutus, ut qui baptizatus crediderit, continuo domini & poteſtatis jugo repulſo, ſui juris pro libidine liber vivat; armat enim gladio magiſtratus ad Romanos* XIII. *ubi & docet omnem animam ſubiectam eſſe debere poteſtatibus ſublimioribus: docet famulos obedire heris ſuis etiam reprehenſibilibus, ne in oculis dominorum tantum fideles ſint. Quocirca Chriſtianam libertatem non ita interpretari oportebat, nihil ut pendendum ſit Cæſari, cum maneat interim illud Pauli*: Cui debemus tributum, tributum (*c*); cui vectigal, vectigal, cui honorem honorem. *Hinc ne ſcandalo eſſet dominus noſter Jeſus Chriſtus, etſi liber natus, tamen tributum exolvit, ſolvendumque miraculoſa piſcatione confirmavit: quo perdiſcimus, ut cui honorem debemus, honorem exhibeamus. Sed quomodo illi evangelicæ pacis & Chriſtianæ concordiæ turbatores cuncta apud Germanos adulterina evangelii prædicatione inverterint, ea eorum fructibus cognoſcere potuiſti, & dies Domini manifeſtabit eos.* Et infra.

Libertatis nomine illuſi ruunt ad inferos.

Longe aliter docuit Paulus quam Lutherus.

(*c*) *Rom.* 13.

Itaque Lutheranum evangelium ſcandalorum, flagitiorum, ſcelerum, libellorum famoſorum honeſtum pallium eſt. Hæc illa eſt abominatio in templo exorta, hinc illæ in templo ſanctulæ conciones Lutheri novi apoſtoli: Non eſt quare jejunes, non quamobrem ores, Chriſtus omnia nobis largitus: nihil eſt quod alii veteris religionis de bonis operibus deblaterant, atque omnia iſta, quæ illi intonant, ab ore Chriſti, non ab homine profecta dicunt. Hoc evangelium eſt [*inquiunt*] magni optimi Dei. Hoc verbum (*d*) Domini manet in æternum. *Sed hic populus* (*e*) *labiis evangelium honorat, cor autem longe eſt: Chriſtum per contentionem* (*f*), *non ex charitate prædicat; & in ſumma cor eorum vanum, & ſepulchrum* (*g*) *patens lingua eorum. At quomodo interim cum miſeris agitur ſimplicibus imperitis hominibus, qui cum iſtis nebulonibus circulatoribus, impoſtoribus, ſcurris, pſeudoprophetis conſceleratiſſimis aures indoctas præbent ſeducti, fama, poſſeſſionibus, corpore, fortunis, omnibus ſunt mulctati, exuſti, ſpoliati, quo illi, qui Lutheri, Zuinglii,* Ca-

Quale ſit Lutheri Evangelium.

(*d*) *Pſ.* 118.
(*e*) *Iſa.* 29.
(*f*) *Philipp.* 1.
(*g*) *Pſ.* 5.

Faſſi ruſtici ſe deceptos a pſeudoprophetis.

Defuit juſta rebellandi cauſa.

Carolſtadii inſtitutis decretiſque nefariis provecti, impio errori immenſi, inebriatique ita mortui ſunt. Interim illæ arundines revocarunt, faſſæque ſunt ſuos ſpiritus ſomnia, revelationes, doctrinas non veras ſed erroneas. Finxere ſcilicet ex evangelio alchoranum, voluere omnia communia, ut aliena expilarent, libertatem Chriſtianam in licentia ſcelerum collocarunt: quibus defuiſſe juſtam rebellandi cauſam ruſticanis ita demonſtrat Joannes Eckius (*a*), ac ſeditioſorum argutias diſſolvit.

(*a*) *Jo. Eck. to. 2. homil. 12. dom. 24. poſt pent.*

XX. *Servitus adeo dura fuit penes Judæos, ut qui nunc nobiſcum ſervi ſunt, liberi eſſe poterant inter Judæos: emptitii enim erant eorum ſervi ſicut nunc quoque ſunt Turcarum.* Et infra: *Dices factum id quidem ita eſt, ſed tamen in veteri teſtamento, ubi lex erat ſervitutis, nunc autem in lege gratiæ ubi* ſpiritus (*b*) Domini eſt, & libertas, *quia nos Chriſtus liberavit, aliter omnia ſunt comparata, ita ut Paulus* (c) *ut quoque præcipiat, nos pretioſo Chriſti redemptos ſanguine effici non debere ſervos hominum. Et hæc fere ſunt, quæ prædicatores carnis vulgo propoſuerunt, populumque ad ſeditionem concitarunt; ſed ſubvertiſſe eos in hoc verum ſcripturæ ſenſum, facile convincemus: ſiquidem ſimul cum libertate Chriſtiana, quæ in ſpiritu eſt, facile ſtare poteſt ſervitus iſta corporalis, teſtante Paulo eodem in loco, quæ perverſi iſti adverſarii noſtri nobis obtrudunt:* Servus vocatus (*d*) es? non ſit tibi curæ; ſed & ſi potes fieri liber, magis utere: qui enim in Domino vocatus eſt ſervus, libertus eſt Domini. *Ecce Paulus quoque vult in ſua quemque vocatione manere, & ſervum & liberum, quid ergo obgannis tu ſervitutem Chriſtianæ libertati adverſari? id quidem tibi Paulus permittit, ut ſi queas fieri liber, magis utaris; ſed interim ſeditiones non ſuadet, nec ſanguinis profuſiones, ſicut iſti turpiter miſeram ſeduxere plebeculam.*

(*b*) 2. *Cor.* 3.
(*c*) *Galat.* 4. *Cor.* 7.
(*d*) *Cor.* 7.

XXI. Facti etiam a plebe in Ultrajectina urbe Lutherana hæreſi infecta in eccleſiaſticos maximi tumultus fuere (*e*), qui aliquot annis ob aſcitum Caroli ducis Geldriæ patrocinium ſævierunt, donec ab epiſcopo Ultrajectinus principatus in Carolum V. transfuſus eſt ut potentia ſua furentes hæreticos in officio contineret. Nullam peſtem Lutherana deteriorem ad Chriſtianum delendum imperium umquam orbi invectam obſervat Willelmus Heda (*f*); cum principes conflata eccleſiaſticis pericula temnerent, donec eodem cum illis exitio ab hæreticis ſe involvi animadvertere: tunc enim non pietatis ſtudio, ſed privati commodi tuendi gratia conſurrexiſſe, ait in impios; nec tamen, etiamſi ingentem illorum ſtragem ediderint, malum ſedatum fuit: *Cœpra*, inquit, *pullulari nefandiſſima perfidia Lutheranorum, quæ fere totum orbem brevi tempore contaminavit, omni hæreſi pernitioſior diſſolvens ſacra evangelia, ſacram ſcripturam, ſacras leges ſuſtollens, religionem atque omnem obedientiam, cum tamen ſua prætextu Evangeliorum tutari velint, peiora quam Gothi, Turci, aut Tartari in Romani imperii extinctionem & regnorum ſubverſionem excogitarunt, in Chriſtiani nominis odium machinantes tanto fuco ac dulci veneno, ut etiam conſtantia pectora mutent magnoque adſcribendum miraculo de tanta omnis ſexus facilitate,* & infra, *qui poſtpoſitis patrum ritibus, qui feliciter vixerunt & felicius obierunt, tam faciliter novæ fraudi ſeſe obcæcatos innectunt. Primum in religioſos ac ſacras virgines, demum in eccleſiaſticos & univerſum clerum ſævientes etiam Deum ipſum contemnere & immaculatæ ejus genitrici detrahere, ſacras imagines elidere ſtuduerunt, principibus ſæculi tolerantibus & magna ex parte applaudentibus, donec in ſeipſos dentes exaſperari heu nimis tarde conſpexiſſent: qui ut ſaluti propriæ conſulerent, non zelo Dei, non religionis aut pietatis motu arma ſumpſere, ſed ut ſua conſervarent impulſi ingenti conflato exercitu per ſumma diſcrimina certare nutu Dei ſpreto ſupra centies ſexagies hominum millia victores trucidarunt: perſeverat nihilominus deteſtabilis conſpiratio.*

(*e*) *Lamber. Hortenſ. hiſt. Ultrajectin.*
(*f*) *Vuill. Heda hiſtor. epiſc. Ultrajectin. in Philipp.*

Nulla peſtis deterior fuit Lutherana ad Chriſtianum imperium evertendum.

Principes coacti non pro tuenda Dei gloria in eos arma ſumpſere.

XXII. At tot malorum author Lutherus horum tumultuum exordio triumphavit gaudio, ac libellum ſcripſit, præfixo titulo: *fidelis admonitio ad omnes Chriſtianos pro ſeditione & rebellione præcavenda*: ſed in eo ſeditionis faces accendere niſus eſt, ac jactans verba ſua Chriſti verba eſſe, falſo prædixit biennio vertente, omnia eccleſiaſtici ordinis veſtigia deletum iri: *Vide*, ait, *ut exerceas & promoveas ſanctum evangelium*, ſuum ſcilicet confictum a dæmone intelligit, *doce, loquere, ſcribe & prædica quomodo leges humanæ nihil ſunt, probibe & diſſuade, ne quis fiat ſacerdos, monachus, aut monialis, & quiſquis in eo ſtatu ſit, ut exeat: non præbe amplius pecunias pro bullis, candelis, campanis, tabulis, templis, ſed dic vitam Chriſtianam conſiſtere in fide & charitate*, non veras ſed adumbratas deſignat immo effrenatam peccandi licentiam, quam ſplendido nomine ſubornat, *& ſine nos iſta duos adhuc annos agitare; tunc videbis, ubi Papa, epiſcopus, Cardinales, presbyter, monachus, monialis, campana, turris, miſſa,* vi-

Horrenda ſtrages ruſticorum edita. Exultat Lutherus in medio Germaniæ luctu.

Falſa illius prædictio.

vigiliæ, cuculla, cappa, raſura, regula, ſtatuta, & totum examen ac congeries papalis reginiinis maneat, tanquam fumus evaneſcet. Hæc Lutherus, cujus falſa vaticinia patent, atque his verbis a Coclæo redarguuntur: *Sed falſus eſt vates iſte; jampridem enim abiit biennium poſteaquam iſte ſcripſit & per gratiam ac miſericordiam Dei manent illa adhuc omnia; ut ex proprio Lutheri judicio intelligamus; os ejus non eſſe, ut jactat, os Chriſti, qui vera loquitur, & veritas ipſa eſt: ſed potius os diaboli, qui mendax eſt & pater ejus Joan.* VIII.

Arguitur mendacii.

XXIII. Prodigia a Luthero falſo promiſſa.

Prædixit pariter falſo ruſticis victoriam, ac principibus & eccleſiaſticis viris excidium, nec non cæleſtia prodigia in alio libello ſuper duodecim articulis ruſticorum Sueviæ, ſic inquiens: *Signa in cælo & prodigia in terra deſtinantur vobis, boni domini: nihil boni vobis portendunt, nullum quoque bonum vobis continget*. Et paulo poſt: *Hoc enim ſciatis, boni domini, Deus ita procurat, ut non poſſint nec velint nec debeant veſtram tyrannidem diutius ferre: oportet vos alteros fieri & verbo Dei credere*, hoc nomine ſua deliramenta vocat: *ſi non feceritis amico voluntarioque modo, facere oportebit vos per violentam pernicioſamque deordinationem: ſi non fecerint ruſtici iſti, oportebit alios facere; & ſi omnes occideretis, adhuc tamen inocciſi ſunt: Deus alios exſuſcitabit, vult enim vos percutere & percutiet: non ſunt ruſtici, boni domini, qui ſe vobis opponunt; Deus ipſe eſt, qui ſe opponit contra vos ad viſitandam veſtram tyrannidem, &c.* Hæc ille, quem viciſſe mentiendi inſania Muntzerum ipſum ita oſtendit Coclæus: *Hæc neque minora neque vaniora ſunt, quam quæ jactaverat Muntzerus: de ſignis cæli prodigiiſque terræ contra principes nihil dixit Muntzerus; nec uſquam dixit. Non ruſtici ſunt, ſed Deus ipſe eſt, qui ſe opponit contra vos, ad viſitandam veſtram tyrannidem. Quis ergo credat Luthero jactanti ſe certum eſſe quod verba ſua ſint verba Chriſti, & os ſuum os Chriſti?*

Seditioſa & mendacia Lutheri verba pro ruſticis.

XXIV. Deletis iis ſcribit contra ipſos.

(a) Cocl. & Jo. Fab. ubi ſup. Ulemb. in vit. Luth.

Convincitur non Deum ſed dæmonem per ipſum loquutum.

At verſipellis impoſtor ubi cæſas ruſticorum acies audivit, contraria occinere cœpit (a); nam in libello Theutonico hunc præfixit titulum: *Terribile factum & judicium Dei in Thomam Muntzerum, in quo Deus manifeſte illius ſpiritum mendacii arguit ac damnat. Et in præfatione ſic ait: Hic vides quomodo iſte cædium ſpiritus ſeſe jactat Deum loqui & agere per ipſum, ejuſque eſſe voluntatem & agit perinde ac ſi omnia cum ipſo ſint victoriæ, & antequam circumſpicit jacet cum aliquot millibus in luto. At ſi Deus per eum locutus fuiſſet, id non contigiſſet. Deus enim non mentitur, ſed firmiter tenet verbum ſuum. Cum igitur Thomas Muntzerus fallat, conſtat eum ſub Dei nomine per diabolum ea locutum eſſe*. Veram hanc Lutheri ſententiam eſſe recte ait Joannes Coclæus; nec minus ea Lutherum quam Muntzerum convinci dæmonem per utriuſque oſtentato Dei nomine locutum.

Idem præterea impoſtor quem ruſticos ad conflandam ſeditionem inflammaſſe vidimus, cum jactaret eos a cœleſti Numine in arma concitari, eorum jam ſtragem conſpicatus, libellum edidit, in quo ipſos arguebat per evangelii ſpeciem, arma in principes & magiſtratus capeſſiviſſe, omniſque humanitatis in ſectatores ſuos immemor edixit, non aliter quam rabidos canes eorum reliquias trucidandas. *Debet igitur hic percutere, occidere, perfodere, ſeu clam ſeu palam quiſquis poteſt, & cogitare nihil eſſe venenoſius, nocentius, magiſve diabolicum homine ſeditioſo, perinde atque ſi rabidus canis interficiendus ſit: ſi non feris eum, ferit te & totam provinciam tecum*. Hæc Lutherus: ex cujus verbis ſi ipſe cæterique hæreſiarchæ judicium ſubiiſſent, non tot clades accepiſſet Chriſtiana reſpublica.

Primum dixit plenos numine ruſticos. Poſtmodum ut rapidos canes trucidandos.

XXV.

Addit idem impoſtor, qui antea concionabatur, Deum ipſum in ruſticis ſe opponere principibus: *Arbitror nullum eſſe amplius in inferno diabolum, ſed omnes prorſus in ruſticos aſcendiſſe: nam inſania iſta omnem & modum & menſuram excedit. Ruſtici non amplius jam pro evangelio pugnant; ſed palam facti ſunt perfidi, perjuri, rebelles, ſeditioſi, latrones, raptores, blaſphematores*. At quo ex tempore tot ſcelera & flagitia fecerunt, niſi ex quo evangelium Lutheri hauſere? Concluſit denique pro principibus, quibus perniciem & exitium paulo ante interminatus fuerat, veniſſe tempora admiranda, quibus illi magis ſanguinis effuſione, quam orationibus cœlum promereantur. Hanc hæreſiarchæ & pſeudoprophetæ impudentiam confudit Joannes Coclæus eleganti libro, Lutherumque omnium malorum authorem demonſtravit; jamque illum eorum umbras perſequi, quibus exitio pſeudoevangelio ſuo fuerat. Objecit etiam hanc verſipelli hæreſiarchæ inconſtantiam & impoſturam Joannes Faber (b); *Univerſos*, inquit, *pene ruſticorum lacus Conſtantiæ articulos editos docuit, prædicavit, & calamo depinxit: jam adverſus eos ſcribit eſſe articulos diaboli, a viro probo neutiquam effictos eſſe, & ad poſtremum diabolo eos tradit, quemadmodum clare ſuus monſtrat libellus.*

(b) Fab. cur. Luth. doctrinam non approbarit.

Idem

Digitized by Google

XXVI. Idem eximius doctor (*a*) in diſputatione ſua cum Balthaſare Pacimontano, qui eam ruſticorum rebellionem promoverar, queritur ob ſeditioſas Lutheri, Balthaſaris, & ſimilium pſeudoevangeliſtarum conciones uno anno pluſquam centum hominum millia interfecta: in eos vero evangelii corruptores invectus tot Germanorum cædes ab iis editas, quantas nullus Nero, aut Domitianus patrare potuiſſent, exprobrans, hac pia & eloquenti apoſtrophe utitur: *Terra, terra, terra audi* (*b*) *quidnam ſit hoc. Veri evangeliſtæ en diſcordiis parem fecerunt, falſi vero ſepulchra dealbata, pacem tota Germania maximam in perpetuas invertere diſcordias; dixerunt* (*c*): Pax, pax; & non erat pax: *Quod ergo Amaſæ Joab fecis* (*d*), *ipſi quoque fecerunt nobis. Salutaverunt tanquam fratres, dextra mentum apprehenderunt, tanquam amiciſſimi deoſculaturi nos, ſed clanculo mox in latera percuſſerunt, ut inteſtina in terram diffluerent*. Hactenus Joannes Faber.

(*a*) *Fab. in diſput. cum Balthaſ.*

(*b*) *Jerem.* 22.

(*c*) *Matt.* 23.

(*d*) 4 *Jer.* 6. 2 *Reg.* 20. 3. *Reg* 2.

Nullus Nero Luthero crudelior.

XXVII. Cæterum præter has ab agreſtibus hominibus commoras ſeditiones, ob quas diverſarum provinciarum campi humano ſanguine inundarunt, quæque a Joanne Coclæo recenſentur, eriam, tumultus civitatibus injecti ſunt, in quibus plebs veneno Lutherano infecta adverſus eccleſiaſticos viros & magiſtratus conjuravit. Et quidem Francoſurti, poteſtate ſenatui catholico abrogata, viginti quatuor e plebe delecti leges impias quadraginta ſeptem fixere quarum præcipuas enumerat Coclæus, qui tunc in exilium ivit: *Ut*, inquit, *de cætero poteſtas eligendi & inſtituendi paſtores & plebanos eſſet apud ſenatum ac plebem qui purum verbum Dei & evangelium*, ſcilicet ex interpretatione hæretica, *ſine humanis additionibus*, id eſt ſanctorum patrum explanationibus, *docerent. Item ut omnes clerici cuncta portent onera civilia in angariis, vigiliis, cuſtodiis, vectigalibus, &c. Item ut nulli monachi amplius permittantur mendicare, prædicare, aut confeſſiones audire. Item ut de cætero neque monachus, neque monialis ulla in eorum monaſteria ibi admittatur, aut recipiatur: qui vero intus eſſent exire poſſent quandocumque vellent. Item ut omnes cenſus, de quibus non extent certæ literæ & ſigilla, aboleantur & poſſeſſorio nomine nemo amplius obligatus ſit. Item ut eccleſiaſtica beneficia poſthac non externis aut curtiſanis, ſed ſolis civium filiis conferantur, & quæ ex iis neceſſaria non ſunt, ut cenſus & decimæ eorum tradantur in communem ciſtam pro ſuſtentatione pauperculorum civium, ne quis mendicet. Item ut omnes donationes ex teſtamentis & aliæ eleemoſynæ in communem ciſtam conferantur: abolitis cunctis anniverſariis, fraternitatibus, & exequiis mortuorum in eccleſiis, &c.* Hauſerant a Wittembergenſibus ſeditioſi harum legum capita, quæ cum typis traditæ diſſeminatæque in vulgus fuiſſent, in urbibus aliis, ut Moguntiæ & Coloniæ, tumultus pepererunt, qui ægre ſedati fuere: quod cum animadvertiſſent pluribus in locis magiſtratus, prudenter expedierunt arma ad novi diabolici evangelii motus comprimendos, & tunc intellectum eſt quantum publicæ ſaluti profuiſſet ſummorum Pontificum imperiis de extinguenda naſcente hæreſi obtemperaſſe. Plures in Auſtriæ & aliis hereditariis domus Auſtriacæ principatibus conjurationes factas a Lutheranis Joannes Faber conqueritur, ſed divina ope repreſſas addit.

Francofurti a Lutheranis excitata ſeditio. Coclæus ab his pulſus in exilium. Latæ leges iniquæ.

Adempta catholicis ſacramenta.

Eccleſiaſtici cenſus in uſum communem averſi.

Wittembergenſes impiarum legum auctores. Concitati ob eas in aliis urbibus tumultus.

XXVIII. E Germania in finitimas provincias fluxit mali labes: in Bremenſi enim archiepiſcopatu Lutherana peſtis ita populum inceſſit (*e*), ut ſumptis armis conſurrexerit in eccleſiaſticos, templa ac monaſteria everterit, Chriſti, Deiparæ, & ſanctorum imagines conculcarit, clerum necnon Chriſtophorum archiepiſcopum Bremenſem expulerit: at in tam adverſo caſu non ſe dimiſit animo, neque perturbatus eſt archiepiſcopus, ſed catholicorum collecto exercitu Lutheranos prælio fregit, ſignificavitque Clementi Pontifici affulgere ſpes, ut Bremam & alias arces e Lutheranorum manibus vindicaret, nec non perdomitis impiis religionem in priſtinum ſplendorem reſtitueret ſi, opportuna auxilia ipſi ſubmitterentur: cui hæc reſpondit Pontifex. (*f*)

In Daniam peſtis Lutherana furit.

(*e*) *Clem. VII inter brev. an.* 1524 *p.* 54. & 58.

Bremenſis arch. victoriam de Lutheranis refert.

(*f*) *Lib. brev. p.* 58.

Venerabili fratri Chriſtophoro archiepiſcopo Bremenſi.

Clementis ad eum lit.

Non ſine animi noſtri moleſtia intelleximus id quod antea ex ipſius Laurentii Cardinalis Campegii & aliorum fida relatione ac fama ipſa perceperamus, civitatem & populum Bremenſem ſibi tam in ſpiritualibus quam temporalibus ſubjectos, una cum pluribus oppidis & locis provinciæ tuæ Bremenſis, alias in nefandam hæreſim Lutheranam temere prolapſos, non ſolum a ſua & huius ſanctæ ſedis debita obedientia & devotione, ſed ab ipſa etiam orthodoxa fide penitus deſciviſſe, ac plures eccleſias cum earum domibus & monaſteriis in civitate & provincia prædictis profanaſſe ac evertiſſe, eorumque bona temeritate ſacrilega occupaſſe ac dilapidaſſe, teque ipſorum patre & paſtore contempto & excluſo, canonicos eccleſiæ Bremenſis, & alias perſonas eccleſiaſticas hæreſim Lutheranam ſequi recuſantes expuliſſe, ac

Lutheranos ipſos induxiſſe, pluraque impia & immania contra Chriſti redemptoris noſtri ejuſque glorioſæ matris virginis Mariæ & aliorum ſanctorum nomen, imagines, ac venerationem, & eccleſiaſtica ſacramenta, necnon dictæ ſedis honorem & dignitatem feciſſe, ac in dies facere præſumerent: quæ profecto uniuſcujuſque Chriſti fidelis mentem & animum vel ſolo auditu commovere ac magno dolore afficere debent. Placuit autem ex literis & relatione hujuſmodi intelligere fraternitatem tuam haudquaquam demiſſo & abjecto, ſed erecto & conſtanti animo ſemper fuiſſe, nuperque nobilium & aliorum fidelium auxilio adjutam de Lutheranis ipſis non parva eorum multitudine trucidata felicem victoriam, dextera Domini ſibi aſſiſtente propitia, reportaſſe, ſperareque dictam Bremenſem civitatem & alia provinciæ tuæ oppida ac loca a dictis Lutheranis detenta & occupata recuperare, necnon populos hæretica fraude ſeductos, ſi non virtutis amore, ſaltem vi & armis ac formidine pœnæ ad priſtinum fidei cultum & veram religionem reducere poſſe, dummodo opportunæ ſuppetiæ & auxilia tantæ rei neceſſaria tibi a nobis miniſtrentur. Teſtis eſt nobis Deus, quam prompto ac libenti animo fraternitati tuæ pro tam ſancto & pio negotio etiam de pecuniario ſubſidio ſubvenire atque ſuccurrere vellemus, &c. Subdit inopia ærarii ſumma premi temporumque difficultatibus; ne tamen illi deſit ſacerdotia plura conferendi de ſe benemeritis facultatem ipſi tribuere, Bremenſiſque & Verdenſis provinciatum decumas attribuere, tum principes finitimos ad ferendum illi opem incitare, ut Lutherana hæreſis elidatur. *Dat. Romæ die* XXV. *novembris MDXXIV. pontificatus noſtri anno* II.

XXIX. Chriſtiernus Daniæ Rex pulſus ob crudelitatem. Exulabat tum Dania Chriſtiernus Daniæ, Sueciæ, Norwegiæque Rex, quem populorum odia in ſe nimia crudelitate accendiſſe vidimus, petebatque auxilia a Carolo V. cujus ſororem Iſabellam uxorem duxerat, ut regnum recuperare poſſet: ſed is Germaniæ Daniæque malis poſthabitis, everſaque Gallica potentia, opprimendæ Italiæ ſtudebat, uti dicetur inferius. Pontifex itaque Fridericum & Chriſtianum Holſatiæ & Slewici duces, qui Danicas res adminiſtrabant, rogavit (a), ut Chriſti & Eccleſiæ cauſam adverſus feroces Lutheranorum impetus & conatus tuerentur. [1]

(a) Ibid. p. 57.

Holſatiæ duces regni procuratione potiti.

Dilectis filiis nobilibus viris Friderico & Chriſtiano Holſatiæ & Sleuvicenſi ducibus.

Rogati, ut reprimant Lutheranam hæreſim.

Perſuaſum habemus nobilitatem veſtram non ignorare, quanta & quam miſerabilis temporum noſtrorum ſit infelicitas, quibus ultra varias diſſenſionum ac bellorum per tot annos calamitates, atque innumeras Chriſtifidelium ſtrages, civitatum, & locorum depopulationes, provinciarum vaſtationes, & alia mala quamplurima, quæ univerſam fere Chriſtianitatem vexarunt & afflixerunt, impia & deteſtanda hæreſis Lutherana, humani generis hoſte procurante, in Germaniæ partibus primum exorta & aucta, deinde in omnes fere Chriſtiani orbis partes pervagata eſt: propter quam infinita ſcandala & irreparabilia damna ſucceſſerunt: adeo ut ſæviente in dies hæreticorum furore & rabie, præter multarum cathedralium & metropolitanarum, ac aliarum eccleſiarum, monaſteriorum, & aliorum piorum locorum totales ruinas, direptiones, & vaſtationes, ipſorumque epiſcoporum, archiepiſcoporum, abbatum, & religioſorum, ac etiam monialium expulſiones a Lutheranis hæreticis in Chriſti redemptoris noſtri ejuſque glorioſæ matris virginis, Mariæ, & aliorum ſanctorum impiam abnegationem & perſecutionem factas, infinitus Chriſtifidelium ſanguis intra paucos menſes effuſus ac ſparſus fuerit, pluraque & magis horrenda, niſi opportune provideatur, univerſo populo Chriſtiano immineant, quæ profecto uniuſcujuſque Chriſti fidelis mentem atque animum non mediocri dolore afficere, & ad neceſſaria remedia cogitanda & inquirenda excitare atque impellere debent. Nos certe, cum primum ad ſummi apoſtolatus apicem divina favente clementia aſſumpti fuimus, nihil impenſius, ac majore animi ſolicitudine cogitare cœpimus, quam

NOTÆ [1] Danicas res exponens Annaliſta reformationem vel ſi malueris apoſtaſiam Danorum hoc anno cœptam ſcribit. Nec abnuo; ſi malum clam gliſcere cœpiſſe hoc anno ſtatuerit. Verum publica reformationis Lutheranæ profeſſio nonniſi ſequenti anno 1526. Junio menſe, agente Friderico rege, exordium accepit, teſte chronologo Danico apud Ludewig Reliquiar. to. IX. num. II. qui & addit die S. Joannis Baptiſtæ ejuſdem anni accitum a rege in arcem Haffnienſem veniſſe quemdam Fratrem Paulum Heliæ Carmelitam, ut ſuam de Lutheranis ſententiam pro concione diceret. Verum ex arce diſcedentem conviciis & contumeliis ita plebs affecit, ut vivus vix evaſerit: adeo rebus catholicis plebs Danica ſtudebat. Malum igitur totum ex rege Friderico exortum. Porro princeps ille, pulſo anno 1523. Chriſtierno ad regnum Danicum accitus anno ſequenti 1524. die VII. auguſti regis diademate ſolemni ritu inſignitus fuit, ait idem chronologus Danus. Suecia vero ea occaſione a Dania iterum divulſa Guſtavo Erico ceſſit. MANSI

quam ut dicta hereſis tempore felicis recordationis Leonis Papæ X. prædeceſſoris noſtri exorta, noſtro tempore penitus evelli ac radicitus eutirpari tandem poſſet. Sciunt hoc fere omnes Chriſtiani principes, non ſolum literis, ſed etiam ſpecialibus nuntiis noſtris ſæpius moniti ac requiſiti, ut tantum ac tam late vagans incendium, ad ipſos etiam niſi caverent quandocumque venturum, eutinqui curarent, ac epiſcopis, archiepiſcopis, & aliis perſonis eccleſiaſticis diram Lutheranorum perſecutionem patientibus auuilio eſſe vellent; nec omiſimus omnipotentem Deum continuis precibus rogare, atque ab omnibus Chriſtifidelibus rogari facere, ut fidelem populum ſuum reſpicere, & a tantis malis liberare dignaretur. Cujus ineffabili clementiæ & miſericordiæ immortales agendæ ſunt gratiæ, quod nonnullorum tam ſæcularium quam eccleſiaſticorum principum ad reſiſtendum furori dictorum Lutheranorum, ac Eccleſiam a dicta hæreſi liberandam corda & animos tangere dignatus fuit, ut ſperandum ſit, gratiam divinitus nobis miſſam optatos ac felices effectus brevi parituram fore. Cum nuper autem inter alios, quæ adverſus nequitiam ſathanæ ſurgere, ac ſanctam Chriſti fidem contra eorundem Lutheranorum impietatem viriliter defendere non dubitarunt, intellenerimus, venerabilem fratrem Chriſtophorum, archiepiſcopum Bremenſem, cujus civitas, & quamplura oppida & loca provinciæ Bremenſis dictæ hæreſis Lutherana labe infecta ſunt, ad hujuſmodi hæreſim radicitus eutirpandum, ac Lutheranos ipſos, contra quos dextera Domini ſibi aſſiſtente propitia, non parva eorum multitudine cæſa felicem victoriam reportavit, ulterius perſequendo ſe accingere, ſperareque, ſi opportunæ ſuppetiæ ac neceſſaria auuilia ſibi non defuerint, dictos Lutheranos eupulſurum, ac civitatem & provinciam ſuam Bremenſem dictæ hæreſis peſte liberaturum, populoſque hæretica fraude ſeductos ad verum & antiquum Chriſtianæ religionis cultum omnino reducturum fore; multum in Domino gaviſi & lætati fuimus, ipſumque Chriſtophorum archiepiſcopum, ut ejus animum ad tam pia opera magis ac magis promptum redderemus, nonnullis gratiis & facultatibus, quas a nobis requiſivit, juvare non deſtitimus. Quia vero propter inopiam pecuniarum, quam hæc ſancta ſedes ob iniquam temporum conditionem ac incredibiles expenſas tam a nobis, quam a prædeceſſoribus noſtris neceſſario factas, omnino exhauſta, inſuperque maximo ære alieno gravata & oppreſſa eſt, eidem Chriſtophoro archiepiſcopo de pecuniario auxilio, prout noſtri deſiderii eſſet, nunc ſubvenire non poſſumus, & ſine illo ipſe Chriſtophorus archiepiſcopus tam ſanctum propoſitum ſuum perſequi nullo modo poteſt; nobilitatem veſtram in Domino hortandam ac paterno affectu requirendam duximus, ut pie cogitantes cauſam hanc non tam hominum, quam ipſius Dei, per quem Reges regnant, & principes imperant, cauſam eſſe, ac proprie virtutis veſtræ memores, qua Lutheranam hæreſim ferro & igne perſequendam ſemper duxiſtis, nec unquam talem peſtem in dominio veſtro creſcere permiſiſtis; inſuperque conſiderando quod provinciæ Bremenſi Lutherano incendio flagranti ſuccurrendo, dictum dominium veſtrum ab hujuſmodi incendio etiam tutius atque ſecurius reddetur, præfato Chriſtophoro archiepiſcopo omnibus, quibus poteritis auxilio eſſe non gravemini. Quod ſi, ut ſperamus & optamus, feceritis, rem perpetua laude & gloria dignam facietis, ac tam boni fauſtione operis largam retributionem in præſenti & futuro ſæculo conſequemini, noſque & ſedem prædictam in omnibus, quæ cum Deo fieri poterunt, ſemper benivolos atque propitios reddet. Datum. Romæ die VIII. decembris MDXXV. pontificatus noſtri anno III.

Ferant ſuppetias Bremenſi archiepiſcopo.

XXX. Conceptis ferme eadem verborum forma literis excitati ſunt ad conjungendas adverſus Lutheranos cum Bremenſi archiepiſcopo ſubſidiarias copias Hermannus (*a*) Colonienſis archiepiſcopopus & Albertus (*b*) Cardinalis Moguntinus, Henricus (*c*) dux Brunſvicenſis, tum etiam Luneburgenſis princeps; contuliſſeque adverſus hæreticos Turcaſque, omnes opes quas undique cogere potuerat, ſignificavit: *Nec omiſimus*, inquit (*d*) Clemens, *cum hæc ſancta ſedes pecuniis exhauſta omnino eſſet, eu decumis non ſolum eccleſiaſticis perſonis civitatum & locorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ mediate vel immediate ſubjectorum, ſed etiam Romanæ curiæ officialibus præter ſolitum impoſitis, quas potuimus pecunias colligere, eaſque uni ex nonnullis Chriſtianis principibus pro conducendo adverſus dictos Lutheranos exercitum, ac etiam pro conſervatione regni Hungariæ deſtinare; adeo ut nihil amplius ſuperſit, unde pecuniarum ſubſidium aliquod comparare valeamus.*

(*a*) Ib. p. 15. (*b*) Pag. 56. (*c*) Ib. p. 59. (*d*) Ib. p. 56.

Subſidia nummaria a Pont. contra Lutheranos ſubmiſſa.

XXXI. Cæterum Fridericus & Chriſtianus ejus filius Holſatiæ duces non modo vires ad Lutheranam impietatem excindendam non convertere, uti a Pontifice erant commoniti; verum etiam Lutheranos ad convellendam e Daniæ & Norvvegiæ regnis catholicam religionem induxere, ut ereptum Chriſtierno regnum facilius ſibi

Fridericus dux Holſatiæ Lutheranis favet.

asse-

aſſererent : quod impium exemplum etiam in Suecia Guſtavus eſt conſectatus. Memorat vero Olaus Magnus Upſalenſis archiepiſcopus (*a*), tum in Suecia, tum in Dania ac finitimis aliis provinciis ſanctimoniales in fidei & corporis incorrupta integritate ſervanda miram conſtantiam fortitudinemque explicuiſſe, nec ullis lenociniis a ſuſcepto pio conſilio abduci potuiſſe ; cum tamen monachi & ſacerdotes paſſim libidinibus ſeſe dederent, ac deſerta fide catholica latius hæreſim propagarent ; de qua perſecutione, quam author paſſus eſt, hæc ipſe refert : *Perſecutionem & exilium triginta tribus annis propter fidem ſuſtinens, ſemper notaveram admirabilem Dei clementiam ſperantibus in ſe miſericorditer affuiſſe, & ita cum tentatione dediſſe proventum, ut nullius hominis læſa fuerit conſtantia, qui firmo propoſito & opere perſtiterat in ſua ſuſcepta & jurata ſanctiſſima religione. In quo tamen tentamine majorem conſtantiam in ſexu fragili, monialium ſcilicet videram, partimque a fide dignis ſervari perceperam, quam in profeſſis religioſis, aut ſacerdotibus ordinatis, qui ad omnem venti motum nulla facta reſiſtentia poſt ſæculum & carnis deſideria abeuntes, turpiter defecerunt : & hi reſperſi luxuriæ luto ſecum quoſcumque male perſuaſos detraxerant in perditionem maxime, quia ſathanam prævenerunt in tentatione, periculis ſeſe ultro exponentes, dum fragiles ipſæ perſonæ conſtantiſſime ſervando regulam ſteterunt adverſus omnes impugnatores. Cujus rei unum aut alterum e multis ſufficiat adduxiſſe exemplum, præſertim in imperiali civitate Lubicenſi Germaniæ inferioris oſtenſum, ubi circa annum Domini MDXXV. moniales S. Annæ magno numero effoſſa humo noctis tempore lignis & lateribus januas & muros repararunt, quos neſcio qua poteſtate conniventе impune de die perfregerunt. Item in Roſtochio, ne per ſimiles homines extrahi poſſent caſtiſſimæ virgines a monaſterio, brachiorum manuumque complexu more formicarum immobiles ſeſe reddiderunt. Item moniales S. Birgittæ in Suecia ad nobilium nuptias inceſſanter ſtimulatæ, mortem potius eligentes quam caſtitatem Deo conſecratam contaminare ullo modo conſentirent : ita & aliæ perſonæ ſimiles pluribus in locis conſtantiſſime perſeverant ubi plures viri turpiſſime ſunt collapſi, quia, ut tempori ſe conformet, furem videntes currunt cum eo, atque cum adulteris ponunt portionem ſuam, donec Deus jam tacens arguat eos & ſtatuat pœnas contra faciem eorum, ut & hi & alii hæc intelligant, qui obliviſcuntur Deum.*

(*a*) *Olaus Magn. l. 16. c. 35.*

Olaus Magn. Upſalenſ. archiep. perſecutionem paſſus.

Monachi & ſacerdotes in apoſtaſiam lapſi.

Lubeca Lutherana hæreſi infecta. Lutheranorum furor. Monialium mira conſtantia.

Moniales Lubicenſium S. Birgittæ conſtantiſſimæ.

Qua vero arte Lutherus Danos ſuis erroribus irretierit, ita deſcribit Florimundus Raymundus (*b*) libro de origine hæreſeon : *Lutherus e Saxonica ſua ſpecula omnia rerum momenta obſervans, & temporibus inſidians, quoſdam regni proceres, quibus doctrinam ſuam non diſplicere intellexerat, literis exhortatus eſt, ut ſicut Chriſtierni tyrannidem a ſe depuliſſent, ſic a Papæ quoque ſervitute ſe ac regnum liberarent, duo maxime valida tela ad id ſubminiſtrans ; epiſcopos enim & cæteros eccleſiaſticos monuit, ut intolerabile illud cœlibatus onus a ſe abjicerent ; ſæculares, ut bona & opes cæca quadam & indiſcreta pietate & devotione a majoribus eccleſiis donatas ab eiſdem repeterent, atque hoc modo illos carnali voluptati, hos vero bonis Eccleſiæ inhiantes facile in ſententiam ſuam adduxit. Cum vero Regem de inſtauranda Hafnienſi academia cogitare intellexiſſet, theologum ſua quaſi manu formatum ad eum miſit Joannem Machabæum nomine natione Scotum, qui quod in Scotia moniali quadam juvencula abuſus eſſet, mutato habitu in Hollandiam trajecerat, atque inde ad Lutherum tanquam omnium ejuſmodi facinorum aſylum Witembergam confugerat. Hic in Daniam appulſus cum ſuo exemplo tum doctrina multos excitavit, ut abjectis cucullis uxoriis voluptatibus frui, quam cœlibem & auſteram vitam agere mallent.* XXXII.

(*b*) *Id. ib.*

Suggeſta a Luthero Danis nefanda conſilia.

Joannes Machabæus ab eo ſubmiſſus Danos inficit.

Conjunxit cum eo ſtudia ad propagandam perfidiam Joannes Pomeranus, quem Chriſtianus Rex tanti fecit, ut contemptis epiſcopis, a quibus Reges regia inſignia accipere conſueverant, ab eo corona redimiri voluerit. Contaminata eſt etiam hæreſi Livonia, atque Albertus cruciferorum equitum princeps violatis religioſis votis nefarias nuptias contraxit ; ſcripſereque (*c*) hoc anno Lutherus, & idem Joannes Pomeranus, ac Melchior Hoſmannus ad Livones in impietate obfirmandos : ut vero Saxones deluſerat idem Lutherus ita univerſum orbem pſeudoevangelio ſuo compleviſſe gloriatus eſt, ſcripſitque epiſtolam Chriſtianis, qui ſunt in Hollandia, Brabantia, & Flandria : quam Lutheri væſanam de ſectæ amplificatione jactantiam ita Joannes Eckius in ſuis homiliis retundit (*d*) : *Ubi duas aut tres ſeduxerint eccleſias, ſuiſque perditiſſimis adjunxerint erroribus, ſtatim tumens & turgidi elatique totum ſibi mundum conciliaſſe videntur : ſe ſolos Chriſtianos eſſe gloriantur, totamque ſe putant conſtituere Eccleſiam, impudentes & ſtolidi immenſum & omnipotentem illum univerſi mundi Conditorem ac Redemptorem iſtis anguſtiis includere volunt, & ar-* XXXIII.

Joannes Pomeranus hæreſeos in Dania propagator. Chriſtianus ab eo regia corona redimitus.

(*c*) *Coel. in actis & ſcript. Luther.*

(*d*) *Jo. Eck. to. 2. homil. 2. in Feria 3. paſch.*

arctiſſimis ſuæ ſentinæ cryptis. Non ſic utique, non ſic; nondum enim adſunt illa tempora, quibus hereditas Chriſti, quam accepit a Patre ſuo, in illas anguſtias redigatur. Superſunt adhuc Chriſtiani in Italia, Gallia, Hiſpania, Anglia, Scotia, Polonia, Hungaria, Græcia, Æthiopia, India, & Armenia. Hanc univerſam Chriſti hereditatem non ſeducent illi utique fures, iſti latrones & raptores.

XXXIV. In Hollandia & Belgio graſſati hæretici. Cenſura fidei male exercita. (a) Clem. lib. brev. an. 1525. p. 47.

Cæterum in dictis Hollandiæ, Brabantiæ, & Flandriæ provinciis, nonniſi furtim in angulis audaces apoſtatæ Lutheri ſcripta legere non audebant, ut obiicit Coclæus: conſtituta (a) quippe fuerat ab Hadriano VI. fidei ſacra cenſura, quamquam illi qui judicio præfecti fuere, male functi fuerant officio, ac hæreſis ſenſim graſſari deprehenſa eſt: quare Clemens VII. Laurentio Campegio Cardinali Apoſtolicæ ſedis legato provinciam dederat, ut alios in illorum locum ſufficeret; ac demum Erardus Cardinalis de Marcha epiſcopus Leodienſis in iis regionibus authoritate & viribus pollens, hoc anno pontificiis hortatibus ſolicitatus eſt, ut ſupremas judiciarii muneris partes ad hæreſeos ſtirpes excindendas ſubiret, perageretque.

Dilecto filio noſtro Erardo tit. S. Chryſogoni presbytero Cardinali Leodienſi.

Data a Clemente mandata de coercendis hæreticis.

Cum ex diverſorum fidedignorum aſſertione, non ſine gravi cordis noſtri dolore intellexerimus venenum Lutheranæ hæreſis in dictis partibus, nempe Belgii, non ſolum adhuc extinctum non eſſe, ſicuti ſperabamus propediem fore, verum etiam humani generis inimico inſtigante videri quibuſdam in locis ac populis earundem partium latius in dies effundi, pluriumque Chriſtifidelium animos ob orthodoxæ fidei ſinceritate alienare, ac propterea nobis perſuaſerimus ad peſtem hanc ab eiſdem partibus ac populis penitus extirpandam authoritate majori, quam qua dicti inquiſitores a Laurentio Cardinale ac legato deputati pollent, opus eſſe; præſentes ad circumſpectionem tuam, cujus in dictis partibus non minorem apud omnes authoritatem & gratiam, quam dignitatem eſſe novimus dandas duximus, quibus eandem in Domino hortaremur, prout eu animo hortamur, ac in virtute ſanctæ obedientiæ requirimus, ut ipſa omnem induſtriam, ſolicitudinem atquè conatum in hoc impendere & conferre ſatagat, quo negotium ſanctæ inquiſitionis his malis temporibus ſumme neceſſarium in dictis partibus digne ac ſtrenue, & prout divini honoris, catholicæque fidei ratio, necnon ſalus animarum requiret, adminiſtretur: quod quo aſficacius præſtare valeas nos tibi in eiſdem partibus plenam, ac ſupremam ſuper dicta ſancta inquiſitione ejuſque miniſtris præfatis & aliis quibuſcumque ſuperintendentiam & authoritatem tribuimus. Et infra: *Tu itaque dilecte fili commiſſionem hanc atque provinciam ſanctiſſimam magno animo ac ſolita pietate amplectere, teque ad evellenda ab agro dominico peſſima Lutheranæ perfidiæ zizania, quæ inimicus homo ad perdendam bonam ſegetem ſuperſeminavit, juxta talentum multipleu tibi a Domino creditum toto pectore in ſpe cœleſtis auxilii accommoda, certo tibi perſuadens, nullam tota vita tua occaſionem tibi offerri poſſe, qua vel majus Deo obſequium, vel rem te tuoque gradu & authoritate digniorem, ac nobis ac ſanctæ huic ſedi gratiorem præſtare valeas. Dat. Romæ* XII. *februarii MDXXV. pontificatus noſtri anno* I.

XXXV. Polonia a peſte Lutherana Sigiſmundi Regis virtute vindicata.

Pervaſit deinde ob cenſorum fidei & magiſtratuum incuriam latius per eas provincias Lutheranum incendium, ac poſt atrocia bella Hollandiam abſumpſit, uti lugebitur inferius. Effugit tantum malum Polonia Sigiſmundi Regis virtute, atque epiſcoporum, qui in Laucitiana ſynodo fidem catholicam incorruptam tenendam ſanxerant, diligentia: inter quos emicuit Andreas Critius Primiſlienſis epiſcopus, dein Procenſis, ac demum ad archiepiſcopatum Gneſnenſem evectus, qui hoc anno gravem ac luculentam de comprimendis hæreticis orationem habuit ad Sigiſmundum, e qua hæc Joannes Coclæus decerpſit (b): *Qui res eccleſiaſticas memoriæ prodiderunt, maxime & ſapientiſſime Rex, innumeros hæreticos & apoſtatas recenſent, qui ſenſu ſuo & ſpiritu ſuperbiæ in tranſverſum acti eccleſiam Dei devia & pertinaci doctrina ſcindere ac turbare conſueverunt: quorum monſtrorum cum ſemper Romana eccleſia domitrix extitiſſet, in eam potiſſimum hæc dæmoniorum zizania ſerebantur, atque hi turbines, hi fluctus eam cum primis naviculam obruere nitebantur.* Et infra: *Inter tot autem, ac tam varios, qui hactenus fuerunt, hæreticos, nemo fuit, qui non ex evangelio baſim doctrina ſuæ ſtatuiſſet, non verbi Dei prætextum & illicem veneni ſui feciſſet, ſicut in præſens agit novum ſui anguli numen Lutherus, quod ita humiliter, ita caſte, ita manſueta, & pacifice juxta doctrinam Chriſti & Apoſtolorum tractat, ut nihil arrogantius, nihil impudentius, nihil ſeditioſius, ac virulentius dici vel excogitari poſſit, ut qui nedum Reges carnifices, ſcurras, & nebulones, Pontifices antichriſtos, lenones, & idola vocet; ſed & ſanctos, atque adeo ipſam Deiparam virginem lingua*

(b) Cocl. hoc ann. de act. & ſcript. Luth. Plocenſis epiſcopi graviſſima ad eum oratio.

ſa-

ſacerrima, ut ex pleriſque ejus argumentis conſtat, vilipendit, ac elevat. Et in fine: *Interim, invictiſſime Rex, quia tibi curæ eſſe intelligo, ut eam labem in vicina ſerpentem a regno & dominiis tuis arceas, hæc præludia quoquo modo in præſens effudi, quæ, dum alia noſtra & aliorum adornantur, benigno animo ſuſcipe, & quod facis rem Chriſtianam non ſolum a Turcis, & Tartaris, aliiſque ethnicis, ſed etiam a domeſticis hoſtibus apoſtatis & hæreticis tueare.* Hanc orationem una cum pluribus Polonorum poetarum carminibus adverſus Lutherum promulgatam; tum alia etiam Italorum, Gallorum, Anglorum, Germanorumque ſcripta Latina, quibus hæreticorum exagitabatur improbitas, edita fuiſſe, ad quæ tum Lutherus tum Wittembergenſes obmutuerint, refert Coclæus.

Exagitata catholicorum ſcriptis Lutheranorum improbitas.

XXXVI. Blaſphemiæ a Lutheranis jactatæ in B. Virg.

Cumularunt reliqua impia facinora Lutherani horrendis in B. Virginem blaſphemiis, motuſque rei indignitate Joannes Faber Deiparam interciſo gemitu ita compellat (a): *Procede o mulier, quæ ſole amicta (b) es: dic dic ex gladio illo doloris, quem juxta juſti atque timorati Simeonis (c) prophetiam ſuſtinuiſti: Quid dicunt aut docent de te Theutonici noſtri evangeliſtæ? Num poſt maxima hæc Chriſti tua atque reliquorum præconia te mulierculam eſſe dicunt, utque ſunt lotrices cæteræ? quod tamen Tertullianus ante mille quadringentos annos refutavit, univerſaque Eccleſia atque hæreſim evicit & damnavit peſſimam. Dic nobis ſacratiſſima virgo, quomodo te atque Helvidius & Jovinianus incuſant plures habuiſſe filios? Dic mihi, tua ne potius, an filii tui ſit hæc injuria, ut ei & conterinos tribuant fratres? maritum atque plures habuiſti filios? Cur igitur in cruce Chriſtus Joanni diſcipulo ſuo & non marito tuo te credidit (d), aut filiis carnalibus? quid his te commaculare nixurium porta clauſa verſus orientem ſita, per quam perpetua vir non intraturus erat, niſi dominus ſolus, qui per te ingreſſus (e) eſt? qui ſunt filii tui?* Et infra: *Num recordaris quod te poſthac mediatricem nolint eſſe noſtram coram dilectiſſimo filio tuo, cui Pater dedit omne judicium, immo omnem quæ in cælis & in terra eſt poteſtatem? Exanimis es an viva, quandoquidem mortem tuam evangelium neſcit? Ut enim Lutherani volunt, cuncta in evangelio continentur, adeo ut nequidem Athanaſii ſymbolum de Trinitatis unitate atque cætera credere velint contra Apoſtoli Pauli ad Coloſſenſes ſententiam. In cælis ne es dicito, precor? ſuperbiſſimus enim hic Goliath ſenſu ſuo inflatus docet, quod qui cum Chriſto pariter in aſcenſione ſua cælum non conſcenderint, interea non introiſſe.*

(a) *Fab. cur noluerit approbare doct. Luth. c. 30.*
(b) *Apoc. 2.*
(c) *Luc. 2.*

Finxere habuiſſe plures viros ac filios.

(d) *Joann. 19.*

(e) *Ezech. 44.*

Negarunt eſſe mediatricem.

Tempſere ſymbolum D. Athanaſii. Negant aſſumptam in cælum.

XXXVII Eraſmus male de B. Virgine ſcriptitarat.

Sparſa primum in publicis gymnaſiis hæc impietas fuerat temeraria dicendi & vellicandi B. Virginem & ſanctos libertate, qua ingenii gloriam nonnulli aucupabantur: inter quos Eraſmus mimicis ſalibus abundans eloquentiæ Latinæ floſculos impietatis veneno conſperſerat, quem pluribus redarguit Albertus Pius (f). Verum pœnituit poſtea illum flagitii, ac beatiſſimæ Virginis laudes eleganti panegyrica oratione celebravit. Perſtrinxerat idem Eraſmus ſacrarum imaginum cultum veluti ſuperſtitioni affinem; cujus argutias & hæreticorum ſophiſmata confutavit inter alios Albertus, de quo paulo ante memoravimus (g): qui pios commentarios ſuos adverſus eundem Eraſmum compoſuit, cum ille hoc anno apologeticas literas ſcripſiſſet, quaſi hæretici non aliter ex ipſo, quam ex ſanctis patribus perperam intellectis uti cantharides ex floribus venena ſuxiſſent.

(f) *Alb. Pius l. 9.*
Pœnituit poſtea Eraſmum flagitii.

(g) *Id. ib.*

XXXVIII. Sacrilegi divino prodigio caſtigati.

Porro hoc funeſto tempore, quo hæretici in Deiparam & ſanctos, eorumque imagines graſſabantur, plura edita ſunt divinæ in ſacrilegos vindictæ exempla ad confundendos impios, & viros pios in veteri orthodoxa fide confirmandos, ex quibus hæc ſuis circumſtantiis inſignita non prætermittenda ducimus ex Mattheo Tympio (h): *Anno Chriſti MDXXV. cum Lutherani cathedram cathedralis eccleſiæ D. Virginis Erphordiæ vi invaſiſſent, & jam ad tempus occupaſſent, concionator quidam nomine Joannes Culſamerus conſiſtens in cathedra, ac digito monſtrans ſtatuam B. Virginis ſub maximo organo conſiſtentem, in has blaſphemas erupit voces:* Non quieſcam, nec dormitum ibo antequam idolum illud [*ſtatuam D. Virginis intelligebat*] ex hac æde baſilica ejecero. *Sed ecce ſubito ignis ſacer digitum ipſius invaſit & eadem nocte ſubita morte extinctus eſt. Statua autem ſanctiſſimæ Mariæ in eodem loco permanſit. Circa idem tempus cum ſenatus omnium cœnobiorum & eccleſiarum ornamenta in curiam ferri juberet, etiam argenteas tumbas duorum patronorum ſanctorum Eobani & Adalarii, ſub hoc ſpecioſo prætextu, ne tempore ſeditionis præda fierent impiorum, aurifabro prope Prædicatores habitanti oblata eſt magna argentea ſtatua S. Mariæ in ſole, ut eam liqueſaceret & monetam ex ea cuderet. Is [quia peſſimus erat hoſtis Eccleſiæ catholicæ] ferreo malleo magna vi incipit contundere faciem ſtatuæ, & blaſphemo ore dicere:* Sic coercenda ſunt

(h) *Tymp. in admirando vindicta divina theatro de pœnis iconomacor.*
Lutheranus blaſphemans Erphordiæ ſubito igne ſacro correptus.

Blaſphemans alius & contundens faciem imaginis cæcitate percuſſus.

idola

idola papiſtarum, &c. *& ſubito occæcatus eſt, & mendicus manſit uſque ad mortem.*

XXXIX. Sacrilegia vocant Lutherani extinctionem Idololatriæ.

Religioſe patrari ſacrilegia effutiebant cum idololatriæ criminis inſimularent catholicos hæretiei: quorum flagitium ſuis coloribus pingebat Joannes Faber (*a*), & hæreticorum amentiam exponebat, qui Chriſti, Deiparæ, & ſanctorum imagines turpiſſimis afficiebant injueiis, cum ipſi viliſſimi homunciones ſuas effigies violari non paterentur, & Zuinglius viſus ſit ira furere, cum effigiem ſuam Lucernæ exuſtam accepiſſet: *Crucem*, inquit Faber, *crucifixique ſimulachrum honorantes, non lapidibus, non ligno dignationem deferimus, ſed mente memoriaque altius evecti Chriſtum dominum ſalvatorem ac redemptorem noſtrum cogitamus. Sic magnus ille doctar Baſilius in Græcorum eccleſia, & magnus Gregorius in latinorum annos ante nongentos & amplius hanc piam & plane ad cœleſtia elevantem imaginum cauſam expenderunt & interpretati ſunt. Sunt ſane imagines, quæ non imperitorum modo rudiſque plebeculæ ſcripturæ, ſed eruditorum quoque animos plerumque pietate incendunt: & cum Paulus* (*b*) *ſcribat, Chriſtum olim ante inhumanationem ob naturam divinam inviſibilem hominis formam aſſumpſiſſe, quæ tandem nos adigit temeritas, ut effigiem ejus irrideamus, vitiemus, confringamus, igne ferroque delere conemur? Et hic rogo terum expende quid hoc ſibi velit quod ad Moſem Dominus ait* Non videbis me; ſed poſteriora mea: *poſteriora autem, id eſt humanitatem, quam in imagine crucifixi exprimimus, olim amoto velamine videri poſſe ſemper indicavi: ſed quod nunc a Lutheranis hominibus tam impie ac temere benigniſſimi Jeſu imago, calcatur pedibus, quod putas in cauſa eſt aliud, quam quod in proximo eſt, maiorem illius ſectæ partem non tam crucifixi imaginem, quam & ipſum Chriſtum & crucifixum abnegare velle, atque in eo conſtituiſſe finem; ut eu ſententia Lutheri, malint Turcarum tyrannum Solimaunum, quam Cæſarem Carolum aut Ferdinandum Regem dominari. Hæc & illis ſimilia quamquam Chriſtiano pectori divina pietate imbuto ſufficiant; hoc tamen patienter quoque audire non graveris, iniuriam aut violentiam ſuæ effigiei etiam turpiſſimæ fieri nemo tam patiens eſt Imperator, regulus, princeps, ac pene e multitudine quivis homuncio; quin potius graviſſima pæna afficitur ſi imago ſua ſtercore fœdata fuerit. Eapropter Zuingliana imago illa ubi apud Lucernenſes ante aliquot annos igne cremata fuiſſet nullum non lapidem in Tigurina urbe movit, certa ſibi perſuadens, Lutheranorum Deos non permiſſuros, ut hac tam atrox iniuria maneret inulta: immo ſacrilegium eſſe prædicabant, leproſi ſidicinos formam vulcano conſecrari. Et quis non videt excæcati & luſci oculi cæcum in cauſa propria judicem eſſe, qui propriæ imaginis ultionem anxie dum quærit, crucifixi imaginem non modo ſtercore circumliniri, ſed Turcico more perfodi, truncari, vulcanoque tandem offerri præcipit?*

(*a*) *Jo. Fab. diſp. cum Balthaſſ. c.9.*

Cur Imagines inductæ a Chriſtianis.

(*b*) *Philip. 2.*

Furit Zuinglius ſuam imaginem Lucernæ concrematam. Idem Chriſti imagines concremari juſſit.

XL. Catholici doctores certant ſcriptis adverſus Lutherum.

Hoc anno Hieronymus Emſer egregio opuſculo neſaria Lutheri ſcripta contra canonem miſſæ confutavit (*c*), quem antea etiam contra Ulricum Zuinglium aſſeruerat. Joannes quoque Fabee hoc anno eximium commentarium (*d*) edidit, in quo geaviſſimas rationes, ob quas Lutheranam doctrinam approbare noluerit, in luce collocavit, quantumvis hæretici propoſitis deliciarum lenociniis & ſacraeum opum rapinis ipſum irretire pertentaſſent. Tuebantur etiam egregie fidem intee alios Joannes Eckius inſignis theologus, quem in Angliam perrexiſſe hoc anno ait Coclæus, extantque ad eundem Eckium canonicum Eyſtetenſem Clementis literæ (*e*) hoc anno die xv. januarii datæ, quibus Pontifex ob propugnatam ab eo ſtrenue eeligionem catholicam ipſi concedit, ut abſens ſacerdotii vectigalibus ac ſi præſens in eccleſia Eyſtetenſi divinis intereſſet, potiatur. Is in quadam homilia refert Lutheeanos novem vicibus miſſam Wittembergæ immutaſſe, populumque ne hæreſiarcharum figgmentis circumveniri ſe pateretur præmuniebat (*f*): qui etiam, cum miſſam paſſim abrogari intueretue, cenſuit in Luthero jam antichriſtum operari myſteeium iniquitatis.

(*c*) *Cocl. in actis & ſcript. Luth.*

(*d*) *Ext. inter Joan. Fab. opuſc.*

(*e*) *Ext. inter brev. an. 1526. p. 87.*

Miſſa novem vicibus immutata a Wittembergenſibus.

(*f*) *Jo. Eck. to. 2. hom. t. dom. 5. poſt epiph.*

XLI. Antichriſtus in Luthero myſterium iniquitatis operari cœpit

Prolapſi denique eo ſunt impietatis novatores, qui latere in Euchariſtia Chriſtum nolebant credere, ut latentem etiam in Chriſto divinitatem illi ademerint, illumque a Judæis ob ſua ſcelera ſupplicio affectum blaſphemarint: quam horrendam hæreſim ab Hutto inter evangelicos recentiores inclyto conſputam memorat idem Joannes Faber (*g*) diſceptans adveeſus Balthaſarem hæreſiarcham: *Quotus*, inquit, *quiſque eſt textorum, laniorum, pellificum, tonſorum, calceariorum, ac miſcellaneæ turbæ hominum, qui ſpiritum Luthero non adimat, illius doctrinam e Spiritu Sancto profectam non neget, ſeque non meliore ſpiritu imbutum clamet ac glorietur?* Et infra: *Ac ne longius abeam, Huttum tuum vide, qui in tuo Nicolſpurgenſi grege diſputare, & ut verius dicam, pertinaciter impieque tenere non dubitavit, Chriſtum neque Deum neque Dei fili-*

Huttus hæreſiarcha novus.

(*g*) *Jo. Fab. lib. 7 diſp. cum Balthaſ.*

Chriſti divinitatem negat. Blaſphemat ob flagitia a Judæis juſſe affectum ſupplicio.

Antichriſta pandunt aditum Lutherani.

filium fuiſſe, ſed ſimplicem prophetam in originali labe conceptum & natum. Sunt & inter Lutheranos inventi, qui Chriſtum ob ſua ſcelera a Judæis ultimo ſupplicio iure affectum temere prædicarunt. Hoccine vero eſt Chriſtum prædicare? Hoccine eſt Chriſti Apoſtolum in evangelium Dei ſegregatum agere? Ut vero tantæ impietati viam ſtraverint novatores, ita deſcribit Faber ſic inquiens: *In fide veſtra quaſi ex præſcripto cuique quodlibet licet & credere, & in populum evulgare, ac omnino facere: ita Lutherani uno ore omnes prædicant. Tu autem in Huttum animadvertere, te paratum fuiſſe denuntias, quaſi veſtro in evangelio non quod cuique commodum eſt credere & dicere, licitum ſit etiam diſputare ac publice docere: ſed hac vafritie uſi ni fallor eſtis, ut dum catholicos numero præcellueritis, vi & ruſticana conjuratione reliquos in veſtras hæreſes pertrahere poſſetis.*

Ex Lutherano evangelico creditur quodlibet.

XLII.
Zuinglii de religione libri impii.

Dum ita quod lubet credunt novatores, & quiſque ſua deliramenta, ut evangelica oracula obtrudit, conflatæ ſunt tres præcipuæ ſectæ in Germania, Lutheranorum, Anabaptiſtarum, & Zuinglianorum ſive ſacramentariorum, quæ non minus inter ſe, quam cum catholicis digladiari cœperunt. Et quidem Zuinglius menſe martio hujus anni libellum edidit (a) de vera & falſa religione, quem Franciſco Gallorum Regi capitali hæreticorum hoſti inſcribere non puduit, in cujus præfatione hæc leguntur: *Diabolus nos tentat per homines obſtinatos, qui cum videant veritatem de cœna Domini non per ſe, ſed per alios in lucem proferri, more furioſorum criminari alios & in eos bacchari incipiunt. Quibus verbis,* inquit Laurentius Surius, *non obſcure Lutherum ipſum & ejus propugnatores perſtringit, quos ſane diſertis verbis ait a diabolo inſtigari, & inſtar furioſorum debacchari, &c. Videant jam miſeri & cæci homines quam merito Lutherum damnarit Chriſti Eccleſia, quando tam male etiam proprii diſcipuli de illo ſentiunt; & tamen Zuinglius nihilo fuit Luthero, melior, immo in quibuſdam etiam deterior.* Contra Lutherus, Zuinglium, & Sacramentarios eſt execratus adeo, ut profiteretur, vel ſe, vel illos ſpiritu ſathanæ agi: nec quamvis hæretici ad ineundam aliquam concordiæ rationem, ut conjunctis viribus Romanam eccleſiam oppugnarent, varia colloquia habuerint, conſentire inter ſe potuerunt; qua de re hæc Surius habet: *Miſerunt hac tempeſtate Argentoratenſis eccleſiæ miniſtri evangelici legatum ſuum ad Lutherum, qui eum & ſuos hortaretur ad concordiam, ut regnum Pontificis Romani conjunctiſſimis viribus oppugnare poſſent ita certe ipſi de ſe ſcribunt, nec pudet eos tantam ſui pectoris vecordiam poſteris prodere, qui vel ex hoc ſolo Romani Pontificis odio & inſectatione facile intelligent, eos ſathanæ ſatellites fuiſſe: præclare enim inter alia multa a D. Cypriano vetuſtiſſimo atque eloquentiſſimo martyre ſcriptum eſt lib. 1. epiſt. 111. Quales putas eſſe eos, qui ſacerdotum hoſtes, & contra Eccleſiam catholicam rebelles nec præmonentis Domini comminatione, nec futuri judicii ultione terrentur? neque enim aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quam inde, quod ſacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad tempus judex vice Chriſti cogitatur; cui ſi ſecundum magiſteria divina obtemperaret fraternitas univerſa, nemo adverſum ſacerdotum collegium quidquam moveret, nemo poſt divinum judicium, poſt populi ſuffragium, poſt coepiſcoporum conſenſum judicem ſe non jam epiſcopi, ſed Dei faceret, nemo diſſidio unitatis Chriſti Eccleſiam ſcinderet, nemo ſibi placens ac tumens ſeorſum foris hæreſim novam conderet. Hæc quidem ille ſanctiſſimus epiſcopus: ſed hæreticis fruſtra commemorantur, quippe ſubverſis & proprio judicio condemnatis. Lutherus vero nihil Argentinenſium miniſtrorum motus admonitione, e diverſo potius hortatur Zuinglium & Oecolampadium, ut deſinant animas ſeducere, planeque affirmat, aut ſe, aut illos ſathanæ miniſtros eſſe.*

(a) Sur. in comment. hoc ann.

Lutherus cum Zuinglio certat.

De Zuinglianis & Lutheranis conjungendis actum fruſtra.

XLIII.
Se mutuo vere arguunt hæreſiarchæ decipi a dæmone.

Hæc Lutheri & Zuinglii diſſidia hæreticos confudere, qui ſe ab Eccleſiæ conjunctione tam facile divulſerant, cum ſe mutuo à malo dæmone ſubornatos vere arguerent, ut iis catholici doctores objecerunt; inter quos Joannes Fiſcherus epiſcopus Roffenſis, qui libros ſuos proximo anno editos pro Euchariſtica veritate conſcribebat, ita hæreticos ex mutua dogmatum repugnantia falſitatis coarguit (b): *Ubi nunc eſt, quod toties jactitavit Lutherus ſcripturam ſacram per ſeſe certiſſimam, facillimam, apertiſſimam, ſui ipſius interpretem eſſe? nam ſi verum id ſit, cur inter Lutheri ſectatores tanta in ſcripturis hallucinatio? cur tantæ contentiones & diſſidia? Cur Philippo Melanctoni cum illo non convenit? cur Oecolampadius, qui ſeſe literarum & ſcripturarum peritiſſimum exiſtimat, Luthero contradicit? cur allatravit Carolſtadius? Cur Zuinglius reluctatur? cur Argentinenſes, hoc eſt Capito Wolfgangus, & apoſtata Lambertus Oecolampadii partibus magis favent Lutheri? cur denique Balthaſarus diverſam a cæteris inchoavit ſectam? Unde quæ-*

(b) Jo. Fiſc. in præf. l. 1. adverſ. Oecolamp.

Ex varietate ſectarum redarguti novatores.

ſo

ſo tot inter ſummates hujus peſtiferæ factionis contraria dogmata, niſi propter obſcuritatem ſcripturarum & difficilem earum intellectum? jam res ipſa palam docet ſcripturas nec ita facillimas & aperti ſſimas eſſe atque Lutherus eas olim aſſeruerat: ſed & quorſum jam evanuit quod toties Lutherus jactitavit, ſua omnia dogmata ſe habere de cælo, quomodo nunc iſtud ſuadebit nobis, qui nondum perſuaſerit ſuis?

XLIV. Puduit tantæ dogmatum diſſenſionis ipſos etiam hæreſiarchas, atque ignominiam variis fucare pigmentis annixi ſunt, quorum inanes argutias Joannes Faber (a) ita confutabat: *Quod Œcolampadius & Zuinglius toties ſunt contrarii, hoc Œcolampadius in hunc fere modum defendere nititur. Parum,* inquit, *vel nihil refert ſi hoc hodie, cras aliud affirmes; tardius enim ſæpe revelari veritatem. En quibus vos, in Chriſto chariſſimi, facillime æſtimabitis, quæ his fides mercatoribus ſit adhibenda, quod eorum doctrinis fundamentum inſit: equidem nullum ſermonem in decennio ab ipſis habitum ſatis certo ſcio, quin gloriati ſint, ſe prædicare Chriſtum, & ea quæ dixerunt, evangelium aſſeruerint, verum ſcilicet Dei verbum, pro cujus teſtimonio periclitandum de vita, & pereundum priuſquam tibi eripi patiaris, quod eorum evangelium, cum de die in diem auctum, novatum, mutilatum, & in ſummis noſtræ fidei articulis immutatum ab eis exiſtat, intelligitis [opinor] quid tam de temerariis tantarum rerum novatoribus ſit ſentiendum: negotiatorum nullus temere cum iſtis contraheret, quibus non Græcam vel Atticam; ſed quibuſvis Cretenſibus (b) fide mutabiliorem videret.*

(a) *Jo. Fab. in lib. de ſanctorum interceſſione adv. Oecolamp.* Œcolampadii delineamentum.

Arguitur mendacii.

(b) *Tit. 3.*

XLV. Faverat non obſcure Lutherus Berengarii & Zuinglii hæreſi contra corporis Chriſti in Euchariſtia realem præſentiam; neque enim ulli blaſphemiarum generi dum furebat, pepercit, quibus catholicam religionem convellere tentaret: ſiquidem hoc ipſo anno in prædicto libello contra canonem miſſæ doctus male a malo dæmone hæc evomuit, ut refert Joannes Coclæus (c): *Debemus ne buccellam panis & vini offerre, ut acceptet pro Chriſtianitate, ac præterea eſſe ſanctum & immaculatum ſacrificium? nonne tantumdem eſt dicere, ut Deus pane & vino placetur, qui tamen nihil amplius eſt quam alius panis, quo unuſquiſque veſcitur,* & infra, *& nihil agis amplius quam quod buccellam ſimplicis panis & vini offers.* Tum apertius & ante annos aliquot eamdem blaſphemiam fuderat his verbis: *Totus chriſtianus orbis Deum populumque ferme non habet alium, quam idololatras, panem pro Chriſto colentes, & genua ſua curvantes ante Baal.* Didicerat hæc a cacodæmone, ut ex ipſo Luthero teſte inferius demonſtrabitur. Cæterum hiſce blaſphemis vocibus Carolſtadianiſmum & Zuinglianiſmum ferali partu profuderat, ſuvebatque; ſed cum deinde ſperaret plures in errorem ſe adducturum, ſi Chriſtum in Euchariſtia, præſentem fateretur, Carolſtadium impiæ ſectæ ſigniferum eſt perſecutus, atque in fugam ad Argentinenſes compulit: quibus conquerentibus de Carolſtadii proſcriptione, reſpondit: *Quoties monuit eum Philippus Wittembergæ, ne ſic tumultuaretur cum Moyſe, cum imaginibus, cum miſſa, cum confeſſione.* Idem tamen adverſus ſacramentarios decertans (d) varias hæreticorum ſententias recenſet, eaſque a dæmone confictas arguit.

Berengarianam hæreſim Lutherus exſulcitavit.

(c) *Cocl. in actis & ſcript. Luth.* Redarguitur Lutherus ex ſcriptis.

Blaſphemæ illius voces in Chriſtianos.

Cur mutarit ſententiam Lutherus. Pulſus ab eo Carloſtadius.

(d) *Apud Florim. Raymun. l. 2. c. 10. confeſſ. Luth. Ger. to. 2. fol. 257. 10. & gen. p. 192.*

XLVI. *Doctor Carolſtadius,* inquit Lutherus, *in verbis illis:* Hoc eſt corpus meum, *pronomen,* hoc *miſere detorquet: Zuinglius verbum ſubſtantivum* eſt: *Oecolampadius nomen,* corpus: *alii totum textum pervertunt, & pronomen,* hoc, *omnino delent, ſic interpretantes:* Accipite, manducate corpus, quod pro vobis traditum eſt, *quod, hoc eſt, alii alteram textus partem interpoſitis verbis miſere crucifigunt dicentes:* Accipite manducate quod pro vobis traditum eſt, hoc eſt corpus meum in mei commemorationem; *id eſt, corpus meum non hic eſt realiter, ſed tantum commemoratio mei corporis, ut textus intelligatur:* Accipite manducate; Hæc eſt commemoratio mei corporis, quod pro vobis traditum eſt. *Præter hos alii ſunt [ut ſeptenarius numerus compleatur] qui dicunt non agi hic de articulo aliquo fidei, eoque non tanta vehementia hic diſputandum eſſe, aut pugnandum, ſed liberum eſſe cuique credere quod videatur. Hi quidem omnia deſtruunt ac proculcant, & tamen eorum quilibet Spiritum ſanctum habet, ſcilicet neque in tam diverſis & contrariis probationibus, ac textus allegationibus quiſquam erroris vult inſimulari, quamvis neceſſario veritas tantum una ſit. Vide quæſo quam aperte diabolus nobis illudat.* Hactenus Lutherus, quem diu ſepticipitem illam ſacramentariorum hydram jugulat, in ſeipſum capitalem ferre ſententiam arguit Florimundus Raymundus adductis ipſis Lutheri, qui catholici hominis perſonam induiſſe videtur, verbis: *Ad quid (inquit Lutherus in ſermone de Euchariſtia) ego verba illa:* Hoc eſt corpus meum, *lubens volens obſcurem, & neſcio quas ſubtilitates confingendo errorum labyrintho me* in-

Lutherus fatetur ſibi & novatoribus illudi a dœmone.

Sacramentarii a Luthero convicti.

involvam? An in tam ſimplicibus & claris verbis ulla poteſt eſſe ambiguitas aut obſcuritas? accipere panem, gratias agere, dare ad manducandum & bibendum, Hoc eſt corpus meum. Hic eſt calix ſanguinis mei. *Et miſeri Sacramentarii ad ſudorem uſque verba hæc eo detorquere laborant, ut ſignificent id quod eorum aliquis ſomniavit aut deliravit: quid hoc eſt? iuquit in eodem libro; quis unquam legit in ſcriptura*, corpus, *idem dici aut eſſe, quod ſignum corporis? Et verbum:* Hoc eſt; *eſſe idem, quod, ſignificat? quæ unquam lingua tali phraſi aut modo loquendi uſa eſt? Ego certe uihil aliud perſuadere mihi non poſſum, quam hunc ipſum eſſe diabolum, qui per ſuperbam ſuam malitiam in re tanta nobis illudat.* Hæc ille catholicorum telis adverſus æmulos Zuinglianos & Carolſtadianos uſus, inque ſuis dogmatibus inconſtantiſſimus, utpote qui commentus eſſet ſua impia dogmata ex ſolo ſummi Pontificis odio, ut iiſdem Argentinenſibus pſeudoevangelicis confeſſus eſt hiſce verbis (*a*): *Hoc diffiteri non poſſum, nec volo, quod ſi Carolſtadius, aut alius quiſpiam ante quinquennium mihi perſuadere potuiſſet, in ſacramento præter pauem & vinum eſſe uihil, ille magno beneficio me ſibi devinctum reddidiſſet; gravibus enim curis anxius in hac excutienda materia multum deſudabam, omnibus nervis extenſis me extricare & expedire conatus ſum, cum probe perſpiciebam hac re papatui cum primis me valde incommodare poſſe.* Ad hæc verba hanc animadverſionem ſubiicit Sanderus (*b*): *Hinc aperte liquet, Lutherum ſummis viribus ea expetiiſſe, per quæ poſſet papatui incommodum aliquod afferre: nonne hoc propſitum ab odio in papatum concepto profectum eſſe? Cum igitur verum ſit, quod ille dixerit, impedit ira animum ne poſſit cernere verum, quis non videt invidiam & odium Lutheri oculis mirandas tenebras offudiſſe, quominus veritatem fidei catholicæ perſpicere poſſet?*

(*a*) *Ext. to.7. oper. Lutheri.*

Profitetur Lutherus confictam a ſe hereſim ex furore.

(*b*) *Sander. l.7. p. 579.*

XLVII. De qua hæreſiarcharum circa Euchariſtiam diſſenſione, fictiſque novis ſubinde hæreſibus hæc tradit Joannes Faber (*c*): *Contra hoc honorabile altaris ſacramentum ſeptem in terra promiſſionis factiones ſubortæ ſunt, habetque hic Dominus plures adverſarios, quam coram Caypha & Pilato; quinimmo nec in cruce, adeo ſua verba inverſa & illuſa fuerunt nequiter a Judæis, atque ab immundis iſtis Jebuſæorum porcis, Domini teſtamentum in pretioſiſſima illa margarita deridetur, & illuditur varie: eſt tamen omnium prædictarum hæreſum unus & idem finis; cupiunt enim, ſi quo modo divina permittat majeſtas, Domini corpus penitus ſepelire, ut non reſurgat amplius, perinde atque Judæi communientes ſepulchrum cuſtodiebant: ita & illi ſuos hodie habent milites, latrones videlicet & raptores publicos, qui non tam ſepultum cuſtodiant, quam ut apud omnes eius memoria damnetur, deut operam.* Et infra.

(*c*) *Jo. Fab. de Euch. ſerm. 2.*

Septiceps ſacramentariorum hydra.

XLVIII. *Primus itaque omnium, qui [proh dolor!] horribili iſti verborum Chriſti perſequutioni dedit initium, pertinaciter affirmat manere & eſſe etiam in ſacramento altaris veram panis & vini ſubſtantiam, quem ſui erroris pluribus verbis convincere quid eſt opus? merito enim in his nuptiis pani piſtorio diceret:* Amice, ſurge, venit te longe honoratior Chriſtus quidem, da ei locum; *nam quis eſt, qui non docendum eſſe intelligat, ut creatori & domino ſuo creatura cedat? quemadmodum antea ſemper verbo ſuo ceſſit. Sic enim in creatione mundi, aquæ, & alia omnia verbo ſuo obtemperarunt. Sin autem ſic pro ſua cuique libidine ludere liceret, poſſem & ego adſtruere, cum Chriſtus in Cana Galilææ eu aqua vinum feciſſet, manſiſſe ibi aquæ ſubſtantiam, & nihilominus tamen iſtos vinum bibiſſe optimum; quod nemo ſanæ mentis auſumat: Sic & virgam Aaronis, quæ verſa eſt in colubrum, manſiſſe tamen virgam diceremus. Dum enim coluber eſſet, in textu virga appellatur* (d). *Sed quid multas quærimus ambages? contra hunc enim magnum Goliath Philiſtæum Dominus uobis gladium, hoc eſt verbum ſuum porrigit; dicit enim Dominus:* Hoc eſt corpus meum. Hic eſt ſanguis meus; *nec dicit:* Hic panis eſt corpus meum; Hoc vinum eſt ſanguis meus: *ſi enim ita voluiſſet, dixiſſet utique, & potuiſſet facere; omnia enim ſicut voluit* (c) *ita fecit. Cum igitur hæc non dixerit, qui ego addere quippiam poſſum, cum ſtrictiſſime per Moſem, per Salomonem, & Joannem in apocalypſi mihi ſit prohibitum, ne ad verbum addam nec detraham ab eo? Quid igitur facerem ego vermis & non homo? quomodo ego mentem Domini intelligam, qui conſiliarius ejus non ſim? Ipſe expreſſis verbis dixit.* Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur; *hunc ego ſermonem accepto, & piſtoribus ſuum, ut voluerint panem divendendum permitto: hic autem Domini verbum, non rationis meæ intellectum ſequor. Ipſe dixit, oportet itaque ut verum ſit*, ipſe enim eſt veritas, & verbum ejus, *ut propheta* (*f*) *ait*, non revertitur vacuum: *illud antem verbum indicat adeſſe corpus Domini, adeſſe ſanguinem Domini: quid igitur ſupereſt, quod me ſuſpenſum & dubium tenere poſſis? Corpus* Do-

Lutherus remanere cum corpore ſubſtantiam panis fingit.

Arguitur ex ſcriptura.

(d) *Exod. 4.*

(c) *Deut. 4. 12.*

(*f*) *Iſai. 55.*

Digitized by Google

Domini hic eſſe mihi ſufficit; quomodo autem, & qua forma hic ſit, aut eſſe poſſet, id ego inveſtigare deſino. Deus miſerum me & cæcum hominem dirigit; ipſe enim præceſſor & protector meus eſt.

XLIX. Confutat idem Faber (*a*) alia hæreſiarcharum ſophiſmata; quorum præcipuum ex falſa interpretatione eorum verborum: *Caro non prodeſt quidquam*; petitum erat: *Quanti*, ait, *vos creditis diabolum & ejus ſtipendiarios milites ſacramentorum everſores empturos hic fuiſſe unicum pronomen, mea? Ita ſcilicet quod Chriſtus expreſſe dixiſſet:* Caro mea non prodeſt quidquam, *hoc unicum pronomen*, mea, *multis aureorum millibus libenter coemerent; quia multis calicibus & patenis direptis e templis reficerent: ſed non ſic, o impii, neque enim ita Chriſtus locutus eſt, ſed dixit ſimpliciter:* Caro non prodeſt quidquam; *quod nemo iverit inficias ſiquidem ipſe Joannis* III. *aſſerit, id quod natum eſt ex carne carnem eſſe: cui pulchre adſtipulatur Apoſtolus ad Galat.* V. *ſic ſcribens:* Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis, nam qui ſecundum carnem vixerint morientur, *ad Roman.* VIII. *certiſſimum enim eſt quod (ut Chorinthiis ſcribit* (*b*) caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt; *quare paſſim nos hortatus Paulus, ut carnem caſtigemus mortificemuſque; ita enim Galatis ſcribit* (*c*): Qui Chriſti ſunt carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiſcentiis; *quin nullibi non prohibet electum hoc vas Dei, ne libertate evangelica pro carnis libertate abutamur. Sic Romanos admonet, ne carnis curam agant ad concupiſcentias. De perpetua illa carnis & ſpiritus lucta Chriſtus in monte Oliveti locutus eſt, depingitque eum Paulus ad Epheſios* VI. *cujus & Joannes in priori canonica cap.* II. *probe meminit. Iſta inquam caro nihil prodeſt, ſed pernicioſa in ignem deducit æternum ſibi adhærentes.*

Objectum ab hær. Caro non prodeſt quidquam.
(*a*) *Ibid.*
(*b*) 1. *Cor.* 15.
(*c*) *Gal.* 5.

L. *Iſta præterea caro, quæ credere, veluti Capharnaitæ, recuſas, niſi quod ſuis manibus palparis, oculis videris, pedibuſque conculcaris, nihil prodeſt penitus; ſed fœtida, vermibuſque omnis iniquitatis ſcatens, canibus eſt projicienda. Atqui caro Chriſti bona eſt & ſupra modum amplectenda; eam enim ob rem Verbum caro factum eſt, ut habitaret in nobis. Ideo recte Chriſtus affirmat:* Caro mea vere eſt cibus: *& iterum:* Panis quem ego dabo vobis, caro mea eſt quam ego dabo pro mundi vita: qui hanc carnem ederit habebit (*d*) vitam æternam, *& in Domino manet, & Dominus in eo. Sed quid multis? ſi Domini carnem in cruce nihil profuiſſe dixerimus, quid quæſo reſtat, niſi ut cum Manichæis Chriſtum phantaſticum corpus habuiſſe aſſeramus?* Obſervat author (*e*), plures in hæreſim corruiſſe præcipites, cum in animum nollent inducere Chriſtum eſſe in Euchariſtia, quem ſenſu non palparent, ac miracula popoſciſſe: & quamvis plura divinitus ederentur, tamen in pertinacia & impietate obduruiſſe: *Eadem*, inquit, *quæ Herodas, & ſub cruce Judæi fecerunt, iſti hodie faciunt, dum ſuam infidelitatem ſequentes, nolunt credere niſi videant ſigna, tunc demum filium Dei Chriſtum eſſe credituri ſi de cruce deſcenderit: tunc demum eum in ſacramento eſſe non recuſaturi, ſi illum coram ſuis oculis viderint; nam ut maxime non pauca in honorabili hoc altaris ſacramento ſigna apparuerint, tamen nec ſic quidem moventur, quin Zuinglius iſte, qui fronte perfricta jam aperte os in cœlum ponere non erubeſcit, etiam non obſcure affirmat illa ſigna a diabolo fieri; neque tamen admodum mirum, ſi ſignis non credunt, cum aperto Dei verbo reluctentur indurati ſicut cor Pharaonis, & veluti Nabuchodonoſor perverſi.*

(*d*) *Joan.* 5.
Credere ſenſui non Chriſto voluit.
(*e*) *Jo. Fab. ſerm.* 9. *de Euchar.*
Miracula edita hoc tempore in Euch.
Zuinglius fieri a diabolo blaſphemat.

Nec cominus modo in Germania a catholicis pugnatum eſt cum hæreſiarchis, verum etiam eminus ex aliis regnis; tum ex ipſa religionis arce Roma validiſſima doctrinæ jacula in illos intorta ſunt, & catholicis arma ſpiritualia ſubmiſſa: hoc enim anno Thomas Cardinalis de Vio egregium commentarium de Euchariſtia edidit, atque eorundem hæreſiarcharum argutiolas ad confirmandos in fide orthodoxa catholicos, & hæreticos in viam veritatis revocandos diſſolvit, quem lector conſulere poteſt. Plures etiam alii doctores catholici varios commentarios ſummo inter ſe conſenſu de Euchariſtia ediderunt, ut qui veritatem & fidem, quæ una tantum eſt, tenerent: cum contra novatorum princeps Lutherus mille contradictoria inter ſe docuerit, ac publicis ſcriptis mandarit; ut Joannes Faber eum convincit in libro (*f*): *Cur Lutheranam doctrinam approbare nolueris*; inſcripto, ac inter alia hæc habet: *Lutherus libello ſuo quodam ſeptem affirmat ſacramenta, altero vero tria modo: quod ſi placeret duo ſolum eſſe, diceret ſemiduo aut unum tantum.* Et poſt multa iſtiuſmodi: *Lutherus monachus eſt, monachus manet, cucullam tanquam monachus induitur* (nondum eam abjecerat, ſed abjeciſſe mox hoc ipſo anno viſuri ſumus) *at nihilominus deſtruit, ſuccendit & infringit monaſteria omnia, pellit moniales cunctas & monachos, apoſtatas facit, propriamque met & ſuam damnationem parat.* LI.

Confutatæ aliæ hæret. argutiæ.
(*f*) *Jo. Fab. c.* 33.
Pugnantia inter ſe Lutheri dogmata.

At

LII. At ne diutius in hoc ſecum pugnaret, hoc anno Catharinam de Bora olim abbatiſſam e monaſterio ad lupanar Witembergenſe traductam ſibi junxit connubio inceſto, adeoque infauſto, ut pertimuerint viri pii, ne ex eo antichriſtus naſceretur; cæterum adeo fœcundo, ut tertio poſt menſe ex ea proles edita fuerit. Porro antequam hoc turpe inceſtum committeret Lutherus, caſtiſſimi hominis perſonam geſſerat (*a*), quantumvis mulierum amore fureret; eoque prorupit Lutheranorum amentia, ut ipſum veluti ornatiſſimum virtutibus, caſtimonia præcipue, temperantia, atque opum deſpicientia admirabilem libellis publicis commendarent; quos Chriſtophorus Longolius confutavit (*b*), virtutemque inani larva ambitionis immane monſtrum obtegere edocuit, edita eleganti oratione, qua immania hæreſiarchæ vitia in lucem protulit. At Lutherani, qui in pſeudomonacho caſtimoniæ larvam tot effuſis laudibus extulerant, ubi eam abjectam videre, pudore oppleti ſunt, ut Coclæus (*c*) & Ulembergius (*d*) teſtantur, eoque proceſſit illorum inſania, ut cum Chriſti domini, ſanctiſſimæ Virginis, ac ſanctorum imagines evertiſſent, impuriſſimi tamen hæreſiarchæ imaginem cœleſtium radiorum diademate redimitam circumferrent: *Quo authore*, inquit Longolius, *tot tam viri boni, tot homines Chriſtiani, tot adeo ſacerdotes ante ipſas Chriſti optimi maximi aras indigniſſime trucidati ſunt, hunc nos hominem caſtum, hunc nos ſanctum appellabimus? huius ſi Deo placet, pictam imaginem, quaſi ille cœlo conſecratus jam ſit, radiato quoque capite conſpicuam circum geſtabimus? Quæ amentia hæc eſt? Quam ego hanc Dei iram eſſe dicam? vos hæc ſcitis, vos hæc videtis, vos hæc cum fierent ipſi ſæpe interfuiſtis, nec modo nulla adhuc ab eo inexpiabili religione obſtrictos vos putatis, ſed hominem tam nefarium, tam dirum, quaſi ad modeſtiſſimæ & clementiſſimæ illius Chriſtianæ naturæ laudem aſpirarit, divino cultu etiam nunc veneramini.* [1]

Dux caſtiſſimi hominis perſonam geſſit Luth.

(*a*) *Ulemb. in vit. Luth.*

(*b*) *Longol. in oration. ad Luth.*

(*c*) *Cocl. in act. Lut.*

(*d*) *Ulember. in ejus vit.*

Lutheri imago conſecrata ab everſoribus imaginum Chriſti.

LIII. Exagitarunt innuptas Lutheri nuptias ſuis ſcriptis plures alii rhetores & poetæ, ac theologi, ut Hieronymus Emſer, ac Joannes Faber, qui Herodiadem in fuſo ſanguine ſaltitaſſe planxit; necnon principes & Reges tum infame facinus damnarunt; inter quos Henricus Anglorum Rex gravitate regia impudentiam nefariam ob hæreſiarchæ oculos proximo anno poſuit (*e*), ſic inquiens: *Admiror quod te non pudet ſerio levare palpebras, & vel in Deum vel hominem quemquam probum oculos intendere, qui te paſſus ſis inſtigante diabolo in eam ingenii levitatem cadere, ut ob carnis ineptas & obſcœnas libidines, cum frater Auguſtinianus eſſes, monacham Deo dicatam ſcelerato compreſſu violaris, quid quod non compreſſiſti ſolum [quale flagitium ſi deſignaſſes olim apud Romanos ethnicos, & illa terram viva ſubiiſſet, & tu ad mortem uſque verberibus eſſes mulctatus] verum etiam [quod nimio eſt execrabilius] publice pro uxore nuptiis inceſtiſſimis traduxiſti, atque palam ſummo cum totius mundi ſtupore, ſummo per orbem totum opprobrio veſtro, ſummo cum ſacroſancti conjugii contemptu, ſumma cum ſanctiſſimorum votorum contumelia, per nefas abuteris in quotidianum proſtibulum; denique [quod omnium eſt maxime deteſtandum] te cum deberent tam execrandi facinoris pudor & dolor obruere, pœnitentiæ loco præfers miſer impudentem gloriam, tam longe fugiens implorationem veniæ, ut etiam in tui ſceleris exemplum paſſim pſeudoreligioſos alios literis ac libris provoces. Quamobrem, Luthere, cum deſignes talia, non admodum profecto miremur, quod ſanctorum omnium cultui tam valde vis eſſe detractum, quippe quod intelligis ex illorum honoribus & reverentia tuorum flagitiorum opprobrium creſcere; nam quiſquis eos*

Exagitatæ a Cath. Lutheri innuptæ nuptiæ.

(*e*) *Henric. VIII. reſp. ad Luth.*

Objurgatur ob Anglo Rege.

NOTÆ [1] Hoc tandem anno Lutherus eas quas antehac probaverat ſacerdotum nuptias ſibi easdem adoptavit. Catholicam religionem paulatim deſerendam aſſumens primo quidem anno 1521. exeunte nuptias ſacerdotum, quas Carloſtadius inter primos admiſerat, ſummis laudibus commendavit. Ipſe tamen non ſine ſecretariorum ſuorum admiratione cœlebs ſe continebat. Tum præcedenti anno monaſticum cucullum die dominica poſt feſtum S. Franciſci depoſuit, cum identidem reſumendo, quaſi monachum invitus exuerit. Demum hoc anno abjecto penitus omni catholicæ religionis inſigni & monaſticam veſtem plene abjecit, & ad nuptias tranſivit ingenti apparatu celebratas feria III. poſt feſtum SS. Trinitatis. Duxit Catharinam a Bora olim ſanctimonialem Nimpſchenſem ad Grimmas in Saxonia, teſte Spalatino in Annal. Agebat illa ætatis annos XXVI. ex quibus plures in cœnobio tranſegerat; tandem occaſione Lutheranicæ reformationis libens ante duos annos e clauſtris illis evaſit. An filium tertio poſt nuptias menſe pepererit, quamvis affirmat Annaliſta & Eraſmus in ſuis literis, quæſtio eſt anceps, cum teſtes ejus ætatis multos protulerit Mayerus, Lutheranos ſcriptor, quorum authoritate integram caſtimoniæ famam puellæ huic adſtruere nititur. Vide etiam Bayle Diction. V. *Catherine*. Porro Lutheri poſteritas ex eo connubio ducta huc uſque perſeverat, ut Durand Hiſtoir du ſeizieme ſiecl. tom. II. pag. 394. MANSI

eos credit fuiſſe bonos, idem neceſſe eſt, ut ſentiat peſſimum eſſe te, qui doctrinæ factiſque ſanctorum doces & facis impudens tam en diametro pugnantia etenim quis probare poteſt fraterculi clauſtralis matrimonium, qui quidem audire debuerat ſanctiſſimum & eruditiſſimum patrem Hieronymum? nam is: Voventibus [*inquit*] non ſolum nubere, ſed etiam velle damnabile eſt. *Lege, Luthere, ac relege illius optimi patris epiſtolam ad monacham lapſam, & ad diaconum item, qui eam violaverat, tum ex his & aliorum ſanctiſſimorum patrum religioſis literis diſce, miſer, horum potius pœnitere ſcelerum, quam editis inſaniſſimis libellis in defenſionem criminis inexcuſabilis exemplo peſſimo, & ſcelerato ſuaſu tuo infeliciſſimos damnationis tuæ ſocios contrahere. Jam illud plane demiror, qui de ſcripturæ peritia te tam improbe paſſim & importune jactat quomodo potes tam facile votum ſuum contemnere, cum in ea legas* (a): Si quid voviſti Deo, ne moreris reddere; diſplicet enim Deo infidelis promiſſio. *Et item illud* (b): Vovete & reddite domino Deo veſtro. *Quid illud* (c)? Cum votum voveris domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud dominus Deus tuus: & ſi moratus fueris, reputabitur etiam tibi in peccatum. *Verum tu [ut video] caſtitatis & jejunii, paupertatis & obedientiæ vota ſanctiſſima numeranda cenſes inter Moſaicæ legis ſerviles cerimonias; nam & mores & libelli tui ſatis videntur oſtendere, novæ legis evangelicam libertatem non in alio [ſi quis tibi credat] quam in libidinis licentia conſiſtere. Cæterum Iſaias* (d) *propheta longe ſenſit aliter; nam is:* In die [*inquit*] illa [*denotans Chriſtianæ legis tempora*] vota vovebunt Domino & ſolvent; *nimirum ſignificans in evangelicæ legis decurſu vota Chriſtianorum plus habitura virium, & ſanctius eſſe ſervanda, quam fuiſſent unquam in lege Moſaica. Cujus rei Deus exemplum præbuit cum in Ananiam & Saphiram in pecuniæ ſubtracta portiuncula prævaricatum votum tam ſevere vindicavit: qua de re beatus Gregorius tamquam te, Luthere, compellaret ac ſcortum tuum [neque enim conjugium eſt, quo vos eſtis conjuncti] hunc in modum admonet monachos: Ananias Deo pecunias voverat, quas poſt victus perſuaſione diaboli ſubtraxit; ſed qua morte mulctatus eſt ſcis. Si ergo ille mortis periculo dignus fuit, qui eos, quos dederat, nummos Deo abſtulit, conſidera quanto periculo in divino judicio dignus eris, qui non nummos ſed temetipſum Deo omnipotenti, cui te ſub monachali habitu devoveras, ſubtraxiſti. Quid tu Luthere: quid tua illa miſera mulier ad hæc. &c.* Cecidiſſe poſtea Henricum veluti alterum Salomonem, cum non perpenderet ea verba: *Qui ſtat videat ne cadat*; ſeque impurorum amorum laqueis irretiiſſe deflebimus.

(a) *Eccl.* 5.
(b) *Pſ.* 75.
(c) *Deut.* 23.
(d) *Iſai.* 19.

LIV. Princeps Cruciferorum Lutheri exemplum ſequitur.

Victus etiam carnis illecebris Albertus cruciferorum equitum in Pruſſia magiſter, Brandeburgenſis familiæ princeps, a catholica religione deſcivit, atque hoc anno inceſtas ſacrilegaſque nuptias violato caſtimoniæ voto confecit (e): de cujus defectione querentem proximo anno Pontificem audituri ſumus. Deteſtabili autem hoc Alberti Brandeburgenſis exemplo, necnon & ſuo Lutherus Albertum Cardinalem archiepiſcopum Moguntinum ad ſimile ineundum connubium, atque ad epiſcopatum in ſæcularem principatum convertendum inducere tentavit: ac poſt futiles rationes, quaſi ruſticana ſeditio ita ſedanda & non potius inflammanda foret, perinde ac ſi eccleſiaſticus ſtatus omnino evertendus eſſet ob ganeonum ludibria, addidit: *Habes hic præclarum celſitudo veſtra exemplum magnum magiſtrum in Pruſſia.* At malorum exempla nobis, non ut ea imitemur, ſed ut caveamus, a Deo proponi, infeliciſſimumque fuiſſe illum hymenæum, arguit in vita Alberti Nicolaus Serarius (f), qui aliud Lutheri argumentum egregie ita confutat: *Debebat*, inquit (g), Lutherus Albertum Cardinalem alloquens, *id ſolum ſufficere quod celſitudo veſtra a Deo mas creatus eſt. Itane?* ait contra Serarius, *nonne mas fuit Elias, Eliſæus, Joannes Baptiſta, S. Paulus, Chriſtus Jeſus? An contra Dei præceptum commiſerunt, quia fœminas non cognorunt? Joviniani eſt hoc vetus argumentum ſubantis ait S. Hieronymus lib. contra ipſum, & ad libidinem pecudum inſtar veſane ac impudenter adhinnientis: quaſi tamen præclara & auditu digna dixiſſet addit amplificationes, & præſertim duas illuſtres; una eſt: Hæc tanta tamque ſuavi conſolatione excitata celſitudo veſtra audeat & ex abominabili tranſeat ad beatum & divinum ſtatum matrimonii, ibi Deus benignum ſe exhibebit. Hæc Lutherus. Non aliter,* ſubjecit Serarius, *epicurus aut leno quiſpiam ad lupanar bonum & ſimplicem quempiam juvenem invitaret: non aliter illa proverbiorum* VIII. *petulantiſſima meretrix, quæ ait:* Veni inebriemur uberibus & fruamur cupitis amplexibus. *Altera. Horribile eſt*, inquit Lutherus, *ſi vir ſine uxore in morte inveniatur, niſi minimum ſerio propoſuerit inire matrimonium; nam quid reſpondebit, ſi Deus interroget virum, te creavi, qui ſolus eſſe non debuit, ſed cum*

(e) *Coel. in actis & ſcript. Luth.*

Corrumpere nititur Luth. Moguntinum Card.

(f) *Serar. l.* 5.
(g) *Mogunt. rer. in Albert. II.*

Lutheri argutiæ.

Horrida Lutheri impudentia.

uxo-

Digitized by Google

uxore, ubi eſt igitur uxor tua? Hujus lenonis ineptias ita refellit Serarius: *Bone Deus, quis talem unquam divini judicii deſcriptionem audivit? quis omnibus quibus uxor non eſt ſeveram adeo a ſummo judice quæſtionem ponendam legit? prorſus quaſi veteres gentilium contra cœlibatum leges in cœlis adhuc vigerent. Longe alia nobis in judicio proponenda vel objicienda ſacri docent evangeliſtæ Apoſtoli; nam ut de fide, quæ ſalutis principium eſt, ſine qua* impoſſibile eſt Deo placere, *Hebr.* XI. *taceam; quia* qui non credit jam judicatus eſt, *Joan.* X. *Chriſtianis certe hæc, quæ in Argentinenſi ſummo templo maximis literis etiamnum hodie depicta S. Matthæus in judicio extremo a ſummo judice dicenda refert cap.* XXV. *verſ.* XXXIV. Eſurivi & dediſtis mihi manducare, &c. *rurſumque verſ. XLI. his, qui a ſiniſtris erunt:* Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis ejus; eſurivi enim & non dediſtis mihi manducare, ſitivi & non dediſtis mihi potum, hoſpes eram & non collegiſtis me, nudus & non cooperuiſtis me, infirmus & in carcere, & non viſitaſtis me. *Quod ſi operum ejuſmodi a Chriſtianis omnibus exigetur adeo accurata ratio, quanto magis ab epiſcopis? Et Matthæi* XII. *verſ.* XXXVI. Dico, *ait Dominus*, vobis, quoniam omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii. *Ubi de muliere ulla quæſtio? Epiſcopos profecto formidabilis & horrifica illa vox reſpicit:* Redde rationem villicationis tuæ *Lucæ* XVI. *verſ.* II. *Tantum tibi epiſcopatum, tantam Eccleſiam, tot animarum millia tam charo ſanguinis mei pretio redempta commiſi, redde rationem villicationis tuæ, quantam earum curam geſſiſti; quomodo ut in ſancta catholica fide erudirentur, & conſervarentur, a vitiis & ſceleribus abducerentur, in Dei ſanctaque charitate magis & magis perficerentur elaboraſti?* Paſtorem gregis mei, populi mei, ovium mearum te conſtitui, quomodo eas verbo, exemplo, precatione paviſti? *Hæc dicit dominus Deus Ezech.* XXXIV. *verſ.* II. Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos. Et poſt alia: *Hæc dicit dominus Deus:* Ecce ego ipſe requiram oves meas, & viſitabo eas. *Audis Luthere miſer? audis quid ab Alberto, quid ab aliis epiſcopis omnibus in hora mortis in particularis extremique judicii tempore rogandum & exigendum ſit? Nuſquam ii accuſantur quod ſecubuerint, quod fœminis caruerint: nunquam ab iis petitur, ubi mulier, ubi uxor tua? væ alioquin omnibus, qui hactenus in Eccleſia Dei floruerunt, magnaque doctrinæ, & ſanctitatis luce fulſerunt, Athanaſius, Baſilius, Hilarius, Gregorius, Ambroſius, & ut innumerabiles alios præteream. D. Auguſtinus, de quo in ejus vita teſtis oculatus ita Poſſidius cap.* XXVI. *fœminarum intra domum ejus nulla unquam converſata eſt: nulla manſit nec quidem germana ſoror, quæ vidua Deo ſerviens multo tempore uſque in diem obitus ſui præpoſita ancillarum Dei vixit, &c.* Contempſit adeo conſtanter Albertus Lutheri lenocinia, ut is indignabundus dixerit in ſuis ſympoſiacis: *Recte inſtitutus eſt Romæ Albertus, ideoque Lutheranam doctrinam noſtram floccifacit.*

LV. Contemptus a Moguntino Card. Lutherus. Objurgatus a Georgio duce.

Pari laude ac conſtantia Lutheri impias perſuaſiones contempſit refregitque Georgius dux Saxoniæ ſcriptis extremo hoc anno ad Lutherum graviſſimis literis (*a*), quibus poſt objurgatam illius in calumniando væſaniam objecit Wittembergam ab eo completam flagitiis omnibus, inque arcem apoſtatarum & ſacrilegorum hominum, turpeque monialium proſtibulum commutatam, ſedulamque ab eo dæmoni in profananda religione, exinaniendiſque monaſteriis operam navari: aperte jam ab eo Bohemicam hæreſim propagari, quam in Lipſica diſceptatione execratus fuerat, profeſſus omnes eos, ut hæreticos ſe habiturum, qui ſe ab Eccleſiæ communione ſegregarint: contemnere ſe ipſius pſeudoevangelium, e quo tot blaſphemiarum, ſacrilegiorum, inceſtuum fructus pullularunt: bella ab eo ſeri, ſeditioneſque in magiſtratus commoveri: divinum judicium iis intendi, qui a Luthero potius quam ab Eccleſia Chriſti evangelium accepetint: ſi Chriſtus ad Germanos prophetam mittere vellet: alium certe quam apoſtatam miſſurum, cæterum ipſius furialia maledicta contemni: denique ſi ſalutare conſilium admittere, & a ſuſcepta impietate velit reſipiſcere, omnem illi operam pro illo cum Eccleſia & Cæſare in gratiam reſtituendo detulit: *Perlatum*, inquit, *eſt ad nos ſcriptum quoddam tuum in die nativitatis Chriſti, a quo pacem tibi, ac viciſſim gratiam precamur, unaque tui ipſius agnitionem: & principio quidem proteſtamur coram Deo Salvatore noſtro in conſcientia, quod a te per epiſtolam excitati reſponſionem hanc ſcribimus, non animo malevolentiæ, vel odii facibus inflammato; ſed deſiderio quodam eo te perducendi, ut te ipſum agnoſcas, idque ſine aſſentatione: quandoquidem in ſuſpicionem apud te venimus, quaſi adulatoribus abundemus.* Et infra: *Tu vero nos expreſſo nomine in epiſtola ad Harmutum Croneberginm mendaciter traduxiſti, quaſi tyrannum & ho-*

(*a*) *Ext. apud Ulemb. in vit. & rebus geſtis Luth. c.* 17. *& ex parte apud Cocl. an. p.* 1526.

ſtem

ſtem evangelii publicum appellaſti nos probroſis nominibus, & magnam nobis contumeliam irrogaſti; quam ad rem ſcurrilibus dicteriis uſus es, verbiſque ad ludibrium concinnatis: quæ profecto nec in evangelio, nec in aliis ſacrarum literarum voluminibus inveniſti; quanquam obtentu ſcripturæ convitia tua defendere coneris: quæ vero neceſſitas te coegit, ut mendacem appellares, ex cujus ore nullum unquam mendacium audiviſti? Fatemur quod res eſt: moleſtum nobis fuit & durum has a te ferre contumelias, homine nimirum per ſententiam condemnato, & declarato hæretico. Nec adeo parum in nobis ſupereſt veteris Adami, quin jampridem injuriam hanc vindicaſſemus, niſi mentem noſtram ea ſubiiſſet cogitatio, quod Deus omnibus perſequutionem ſuſtinentibus propter juſtitiam gratiæ ſuæ robur promiſerit: quæ effecit, ut illatam per te contumeliam ipſius judicio committeremus. Quod ſi Deum hoc rogaſti, ut animum noſtrum hac parte ſibi faceret placabilem, ſane jampridem exauditus es. At vero fruſtra clementiam a nobis tibi polliceris, dum Cæſarem ipſum, cui juramento fidelitatis obſtricti ſumus, tam fœde criminaris, & tot convitiis laceras, ejuſque mandatum adeo petulanter & proterve contemnis. Accedit quod Wittembergæ velut aſylum quoddam inſtituiſti, quo monachi & moniales, furtis infames confugiunt, & a te ſuſcipiuntur, poſtquam eccleſias & monaſteria noſtræ ditionis expilarunt, ut Witemberga, ceu caſtrum quoddam ſit, aut commune perfugium apoſtatarum ditionis noſtræ, nec ullas unquam Romanus Pontifex ſanctiſſimus dominus noſter indulgentias conceſſit, quas tanti æſtimes, quin majores deberi putes Wittembergenſibus tuis ob raptum ſacrarum virginum, quas e monaſteriis noſtris ad te perduxerunt, qua de re nihil dubitamus. Interim in quas illæ miſerias & calamitates per ſe ſint conjectæ, quam certo damnationis periculo expoſitæ, ſatis eſt manifeſtum: quod vero diabolus eam ob cauſam tibi ſuccenſeat, nunquam perſuadebis; nam ſi propterea tibi malum inferret, niſi Dei permiſſione vel potentia coactus, non injuria dici poſſet id ab eo te præmii referre, quod miniſtro ſuo lictor dare conſuevit: neque vero eſt quod iis rebus ad clementiam erga te nos inflecti exiſtimes; nam ſi vel infimæ ſortis ruſtico cuipiam in ditione noſtra vaccam abduxeris, id nobis profecto diſpliceret; quanto minus, cum Chriſti ſervum nos agnoſcamus, tolerare poſſumus, ut oves ipſius propriæ in corporis animæque perniciem abalienentur. Gloriaris multos te libellos inter reliqua ſcripta edidiſſe valde ſuaves, benignos, & conſolatorios: quam ad rem quod attinet notum tibi facimus non diſplicuiſſe nobis tractatus tuos, qui primis annis in lucem prodierunt: lubentes etiam diſputationem Lipſiæ inſtitutam audivimus; ſperavimus enim futurum, ut abuſus quidem in populo Chriſtiano corrigerentur; quin & præſentes fuimus cum Eckius te velut ſectæ Bohemicæ fautorem incuſaret, quod eo tempore fortiter a te, ſummaque cum importunitate negatum eſt: quamquam interim non obſcure ſubjudicares quoſdam Huſſi articulos, qui damnati ſunt, eſſe Chriſtianiſſimos. Fecimus ſane quod hominem decuit cauſæ tuæ, quæ licuit, faventem, teque bono ac ſincero affectu ſeorſim ad nos vocavimus, iiſque de rebus tecum ſumus collocuti, quas exiſtimabamus ad honorem tuum, ad ignominiam tuam pertinere: monuimus te fraterne, ut prorſus a ſectæ Bohemorum eſſes alienus, ut eam edito ſcripto oppugnares, nimirum ut elueres aſperſam Huſſitiſmi maculam, & ſuſpicionem omnem a te removeres. Reſpondiſti ſane te ſcripturum: nec diu poſt editi prodierunt a te libelli, in quibus omnes Huſſi, Wickleffi, reliquorumque Piccardorum omnium errores laudare inſtituis & tueri, omneſque majores noſtros, qui concilio Conſtantienſi interfuerunt, conviciis laceras. Ex quo nihil aliud nos quidem colligere potuimus, quam verum dixiſſe doctorem Eckium, licet ipſum in cathedra publice mendacii inſimulares. Ab eo tempore nunquam addicti fuimus, aut favorem præſtitimus opinioni tuæ: ita enim educati ſumus & accepimus a majoribus noſtris, omnes, qui non obtemperant Eccleſiæ, ſed ab ejus communione ſe disjungunt, pro hæreticis & ſchiſmaticis ſemper habitos, atque etiamnum habendos; quandoquidem eos tales eſſe per ſacroſancta concilia declaratum eſt atque definitum: quibus omnibus tu contradicis; quod tamen nec tibi nec cuiquam Chriſtiano ad hunc modum licet. Poſtquam vero, permittente Deo, mali quidem ex Eccleſia profugi, tum ex eruditis nonnulli, inter quos Carloſtadius non minimus fuit, partibus tuis acceſſerunt, & in lubricum illum hæreſeos montem per te deducti ſunt, vacillare deinde cœperunt & deficere ſine intermiſſione, quos arbitramur hac in re non ſemper ad tuam voluntatem actiones ſuas direxiſſe. Verum ut aſſeclæ tibi non deeſſent, paſſus es eos labi, licet nec labentes ſuſtentare potuiſti, quantumvis velles.

Vvittemberga apoſtatarum aſylum.

Monitus a Georgio duce Lutherus contraria pollicitis præſtitit.

Affirmare præterea poſſumus, non ad- LVI.
modum nobis curæ eſſe tuum evangelium,
cum illud a ſummis orbis Chriſtiani capitibus reprobatum non ignoremus: hoc u-

num pro virili curavimus, ut ne a noſtris ſuſciperetur. Ut autem hoc caveremus cauſam nobis dederunt mali fructus quos ex eo proveniſſe conſtat. Non enim tu vel quiſquam alius negare potes, quin blaſphemiæ in Deum, in venerabilem Euchariſtiam, in ſanctiſſimam Dei genitricem omneſque ſanctos ex tua doctrina ſeu fonte quodam promanarint; per te enim tuoſque diſcipulos renovantur veteres hæreſes, quas Eccleſia quondam anathemate notavit: honeſtus Dei cultus omnis ad eumdem modum vaſtatur, ut a Sergii temporibus nihil ſimile factum conſtet. Jam vero quando plura ſunt admiſſa ſacrilegia, & inceſtus perpetrati cum ſacris virginibus, quam ab eo tempore, quo tuum iſtud evangelium innotuit? quando plures in magiſtratum auditæ ſunt ſeditiones, quam ex evangelio tuo prodierunt? quando ad hunc modum ſpoliatæ ſunt ædes ſacræ? quando furta rapinæque plures contigerunt? quando Wittembergæ tot fuerunt excucullati monachi & profugæ moniales quam nunc ſunt? quando maritis ademptæ ſunt uxores, aliiſque traditæ, uti nunc ſub evangelio tuo fieri videmus? quando plura commiſſa ſunt adulteria, quam ab eo tempore, quo tu conſuluiſti, ut mulier, ſi a viro ſuo fœcundari nequeat, divertat ad alium, ab eoque ſuſceptam prolem marito educandam obtrudat, utque viro viciſſim ad eumdem modum agere liceat?

Qui fuerint fructus Lutherani evangelii.

Conſulta a Luthero adulteria.

Hos nimirum fructus peperit evangelium tuum, quod cum ſub ſcamno deliteſceret in lucem protuliſti: & bene quidem illi nomen hoc indidiſti, quod ſub ſcamno latuerit, atque inde ſit a te productum: bonum foret profecto ſi etiamnum ſub ſcamno jaceret, nam ſi quod alterum huic ſimile producas, nullum certe ruſticum ſub obedientia retinebimus: ſi tale voluiſſet evangelium Chriſtus, non tam frequenter inculcaſſet illud: Pax vobis; *Petrus etiam & Paulus non dixiſſent, obediendum eſſe magiſtratui. Igitur hi ipſi fructus in cauſa ſunt, ut ab evangelio doctrinaque tua vehementer abhorreamus. Interim evangelio Chriſti volente Deo adhærebimus, eique propugnando corpus, animam, facultates, exiſtimationem, omnia noſtra lubentes impendemus, adiuvante nos Dei gratia, in qua fiduciam habemus collocatam. Admones nos mortis, quam nobis ſemel expectandam pro certo ſcimus. Quid autem de nobis futurum eſſet, ſi tuum evangelium amplexi moreremur? nunquid jure dicat Deus: unde vobis hic cum evangelio novo, quod tam copioſam protulit malorum fructuum ſegetem? nonne monui te, ut ex fructibus arborem cognoſceres? Si reſponderemus: Lutherus dixit evangelium illud eſſe quod ſub ſcamno delituerit; exciperet Deus: At aliter te docuit Eccleſia: cum igitur quotidie profitearis credere te Eccleſiam catholicam, cur Luthero credis, Eccleſiæ non credis? Mi Luthere, habeas tibi tuum iſtud evangelium quod ſub ſcamno latuit: nos evangelium Chriſti retinebimus, eique adhæreſcemus quod Eccleſia catholica ab initio receptum in hunc uſque diem retinuit: quod ut facimus Deus nos adiuvabit:*

LVII. *Forte cogitas Deum quondam prophetas ſuos & doctores emiſiſſe, qui magnos principes & dominos per doctrinam ſuam ad pœnitentiam adduxerint; ita te quoque divinitus ad nos miſſum. Non ignoramus Moyſem ad Pharaonem miſſum fuiſſe, Samuelem ad Saul Regem, Nathan ad Davidem, Iſaiam ad Ezechiam, Joannem Baptiſtam ad Herodem, Ananiam ad Paulum, Philippum ad eunuchum. At inter illos nullum invenimus apoſtatam: fuerunt omnes viri conſtantes, veraces, & juſti; non ſuperbi, non avari, non luxuriæ diditi: Et licet nos indigni ſimus, ad quos hujuſmodi viri mittantur, viſitantur tamen ordinarie [Deo ſit laus] per viros bonos, qui nobis Dei verbum annuntiant, unaque cohortantur, ut in Eccleſia Chriſti permaneamus; hos ſequimur quantum per gratiam ſuam largitur Deus: quod ſi tuos apoſtolos audiamus, qui plerique ſunt apoſtatæ, hanc certe doctrinam apud eos non inveniemus: Docemur etiam quod apoſtatæ pervertant ſcripturam ſacram, & ore perverſo gradiantur, ut Salomon reos deſcribit, quod in te [proh dolor] verum eſſe deprehendimus. Neque vero tuas tuorumque preces magnifacimus, nec metuimus veſtras maledictiones: Scimus enim odioſam eſſe Deo apoſtatarum eccleſiam. Illud etiam non ignoramus, alium eſſe Lutherum, alium Munzerum. Hunc per nos ob ſcelera punivit Deus; uti Lutherum etiam punire poteſt.* Et paulo poſt.

Lutherus cæteris prophetis diſſimilis.

Intentata Luthero divina vindicta quam paſſus Munzerus.

LVIII. *Si te deteſtanda bonorum honorumque cupiditas decepit, omnia relinqua cum S. Matthæo, ac deinde Apoſtolus eſto vel evangeliſta: Si te decepit hoſtis domeſticus ſtimulus carnis, cur non cum D. Paulo rogaſti Deum qui gratiam tibi dediſſet? Sane ſi potuiſti a conſortio mulierum in hominis gratiam abſtinere ad tempus, cur non & propter Deum hoc poſſis? Si te forma decepit & pulchritudo Evæ, jam nunc peccare deſine. Dum quæro quem in hoc genere tibi proponam ad intuendum, alius non occurrit, niſi qui cum uxorem duxiſſet, dixit:* Non poſſum venire; *quin vero cor habes mulieribus addictum, ad nobilem illam te peccatricem adjunge, ex qua ſeptem dæmonia Chriſtus ejecit, cum hac pro-*

ſter-

Digitized by Google

ſterne teipſum ad Chriſti pedes, & ut idem faciat Evam tuam hortare. Ita fiet per Dei gratiam ut monachus a moniali rurſus ſeparetur, nec impedimento tibi ſit illud : Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet ; *tuum enim matrimonium non a Deo ſed ab inimico tuo ſancitum eſt.* Qui non eſt mecum, *inquit Dominus*, contra me eſt. *Igitur quia uterque veſtrum interpoſito juramento caſtitatem vovit, videte quam vobis ipſi libertatem ademeritis. Quid roboris habeat oratio tua contra dæmonem, non inquirimus. Certe quod hactenus te conſervavit Deus, nec terra te cum Dathan & Abiron vivum abſorbuit, en eo deprehendas infinitam eſſe Dei miſericordiam; ſi vero perges, uti cœpiſti, nec quidquam de machinationibus tuis remittes, metuendum eſt ne tarditas ſupplicii pœnæ gravitate compenſetur. Hæc xenii loco tibi donata volumus : quod ſi ſequaris conſilium noſtrum, & conſtanter in eo permaneas, mercedem tibi pollicemur a Deo, vitamque ſempiternam. Apud Cæſarem quoque quantum in nobis erit, laborabimus, ut & temporaliter in gratiam recipiaris, nec deinde porro propter ea, quæ contra nos quidem deliquiſti, mali quidquam a nobis, ſed omnia bona expectabis. Ut hæc præſtes votis intimis deſideramus. Dreſdæ in die Innocentium anno Chriſti MDXXV.*

Mira Dei patientia in tolerando Luthero.

LIX. Convicta Lutheri conſcientia.

Non reſipuit ob hæc monita Lutherus, quamquam hæreſis ſuæ falſitatem ex aliarum ſectarum diſcrepantia & falſitate recte cognoſceret; adeo ut qui conjunctionem eccleſiarum Chriſti in occidente labefactaverat, exorta in ficta ſua religione ſchiſmata non ſine indignatione exeeraretur (*a*) : *Violata*, inquiebat, *eccleſiæ concordia diſſenſionum nullus eſt finis : Sacramentarii primum a nobis exierunt, deinde Anabaptiſtæ, qui tamen longo inter ſe diſſident ; ſic una ſecta provocat alteram, & una alteram condemnat : ceſſante unitate, in infinitum progredi numerum mathematici dicunt : ſic diſturbata eccleſiæ unitate erroribus aditum præcludere impoſſibile eſt.* Exclamat ad hæc Florimundus Raymundus (*b*) : *O quovis alio quam hæretico, & quidem hæreſiarchæ Luthero dignam ſententiam. An quiſquam putet hanc in eodem pectore, in quo tot abſurdæ opiniones natam, & ab eodem ore, quo tot blaſphemiæ, prolatam?*

(*a*) *Luth. to. 2. c. 5. ad Cal. apud Florim. Raymun.*

Violata eccleſiæ concordia nullum eſſe diſſenſionum finem Lutherus fatetur.

(*b*) *Id. ib.*

LX.

Cum non potuiſſent inter ſe conſentire hæreſiarchæ, quod Lutherus pro ſtemmate hæc verba oſtentaret : *Nemini cedo* ; aliique etiam novatores pari faſtu turgerent, Germania in varias ſectas & ritus diſciſſa eſt : *Sentiebant facile*, inquit Surius (*c*), *apoſtatæ & deſertores illi ex mutuis his ipſorum diſſenſionibus peſſimum ad omnes manare fœtorem, & cupiebant quidem rem compoſitam, ſed præ animi tumore, cum ſuam non Chriſti gloriam quærerent, alii aliis nihil concedere voluerunt. Benedictus Deus, qui eum in modum confudit idiomata conſtructorum novæ turris Babylonicæ : & licet hoc uno ſaltem argumento ſatis ſuperque intelligi licebat, homines iſtos non Chriſti, qui pacis & author & amator eſt, ſed ſathanæ, qui rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ, & ſuos ſectatores ſui efficit ſimiles, hoc eſt pacis & concordiæ catholicæ inimico ſpiritu duci; tam miſera plebs lucem evangelicam inveniſſe ſe putas, a catholica quidem Eccleſia libenter diſceſſit ; ſed interim tamen nunquam potuit certam unam aliquam, quam omnes ſequerentur, doctrinam invenire : ſed ut quæque regio Germaniæ & vicinarum provinciarum his vel illis factionibus deditos accepit concionatores, ita in hanc vel illam conceſſit factionem ; adeo ut eo tandem res redierit, ut multis locis, etiam ſub eodem tecto, tot ſint ſectæ, quot ſunt capita ; quod quidem eſt omnium flagellorum Dei longe acerbiſſimum : verum hoc neceſſe eſt illis accidere, qui a catholicæ eccleſiæ unitate diſcedunt.*

(*c*) *Surius in comm an.* 1525.

Diviſa in factiones Germania.

LXI. Tigurini Zuingliani anabaptiſmo infecti.

Hoc anno Tigurini, qui ab Eccleſia defecerant, dum ſibi interpretandæ ſacræ ſcripturæ pro libito jus arrogant, contempta Eccleſiæ & ſanctorum patrum authoritate, ex abyſſo in abyſſum labentes, anabatiſmo infici cœpere, ac ſeditionibus inteſtinis laborare ; Munzeri enim rapſodias lectitabant avide, quem veriſſimum eſſe prophetam ajebant, qui vere opus Dei & regnum Chriſti promoveret. Itaque eo incenſi ſtudio, dum oracula divina in alienum diſtorta ſenſum congerunt, anabaptiſticæ ſectæ nomen dedere conſilio ac perſuaſione Georgii Blaurodi ſacerdotis apoſtatæ, qui in ipſorum cœtu clandeſtino a dæmone arreptus, de Chriſti regno mira figmenta vaticinatus eſt, ut narrat Arnoldus Meshovius (*d*) hiſce verbis : *Primus, qui publice Tiguri anabaptiſmum docuit, Georgius fuit, non minori verſutia uſus, quam Pelargus fuerat ; cum enim frequens eſſet fratrum numerus, ipſe in terram corruens in pleno conventu, quaſi exanimis, miras & ore & manibus geſticulationes edere cœpit, ita ut ſtupori potius quam admirationi res inſolita ſpectantibus eſſe videretur ; hominem aut in amentiam decidiſſe, aut maligno ſpiritu exagitari arbitrantibus.* Neque immerito, nam pythones arreptos a dæmone antequam ſua fundant oracula ſe ita gerere ſolitos alias diximus : *Verum elevatus in altum, &*

(*d*) *Meſhov. lib.* 2.

Arreptus a dæmone illum inducit.

poſt paulo ad ſe quaſi reverſus futura mox cœpit prædicere, & Patris cœleſtis voluntatem patefacere, quam eam eſſe referebat, ut repudiato veteris Eccleſiæ baptiſmo, retingi ſe ſine mora paterentur, eoque modo per novam regenerationem Dei filii effecti vitam ſine labe & macula inchoarent. Quibus dictis, ipſe in genua provolutus rebaptizari ſe a Conrado Grebbe, poſtquam precibus ad id induxiſſet, permiſit. Inde ſurgens omnes exemplo ſuo commovit, alboque fraternitatis, collato prius novo regenerationis lavacro, adſcripſit: quorum multi adeo in doctrina ea propaganda laborarunt, ut quibuſvis periculis caput objectare, immo & ſanguinem profundere pro ea non dubitarint: ab eo tempore audaciores facti non cives ſolum, ſed & prædicantes, & qui eruditione alios antecedebant, in ſectam evaſerunt, ſub novo, ſed ferventioris reformationis prætextu, quam ſolum in ſcripturis locum habituram divinabant.

Nova fidei reformatio cula.

Zuinglium etiam, cui ſacramentariorum nova hæreſis nomen non incelebre recens pepererat, concionatoris munere in cathedrali eccleſia fungentem adeuntes aſperioribus verbis increpabant, quod opes Dei adeo leniter ac tarde exequeretur: tempus nunc eſſe effari & urgere ſpiritum, ut niſi majori zelo reformatio Eccleſiæ Dei inſtitueretur, nemo fieri poſſet ſalutis æternæ particeps: ſeparandos eſſe fideles a cœtu malignantium, quemadmodum Apoſtolorum temporibus factum ſit, qui ab impiis diſceſſerint, & communi Eccleſia relicta Jeroſolymis fideles congregarint; quod & Apoſtolus Petrus ſevere præcipiat, ut convertat ſe unuſquiſque a nequitia ſua & cum impiis commune nil habeat; *ideo ſumme neceſſarium eſſe, ut talis in urbe perſonarum disjunctio aggrederetur, ad colligendam puram eccleſiam, qui Spiritum Sanctum acciperent, ab eodemque perpetuo gubernarentur.*

Impeccabilis eccleſia conficta.

Talem ſibi eccleſiam [ait Zuinglius] imaginabantur, talemque ſe conſtituere poſſe ſperabant, qualem Chriſtus in cœlis habet & habiturus eſt omnis peccati & labis expertem.

Ajunt Anabaptiſtæ ſuos motus eſſe a Spiritu ſancto.

Scilicet hoc, inter alia, dogma habent Anabaptiſtæ, eos peccare non poſſe, & quoſcumque motus animi ſentiant, ipſos a Spiritu Sancto immitti; dæmone enim arrepti nullum plane ſcelus horrent.

Zuinglius traditione adverſus Anabaptiſtas ſe tuetur.

At Zuinglius, cum a novis hæreticis ſuam obſcurari gloriam cerneret, nec tolerare poſſet, ſpiritum anabaptiſticum ſpiritui ſuo, quem an albus an ater eſſet ignorabat, præferri, varias concertationes iniit cum Anabaptiſtis, Eccleſiæ univerſæ traditionibus, quas ante ſpreverat, ſe tutatus, nimirum ſacra oracula non in eum ſenſum, quem quiſque inſanus fingat, trahenda, ſed quem ſancti patres tot ſæculis tenuere: quare Anabaptiſticæ, qui in textu nitidiſſimo: *Hoc eſt corpus meum*; ſe a Zuinglio troporum ſumis occœcari ſiverant, auctiores animis inſultabant, expetentes ut nitidum ſcripturæ textum de puerorum baptiſmo proferret, poſthabitis Eccleſiæ traditionibus: ex quibus tamen pendere ſcripturæ authoritatem cœci homines non animadvertebant. Cumque inde graviores motus orirentur, juſſi ſunt a ſenatu mutuam pacem colere cum Zuinglianis. At eo mandato expoſito: *In tantum ex infima plebecula ſuæ ſectæ*, inquit Meshovius, *ex vetuſtis monumentis, pleroſque commoverunt, ut illi extrema quæque potius ſubire ſe, vitam & ſanguinem quoque profundere, quam ſenatus edicto obſecundare paratos vociferarentur. Ex his ductores fuere Georgius Blaurod, Joannes Preslanus, Wolgangus Ulmanus, Michael Sadeler, Melchior Vetus, aliique complures.*

Anabaptiſtarum pſeudoprophetia & amentia.

Hi certo extremi judicii die fratribus præfixo, omnibus velut jam morituris pœnitentiam prædicabant. Quidam, depoſita veſte, in cilicio & cinere nudi per civitatis vicos diſcurrebant, & Jonæ prophetæ inſtar ultimum urbis exitium prædicebant. Væ tibi [ſic clamitaſſe eos Bullingerus tradit] Tiguro, væ tibi, & iterum væ: pœnitentiam agite, ſecuris ad arborem poſita eſt, pœnitentiam agite; perverſiſſima hæc erat pœnitentia, ut baptiſmus abnegaretur. *Dum hæc geruntur alii in civium ædes, qui ſuæ jam ante fidei nomen dederant, hominibus grandævis etiam & ſenio confectis, dummodo rebaptizarentur, fore ut advenienti cœleſti judici in occurſum promptiores poſſent adduci perſuaſis, catabaptiſmum conferebant: nonnulli portis effuſi, ruri futuram urbis ruinam plangentes, ne communi excidio implicarentur, cives clamoribus ſuis evocabant. Fuere etiam, qui Dei miſericordiam annuntiantes, nullum unquam urbi, modo bonis ad ſe perlatis communiter fruerentur, diſpendium illatum iri pollicebantur.*

Mira eorundem hypocriſis.

Doctiores plerique in compitis verba ad plebem factitabant, ac graviter in vitia quæque invecti ſuperbiam, comeſſationes, compotationes, aliaque id genus vitia execrabantur: eratque res cunctis ſtupori & admirationi, ſpeciemque referebat ſpiritualis cujuſdam vitæ, quam novi illi & renati homines per adumbratam quandam ſeveritatem rigoremque inchoaſſe credebantur: neque enim aut riſu unquam, aut jocis ſeſe oblectabant; ſed continuo, ſi quid palam agendum erat, ſuſpiria alte ducebant, ingemiſcebantque, quin & uberes ſubinde

pro-

profundebant lachrymas, & vanitates hujus ſæculi coram civibus deplorabant. Hinc miri per urbem ſermones ſpargebantur, a rudioribus præſertim, quibus illi ſuis fraudibus illudebant.

LXII. Pelluntur Tiguro.

Ita dæmon in angelum lucis transfiguratus Tigurinos hæreticos deludebat, ut pueros baptiſmi beneficio, & jure cœleſtis hæreditatis orbaret, ac anabaptiſtica ſecta graviora jurgia ſereret, cum Zuinglius magiſtratum impulit, ut eos Tiguro eiiceret: ſed cum in proximo pago eorum numerus in dies augeretur, civile aliquod bellum veritus, conciliare eos

Vocant Zuinglium Sathanæ mancipium.

Zuinglianis eniſus eſt: ſed re infecta, cum illi Zuinglium ſuum primum pſeudoapoſtolum infelix ſathanæ mancipium, & antiquum draconem appellarent, utique veriſſime, quod ejus opera ab Eccleſia divulſi eſſent; Zuinglius demum perfecit, ut ſenatus in illos veluti ſeditioſos edictum proponeret, cujus hæc fuit pars præcipua: *Cum in ipſo colloquio omnibus palam factum ſit, quam doloſe, ut*

Jactant ſe illuminatos.

ignaram plebeculam deciperent, novum quemdam ſeparationis modum molirentur, ſeque non ut alii ſunt homines, ſed altiori quodam ſpiritu illuſtratos, & ab ea, qua ipſis rebaptiſmus collatus ſit, hora, novum in anima motum, novamque vitam ingreſſos, tum omnis peccati expertes, ſed ſanctos & vere beatos eſſe, quod eo tenderet,

Peccati expertes ac beatos.

ut reliquos omnes ex communi Chriſtiana ſocietate in peculiare ſuæ religionis conſortium pellicere poſſent comminiſcerentur; propter hæc & alia omnibus & ſingulis præcipimus, ſevereque mandamus, in poſterum omnes ſive parentes ſive liberi, cujuſcumque demum ſexus ordiniſque eſſe poſſint, ut unice ſibi a pernicioſa illa Anabaptiſtarum ſecta caveant, eique, ſi qui forſitan nomen dediſſent, primo quoque tempore renuntiare velint, &c. Conſtitutæ ſunt in eos pœnæ, qui contra hæc tenderent, & Zuinglii ſententia, ut mergerentur aquis, qui baptiſmum iterarent, laudata. *Actum ipſo die S. Andreæ anno Domini MDXXV.* Pergit Meshovius (*a*).

(*a*) *Id. ib.*

LXIII. Vicinæ Tiguro urbes infectæ anabaptiſmo.

Expulſi porro & urbe turbati Glaronam, Abbacellam, & Sanctogallum denſis agminibus commigrarunt. Hic opinionum ſuarum portentis clam plebem inficiunt, arteſque priores priore verſutia uſi, non ſine ſectæ incremento edocent. Primum erat, quo incolas in ſui admirationem rapiebant, vita rigida & quæ exterius repræſentabatur ſanctimonia: huc viſiones crebræ & extaſes accedebant, quibus freti,

Jactata ab hypocritis viſa cæleſtia.

quæ Dei voluntas, quid futurum eſſet ſimplici vulgo pandebant: in terram ſe deiiciebant, perinde atque epileptici eſſent, ſpiritum quam diutiſſime poſſent retinentes: raptos & in extaſi eſſe ſimulabant, horrenda adſiſtentibus ſpecie præbita, ut qui velut ore inverſo totis viribus cum dæmone colluctari viderentur.

Arreptos ſe dæmone oſtendunt.

Poſtremo ubi ſat populo illuſum arbitrabantur, evigilantibus ſimiles in pedes ſenſim ſeſe erigebant, exponentes ea, quæ pater cœleſtis in extaſi futura revelaſſet. Hic mira præſagia & prophetiæ audiebantur: alius civitati ruinam, niſi pœnitentiam agerent, vitamque novam rebaptiſmo abluti amplecterentur incolis prophetabat: alius intra paucos dies Chriſtum judicem impios cum electis ad tribunal vocaturum præſagiebat: hic hoc, illud alter, prout opportunum & ſectæ dilatandæ conveniens apparebat, eructabat.

Falſa vaticinantur de Chriſti proximo adventu.

Sed hæc primariis tantum communia erant; rudiores, quod verbis non poterant, re comprobare connitebantur. Hi civium filiis ſeſe inſinuabant, multa promittentes iis, quæ ubi ſocietatem hanc ingrederentur, Pater daturus eſſet: vivere ſe perſuadebant ipſis in ſumma animorum tranquillitate, ac ipſa quaſi viſione beatifica perfrui: Chriſtum ſæpe itineribus ſibi adeſſe comitem: mentem etiam illuſtrare, eoque lumine perfundere, ut omnis omnino peccati expertes hic in terris degerent: quod vero pro ejus nomine perſecutiones hinc inde turbati paterentur, id in ſui probationem fieri, ut qui Apoſtolorum doctrina imbuti eſſent, eorum quoque miſerias paſſioneſque in ſemetipſis experirentur: gaudere ſe, ſummeque exultare, ſi quando vel exilium, vel mortem Chriſti pro nomine ſubire compellerentur: verum quominus huc uſque nullus ſanguine ſuo tam ſanctam fidem obſignaſſet, eam ſupremi Patris voluntatem eſſe; qui ſi requireret, paratiſſimos ſe eſſe ejus mandato obtemperare: huc porro a Deo, ut ſalutarem ejus doctrinam, noviſſimis hiſce temporibus ſibi patefactam, populum edocerent, miſſos eſſe: proinde omnes obnixe rogatos velle, eidem colla ſubdere, ſuaveque Chriſti jugum ſubire ne gravarentur: quod ſi facerent, Dei ſe miſericordiam imploraturos, ut imminentia mala clementer avertere velit & amoliri. Hæc dicendo, & identidem ingeminando, in terram miro intuentium ſtupore proſternebantur; ac paulo poſt redeunte ſpiritu erecti in cælo ſe cum Deo colloquia miſcuiſſe fabulabantur.

Chriſti ſpecie dæmon ſe illis objicit.

Fingunt ſe expertes peccati.

Apoſtolorum imitatores.

Miſſi a dæmone ajunt ſe a Deo miſſos.

Proſtrati a dæmone conſcendiſſe cælum gloriantur.

LXIV.

(*b*) *Meſhov. l. 2.*

Urgentur ut ſe miſſos a Deo probent miraculo. Fictitiis miraculis ſimplices ruſticos deludun-

Confinxiſſe eoſdem Anabaptiſtas falſa miracula ad deludendos ſimplices, cum urgerentur ut probarent miraculo ſe miſſos eſſe a Deo, narrat idem author (*b*) his verbis: *Rogati de vocatione & miraculis ad lacus vicinos allatos piſces, nunquam ubi naſci eos ullus hominum meminerat, ablegabant: qui ſi inanes redirent, alios emittebant, fidem in his vacuam eſſe*

Digitized by Google

cauſati. Quod ſi & hi vanitatem reverſi obiicerent, ſecum integris pariter diebus ducebant, emittentes interim ex ſuis, qui ingenti vi piſcium nocturno tempore lacus vicinos implerent: cumque ii quacumque homines fanatici incederent, ad vitæ emendationem, extremumque judicium ſe adhortantes, inedia confecti ſequerentur, ubi non procul a lacu abeſſe rebantur, reliqui ad unum progreſſi, ut ne in via præ fame populus deficeret, Patrem precari dignaretur rogabant. Ille genua deponens, elevatis in cœlum manibus, orare cœpit, ut Deus eſurienti populo providere, cibumque larga manu miniſtrare vellet: quo facto jubebat retia naſſaſque adferri. In lacum ipſe deſcendens incredibilem piſcium copiam extrahebat, ſociis in auxilium vocatis: qui, ne rete rumperetur, tantam extemplo manibus vim piſcium in ſportam egererent magno ſane cum omnium, qui conſpexerant ſtupore. Inde humi expoſitos aſſiſtentibus diſtruebat, potum pari fraude a conſciis ſuppoſitum elargiens. His recreati epulis agricolæ miracula proximis evulgare, cibi cælitus miſſi reliquias dare, in conſortium ſuſcipere vates per oppida per pagos ſubſequi, quacumque tranſibant obvia quæque ſi modo uſui eſſent, rapientes pecora noctu, e ſtabulis oves, & ſues ex haris, quibus ſequenti die veſcerentur, abigebant. Hinc exciti e villis ruſtici in homines facto impetu verberibus deſæviebant, nec ante cædendi finem factitabant, quam victi diſſipatique in fugam verterentur.

Aucti numero latrocinia exercent.

Vi armata diſſipantur.

LXV.

(a) Florim. Ray. l. 7. c. 7.

Lutherana hær. illata in Gall.

Hoc anno (*a*), ut hæreticorum annales produnt, in Galliis primus hæreſis Lutheranæ ſator opificio carminator lanæ cognomento Joannes clericus in oppido Meldenſi inter vilis conditionis opifices novam ſuperſtitionem depravatis ſcripturæ ſacræ, quæ in vulgarem ſermonem converſa erat, oraculis ſerere cæpit, comprehenſuſque in flagitio flammis injectus eſt. Laudaſſe Clementem apoſtolicis literis Pariſienſem ſenatum refert Sleidanus (*b*), illique ſtimulos ad religionem contra novatores aſſerendam addidiſſe. Declamarunt vero hæretici contra magiſtratus catholicos, qui in impios homines ferro animadverterent & crudelitatis calumniam iis aſperſerunt; quorum querelas refregit Longolius (*c*); *Si in aliquem more malorum ſeverius animadverſum eſt in eum ſcio, & ob privatum aliquod publicumve crimen a profanis hominibus eſſe judicatum; at vero Lutheriani veſtri quonam jure, qua lege, quo tandem Chriſtianæ pietatis exemplo, tot ſacerdotes ea ſola de cauſa, quod Lutherianam ſectam non ſatis probare viderentur, inter ipſas Chriſti aras ſuis ipſi manibus crudeliſſime jugularunt, dicam, an mactaverunt?*

(b) Sleid. l. 5.

(c) Longol. in orat. ad Luth. David. Georg.

Agitatum hoc anno eſt in Caroli V. aula de cogendis Germanis ſacro initiatis baptiſmo ad legem Chriſtianam ſervandam, ac doctorum cenſorumque fidei cœtus ſolemnes habitos, refert Vincentius Blaſcus (*d*); tum etiam de Mauris Hiſpaniæ ad baptiſmum adigendis intentata bonorum publicatione in exiliumque pellendis, vel regni finibus eiiciendis. Cæterum a Carolo V. ex politicorum conſilio liberæ omnium hæreſeon generi habenæ laxatæ ſunt in Germania: Mauri vero quamvis plures viri pii ſentirent ſacra ab iis profanatum iri, propoſita bonorum proſcriptione Chriſtianam fidem profiteri juſſi ſunt, atque a concionatoribus & religioſis viris pro iis noſtra religione erudiendis egregia navata opera. Adductum Carolum V. Clementis Pontificis & Franciſci Regis precibus refert author quippe cum Gallus Rex in acie captus (ut paulo poſt dicetur) inque Hiſpaniam translatus prope Valentiam ageret, prima luce inconditis Saracenorum Mahometem inclamantium vocibus excitatus fuiſſet, hoſtem rogavit, ut tanto opprobrio Hiſpaniam liberaret. LXVI.

(d) Blaſc. l. 3. c. 4.

Agitat Carol. V. an Germanos ad fidem cathol. adducere debeat. Laxatæ ab eo hæreſi habenæ.

Franciſc. I. Carolum monet ut Hiſpaniam liberet opprobrio.

Dum plures in Germania, Dania, Sueeia, Norvvegia ab Eccleſia catholica ob hæreticorum improbitatem argutiaſque deficiebant, Baſilius dux Moſcoviæ ſuperiore anno a Clemente Pontifice de Ruthenica eccleſia Romanæ conjungenda ac Græcanico ſchiſmate damnando poſtulatus, bene animatum ad id præſtandum ſe oſtendit, ut fœdere juncti Chriſtiani omnes fidem & religionem contra Mahumeticam tyrannidem tuerentur, atque oratorem cum hiſce literis (*e*) ad Pontificem miſit. LXVII.

Maurico Moſchos redintegrandam conjunctionem cum Rom. eccl. agit.

Clementi Papæ paſtori, ac doctori Romanæ eccleſiæ, magnus dominus Baſilius Dei gratia Imperator, ac dominator totius Ruſſiæ, necnon magnus dux Volodemeriæ, Moſchoviæ, Novogrodiæ, Pleſchoviæ, Smolentiæ, Iſſeriæ, Jugoriæ, Peremniæ, Veſchæ, Bolgariæ, &c. dominator & magnus princeps Novogrodiæ inferioris terræ Cernigoniæ, Rezaniæ, Volotchiæ Rezeviæ, Belchiæ, Roſtoviæ, Jaroslaviæ, Belozeriæ, Udoriæ, Obdoriæ, Condiniæque, &c.

(e) Ext. apud Paul. Jovn. de legatione Moſchov.

Miſiſtis ad nos Paulum Centurionem civem Genuenſem cum literis, quibus nos adhortati eſtis, ut vobiſcum cæteriſque Chriſtianorum principibus conſilio ac viribus conjuncti eſſe vellemus adverſus Chriſtiani nominis hoſtes, ac noſtris veſtriſque legatis ultro citroque commeandi tutum ac

Ejus literæ ad Pont.

ex-

expeditum iter pateret, ut mutuo amicitiæ officio de amborum ſalute & ſtatu rerum cognoſci poſſit. Nos autem, Deo bene atque feliciter adjuvante, ſicuti hactenus adverſus impios Chriſtianæ religionis hoſtes impigre conſtanterque ſtetimus, ita & in poſterum ſtare decrevimus: itemque cum cæteris Chriſtianis principibus conſentire, & pacata itinera præſtare parati ſumus; quas ob res miſimus ad nos Demetrium Eraſmium noſtrum hominem cum hac noſtra epiſtola, Paulumque Centurionem remittimus. Demetrium autem celeriter remittetis, eumque incolumem & inviolatum uſque ad fines noſtros eſſe jubebitis: idem nos quoque præſtabimus, ſi cum Demetrio legatum veſtrum mittetis, ut ſermone ac literis certiores de rebus admirandis reddamur; ſic ut perſpectis Chriſtianorum omnium voluntatibus nos etiam optima conſilia capere valeamus. Dat. in dominio noſtro in civitate noſtra Moſcovia anno ab initio mundi ſeptimo milleſimo trigeſimo tertio menſe aprilis.

LXVIII. Legati ad Carol. V. miſſi ad fœdus in Turcas ineundum. (a) *Fab. in epiſt. ad Ferd. archid. Auſtriæ.* Moſchorum religio.

Legaverat alios ante oratores Baſilius in Hiſpanias ad Carolum V. Cæſarem, ut fœderis in communem hoſtem Turcam rationes paciſcerentur; qui cum hoc anno per Germaniam in Moſcoviam redirent, Ferdinandus archidux Auſtriæ mores, ſtudia, ac religionem gentis perdiſcendi cupidus Joanni Fabro (*a*) partes dedit, ut viris inſignibus ſecum adhibitis illos de iis diligenter percontaretur; cujus juſſa accurate Faber inſcripto a Ferdinando ipſi libello perfecit; ex quo hæc decerpimus, ut pateat cunctis quantum novatores ab eorum religione & ritibus abſint.

Ferdinando archiduci Auſtriæ, &c.

Fidem Chriſtianam ſequuntur, quam a S. Andrea Apoſtolo fratre Simonis Petri primum eis prædicatam affirmant: ea quoque quæ ſub Conſtantino magno a CCCXVIII. epiſcopis anno CCCXVIII. in Nicæa urbe Bithiniæ primo Nicæno concilio concluſa ac a Baſilio magno & S. Chryſoſtomo tradita & prædicata fuerunt, tam ſancta, tam firma, tam ſincera eſſe credunt, ut ab illis hactenus nunquam licuerit tranſverſo digito, ut ajunt, recedere cuiquam, ſicuti nec ab evangelio Chriſti. Ea quoque vel modeſtia eſt eorum, ut quæ a ſanctis patribus in ſuis conciliis ſemel ſunt deciſa, nunquam audeat quiſquam ſuæ profeſſionis in dubium denuo vocare. Conſtantiori itaque animo quam plerique noſtrum in hac prima fide perſeverare ſolent, quam ab Apoſtolo Andrea ſuiſque ſucceſſoribus, ſanctiſque patribus didicerunt, atque ab ubere materno ſuxerunt, nequaquam ſeſe in varias ſcindi hæreſes patiuntur: iterum ſi qua vel fidei difficultas, vel ritus religionis inciderit, univerſa ad archiepiſcopum ac reliquos epiſcopos pro ipſorum tantum ſpiritu definienda refertur, neque quidquam inconſtanti vulgo & inconcordi relinquitur; ſacerdotis enim labia cuſtodiunt legem Dei, & lex ex ore ejus requirenda erit: Et infra. *Omnes epiſcopi archiepiſcopum velut ſupremum agnoſcunt: archiepiſcopus autem ille, antequam patriarcha Conſtantinopolitanus a Mahometica tyrannide ſuppreſſus eſſet, ſemper hunc patriarcham, ut ſuperiorem recognovit. Huic tamen Romanum Pontificem veluti Petri ſucceſſorem præceſſiſſe ſemper, ac merito, fatentur; neque hodie ejus rei immemor Ruthenorum Imperator adhuc pietatis ejuſmodi diligens cuſtos: quotannis enim Conſtantinopolitano patriarchæ in hanc uſque horam, quo vivere & Ægypriacæ ſervitutis finem æqua mente expectare poſſit, eleemoſynam mittere conſuevit; ſatis namque impium ſibi videretur, cum deſeri quem tot eccleſiis præfuiſſe notum ſit, & a quo unico fere totidem tantarumque provinciarum religio olim dependerit.* Nonnullis interjectis ſubditur. (Conſtantinopolitano patriarchæ obnoxii.)

Video illos a noſtris in pleriſque non multum differre; rem enim ex ordine compertus ſum: nam apud Moſcovitas ea lex eſt & ſanctio, ut presbyteros & omnes quotquot clerici ſunt ſolos ordinent epiſcopi: neque ulli presbytero unquam quemquam confirmare licet; hoc enim muneris epiſcopo ſoli incumbere aſſerunt, ut poſteaquam tinctus aqua adultus fiat, per impoſitionem manuum epiſcopi, & ſignaculum crucis adeptæ fidei teſtimonium reddat, firmeturque per unctionem, quæ in fronte fieri ſolet. Iidem in cœna Domini chriſma & oleum celebrant atque conficiunt: cujus dein uſus ſit in baptizando, confirmando, ungendo infirmos: ſoli ſunt, qui inſtituunt & deſtituunt presbyteros, neque unquam licet laicis in ipſos animadvertere, recte ob oculos habentes Pauli (*b*) *doctrinam ad Timotheum:* Accuſationem adverſus presbyterum ne admiſeris niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus. *Ita nec ſe unquam Imperator ipſe de pœnis clericorum ingerit. Epiſcopi, per quos ſtat cadiſque univerſa Ruthenorum religio divina ſæpe, quum cum Imperatore conveniunt, peragere ſolent pro inſignibus tanti hujus muneris: baculis utuntur & mithris perinde atque noſtri ſolent epiſcopi. Ea vero abſtinentia eſt, quæ nunquam ſatis laudari poterit, inſignis admodum & magna, tum archiepiſcopi, tum reliquorum epiſcoporum, cibi atque potus, nec minor fere quam monachis ejus regionis, quibus ipſa ſolet eſſe refertiſſima, qui quidem ea* LXIX.

(*b*) 1. *Thim.* 5.

lege

lege obſtricti abſtinentiæ, ut nunquam in perpetuum carnibus veſci liceat : Et infra: *Neque ipſis tam vilis ratio voti habetur, velut hodie nobiſcum, verum cum quis ingreſſus fuerit monaſterium, nunquam in perpetuum quoquo modo quave indulgentia ei licebit exire, aut reliquo votum irritum facere. Vota vero tria ſunt, quæ exhibens ſeu noſtri, obedientiæ ſcilicet, paupertatis, & caſtitatis : quæ ſi quis prætergreſſus, e monaſterio qui proſiliit deprehenditur, perpetuo carcere in pœnam tanti ſceleris clauditur.*

LXX. De ſacerdotibus addit, eos uxorem ducere non poſſe, quamvis juncti matrimonio, non bigami, ſacerdotio initientur, qui præcedenti nocte quam rem divinam faciant ac ſubſequenti conjugali thoro abſtineant, nec defuncta conjuge ſecundas nuptias celebrare poſſint; porro eos in pane fermentato conficere more Græcorum, & aquam vino miſcere; tum ſubiicit: *Hoc ſacramentum corporis & ſanguinis a ſolo ſacerdote conſecratur, qui veluti noſtri fere ſtola alba indutus tota mente ad Deum elevata, id efficere conatur myſterium, quod pro ſufficienti pignore omnium promiſſionum ſuarum Chriſtus in ultima cœna reliquit, quemadmodum univerſus orbis fatetur: epiſtolam item & evangelium æque in miſſis habent. At lecto evangelio non mox Nicænum illud ſymbolum, ſed poſt angelicum cantum, qui ſanctus appellatur, primum fides Nicæna decantari ſolet; cumque dominicæ orationis finis factus fuerit, mox antiphona de virgine Maria ſequitur. Conſecratio itaque æque ab ipſis verbis fit a Chriſto prolatis, quibus & eam vim conceſſam credunt, ut prolatis ipſis a ſacerdote, mox creatura creatori ſuo cedat illudque quaſi neceſſarium eſſe.*

Conjugati apud eos fiunt ſacerdotes non viciſſim.

Ritus Græcos ſequuntur.

LXXI. Præterea Moſcovitas miſſæ ſacrum facere pro defunctis: ſacro fonte abluere in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti: confirmationis ſacramentum ab epiſcopo inuncta fronte, ſignoque crucis adhibito ab ipſis adminiſtrari; conſanguinitatis & affinitatis in matrimonio haberi rationem : adulteria damnari; conjuge altero ſuperſtite alium non induci poſſe narrat Faber, ac de ſacris ordinibus & confeſſione hæc addit : *Sacri ordines apud ipſos ſuis quibuſdam obſecrationibus & cæremoniis ſacerdotibus conferuntur, neque illis clavium poteſtas tradita creditur, niſi ad imitationem Chriſti in aures illorum dicatur:* Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. *Huiuſmodi certe evangelii forma a Chriſto nobis præſcripta omni huic, qui ab epiſcopo vocatus ordinatuſque in presbyterum fuerit, authoritas tribuitur, qua vel a peccatis ſolvere, vel iis ipſis obnoxios ſinere poteſt, ſacerdotali enim hoc miniſterio Moſcovitæ ad pœnitentiam utuntur : quiſquis namque ad provectiorem ætatem, atque eam venerit, qua ingenii ſui viribus uti poteſt, ac diſcernere inter bonum & malum, rectum & pravum, lepram & non lepram, per contritionem ſeſe peccaſſe agnoverit, recte ſpiritus contribulati ſacrificium reddens, mox ad pedes ſacerdotis procidit, & in aurem illi, ut qui ſedem Dei teneat, ſcelera omnia admiſſa ſigillatim, quantum memoria recolligere poteſt, ex ordine cum planctu aut gemitu declarat, a quo poſtea beneficium abſolutionis tanquam Chriſti vicario accipit. Huic rei conficiendæ quoque tempus habent conſtitutum; quotannis enim paſchæ feſto pro eccleſiaſtica ordinatione facere coguntur; plerique tamen devotiores ac celebriores feſtivitates exomologeſim auricularem facere non negligunt. Id ſi quis conſtituto tempore paſchatis neglexerit, anathema eſſe ſolet omnibus, abominaturque; ipſeque ab omnium converſatione, adeoque ab eccleſiæ ingreſſu coercetur. Confeſſus itaque, quo digne particeps fieri poſſit tanti myſterii corporis & ſanguinis Domini, prius per aliquot dies corpus affligat oportet, & in ſervitutem uſque redigat carnem ſuam, reliquoſque pœnitentiæ fructus dignos in teſtimonium afflictæ conſcientiæ peragat. Proin jejunium illud quadrageſimale a Chriſto & Apoſtolis nobis inſtitutum prorſus affirmant.* Et infra : *Frequentes conveniunt in eccleſiis, quas & ipſi magnis ſumptibus exerunt, orationis domos ex evangelio vocitantes, quaſque imaginibus variis Crucifixi, divæ Virginis, Apoſtolorum, & aliorum quorumdam ornans : id quod licere ſibi ex moribus vetuſtiſſimorum Chriſtianorum prædicant. Neque tam facile movet quod apud Græcos Conſtantinopoli ante ſeptingentos annos extiterunt, qui imagines idololatris convenire docuerunt; neque fas eſſe, ut cum vere Chriſtianis reperiantur : qui certe ſecunda dein Nicæna ſynodo damnati fuerunt quotquot pertinaci animo hanc ſententiam ſunt tutati.* Et aliis interjectis : *Septem numero ſacramenta habent, velut ea, quæ ſine omni fraude promiſſionum ſuarum eum, qui pro Chriſtiana pietate ipſis utitur, participem ac compotem faciunt : neque tam facile ſe deludi talibus promiſſionibus ſuſpicantur; ſed conſtanti animo credunt iis omnibus, quæ ab Eccleſia docentur. Præcepta item decem eadem authoritate tenent, quæ Moſi primo tradita ſunt, quaſi nunquam intermoritura, certi per verbum ejus, quod venerit, ut impleret legem*

Sacramentum ordinis habent.

Sacras imagines colunt.

Septem retinent Sacramenta.

Digitized by Google

gem, minime ut ſolveret. Et paulo inferius.

LXXII. *Admodum pauci ſunt, qui peregrinis linguis operam impendant; Græcæ plerique incumbunt ob ſanctorum patrum Chryſoſtomi, Nazianzeni, Baſilii, & reliquorum monumenta, omniumque eorum gratia, quæ a Græcis derivata ad eorum mores vel religionem accommodari poſſunt. Hebræam omnino negligunt niſi quod unica hæc vox,* Alleluja, *in miſſa frequentari ſolet. Matthæus, Marcus, Lucas, Joannes, epiſtolæ Pauli & reliquæ a nobis receptæ cum apocalypſi inter canonicas novi teſtamenti ſcripturas recenſentur. De canonicis vero veteris teſtamenti idem aſſerunt, quod decrevit Eccleſia catholica: Pontificem Romanum ut Chriſti vicarium & ſucceſſorem Petri agnoſcunt: propterea S. Clementis, S. Leonis, & D. Gregorii feſta apud Moſcovitas celebrari conſueverunt.* Et infra: *Bene ſe ſperare affirmabant, ut quando cum Cæſarea maieſtate capite omnium ſimul atque tua ſerenitate conveniat, facile eventurum, ut is, qui vera pax eſt, eis etiam ut cum ſummo paſtore conveniat effecturum. Diſſentiunt a nobis in ſacramenti conſecratione aliquantulum, ac fractione panis:* conſecrant ſcilicet in pane fermentato cui quoque, Crucifixi effigies impreſſa eſt: Laicos ſub utraque ſpecie etiam vix triennes pueros communicant ex cocleari, ut memorat Joannes Faber, qui hæc ſubiicit: *Spiritum ſanctum a ſolo Patre procedere perinde atque Græci tuentur. Quamquam vero ſint apud Græcos plerique, qui purgatorium negent, & alii, qui purgatorium ex ſcripturis probare conentur, in hoc tamen ſe non facile ſciſſuram pati affirmant, quin idipſum firmiter cum Romana eccleſia teneant. Miſſas noſtras animo promptiſſimo audiunt; neque ſe ob aliud magis cruciari ajunt, quam quod a quibuſdam quaſi alieni a fide vitentur, quando omnia fere noſtra ſacra cum ſtudio obſervent. Feſta item quatuor ſolemnia celebrant, natalis ſcilicet Domini, paſchæ & pentecoſtes, atque diei, quo mater Domini a filio aſſumpta eſt in cælum. Magno loco habent Apoſtolos, præcipuo tamen ſanctum Nicolaum, quem celebrant, honorant, atque invocant; neque ipſis ſolum, verum & Tartaris, & Mahometanis plurimis eſt peculiare. Diem palmarum ad imitationem eccleſiæ Romanæ celebrant, palmas & olivas atque reliquas hujuſmodi, arbores benedicentes, hancque benedictionem creaturarum non ſolum ab Eccleſia pie receptam, ſed & ſacris literis recte fundatam probant; ex aqua enim, quæ eſt in numeris cap.* V. & XIX. *aperte monſtratur quid execrationes poſſint, & e Paulo ad Timotheum ſanctificari creaturam per verbum & orationem notiſſimum eſt omnibus, &c. Data Tybingæ* XVIII. *ſeptembris anni MDXXV.* Hæc Joannes Faber ex ducis Moſcoviæ oratoribus excerpta Ferdinando poſtea Cæſari retulit; ex quibus Moſcovitas Lutheranis longe meliores conſtabat. Cæterum oratores cum enarrarent ea, in quibus cum Romana eccleſia conſentirent, præter hæreſim de proceſſione Spiritus Sancti a ſolo Patre, nonnullos abuſus qui in natione illa irrepſere ſubticuiſſe patet ex iis, quæ alibi attulimus, & quæ inferius adducentur.

Sanctos Patres Græcos & Scripturam ſacram ſuſcipiunt.

In quibus diſſentiant.

Conſecrant in fermentato.

Negant proceſſionem Spiritus Sancti a Filio.

Ut Feſta & ſanctos colant.

LXXIII. Merito autem laudantur Moſcovitæ in tanta a Romana eccleſia longinquitate, idololatris maris glacialis accolis, Tartaris, Turciſque cinctos intrepide Chriſtianam religionem tueri, ſeque a recentiorum hæreſeon contagione immunes præſtare: ad quos in ſinum Romanæ eccleſiæ revocandos, veteremque conjunctionem inſtaurandam, ſiquidem ſæpius eam gentem fidei conſenſione & obſequio copulatam ſedi Apoſtolicæ vidimus (a), Clemens Pontifex Franciſcum epiſcopum Scarenſem internuntium ad Joannem Baſilium legavit, ut de modo ac ratione conjungendarum eccleſiarum cum eo conveniret, de quo ad Polonum præſulem hæ datæ literæ (b).

(a) To. 14. in Innoc. to. 17. in Sixt. IV.

Scarenſis epiſc. ad Moſchos miſſus.

(b) Lib. brev. ann. 1525. p. 473.

De epiſcopo in Poloniam miſſo.

Venerabilis frater Dominus ac Deus noſter, qui cuncta proſpicit ex alto, & ſcrutator cordium eſt, nobis eſt teſtis, quanto ſtudio, quantoque labore Chriſtianæ reipublicæ ſtabilitatem & unionem, gregiſque dominici noſtræ curæ commiſſi conſervationem & augmentum ſemper procuraverimus, & in dies magis procuremus: quod ſi minus proſperi eventus noſtros conatus conſequuntur, tribuimus id certe divinæ iræ veteribus Chriſtianorum peccatis infenſæ & ad juſtam vindictam reſpicienti. Nos quidem in tantis anguſtiis teſtimonio conſcientiæ noſtræ aliquantum recreamur, illum piis ſupplicationibus & precibus obſecrantes, qui nos ſuo pretioſiſſimo ſanguine redemit, ut nobis potius reſipiſcendi gratiam & pœnitendi ſpatium, pro ſua miſericordia tribuat, quam pro noſtris meritis debitam ultionem acceleret, neque nos tamen in tanta rerum omnium perturbatione, & procella, quæ nos undique premit, ullis laboribus & curis, nec in ſumma ſedis Apoſtolicæ paupertate aliquibus ſumptibus parcimus, ut hujus noſtri muneris partes, quantum poſſumus, adjuvante nos divina majeſtate, tueamur. Itaque cum anno ſuperiore occaſionem hominis in Moſcoviam euntis nacti eſſemus,

Clementis ea de re lit.

Modus unionis a Moſcho permiſſus Pontifici.

ſcripſimus ad Moſcorum ducem, illius animum, ad noſtram & hujus ſanctæ ſedis unionem quodammodo tentantes. Ille vero non modo nobis reſcripſit, ſed ſuum etiam hominem cum ſuis literis ad nos deſtinavit, ad illud ipſum nos invitans, modum autem & viam rei conficiendæ nobis totam relinquens. Nos Deo, quem ſolum in omnibus operibus & conſiliis noſtris reſpicimus, authore & duce hanc laudabilem provinciam aggreſſi, & ipſum hominem, hic aliquibus menſibus commoratum, a nobiſque benigne & humaniter tractatum, ad ſuum ducem remiſimus, & elegimus venerabilem fratrem Joanem Franciſcum epiſcopum Scatenſem, quem nuncium noſtrum hujus rei cauſa ad eundem ducem mittimus, virum ſane, probum & ſagacem, & multarum rerum experientia & ſcientia præditum, cui mandavimus, ut in hoc conſilia noſtra & rationes communicaret cum fraternitate tua, quam plurimum hortamur in Domino, ut dictum nuncium noſtrum commendatiſſimum habeat, eumque tum apud chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Sigiſmundum Regem iſtum ſapientiſſimum, in cujus virtute & prudentia præcipuam ſpem & fiduciam repoſitam habemus, tum apud quoſcumque & ubicumque fuerit opus, ſua opera, authoritate, gratia, & conſilio adjuvet, &c. Dat. Romæ die XVIII. *novembris MDXXV. pontificatus noſtri anno* II. Commendavit eumdem nuntium Clemens Polono principi, mittendique illius ad Moſcovitam cauſas ita expoſuit: *Traditam opportunitatem ipſius ducis animi nobis, & huic ſanctæ ſedi conciliandi, illiuſque amicitiæ cum Chriſtianis principibus, maximeque cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Sigiſmundo Rege iſto invictiſſimo, ejuſque regno inclyto copulandæ non prætermiſimus, &c. Dat. ut ſupra*. Ingraveſcens Lutheranorum impietas non paſſa eſt, ut tam felix Moſcovitarum cum Romana eccleſia conjunctio conciliaretur, neque in Turcam communem hoſtem ſocietas armorum conflaretur; qui ex his Chriſtianorum diſcordiis efferatior proximo anno Pannoniam oppreſſit.

Commendatus Polono legatus.

Lutherani obſtant ne Moſchi junguntur Romanæ Eccleſiæ.

LXXIV. Favere crudelibus Turcarum conſiliis Caroli V. Cæſaris & Franciſci Francorum Regis perniciala diſſidia, quæ magnas ſecum clades ab utroque deflendas traxere: & quidem hujus anni exordio Franciſcus cum apud Ticinum caſtra poſuiſſet, urbemque arctiori obſidione premeret, ad cæſareos ex Mediolanenſi principatu divellendos, Alexandrum Stuardum ducem Albaniæ cum parte exercitus in Neapolitanum regnum tranſmiſit (*a*), ut Hiſpanos ex eo depelleret. Ingrata fuere ea conſilia Clementi Pontifici (*b*), qui Gallum Mediolanenſi principatu contentum eſſe voluiſſet, ut ita actio de pace inter utrumque iniri poſſet, ac ſedes Apoſtolica ſuam dignitatem authoritatemque, diviſa inter æmulos Italia, retineret; cumque Gallus Clementem magnis promiſſis tentaret, ut armorum ſocietatem cum ipſo coiret, abnuit Clemens arbitri, paciferi, & communis parentis officio diſcedere: quod tamen officium Carolus V. qui ſuæ factioni Clementem mancipatum (*c*) eſſe cupiebat, agnoſcere detrectavit in ſuo apologetico libello (*d*) his verbis: *Ait veſtra ſanctitas, quod ſi ſocietatem eorum*, nempe Gallorum, *ſequi voluiſſes, maxima eidem præmia non ſolum proponebantur, ſed etiam parata eſſent. Atqui quæ ratio, quis juſtus color veſtram ſanctitatem directum ejus feudi dominum movere debuiſſet ad juvandum invaſionem contra proprium feudatarium, nil tale merentem, nec tale facinus cogitantem abſentemque, nec monitum, nec imperitum, nec de aliqua juſta cauſa ſubtrahendi feudum convictum? tenebatur enim veſtra ſanctitas jure feudi, tanquam directus illius dominus, potius nos in feudo tueri, quam invaſoribus aditum dare, aut ſe ſocium invaſionis præſtare: eodem enim ordine, quo tenetur vaſallus pro feudo domino ſervire, eodem ordine tenetur dominus vaſallum in feudo tueri; & ex quibus cauſis vaſallus feudum amittit, ex eiſdem cauſis dominus directa proprietate feudi illiuſque directe dominio privatur; eſt enim ipſius feudi natura, ut ultro citroque obligationem pariat.*

Caroli V. & Franc. I. bella Turcis favent.

Dux Albaniæ a Gall. in regnum Neap. miſſus

(*a*) *Guicc. lib.* 15.

(*b*) *Belcair. l.* 18 *n.* 13. & 14.

Gallica conſilia damnata a Clemente.

(*c*) *Ib. n.* 15. & 16.

(*d*) *Ext. apud Dolg. to.* 1. *p.* 479. *n.* 16.

Negat Clemens Gallis ſe conjungere.

Ingratus erga Clemen. Carol. V.

LXXV. Hæc Carolus V. quem iniqua exegiſſe a Clemente certum eſt; quippe tam ante Pontifices, ut communis parentis partes inter Hiſpanos Galloſque de Neapolitano regno diſceptantes agerent, ſeque onere graviſſimo liberarent, ſanxerant (*e*) ad tuendum armis clientem ſuum in Neapolitani regni poſſeſſione non obſtringi; quos certe ſi pro tuendis Gallici generis principibus vetuſtiore jure ſufſultis leges non conſtrinxere, pariter ad ſuſcipiendum pro Hiſpano bellum non coegere: ac propterea Clemens cum florentes Gallorum res videret, implicare ſe bello pro Carolo V. ducique Albaniæ iter vi & armis impedire recuſavit, ne eccleſiaſticas res in diſcrimen adduceret; utque antea Hiſpano militi ex Neapolitano regno in Inſubriam, ita Gallo ex Inſubria in Neapolitanum regnum liberum iter permiſit.

(*e*) *To.* 15. *A.C.* 1307. *n.* 23.

Neutri parti ſtudet Clemens.

LXXVI. Conceſſit hoc Gallis Pontifex neceſſitate coactus, cum antea multis monitis Gallorum Regem ab ea expeditione abdu-

Repudiatum a Gallo ſalubre Clementis conſilium.

ducere conatus eſſet, eoque ſalubribus Pontificis conſiliis aures non dante, Gallorum tranſitus per fines ditionis eccleſiaſticæ aliquandiu retardatus eſt magno cæſarearum rerum incremento; quippe Hiſpani interea ſe ad ducis Albaniæ conatus infringendos ſtrenue accinxere, cujus præcipites impetus ægre ſuſtinere potuiſſent: quod quidem beneficium cum Clemens proximo anno ſuis literis (*a*) commemoraſſet, Carolus ipſi hæc reſcripſit: *Merebatur quidem noſtra in ſanctitatem veſtram devotio, ut ſanctitas ipſa tali officio fungeretur, idque expoſcebat reipublicæ ſalus, ne uberior ignis incenderetur.* Perſtringit deinde Clementem Gallos videri retardatos, ut ex Lucenſi & Senenſi urbibus ſtipendia ac tormenta bellica ad invadendum majori contamine Neapolitanum regnum extorquerent; ac Senas a clientela cæſarea inductis tyrannis, qui Gallicæ factioni ſtuderent, avulſas fuiſſe. Cæterum licet Carolus Clementem immerito accuſaverit, quod cæſareæ factioni non ſe mancipaſſet, tamen illum communi reipublicæ Chriſtianæ ſaluti & dignitati proſpexiſſe patet, ut vere Carolo V. proximo anno ſcripſerit ſe non minus Cæſareis rebus, quam ſuis omni ope atque opera caviſſe; nam omnia pontificia conſilia & conatus eo tendebant, ut Mediolanenſe bellum non armis, ſed æquitate dirimeretur, parcereturque cruori Chriſtiano, qui potius pro fide tuenda contra Turcas glorioſe fundendus eſſet: Ticinum & aliæ controverſiæ arces pontificiæ fidei committentur; Neapolitana vero expeditio a Gallo Rege diſſolveretur: Venetorum ac Florentinorum præſidia a cæſareis partibus abduxit, ut belli molem imminueret, fœduſque anteceſſoris Hadriani ſucceſſorem non adſtringere declaravit. Quæ communis parentis officia Carolo V. adeo acerba accidere, ut illa ipſa Clementi obiecerit, tanquam de eo male meruiſſet ob publicam rem cæſareæ cupiditati antelatam.

(*a*) *Car. V. in apolog. ad Clem. VII.*

Clementis conſilia pia & digna fuere.

LXXVII. Henricus etiam Angliæ Rex, & qui bellum ſe illaturum Galliis erat pollicitus Carolo, ægre adeo patiebatur Gallicum imperium in Inſubria proferri, ut eum internuntii apoſtolici leges pacis inter Franciſcum & Carolum redintegrandæ proponerent, ut nimirum Mediolanenſis principatus Gallo permitteretur, utque Pontifex ad novas cum Gallo pactiones conficiendas neceſſitate aſtrictus fuiſſet, Cardinalis Eboracenſis Anglicæ aulæ moderator temerarias minas effuderit, liberas habenas hæreticis laxatum iri, ut Lutherano veneno provincias omnes inficerent; quod ab omni æquitate abhorrere oſtenſum eſt a Giberto datario ut ſi Pontificem peccare contigerit, extingui fidem Chriſti ultionis cauſa permittatur: juſſique ſunt internuntii pontificii exponere non moveri iis terroribus Clementem; neque enim Henricum, vel Cardinalem pro univerſi orbis comparando imperio cœleſte Numen, ejuſque fidem, in qua nati ſunt & vixere cum tanta gloria, ut Henricus defenſoris nomen retulerit, læſuros arbitrari: cæterum Eboracenſem ſecum volvere debere, Angliam, ſi hæreſibus contaminari permittatur, ubi religionis jugum excuſſerit, etiam regium jugum a ſuis cervicibus dejecturam, atque Eboracenſem Cardinalem omnium primum ea calamitate oppreſſum iri. Hujus oraculi vim ſecuti rerum exitus demonſtrabunt.

Eboracenſis Cardinalis impiæ & rabidæ minæ.

Prædictum illi exitium ſi hæreſis in Anglia ſerpat.

LXXVIII. Porro Anglus, qui Gallum principatu Mediolanenſi potiri indignabatur, jam antea ſenſerat non aliter publicam pacem rei Chriſtianæ reſtitui poſſe, quam ſi Inſubria illi permitteretur; adeo ut Clemens ob amplexam eam ſententiam non iras, ſed potius benevolentiam Cæſaris ob curas aſſerendi illi Neapolitani regni colligere debuerit; nam cæſareæ res in dies ruebant: Ugo Moncada educto Genua exercitu profligatus (*b*) captuſque fuerat in prælio a Gallis, qui Saona & pleriſque aliis arcibus potiebantur; jamque Genua excuſſo Hiſpano jugo cum iis ſequeſtram pacem fecerat: Etruria omnis ad Gallicas partes ſe adjunxerat; Germania etiam pene omnis in armis ſtabat, adeo ut ſi prudenter res ſpectentur, Clemens optime de Cæſare mereretur, cum ingentibus ſtudiis pacis conſilia proveheret. Extant eo argumento Matthæi Giberti datarii ad Hieronymum Aleandrum pontificium internuntium apud Francorum Regem literæ (*c*), quibus deſignantur variæ concordiæ formulæ, ut Ticinum ab Hiſpano, Mediolanum a Gallo fidis arbitris committerentur, ac Genua in priſtinam reipublicæ formam reſtitueretur: tum vero Franciſcum Regem moneri juſſit, ne fallaci & periculoſæ certaminis aleæ ſe ſuaque committeret, paciſque conſilia, reſeratis Pontifici pectoris arcanis, amplecteretur.

Ugo Moncada profligatus a Gallis

(*b*) *Aug. Juſt. l. 6. Guicciard. l. 15. Bizar. lib. Foliet. lit. princ. l. 1. p. 149.*

(*c*) *Ext. inter lit. princ. l. 1. p. 147.*

Propoſitæ pacis leges.

Monitus Franc. I. ne certaminis aleæ ſe committat.

LXXIX. Angebatur Clemens, ut teſtatur Matthæus Gibertus, de quo paulo ante memoravi, funeſtæ alicujus cladis metu, diuque noctuque cogitationes intentas tenebat, ut Hiſpanum Gallumque inter ſeſe conciliaret, norat namque Cæſareos ſtipendiorum inopia ad deſperationem adactos pollere ferro nec minus Gallum jam multa inani ſpe complecti, & quidem huic vincendi patientiam defuiſſe

Audiendi conſilii capax non exiſtit.

(a) *Belcair. l.* 18. *n.*20.

narrat Belchairus (*a*), dum ſalutaria Pontificis ſuorumque conſilia ob fallacem glorioſæ umbram ad quam conſectandam ſubeundumque certaminis diſcrimen ab Aloyſia matre ſua excitabatur, abjecit: *Veterani*, inquit, *ac prudentiores duces, ut ſoluta obſidione ad cœnobium Chartuſienſe aut ad Biuaſcum loca ſitu munitiſſima caſtra faceret conſulebant, ſic illum nihil fortunæ permiſſurum, & victoria ſine cæde & ſanguine potiturum: cæſarianum exercitum a ſtipendio inopem vix integrum menſem ſimul permanſurum: diſperſum in oppida, ut neceſſitas coget, brevi mox dilapſurum*, & infra: *primam diſciplinæ militaris laudem eſſe, ſi quis induſtria ac conſilio vanos hoſtium impetus eludat, & victoria ſine ſuorum ſanguine potiatur: Clemens Pontifex, cui eam Piſcarius in cæſariano exercitu inopiam eſſe ſignificarat, ut omnem prope victoriæ ſpem abjiceret, eadem conſulebat. At Franciſcus uni Bonivero fidem adhibens, & vanitate nova veterem augens, turpe ſibi eſſe ducebat, ſi venienti hoſti quaſi metu perculſus cederet: ſæpius enim, ut omnino vanus erat ſe nunquam inde niſi victorem diſceſſurum, aut morte victoriam redempturum jactitarat, eumque ſermonem* [*quæ ſumma imprudentia fuit*] *tota Gallia atque adeo Italia divulgarat. Itaque ſuis quaſi verbis illigatus, niſi quod verbis teſtatus erat, re præſtaret, ſibi ignominioſiſſimum putabat.*

Impetus hoſtium noluit eludere.

Inanis glorioſa illum perdidit.

LXXX.

Inconſulte vires diſtrahit.

Confuſa ſunt etiam contrariis eventibus Gallorum Regis conſilia; nam ille dimiſſo ad invadendum regnum Neapolitanum duce Albaniæ vires ſuas admodum debilitavit, atque Hiſpani cum illum non iis pollere viribus, quibus Neapolim ſubjicere poſſet, viderent, non diſtrahendas ex Inſubria vires cenſuerunt (*b*); ſed multo magis ad Franciſcum opprimendum glomerandas; eo enim oppreſſo Neapolitanum regnum ſalvum fore. Tardior etiam Albaniæ duci (*c*) fuit progreſſus, quam ut mutare hoſtilia conſilia poſſet: Rhetorum (*d*) etiam quatuor millia a ſuis revocata Franciſcum deſeruere, ac demum Helvetii, qui pro tormentorum bellicorum cuſtodia excubabant, pugnare in hoſtem irrumpentem detrectarunt (*e*): quocirca cæſarei duces Carolus Borbonius, Davalus marchio Piſchariæ & Carolus Lanojus prorex Neapolitanus Gallorum caſtra munitiſſima tormentis bellicis undique ſepta repentino impetu XXIV. februarii die S. Matthiæ ſacro expugnarunt; cæſoque una cum pluribus proceribus Boniveto rei maritimæ præfecto horum bellorum ſuaſore & impulſore, duos Reges Franciſcum Gallorum, Henricumque Navarreorum, qui tamen mutata veſte evaſit, in prælio ceperunt: quibus de rebus poſt partam victoriam mox eadem die ad Clementem Pontificem & ad alios extant ſcriptæ literæ (*f*). Fuſus eſt ingens cruor; duodecim circiter vel tredecim Gallorum millia trucidata; ſeptem vero circiter millia flumine merſa feruntur ab iis, qui poſtrata humi cadavera recenſuerunt. Accidit adeo præter omnium ſpem ea victoria, ut prædictus Matthæus Gibertus datarius in literis ad nuntios pontificios in Anglia eam arcano divini Numinis conſilio aſcribat: *Cujus*, inquit, *judicia abyſſus multa*. Conſternatum metu Mediolanum poſt Gallorum cladem ad cæſareas partes deſcivit: reliquæ etiam Inſubriæ & Liguriæ urbes a Gallis ad Carolum V. defecerunt.

(*b*) *Guicc. l.*15.

(*c*) *Baioc. in lit.*

(*d*) *Lit. p.* 154.

Proditus eſt a Rhœtis & Helvetiis.

(*e*) *Gilbert. Datar. ubi ſup. p.* 254.

Capitur in acie cum Rege Navarræ.

Maxima clade profligatus exercitus.

(*f*) *Ib. p.* 151.

LXXXI.

(*g*) *Ib. p.* 154.

Pergebat (*g*) tum Roma in Neapolitanum regnum cum exercitu Albaniæ dux valetudine male affectus, cum Regis Francorum in acie capti fama increbuit, in cujus copias tetro iter flectentes Hiſpanis ducibus Columnenſibus hoſtiles impetus incurrere, pluribuſque partim cæſis, partim diſſipatis victoriam reportarunt; reliquæ Romam ſe receperunt: moxque in urbe tumultus concitati; Columnenſes enim æmulos Urſinos adorti, Romam in cæſareas partes trahere moliti ſunt. Quarum victoriarum nuntius cum ad Carolum V. in Hiſpania agentem, formidantemque Inſubris & Neapolitanis bellorum exitus, ne poſt amiſſa ea regna, etiam imperio, quod Lutherana hæreſi contaminari laniarique permiſerat, a Pontifice privaretur (conceptum a ſe fuiſſe eum metum in apologetico libello poſtea indicavit) perlatus eſſet, victoriæ gloriam omnem Deo retulit, ſummumque modeſtiæ Chriſtianæ ſpecimen dedit: quippe nulla lætitiæ ſigna edi, non ignes feſtos accendi, non tormenta diſplodi voluit; ſed ſolemnes ſupplicationes ad ædem B. Virginis decrevit, grateſque ſumpta Euchariſtia Deo agit, ut Hiſpani (*h*), Itali (*i*), & Galli ſcriptores conſentiunt, e quibus hæc Belchairus narrat: *Victoriæ primum nuntium cum literis Franciſci Regis manu ſcriptis ſexto idus martias Cæſar accepit, ſtatimque ad ædem ſacram Deo optimo maximo gratias acturus ſe contulit. Poſtridie ſupplicatione indicta ac ſumpta ſancta Euchariſtia, ut Græco verbo utar, quod corporis & ſanguinis ſacramentum Chriſtiani vocamus, templum Mariæ extra Madritium, quam Mantuam Carpetanorum olim dictam putant, ubi tum agebat, inviſit; nec ignes accendi, cæteraque publi-*

cæ

Intubres & Ligures ad Carolum V. deficiunt.

Albaniæ ducis infœlix expeditio.

Concitati Romæ tumultus.

Quid & quantum metuerit Carol. V.

(*h*) *Guicc. l.*16.

(*i*) *Belcair. l.*18. *n.* 28.

Audita victoria Chriſtiane ſe geſſit.

ea letitiæ ſigna edi permiſit, hæc non de victoriis adverſus Chriſtianos, ſed adverſus Chriſtiani nominis hoſtes partis edenda præfatus, admirandamque animi modeſtiam & verbis & geſtu præſetulit: legatis diverſarum nationum & proceribus, qui illum circumſiſtebant, ſe lætari dixit, quod præſens Dei optimi maximi auxilium expertus, ab eo, quanquam nullo ſuo merito ſe diligi manifeſto argumento deprehendere videretur: & licet ſibi uni victoriam aſcribere debeat a ſociis omnibus deſertus, eamdem tamen ſibi cum ipſis velle eſſe communem: pace ubique inter Chriſtianos conſtituta, arma adverſus Chriſtianæ perſuaſionis hoſtes debere converti, unde viros Chriſtiani ſperare triumphos jure poſſint. Cum rempublicam ſuam legatus Venetus excuſaret, excuſationiſque cauſas nonnullas adderet, excuſationem quidem haud veram eſſe aſtantibus ſibi dixit, at ſe pro vera nihilominus habiturum, & quod nihil niſi maturo conſilio exequi conſueviſſet viros ſuæ aulæ primarios in conſilium vocavit; atque ut qui ſe erga Franciſcum Regem gerere, ac victoria uti deberet, libere conſulerent oravit. Inter quos Doſimeus pontifex, qui Chriſtiano ritu Cæſari a confeſſionibus erat, ita locutus fertur.

Decernit arma vertere in fidei hoſtes.

LXXXII. Doſimei epiſc. ad Carol. V. fidele & pium conſilium.

LXXXII. *Quamquam, princeps invicte, quidquid in hoc inferiore mundo geritur, divina providentia geritur; tamen aliis alii ejus effectus illuſtriores eſſe ſolent, quorum ſi quem aliquando animadvertimus, hunc certe præcipue præ cæteris notare debemus victoriæ enim facilitas manifeſtam Dei voluntatem ac beneficentiam declaravit: potentiſſimi erant hoſtes, locis munitiſſimis conſiſtebant, rebus omnibus ad bellum neceſſariis abundabant; quæ contra in tuo exercitu aliter eſſe deprehendebantur: at is nihilominus eoſdem omnibus partibus ſuperiores in ſuis pene caſtris aggreſſus paucis horis facile fudit, & conjunctam cum immenſa præda gloriam reportavit. Quo igitur Deo magis acceptam victoriam referre debes, eo te quoque eadem ad bonitatem ejus celebrandam augendamque gloriam magis uti decet; augeri autem commodius non poteſt, quam ſi rempublicam Chriſtianam externis pariter domeſticiſque hoſtibus liberes. Quanto paucis annis progreſſus Turcæ fecerint, quot imperia, regna, provincias, inſulas occuparint, nemini ignotum eſt: & nunc Hungariæ imminent, Regemque ſororis tuæ virum patrimonio ſpoliare moliuntur. Hungariæ ſi compotes erunt, perfacilem in Germaniam Italiamque ſibi viam patefacient. In viſceribus autem noſtris Lutherani hoſtes non minus graves hærent, venenatam ſuam doctrinam ſpargunt, niſi tua pietas mature provideat, omnes Chriſtianas provincias pervagaturi: ut illos repellas, hos cobibeas, conſtituta toti Chriſtianiſmo pace, opus eſt: aliis bellis implicatus, gratius hoc Deo optimo maximo officium præſtare non potes; & ut hos utroſque hoſtes omittamus, quid ſceleratius, quid deteſtabilius, quam augendorum finium, propagandi imperii ergo tantas Chriſtianorum edere ſtrages? tot flagitiis, ſacrilegiis aliiſque execrandis facinoribus patrandis omnem dare licentiam? Hæc qui ſponte faciunt, nullam a Deo optimo maximo veniam ſperare poſſunt: ſin coacti eo adiguntur, niſi dum poſſunt eadem cohibere conantur, in non minorem, quam illi cœleſtis numinis indignationem incurrunt. Pax igitur univerſo Chriſtianiſmo bene conſtituta victoriæ tuæ fructus uberrimus videri debet: quo ut pervenias, quid de Rege ſtatuere poſſis expendere non erit alienum; aut enim eundem in perpetuam cuſtodiam trades, quod non ſine inſigni crudelitatis nota fieri poteſt; aut propoſitis duris conditionibus quidquid poteris extorquebis: quæ duæ ſententiæ infeſtæ utriuſque nationis Hiſpanicæ inquam ac Gallicæ odia magis augebunt, perpetua bella parient, te immani ambitione omnium regnis principatibuſque invadendis inhiare declarabunt, te a ſociis potentiam tuam ambitionemque horrentibus abalienabunt: nec te tamen, aut certe vix voti tui compotem facient: Rex enim iniquis conditionibus liberatus tibi ſempiternus hoſtis erit, cui ſi Italiæ principes liberæque civitates jungentur, ſi Anglus accedit, qui ſimul junctos vincere poteris? Cum Ludovicum Galliarum Regem ejus nominis XII. avi tui Maximilianus Cæſar, Ferdinandus Hiſpaniarum Rex bellatores egregii illis omnibus uſi ſuperare nequiverint, perpetua ergo cum Chriſtianis tibi bella ſpondeto. Sin digna principe Chriſtiano humanitate uſus Franciſcum Regem vel affinitate junctum, vel beneficio devinctum, vel utroque illigatum dimittes, quæ poſtrema deliberatio eſt, illum tibi perpetuum amicum parabis, et alieni non appetentem tuo contentum eſſe declarabis: Italorum omnium Angliquè ſuſpiciones, quas de tua potentia nimis aucta concipere potuerunt, hoc uno præclaro officio defunctus abolebis, illos fideles amicos pro clandeſtinis hoſtibus tibi reddes, & eam, quam Chriſtiani omnes optare debemus, pacem obtinebis, motas de religione controverſias componens, poſtremo de externis bellis cogitabis, ubi imperii tui fines propagare tibi glorioſum pariter ac fructuoſum erit.*

Hæc Doſimeus epiſcopus Oxomenſis, LXXXIII.

cu-

(a) Guicciar. lib. 16.

cujus oratio a Guicciardino (a) refertur, non minus pie, quam vere ſuadebat; ſi enim ea uſus clementia in Franciſcum Regem fuiſſet Cæſar, pacato univerſo Chriſtiano imperio Hungariam adverſus Solimanni vim tueri, in Germania Lutheranam hæreſim delere, totque ingentia mala ac bella, quibus ſe cinctum vidit in fomite excindere, & a Turcis amiſſa Chriſtiana regna majori gloria repetere potuiſſet: verum cum captaſſet conſilia, rigidiorique jure in Franciſcum agere viſus eſſet, magnam ſibi apud omnes invidiam peperit, cum Gallo obtrito univerſum Chriſtianum imperium ſibi ſublicere, ac permiſſa Lutheranis & Turcis ſæviendi licentia, ſedem Apoſtolicam velle opprimera putaretur: quam opinionem ipſius adminiſtrorum acerbitas, ac Friderici Albæ ducis ad Carolum V. oratio (b) concitavit: ſuaſit enim ut bella in hæreticos & Turcas intermitteret, ſed univerſum potius Chriſtianum imperium ſibi ſubiiceret, quo perdomito unius principis nutu & auſpiciis bellum adverſus barbaros geri poſſet; neque enim unquam Chriſtianos Reges inter ſe ad tantam conficiendam expeditionem conſenſuros: in quam ſententiam cæſarei aulici abierunt (c), quamque Cæſar amplexus juſſit Franciſcum Gallorum Regem in Hiſpaniam transferri; Navarrus autem dolo e cuſtodia jam elapſus erat. Nec minus impigre ipſius adminiſtri ad mittendam ſub jugum Italiam incubuere. Dux Albaniæ, qui a Columnenſibus & Hiſpanis ſuſus in urbem ſe ſubduxerat, cum paucis ſuorum claſſe Gallica exceptus diffugit; de quo epiſcopus Bajocenſis ſcribit (d) ſi ille Lucæ vel Senis ad extorquendum Etruſcum aurum non hæſiſſet, neceſſario vel Neapolim Gallorum futuram, vel Hiſpanis ex Inſubria avulſis res converſum iri.

A politicis ſubornatus Carol. V.

(b) Ext. apud Guicc. lib. 16.
(c) Guicciar. & Belch. ubi ſup. Vincent. Biaſc. l. 3. c. 3. Ferron. l. 8. Malavol. hiſt. 3. par. l. 7.

Albaniæ ducis infelix cunctatio.

(d) Ext. hujus lit. inter lit. princ. l. 61. p. 161.

LXXXIV. Cæterum Senæ, quarum ille imperium mutaverat, pulſis Gallicarum partium magiſtratibus, in cæſaream clientelam rediere, ac vectigal pependerunt cæſareis victoribus, qui a Pontifice, Florentinis, ac Venetis ſtipendia vi intentata popoſcerunt. Clemens itaque cum eorum impetus ſuſtinere ſe poſſe diffideret, metuenſque ne Parmam ac Placentiam raperent, de quo Guidonis Rangoni literæ ad Bononiæ præfectum datæ extant (e), fœdus Hiſpanum una cum Florentinis ducentis millibus nummum coemit (f) cujus leges recenſet hiſce verbis Belchairus (g): *Omiſſis Venetis* (ingentem illi auri vim pendere Cæſari extorquenti detrectabant) *fœdus inter Clementem ac Cæſarem, Lanojo pro Cæſare, Joanne Bartholomæo Gattinario cum mandato ampliſſimo pro Lanojo ſpondente, Romæ kal. aprilis ictum eſt; cuius præcipua hæc capita fuiſſe traduntur. I. Inter Pontificem ac Cæſarem perpetua amicitia eſto. II. Uterque Mediolanenſem principatum Franciſco Sfortiæ ſartum tectum conſervare cum certo militum numero tenetor. III. Romani pontificatus Florentinæque reipublicæ ditiones privatim Mediceam familiam cum ea, qua Florentiæ pollet authoritate, Cæſar in fidem accipito. IV. Cæſari Florentini pro impenſis, quas Hadriani fœdere contribuere tenebantur, tertium nummum aureorum millia numeranto.* Et infra: *V. Cæſariani duces copias omnes e pontificio agro educunto, nec niſi de Pontificis conſenſu reducunto. VI. Venetis locus relinquitor, quo intra vigeſimum diem æquis conditionibus, quas Pontifex ac Cæſar dicent, in fœdus recipiantor.* Nonnulliſque interjectis: *Addita ſunt & tria ſeparata a priore diplomate, nempe, ut in ſacerdotiorum regni Neapolitani litibus Clemens ea jurisdictione utatur, quæ in regni eius in fidem recepti diplomatibus continetur. Ut Mediolanenſis principatus incolæ ſalem a Cerviæ ſalinis accipiant eo pretio eaque forma, qua Leo cum Franciſco Gallorum Rege primum, deinde cum Cæſare ipſo anno huius ſæculi primo & vigeſimo convenerat: ut Ferrarienſis Rhegium Ruberiam, cæteraſque, quas poſt Hadriani mortem interregno perſeverante occupavit, Clementi reſtituat Lanoius procuret. Ubi Clemens, quod ad hæc tria capita, in integrum reſtitutus erit, Cæſari centum nummum aureorum millia dependet, Ferrarienſemque & antiquis juribus & ſacris Chriſtianis reſtituet; conditionem tamen, qua ſe Hadriano centum nummum aureorum millia dependſurum Ferrarienſis promiſerat, ſiquidem a pactis cum ipſo capitibus recederet, non remittet; Clemente in integrum reſtituto an ſupra commemoratæ urbes ac Mutina Romanum Pontificem, an Cæſarem patronum agnoſcant, iuriſperiti videant, & ex eorum decretis alteruter adiudicentur.*

(e) Lib. 1. lit. princ. p. 156.
(f) Guic. l. 16. Belcair. l. 18.
(g) Belchair. l. 18. n. 94.

Redintegratum fœdus inter Clementem.

Pactiones de Ferrarienſi duce.

LXXXV. Cum ſe iis pactionibus aſſenſiſſe ſignificaſſet prorex Neapolitanus (h), promulgatum hoc fœdus kal. maii in baſilica XII. Apoſtolorum magna cum religionis pompa & publicæ lætitiæ ingenti ſignificatione, ſcribit Hieronymus Niger in literis (i) ad Marcum Antonium Michaelem miſſis. Datam etiam a Clemente operam, ut Veneti ad idem fœdus venirent refart Guicciardinus (k): ſed mox fœderis leges ab Hiſpanis violatas: præter ſuperiorem enim pecuniam Hiſpanos alia viginti quinque millia nummum a

(h) Guicciar. l. 16.
(i) Ext. l. 1. inter princ. p. 164.
(k) Guic. l. 16.

Flo-

Florentinis extraxiſſe, palantes, viventeſque rapto copias ex ditione eccleſiaſtica non revocaſſe, atque ita Placentinum agrum fuiſſe expilatum: contempſiſſe promiſſa de Ferrarienſi duce ad Rhegium Ruberiamque Romanæ eccleſiæ reſtituenda adigendo: immo de iis urbibus jure fiduciario Ferrarienſi tribuendis, ejuſque clientela accipienda agitaſſe, quantumvis Clemens Cardinalem Salviatum in Inſubriam legaſſet, ut quæ ab Hiſpanis Romæ conventa erant ad exitum perducerentur: demum Carolum V. pacta ab adminiſtris non habuiſſe rata; tria enim quæ de Rhegio Ruberiaque Romanæ eccleſiæ reſtituendis, de ſale Cervienſi juris pontificii in Mediolanenſi principatu ſtato pretio diſtrahendo, de ſacerdotiorum Neapolitani regni libera largitione Pontificibus permittenda agitabantur, variis exceptionibus corrupiſſe. Diſſolutum itaque ſuperius fœdus culpa Cæſaris, qui tranſacta ab adminiſtris non probaret.

Pacta a Carolo V. rata non habita.

LXXXVI. Affectata a Car. V. Italia univerſa.

Percrebuiſſe tum, addit Guicciardinus (*a*), Cæſareorum conſilia palam in id incumbere, ut univerſa Italia in Caroli V. poteſtatem redigeretur, atque ad pontificias opes imminuendas Mutina Ferrarienſi duci traderetur, Bononia Bentivolis reſtitueretur, Luca, Florentia, Senæ ac reliqua Etruriæ imperio cederent: interea Venetos cæſarea potentia perculſos de fœdere cum Hiſpanis varia habuiſſe colloquia, eaque demum ob acerbas illius pactiones, cum Hiſpani non contenti octoginta nummum millibus centum millia exigerent, admittere reſpuiſſe: acceperant enim Henricum Angliæ Regem conceptam prius in Franciſcum Gallorum Regem æmulationem commiſeratione commutaſſe (*b*). Quem quidem effuſis officiorum pollicitationibus a Gallis vincendum, ejuſque filiæ nuptias a Delphino exambiendas conſuluit epiſcopus Bajocenſis (*c*): ita enim Cæſarem demum ad pacem potius quam ad bella animum adjecturum. Quod quidem ita ſedulo Ludovica Regis mater præſtitit, ut demum Henrici Angli amicitiam eblandita optatam affinitatem junxerit: unde Gallicarum rerum erigendarum prima ſpes affulſit; ſiquidem mox poſt captum Franciſcum Anglus lætitia ingenti elatus de invadendis Galliis, partiendiſque ferro cum Cæſare conſilia inſerat, ingenſque univerſos Gallos terror repleverat, ne Anglica, Hiſpanica, Germanica, & Italica arma in unam afflictam Galliam ſuorum cædem deplorantem concurrerent: ſed cum Anglus Vaſconiam, Aquitaniam, Normanniam, Picardiam, ac regium Galliæ nomen affectaret, fœdus illud coire non potuit inter Anglum & Cæſarem, qui tot bellis feſſus majora ex pace, quam ex bello præmia ſe conſecuturum ſenſit: emergentibuſque in dies novis difficultatibus, cum jam Cæſar ob victoriam elatior paribus atque ante officiis Anglum non coleret, Pontifex vero depreſſas & afflictas res Chriſtianas Angliæ Regis fidei internuntiorum opera (ad quos datæ ea de re extant literæ (*d*) commendaret, Eboracenſis Cardinalis conſilio, pacis arbitrum inter Chriſtianos principes agere magna cum gloria maluit (*e*), quam ſi, obtrita Gallia, Cæſari ad Angliam demum opprimendam viam muniret: deſponſa autem Delphino filia, eam in fœdere formulam legemque inſeri voluit, ne qua pro Franciſco Rege liberando Gallici regni provincia, quæ tum regno conjuncta erat, ab eo divelli tradique Cæſari poſſet; acerbiſſimas enim ille conditiones pro reſtituenda Franciſco libertate, atque orbi Chriſtiano pace extorquere nitebatur, quas Belchairus hiſce verbis refert (*f*).

Veneti ab eo fœdere excluſi. Anglus Gallis conciliatus.

(*b*) *Id. ib. Belcair. l.* 18. *n.* 33.
(*c*) *Lib. lit. princ. pag.* 158.

Quantus Galliæ terror incubuerit.

Quanta Anglus exambiverit.

(*d*) *Ext. l.* 1. *lit. princip.* 157.
(*e*) *Guicc. l.* 16.

Pacis arbitrium agit. Filiam Delphino deſpondet.

(*f*) *Belcair. l.* 18. *n.* 31.

(*a*) *Guic. l.* 16.

LXXXVII. Duriores leges a Carol. V. imperatæ.

Conditiones duriſſimæ fuerunt, nempe ut Franciſcus Cæſari regni Neapolitani & Mediolanenſis principatus jure, quod ſibi vendicabat Burgundia item majore tanquam proprio Cæſaris patrimonio cederet: Borbonio Phocenſem provinciam condonaret, ut cum ejus patrimonio conjungeretur, indeque regnum nemini obnoxium conderetur: ut Anglo tam ſuo quam Cæſaris nomine ſatisfaceret. Aliæ præterea quædam addebantur, quibus conſtanter Franciſcus ſe potius captivum moriturum, quam liberis ſuis regnum ulla ex parte imminutum relicturum reſpondit: quod ſi id etiam aſſentiretur, idem tamen ut præſtet in ſua poteſtate non eſſe; antiqua enim Gallorum ſtatuta regnum imminui, niſi de trium ordinum conſenſu non permittunt, qui publicam regni utilitatem privatis Regum commodis anteferre conſueverunt. Proponerent conditiones, quæ in ejus poteſtate ſint, tum ſe earum nullam recuſaturum. Conditiones viciſſim haſce obtulit, ſe Cæſaris ſororem Eleonoram uxorem ducturum: Burgundiam majorem quaſi dotis nomine poſſeſſurum, liberis, ex hoc matrimonio naſcituris hereditariam: Margaritam ſororem Alenconii Lugduni paulo ante vita functi viduam Borbonio collocaturum: eidem quidquid ablatum ſit reſtituturum, & nonnihil præterea additurum: Anglo pecunia ſatisfacturum, libertatem ſuam magno auri pondere redempturum: ſi quando Cæſar Romam ad coronam imperatoriam accipiendam proficiſce-

Quænam a Franc. I. ſint propoſitæ.

re-

retur claſſem terreſtremque exercitum auxiliarem miſſurum.

LXXXVIII Dum in Hiſpania cuſtodia Franciſcus Rex mœrore & morbo languebat, graviora ab illo redemptionis præmia exigente, ac ter decies aureorum centena millia a Gallis oblata reſpuente Carolo V. de quo extant epiſcopi Bajocenſis literæ (*a*), atque interea cæſareæ ſervituris metu trepidat Italia, ob cæſareorum adminiſtrorum vim atque inſolentiam, factæ ſunt occultæ coitiones de potentia cæſarea evertenda. Deluſus fuerat Pontifex empti cæſarei fœderis ſpe, interque pacis & belli conſilia adeo fluctuabat, ut etiam Cæſarem præmonuerit (*b*), ne ſuos in ſe exaſperaret: Franciſcus Sfortia Mediolani dux principatu exui metuebat, illumque poſt mortem ſuam in fratrem transferri optabat: Veneti depellendi ſervitutis metus cupidi erant: Galli copias maximas ad liberandam Italiam pollicebantur: Helvetii pontificio juſſu ab Ennio Philonardo epiſcopo Verulano internuntio ſolicitati (*c*), ut octo aut decem millia lectiſſimorum militum pontificiis ſtipendiis conducta pro aſſerenda libertate Italica auxilio ſubmitterent: poſtulatum (*d*) autem eſt a Gallo Rege, ut controverſo in Italiam jure omnino cederet; Mediolanenſi quidem Sfortiarum ſtirpis cauſa, Neapolitanum vero pontificio arbitrio ac poteſtati omnino permitteret, de quo quidem in Davalum marchionem Piſchariæ transfundendo agitatum eſt, ut docent arcanæ Matthæi Giberti literæ (*e*); is enim multis & magnis in Cæſarem collatis officiis improbam gratiam referri indignatus, omnium primus (*f*) univerſos ad excutiendum Hiſpanum jugum, delendumque proditione cæſareum exercitum commoverat; ut Clemens exaratis proximo anno literis queſtus eſt (*g*): tum etiam juriſconſultos Romanos conſuluerat, num utilem dominum beneficiarium, pro ſupremo fundi domino deſerere liceret: at mutata poſtea ſententia coitionis participes prodidit, ut certiora commoda ex eorum pernicie aucuparetur: itaque Hieronymum Moronum ducis Mediolanenſis ſcrinii præfectum arcanorum omnium participem torſit, ut palam coram judicibus depromeret, quæ clam ſibi detulerat, ſeriemque coitionis panderet; qua patefacta a Franciſco Sfortia duce Mediolanenſi aliquot arces pro cæſareo exercitu ab omni diſcrimine vindicando poſtulavit: quibus potitus Mediolanum provolavit, arcemque in qua dux verſabatur vallo & obſidione cinxit: quæ res Italiam omnem majori quam unquam antea terrore perculit (*h*).

(*a*) *Ext. l. 1. lit. princ. p. 163.*

(*b*) *Guicc. l. 16.*

Conſilia agitata de evertenda Caroli V. potentia.

(*c*) *Ib. p. 165. 368. & p. 170.*

(*d*) *Ib. p. 68.*

De Marchione Davalo ad regnum Neapol. efferendo.

(*e*) *Ext. ib. p. 174. Guicc. l. 16.*

(*f*) *Clem. in lit.*

(*g*) *Guicc. l. 16. Belc. l. 18.*

Proditionis auctor participes prodit.

(*h*) *Guicc. l. 16. Belcair. l. 18. n. 43.*

Porro de liberando Mediolanenſi duce magno ſtudio inter Venetos Pontificemque & alios principes, quos cæſarea vis terrebat, certatum eſt, gerendæque rei obveniſſe occaſio viſa, cum decembris initio marchio Piſchariæ mortem oppetiiſſet, ne diutius male ſperato præmio potiretur, cum omnium ſuperiorum in Cæſarem conſiliorum architectus & ſuaſor, idemque delator extitiſſet: qua quidem nota illum Clemens (*i*) & hiſtorici (*k*) perſtringunt. At vero cum Galli cæterique fœderati Pontificem urgerent, ut communi conſenſu bellum Carolo V. indicerent, ille bella exoſus, paciſque cupidus Herreram equitem Cæſaris oratorem præſtolatus eſt, ut concordiæ, quam Cardinalis Salviatus legatus apoſtolicus cum Cæſare fecerat, capita intelligeret, experireturque num ſello orbi Chriſtiano pax reponi poſſet: at eam Hiſpanam pacem involutam fallacemque eſſe comperit, ex qua Cæſar Sfortiam, ut perduellem deturbare principatu poſſet. Itaque Pontifex ad preces ſe convertit, ut Cæſarem ad clementiam in Sfortiam flecteret: extantque eo argumento apoſtolicæ literæ (*l*) XVI. decembris die conſignatæ, quibus ſignificavit converſas ad ipſum apoſtolicas ſpes, ut pace orbi reſtituta lapſam jacentemque rem Chriſtianam erigat, ac pro tuenda Dei gloria ac fide ſacroſancta propaganda ſe accingat, conceptamque de ſe optimi & moderati animi opinionem toties ore pontificio apud omnes celebratam non fallat; ex quo enim a cæſareis ducibus Mediolanenſis principatus, obſeſſo duce Sfortia, occupatus eſt, ſublatam omnem redigendæ in concordiam Italiæ expectationem, certumque illius exitium imminere; jam tum cunctos, quibus terrori erat, illius potentia conturbatos omnibus precibus a ſe petiiſſe, ne veri Pontificis Italique principis officium in vindicanda in libertatem Italia prætermitteret: ſe jam antea prænunciaſſe quæ ſecuta erant. LXXXIX.

Sublatus e vivis.

(*i*) *Lib. lit. princ. p. 177. in aliis in lit. 23. jun. ann. 1526.*

(*k*) *Guicc. & Belcair. ubi ſup.*

Solicitatus Cæſar ut Mediolanenſi ignoſcat.

(*l*) *L. 1. lit. princ. p. 177.*

Licet vero Clemens ipſe de cæſareo erga ſedem Apoſtolicam animo ambigeret, cum pontificiis promeritis Carolus non reſponderet, multæque ab ejus adminiſtris inferrentur injuriæ, nullum tamen cum aliis fœdus in illum percuſſiſſe ſignificavit; immo poſt Herreræ equitis adventum perſpicue demonſtraſſe, cæſaream amicitiam amplexurum ſe omni ſtudio, dimiſſurumque alia conſilia, quoties bonæ cæſareæ voluntatis ac publicæ pacis, necnon libertatis principum Italiæ confirmandæ ſpes affulſerit: hanc vero occupato a ſuis Mediolanenſi principatu, penitus abſciſſam: proinde Carolum ipſum XC.

ſum rogavit, ut cæſareæ fidei egregiæque voluntatis exemplum & pignus in ancipiti rerum diſcrimine daret; propterea conveniſſe cum duce Sueſſæ & equite Herrera reſponſum cæſareum bimeſtri flexu expectatum iri, reclamantibus fœderatis omnibus, qui nullas liberandæ ſervitutis Italiæ moras trahendas ſentiebant: verum ingentes ſe concepiſſe ſpes de cæſarea benignitate & elementia, atque ita ſe illum geſturam, ut conſilium pontificium utile ac prudens omnibus videatur: alioquin non ſine acerbo dolore ab amore cæſareo ſe diſceſſurum: cæterum indueret ipſe Cæſar pontificiam perſonam, perpenderetque qua tandem ratione oppreſſis ſubveniri poſſet, maxime cum eadem ruina Etruria obruatur, ac pontificii ſit muneris jus ſuum cuique reddere: invitum prorſus ſe neceſſitate cogente amplexurum belli conſilia (quæ Deus avertat) metuere ſe ne plurimum deſperatio ſuperiora bella ad majora, quam unquam antea, calamitatum genera inferenda ſuſcitet, ad quæ avertenda ſpem unicam in ipſo Cæſare præchariſſimo filio collocatam: adeſſe jam temporis occaſionem, qua cæſarea majeſtas concepta animo, totieſque decantata de pace Italicaque libertate tuenda, concepta conſilia reſtituto duci Mediolanenſi principatu, omniumque Italorum animis formidine ſervitutis liberatis, ad exitum perducere poſſit. Si vero duci Mediolanenſi obiiciatur, illum contra cæſaream majeſtatem conſpiraſſe, proponat ſibi ipſe Cæſar ducem tot injuriis affectum fuiſſe, ut perſpectis rerum circumſtantiis commiſſa culpa venia deleri debeat, cum illius perduellionis cauſa aliis potius adſeribenda ſit, cujus author maximus jam forte apud divinum tribunal pœnas luat: cæterum niſi interdum deliquerint homines, nullum apud principes, maximeque apud Cæſarem, cujus nomen benignitatem & indulgentiam ſpirat, clementiæ locum futurum. His Clemens preces addidit, & Carolum ipſum per fuſum a Chriſto cruorem oravit obſecravitque ut pacem Chriſtiano orbi daret, datumque ſpecimen ſinceræ fidei ac ſuſceptum de aſſerenda priſtinæ libertati Italia conſilium opere compleret, ex quo omnes ſibi devincturus ſit, junctoque cum cæteris principibus communi fœdere res ſuas confirmaturus; redintegrata vero Italica pace ad altiora & majori gloriæ ſplendore illuſtrata conſilia, quæ pontificio animo alte ſemper hæſerunt, viam ſtratum iri.

Cunctatur nimium Clemens in conſiliis expediendis.

Rogatus Carol. V. ut clementia in Mediolanenſem utatur.

XCI. Suaſit etiam, ut æquis & honeſtis legibus cæſareæque dignitati perhonorificis Franciſcum Gallorum Regem e cuſtodia emitteret: horum enim operum gloriam immortalitati conſecrandam, neque ulla temporum invidia obſcuratum iri: principatus quidem, & victorias, & regna morte vel tempori conſumi; at vero Chriſtiana re inſtaurata, & cœleſtem felicitatem, & æternum apud poſteros nomen ſibi comparaturum: morem gereret amantiſſimi patris conſiliis, morem gereret juſtis & honeſtis apoſtolicis precibus, quas ſi admiſerit, non modo illi decumas, aut de cruceſignatis expeditionibus diplomata, aut pileos cardinalitios, & omnia divinæ & humanæ poteſtatis beneficia, ei ipſi deferre, verum ſanguinem quoque ac vitam ſuam pro ejus amplificatione gloriæ & nominis ſe profuturum inpoſterum, atque tanto amore & honore Cæſarem complexurum, ut numquam ab illius voluntate & conſiliis diſceſſurus ſit. Aſcripta eſt pontificiis hujuſmodi literis dies XVI. decembris MDXXV.

Promiſſa Pontificia Carol. V. data.

XCII. Non aſſenſit pontificiis precibus Carolus V. ſed privati commodi umbram inanem conſectari maluit, quam permiſſo Sfortiæ principatu Mediolanenſi Italiam ab inteſtinis bellis, Galliam a luctu Germaniam ab hæreticis, Hungariam a Turcis, orbemque ac ſe & ſuos ab innumeris impendentibus malis vindicare: licet enim eaſdem preces proximo anno repetierit Pontifex, flecti ſe non eſt paſſus (a), immo geſta hæc exprobravit, a quo tamen inter hæc nonnullis beneficiis affectus eſt: ſolutus enim eſt lege de gradibus conſanguinitatis, ut Luſitaniæ Regis ſororis opulentiſſimas nuptias celebrare poſſet. Conſueverant etiam veteres Aragonum Reges ulteriore potiti Sicilia, a clero Trinacrio annuum vectigal claſſis adverſus Mauros mare infeſtantes inſtruendæ cauſa, quod regium donativum vocabant, exigere: at cum Leo. X. in poſtremo concilio Lateranenſi, intentatis gravibus pœnis, ſtatuiſſet, ne ſine Pontificis Romani facultate quis princeps quacumque ſpecie honeſta a clero pecuniam exigeret, animi religione perſtrictus Carolus V. a Leone multis precibus obtinuit, ut ad arces in Africæ ora ſitas contra barbarorum impetus muniendas regium ejuſmodi munus veteri more triennio, ac deinde ob nonnullas cauſas altero proxime ſequenti accipere poſſet: demum iterum Carolus a Clemente VII. illud ad triennium elicuit, ejuſque adminiſtris, qui evoluto ſexennio cenſuras in vectigali extorquendo a ſacerdotibus contraxerant, venia data. Adiecta eſt hiſce literis hæc loci & temporis nota. *Dat. Romæ die* XXI. *maii MDXXV. pontificatus noſtri anno* II.

Mala conſilia ſequitur Carol. V.

(a) *Guic. l.*16.

XCIII. Hebræorum Arabum legatio ad Pont.

Obita eſt hoc anno Hæbreorum Arabiam incolentium apud ſedem Apoſtolicam legatio, qua Regis Arabiæ deſertæ ſtirpe Hebræi frater perſunctus conjunctionem armorum contra Mahometanos Arabes, ac Turcas cum Chriſtianis pontificiamque apud Reges commendationem flagitavit, ut tormenta ænea, quibus Mahometis cultores valebant, obtineret: cum vero nulli alii cum Arabibus, quam Luſitani ob Indicas navigationes inque Erythræum & Perſicum ſinus excurſiones, vel orientales Æthiopes, qui ab Arabia Erythræo mari disjuncti ſunt, commercia haberent, Clemens Hebræum oratorem ad Luſitanum & Abyſſinum Reges dimiſit, eoſque hortatus eſt, ut re univerſa rite explorata, cum Hebræis Arabibus pro fidei Chriſtianæ amplificatione paciſcerentur; quo argumento hæ ad Æthiopum, qui jam ante paratam ad omne obſequium voluntatem Romano Pontifici ut Chriſti in terris vicario detulerat, extant literæ (a).

Ad Luſitanos remiſſa res.

Et ad Æthiopiæ Regem.

(a) Lib. brev. an. 1525. p. 48.

Pontificiæ ad illum de ſumma rei lit.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro David Alnazarani Abbaſſiæ, & Æthiopiæ Regi illuſtri.

Chariſſime, &c. Ductus eſt ante conſpectum noſtrum is, qui ſerenitati tuæ has literas reddet, David Salomonis Hebræus ex deſerta Arabia ac monte Thabor, ut ipſe retulit profectus, ubi innumerabilem ſuæ gentis multitudinem ſedes habere, ſeque in ea regio ſtemmate ortum, fratremque Regis enarravit. Cauſa autem tam longi itineris atque ad nos profectionis ſuæ eam fuiſſe interpretes explicarunt, ut cum inter eius gentem prædictam Mauroſque & Arabas Mahometis cultores finitimos gravia bella intercedant, quibus ipſi nulla in re, præterquam tormentis æneis inferiores ſint, nos eius gentem adverſus communes hoſtes Mahumetanos vel ope vel commendatione apud Chriſtianos Reges noſtra iuvare vellemus; id enim ſi fieret pollicitus eſt & ſuam gentem hoc beneficium ſedi Apoſtolicæ ac nomini Chriſtiano obnoxiam ſemper fore, & ſuperatis Mauris finitimis, quod inter loquendum videbatur confidere, aliquod magnum commodum vel Ægypto per ipſos Hebræos oppugnanda, vel Turcis aliqua ea parte laceſſendis ad Chriſtianos pervenire poſſe. Hæc nos, qui remoti ab illis locis longe abſumus, neque cognoſcere penitus cuiuſmodi ſint, ex ipſius David relatione potuimus, neque voluimus omnino negligere; ſed eum ita cupientem, & petentem primo ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Joannem Portugalliæ & Algarbiorum Regem illuſtrem, deinde ad ſerenitatem tuam dirigere inſtituimus, ut cum uterque veſtrum, tuaque præcipue ſerenitas eorum & locorum & hominum notitiam habere, vel explorare certius poſſit, huic fidem pro compertis habere, opemque ſi vobis ita videatur, præſtare poſſitis; cum præſertim ad vos ambos ſi quid hinc commodi futurum eſt & maius & celerius quam ad Chriſtianos cæteros procuraturus ſit.

Nos igitur, qui ſerenitatem tuam in Æthiopiæ ora crucis vexillum tenentem chariſſimi in Chriſto filii loco habemus, paternaque benivolentia & amore peculiari proſequimur, ſicut non inviti hanc occaſionem ſalutandi & ſcribendi ad te accepimus; ita hunc hominem benigne a te audiri, & ſi quid vel tibi in propinquo regnanti, vel Chriſtianis cæteris commodi afferre poſſe videatur, foveri & iuvari optamus: quod enim adverſus Mahometanos, qui tantum orbis Chriſtiani noſtris ex diſcordiis & peccatis occupant, noſtriſque aſſiduas inferunt clades, bellandi ſe cupidos oſtendunt, ſoleatque interdum Deus inimicos caſtigare cum inimicis, eos licet Hebræos noſtra apud te commendatione dignos iudicavimus; tua vero ſerenitas hac in re tantum deinde exequetur, quantum & virtuti & prudentiæ conveniet ſuæ. Dat. Romæ IV. februarii MDXXV. pontificatus noſtri anno II. Mirum eſt Chriſtianos inteſtinis bellis implicitos officii admonitos fuiſſe ab Hebræis, ut arma in oriente Turcis inferrent, opemque ad Syriam vel Ægyptum invadendas pollicitos; quo tempore maxime Turca ad opprimendum occidentem ſe comparabat.

XCIV. Mirum fuit admonitos ab Hebræis Chriſtianos ut ſe in Turcam conjungerent.

Mexicani ſubjecti a Ferdin. Corteſio.

Hoc anno Ferdinandus Corteſius finitimis Mexici provinciis perluſtratis, plures populos ſubegit, quibus ſignificabat, ſe miſſum a maximo Imperatore, ut legem Chriſti, unicum Deum adorari evertique idola præcipientis, doceret; dæmonis dolos, quibus ipſos in infernum ac nunquam intermoritura ſupplicia rapiebat, aperiret, necnon improbos plecteret, ſelicis immortalitatis præmia, atque alia fidei noſtræ myſteria exponebat: quibus auditis barbari non modico ſtupore defixi hærebant. Ad tollendum autem ferinum humanæ ſaginæ morem, Mexicanum, qui pedem interfecti hominis comederat, publice ſpectantibus omnibus barbaris flammis exuri juſſit, ut facinoris horrorem injiceret. Progreſſus Tatahuytlapanum, deſertum oppidum reperit, omnibus metu diffugientibus, exceptis viginti idolorum ſacerdotibus, qui in templa remanſerant, eo quod omnia idola a Ferdinando Corteſio confringi acceperant, tantoque oppreſſi erant dolore,

Deterriti ſupplicio ab humanæ carnis eſu.

Idola confracta.

ut

ut manantibus oculis lachrymis, ac voce interpuncta ſuſpiriis una cum diis ſuis in avita lege perire velle profiterentur, qui ab inſania & impia ſuperſtitione reſipiſcere juſſi ſunt.

XCV. Dæmon ſibi virgines immolari jubet. (a) Pag. 249. Colliſum illius idolum.

Movit dein caſtra Corteſius ad Tenticaccacum, ubi plura ſuperba templa adulterinis diis ſacra ſurgebant, quorum maximum dicatum (a) erat deæ, cui pulchellæ Virgines immolabantur: ſin vero virgines non eſſent, dæmon iis graviter ſuccenſebat: atque ideo puellas a prima pueritia conquirebant, opipareque educabant barbari; a quibus cum hæc audiſſet Corteſius, ipſis Chriſti hæc prohibentis legem, tum cæſarea imperia expoſuit, omniaque idola colliſit: ex quo illi magnum dolorem cœpere.

Rex & principes Mexicani ob conjurationem affecti ſupplicio.

In hac expeditione patefacta ſunt Ferdinando conſilia Mexicani Regis Quahutimoci, quem ſecum ducebat, de ipſo cum Hiſpanis trucidando, ac Mexico eripiendo cum Hiſpani abſente eodem Corteſio mutuis inter ſe odiis certarent: factam conjurationem fatentes Regem ac principes Mexicanos laqueo ſtrangulari juſſit (b). Improbat author illatam Regi necem, necnon ſupplicia ipſi varia illata, ut abſconditos theſauros indicaret, cum potius ut ampliſſima gloriæ materies vitæ reſervandus fuiſſet.

(b) Pag. 25. & 252. Exuſta in aliis locis lignea idola.

Eo ſublato territus Apoxpalon Izcanaci princeps Corteſii juſſu præſentibus Hiſpanis innumera deorum lignea ſimulacra exuſſit, ſpopondítque (c) nullam poſthac ſtatuam adoraturum, beneficentiæque Caroli V. principatum relaturum. Extulit (d) inde ſigna Corteſius in Taycam, ac toparcham ad ſe venientem humaniter excepit; in cujus procerumque præſentia miſſæ ſacrificium a ſacerdotibus ſolemni ritu & concentu eccleſiaſtico peragi juſſit (e), ut barbari cæremoniarum majeſtate ad divinum Numen colendum pellicerentur.

(c) Pag. 252. (d) Pag. 254.

(e) Pag. 262. Barbaris expoſita fidei Chriſtianæ myſteria.

Dein Chriſtianæ fidei myſteria iis opera interpretis expoſita fuere, pollicituſque eſt princeps barbarus, ſe omnia idola concrematurum, cupidiſſimumque ſe oſtendit diſcendorum rituum, quibus Deus coleretur: tum crucem, ut in oppido eam excitaret popoſcit. Reſponſum ipſi crucem datum iri, deinde religioſos ſacerdotes, qui Chriſtiana lege ipſos erudirent mittendos. Interea cum Ferdinandus Corteſius in longinquas terras diſcurreret, ſparſa eſt inter Hiſpanos fama (f), ipſum una cum ſuis circumventum a barbaris occubuiſſe, perlatumque fuit in Mexicano regno omnia ad rebellionem prona ob inteſtina præfectorum bella: quibus malis, ut mederetur, poſt imploratam divinam opem, Mexicum eſt regreſſus.

(f) Pag. 164.

CXVI. Jucaiæ inſulæ in novo orbe repertæ. (g) Petr. Mar. dec. 7. c. 1.

De ſecundis ejus rebus meminit Petrus Martyr, qui hoc anno Franciſci Mariæ Sfortiæ Vicecomitis ducis Mediolanenſis poſtulatis incitatus, ſeptimam de rebus orbis novi decadem compoſitam illi inſcriptam edidit (g), in qua de Jucais inſulis repertis, quas Hiſpani depopulati ſunt, ut miſeram gentem funeſto aurifodinarum miniſterio addicerent, cum illam cœleſti imbuere doctrina, immortalitate non morte afficere debuiſſent: *Has*, inquit, *fatentur habitatoribus quondam fuiſſe refertas, nunc vero deſertas, quod ab earum denſa congerie perductas fuiſſe miſeros inſulares ad Hiſpaniolæ Ferdinandinæque aurifodinarum triſte miniſterium inquiunt, deficientibus ipſarum incolis tum variis morbis & inedia, tum præ nimio labore ad duodecies centena millia conſumptis. Piget hæc referre; ſed oportet eſſe veridicum: ſui tamen exitii vindictam aliquando ſumpſere Jucai, raptoribus interfectis, &c.*

Duodecies centena millia Jucainorum in aurifodinis conſumpta ab Hiſpanis.

XCVII. Jus gentium violatum ab Hiſpanis;

Addit author Hiſpanos his malis illatis non contentos, duas naves ad Jucaias tranſmiſiſſe, & cum deliniviſſent barbaros, qui ad amplectendum Chriſti evangelium erant paratiſſimi, violato gentium jure magnam eorum multitudinem intra naves pellectam rapuiſſe: ſed earum alteram fluctibus merſam, alteram infandum ſpolium in Hiſpaniolam advexiſſe, conquerente graviſſime de admiſſo flagitio fidei cenſore. De Bachalais addit, eos a Chaboto Anglo repertos anno MDXXIV. Chicoranum vero dynaſtam Chriſti legem ſuſcepiſſe, huncque giganteæ eſſe proceritatis. Ut vero apud barbaros naturæ legibus ductos regium munus exerceretur, ita exponit.

Bachalai inventi.

XCVIII. Regium munus ut exercitum a barbaris.

Nulla eſt Regi alia cura præterquam de ſementibus, & venatu, ac piſcatione: quidquid plantatur, aut piſcatur & venatui indulgetur; quidquid per alias artes efficitur, ad Regis imperium fit: viritim exercitia dividit ad libitum: collectæ fruges in regiis gregantur horreis, inde ad uſum populi toto anno pro cujuſque familia dividuntur. Eſt ergo regulus uti Rex apum ſui gregis oeconomus & diſtributor. Aurea erat illis ætas, meum ac tuum, ſemina diſcordiarum aberant: pilæ, ludis, & choreis, ac venatui, & piſcationi reliquo a ſementibus & meſſibus anni tempore indulgebant. De foris judicialibus, de litibus, de jurgiis aut rixis inter vicinos nulla mentio: Regis arbitrium pro lege habebatur. Idem in cæteris ſervabatur inſulis: in omnibus erant parvo contenti.

XCIX.

Jucajas fuiſſe quondam ſimul conjunctas, majorum traditione in poſteros propagatum eſt; ſed vi tempeſtatum paula-

tim abſorpta tellure interfluente pelago disjunctas fuiſſe, tradit Petrus Martyr (*a*): de quibus quidem inſulis & magna alia Americæ parte, quæ ab Africa non longo intervallo diſſita erat, quamque Oceano merſam veteres memorant, illud Iſaiæ vaticinium (*b*) pronuntiatum videtur: *Væ terræ cymbalo alarum, quæ eſt trans flumina Æthiopiæ*. Deinde vates de evangelicis præconibus, qui evangelium Americanis illaturi erant, ſubdiderat; *Ite angeli veloces ad gentem convulſam & dilaceratam, expectantem & conculcatam ad populum terribilem, poſt quem non eſt alius ad gentem cujus diripuerunt flumina terram ejus*. De eadem gente trans Æthiopicum mare ſita ac poſtrema (nam orbe ab Hiſpanis longo per occidentem circuitu emenſo eam poſtremam eſſe inventum eſt) ad Eccleſiam traducendam ſubjunxerat propheta: *In tempore illo deferetur munus Domino exercituum a populo divulſo & dilacerato; a populo terribili, poſt quem non fuit alius; a gente expectante & conculcata, cujus diripuerunt flumina terram ejus, ad locum nominis Domini exercituum montem Sion*. Quem quidem populum fuiſſe vere divulſum & dilaceratum, non tantum ob inſitam eorum ferinam barbariem, verum etiam ab Hiſpanis, qui ardentes avaritia illum intoleranda ſervitute attriverunt; deſcribit idem Petrus Martyr, qui Regi catholico a ſecretis erat, additque Hiſpanos, cum in eas terras profectionem meditantur, profiteri ſe augendæ religionis ſtudio moveri, ſed poſtea nullas leges ab Rege iis impoſitas ſervare; ſic enim ait: *Legum namque illis præbitarum ſanctiones me teſte, qui eas quotidie cum reliquis collegis verſavi ſunt ad juſtum & æquum adeo formatæ, ut nil ſanctius eſſe queat. Conſtitutum eſt quippe ab annis pluribus, ut benigne, ut pie, ut pacato cum novis illis nationibus ſub ætatis ſplendore natis agatur; utque reguli cum ſuis ditionariis ex regia beneficentia cuique aſſignati more vectigalium ſubditorum & ditionariorum non ſervili modo tractentur; ut carnium & panis debita portione præbita ad laborem ſuſtinendum bene depaſcantur; ut neceſſaria cuncta & diurnæ foſſionis præmium indumentorum, aut deſtinatorum ornatuum veluti mercenariis præbeantur, ne ad nocturnam quietem cubicula deſint, ne ante ſolis exortum excitentur & ante veſperam reducantur; ut quibuſdam anni temporibus ab aurifodinis liberi ad Juccæ radicis & Maiicii frumenti ſationes intendant, ut feſtis diebus ab omni opere ceſſent, templis aſſiſtant: peractis mox ſacris aſſuetis, eos incumbere ludis & choreis permittant, & hinc cætera prudenti humanaque rationibus per jureſconſultos perque religioſos viros compacta. Sed quid? ad orbes tam peregrinos, tam exteros, tamque longinquos per decidentem oceanum, qui cælorum rotatos curſus imitatur delapſi, a prætoribus diſtantes, auri cæca rapti cupiditate, qui mitiores agnis hinc abeunt, applicati rapaces in lupos commutantur, regiorum omnium mandatorum immemores: & redarguuntur, & multantur, & plectuntur multi: quanto diligentius hydræ capita ſcinduntur, eo plura pullulare videmus. Proverbio illi:* Quidquid multis peccatur inultum reſtat. *Inhæreo: novas nunc iterum conſtitutiones ordimur, & novos mittere rectores cogitamus, experiemur quid ſors velit in relictis, an ut liberi eſſe debeant, nec ab invitis labor ullus, aut ſine pretio exigatur hæſitamus: inter varias namque virorum gravium opiniones trahimur in ambiguum, religioſorum præcipue profeſſionis dominicæ ſententiis, qui ſuis nos chirographis movent, in adverſum multo ſatius fore illiſque ſecurius, ac ad utramque corporis & animarum ſalutem utilius, ſi ad perpetuum hereditarium obſequium deſignentur arguentes, quam ſi temporaneis abdicantur miniſteriis; quoniam, hi quibus hactenus fuere commendati, ad Regis arbitrium, & alterius abſentis nomine uti mercenarii rem tractabant, cum ne a ſe tollantur poſt aliquot annos, uti fieri ſolet, vereantur, nullam contra ſanctarum legum capita de miſerorum commodis curam gerentes in aurifodinis ad necem uſque ſenum utrumque, nec ætatis reſpectu habito, dum auri ſitim ſuam heriquc explerent, macerabant; his neque ad victum neceſſaria præbebant, neque illorum ſaluti, ſi præ inſueto ac nimio labore cadere contingeret, conſulebant. E converſo ajunt eum, qui ſuo heredi deſignatos Indos tranſmittendos intelligit, tanquam in re propria non modo ut incolumes ſerventur, operam dabit, ſed ut augeatur eorum numerus per uxorem & natorum recepta blandimenta ſtudebit*. Gravis alia ratio ad addicendos in ſervitutem barbaros additur, nimirum juvenes in Chriſtiana fide educatos ob laſciviam ac deſidiam rediiſſe ad priora ſcelera, atque ipſos ſacerdotes, a quibus fuerant inſtituti, contrucidaſſe; ac dum in ſenatu de libertate barbaris concedenda agitabatur, a viris religioſis oblatum fuiſſe libellum ſupplicem, quo vitia horrenda Americanorum, qui in continente verſantur, recenſita ſunt, ne potiri libertate permittantur: obſervat tamen eos, qui ipſos oppreſſere, non impune abiiſſe: plures etiam Hiſpanos, cum im-

pe-

(*a*) Decad. 7. c. 2.

(*b*) Iſai. c. 18.

Sancitæ leges a Rege latæ ſed non ſervatæ.

Auri cupiditate violatæ.

perandi ambitione inter ſeſe diffiderent, miſere confixos ſagittis in ſaginam barbarorum verſos; pluresſque duces, qui varias regiones ſubegerant, triſti exitu extinctos.

Fugati dæmones & typhones ſopiti vi Euchariſtiæ.

(a) Cap. 9.

C. Interjectis pluribus hoc dignum memoratu obſervat (a), ex quo nempe in inſula res divina freqaenter fiat, typhones conſopitos, dæmonumque ſpectra evanuiſſe: *Furacanas*, inquit, *vocant incolæ rabidos ventorum illos turbines, qui radicitus eruere grandes arbores & ſæpe diſjicere domos ſolebant*, & infra: *His furacibus noſtro more typhonibus a primordiis occupatæ Hiſpaniolæ a noſtris maxime venabantur, quibus flantibus infernos ſæpe dæmones fuiſſe viſos aſſerunt; ceſſaſſe vero calamitatem illam horrendam aiunt, ex quo frequentatum eſt Euchariſtiæ ſacramentum: in inſula neque dæmones ultra viſos qui familiariter antiquis noctu ſolebant ſeſe oſtendere; idcirco Zemes ipſi ſuos, id eſt adoranda ſimulachra ex ligno vel ex goſampio ipſo farcita uſque ad lapideam duritiem ad lemurum ſimilitudinem conficiebant: quo pacto ad homines deterrendos ab erroribus pictores lemures depingunt parietibus.*

Caſtitas in ſacerdotibus exacta.

CI. De impiis ac inanibus barbarorum ſuperſtitionibus plura recenſet author, honeſtatem tamen a ſacerdotibus eorum cultam narrat: *Sacerdotibus eorum*, inquit, *expedit ab omni luxu cavere: ſi quis a caſto conſilio pollutus repireretur, vel obrutus lapidibus interiret, vel combureretur: Deo illi ſatori placere pudicitiam arbitrantur. Quo tempore jejunatur, & orationibus intenditur, lota, fricataque facie, cum alias pictis ſemper ambulent, manibus atque oculis in cœlum erectis vivitur, & non a pellicibus modo aut alias actu venereo, ſed ab uxoribus ipſis abſtinent. Viri ſunt adeo ſimplices, ut animæ nomen imponere nullum ſciant, neque vim ejus intelligant; unde quidnam id indiviſibile ſit, ac non intelligibile, a quo membra hominum ac brutorum moveantur, admirati muſſitant; neſcio quid arcanum poſt vitam corporalem victurum eſſe aiunt. Credunt, poſt peregrinationem hanc ſi ſine labe quis vixerit, creditamque ſibi maſſam ab injuria in quemquam reſervaverit, ad æternam felicitatem quamdam iturum: e contra ſi detrudi aliqua cœnoſa libidine, aut violenta rapina, vel excandeſcenti furore illam patietur, paratas mille torturas aiunt in tetricis locis ſub centro reperturum: & hæc dicendo manibus elevatis cœlos oſtendunt: dein demiſſa dextera terræ uterum ſignant.*

Quid de altera vita ſentiant.

(b) Petr. Martyr. dec 8. c. 8.

CII. De Chiribichenſibus (b) inſtituto ſermone refert magicas artes apud eos maxime vigere, ita ut imperio dæmonis in ſubterraneis ſpecubus aſperrimo vitæ genere magiſtri, quos piaces vocant, tyrones macerent, qui deinde monſtrifica arte imbuti evocare ſolent dæmonem, ut de futuris ex ipſorum furentium atque in terram proſtratorum labiis reſpondeat; idque a Chriſtianis ſacerdotibus veriſſime compertum demonſtrat (c) his exemplis: *Bene fortunatus frater Petrus Cordubenſis omnium judicio vir ſanctus regionis Andaluſiæ ordinis Prædicatorum viceprovincialis, quem ſolus augendæ fidei ardor ad eas traxerat ſolitudines, ſolo Dei auxilio fretus Piacium illorum arcana ſtatuit indagare, & an Dæmone preſſi vaticinarentur, darentque more Delphici Apollinis reſponſa, voluit præſens intelligere: vero verius eſſe cognovit. Piaci ſuis carminibus intento voluit adeſſe: coram eo ſemel res acta eſt: ac ſi cuniculum rapaſſet melampus, ita Piacem ſolo jactatum reddidit ſpiritus exanimem. Admirabundus pater ille ſacerdotalem ſibi ſtolam accinxit: affert dextera ſanctificatam aquam, ut ramulo jacentem irroraret, ſiniſtra Chriſti crucem. Jacenti proximus, hæc verba protulit: ſi dæmon es, qui hunc ita fatigas, per hujus inſtrumenti ſibi bene noti virtutem (& crucem protendit) adjuro te, ne ſine noſtra venia inde audeas exire, quin prius ad interrogata reſpondeas. Multa Latino ſermone, non pauca Hiſpano idiomate ſe fuiſſe percunctatum affirmat ſanctus pater ille; ad quæque reſpondiſſe jacentem ordine ſuo inquit, non Latine tamen aut Hiſpanicæ, ſed eo ſermone, quo Piaces enutritus eſt, in ſenſu vero nil devians. Miſcuit unum præter cætera bonus frater: En dic, poſt hujus corporei carceris exitum animæ Chiribichenſium quonam proficiſcuntur? Ad ardentes æternaſque flammas nos ipſi raptatas trahimus, ut una nobiſcum ſuorum operum obſcænorum pœnas luant, ait. Hæc Chiribichenſibus multis ex fratris mandato præſentibus acta ſunt. Wulgatam per regionem univerſam eam famam nihilo a priſcis malis moribus deterruiſſe Chiribichenſes quin eodem ordine ſuos exequerentur appetitus, conqueritur frater Thomas. His actis bonus Cordubenſis in Piacem jacentem verſus inquit: Diſcede ab hoc homine ſpiritus immunde. Eo verbo prolata Piaces repente ſurrexit ſed ſtupidus, adeo ut alienus a ſeipſo diu ſteterit vix plantis inhærens. Ubi primum loqui poſſe datum eſt, maledictis & gravibus querelis abeuntem inſectatus eſt hoſpitem, qui tanto tempore corpus ejus maceravit. Garſias Loaiſa bicolorum & ipſe* con-

(c) Id. ib. c. 9.

Explorat ſacerdos num vere dæmon magum inſideat.

Sacerdotum Chriſti imperium in dæmonem.

Reſpondet coactus dæmon.

De pœnis alterius vitæ barbari certiores facti a dæmone. Non reſipuere propterea. Pulſus dæmon a ſacerdote.

concionatorum frater, quem ut aſſerit, beasitndo tua ſub rubro galero ad ſuæ regulæ apicem evenit, nunc conſcientiæ Cæſaris refricator, & Oxomenſis antiſtes, noſtrique ſenatus Indici princeps, Cordubenſem eum fratrem Petrum ait omni laude dignum & veridicum eſſe. Et infra: *Quid de anima ſentiant nunc dicamus. Animam eſſe immortalem fatentur: exutam veſte corporea ad montanas proficiſci credunt ſilvas; ibique in ſpeluncis perpetuo agere: neque cibum neque potum eis tollunt, quin & illic depaſcantur: auditas e ſpecubus voces reſponſivas quas echon Latinus appellat: animas eſſe per ea loca vagantes arbitrantur: crucem eos venerari cognoverunt licet aliquantiſper jacentem hoc modo, ⋈; alibi pacto hoc, |⊠|, circumdatam lineis naſcentibus eam apponunt: dæmones aufugere ab eo inſtrumento credunt. Si quid noctu formidoloſum aliquando viſum eſt, crucem ſiſtunt: purgari locum eo remedio dicunt. Undenam hæc, & ſermones quos non intelligunt didicerint interrogati, a majoribus ad juniores tranſmeaſſe mores rituſque illos reſpondent.*

Immortalitas animæ cognita a barbaris.

Cruce uſi Chiribichenſes ad fugandos dæmones.

CIII. Hoc anno, cum ſanctitatis & miraculorum Jacobi Picentis Minoritæ, fama in dies inclareſceret, Pontifex Caroli V. precibus permotus publica acta ſolemni ritu ab Aſculano & Camertino epiſcopis confici juſſit (*a*), de cœleſtibus virtutibus, quæ a Deo ob imploratam ejuſdem beati viri opem editæ fuerant.

(*a*) *Ext. apud Wading. to.* 8. *an.* 1525. *n.* 9.

Venerabilibus fratribus Aſculano, ſeu ejus in ſpiritualibus vicario generali, & Camerinenſi epiſcopis.

Pro parte chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Romanorum & Hiſpaniarum Regis catholici, in Imperatorem electi, nobis expoſitum fuit, quod corpus Jacobi de la Marcha ordinis fratrum Minorum regularis obſervantiæ, dum in humanis ageret, profeſſoris, viri paupertatis, humilitatis, caſtitatis, vigiliarum, jejuniorum, reliquarumque corporis fatigationum, hilari animo pro Dei amore cultoris, mandatorumque ejus, in cujus via ambulavit vigilanter, imitatoris, apud eccleſiam domus B. Mariæ novæ Neapolitanæ dicti ordinis humatum pluribus claruit miraculis, & in dies claret, adeo ut divina clementia illum inter beatos ſuos retuliſſe pie credatur; & propterea ſummopere deſideraret ob ſingularem devotionem, quam ad dictum Jacobum gerit, per nos mandari generalem inquiſitionem fieri de vita, moribus, & fama, humilitate, continentia, charitate, patientia, cæteriſque virtutibus, ac vitæ ſanctimonia, & miraculis, quæ illic eo intercedente operatus eſt, & quotidie operatur Altiſſimus, ut ad canonizationem ipſius procedi poſſit; nos moti inſtantiſſimis ipſius Caroli Regis ſupplicationibus, ac iis, quæ de doctrina & vitæ ſanctitate ipſius Jacobi crebro dicuntur per graves viros, habito ſuper hoc venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium conſilio & deliberatione, fraternitati veſtræ de qua in his & aliis plurimum in Domino confidimus per præſentes committimus & mandamus, ut ſi per generalem hujuſmodi inquiſitionem videbitur & conſtiterit, ſuper quo veſtram conſcientiam oneramus, probationes eſſe tales, ut per eas poſſit ad ſpecialem inquiſitionem procedi & deveniri nobis aliter non conſultis, cum de doctrina, fide, & religione veſtra plurimum in Domino fiduciam habeamus, ad ſpecialem inquiſitionem ſuper præmiſſis in provincia iſta Marchiæ, de qua oriundus eſt, & in qua multos annos vixit dictus Jacobus, ac aliis adjacentibus provinciis deveniatis, articuliſque & interrogatoriis datis, promotoreque fidei adhibito, citatione legitima præcedente, teſtium productorum juramenta recipiatis, & juxta interrogatorium & articulorum formam examinari diligenter curetis, & eorum dicta in actis fideliter redigi mandetis, juraque & monumenta recipiatis, quæ ad negotium hujuſmodi facere videbuntur, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die XIII. *julii MDXXV. pontificatus noſtri anno* II.

Jacobus Picens miraculis clarus.

Porrectæ Pontifici de eo inter ſanctos referendo preces.

Inſtituta a Pont. de miraculis actio.

CIV. Hoc anno (*b*) cœpta eſt Capucinorum ſacra religio authore Matthæo de Baſſio Minorita ſanctimonia & miraculis clariſſimo. Is divino inſtinctu collabens Franciſcanum inſtitutum in priſtinam dignitatem vindicare, accepta ea forma habitus, quem olim S. Franciſcus geſtarat, aggreſſus eſt, cum pluribus divinæ voluntatis argumentis ad id incitatus eſſet; profectuſque Romam a Clemente VII. in cujus conſpectum a Dei angelo ignaris cubiculariis adductus eſt, vivæ vocis oraculo geſtandi dicti religioſi cultus, & ſervandæ, ut ajunt, ad literam conſcriptæ a ſancto conditore religioſæ vitæ formulæ poteſtatem conſecutus eſt: plura vero gravioraque a præpoſitis, qui ab hac novitate abhorrebant, perpeſſus, ſumma conſtantia demum obtinuit triennio poſt diploma, ut ſodales ſacerdotes ac laicos ſibi aggregare, ac vitam rigidiorem & eremiticam ducere poſſet; quamvis poſtea e Capucinorum familia, ut liberius proximorum ſaluti operam daret, abierit, & res admirandas ediderit: ſed divina providentia plures viros illuſtres ex ordine Minorum reſtituendæ Franci-

(*b*) *Zachar. Bonerius in annal.*

Capucinorum religionis exordia.

S. Franciſci habitus reſtituta forma.

Matthæus Baſſius ab Angelo ad Clementem deductus.

ci-

ciſcanæ diſciplinæ cupidiſſimos ſubmiſit ad regendos pios viros literarum expertes, ac inter alios Bernardinum Aſtenſem, qui novam familiam optimis legibus inſtruxit. [1]

Oſten-

NOTÆ [1] ORdinis Capucinorum exordia denſa adeo caligine obſita ſunt, ut nec de primo quidem ejus authore certi ac explorati aliquid diſpiciamus. Quamquam enim P. Marcus Ulyſſiponenſis primam ejus originem in Matthæum e Baſſio, qui vicus eſt comitum Carpeniæ in Umbria, refert, non deſunt tamen qui ſacerdotem alium e Clugia orbe haud procul Venetiis, præferendum contendant. Alii Bernardinum Ochinum primum vel inter primos ordinis authores agnoſcunt. Ulyſſiponenſis tamen opinio & authoritas, utpote qui opus ſuum anno 1588. vulgavit apud eruditos prævaluit. Matthæus hic præcedenti anno nova veſtis & cuculli forma aſſumpta, ea novitate cum multos offendiſſet, ipſe, ut ab eorum infeſtationibus ſe poneret in tuto, hoc ineunte anno ad Clementem pontificem ſe contulit, a quo ſibi cum ſocio & Ludovico fratre germano ejus veſtis uſum obtinuit; & facultatis literæ a Cardinali Puccio epiſcopo Præneſtino de pontificis mandato ſequenti anno expeditæ ſunt. Dein anno 1528. die v. non. julii Clemens edita Bulla ſodalitium illud late pro omnibus approbavit. Paulus vero III. alia conſtitutione factam a Clemente facultatem longe lateque promovit, data etiam copia generalis ut vocant Vicarii deligendi addita nuncupatione peculiari: *Congregationis fratrum ordinis Minorum Capucinorum*. MANSI

I. OStenſæ ſunt anno poſt Chriſtum natum milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto indictione decimaquarta emiſſo e cuſtodia Hiſpana Franciſco Gallorum Rege publicæ pacis ſpes, quæ mox accenſo acriori bello evanuerunt. Diſſidentibus itaque inter ſeſe Regibus cæſaream vim pertimeſcente Italia, Germania a Lutheranis attrita atque fœdata; Solimannus Turcarum Imperator Pannoniam, quæ inſtar arcis munitiſſimæ barbaricas impreſſiones avertere conſueverat, tum autem ſecum ipſa diſcors inter principes viros ac populos flagrabat odio, antequam univerſæ, regni vires conjungi poſſent, diſſimulantibuſque imminens ſibi exitium Germanis, oppreſſit: dum vero ita Turcæ & hæretici evangelium in hoc orbe extinguere nituntur, apoſtolici præcones in America & Indiis illius ſplendorem Chriſto auſpice & duce latius diffuderunt. De quibus ordine dicturi, ab agitata inter Hiſpanum ac Gallum pace auſpicabimur.

Adducta in grave diſcrimen Chriſtiana res.

II. Solicitatus extremo ſuperiori anno magnis precibus a Clemente Pontifice Carolus V. ut orbi pacem, permiſſo Franciſco Sfortiæ Mediolanenſi principatu, necnon dimiſſo æquis legibus Francorum Rege reſtitueret, cum conſurgere in ſe novum bellum cerneret, atque armorum fœdere Pontificem, Gallos, Venetos ac Florentinos adverſus ipſum jungendos, diſtrahendas eorum vires cenſuit, ac Regem Gallum acerbis conſtrictum legibus dimittere: Mediolanenſem vero principatum in ducem Borbonium ſibi fidiſſimum transferre conſtituit, ut Galliam Italiamque ea ratione ſibi obnoxias teneret, atque ita latius dominatum atque arma proferret: ſed dum his curis implicitus eſt, occidentem a Turcis hæreticiſque laniari paſſus eſt; quo tempore Maronitæ, Armeni cæterique orientales ſupplices tendebant (*a*) manus, ut majora imperia, quam Galliæ Italiæque particulas affectaret: quo tamen privatis commodis quæ conſectabatur, divini Numinis gloriam obtenderet, pactus (*b*) cum Franciſco Rege acerbas leges, quibus illum ampliſſimis provinciis & juribus exuebat, Galliamque ſibi ſubjecturum putabat, ſcripſit ad Clementem Pontificem ſe pacis & publicæ rei Chriſtianæ reſtituendæ cupiditate motum præteritas a Gallo Rege acceptas injurias voluntaria oblivione obtriviſſe, illique in libertatem priſtinam vindicato Eleonoram ſororem ſuam connubio junxiſſe, ipſumque Pontificem pacis vindicem delegiſſe: deluſiſſe tamen eum ſpe pacis, viciſſimque a Gallo pacis expectatione deluſum viſuri ſumus; quæ vero officii gratia Clementi Carolus ſcripſerat, eadem ad ſubditos ſibi populos non ſine levi ſui commendatione vel oſtentatione ſcripſit, quo argumento hæ ad Senenſes imperii clientes extant datæ literæ, quibus præcipua pacis capita deſignata fuerunt (*c*).

Rogatus Carolus V. ut pacem det orbi Chriſtiano.

Graviſſima culpa a Carolo V. admiſſa.

(*a*) *Clem. lib. brev. pag.* 387.

Acerbas leges capto Franciſ. I. imperat.

(*b*) *Guicciar. l.* 16. *Belcһair. l.* 18. *Ferro. l.* 8.

(*c*) *Ext. apud Malavolt. hiſt. Senen.* 3. *par. l.* 7.

Nobilibus ſpectabilibus noſtris & imperii ſacri fidelibus dilectis officialibus baliæ, & conſervatoribus libertatis civitatiſque Senarum. Carolus divina favente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

III *Nobiles ſpectabiles fideles dilecti. Quo ſtudio non ſolum Italiæ, ſed univerſi Chriſtiani orbis quietem, libertatem, & tranquillitatem pro viribus procuraverimus, actiones ipſæ noſtræ perfacile teſtantur: & licet præter opinionem noſtram ipſa Chriſtiana reſpublica, & præſertim Italia, non ſine magno animi noſtri dolore, tot miſerandas calamitates paſſa ſit, viſum eſt tandem Deo optimo maximo pro ſua gratuitate benignitate ærumnoſis his adverſitatibus diu optatum finem imponere, tanta tamque inſigni victoria apud Ticinum de Chriſtianiſſimo Gallorum Rege fratre noſtro chariſſimo ſuperiori anno cœlitus nobis conceſſa; unde licet nos ditionem noſtram propagare, ac prædeceſſorum noſtrorum dominia per Gallorum Reges occupata armis recuperare, damnaque nobis, fœderatiſque noſtris illata reſarcire potuiſſemus, ſi Galliam ſuorum ſtragem deplorantem omnique defenſione carentem cum florenti atque invicto exercitu noſtro aliiſque collectis copiis invadere tentaſſemus; maluimus tamen pro ſolito inſtituto noſtro Chriſtianæ quieti & tranquillitati conſulere, quam nobis quantumcumque magnam gloriam vendicare, iterumque ad arma venire. Quo factum eſt, ut ipſo omnipotenti Deo his conatibus noſtris, ſua divina benignitate favente pacem & amicitiam, ac veram concordiam cum ipſo Chriſtianiſſimo Gallorum Rege ad Dei omnipotentis gloriam tandem iniverimus, arctiſſimumque fœdus cum eo percuſſerimus, in quo præter alia, quæ ſupervacuum eſſet hic enarrare, ſerenitas ſua nobis ducatus noſtri Burgundiæ aliarumque rerum reſtitutionem promiſit, juribuſque ab eo in regno noſtro Neapolitano, ſtatuque Mediolani, & in aliis regnis ac dominiis noſtris prætenſis ceſſit, nonnullaque alia, quæ dignitatem & honorem noſtrum concer-*

Caroli V. literæ.

Gloriatur potuiſſe Galliam ſubigere.

Borgundiæ ducatus illi promiſſus a Franc. I.

cernere videbantur, liberaliter nobis conceſſit: noſque viciſſim, quo hæc arctioris neceſſitudinis vinculo ſtabilirentur, sereniſſimam Reginam dominam Eleonoram ſororem noſtram chariſſimam matrimonio copulandam promiſimus, nihil omnino prætermittentes horum, quæ ad conſervationem hujuſmodi amicitiæ, fœderis & affinitatis inter nos, ac univerſæ reipublicæ Chriſtianæ ſalutem, & optatam tranquillitatem opportuna cenſuimus: quod his noſtris vobis, de quorum fida & animo erga nos plane confidimus, ſignificare voluimus, ut ſciatis quid a nobis pro Chriſtiana quiete, & præſertim pro Italiæ otio, effectum fuerit, utque de noſtro erga vos rempublicamque veſtram animo & vobis polliceamini, quæ de optimo Cæſare expectanda erunt, &c. Datum in civitate noſtra Toleti die XXVI. *januarii anno Domini MDXXVI. regni noſtri Romani* VII.

IV. (a) Guicciar. lib. 6. Ferro. 8. Marian. Vinc. Blaſcus lib 3. cap. 11. (b) Belchair. l. 18. n.48. Leges pacis inter Carol. V. & Franciſc. I.

Deſcribunt ſingula hujus fœderis capita Hiſpani, Itali, Gallique ſcriptores (*a*), ex quibus hæc tradit Belchairus epiſcopus Metenſis (*b*): *Fœdus inter Cæſarem ac Regem poſtridie idus februarias in hanc ſententiam factum fuit. Inter Cæſarem ac Regem perpetua amicitia, perpetua pax eſto, in quam admittantur quicumque de communi conſenſu admitti volent. Rex intra diem* VI. *idus martias ad fontem rapidum in utriuſque regni finibus e cuſtodia educitor. Intra* XI. *diem kal. julii majorem Burgundiam, qui ducatus appellatur, Nuceriam arcem, caſtellum Chinonium hujus ducatus appendices, comitatum Carcellenſem, vicecomitatum Anſonenſem, præfecturam Laurentianam minoris Burgundiæ appendicem Cæſari Franciſcus reſtituito, ea quidem conditione, ut in poſterum Gallorum Reges patronos non agnoſcant: quam quidem conditionem ad Flandricum etiam Atrebatenſemque comitatum produxerunt. Eodem momento, quo Rex liberabitur, duo ejus liberi natu majores Cæſari in manus traduntor, ac patris veluti prædes in ejus locum ſurrogantor, aut certe loco minoris natu duodecim primarii Gallorum proceres obſides ſunto. Regni Neapolitani, Mediolanenſis principatus, Genuæ, Aſtæ, Tornaci, Inſulæ, Duaci, Hiſdini, Cæſari Rex omni jure cedito. Viciſſim Regi Cæſar eo, quod in Peronam Deſiderianos, Roiam Bononienſem, Guinenſem, Pontivenſem comitatum hactenus ſibi vendicavit, jure cedito. Inter Cæſarem ac Regem perpetua ſocietas eſto, qua pro ſuis ditionibus tuendis alter alteri quingentos cataphractos equites, decem peditum millia mittere teneatur.*

Affinitas contracta inter eoſdem.

Eleonora Cæſaris ſoror Franciſco deſpondetor; ea in dotem ducentum nummum aureorum millia duabus penſionibus perſolvenda recipito cum mundo muliebri, qui Cæſaris ſororem deceat. Delphinus, hoc eſt Franciſci Regis major natu filius, Emmanuelis Luſitaniæ Regis atque Eleonoræ filiam, cum ad legitimam ætatem pervenerit uxorem ducito. Ut Henricus Alebretus regno Navarræ Cæſari cedat Franciſcus procurato: ſin is recuſabit, auxilio ne juvato. Ut Sicambriæ, ſive Gueldriæ, Zulfiique regulo vita functo, earum ditionum primariæ urbes Cæſari ſe dedant, Franciſcus quoque procurato. Wittembergenſem regulum Robertumque Marchianum auxilio ne juvato. Cæſari in Italiam profecturo duodecim triremium, quatuor majorum navium, quatuor myoparonum omnibus rebus præter milites inſtructorum claſſem, quam poſt tertium menſem a die cœptæ navigationis numerandum recipiat, Franciſcus mutuo dato. Loco terreſtris exercitus, quem Franciſcus obtulit, ducenta nummum aureorum millia numerato. Addunt promiſſos præterea quingentos cataphractos equites cum aliquot tormentis, ſtipendium item in ſex peditum millia, idque in ſex menſes cum Cæſar Romam ad capiendam coronam Imperatorum pergeret. Anglo debitas penſiones, quæ ad quingenta nummum aureorum millia pervenerant Franciſcus pendito, aut Cæſari, qui ſe has perſoluturum receperat repræſentato, Uterque [Cæſar inquam atque Rex] a Clemente, ut univerſi Chriſtianiſmi concilium indicat contendito, ut pace inter Chriſtianos bene conſtituta adverſus Chriſtianæ perſuaſionis hoſtes arma transferantur: quo nomine cruceſignatorum privilegia, & quas vocant indulgentias Clemens indicat: Borbonium Franciſcus intra duos & quadraginta dies in integrum reſtituito, omnem ſuppellectilem, omnes fructus ex Borbonii patrimonio perceptos reddito: ne eundem in regnum Gallicum revocato, aut ut ibidem maneat cogito. Borbonio provinciam Phocenſem apud judices Regi ſibique non ſuſpectos repetere fas eſto. Et infra: *Poſtremo additum eſt, ut ſi Rex quacumque de cauſa his capitibus non ſtaret, in eandem cuſtodiam rediret: ſed nos jam Attilios regulos, ſpecioſa veterum Romanorum exempla non videmus.*

De poſcendo a Clemente Concilio œcumenico adjecta lex.

De hujus fœderis pactionibus contrariæ ſparſæ ſunt ſententiæ ac ſenſiſſe prudenter Gallum Regem eas non ſervaturum refert Guicciardinus (*c*), adeo ut cæſarei ſcrinii præfectus Gattinaria ipſas ſubnotare detrectarit, contenderitque, a liberato Rege numquam Burgundiam reſtitutum iri, cum ea parta Cæſar deinde ad Lutetiam Gallorum regiam excurrere poſſet, univerſoque regno immineret: verum ſpreta ejus opinione Franci- V.

(*c*) Guicc. l. 16.

Datis obſidibus Franc. I. liberatus.

ciſcum Regem traditis duobus filiis obſidibus, quorum major natu Delphinus ſceptri hæres erat, decimaoctava martii die e cuſtodia emiſſum, qui poſtea libertate recepta negavit (a) Burgundiam a ſe tradi Carolo V. poſſe, cum Burgundi nunquam ſe niſi coactos armis in poteſtatem Cæſaris conceſſuros profiterentur, ac Reges acceptos a majoribus principatus ſine populorum aſſenſu in exteros transferre non poſſint; quandoquidem in ipſis ſuſcepti regni auſpiciis ſacro innctus oleo juſiurandum de non abalienandis Gallici regni juribus nuncupaſſet cujus religionem poſterius Madritti conceptum juſiurandum non poſſet infringere; quod quidem vi & injuria extortum prædicabat, ſe denuntiaſſe ſæpius, ſi ad indignas conficiendas pactiones adigeretur, earum ſe religioni non futurum obnoxium, ac non ad colendam amicitiam, ſed ad ſuas vindicandas offenſas excitatum iri. His ſe Franciſcus argumentis adverſus Carolum V. tuebatur, ne Lanojo Burgundiam committeret, ac vigeſies centena nummorum millia & amplius pro redimenda Burgundica pactione ſpondebat, (b) cum eum pontificis Venetorumque oratores adiere, ut cum ipſis pro aſſerenda Italiæ libertate, tuendo Franciſco Sfortia, quem Hiſpanus exercitus obſidione cinxerat, eripiendis ex Hiſpana cuſtodia Galliis obſidibus filiis armorum fœdus coiret, quod his legibus ſancitum fuiſſe memorant (c).

(a) Guicc. l. 17. Ferron. l. 8.

Burgundia negata Cæſari.

(b) Guicc. l. 17. Bellaius l. 3.

(c) Guicc. l. 17. Belcharr. l. 18. n. 54.

VI.

(d) Id. Ferron. ib.

Fœdus inter Gallum Pont. & Venetos contra Cæſarem.

Novum fœdus, inquit Ferronius (d), *initum eſt inter Regem, Clementem Pontificem maumum, Venetos, & Franciſcum Sfortiam. His cautum eſt amicitiam inter eos perpetuo futuram. Si quis his unive horum hoſtis ſit, hoſtem omnibus futurum. Poſſe Cæſarem participem hujus fœderis fieri, ſi prius regios liberos æquo ſoluto redemptionis pretio reddiderit, Mediolanumque Sfortiæ, neque Italiam adeat ad inſulas imperii recipiendas, niſi eo comitatu, qui arbitrio relinquetur Pontificis & Venetorum, ſolveritque Anglorum Regi debitam pecuniam. Parabuntur autem a fœderatis ſumptibus communibus copiæ triginta millium peditum, quingentorum equitum cataphractorum, triumque millium levis armaturæ una cum machinis tormentiſque bellicis neceſſariis. Manebit is exercitus donec bellum confectum ſit, debellatique, qui Italiæ quietem perturbant. Conducentur ad bellum Helvetii, dabiturque opera a Rege, qui multum apud eos authoritate poteſt, ut honeſtis conditionibus ad bellum accedant. Admonebitur Cæſar de reſtituendis regiis liberis: ni fanit, confecto hoc bello fœderatus quiſque Franco ad bellum Cæſari inferendum auxilia ſuppeditato; omnes vero decem millium peditum, mille cataphractorum, & quingentorum equitum levis armaturæ numerum, aut eorum loco pecunias ad eum numerum militum cogendum parato: claſſem ad id bellum viginti octo triremium, naviumque onerariarum ad eum uſque numerum, qui fœderatis placebit: Permittito Francus Sfortiam jure quo optimo maximo uti frui Mediolanenſi principatu: ſoluta tamen quotannis penſione annua, quæ Pontifici Venetiſque æqua videbitur, modo tamen ne ſit minor quinquaginta millium nummorum aureorum. Pro his ſolvendis prædas ſponſoreſque aſſiduos eo nomine dato. Hos ſi non invenerit, Pontifex eius nomine ſpondeto: Veneti conſponſores accedunto: perſolvito Sfortia Maximiliano Sfortiæ fratri annuam penſionem æquam pro dignitate familiæ: liberato Regem ea penſione, quam pendit Maximiliano, amicis fœderatorum reſtituuntur bona: his liber in patriam reditus eſto, præcipue quidem Alberto Pio Carporum comiti. Penſiones, quas Gallus Helvetiis perſolvebat, has illis Sfortia perſoluto adjunctis ſibi eis eo fœdere, quos ſibi Rex adjunxerat ob Mediolani defenſionem: uxorem Sfortiæ Rex dato Pontificis arbitrio regio ortam ſanguine: interea ſi quid acciderit Franciſco Sfortiæ, eadem hæc Rex in Maximilianum conferto. Reddunto fœderati Regi Aſtenſem comitatum, Genuenſium quoque ſupremum dominium, relicto tamen Antonio Adurno duce, ſi it fœderis velit particeps fieri. Parta Italiæ quiete ſi moretur Cæſar in reddendis regiis liberis fœderati iiſdem copiis Regem juvanto: Neapolitanum regnum ubi debellatum fuerit, Pontificis eſto, perſoluta tamen æqua quotannis penſione Regi, modo tamen minor ne ſit ſeptuaginta quinque nummum millium aureorum. Dato Pontifex eo nomine coacto rite purpuratorum concilio eorumque conſenſu ſponſores Regi; ni fanit redito Rex ad priſtina jura.*

De Mediolano & Genua leges.

His conſentientia refert Guicciardinus, VII.
additque non excluſum a Pontifice Cæſarem omni amicitiæ ſpe; conveniſſe enim regnum Neapolitanum vetuſtis legibus illi reſtitutum iri, ſi quadrimeſtri flexu poſt illud amiſſum Gallicæ regiæ filios reſtitueret: ſi vero prædictas pactiones reſpueret, Gallo Regi annuam penſionem traditum iri, necnon auxiliares copias ſubmittendas, quibus bellum in Hiſpania urgeret: conventum etiam de annuis præmiis Henrico Angliæ Regi & Thomæ Cardinali Eboracenſi in Neapolitano regno attribuendis, qua de re ſcriptum fuit ad Gambaram protonotarium

Digitized by Google

rium internuntium in aula Anglica pontificium. Compoſitum eſt hoc fœdus (a) die vigeſima (b) ſecunda maii in aula Gallica, cum ad illud Anglus facile alliciendus putaretur, cujus admittendi trimeſtri ſpatio poteſtas permiſſa eſt, extantque Matthæi Giberti arcanorum pontificiorum participis ad eumdem Gambaram protonotarium literæ (c), ut Anglum Regem ad communis libertatis cauſam provehendam clandeſtina ſaltem ſi non aperta, opera adduceret. Et quidem ſe, dum in Anglia agebat ac ſociale bellum Gallo indicebatur, ab Eboracenſi Cardinale audiiſſe affirmabat, adeo inſoleſcere Gallum, ut omnes ſuis alis vellet ſupponere, detrahendaſque illi pennas, ut Chriſtianum orbem pacatum ſineret: nunc vero non minus ſuperbienti aquilæ reſecandos ungues, ne dilaniet univerſos, ſuaque amplitudine cœlitus data contenta vivat.

(a) Lib. 1. lit. princ. p. 215.
(b) Ib. p. 197.
De Anglo adjungendo fœderi actum.
(c) Ib. p. 191.

VIII. Terruerat omnes principes cæſarea vis ac felicitas, adeo ut non modo cum Anglo, quem aliis fœdere ſe junxiſſe Belcharius narrat (d); verum cum Luſitano quamvis Caroli affini de cæſarea potentia elidenda agitata ſint conſilia (e), ne illum auro ſubſidiario juvaret: quinetiam Sabaudiæ (f) princeps Hiſpanorum militum licentia feſſus in fœderatorum partes inclinavit: Pontificem vero ad faciendum hoc ſociale fœdus adverſus Carolum compulſum ſcripſit Matthæus Gibertus (g), de quo paulo ante memoravimus, his de cauſis, nempe ob Cæſaris in ſedem Apoſtolicam contemptum, ingratique animi culpam, tum ob nimiam dominandi cupidinem: Clementem etiam ad bellica conſilia ſuſcipienda adactum refert Guicciardinus (h) impendentis Italicæ ſervitutis metu, cum cerneret Carolum ita cum cum Gallo pepigiſſe fœdus, ut Pontificem atque Italos principes eo non comprehenſos opprimere poſſet: arcem Mediolanenſem obſidione premi: Inſubres a Germanis Hiſpaniſque proteri: cæſareas turmas in Parmenſem & Placentinum agros ditionis eccleſiaſticæ immiſſas rapinis clientes pontificios vexaſſe: lata a Carolo fuiſſe in Hiſpania iniqua edicta libertati eccleſiaſticæ adverſantia, atque Hiſpanum tabellionem ſubornatum in Romana curia promulgaſſe, ne Hiſpani ab ea jus peterent: præterea omnium Italorum querulis vocibus jactatum Pontificem in Italiæ calamitatibus marcuiſſe otio; quas tamen avertere deberet, atque adeo ad ſociale bellum maturandum conſurrexiſſe, ne arx Mediolanenſis commeatu exhauſto cæſareis dederetur.

Deque elidenda Carol. V. potentia.
(d) Belchair. l. 18. c. 54.
(e) Ib. p. 197.
(f) Ib. p. 195.
(g) Lib. 1. lit. princ. p. 197.
(h) Guicc. l. 17.
Cur Clemens in Carol. V. bellum decreverit.

IX. Porro Cæſar Pontificis, Regumque & principum Italorum conſentienti conſpiratione exterritus, cum antea a Pontifice nullis precibus pollicitationibuſque ad Franciſcum Sfortiam publicæ pacis, inſtaurandæque rei Chriſtianæ ſtudio venia donandum, quod Mediolanenſem principatum in Carolum Borbonium Eleonoræ ſororis Cæſaris nuptiarum ſpe deluſum transfundere decreviſſet (i), eo enim fidiſſimo cliente Inſubria potito confirmandam eſſe in Italia potentiam ſuam arbitrabatur, flecti potuiſſet, demum Hugonem Moncadam ampliſſimis fultum mandatis ad Gallicam aulam, dein ad Franciſcum Sfortiam, poſtremoque ad Pontificem ſubmiſit (k), ut ſi cum Franciſco Rege convenire non poſſet, eidem Pontifici expetitas tot votis ac blanditiis pacis leges concederet. Cum vero is Francorum Regem deinde Franciſcum Sfortiam ab eo fœdere divellere fruſtra tentaſſet, demum una cum duce Sueſſæ cæſareo apud ſedem Apoſtolicam oratore decima ſeptima junii die Clementem adiit (l), utque Joannes Baptiſta Sanga, qui præſens aderat pontificiis internuntiis, enarrat, primum oratione prolixa Cæſaris erga Pontificem amantiſſima ſtudia, pia illius conſilia, pacandæ Italiæ & concordiæ univerſo orbi Chriſtiano reſtituendæ vota exaggeravit, addiditque ampliſſimis ſe mandatis ad pacem cum omnibus conficiendam inſtructum accedere: denique ſinu pacem bellumque efferre; verum Cæſarem ut amantiſſimum pontificiæ beatitudinis filium lubentius pacem quam bellum præſtiturum accepturumque, non formidine belli, cum viribus ad dimicandum cum univerſis polleret, ſed puro colendæ cum omnibus ac præſertim cum Pontifice omnibuſque Italis amicitiæ deſiderio: verum ſi Pontifex bellica conſilia amplecti vellet, Cæſarem armis rem non minus quam antea contra alios, qui ipſum lædere moliti erant, acturum. Quibus Clemens reſpondit ſe omnes fruſtra jam pertentaſſe modos afferendæ Italicæ pacis, flectendæque cæſareæ majeſtatis, ut attritam Chriſtianam rempublicam in priſtinum ſtatum reſtitueret: verum contraria Cæſaris ejuſque adminiſtrorum ſtudia ipſum contra naturæ propenſionem, inſtitutæque vitæ rationem, ad arma capienda adegiſſe, quæ jam deponere non poſſet niſi Cæſar poſtulatis annueret, nimirum Italiam libertate ſua frui ſineret, filios Gallorum Regi reſtitueret, debitam auri vim Angliæ Regi, cui amplitudinem ſuam maxima ex parte acceptam referre deberet, ad removendas omnes futurarum di-

Cæſar exterritus nova conſpiratione.
(i) Blaſcus l. 3. c. 11. & alii.
(k) Ext. ea de re lit. l. 1. lit. princ. p. 198. 201. & 209.
(l) Ib. p. 209. & 215. Guicc. l. 17.
Cæſarei oratoris verba.
Quæ ſint petita a Pont.

ſcordiarum cauſas penderet : cæterum Pontificem concordiam ſine fœderatorum conſenſu redintegrare non debere.

X. His auditis Hugo Moncada actionem de pace non abrupit, ſed die proximo ſe ad varias conciliandæ pacis rationes proponendas rediturum ſubjecit; reverſuſque hanc concordiæ formulam propoſuit : Cæſarem pontificiis voluntatibus ſe accommodaturum, ac dumtaxat ſervato in ſpeciem judiciorum ordine tuendi honoris cæſarei gratia Franciſco Sfortiæ Mediolanenſem principatum liberum permiſſurum, omneſque controverſias, quæ ipſi Cæſari cum Venetis intercedebant, diremturum, atque ex Inſubria exercitum revocaturum, modo Pontifex una cum cæteris Italicis principibus partem ſtipendiorum, quæ militi erant debita, perſolveret. At Clemens, quamvis ſero allatas pacis leges reſpuere decreviſſet, quod jam ante a Matthæo Giberto datario pontificiis in Gallia & Anglia internuntiis ſignificatum erat (*a*), ut cum Franciſco & Henrico Regibus id conferrent, reſpondit deliberationem cum ſociorum principum oratoribus ſe habiturum : quos cum decima nona junii die vocaſſet pacis colloquium diſſolvendum decrevit dato Hugoni Moncadæ hoc reſponſo (*b*), oratores rem omnem ad ſuos principes relaturos, ſine quorum conſenſu quidquam ſtatuere non poſſit; cujus reſponſi cauſam hanc allatam memorat Baptiſta Sanga (*c*), timendos ſcilicet Danaos etiam dona ferentes. Adiit (*d*) iterum, vigeſima junii Moncada Clementem ad pacem orandam, eique obtulit, Cæſarem omnes ſuas controverſias pontificio arbitrio permiſſurum : non admiſſam tamen a Clemente pacem narrat Matthæus Gibertus, & Cardinalium ſenatum a Pontifice adductum, ut fœdus initum cum Gallo Rege admitteret. Jacobus Sadoletus epiſcopus Carpentoractenſis poſtea Cardinalis, qui Pontifici a conſiliis erat, diſſuaſor ſemper belli extitit; de quo Antonius Florebellus in ejus vita hæc tradit (*e*) : *Sero intellectum eſt quam & prudenter ſentire Sadoletus, & fideliter monere ſolitus fuiſſet : ille enim & initio diſſuaſor belli adverſus Carolum, & poſtea deponendorum armorum aſſiduus hortator, paciſque quibuſvis conditionibus accipiendæ author ſemper extiterat : qui quidem, cum ſæpe alias, tum eo tempore, quo Chriſtianis principibus inteſtino bello implicatis bellum a Turcarum Rege Pannonia illatum eſt, cum regnum illud, quod Chriſtianæ reipublicæ firmiſſimum ad eam diem propugnaculum fuerat, maximo in diſcrimine verſaretur, honeſtiſſime ab ipſo Pontifice maximo pacis mentionem fieri, & de deponendis, ac potius abiciendis armis agi poſſe cenſuit, idque cum admonere non deſtitit : ſed nimirum Deus, nobis ob peccata noſtra iratus atque infenſus, cum illa urbi Romæ ac ſacerdotum ordini infligenda plaga nos, ut reſipiſceremus, admonere ſtatuiſſet, eam illi Pontifici mentem minime dedit, ut tam honeſtam conſtituendæ concordiæ occaſionem arriperet.*

Pacem Cæſar offert Pontifici legibus quas expetebat.

(*a*) *Lib.* 1. *lit. princ.* *p.* 201.

(*b*) *Ib. p.* 210.

(*c*) *Ib. p.* 214.

(*d*) *Ib. p.* 215. & 217.

Non admiſſa pax a Clem.

(*e*) *Florebell. in vita Card. Sadolet.*

Graviſſima argumenta pro admittenda pace.

XI. Cæterum collocarat ſpes ſuas Pontifex in Gallo Rege, quem levare oppreſſum annitebatur; & is dum carceris Hiſpani ſuperiores moleſtias magis voluptatum (*f*) lenociniis demulcere, quam in Italiam auxiliares copias ac promiſſa ſtipendia ſubmittere, acceptamque ignominiam eluere cogitat, in maximas calamitates inani auxiliorum ſpe Clementem conjecit (*g*) : qui interea exaratis ſuſcepti in Carolum ſocialis belli cauſas literis ita expoſuit (*h*).

Gallus Rex ſcortorum amoribus occupatus.

(*f*) *Ferron. lib.* 8.

Pontificem deſerit.

(*g*) *Belchair. lib.* 19.

(*h*) *Extat hæ lit. in app. Sabellici hoc ann.*

Cæſari.

Non opus eſſe arbitramur longo ſermone ad demonſtrandum, quo ſtudio, quibuſve curis a noſtri pontificatus initio tum pacem communem totius Chriſtiani nominis, tum privatim tuam nobiſcum conjunctionem procuraverimus; ſunt enim omnia acta cogitataque noſtra tibi æque nota ac nobis: illud vero ſilentio præterire non poſſumus nihil nos unquam prætermiſiſſe, quod vel ad boni paſtoris erga univerſum gregem officium, vel privatim ad fidelis amici animum erga te pertineret; cujus tamen voluntatis atque amoris erga te noſtri eum ſumus exitum conſecuti, ut repulſi a benevolentia & conjunctione tua, ſemper fuerimus; quocirca ad ea conſilia, a quibus & natura & voluntate omni tempore abhorruimus, neceſſario ſumus compulſi, licet ſerius, quam & rerum dignitas, & honoris noſtri publicique commodi ratio poſtulabat, jam enim patientia noſtra ad negligentiam rerum publicarum convertebatur, niſi tandem arma caperemus, quæ & juſtitiæ & Italiæ libertati, & nobis ipſis præſidio eſſent. Etenim [ut cauſas breviter attingamus, quibus adacti ſumus ita facere] meminiſſe potes, antequam ad pontificiam dignitatem aſſumeremur, nos ſummopere tibi addictos fuiſſe, & quo rerum tuarum is eniſus eſſet, quem tute optabas, neque laboribus neque periculis aut impenſis nos peperciſſe: & poſtquam ad pontificatus honorem vocati ſumus, tuique hoſtes magnas in Italia copias habebant, etſi pro dignitate abſtinendum nobis ab armis operæ pretium fuiſſet, tamen ne te tuaque negotia impedita relinqueremus, non ſolum Florentinorum auxilia, ſed etiam Romanæ eccleſiæ copias in tuis ſub-

Indicti Carolo V. ſocialis belli cauſæ.

ſidiis

ſidiis & caſtris verſari permiſimus, nec pecunias ceſſavimus tuis ſuppeditare, donec depulſum illud periculum fuerit. Quod ſi idem poſtea inſequenti bello, quod ad Ticinum confectum eſt, non præſtitimus, id non voluntati noſtræ erga te imminutæ, ſed pontificatus dignitati, quæ communis in nobis patris perſonam expoſcit, potius attribuendum eſt; præſertim cum tu ipſe videre potueris, quæ nobis eſſet cura rerum tuarum: nam ſi ſocietatem hoſtium tuorum ſequi voluiſſemus, magna nobis præmia non ſolum proponebantur, ſed jam parata erant, & tui tam facilem victoriam numquam nacti fuiſſent, ob quam cum ſublata omnis contentio videretur, cum tuis ducibus fœdus inivimus, & quo ali ac ſuſtineri exercitus tuus poſſet, plus quam mediocrem auri ſummam dedimus ea conditione, ut a finibus noſtris exercitus abduceretur, reſtituereturque pecunia ſi tu fœderi cum illis inito non conſentires: quod quamquam minime apud te ratum fuerit, nihilominus neque aurum recuperavimus, & contra fidem datam in Romanæ eccleſiæ locis diutius exercitus tui bona pars verſata nullum crudelitatis, nullum avaritiæ, aut immanitatis genus in noſtros prætermiſit: quamobrem cum ita a te & a tuis accepti eſſemus, ut nulla meritorum noſtrorum ratio haberetur, nemini mirum eſſe debet, ſi quæ in tui detrimentum a Ferdinando Piſcario occulta conſilia haberi cæperant, cum ad nos delata eſſent, non penitus aſpernati fuimus. Cæterum cum tui Mediolanenſe imperium occupaſſent, circumvallareque perrexiſſent Franciſcum Sfortiam a te toties declaratum Mediolani ducem, tantam indignitatem [ut verum fateamur] ægre quidem tulimus, & cunctis prope Chriſtianis principibus auxilium conferentibus, pro communi Italiæ periculo non neglexímus arma capere, ita tamen, ut legatum tuum, qui pro componendis, ut aiebat, rebus venerat ad nos, interea audiremus, & relapſi in priſtinam conciliandæ amicitiæ ſpem & perpetuitatem & benivolentiæ noſtræ fructum tibi polliceremur, modo per te Mediolanenſium duci [etiam ſi quo pacto erraſſet] clementia impertiretur, ſine qua res Italiæ eo tempore ſecuritatem habere non poterant. Sed tu plus iniquis tuorum, quam par erat, conſiliis fidei adhibens, pro clementia juſtitiæ rigorem obtuliſti, quæ tamen neſcio quomodo juſtitia appellari poſſit, cum judicium atque ſententiam pœna anteceſſerit, & princeps tui hactenus ſemper obſervantiſſimus, indicta cauſa jam ſeptimum menſem acerrimam tuorum obſidionem patiatur; quibus tot & tantis cauſis de te diffidere & quodammodo deſperare coacti ſumus, noſtramque amicitiam, quam tu toties repudiaſti, multis & magnis principibus adjungere, quorum optimum in Chriſtianam rempublicam animum ſi eſſemus aſpernati, non boni paſtoris & communis patris laudem, ſed ſuperbi & inſolentis nomen acquiſivíſſemus. Habes rationem actorum & conſiliorum noſtrorum, quæ idcirco a nobis ſummatim explicata eſt, ut non ſolum cum Deo [is enim inſpector eſt cordis] ſed etiam coram hominibus teſtatam optimam voluntatem noſtram relinquamus.

Cæſareus exercitus Romanæ eccleſiæ ditioni gravia mala intulit.

Septem menſibus arcem Mediol. obſidet.

XII. Cum die vigeſima auguſti hæ literæ ab internuntio apoſtolico redditæ fuiſſent Carolo V. compoſita eſt ab ejus adminiſtris apologia (*a*), de qua dicetur inferius: quæ vero converſis ad bellum rebus geſta ſint, nunc percurremus. Concitata eſt ingens Mediolani adverſus Hiſpanos popularis ſeditio ex atroci & barbaro illorum facinore: cum enim Antonius Leva per urbem ſuo ſtipatus ſatellitio obequitaret, nec ſe a viro nobili ſalutari animadverteret, arrogantia efferatus eum illico obtruncari juſſit: quæ crudelitas Hiſpanis rebus pene exitio fuit; Mediolanenſis enim plebs illico ad arma coivit, ac prætorianam cohortem trucidavit, pellereque Hiſpanos urbe poterat, niſi ducum conſilio deſtituta, atque aliquarum domorum incendio, necnon concordiæ interpretibus ultro commeantibus retardata conquieviſſet. Interea variæ in urbibus Mediolanenſis principatus conflatæ proditiones pro Italico nomine adverſus Hiſpanum aſſerendo, quæ non erupere, excepta ea, qua Lauda ab ſociali exercitu intercepta (*b*) eſt vigeſima quarta junii, ex qua urbe ad Mediolani mœnia ducendæ Italicæ copiæ Hiſpanos Mediolanenſis arcis obſidione depulſuræ putabantur. Queſtus deinde eſt Carolus V. (*c*) pendente actione de pace ereptam ſibi proditione Laudam fuiſſe; ſed in promptu erat reſponſum, Mediolanenſem ducem obſidione liberandum fuiſſe. Quo autem Hiſpanæ vires magis diſtraherentur de Genua iis eripienda, ſuſcepta ſunt conſilia; cumque de Petro Navarro fœderatorum claſſi præficiendo ageretur, illeque id munus ob nuncupatum de gerendo tantum adverſus hoſtes fidei ſacramentum ſuſcipere detrectaret, Clemens ipſum ea religione ſolutum pronuntiavit (*d*), cum hoc bellum adverſus eos tantum ſuſceptum eſſet, qui ſedis Apoſtolicæ dignitatem, divini Numinis honorem, Italicamque libertatem proterere contendebant.

(*a*) *Ext. de eo lit. l.2. lit. princ. pag.* 216. *Guicciar. l.* 17.

Crudelitas Antonii Levæ Mediolanenſes in ſeditionem concitat.

Lauda a Gallis intercepta.

(*b*) *Id. Guicc. ib. & l.2. lit. princ. pag.*225. *&* 227.

(*c*) *Carol. V. in Apolog.*

Petrus Navarrus claſſi ſociali præfectus.

(*d*) *Lib. brev. an.* 1526. *par.* 2. *pag.* 388.

XIII. Liberator ſacramento de non gerendo bello niſi adverſus fidei hoſtes.

Dilecto filio comiti Petro Navarro.

Accepimus te, cujus virtus & in re militari peritia hoc tempore expetitur a ſummis Regibus, ideo militandi onus refugere, quod obnixe alias propoſueris contra Chriſtianos non militare: quam quidem intentionem tuam, ut piam ac laudabilem nos ipſi in primis, ac præ cæteris laudamus, dignamque tua virtute & Chriſtiani hominis officio cenſemus; ſed tamen aſt, fili, ut arbitramur ea hujus belli quod geritur ratio, ut tui propoſiti rationem non infringat: ſiquidem præter eccleſiaſticæ dignitatis & authoritatis, divinique honoris defenſionem, quæ a nobis & confœderatis cæteris ſuſcepta eſt, nihil aliud, [Deo teſte] agimus, quam ut ex bello hoc neceſſario pax inter Chriſtianos ſalutaris, ex eaque mox bellum contra infideles tuæ pietati ac deſiderio accommodatum ſubſequatur: nonenim nos [id quod notum eſt omnibus] ad arma ſumenda unquam adduci potuimus, ne multis quidem ac magnis humanis rationibus illecti atque invitati, quoad divino honore, per quos minime debuerat, violato, libertateque eccleſiaſtica deſpecta atque imminuta, ubi nec literis nec nuntiis proficiebamus, eandem non tam noſtram, quam apoſtolicam dignitatem cum cæteris defendere coacti fuimus: hanc cauſam, atque ſuſceptionem ſi tu, fili, tua pro virili non juveris, ideo quia contra Chriſtianos bellum geri videatur, vide ne nos ipſos, ne tot ac tantos principes videaris impietatis arguere. Nos quidem ipſi noſtræ in primis, tum cæterarum animarum paſtores & cuſtodes ſumus, neque noſtræ aut aliorum ſaluti adverſariorum, niſi omnia divina atque humana jura liquido non ſolum promitterent, ſed etiam præciperent, ut Eccleſiæ jura defenderemus: quare non eſt cur detrectes eam militiam, in tanta præſertim opinione tuæ virtutis, cujus Romanum Pontificem non modo authorem habes, ſed ſuaſorem; neque enim ſuadere aliis refugiemus, quod nos ipſi pie ac neceſſario ſuſcepimus. Itaque primum te ab hoc propoſito etiam ſi ſolemni voto te in id adſtrinxeris, pro hoc dumtaxat bello abſolventes, te etiam hortamur & requirimus, ut tuam virtutem ſanctæ Romanæ eccleſiæ & confœderatis ejus in tam pia cauſa fruendam des, &c. Dat. Romæ III. *julii MDXXVI. pontificatus noſtri anno* III.

XIV. Admiſit Petrus fœderatæ claſſis ſupremum militare imperium ad conficiendam Genuenſem expeditionem, cui Pontifex decimanona auguſti die Venetam & eccleſiaſticam claſſem inſtructas eſſe ad bellum ſignificavit (*a*).

(*a*) *Ib. p.* 24.

Dilecto filio Petro Navarro claſſis ſanctiſſimæ ligæ capitaneo generali.

Non unquam ignoravimus adhibitis ad virtutem tuam eis authoritate & viribus, quibus ſe ipſa ſtrenue exercere poſſet, ea te curaturum & facturum, quæ & a te profecta eſſe viderentur, & non ſolum ſanctæ huic ſedi, ac nobis, quos ſemper privata quadam & ſumma obſervantia & amore proſequi ſtuduiſti, Chriſtianiſſimoque Regi tuo ac cæteris nobis conjunctis principibus perpetuæ futura eſſent gloriæ, ſed univerſæ quoque Chriſtianitati non mediocri commodo & ſaluti; nunc vero, cum ad eam expeditionem Genuenſem, quæ te minime latet, omnia hic apud nos jam ſint parata, ſitque cum noſtra claſſe dilectorum filiorum Venetorum claſſis conjuncta, jamque Genuam ipſam verſus ad rem aggrediendam ſoluturi ſint, arbitremur autem in eodem procinctu & apparatu te eſſe, ut uno & eodem tempore una cum eiſdem noſtris cum regia claſſe iſta eo in unum conventurus ſis, has ad devotionem tuam literas ſcribere voluimus: Et infra: *Et quoniam certo ſcimus dilecti filii Andreæ Doria noſtræ & S. R. E. claſſis capitanei generalis præſtantiam & virtutem ſingularem ſatis tibi eſſe cognitam & perſpectam, proptereaque eum cum a nobis vehementer diligi plurimique fieri, tum ab omnibus idem promereri te poſſe exiſtimare minime dubitamus, te ſive in hac ipſa expeditione, ſive in quavis alia occaſione, in eo illum amore honoreque habiturum, quem merita ejus expoſcere videntur, &c. Dat. Romæ die* XIX. *auguſti MDXXVI. pontificatus noſtri anno* III.

Expeditionis Genuenſis dux renuntiatus.

XV. Excurrit itaque in Liguriæ littora Gallica claſſis (*b*) præfecto Petro die decima ſexta auguſti, ac Saonam deditione cepit; deinde dimiſſa Genua Liburnum applicuit, ac Venetis, pontificiiſque navibus ſibi conjunctis Genuam adortus eſt; quamvis vero maxima graſſationibus maritimis intulerit damna, omneſque commeatus mari interceperit, ad deditionem tamen urbem illam compellere non potuit, cum terreſtris exercitus a fœderatis, uti erat conventum, ſubmiſſus non eſſet: parum enim feliciter terra adverſus cæſareos res gerebatur; ſiquidem Franciſcus Maria Urbini dux ſocialis exercitus præfectus, poſtquam leves impetus in mœnia Mediolani fecit, Hiſpanorum ſtrenue ſe tuentium virtute territus caſtra removit (*c*), non ſine tumultu octava die julii, quæ dies illi ſociali fœderi Romæ, Venetiis, & Pariſiis promulgando deſignata fuerat: cujus receſſus Pontificis ac Venetorum ſpes de Mediolano impetu recuperando ob egregiam civium pro aſ-

Saona intercepta.

(*b*) *Aug. Juſt. hiſt. Gen. l.* 6. *Bizar. l.* 19. *Foliet. l.* 12. *Guicc. l.* 17.

Non promotus ad Genuam exercitus fœderatus.

Mediolano ab Hiſp. propulſatus.

(*c*) *L.* I. *lit. princ. p.* 230. *Guic. ubi ſup. Bellaius l.* 3. *Beleh. l.* 19.

ſerenda Italica libertate cupiditatem ſuſceptas confudit.

XVI. Cenſuerat vero Urbinas, Helvetios, quorum virtuti multum fidebat, expectandos. Acceſſere quinque (a) millia eorum ad caſtra ſocialia pontificiis conducta ſtipendiis, quorum adventu recreatus Clemens hortativas haſce literas dedit (b), ut honorem ſedis Apoſtolicæ atque Italicum nomen in priſtinum ſplendorem contra Hiſpanam vim revocarent.

(a) Guicc. ubi ſup.

(b) Lib. brev. an. 1526. par. 2. p. 17.

Dilectis filiis Helvetiis, ad noſtra & confœderatorum ſtipendia in Italia militantibus & militaturis, eccleſiaſticæ libertatis defenſoribus ſalutem, &c.

Helvetii obſequia ſua Pontifici deferunt.

Dilecti filii, multi præſtantes viri nobis & prædeceſſoribus noſtris magnum ſæpe reddiderunt teſtimonium de fide, & inconcuſſa devotione inclytæ nationis veſtræ erga Apoſtolicam ſedem; ſed nemo eſt ea teſtatus uberius aut clarius, quam nunc dilectus filius Capnius, cujus labor & diligentia pari fide ac virtute conjuncta, in hoc bello pro dignitate Eccleſiæ & Italiæ ſalute a nobis & confœderatis noſtris ſuſcipiendo ita emicuit cum apud nos, tum apud ſummos principes, ut omnem a nobis & illis commendationem ac benevolentiæ declarationem mereatur expectare poſſit: is enim ſæpe ac conſtanter ſuis literis affirmavit nobis honorem & dignitatem hujus ſanctæ ſedis & noſtram tam fixam eſſe in præcordiis veſtris, quam ſit propria veſtra & filiorum veſtrorum vita. Cujus viri teſtimonio, licet apud nos nihil eſſet certius, gaudemus tamen & teſtimonium ejus & expectationem ſe vobis noſtram a ſtudio & devotione veſtra fuiſſe ſuperatam, cum vos minime adacti publico veſtrorum imperio, ſed privato affectu & amore ad tuendam dictæ ſedis dignitatem & Italiæ ſalutem ſponte libenterque veneritis. Fuit hoc nobis, ut debuit, dilecti filii, ſuper omnem credulitatem gratum, & jucundum; & ſi Deus aliquando conceſſerit, declarabimus univerſo orbi qualis ſit affectus noſter erga vos ſingulos & totam gentem veſtram, id quod juſtiſſime nos facturos arbitrabimur, &c. Dat. Romæ 1. auguſti MDXXVI. pontificatus noſtri anno III.

XVII. Auctus Helvetiorum copiis, quas epiſcopus Laudenſis adduxerat, Urbinas ad Mediolanum caſtra reducere detrectavit (c), converſa jam rerum Mediolanenſium facie; inductis enim in urbem Hiſpanis copiis, quæ per agros antea diſperſæ erant, populus preſſus (d) jam erat ſæva ſervitute, nonnullis ex deſperatione infeliciter ſibi necem conſciſcentibus (e), ac pulſis iis, qui res novare potuiſſent: itaque alia Helvetiorum agmina Gallicis conducta ſtipendiis præſtolanda cenſuit, ut difficilem expeditionem conficeret, quantumvis nullas amplius nectendas moras admoneretur, ſocialeſque copiæ inter ſe diffidebant (f): datam vero Pontifici fidem Gallum prodidiſſe (g) conqueritur Matthæus Gibertus datarius cæteroqui Gallicæ factioni addictiſſimus: quippe eum Clementem bello ipſius cauſa ſuſcepto implicitum vidiſſet, res ſuas cum Carolo componere pertentaſſe, ac ſerius promiſſa auxilia ſubmiſiſſe, cumque omnes ſociorum ſpes in celeritate poſitæ eſſent, nimia tarditas omnem proſperi ſucceſſus expectationem evertit. Porro Clemens conjuncto cum Florentinis exercitu Senas Cæſari eripere, ac proſcriptos Gallicæ factionis cauſa urbi reſtituere annisus magna clade propulſatus (h) eſt, præcedentique die Franciſcus Sfortia dux Mediolanenſis poſt diuturnam obſidionem in extremam commeatuum inopiam redactus, cum ſocialis exercitus fruſtra expectatis Gallis eum liberare non auderet, incolumitatem libertatemque vigeſimaquarta julii die pactus deditionis verba nuncupavit (i): tantum porro abfuit; ut Clemens, qui Urſinos ac Veſpaſianum Columnam ſibi conciliaverat, ſubiiciendique ſibi Neapolitani regni ſpes ingentes conceperat, ſi Gallica claſſis uti conventum erat, condicto tempore affuiſſet, adoriri Neapolitanum regnum non auſus ſit; verum tum Gallus, qui non modo exercitum ſubmittere, verum etiam Pontifici & Venetis præbere ſtipendia ſpoponderat, ut ex Clementis literis ad Franciſcum Guicciardinum in univerſa ditione pontificia militarem legatum datis conſtat (k), rem verbis pene ageret. (l) Pompejus Columna Cardinalis factioni Hiſpaniæ addictiſſimus collectis copiis plures in agrum Romanum excurſiones egit (m), ac plebs novo vectigali ad tolerandos ſumptus bellicos onerata malefidæ in Clementem voluntatis certiſſima ſigna oſtenderit, quibus animati Columnenſes Hugonis Moncadæ & Hiſpanorum fraudibus ſubornati fœdiſſimam in Clementem proditionem conflarunt.

(c) Guicc. l. 17. & l. 1. lit. prin. pag. 219.

(d) Ib. p. 221.

(e) Guicc. l. 17. append. ad Sabellic.

(f) Pag. 221.

(g) Pag. 220.

Franciſc. I. ſerius opem mittit.

(h) Guicc. l. 17 Malavol. p. 3. l. 7.

Sfortia deditionem facit.

(i) Id. ib. append. ad Sabellic. auct.

(k) Clem. lib. brev. ann. 1526. p. 2. p. 105.

(l) Lib. 1. lit. princ. pag. 203. 223. Guicc. lib. 17.

(m) Guicc. l. 17. l. 1. lit. princ. p. 224.

Conflata a Columnenſibus in Pont. proditio.

XVIII. Minitabatur etiam Ferdinandus irrumpere in Italiam cum Germanico exercitu, ad quem arcendum communi Pontificis, Regis Francorum, & Venetorum nomine cum oratoribus trium regionum Helveticarum in ſolemni conventu apud Ilants congregatis fœdus initum (n) eſt xv. auguſti, ut Francorum Regis hoſtes aditu in Mediolanenſem principatum prohiberent, ac duo millia ſtipendiariorum Gallo Regi traderentur, quingenta

(n) Clem. lib. brev. ann. 1526. pag. 15.

vero

Digitized by Google

vero millia nummum Helvetiis traderentur. Tuebatur ſe urbis mœnibus Pontifex, ac præſidiarias undique copias contraxerat: quem cum prædictus Hugo Moncada, vi aperta opprimere non poſſet, fictæ amicitiæ ſpecie comprehendendi illius conſilia iniit. Ipſum itaque poſtulavit de ſequeſtra pace, quam Pontifex Turcarum in Pannoniam irruptione contrario belli ſucceſſu, publiciſque Italiæ calamitatibus perculſus, interprete Veſpaſiano Columna admiſit iis legibus, ut Columnenſes Anagniam atque alia loca ditionis eccleſiaſticæ reſtituerent Apoſtolicæ ſedi: copias in regnum Neapolitanum reducerent: nulla militum præſidia in ſuis principatibus Romanæ eccleſiæ imperio obnoxiis tenerent; regnum vero Neapolitanum contra hoſtiles impreſſiones tueri poſſent: ipſe autem Pontifex acceptas injurias remitteret, edicta publica in Pompejum Columnam Cardinalem conſcripta abrogaret, eorum ditionem vexari ab Urſinis, non ſineret. Quo ſancito fœdere Clemens, qui antea Neapolitanum regnum cum Venetis adoriri decreverat, ac Joannem Baptiſtam Sangam (*a*) ad Franciſcum Regem legaverat (*b*), ut cum ad mittenda auxilia, ſolicitaret, ad pacis conſilia converſus præſidiarias omnes copias dimiſit, & Cardinalem (*c*) SS. Coſmæ & Damiani pro redigendo ad mutuam concordiam univerſo Chriſtiano imperio in Hiſpanias ad Cæſarem Apoſtolicæ ſedis legatum decrevit xxiv. auguſti die.

Pax inita a Pont. cum Cæſareis.

(*a*) *Ext. ejus plures lit. l. 1. lit. princ. Clem. l. n. ann.* 1560.
(*b*) *Guicc. l.* 17.
(*c*) *Clem. lib. brev. an.* 1526. *p. n. pag.* 182.

XIX. Columnenſium irruptio ad opprimendum Clementem.

At dum Clemens nil hoſtile veretur, Hugo Moncada ac Pompejus & Aſcanius Columnenſes inſtructo circiter octo millium hominum exercitu vigeſima ſeptembris die irrupere in Urbem, ac diſſimulante flagitium populo Romano, ignoranteque quanta ſibi mala ob non ſecuta majorum in Pontificibus defendendis exempla imminerent, in pontificiam ædem Vaticanam impetum fecere. Decreviſſe in ea perturbatione rerum Clementem Bonifacii VIII. exemplo in ſede pontificia Columnenſium vim excipere; ſed a Cardinalibus, ut in arcem Hadrianam ſe ſubduceret adactum, ſcribit Guicciardinus. Tanto irarum & ambitionis æſtu Pompejum arſiſſe, ut Pontificis cruore manus inſecturus ac pontificatum vi invaſurus putaretur: expilatam pontificiam ſupellectilem, direptum baſilicæ S. Petri ſacrum theſaurum, bibliothecam diſſipatam, prædaque onuſtum hoſtem appetente nocte, non ſine tumultu abſceſſiſſe, adeo, ut facile ab exiguis copiis deleri potuiſſet, refert horum malorum ſpectator Hieronymus Niger (*d*), additque Moncadam cæſaris legatum acceptis duobus Cardinalibus obſidibus in arcem ad Clementem ſe contuliſſe, ac iniquas pactiones extorquere anniſum (*e*) poſtridie vero trimeſtres inducias inſtauratas fuiſſe. Data eſt a Clemente (*f*) Vincentio Barili provincia, ut cæſareis copiis liberum diſceſſum permittendum, & commeatus juſto pretio ſuppeditandos curaret: *Te*, inquit, *noſtrum commiſſarium ad aſſociandum copias dilectorum filiorum Hugonis de Moncada & Columnenſium, ex urbe noſtra in regnum Neapolis diſcedentes, authoritate noſtra deputamus. Dat. Romæ* xxii. *ſeptembris MDXXVI. anno* iii. Superioribus conſentanea tradit his verbis Belchairus (*g*).

Baſilica S. Petri & palatium direpta.

(*d*) *Lib.* 1. *lit. princ. p.* 235.

(*e*) *Clem. lib. brev. ann.* 1526. *p.* 137. *& p.* 2. *p.* 108.
(*f*) *Lib. brev. an.* 1526. *par.* 2. *p.* 99.
(*g*) *Belchai. l.* 19. *n.* 8.

XX. Pacis leges.

Ut privatis publicæ calamitates adderentur eodem tempore Clemens & profligati, nempe apud Senas, *ſui exercitus & Solimanni cum potenti exercitu Hungariam ingreſſi nuntium accepit. Inter Clementem ac Veſpaſianum Columnarum cæterorum nomine agentem reconciliatio in hæc capita* xi. *kal. ſeptembris facta eſt: nempe ut Columnæ Anagniam & quidquid nuper cepiſſent reſtituerent: milites ſuos in regnum Neapolitanum revocarent, nec ullos in pontificiis ditionibus retinerent: Columnis Cæſaris ſtipendium mereri, & pro regno Neapolitano pugnare fas eſſet. Contra Columnis nouas omnes hactenus admiſſas Clemens condonaret, Cardinalem Columnam Chriſtianis ſacris reſtitueret, ne Clemens Columnarum oppida, arceſve aut invaderet, aut per Urſinos invadi permitteret. Cui reconciliationi fidem adhibens Clemens, milites omnes, quos Romæ habebat dimiſit. At Pompeius Cardinalis, Veſpaſianus, Aſcanius Columnæ, atque Hugo Moncada, nam Sueſſanus regulus Marini paucis ante diebus e vita exceſſerat, ut proditionem dudum meditatam exequerentur, circiter octingentos equites tria peditum millia ad Anagniam coegerunt, & tribus portis occupatis, Lateranenſi Romam XII. kal. octobris ingreſſi ſunt, Pompeius quidem ita ambitione ardens, ut Clementem trucidare, Romanumque pontificatum armis invadere ſtatuiſſet. Clemens de vita anxius in pontificio ſolio, ut quondam Bonifacius VIII. a Sarra Columna interceptus, mori deſtinarat, & vix Cardinalibus urgentibus tandem ſe in molem Hadriani recepit. Interim dum Columnenſes milites pontificium palatium, Petri ædem non magis ſacræ quam prophanæ ſupellectili parcentes, ac prope tertiam vaticani ſuburbii partem diripiunt, nam a cæteris raptores tormenta ex Hadriani mole diſploſa repulerunt: in urbe autem nemini vis allata fuit.*

Proditio inſignis.

fuit. Tumultu ſedato, qui trium horarum fuit, Moncada, Cibo ac Rodulpho Cardinalibus obſidibus acceptis, Clementem convenit, atque ut victor induciarum conditiones propoſuit. Interpretem hujus concordiæ fuiſſe Luſitaniæ Regis oratorem, teſtatur Clemens in literis ad eumdem Regem datis, quibus nefarii atrociſque facinoris ſeriem deſcribit (a).

Luſitanus oratos concordiæ interpres.

(a) *Lib. brev. an.* 1526. *par.* 3. *p.* 198.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Joanni Portugalliæ & Algarbiorum Regi illuſtri.

XXI. *Cum nuper Hugo de Moncada a cæſarea majeſtate in Italiam deſtinatus, & Columnenſes equeſtribus & pedeſtribus copiis clam coactis, contra fidem datam almam urbem noſtram hoſtiliter invaſerint, & contra perſonam noſtram, Dei timore poſthabito, machinati fuerint, & poſtquam in arcem S. Angeli, quæ ſacro palatio noſtro proxima eſt, nos recepimus, non modo palatium ipſum in quo Romani Pontifices una cum pluribus Cardinalibus reſidere conſueverunt, ſed etiam S. Petri baſilicam, ad quam Chriſti fideles ex omnibus mundi partibus devotionis cauſa concurrunt, temerario & ſacrilego auſu diripuerunt, ac nullis rebus, etiam ſacris, parcendo, ipſe* oimirum Joannis Regis orator, *Martinus, pro ſedandis & componendis auſibus hujuſmodi temerariis multos labores & pericula inter gladios & tormenta bellica verſatus ſubierit, ac non modo ſuam, ſed etiam tuæ majeſtatis authoritatem interpoſuerit, nec ceſſaverit donec quandam concordiam cum certis pactis, & conditionibus ad certum tempus componi curaverit: ac ab eodem fere tempore nuntiata regni Hungariæ captivitate ejuſque Regis cum toto fere exercitu, quem contra tyrannum Turcarum paraverat, infelici ac miſerando obitu pro reliqua Chriſtianitatis ſalute noſtris & ſacri collegii Cardinalium mandatis non expectata majeſtatis tuæ licentia pro communi Chriſtianæ reipublicæ ſalute obtemperando, onus ad tuam & dictam Cæſaream majeſtatem accedendi ſuſceperit, ut ipſam noſtro nomine ad capeſſendam Chriſtianæ reipublicæ ac ſanctæ fidei defenſionem moneret, hortaretur, atque requireret, &c.* Concedit certis pactionibus privilegia ob Martini nepotis egregia obſequia quæ his verbis deſcribit: *Ut Rex Luſitaniæ viros idoneos ad monaſteria & prioratus conventuales vacantia adminiſtranda deſignet*, quæ authoritas a Leone X. Emmanueli Joannis patri conceſſa, ab Hadriano convulſa fuerat. *Dat. Romæ* XI. *kal. octob. MDXXVI. potificatus noſtri anno* III.

XXII. Triduo ante quam hæc proditio in Clementem fieret ab adminiſtris cæſareis, Cæſar apologeticum libellum (b), in quo civilium inter Chriſtianos bellorum cauſas a ſe in Pontificem reiicere niſus eſt, recenſita præcipua Italicarum rerum hujus temporis hiſtoria, Clementi inſcripſit.

(b) *Ext. apud Dolgaſt. to.* 1. *p.* 479.

Sanctiſſimo in Chriſto patri & domino, domino Clementi VII. divina providentia ſacroſanctæ Romanæ & univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici, domino reverendiſſimo, Carolus divina favente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

Carol. V. ad Clem. lit.

Beatiſſime pater, domine reverendiſſime. Eramus profecto in magna mentis noſtræ anxietate, communem totius populi Chriſtiani calamitatem nobiſcum tacite deplorantes ob ea, quæ a ſanctitate veſtra contra nos ſtatumque noſtrum & ſacri Romani imperii dignitatem moliri audiebamus; verum hanc noſtram anxietatem mirum in modum auxerunt veſtræ ſanctitatis literæ, quas vigeſimo die elapſi menſis auguſti ejuſdem ſanctitatis nuntius XXIII. *junii expeditus legendas nobis tradidit; cum nihil de iis perſpicere liceat, quam juſtitiæ ſuæ (ut inquit) laudem, noſtræ vero ac noſtrorum cauſæ acerrimam damnationem, arma, bella, minas, cædes, pecuniæ, avaritiæ, & ambitionis ſtudium, regnandi dominandique cupidinem nobis impingi: quæ profecto nec verum paſtorem decent, nec noſtræ in Apoſtolicam ſedem veſtramque ſanctitatem, ac illius dignitatem devotioni, pietati, ac filiali obſervantiæ convenire videntur. Quinimmo ab eo affectu & ſtudio, quo Chriſtianam rempublicam ab ipſis ineuntis principatus noſtri annis ſemper complexi fuimus, quo illius pacem quietem, ac incrementum omni conatu concupivimus, ac pro viribus curavimus prorſus aliena cenſeantur, ac nos talibus afficiant ſpiculis, quod ni honori proprio tacendo detrahere, immaculatamque famam noſtram tacita objectorum approbatione lædere velimus, cogimur emiſſa in nos jacula refellere:* Et infra.

Ejus querelæ.

XXIII. *Pacis vocem ſemper audivimus, veſtramque ſanctitatem ad illam proponendam & amplectendam, velut rectum paſtorem monuimus, & incitavimus: ſemper enim in quacumque fortuna pacis ac quietis cupidi eſſe ſtuduimus, ad quæ noſter animus ſuapte natura inclinatur, nec umquam inter Chriſtianos (niſi provocati coactive) bellum geſſimus, neque tentavimus. Cum enim claſſem in hoſtes diſpoſitam haberemus, Menice inſula ad deditionem coacta, majora pro fide catholica tentaturi, Gallorum arte & copiis undique cincti ad propria tuenda reducimur, veſtræque etiam*

Belli culpam a ſe avertit.

A Gallo fuiſſe laceſſitum.

am ſanctitatis opera & miniſterio cum Leone X. fœdus percuſſimus, ac pro Apoſtolicæ ſedis, ſacrique imperii juribus ac dignitatibus tuendis ipſius paſtoris authoritate & impulſu in Inſubria ac Liguria arma movimus, noſtrumque exercitum pontificio, cui tunc veſtra ſanctitas in minoribus agens, munereque legationis fungens præfectus erat, adjunximus; quam provinciam profecto non niſi recta & juſta intentione pro ipſius Chriſtianæ reipublicæ quiete, proque Italiæ liberatione, non en cupiditate ſuſcepimus. Teſtis eſt noſtrorum operum Deus, verus ſcrutator cordium, qui intima perſpiciens a longe cognoſcit, & qui noſtram ob id juſtam cauſam ſemper tutatus eſt, totque inſignibus victoriis comprobavit, ac juſtificavit. Teſtis erit ſanctitas veſtra, ſi præteritorum rationem ac memoriam habeat, veraque in lucem promere libeat. Teſtes ſunt eiuſdem ſanctitatis veſtræ miniſtri, ſæpius ad pacis ac induciarum media proponenda tranſmiſſi, qui aperte experti ſunt, nos ſemper, rebus etiam noſtris ſecundiſſimis, quaſcumque honeſtas pacis aut induciarum conditiones ſuſcipere paratos, quibus & honoris noſtri & fœderatorum juſta æqua ac ſecura non haberetur. Teſtantur etiam hæc multiplicia mandata noſtra tum Hadriani, tum ſanctitatis veſtræ temporibus per nos ad urbem miſſa, variæque legationes ad id pro tempore diſpoſitæ ac deſtinatæ, ut nihil a nobis de his quæ ad pacem attinent, ullo unquam tempore prætermiſſum arbitremur: qui non minus æquæ ac honeſtæ pacis ſtudioſi, ac zelatores fuimus ſumuſque, quam injuriarum alacres ac prompti propulſatores, ubi etiam ratio ſuadet clementiſſimi remiſſores hilareſque bonorum pro malis & conviciis retributores. Aliiſque interjectis.

Percuſſiſſe fœdus cum Leone X.

Paratum ſe fuiſſe ſemper ad pacem.

XXIV. Graves de Clemente & Franc. I. querelæ.

Si ea, quæ ſanctitas veſtra nobis rebuſque noſtris, dum in cardinalatu etiam officia præſtitit animadvertamus, id quippe anteceſſiſſe dignoſcitur, quod vita functo Maximiliano Cæſare avo noſtro paterno felicis recordationis dum is vivens cum ſacri imperii electoribus fundamenta jeciſſet, quibus eidem in imperio ſucceſſor effici poſſemus, cumque cum Gallorum Rege, qui filiam ſuam nobis ſpoponderat, fœdere arctiſſimo juncti eſſemus, ut & nos filium nuncuparet, nilque ab eo, quod ab paterno amore alienum ſeu indignum videretur, prodire putaremus, his taliter ad imperii aſſecutionem allectus incitatuſque extitit, ut etiam cum taxatione perſonæ, propoſita inhabilitate ipſius imperialis dignitatis capeſſendæ conatus fuerit variis modis electores inducere, ut illum eligerent, imperatoremque deſignarent [quod non ad ipſius Gallorum Regis promotionem tentatum extitit, ſed ut per ejuſmodi Galli concurrentiam utroque noſtrum excluſo ſoluto fœdere tertius ſubintraret minoris potentia præditus, cui potius imperaretur quam imperare poſſet] nihil prætermittendo ut ab ipſius imperii adeptione penitus excluderemur. Et cum hujuſmodi conatus irriti facti forent, electionem non tamen voluimus prius acceptare, quam ipſius Leonis ſummi Pontificis veſtræ ſanctitatis patruelis conſenſus & authoritas accederet cum ea diſpenſatione, ut cum imperio nobis etiam Neapolitanum regnum retinere liceret, lege inveſtituræ minime refragante. Hinc nova cogitantur media, ut ipſius imperii ſacri dignitas illudatur & illius authoritas deprimatur, vireſque noſtræ minuantur. Præter id tamen quod tentatum extitit ex literis & nuntii variis practicis, ut noſtra coronatio apud Aquiſgranum differretur impedireturve, ac inde Wormatienſis conventus protelaretur, ſeu potius inutilis inefficaxque redderetur.

Violaſum ab ipſo fœdus initum.

Affectaſum imperium.

Inductus ad id non ut aſſequeretur ſed ut tertius imperaſet.

XXV. Objectum Clementi egiſſe cum Gallo ut occuparet utramque Siciliam.

Fuit etiam organo ac medio Alberti Pii Carpenſis comitis, non ſine veſtræ ſanctitatis miniſterio & opera, ut fertur, percuſſum fœdus inter Leonem & Gallum quo etiam de auferendis a nobis utriuſque Siciliæ regnis, deque protectionibus potentatuum ac civitatum Italiæ inter ſe dividendis, imperioque Italico penitus uſurpando ſeu verius enervando, & ſubvertendo, agebatur, prout hæc ex nonnullis interceptis literis, quas originaliter in manu noſtra ſervamus liquide conſtare poterit. At cum Gallus Rex hujus ſpe fœderis fretus, cupidus ſuæ ditionis fimbrias ampliandi, violato fœdere, quod prius nobiſcum inierat, per Robertum de Marcha rebellem ſubditum noſtrum, ad ipſius Gallorum Regis ſtipendia conductum, arma in dominia noſtra Galliæ Belgicæ moviſſet, ipſiuſque Galliæ Regis duces & milites in Italia agentes, etiam ipſius Apoſtolicæ ſedis dominia tunc poſſeſſa, urbem ſcilicet Rhegium clanculum occupare conati fuiſſent, fatemur tunc ſanctitatis veſtræ opera divum ipſum Leonem Gallorum amplitudinem magis, quam noſtram potentiam perhorreſcentem de ipſorumque fide hæſitantem in partes noſtras adductum eſſe, nobiſcumque fœdus iniſſe, quo ſuam ſanctitatem in ſua apoſtolica dignitate tueri, & Romanam eccleſiam antea occupatam per Gallos reſtituere, & redintegrare, necnon illuſtrem Franciſcum Sfortiam in paternum ſolium & ſtatum, a Rege Gallo detentum, reducere convenimus: Quod quidem adeo alacri animo ſuſcepimus, poſtergatis oblitiſque anterioribus

Illum ea ſpe allectum moviſſe arma in Belgio.

Ut Galli duces Rhegium Leoni eripere conati ſint. Inde Gallica ſuſpecta potentia Leoni fuit. Initum fœdus cum Carol. V. pro reſtituendo Franciſco Sfortia.

bus

bus geſtis in ſtatus, honoris, ac dignitatis noſtræ præjudicium molitis, ut nil aliud putaremus, quam duo orbis luminaria veſtræ ſanctitatis opera adeo inſeparabiliter conjuncta cenſeri, ut inde mutua horum correſpondentia orbis univerſus illuſtrari poſſet, ad perpetuamque unionem reduci. Hoc itaque fœdere freti, cum ipſius divi Leonis copiis noſtris adjunctis, &, ut antea retulimus, ſub veſtræ ſanctitatis præfectura & legatione per nos actum executumque extitit, ut Parma, Placentia Eccleſiæ reſtitutis, ipſoque illuſtri Franciſco Sfortiæ in paterno ſolio ſtabilito, Galli etiam non ſine magna ſtrage, ducum noſtrorum virtute, illuſtrium videlicet Proſperi Columnæ, marchioniſque Piſcariæ, ac aliorum noſtri exercitus ducum & militum ab Italia omnino expulſi fuerint: & hæc ſunt quæ Leonis tempore veſtra ſanctitas pro nobis egit; quæ tamen non ita paſſim irremunerata fuere, cum & ipſa Romana eccleſia ſuum eu his auxerit patrimonium, non ſolum Parmæ & Placentiæ recuperatione, ſed etiam novi cenſus onere regno noſtro Neapolitano injuncto, veſtraque ſanctitas [quod non improperandi cauſa ſit dictum] aureorum X. millium penſionem annuam ſuper metropoli Toletana noſtra quidem liberalitate obtinuit. Exprobrat deinde Carolus ſuſceptam ab ipſo fuiſſe Mediceorum clientelam, eundemque Clementem in Hadriani gratiam reſtitutum, adeo ut nihil eo inconſulto gereretur, indignatumque propterea Cardinalem Volaterranum conjuraſſe cum Gallis, ſed interceptis literis conjectum in carcerem; quamvis poſtea a Clemente donatus venia paulo poſt diem extremum clauſerit: tum ſubdit.

Parma & Placentia reſtitutæ eccleſiæ. Actum vectigal Neap. Quem fructum tunc Card. Medices collegerit. Ut Mediceti in clientelam accepti fuerint. Cardinalem Volaterranum propterea conjuraſſe cum Gallis.

XXVI. Fatetur Carol. V. opera Clem. Adrianum contra Gallos fœdus iniſſe. Victos repulſoſque propterea Gallos. Parto pontificatu non approbaſſe fœdus quod conciliarat.

Non diffitemur tamen ipſo Hadriano vivente, poſtquam in illius gratiam ſanctitas veſtra reducta extitit, illius operam non modicæ frugi nobis fuiſſe in alliciendo eundem Hadrianum ad fœdus illud defenſivum, quo medio Galli iterum in Italiam redeuntes Mediolanumque obſidentes, fœderatorum præſidiis denuo victi repulſique fuere: quod etſi veſtræ ſanctitatis pontificatu fueris executum, id tamen ſub vexillis & copiis ejuſdem Hadriani, in vimque præambuli fœderis actum extitit. Quod veſtra ſanctitas opus manuum ſuarum deſpiciens, novus homo factus, novaque dignitate aſſumpta, nequaquam approbandum ſeu innovandum cenſuit, licet ipſius fœderis executionem, in qua cæteri fœderati tunc firmiter inſiſtebant, concurrentibus etiam Venetorum copiis, veſtra ſanctitas, prout ratio ſuadebat, nequaquam impediendum cenſuerit, cum etſi præſidia eccleſiæ eo tempore ceſſiſſent, non ideo minus noſtrorum victoria in manu eſſe videbatur. Et infra.

XXVII. De conjuratione Marchionis Piſcariæ in Carol. V.

Quod autem ſanctitas veſtra ad id ſubjungit, cum propter æmulationem quorundam eu ducibus, & ingrata cæteris conſilia Piſchariæ marchio nonnulla jactare tractareque cœpiſſet in noſtri ſtatus detrimentum, veſtram ſanctitatem illa etiam conſilia audiviſſe, ne fœdere a nobis rejecto penitus aſpernatæ eidem ſanctitati deeſſet, ubi niti ac confidere poſſet; non poſſumus profecto non mirari, quæ in hoc veſtra ſanctitas ſuis literis profitetur, quæ etſi nobis ſæpius a noſtris ducibus aliiſque quamplurimis ſcripta relataque fuiſſent, nuſquam tamen a nobis credita ſunt, nec adhuc crederemus, ni veſtra ſanctitas id aſſeveraret confeſſione & aſſertione in his potiſſime, quæ proprium factum concernunt, nulla plenior liquidiorque prælatio eſſe poteſt. Qualia autem fuerint ea, quæ marchio Piſchariæ in noſtri ſtatus detrimentum jactare & tractare dicebatur, & quæ veſtra ſanctitas audiviſſe fatetur, cum in veſtræ ſanctitatis literis non ſpecifice declarentur, ſed ſub verborum involucro res tam nefanda tegi videatur, comprobanda res erit per ipſius Marchionis literas, quæ penes nos ſervantur, ac per aliorum quorumdam adhuc viventium teſtimonia, qui hujuſca facinoris conſcii participeſque fuere, quibus ſatis aperte detegitur, ipſum Piſcariæ marchionem non ita proprii honoris ac conſcientiæ immemorem fuiſſe, quod quidquam in ſtatus noſtri detrimentum moliri cuperet; ſed potius aliter finxiſſe, quam in animo haberet, ut aliorum in nos ac ſtatum noſtrum molientium factiones ac incendia parata, quarum jam fumum ſenſerat, verioribus indiciis ac argumentis detegeret, hincque facilius nobis præmonitis extingui poſſent: ſicque finxit ſe de nobis male contentum, ut inde liberius in molientium partes vocaretur, omnemque rei ſeriem audire ac funditus intelligere poſſet. Hicque marchio ipſe ad eam tragœdiam vocatus ſimulata fide in eam conſpirationem cum cæteris illius authoribus convenit atque conſenſit, perluſtratiſque omnibus ad tantum facinus patrandum diſpoſitis, atque paratis, totius negotii ſerie plane perſpecta, atque intellecta, cum in his veſtræ ſanctitatis principalis eſſet authoritas, audiviſſetque marchio nuncium ad id per veſtram ſanctitatem tranſmiſſum eidem ſui parte, ut ait offerentem ſub cujuſdam apoſtolici brevis credentia regni noſtri Neapolitani inveſtituram & poſſeſſionem, ſi is in ejuſdem ſanctitatis & fœderatorum cum copiis noſtri exercitus eidem marchioni magis affectis tranſiret, atque transfugeret,

Ut finxerit marchio quo detegeret conſilia Italorum.

Clementi objicitur conjurationis auctorem fuiſſe.

Ut promiſſum ſit marchioni regnum Neap.

ut inde communibus fœderatorum copiis inter quas & Gallorum copiæ cum ingenti Helvetiorum manu ad ſui Regis liberationem Italiæ concitatis uno jactu atque conteusu noſtrum euercisum prorſus delerent, noſque non ſolum a ſtatu Mediolani, ſed etiam a regno Neapolitano ac ab omni imperio Italico excluderent, ut inde ſanctitas veſtra nos etiam ab omni imperiali dignitate deponeret, finuit Marchio ſe contentum his annuere, ſi id cum honore ſine incurſu criminis læſæ majeſtatis exequi liceret; & ut ſuper ea re peritiores conſuleret, petiit quindecim dierum dilationem; quibus pendentibus illi erat in animo nobis rei ſeriem aſcribere, prout & fecit; nec ideo minus ſe a practicis abſtinuit, qui etiam ad hanc fictionem magis colorandam habuit eu urbe conſilium peritorum, quo eidem marchioni perſuadebatur, eundem licite poſſe ac ſine honoris ſeu fidelitatis præſtita læſione, ſeu præjudicio, ſineque crimine læſæ majeſtatis in partes veſtræ ſanctitatis tanquam ſupremi domini illius regni tranſire, feudumque ab eadem ſanctitate ſuſcipere, ubi potiſſime ipſius ſanctitatis juſſus accederet.

De imperio etiam eripiendo Carol. V. actum.

Ut Marchio Piſcariæ ficte juriſconſultos Romanos conſuluerit.

XXVIII. *Si hæc igitur, pater ſancte, vera ſunt, ſicut narrat Marchio, qui uſque ad ultimum vitæ ſpiritum in ea ſententia ſemper perſtitit; ſi ſunt illa tractata atque jactata conſilia, quæ veſtra ſanctitas etiam audiviſſe fatetur, videat ipſa veſtra ſanctitas recto ſui intellectus oculo, ſi hæc ſancto paſtore digna cenſerentur; inſpiciat qualis fructus inde colligi poſſit, quale ſcandalum, quantuſque tumultus en his in Ecclesia Dei, ac in univerſa republica Chriſtiana naſceretur. Sed ait veſtra ſanctitas, ſe a verbis ad facta nullum aditum tentaſſe; utinam ſic ſe res haberet, nihilque de facto tentatum eſſet, quia facilius pro verbis reddi poſſent, facta autem pro infectis haberi nequeunt. Ad quod veſtra ſanctitas ſe de eo officio commendat, nos admoneri mandaſſe, ut duces noſtros in Italia, quorum in manu res noſtræ erant, curaremus de nobis eſſe contentos, hinc probationem eliciens, eidem eſſe curæ quietem & ſtabilitatem rerum noſtrarum, noluimus inficiari id officium a veſtra ſanctitate præſtitum, eo tamen tempore, quo idem marchio totius rei ſeriem nobis aperte diſſeruerat. Cur autem tunc veſtra ſanctitas ea jam detecta id nobis nuntiandum cenſuerit, id ejus judicio & conſcientiæ commendamus: volumus tamen & hoc in benigniorem partem ſuſcipere.*

Monuit Clemens Carol. V. ut ducibus faceret ſatis. Objectum ipſi id factum patefacta conjuratione.

XXIX. *At ſubjungis veſtra ſanctitas quod manimo cum gemitu & dolore ſuo atque Italiæ totius, cum duces noſtri ſtatum noſtrum Mediolani occupaſſent, atque arcem, in qua Franciſcus Maria reſidebat circumvallari inſtituiſſent, poſtulante a nobis curam & ſecuritatem adverſus in dignitatem tantam Italiæ periculo, omnibuſque notis atque ignotis flagitantibus, paratis qui & auxilia conferrent, cunctis prope Chriſtianitatis Regibus veſtram ſanctitatem animantibus, cum non videretur poſſe reſiſtere monitis querelis precibuſque illorum, cum vos officii veſtri debitum Italiæ calamitas & periculum commune commoveret; tamen adveniente per eos dies ab veſtra ſanctitate commendatore Herrera nuntio noſtro tractandi cauſa miſſo, relapſa eadem ſanctitas in priſtinam ſpem & cupiditatem, benivolentiæ noſtræ ſibi quovis modo conciliandæ dimiſſis conſiliis, conſpirationibus oblationibuſque cunctorum, gravi omnium indignatione & querela nobis comparare gloriam pacandæ Chriſtianitatis & moderationis noſtræ omnibus declarandæ, ſicque ea conjunctionum capitula paucis [ut ait] in locis leviter immutata remiſiſſe ad nos comprobanda, ſcripſiſſeque manu ſua literas, quibus per Dei miſericordiam obſecrando, ut depellere eam ſuſpicionem, quæ de noſtra nimia cupiditate omnibus adhærebat, perpetuitatem & fructum amicitiæ ſuæ nobis pollicebatur, conſiliumque fidele dabat, & quæ petenda erant omni cum humanitate & benivolentia a nobis petebat ſecuritatem videlicet Italiæ, duce Mediolani, ſi quo pacto erraſſet, clementer venia donato quem veſtræ ſanctitatis amorem, quæ tot opera atque officia erga nos, aliaque quamplurima, quæ nobis quotidie poſtulanti concedebat, ex quibus nobis commodum atque honor accreſcebat [ut ait] parvipendimus. His multiplicum querelarum, accuſationum & criminationum faſtidium adjungit; quibus tot & tantis [ut inquit] injuriis & cauſis invita veſtra ſanctitas, & gemens de nobis deſperare, & diffidere coacta; ſuamque amicitiam, & benevolentiam, quam toties [ut aſſeris] repudiavimus, multis & magnis Regibus adjungere, quorum optimum in Chriſtianam rempublicam & ſedem Apoſtolicam animum, ſi veſtra ſanctitas aſpernata eſſes, non jam paſtoris ſeu communis patris laudem, ſed ſuperbi & inſolentis nomen acquiſiviſſet.*

Sfortia obſeſſo a Cæſareis alii Reges in Carol. V. magis aſperati. Abiis atque Italis Clemens ſolicitatus ut obſiſteret Carolo V.

Monitus tunc Carol. V. ut pacem daret. Suſpicionem opprimendorum tolleret.

Parceret duci Mediolani.

Alias exteris Regibus & Venetis ſe conjuncturum.

XXX. *Hæc, pater ſancte, horrenda quidem ac penitus abominanda cenſerentur, ni ſcuto veritatis circumdati hujuſmodi calumnias, convitia, improperia, crimina facinoraque nobis objecta refellere, ac ſingulatim ſuo ordine exſtirpare & enervare ſtuderemus: non quidem Chriſtiano principe digna (ſi vera forent) ſed potius apud inferos recondenda cenſerentur. Ut igitur*

Caroli V. apologia.

hu-

hujuſmodi calumniarum nobis falſo objectarum faſciculum diſrumpamus, & colligata ſpicula in nos conjecta ſeparatim ac gradatim euervemus, cogimur hiſtoriam non fabulam receuſere, qua rerum geſtarum veritas in lucem prodeat. Et cum ab occupatione ſtatus Mediolani arciſque obſidione hujuſmodi calumuiarum principalior ſumatur occaſio, hincque pendere videantur leges & prophetæ horum omnium, quæ in nos moliuntur & tentantur, conſequens eſt, ut pro uoſtræ villicationis debita ratione reddenda, & ue quid occulti remaneat, neque ſervi nequam nobis nomen ac famam comparemus, ſed potius ſervi fidelis & boni, qui iu regnum Domiui intrare valeamus, ab ipſo ſtipite initium ſumamus, & a capite rationem reddamus oportet, nihil, quod ad rem faciat, omittentes. Res igitur, ur apertiſſimis docetur documentis, ſic ſe habet.

Jure recuperari a ſe principatum Mediolanenſem.

XXXI. Reſponſum Sfortias ſine jure Mediolano potitos.

Poſtquam Franciſcus Sfortia huius nominis primus, & moderni Franciſci avus paternus, ducatum ac ſtatum Mediolani nactus eſt, ſeu verius occupavit, cum is non intraret per oſtium ſed per feneſtram, nec deſcenderet a linea Vicecomitum Mediolani, ſed eu perſona uxoris ad tale feudum incapacis, jus dicti ducatus prætenderet, & tanquam ſtrenuus, prudens, ac fortunatus belli dux uon habuerit in ipſiut ducatus aſſecutioue contradictorem, nunquam tamen is neque filius ejus primogenitus Galeatius Maria Sfortia, nec eu ipſo primogenito nepos Joaunes Galeatius Sfortia, ipſius ducatus Mediolani inveſtituram a ſacro imperio obtinere potuerunt. Succeſſit his Ludovicus Sfortia moderni Franciſci pater, qui affiuitate cum D. Mauimiliani Cæſare avo noſtro contracta, primus eu Sfortianis inveſtituram obtinuit pro ſe, & filiis, ac deſcendeutibus ſuis ordiue ſucceſſivo gradu primogenituræ ſervato: quo Ludovico primo inveſtito adhuc vivente inſurrexit adverſus eum Ludovicus Aurelianenſis dux, inde Francorum Reu hujus nominis XII. prætendens quod, ſi eu fœminea linea quiſpiam in eo ducatu recte ſuccederet, ipſe præferendus foret, qui eu deſcendenti a Valentina Philippi Mariæ Vicecomitis veri ducis filia legitima ortum trahebat, pacto etiam in contractu matrimouii adiecto, ut deficientibus maſculis, ipſa Valentina ſuccederet; quod, vacante imperio, a ſede Apoſtolica approbatum dicitur: de cujus tamen approbationis viribus nunc diſceptandum occaſio non offertur: ipſa autem familia Sfortiata ab illegitima poſteriore genita originem duceret. Ortum eſt hinc bellum inter ipſum Ludovicum Aurelianenſem inde Francorum Regem, & dictum Ludovicum Sfortiam, qui Gallorum viribus & potentia non ſolum a ducatu & ſtatu ejectus extitit, ſed etiam captivus in Galliam ductus eſt, ubi tandem dies ſuos clauſit extremos.

Non obtinuiſſe cæſaream inveſtituram. Ludovicus Sfortia primus eam obtinuit.

Is a Lud. XII. pulſus.

Juſta fuit cauſa quod a legitima genus duceret.

XXXII. Inveſtituram obtinuit.

Hinc Ludovicus Rex intelligens ſe non eſſe tutum iu ducatu Mediolani, niſi a ſacro imperio inveſtituram obtineret, inito fœdere cum D. Mauimiliano Cæſare avo noſtro recolendæ memoriæ, actoque de matrimonio ſeu ſponſalibus contrahendis inter nos & Claudiam ipſius Regis Ludovici primogenitam, revocataque per D. Mauimilianum inveſtitura eidem Ludovico Sfortiæ & liberis antea conceſſa, inveſtituram dicti ducatus obtinuit pro ſe & dicta Claudia ejus filia caſu, quo nobiſcum nuberet, ea lege adiecta de expreſſo ipſius Ludovici ſuorumque oratorum conſenſu; quod ſi ſine culpa noſtra dictum matrimonium iuter uos & Claudiam quovis modo effectum non haberet, prout non habuit, redderetur ipſa inveſtitura dicto Regi & Claudiæ filiæ conceſſa penitus ineſficau, nulliuſque momeuti, verum omne jus dicti ducatus & ſtatus Mediolani eu ipſa inveſtitura conceſſum in nos recta via tranſiret, conceſſa eu tuuc illis conſentientibus in eum caſum nova inveſtitura iu uoſtram perſonam præſeutem ad id, & noſtro nomine ſtipulante & acceptaute reliquaque ad id requiſita ſolemnia peragente ſereniſſimo felicis memoriæ Philippo Caſtellæ Rege patre noſtro: quam inveſtituram in ſolemui forma conceptam, & per ipſum D. Mauimilianum tunc expeditam, adhuc hodie penes uos habemus. Et licet eo fœdere per Regem Ludovicum violato, dictaque Claudia ejus filia matrimonio copulata cum tunc duce Angolemenſi Franciſco moderno Francorum Rege, ſicque conditione purificata inveſtitura nobis, ut præfertur, conditionaliter conceſſa validum robur & effectum obtineret, ut jus dicti ducatus & ſtatus Mediolani in uos tranſlatum cenſeretur; ipſe tamen D. Cæſar Maximilianus, tum quia publicam potius quam privatam utilitatem curabat, tum quia putabat jus nobis ex inveſtitura prædicta quæſitum ſalvum eſſe, nullumque præiudicium nobis tunc poſſe afferri, qui in pupillari ætate conſtituti ſub illius tutela regebamur, quo tutelæ officio fretus jus illud liquidum, quod nobis competebat, uec tacite nec expreſſe remittere poterat, novam eidem Gallorum Regi Ludovico pro ſe & dictis Claudia filia, & Franciſco genero inveſtituram conceſſit, nonnullis etiam conditionibus nequaquam obſervatis aſtrictam, ac a uobis, qui jus prætendere poteramus, nunc approbatam; qua de re ipſe D. Cæſar Maximilianus violati fœderis vindictam proſe-

Quæ lex adjecta.

Ut jus Mediolani redierit ad Carolum V.

Ut fœdus a Gallis violatum ſit.

Iterum conceſſa inveſtitura a Maximiliano.

Ob violatum iterum fœdus pulſi Gal. a Mediolano.

Digitized by Google

Inductus Maximilianus Sfortia in poſſeſſionem.

ſequens, eupulſo ab ipſo ducatu Mediolani dicto Ludovico Francorum Rege ſub colore prioris inveſtituræ Ludovico Sfortiæ conceſſæ, & ut præmittitur, revocatæ, nobis iterum in pupillari ætate, & ſub illius tutela degentibus, Maximilianum Sfortiam ejuſdem ducis Ludovici filium primogenitum ad ipſum ducatum & ſtatum Mediolani admiſit & induuit. At is poſſeſſor effectus, immemor beneficii in eum collati, plura cum Gallis hoſtibus in ſacri imperii dedecus & detrimentum, molitus eſt; indeque inito ac percuſſo cum his fœdere, prodidit eidem arces & ſtatum, ac ad hoſtes tranſivit, ceſſitque ducatui: eu cujus Felonia, ſi quod jus in eodem ducatu habuiſſet, ad ſacrum imperium devolvebatur.

Is crimen læſæ majeſtatis incurrit.

XXXIII. Quo jure Franc. I. Mediolanum occuparit.

At cum modernus Francorum Reu tam eu prætenſo jure inveſtituræ Ludovico Regi ejus ſocero conceſſæ, quam etiam en jure ceſſo per dictum Mauimilianum Sfortiam, ipſius ducatus poſſeſſionem, poſt Ludovici Regis mortem nactus eſſet, nulla per eum ſeu alium ejus nomine nova inveſtitura ab ipſo Maximiliano Cæſare nec a nobis petita ſeu obtenta, ſic nos & ſacrum imperium contemnendo, pluraque etiam contra decus & honorem noſtrum ac ipſius ſacri Romani imperii moliendo, & in nos ejuſdem feudi dominum cervicem elevando armaque movendo, prout ſuis propriis literis ac notoriis geſtis innotuit, etiam ſi validam antea inveſtituram habuiſſet, prout non habuit, omni illius commodo, omnique jure ipſo facto privatus extitit, idque totum ad nos & ſacrum Romanum imperium devolutum fuit, ut ſic illuſtris Franciſcus Sfortia in eodem ducatu Mediolani nullum jus poſſet prætendere, niſi id en noſtra liberalitate & gratia conſequatur: non enim eu inveſtitura prima jus aliquod habere poteſt, ſtante revocatione, ut præmittitur, facta per ipſummet concedentem, eo ſcilicet tempore, quo nondum eidem Franciſco duci jus in re quæſitum dici potuerat; ſed dumtaxat in ſpe, quod facilius tollitur, ubi potiſſime plenitudo accedit poteſtatis, cum cætera ipſius concedentis ac revocantis ſententia, non etiam eu ceſſione ſeu renuntiatione dicti Mauimiliani ejus fratris primogeniti, qui nullam de eo ſtatu habuit inveſtituram, ſed ſimplicem detentionem nullo jure ſuffultam: cui pariter obſtabat paternæ inveſtituræ revocatio, ſicque illius conceſſio nullius fuit effectus; nemo enim plus juris in alium transferre poteſt, quam ipſe habeat, Sed demus inveſtituram eidem Ludovico patri conceſſam in ſuo robore permanere, ipſumque ducem Franciſcum juxta illius ordinem ad ſucceſſionem vocandum, non vocatur en ea niſi poſt mortem primogeniti, qui adhuc vivit; ſicque non evenit caſus, qui ipſum Franciſcum admittat: non enim primogenitus ſimpliciter refutavit feudum ante feudi adeptionem, ut fieret locus ſequenti in gradu, ſed optato feudo, ubi de fructibus pro libitu ejus vita comite diſponere poterat, etiam invito propinquiore ſucceſſore ceſſit, & renuntiavit. Et cum id egerit paciſcendo cum hoſtibus in dominum feudi, totum illud jus, quod eidem Mauimiliano primogenito competiiſſet, ad ſacrum imperium devolutum extitit: ſicque nos nullo jure cogebamur, etiam firma ſtante illa prima inveſtitura, hujuſmodi ducatum Mediolanenſem concedere ipſi illuſtri Franciſco Sfortiæ, ſaltem vita comite ipſius Maximiliani primogeniti: quinimmo jure merito poteramus ducatum ipſum penes nos retinere, eoque interim uti frui.

Ut inveſtituram non petierit. Bella iniqua movent.

Devolutum jure Mediolanum ad Cæſarem.

Ut Franciſcus Sfortia nullum jus habeat ad ducatum.

XXXIV. Au ſit adeptus jus ex fœdere cum Leone percuſſo.

Obiicietur nobis fœdus percuſſum cum D. Leone, ſuper quo tamen nullum validum fundamentum favoris dicti Sfortiæ ædificari poteſt. Res eſt inter alios acta, nihil ibidem cum duce Franciſco tractatum eſt, nec quiſquam pro eo ibidem intervenit, nulluſque pro eo ſtipulatus extitit, cui ſtipulandi jus eſſet; & ſi inter contrahentes res ageretur, emergeret quæſtio, an is, qui ex eo fœdere ſe fundaret, pro parte ſua implevisset quod debebat. Sed fateamur omnia ſolemniter geſta & impleta, ipſumque fœdus percuſſum & ſtipulatum cum ipſomet duce Franciſco; non datur illi ex eo fœdere plus juris, quam antea haberet, ſic enim ſonant ipſius fœderis verba: item quia illuſtris Franciſcus Sfortia dux Bari prætendit ducatum Mediolani ſibi deberi ex vi inveſtituræ per felicis memoriæ Mauimilianum Cæſarem factæ, attenta renuntiatione fratris ſui primogeniti, per quam ſe primum ſucceſſionis locum aſſeruit obtinere, actum extitit, & conventum, quod ſi idem illuſtris Franciſcus Sfortia ducatum ipſum recuperaverit, præfati contrahentes eundem in ſuis juribus conſervare curabunt, ac ab omni violentia tueri nitentur.

XXXV.

Ecce igitur quod hic nullum aliud prætendat duu Franciſcus, quam quod ſupradictum eſt abunde tamen enervatum. Ecce quod hic eſt conventio conditionalis, ſi ipſe duu ducatum recuperaverit, quæ conditio implenda erat in forma ſpecifica, eaque non impleta, prout ipſe implere non poterat, obligatio illa evaneſcit, & eſto quod foret ipſa conditio firmiter impleta & purificata; ecce obligatio illa non diſponit niſi de eo conſervando in ſuis juribus, quæ, ut antea oſtenſum eſt, nulla ſunt, nulliuſque momenti. Si igitur nos tot titu-

lis,

lis, totque juribus fulti, qui ducatum ipſum fœderatorum noſtrorum præſidiis freti, noſtra tamen, ut plurimum impenſa, non ſine magna noſtrorum jactura, totque præclaris ducibus ac militibus amiſſis, cum tanta Chriſtiani ſanguinis effuſione, ex hoſtium manibus recuperavimus, ab eorumque faucibus eripuimus, & toties illis redeuntibus repulſis ac victis ſervavimus ac tutati ſumus, nulla nos ad id urgente neceſſitate ſed pro reipublicæ quiete, ex noſtra mera liberalitate ac munificentia juribus noſtris tam claris tam apertis omnino poſtpoſitis ac poſtergatis, conſenſimus eundem illuſtrem Franciſcum Sfortiam tanto munere dignum facere, eundemque ad dictum ducatum admittere, ac eidem ipſius ducatus inveſtituram concedere, quiſnam vir ſani capitis nos de cupiditate, de ambitione de indebita occupatione recte arguere poterit? quiſnam ex his geſtis poteſt elicere ſiniſtram aliquam ſuſpicionem, quod non recto animo intenti videamur ad ea omnia, quæ reipublicæ Chriſtianæ quietem & tranquillitatem, Italiæque libertatem concernere videntur?

Argumenta cauſæ Caroli V.

Ad hæc non verbo tantum obtulimus, ſed & effectu præſtitimus: fecimus enim ipſum ducem Franciſcum totius ſtatus poſſeſſorem, fecimus in ejus poteſtate reponi & conſignari omnes arces omneſque civitates authoritatem & adminiſtrationem omnimodam eidem permiſimus, ut non ſolum agere & pro libito adminiſtrare poſſet fructus percipiendo, ſed etiam alienando, vendendo, ac pro ejus voto diſponendo: cujus etiam alienationes, dum ad id requiſiti fuimus, tanquam a vero duce factas confirmavimus & approbavimus; fecimus in fœderibus per nos initis, tum cum Hadriano, tum cum Venetis, tum etiam cum cæteris cum quibus tractavimus, eundem tanquam Mediolani ducem nominari, & includi, deejuſque tutela & conſervatione tranſegimus, conceſſimuſque tandem inveſtituram dicti ducatus & pertinentiarum in forma ampliſſima. Hæc profecto ſcripta patent nullaque tergiverſatione celari poſſunt, cum jam in notorietatem tranſiverint.

Collata a Carol. V. in eum beneficia.

XXXVI. *Inſuper cum de ipſius illuſtris Franciſci morte dubitaretur, phyſicique de illius ſalute deſperarent, hincque nova oriretur in nos ſuſpicio veſtræ ſanctitatis, Venetorum, aliorum Italiæ potentatuum, ſi ſtatum ipſum Mediolanenſem per mortem dicti ducis Franciſci ad ſacrum imperium recta via rectoque juſtitiæ ordine devolvendum, aut in noſtra poteſtate retineremus, aut ſereniſſimo fratri noſtro chariſſimo Ferdinando archiduci Auſtriæ concederemus, cum & noſtram & ipſius fratris noſtri potentiam exoſam & formidabilem habere viderentur, potius Deo [qui nobis hæc ſua clementia & benignitate contulit] ipſique fortunæ invidentes, quam aliqua alia juſta cauſa perciti, placuit veſtræ ſanctitati, nos per dictum ejus legatum monere & hortari, quatenus pro Italiæ quiete ac ad ſubmovendum cujuſvis ſuſpicionis ſcrupulum in caſum mortis dicti illuſtris Franciſci Sfortiæ, ducatum ipſum Mediolani nequaquam in noſtra poteſtate retineremus, nec pariter ipſi ſereniſſimo fratri noſtro concederemus, ſed ipſum ducatum tali perſonæ traderemus, de qua Italiæ potentatus nullum metum, nulliuſque ſuſpicionis objectum habere poſſent; ad eumque effectum veſtra ſanctitas, per dictum legatum alterum duorum nobis ad id proponi fecit, ut ducem Borbonii, aut Georgium de Auſtria Cæſaris Maximiliani naturalem filium ſubrogaremus; annuimus nihilominus, licet ad id nullo jure aſtringeremur, quod ducatus ipſe in caſum devolutionis minime penes nos retineretur, nec etiam ipſi ſereniſſimo fratri noſtro concederetur, obtulimuſque in eum caſum dictum ducatum conferre in perſonam jure merito gratam & acceptam veſtræ ſanctitati, a qua nil ſuſpicari poſſet, quod ad turbandum Italiæ quietem tendere videretur; licet etiam id a veſtra ſanctitate acceptatum non fuerit, nec etiam aliis potentatibus gratum extiterit, niſi perſonam cui in eum caſum ducatum conferre vellemus prius nominaremus, ut diſcerni poſſet an grata & accepta foret. Non fuimus ab hac inſtantia alieni: nominavimus in eum caſum ipſum illuſtrem Borbonii ducem, quem veſtra ſanctitas primo propoſuerat in eum quidem inveſtituram conferre, parati non pro commodo aut augmento noſtro, ſed pro tollenda ſuſpicionis rubigine, qua veſtra ſanctitas ac potentatuum animi angebantur, pro ſubmovenda ea umbra noſtræ magnitudinis, qua intrinſecus premebantur, proque ipſius Italiæ quiete, quæ nobis ſemper cordi fuit, ut potius Chriſtianæ reipublicæ cauſam, quam privatam noſtram tueremur. Quid igitur cupiditatis nobis ex his aſcribi poſſit, ſi ducatum Mediolani & ſtatum tanti momenti, tantique valoris, ut præmittitur, per nos recuperatum, quem licite retinere poteramus tot titulis totque juribus fulti, ſemel illuſtri Franciſco Sfortiæ conceſſimus, iterum [ſi per illius mortem ad nos devolveretur] ad veſtræ ſanctitatis nutum alteri concedere annueremus, ei videlicet, quem veſtra ſanctitas prius nominaverat?* Et infra.

Ægrotante Franciſc. Sfortia quæ preces porrectæ Carol. V.

Qui propoſiti ſint pro ducatu Mediolanenſi.

Quid reſponſum ſit Carolo V.

Borbonii dux decretus a Cæſare Mediolani dux.

Sed nunc ſubmovenda reſtat cauſa illa gemitus & doloris ſanctitatis veſtræ ac totius Italiæ, qua veſtra ſanctitas tan- XXXVII

tum

tum affligitur, occupationis ſcilicet ipſius ſtatus Mediolani inde per noſtras factæ cum obſeſſione arcis, in qua dux erat. In qua re, licet nos omni culpa excludere & liberare poſſemus, illam (ſi qua foret) in duces belli referendo, quibus, dum nos monuiſſent de practicis & molitionibus, quæ adverſus nos & ſtatum noſtrum parabantur, marchio Piſchariæ, ut præfertur rei conſcius nobis illius ſeriem radicitus detexiſſet, affirmans ipſum ducem Franciſcum huiuſce facinoris reum, ut ſe, ſtatumque illum a noſtra obedientia ſubtraheret, ac fœderatorum viribus non habita ratione inveſtituræ, nec fidelitatis per eum præſtandæ, nec impenſarum, quæ nobis erant reſarciendæ in eo ſtatu de facto potius, quam de jure teneretur, atque eo etiam decedente fœderatorum præſidio nobis excluſis, ſubintraret in eo ſtatu ejus frater Maximilianus Sfortia, quem jam ipſo jure privatum diximus, conſentiente etiam Gallorum Rege, cui jus dicti Maximiliani, ſi quod habuiſſet, ceſſum erat, ut quoque exercitus noſter tumultuantibus populis ad ipſiuſmet ducis Franciſci, ſuorumque agentium & fœderatorum inſtantiam & ſolicitudinem deleretur, in ruinam & præcipitium deduceretur &, ſi fieri poſſet, & omnes ipſius exercitus, duces, & milites trucidarentur; eo etiam ſignanter adjecto, quod cum ipſe illuſtris marchio Piſchariæ habito de ea re cum ipſo duce Franciſco colloquio, ut magis illius intrinſecum animum tentaret, an firmus in ea factionis practica remaneret, ei duci perſuadendo dixiſſet, quod poſtquam jam a nobis inveſtituram obtinuerat, eratque de ejus ſtatu ſecurus, non oporteret amplius eam practicam proſequi; idem dux reſpondiſſe fertur, firmius & commodius eſſe, quod jam practicatum erat, atque concluſum, quam quod ex inveſtitura aſſequi poterat concurrente ibidem publica ſalute Italiæ, quæ etiam rei privatæ anteferenda cenſeretur. Inſtabant propterea duces ipſi, ut ad has molitiones repellendas, neve majora ſcandala inde ſequerentur, his licentiam præberemus, ut de ipſo Franciſco duce & ſtatu Mediolani ſe noſtro nomine aſſecurarent pro noſtri exercitus tutela, uſque exercitum ipſum comminuendum & pene diſſolvendum nil tale metuentes juſſeramus, non ſolum ſuſtineremus, ſed etiam augeremus, ni penitus ab Italia excludi vellemus.

Franciſcus Sfortia conjurationis in Cæſarem reus.

De exercitu Cæſareo trucidando egit.

Non contentus inveſtitura tutius cenſuit delere exercitum.

XXXVIII. Non facile crediti delatores a Car. V.

Nos autem, qui hæc non facile credebamus, ſed potius conficta ſimulataque putabamus, eo quod qui bella tractare ſolent, potius belli, quam pacis media cogitant, in hiſque libentius animos eorum adaptant; arbitrabantur enim quod ſub eo colore putaſſent nos cogere & urgere ad ipſum noſtrum exercitum integre ſervandum, ſuſtinendumque dubitantes. Itaque ne veluti belli cupidi in id præcipites ruerent, ac arma præter noſtram voluntatem moverent, cum etiam nil aliud quam pacem & quietem cuperemus, mandavimus eiſdem, ne quid novi tentarent in dicto ſtatu Mediolani, niſi in tribus caſibus, ſi dux Franciſcus moreretur, ſi Galli cum Helvetiis Italiam intrarent, vel ſi factionum practicarum executio ex adverſo tentaretur, ut hi prius arma contra nos exercitumque noſtrum moverent; in quolibet enim horum trium caſuum conſenſimus, quod pro tutela exercitus noſtri & rerum noſtrarum ſe aſſecurarent in dicto ſtatu Mediolani. Verum cum Hieronymus Moronus primarius ipſius ducis Franciſci conſiliarius, ac ejuſdem factionis, ut fertur, principalis miniſter multiplicatis ſuis literis monuiſſet dictum marchionem Piſchariæ, quem putabat factionis participem habere, ut rem ſuam diſponeret, eidem affirmando reliquos factionis ſocios jam diſpoſitos paratoſque eſſe, ut in octo vel decem dierum ſpatio in noſtros irruendum eſſet; idem marchio participato cum cæteris ducibus noſtris conſilio, captoque Morono, illius habita confeſſione totam ſeriem negotii complectente ſatis conformi in ea, quæ marchio nobis ſuis literis inſinuaverat, collecto exercitu noſtro undique ſparſa, aliquot civitatibus munitis, Mediolanum progreditur, ducem Franciſcum interpellat, ut pro ſecuritate noſtra noſtrique exercitus arces & caſtra dicti ſtatus in noſtrorum manus reponeret, idque cuſtodibus illorum exequendum committeret. Annuit dux ipſe, ut caſtra nobis traderentur, prout effectu tradita fuere, duabus dumtaxat arcibus principalioribus, quas ipſe muniverat, Mediolani ſcilicet, in qua ipſe recludebatur & Cremonæ exceptis: has enim duas in ſe reſervandas cenſuit, donec de noſtra voluntate certus fieret, offerens interim illas noſtro nomine tenere, ac obſides dare, ac per ſe & per præfectos arcium juramentum præſtare, quod ex ipſis arcibus nullum exercitui noſtro damnum ſeu præjudicium fieret. Non placuit hæc ſecuritas ducibus noſtris: vident pericula in mora, ſi arces illæ magis munirentur liberæque permanerent: poſſe inde exercitus noſtri ruinam ſuccedere reſque noſtras in evidenti periculo remanere. Interpellant denuo ac iterum atque iterum requirunt ſub rebellionis pœna, ac læſæ majeſtatis criminis confeſſi atque convicti, quatenus ipſa arce Mediolani in poteſtate noſtra ac noſtrorum poſita exiret, ſuique copiam faceret, & adverſus ea, de quibus culpabatur, defenſiones ac juſtificationes,

Quæ imperia a Carol. V.

Proditionis conſilia detecta.

Cæſareus exercitus Mediolanum progreditur.

Expetiti a Sfortia conjurationis conſcii.

tiones, ſi quas habebat, proponeret; duoſque ejus rei conſcios, quos penes ſe habebat in arce recluſos, dimitteret interrogandos ad ampliorem rerum geſtarum dilucidationem.

XXXIX. Arx Mediolanenſis obſeſſa & cur.

At cum dux ipſe his non annueret, niſi a nobis mandatum haberet, noſtri arcem circumvallant, interimque de geſtis nos admonent, neceſſarias cauſas, per quas ad hæc coacti fuerant enarrant, approbationem geſtorum a nobis expoſtulant, inſtant ut eidem duci Franciſco reſeribamus, mandemuſque ut arcem nobis aut noſtris tradat. Nos referentes rem hanc præter mentem noſtram tentatam numquam voluimus nec illorum geſta approbare, nec duci [ut petebatur] mandare, ut caſtra dimitteret; ſemper enim in animo habuimus eam accuſationem, quæ in ducem ferebatur, debito juris ordine tractandam & terminandam. Nunc profecto ejus rei exitu præteritorum veritas elici poteſt, cum præparatæ jamdiu factionis effectus illuxerit, quo magis deinceps eiſdem noſtris ducibus credere debeamus, non poſſumus non laudare & approbare eorum prudentiam & fidem in conſervatione dicti ſtatus, ipſiuſque noſtri exercitus, & illius arcis aſſecuratione, ne amplius muniri poſſet, neve inde majoris mali & incommodi occaſio præſtaretur. Nec id quidem ita perperam & injuſte geſtum videtur, prout ſanctitas veſtra ſibi ſuadet; dato enim fundamento quod ipſe dux Franciſcus læſæ majeſtatis reus accuſaretur, etſi unius dumtaxat teſtis adeſſet depoſitio, ubi plurium tamen adeſt teſtimonium, ex quibus, etiam ſi eſſent ſocii criminis, & factionis participes, poterit jure merito contra ipſum ducem procedi, & ad capturam & ad torturam, & cogi, ut ſui copiam faceret, ac in vinculis cauſam diceret, ſuaſque defenſiones & juſtificationes carceratus adduceret: non autem in arce recluſus audiri debuit. Quinimmo contra eum vocatum & non comparentem, ac ſe ſubtrahentem, & reſiſtentem potuit in ejus contumaciam pronuntiari, ut pro confeſſo & convicto haberetur; ſed & priuſquam id fiat, accuſato non comparente, nec ſui copiam faciente, licite ad manus curiæ redimentur illius bona, quæ etiam a die ingreſſi criminis ipſo jure publicata confiſcataque cenſerentur: ſicque hinc non tanta cauſa gemitus & doloris veſtræ ſanctitati parata videretur, ſi dominus vaſallum ingratum, & læſæ majeſtatis reum puniendum cenſeat; ni forſan [quod in mentem cadere non potuiſſet] id gemendum dolendumque putent, quod eidem hanc foveam, in quam incidit ſub charitatis ſpecie paraverunt, ipſumque ad hujuſmodi diſcrimen deduxerunt; ſed potius ingemiſcere ac dolere deberet non ſolum veſtra ſanctitas ſed univerſa reſpublica, quod ſine juſta cauſa, ſineque culpa noſtra, tam ingens excitetur incendium, quo & turbatur univerſus Eccleſiæ ſtatus, & tota ſcandalizatur Chriſtiana religio.

Ut juris ordine exauctorari potuerit.

XL. De pace inter Clemen. & Carol. V. actum.

Inſtituta fuerat actio de pace inter Pontificem & Carolum V. interprete Herrera, de quo ſupra memoravimus, circa cujus formulam diſceptatum eſt. In primis cum Clemens Rhegium ac Ruberiam ſibi reſtitui a duce Ferrarienſi peteret, aſſenſit Cæſar ea lege addita, ut cenſuris a ſede Apoſtolica dux ipſe ſolveretur, ne ſi ab eo poſtea repeteretur Ferraria, nova bella orirentur. Levior hæc erat contentio: at omnium extitit graviſſima, quæ componi non potuit, de Mediolanenſi principatu; optabat enim Pontifex Franciſco Sfortiæ illum aſſerere: at Carolus Franciſcum ipſum ob initum ſuperiori anno adverſus eum fœdus repudiabat, & Carolum Borbonium ducatus tanti præmio beneficioque afficere decreverat, de quo in ſuo apologetico libello hæc habet: *In* XIV. *articulo ipſius capitulationis, unde illæ lachrymæ, illæ anguſtiæ prodiere, addiderat ſanctitas veſtra in fine ipſius articuli diſponendi de ſtatu Mediolani & duce Franciſco Sfortia hæc verba formalia:* Et quia ipſi Franciſco Mariæ duci nonnulla imputantur contra Cæſarem, aut a cæſarea majeſtate ſibi conceſſam inveſtituram & feudum perpetrata, cupiens eadem majeſtas, quantum in ſe eſt, Italiæ fovere quietem, quæ ſervari poſſe non creditur, cum ejuſdem ducis a ſtatu & ducatu remotione, ideo conventum eſt quod idem dux in ſtatu ipſo permaneat &, quatenus opus ſit, in eo per Cæſarem de novo confirmetur, non obſtantibus quibuſcumque per eum contra majeſtatem ſuam ſupra dictum eſt attentatis, etiam ſi ſaperent crimen læſæ majeſtatis; Cæſar namque ducem ipſum pro innocente habere vult & ex mera libertate ſua ac totius Italiæ intuitu totum ſibi remittit & indulget, etiam ſi pejus quam dicitur aut creditur erraſſet. *Videat, quæſumus, ſanctitas veſtra, quam levis exiſtimanda foret hæc immutatio, quam juſta & honeſta petitio, quam optimum eſſet exemplum ad res bene gerendas, ad vaſallos & ſubditos in debita fide & obedientia erga dominos continendos, quam egregiam præberet formam augendi & conſervandi ſacrum Romanum imperium.* Quibuſdam aliis interjectis ſubdit.

Poſtulat Clemens ut Sfortia confirmetur in ducatu Mediolani.

XLI. Negat Carol. V. ferendam impune illius proditionem.

Nos tamen, qui nil aliud quam pacem, quam quietem reipublicæ Chriſtianæ cupiebamus, quantum fas ſanctitati veſtræ ſatis-

tisfacere, nullumque rectum noſtræ intentionis teſtimonium intactum, aut dubitationis ſcrupulum in veſtræ ſanctitatis mente relinquere, putabamus reformavimus dictum decimumquartum capitulum ipſius capitulationis in hæc verba : Ut autem nihil dubietatis ſeu ſuſpicionis in hoc fœdere relinqueretur, ſed omnis ſcrupulus de medio tollatur, cum in priore fœdere potius ſub nomine proprio, quam appellativo includi videtur, illuſtris Franciſcus Sfortia dux Mediolani, qui aliquibus jam menſibus gravi vexatus ægritudine, & in ſummo vitæ diſcrimine conſtitutus fuit etiam de Felonia ac læſæ majeſtatis crimine accuſatus ſeu inculpatus, & ſi tunc aut naturali morte, aut civili juſtitia prævia ab ipſo ducatu Mediolani excidere contingeret, hæſitari poſſet, an fœdus ipſum ad alium in eodem ducatu ex Cæſaris conceſſione, vel diſpoſitione ſuccedentem protenderetur; ideo ad ampliorem ipſius fœderis declarationem actum extitit, quod ſive ipſe illuſtris Franciſcus Sfortia vitam objerit, & ab hoc ſæculo migraverit, ſive per viam juſtitiæ dicto ducatu fuerit privatus,

Statuit Cæſar ut dux Borbonii potiatur ducatu ſive convictus ſit Sfortia ſive moriatur e morbo.

in eum caſum Cæſarea majeſtas pro Italiæ quiete & contemplatione ſanctiſſimi domini noſtri ipſius ducatus Mediolani inveſtituram concedet illuſtri Carolo duci Borbonii & Alverniæ; ita quod ſanctiſſimus dominus noſter & cæteri fœderati, qui in hoc fœdere voluerint comprehendi, ſint & cenſeantur aſtricti ad defenſionem ipſius ſtatus Mediolani, etiam ad opus dicti illuſtris ducis Borbonii, dum de ipſo ducatu Mediolani fuerit inveſtitus : quo caſu quantum ad omnia in fœdere contenta tanquam ſuffectus in locum dicti Franciſci Sfortiæ fungatur omnibus honoribus & oneribus quibus ipſe vivens, & in tali ſtatu permanens fungi debuiſſet. *Hæc eſt immutatio, quam in hoc articulo fecimus, quam velut juſtitiæ & æquitati conſonam approbandam & nequaquam reſpuendam cenſebamus, minimeque in mentem noſtram*

Contendit non debere Clementem urgere ut reus proditionis abſolvatur.

cadere poterant, ſummum paſtorem vicer Dei gerentem in terris adeo pertinaciter inſiſtere debuiſſe, quod ſi dux Franciſcus tanti criminis reus appareret, impune evaderet, cogeremurque invitis illi indulgere, ac in ſtatu illo conſervare, ſic incentivum majoris ingratitudinis majoriſque delicti illi præſtando. Arbitramur veſtræ ſanctitati ſat eſſe debere, ſi ducatu illo ad nos & ſacrum imperium devoluto conſentiebamus ſanctitatis veſtræ intuitu, ut nec illum retineremus, nec proprio fratri concederemus, ſi perſonam, quam ſanctitas veſtra antea ad id gratam habuerat, nobiſque nominaverat, moriente duce Franciſco providendam non minus gratum eſſe putaremus ipſo duce Franciſco per juſtitiam privato, ut quod in naturali morte conſenſerat in illius etiam morte civili recuſaturus non eſſet.

Sufficere id unum ſi ducatum non conjungat imperio.

Interjectis nonnullis addidit Carolus, Clementem tuendi amici Franciſci Sfortiæ ſtudio preces precibus, ac promiſſa promiſſis cumulaſſe, ut venia a Cæſare ipſo conceſſa priſtinos ducales apices retineret. *Offerebat nobis veſtra ſanctitas, ſi illius votis quoad ipſum ducem Franciſcum annueremus, ſe nobis non ſolum decimas & cruciatas & pileos,* ſcilicet cardinalitios ad ejus vota

Quæ ſit pollicitus Clemens ſi Sfortiæ donaretur venia.

tribuendos iis, qui apud illum florerent gratia, *& quidquid per ſpiritualem & temporalem poteſtatem facultatis haberet præſtaturum, ſed etiam ſanguinem & vitam ad noſtram exaltationem & ſatisfactionem exhibiturum.* Ad quæ benevolentiæ ſigna inflexus Cæſar ea beneficia illis conditionibus non aſtringenda reſpondit.

XLII.

Pendere abnuit Carol. V. vectigal pro Neap. regno. Læſa ab eodem eccleſiaſt. libertas.

Diſſenſum etiam fuit circa regni Neapolitani fiduciarias leges, cum Carolus V. cenſum olim pendi conſuetum, Ferdinando avo quidem remiſſum, ſed a Leone X. ob datam conjungendi illi imperii veniam inſtauratum Romanæ eccleſiæ pendere nollet; ſubdit namque Carolus : *In decimo quinto ipſius capitulationis articulo continente prætenſas novitates tentatas contra eccleſiaſticam libertatem in regno noſtro Neapolitano, cum veſtra ſanctitas fere totum articulum in verbis diſpoſitivis deleviſſet, & cancellaſſet his dumtaxat verbis:* Primo diſpoſitione dicti articuli additis & commutatis, quod circa hujuſmodi obſerventur, quæ in inveſtitura regni Neapolitani ipſi Cæſari conceſſa continentur; *nos hanc etiam correctionem & mutationem pro veſtræ ſanctitatis nutu admiſimus, additis dumtaxat in fine articuli verbis ſequentibus videlicet his modis & formis, quibus per Ferdinandum Regem catholicum ejus anteceſſorem obſervata fuere, & juxta ipſius regni privilegia & jura ; quid enim in hoc immutatum, quod reſpuendum videretur, ſi anteceſſoris rectos tramites inſequendos putamus, ſi jura & privilegia regni noſtri ſervare ſtudeamus?* Hæc Carolus V. diſſimulans diſcrimen, quod inter ipſum ac Ferdinandum intercedebat; remiſſus enim fuerat cenſus Ferdinando, cum optime de Eccleſia meritus eſſet propagato late Chriſti imperio : at Carolus

Diſpar fuit ratio Ferdinandi & Caroli V.

imperium ab hæreticis Chriſto & Eccleſiæ magna ex parte eripi permiſerat, dum pontificium ſuumque cæſareum decreta adverſus pſeudomonachum apoſtatam exequi,

Digitized by Google

equi detrectabat: denique regno Neapolitano conjunxerat imperium, quod Ferdinando legibus vetitum fuerat. Cum autem Carolus in ſuam voluntatem Clementem adducere non poſſet, ad concilium provocavit, dum ita apologiam ſuam clauſit.

XLIII. *Verum ſi ſanctitas veſtra nos ab his culpis & objectis immunes non cenſuerit, noſtraſque excuſationes & juſtificationes pro veris & ultimis non habuerit, ſi arma contra nos continuarit, & illarum depoſitioni non conſenſerit, ſi univerſalem pacem amplecti nolit, cum tunc non patris ſed partis, non paſtoris ſed invaſoris officium aſſumeret, ſi æque rectus eorum judex non cenſeretur, nullo alio tunc ſuperſtite ſuperiore, cui nos & noſtra obiicere debemus, eaque omnia, quæ nobis obiiciuntur, aut in poſterum obiici poſſent, vel tentari, ſive perſonam ſive imperium, regnaque & dominia concernant, ſimul & ea omnia, quæ nobis ex adverſo pro noſtra juſtificatione & innocentia ad Chriſtianæ reipublicæ quietem prætendimus, & prætendere poſſumus, ad ſacri generalis concilii totius Chriſtianitatis cognitionem & judicium remittenda cenſuimus, illique nos & omnia, quæ cum ſanctitate veſtra habere poſſumus, aut deinceps habituri ſumus, omnino ſubiicimus. Supplicamus præterea eidem veſtræ ſanctitati illamque in Domino hortamur, quatenus pro ſuo paſtorali officio, proque cura & ſolicitudine gregis ſibi commiſſi, dignetur ipſum ſacrum generale concilium indicere & convocare in loco tuto & congruo cum debita termini præfixione; nos enim cum ex his, & aliis ſatis notoriis cauſis turbari videremus univerſum Eccleſiæ & Chriſtianæ religionis ſtatum, ut nobis ac ipſius reipublicæ ſaluti conſulatur, pro his omnibus ad ipſum ſacrum univerſale concilium, cujus etiam officium per viam querelæ his de cauſis implorandum cenſemus, petentes cum ea, qua decet, inſtantia apoſtolos & literas dimiſſorias ſemel, bis ter & pluries nobis concedi, & de horum petitione teſtimoniales literas fieri ac expediri in ea, qua decet forma, quibus ſuis loco & tempore uti valeamus; & cum ad hæc ſolemniter peragenda ejuſdem ſolemnitatis præſentia minime habere queamus, ut inde forſan futuris gravaminibus occurramus, has noſtras ejus nuntio apoſtolico penes nos agenti, & legationis munere nomine veſtræ ſanctitatis fungenti, per actum publicum coram notario & teſtibus exhibendas intimandaſque cenſuimus. Datum in civitate noſtra Granatæ die* XVII. *menſis ſeptembris anno MDXXVI. regnorum noſtrorum Romani* VIII. *aliorum vero omnium* XI. Ita ergo Carolus a ſummo Pontifice ad concilium provocabat, qui clientes ſuos ab ipſomet Cæſare ad ordines imperii provocantes non tuliſſet; quanquam imperium ab hominibus, pontificatum a ſolo Deo conſtitutum fuiſſe conſtet, ac propterea longe potiori jure ab Rege ad regni ordines, quam a Pontifice ad concilium provocandum ſit.

Intentata provocatio ad Concilium de litibus Cæſaris eumPont.

XLIV. Proximo die cum hortativas ad pacem Clementis literas accepiſſet, paribus ſtudiis ad reſtituendum Chriſtiano imperio pacem ſe conſenſurum eſt pollicitus: obſervat enim Guicciardinus (a) Clementem pœnituiſſe priores literas ſcripſiſſe ad Cæſarem, quod acerbiores viſæ eſſent, ac nimium illius animum exaſperaturæ viderentur: ſubmiſiſſe itaque alias paterni in Cæſarem ipſum amoris notis inſignes, atque internuntio ſuo præcepiſſe, ut priores retineret poſteriores vero traderet; ſed mandatum hoc ſerius allatum, cum internuntius jam priores tradidiſſet. Addit author, Carolum appoſita literis ambabus reſponſa, acerba ſcilicet acerbis, humanioribus humana reddidiſſe.

Aliis literis humaniſſimis flectere ad pacem Carolum nititur Clement.

(a) *Guicc. l.17.*

Carolus (b) *divina favente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus ac Germaniæ Hiſpaniarum, &c. Rex.*

(b) Ext. *apud Dolg. to. 1. p.449.*

Beatiſſime pater domine Reverendiſſime. Non mediocri cordis dolore ad literas ſanctitatis veſtræ, quas vigeſima tertia junii ad nos dedit reſcripſeramus, cum noviſſime ejuſdem ſanctitatis veſtræ nuntius alias literas poſtridie a priorum data ſcriptas nobis exhibuit, in quibus licet adhuc videamus ſanctitatem veſtram aliam certe opinionem de noſtra erga univerſam rempublicam Chriſtianam, & ſacroſanctam iſtam ſedem animo atque voluntate retinere, quam actiones ipſæ noſtræ promerentur, non potuimus tamen non lætari proſpicientes in eiſdem literis ſanctitatem veſtram propenſiori æquiorique animo pacem optare, blandiuſque, quam antea, nobiſcum agere: atque utinam ita in poteſtate noſtra eſſet labantis Chriſtianæ reipublicæ rebus conſulere, & pacem univerſalem denuo componere, prout in aliorum manu bellum movere, & pacatam Chriſtianam rempublicam turbare extitit, videret profecto ſanctitas veſtra ac cæteri ejus fœderati, quam ſit animus noſter ab eorum opinione alienus, licet [ut verum fateamur] nequaquam nobis perſuadere poſſumus ſanctitatem veſtram, quæ actiones noſtras novit, hæc ex animo & vere dicere, ſed potius terroribus quorumdam, quibus Chriſtiana tranquillitas minus expedit, perterrefacta ad hæc impulſa videtur: ſperamus tamen Deum optimum maximum

Reſponſum Caroli V.

mum, cujus gratuita benignitate juſta noſtra cauſa hactenus approbata eſt, ſanctitatis veſtræ animum mutaturum, ejuſque electi populi ſaluti potius, quam privatis quorundam affectibus atque dolis conſulturum; & vos, qui & meritis & viribus noſtris quodammodo ſemper diviſi in ſolius Dei præſidio ſpem noſtram collocavimus, ejuſque clementiæ victorias nobis ab eo conceſſas acceptas tulimus, noſtraque ita protecturum, ut evidentiori etiam teſtimonio animus noſter cunctis pateſiat, noſque commodius & liberius ipſius nomen & gloriam, qua nihil nobis charius unquam fuit, promovere valeamus.

Sanctitatem igitur veſtram quanto poſſumus affectu rogamus, ac per effuſum Jeſu Chriſti redemptoris noſtri ſanguinem obteſtamur, ut Chriſtiani populi calamitatibus proſpiciat, nec tot cædes, tot vulnera, totque horrenda mala in Chriſti corpus, cujus ſanctitatem veſtram caput eſſe profitemur, inferri patiatur: nos enim, beatiſſime pater, quandoquidem ſanctitas veſtra de noſtro erga Deum animo [quid enim erga rempublicam Chriſtianam dicemus, cum quidquid vel boni vel mali ejus populo fit, ipſemet vel ingratum vel acceptum ferat] dubitare videtur, ipſummet Deum immortalem teſtamur, pro virili ſemper conaturos eſſe, ut & ſanctitas veſtra cæterique Chriſtiani nominis principes intelligant, nihil æque nobis cordi eſſe, quam Dei gloriam, ejuſque populi ſalutem, pacem, & tranquillitatem ferventiori ſtudio in dies ſtabilire.

Eximia Caroli V. pollicitatio.

De peculiari vero noſtra erga ſanctitatem veſtram voluntate ingenue fatebimur, nos nihil unquam prætermiſiſſe, quod ad obedientis filii officium pertinere poſſit: quæ omnia ſanctitas veſtra facile experiri poterit, ſi non privatis ſed publicis rebus conſulere, noſtrumque animum, qui a ſanctitatis veſtræ obſervantia, dum eam Chriſti vires gerere recolimus, minime abeſſe poteſt, tanquam communis pater amplecti, Chriſtianiſque rebus in deterius prolabentibus, prout latius in aliis literis noſtris ad ſanctitatem veſtram ſcripſimus, pio ſtudio adeſſe volueris: quod ut faciat ſanctitatem veſtram etiam atque etiam rogamus, illique veram a Deo optimo maximo felicitatem ex animo optamus. Dat. in civitate noſtra Granatæ die XVIII. *menſis ſeptembris anno Domini MDXXVI. regnorum noſtrorum Romani* VIII. *aliorum vero omnium* XI.

XLV. Licet ita flecti ad pacem Cæſar videretur interjectis tamen nonnullis diebus ad Cardinalium ſenatum apologeticas dedit literas (*a*), quibus publici diſſidii & mali cauſas in Pontificem, inque Gallorum Regem avertere nitebatur, eoſque uſſit, ut hortatibus Pontificem ad œcumenicum concilium pro reprimenda hæreſi Lutherana cogendum inducerent: Spirenſem enim conventum, in quo Germania a Romana eccleſia deſciſcere parabat, non ſine maxima difficultate diſcuſſum; ac ſi illud indicere abnueret, inſtitit ut ipſi celebrandum curarent.

(*a*) *Ext. ibid. p.* 500.

Carolus divina favente clementia, &c. reverendiſſimis in Chriſto patribus dominis ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, amicis noſtris chariſſimis, ſalutem cum incremento omnis boni.

Caroli V. ad Cardd. literæ.

Reverendiſſimi in Chriſto patres amici chariſſimi. Tanto profecto animi dolore mens noſtra diſcruciatur, dum ea, quæ Romanum Pontificem ſuæ pontificiæ dignitatis oblitum non contra nos tantum, [id enim æquiori animo pateremur] verum in maximum Chriſtiani nominis dedecus, contraque totius reipublicæ, quam induxeramus, pacem & tranquillitatem moliri audimus, ut tametſi animo certe perturbato, moderatis tamen verbis mentem noſtram vobis aperire, actionum noſtrarum [quanta pro rei magnitudine licebit brevitate] rationem reddere, & a reverendiſſimis paternitatibus veſtris noſtro ac totius Chriſtiani populi nomine auxilium implorare cogamur. Cum enim in ipſo imperii noſtri initio a Deo optimo maximo in tanti principatus culmine conſtitutos arbitraremur, non ut imperii limites cum Chriſtiani ſanguinis jactura extendere propagareve ſtuderemus, ſed quo imperialis dignitas authoritate & potentia decorata & obſervaretur a multis, & contemneretur a paucis, indeque Chriſtiana reſpublica bellorum injuriis in extremum fere diſcrimen adducta, ſempiterna tandem cæſareæ dignitatis beneficio pace frueretur. Hoc itaque animo relicta Hiſpania ad Germaniam venimus, ortas ibidem ſeditiones inter quoſdam principes divino favore ſedamus, nihilque omiſimus quod (judicio noſtro) ab optimo Cæſare ſperari poterat.

Profitetur ſe pacis fuiſſe cupidiſſimum.

Ortas ſeditiones in Germ. pacaſſe.

Verum dum nos Chriſtianam tranquillitatem ſtabilire curamus, ecce Gallorum Rex, quem uti patrem colebamus, noſtræ dignitati ſubinvidens, in ſtatum ac honorem noſtrum nihil non moliri conatur, noſque tandem ad arma provocat invitos. Fatetur hoc ſummus Pontifex Leo, fatetur ſereniſſimus Angliæ Rex, quos pro pace a Gallo obtinenda ſæpius ſolicitare fecimus, quique ſuis viribus juſtæ noſtræ cauſæ adeſſe non negarunt: fatetur & hoc divina juſtitia quæ ita nobis adfuit, ut poſt tot partas victorias omni humano tandem auxilio deſtituti, victis hoſtibus eorumque Rege capto, victores evaſerimus. Hinc

Motum fuiſſe invidia Gallum Regem.

data

Digitized by Google

Divina juſtitia vindice attritum.

data opportunitate, qua noſtro de republica bene merendi ſtudio ſatisfacere liceret, ab ipſis hoſtibus victis pacem primi flagitamus, tantumque petimus, ut quæ a prædeceſſorum noſtrorum manibus eripuerant & contra jus faſque occupabant, nobis reſtituerentur. Æquiſſima poſtulata noſtra impetramus: pacem inimus: fœdus percutimus; & nihil in eo cautum volumus, niſi quæ ad Dei gloriam, communem reipublicæ pacem, Chriſtianæ religionis decorem & augmentum, & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ veram dignitatem pertinere arbitramur.

XLVI. Percuſſo fœdere liberaſſe e carcere.

Percuſſo fœdere Gallorum Regem captivum noſtrum convenimus, omnibus beneficiis, omni humanitate atque benevolentia ejus animum pro Chriſtiana tranquillitate nobis devincire curamus, & mutuo data acceptaque fide amicitiam firmamus, ac maximo eum honore affectum in Galliam datis obſidibus redire permittimus: ad Pontificem cæteroſque Chriſtianos Reges ſcribimus, ut ſi Chriſtianam rempublicam pacatam optarent, eorum patentes literas ad noſtrum utrumque mitterent, quibus an hujuſmodi fœderis beneficio uti vellent, prout conventum fuerat, declararent. Nondum tamen ſempiternam in Chriſti populo pacem firmaſſe gloriari cœperamus, cum novos bellorum tumultus pullulare graviſſima animi noſtri moleſtia ſentimus.

Miſſum oratorem ad Pont. pro pace.

Aut ubi a Pontifice de nobis [ut ajebant] non bene contento id manare audimus, Don Hugonem de Moncada oratorem noſtrum mittimus cum facultate ampliſſimiſque mandatis, ut omnibus mediis, quibus id fieri poſſet, Pontificem de nobis contentum reddere curaret, ita ut homine audito noſtro animo perſpecto, nil aliud a nobis optaſſe ſuis ipſemet verbis fateretur. Dumque nil tanto paſtore indignum nobis pollicentes ejus optimum reſponſum præſtolamur, Pontificis nuntius literas ſanctitatis ſuæ in forma brevis proxime elapſi menſis junii die XXIII. *ſcriptas,* XX. *auguſti nobis legendas dedit: quibus perlectis, cum non tantum a ſummo Eccleſiæ paſtore, a communi omnium patre Chriſtique vicario, ſed etiam a reverendiſſimis paternitatibus veſtris, ſacroque veſtro ordine, quibus Apoſtolorum authoritas tribuitur, emanatas eſſe credamus [nec enim rem tanti momenti vobis inconſultis factam putamus] quo ſimus animi dolore affecti, vos ipſi judicate. Quis enim non miraretur ſtuperetque, videns a tanto Pontifice, a tot tantiſque, tanta religione, pietate, atque prudentia præditis patribus tales literas in Chriſtiani principis Romanorum Cæſaris, atque Apoſtolicæ ſedis protectoris honorem & dignitatem tam inconſulte prodire? in quibus nihil præter bella, ſeditiones, proditiones, pernicioſa conſilia, temeraria judicia, improperia, injuriæ falſæ, criminationes, aliaque hujuſmodi tam a pontificia dignitate aliena tractantur, idque in nos optime de republica Chriſtiana meritos, & qui nullum unquam nec Cæſarem, nec Regem, nec principem, nec privatum aliquem fuiſſe fatebimur, qui majori [nec tanta quidem] fide, religione, atque obſervantia ſanctam ſedem Apoſtolicam veneratus ſit, qui cæteris poſthabitis majori ſtudio ejus ditionem & dignitatem tutatus ſit.*

Parmam enim & Placentiam a Romani imperii feudo disjunctas, ſedi Romanæ nullo jure coacti poſſidendas reſtituimus, importunaſque Germaniæ & univerſi Romani imperii preces contra gravamina & oppreſſiones, quas a ſede Romana pati, cum in Wormatienſi conventu eſſemus, paſſim conquerebantur, obturatis auribus pro innata noſtra erga Apoſtolicam ſedem obſervantia obaudivimus. Subortæ ſunt ea de cauſa variæ rerum difficultates & incommoda, pullulat in dies magis Lutheranorum inſania, gravamina ubique divulgantur, omnes unanimes remedium implorant: petunt fieri generale concilium, in quo & Lutheranæ impietati & Romanæ curiæ (ut ajunt) oppreſſionibus obviam iri poſſit. In civitate Spirenſi conciliabulum indicunt, ut in ſeditionibus ortis uſque ad generalis concilii deciſionem ordo aliquis ſtatueretur. Vidimus Germanorum animos in ſedem Romanam graviter commotos, verenteſque ne hujuſmodi conciliabulum Germaniam a Romani Pontificis obedientia diverteret, Spirenſem congregationem graviſſimis pœnis prohibemus; eis tamen pollicemur quanto citius fieri poſſit generalis concilii indictionem fieri curaturos. De hac re ad Pontificem ſcribimus, ut Germaniam ab imminenti periculo per hujuſmodi generalis concilii indictionem liberare dignaretur inſtamus. Ipſe vero de conciliabuli prohibitione gratiam habet, generalis tamen concilii petitionem in tempus (ut ajebat) magis conveniens differendam cenſuit, ita ut pro noſtra erga ſanctam iſtam ſedem obſervantia maluerimus Pontificis affectibus potius, quam Germaniæ precibus annuere. XLVII. Commendat ſua ſtudia in ſedem Romanam.

Ut gravamina Germanica non audierit.

Expetitum Concilium contra ſectam Luther.

Prohibitus Spirenſis conventus.

Differendum concilium cenſuit Clemens.

Nunc vero ſanctitas ſua veſtro etiam (ſi id credendum eſt) accedente conſilio, tot crimina in nos jactitat, ac ſi penitus Romanæ eccleſiæ adverſarii hactenus fuiſſemus: hinc enim de noſtro erga publicam pacem animo (nullo profecto recto judicio) dubitat, noſque a Chriſtianæ reipublicæ perturbatione deterret: quaſi vero noſter erga rempublicam animus clarior non ſit, quam ut cujuſpiam admonitione egeat. Si enim de Cajo Cæſare indicatum eſt quod ma- XLVIII.

Regina Luſit. deſponſa Franc. I.

maluiſſet non dimicare quam vincere, eaque victoria adepta pacis authores libenter audiverit; cur de noſtra voluntate a communi omnium patre per contrarium diſcernitur? ille pacis authores audivit, nos vero hoſtibus victis pacem primi obtulimus: nec tantum hoſtem captivum regiæ dignitati reſtituiſſe contenti, Luſitaniæ Reginam ſororem noſtram natu maximam, & in ſucceſſionis gradu ſecundam ipſi matrimonio copulavimus, quod profecto ante victoriam minime a nobis impetrare potuiſſet. Quanto igitur noſtra C. Cæſaris clementiam excedere deberet, vos ipſi judicate. Ad hæc etiam Pontiſeu conſilia noſtra ad ſuæ dignitatis & eccleſiaſticæ libertatis oppreſſionem tendere videtur aſſeverare, cum ea, quæ pro Romana ſede præſtita commemoravimus, adeo omnibus nota ſint, ut inde nonnihil Germanorum animos a nobis alienaverimus. Si divinam gloriam, ſi fidei puritatem, ſi Eccleſiæ dignitatem aſſerere ex animo Carolus optaſſet, diſtrinxiſſet ferrum in Lutheranos, & qui Pontificem & Gallorum Regem capere potuit, Lutherum utique capere Germaniamque tam immani monſtro liberare potuiſſet. At ſero poſtea agnovit, Lutherum magis calamo, quam Reges potentiſſimos ferro illi nocuiſſe. Subdit Carolus.

XLIX. *Perpendite igitur, patres reverendiſſimi, an in hoc Pontificis beatitudo ſuis & Apoſtolicæ ſedis rebus conſulat, an ſit pontificiæ dignitatis Chriſtianorum principum animos adverſus Eccleſiæ protectorem ad arma [ut ipſi ajunt] incitare, ac ſuis ſtipendiis tot corporibus atque animabus æternum exitium parare. Cauſam audite, ut ſubditum noſtrum magni ſceleris accuſatum nobis, jure prævio, punire non liceat, ob idque armis nobiſcum certare contendit: quod tametſi ei en ſententia ſuccederet, quid [quæſo] Chriſti vicario dignum facturus eſſet, niſi ut juſtitiam, quam promovere tenebatur, impediat, Eccleſiæ theſaurum in alios certe uſus convertendum exhauriat, ac Romanam eccleſiam & univerſum populum Chriſtianum in extremum diſcrimen adducat? Hæc ergo atque hujuſmodi alia ingenti cordis dolore perturbato animo penſitantes, publicam Chriſtianam calamitatem nobiſcum deplorare cœpimus, atque non noſtro tantum honori, ſed Chriſti gloriæ, ejuſque electi populi ſaluti conſulere en animo cupientes, ad Pontificis literas reſcribimus, juſtificationem de his, quæ nobis falſo objiciuntur, damus, petimuſque ut generale concilium indicat, ac alia faciat, quæ ex incluſo literarum noſtrarum exemplo vobis videre licebit. Quæ omnia, patres reverendiſſimi, vos latere noluimus, ut ſi en literis Pontificis ejuſve ſuaſionibus ſiniſtram aliquam ſuſpicionem animi noſtri erga ſacroſanctam iſtam ſedem non bene diſpoſiti concepiſtis, juſtificationibus noſtris recto judicio perſpectis, priſtinum erga vos animum induatis, ac omnem prorſus iniquam opinionem abjicientes, labanti Chriſtianitati ſubveniatis.*

Queritur Carol. V. clientelam proditoris male ſuſcipi a Clemente.

L. *Agite igitur, patres reverendiſſimi, & tanti mali cauſam cognoſcite, Romanum Pontificem a tam impio avertite conſilio, veſtriſque monitis tantum apud eum efficite, ut meminerit ſe a Deo optimo maximo non ad perniciem, ſed ad ſalutem ſui populi, non ad arma ſed patientiam & humilitatem in Romani Pontificis ſolio conſtiturum, recordeturque nos eadem ratione in Romani principatus apicem evectos, unde peculiari quodam affectu Chriſtianæ reipublicæ rebus conſulere præ cæteris tenemur, ni a principe noſtro Chriſto degenerare velimus. Si vero beatitudo Pontificis votis noſtris tam pro noſtra juſtificatione, quam pro Chriſtianæ religionis ſalute in generalis Concilii indictione annuere negaverit, tunc juxta juris ordinem reverendiſſimas paternitates veſtras ac ſacrum veſtrum collegium hortamur, requirimus, atque monemus, ut quæ de indictione concilii a Pontifice petimus, eo negante, aut plus æquo differente, vos debito ordine procedentes præſtare non differatis, proteſtantes apud omnipotentem Deum, ſi quid inde incommodi ac detrimenti Romanæ eccleſiæ & reipublicæ Chriſtianæ acceſſerit, id non noſtra, ſed eorum culpa futurum, qui ſuis affectibus potius, quam Chriſti gloriæ, ejuſque populi ſaluti inſervire maluerint; quod de veſtro erga Chriſtianam rempublicam animo atque voluntate nobis minime perſuadere volumus. Si vero reverendiſſimæ paternitates veſtræ æquiſſima hujuſmodi poſtulata noſtra concedere negaverint, eorumve exequutionem pluſquam decet ac dignitatis noſtræ ratio expoſtulat, diſtulerint, nos pro noſtra erga Deum gratitudine, proque dignitate noſtra imperiali, qua ejus gratuita benignitate fungimur, quibus licebit remediis, ita in his pro virili providere curabimus, ut nec Chriſti gloriæ, nec juſtiæ noſtræ nec Chriſtianæ reipublicæ ſaluti, paci & tranquillitati quovis modo defuiſſe videamur. Dat. in civitate noſtra Granatæ die VI. menſis octobris anno Domini MDXXVI. regnorum noſtrorum Romani VIII. aliorum vero omnium XI.*

Geminatæ preces pro congregando Concilio.

Non minus valebat eloquentia Francorum Rex, ut civilium bellorum ac rei Chriſtianæ excidii invidiam in Carolum Cæſarem ac Hiſpanos refunderet, libellumque eo argumento ad Germanos principes tranſmiſit, in quo Hungariæ exci- LI.

Franc. I. in Car. V. Germanos concitare nititur.

dium

dium ob averſa in Gallos arma cæſarea acerbe deflebat. Contra vero Carolus, ut aſperſam ſibi maculam elueret, has ad ſeptemviros ſcripſit literas (*a*), auxiliaremque exercitum ad Turcas retundendos pollicitus eſt.

(*a*) *Ib. p.* 102.

Carolus, divina favente clementia, electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, reverendiſſimis & illuſtriſſimis principibus ſacri Romani imperii electoribus, &c.

Cæſarea adverſus Franciſc. I. apologia.

Dum proprii commodi, atque etiam gloriæ obliti reipublicæ ſaluti & præſertim Germaniæ quieti ex animo conſulere operamus, Gallorum Regem, quem [ut omnibus notum eſt] optimo jure captivum penes nos detinebamus, poſtquam omni benignitate & clementia in his noſtris Hiſpaniarum regnis excepimus, magnoque honore a ſubditis noſtris tractatus extitit, tot eum beneficiis affecimus, ut ſi ſuæ ipſe felicitati non invidiſſet, in Ticienſi conflictu non modo non cecidiſſe, ſed viciſſe ab omnibus videri potuiſſet. Hoſtis erat: illi chariſſimam ſororem noſtram natu maximam, & in tantorum regnorum ſucceſſionis gradu ſecundam in matrimonio collocavimus, ut ex hoſte ſororius fieret. Chriſtianæ reipublicæ turbator communi omnium judicio habebatur: communis ſalutis gloriam illi impartiri voluimus. Multa a prædeceſſoribus noſtris tum Hiſpaniarum Regibus, tum Burgundionum ducibus violenter occupaverat, & præter jus faſque detinuerat: jura in his noſtra illi conceſſimus, ſolumque ab eo petimus, quæ citra honoris & dignitatis noſtræ diminutionem, ac ſubditorum noſtrorum perpetuam indignationem omittere nequivimus, & quæ ipſemet vel non rogatus, [ſi modo Chriſtianiſſimus nuncupari vellet] nobis reſtituere deberet. Hiſque beneficiis affectum Regem captivum regiæ dignitati reſtituimus, atque [multis licet diſſuadentibus, qui minus ejus fidei credendum aſſeverabant] illi in Galliam abeundi copiam fecimus, maluimuſque ejus fidem experiri, ac illi de jure noſtro aliquid potius cedere, quam ut ulla Chriſtianæ reipublicæ mala, ſi quæ forſan evenirent, quovis modo crimini noſtro, noſtræve culpæ aſcribi poſſent.

LII. Conſilia Carol. V. de vertendis armis in Turcas.

Dumque inteſtinis ſeditionibus pacatis iter noſtrum [uti inter nos conventum erat] ad Italiam paramus, armaque noſtra in ſempiternos religionis noſtræ hoſtes communibus auſpiciis convertenda diſponimus, quibus & Hungaria defendi, & hoſtes ſubmoveri potuiſſent, ſuam fidem ex noſtro metientes animo, ille ſæviſſimum bellum in nos parat, initoque cum Romano Pontifice, aliiſque nonnullis Italiæ potentatibus fœdere offenſivo, diviſoque inter eos regno noſtro Neapolitano, dum alter vanis pollicitationibus omnia, quæ nobis promiſerat, ſe præſtiturum aſſeverat; alter vero ad Hungariæ defenſionem nos invitat, ut nos invaderent incautos, noſtra ac ſacri Romani imperii dominia hoſtilibus armis aggrediuntur: nullaque noſtri, nec amoris, nec benevolentiæ, nulla Chriſtianæ reipublicæ ſalutis, nulla religionis noſtræ honoris ratio in his habita eſt. Quorum conatus cum ex eorum ſententia juſto Dei judicio minime ſuccedant, Gallus ipſe Rex non contentus armis nobiſcum congredi, convitia in nos jactat: Et infra.

Ut contra ſpem Franciſc. I. novam conjurationem inierit.

LIII. *Ad vos igitur apologiam illam, ſeu verius invectivam, una cum ejus refutatione pro juſtificatione noſtra edita his annexam mittimus, ut plenius diffuſiuſque pernoſcatis, quo jure, rationeve Gallus ſuam fidem atque juſiurandum violatum excuſare queat: qua ratione ſe pacis cupidum oſtendat, honeſtaque pacis media ſe nobis obtuliſſe prædicet, dum non modo pactis ſtare noluerit, ſed contra fidem ultro citroque datam atque acceptam offenſivo fœdere contra nos percuſſo, cujus etiam exemplum cum his tranſmittimus, dominia noſtra hoſtilibus armis invaſit; quo affectu Chriſtianam rempublicam, noſtræque religionis ornamentum, atque Chriſti nominis gloriam proſequatur: qui dum ſæviſſimum Turcarum tyrannum cum magna militum atque inſtrumentorum bellicorum copia Pannoniam invadere audivit, ille in nos bellum movet, vireſque noſtras ad Hungariam deſtinandas intra fines noſtros pro ſubditorum noſtrorum protectione continere coegit: quo factum eſt, ut cum maxima Chriſtiani nominis ignominia hoſtis voto ſuo potitus ſit firmiſſimo illo religionis propugnaculo ſuæ impiæ ditioni ſubiiciendo, florentiſſimo Rege extincto, Chriſtique cultoribus a ſuis ædibus profligatis, tot templis profanatis, fuſoque tot innocentium ſanguine, quod certe non abſque ſummo cordis dolore referre cogimur.* Et mox: *Si Chriſtianæ religionis periculum timebat, ſi rempublicam ſalvam cupiebat, ſi ferrum, quod in fidei hoſtes ſtringendum erat, ſi vires, quæ in ipſos vertendæ, ſi conſilia ad eos ſubmovendos exercenda in noſmetipſos convertit, ſi Chriſtianam manum, Chriſtianum ſanguinem effundere tantopere execrabatur, cur ipſemet, novis bellorum tumultibus excitatis, rempublicam in diſcrimen adduxit? cur pacatam turbavit? cur armis dominia noſtra invaſit, a Chriſtianique ſanguinis effuſione regni ſui initium auſpicatus eſt? cur vires & conſilia noſtra ſæpius contra communes religionis noſtræ hoſtes deſtinata ſuis machinationibus,*

Ut impedierit ne exercitus pro tuenda Hungaria mitteretur.

Ungariæ excidium inde conſequuta.

bus, ſuiſque conatibus a communi ſalute prorſus alienis ad ſubditorum noſtrorum defenſionem avocare coegit? cur toties victus, divina juſtitia juſtæ noſtræ cauſæ favente, toties adverſam mavult experiri fortunam cum Chriſtiani ſanguinis effuſione, quam Chriſti gloriæ ſuoque honori ac dignitati conſulere?

LIV. *Hæc tametſi omnibus omnino nota ſint; nihil tamen veritus, an vera an falſa loquatur, omnem in nos culpam convertere conatur, dum multo ſanguine exiguum terræ ſpatium nos quærere ait: exiguo profecto terræ ſpatio, pro tanti Regis redemptione, Burgundiæ videlicet ducatu, contenti fuimus; quem etiam nunquam petiiſſemus, ni jus noſtrum, quod in eo habemus, prout ex Gallorum apologiæ reſponſione clare videre licebit, omnibus notum eſſet, illiuſque contemptus ignaviæ potius quam aut religioni, aut liberalitati, nobis aſcribendus eſſe videretur: & licet Rex ipſe, tum in fœdere, tum extra fœdus ſuis propriis verbis ex ſuomet ore prolatis, ſanctoque jurejurando confirmatis, promiſerit ſeſe illum nobis reſtituere velle, deindeque a captivitate liberatus in ſuo regno conſiſtens ſæpius & verbis & literis, propria etiam manu ad nos ſcriptis, ſe omnia in fœdere contenta ex integro implere ſervareque velle profiteretur, ac demum mutata ſententia, hujuſmodi reſtitutioni intendere noluerit; numquam tamen violati fœderis injuriam perſequi, ejuſque dominia invadere, noviſve ſimultatibus publicam tranquillitatem turbare voluimus.* Et paulo poſt.

Diſſenſionum novatum cauſa fuit ducatus Burgundiæ.

LV. *Quod igitur variis dilationibus tempus inane conſumitur, quod Chriſtianorum agri vaſtantur, quod urbes diripiuntur, quod incendia vagantur, quod cædes committuntur, quod hoſtium fines propagantur, eorumque vires in dies accreſcunt, debet certe hoc Chriſtiana reſpublica Regi Franciſco, qui in meditullio Chriſtianitatis conſtitutus, glorians ac jactans ſe ab hoc Chriſtianitatis incendio imminentique periculo longe abeſſe, nihil non interturbat, nullum in pace vivere permittit, mittenda in Turcas arma in ſuum caput convertere conatur: nuntios ad juvandam rempublicam deſtinatos, in ſuo regno detinet, atque inter ſuos triumphos Turcarum in ſororii noſtri regno irruptionem annumerat, ſibique hoc ſatis eſſe credit, ſi a ſuis Chriſtianiſſimus nuncupetur, ſororiique noſtri ſortem miſerrimam prædicat, qui pro fide, pro religione, pro patria, ac pro Dei gloria Chriſto Deo optimo maximo vitam ſuam devovit, ad fœlicioremque vocatus optimi, ſtrenui, atque magnanimi principis laudem apud poſteros reliquit.* Et infra.

Ex Hungari Regis cæde creata Carolo V. invidia.

Die vigeſimo proximi menſis januarii in hoc noſtro Caſtellæ regno in oppido noſtro Valliſoleti, quo nunc tendimus, generalem conventum celebrabimus, ubi tractabitur de mittendo cum ea, qua decet celeritate ad Germaniam auxilio, quo non modo ipſam defendere, ſed hoſtium conatus infringere, eoſque a Chriſtianorum cervicibus ſubmovere valeamus: Hiſpanorum namque animi hac injuria commoti, & expergefacti, vires, opes propriumque ſanguinem jam ultro offerre cœperunt, noſque ad hanc expeditionem ſtimulant, pro qua ſi expedire videbitur, non regna tantum, ac dominia omnia noſtra, ſed perſonam, ſanguinem, atque animam ipſam noſtram Chriſto Deo optimo maximo nos devoviſſe profitemur. Si vero interea Gallorum Regi [Deo inſpirante] reſipiſcere contigerit, ad noſtramque amicitiam redire voluerit, nos certe omne illius commodum, honorem, atque dignitatem ex animo promovere curabimus, illique injuriam hanc libenter condonabimus, atque de jure proprio illi cedere parati erimus, ut ſedatis contentionibus, communibus auſpiciis hoſtes profligare illoſque a ſuis ſedibus ſubmovere, vel ſi Deus conceſſerit, in ovile Chriſti redigere facile valeamus. Dat. in civitate noſtra Granatæ die penultima novembris anno Domini MDXXVI. regni noſtri Romani VIII. LVI. Promiſſa auxilia contra Turcas.

Ita Carolus & Franciſcus evaſtatæ a Turcis Pannoniæ culpam in ſe invicem coniiciebant, cum ſuperiora potius damnare diſſidia, atque arma adverſus communem hoſtem vertenda conjungere debuiſſent: ſed neque ipſos florentiſſimi regni excidium, ut impendentia alia mala propulſarent, permovit. Eo vero graviorem culpam ambo ſubiere, quo a pontifice ineunte anno de impendente Hungariæ clade commoniti, atque ad pacem conficiendam incitati fuerant. Miſſus eſt ea de cauſa Paulus Victorius orator ad Cæſarem, ad quem hæ datæ literæ (a). LVII. Et Carolus V. & Franciſc. I. perditæ rei Chriſtianæ crimen ſuſcipiunt. Commonitus fuit Cæſar a Pont. de Hungariæ periculo.

(a) Ib. p. 137.

Cæſari.

Etſi ſuperioribus diebus per alias noſtras literas ſerenitati tuæ ſignificavimus, quo in metu & periculo Rex Regnumque Hungariæ verſantur; quoniam tamen poſtea nunc nobis ſunt literæ adlatæ, quæ & paulo ante audita confirmabant, & certiora gravioraque inſuper afferebant decrevimus mittere dilectum filium Paulum victorium ad ſerenitatem tuam, ut cum de his rebus, tum de nonnullis aliis ad communem item Chriſtianitatis ſalutem pertinentibus, tum ea noſtro nomine ageret, loqueretur, &c. Dat. Romæ XXII. *februarii MDXXVI. pontificatus noſtri anno* III. Commonitus pariter

Commoniti pariter alii Reges.

riter imminentis in Hungariam Turcicæ irruptionis Franciſcus Gallorum Rex; nam ad ejus matrem Engoliſmenſium principem earundem literarum formulam, tum etiam ad Henricum Angliæ & Joannem Luſitaniæ Reges tranſmiſſam regeſtum pontificium docet (*a*). Solicitavit etiam aliis Clemens literis, quibus aſcripta eſt prima martii dies, Gallos proceres Montmorantium (*b*), Lautrechium, Vindeconienſem, Brionenſem, Alenſonium, tum Lotharingum, Borboniumque Cardinales, ut Paulum Victorium triremium pontificiarum præfectum commendatum haberent; quem ad Francorum Regem miſſum fuiſſe hac de cauſa ſignificavit: *Ut cum eo de præſentibus regni Hungariæ periculis & de remediis ad regnum ipſum ſuccurrendum opportunis ac etiam de nonnullis aliis rebus ad communem Chriſtianitatis ſalutem itidem pertinentibus noſtro nomine ageret & loqueretur. Dat. Rom. die* 1. *martii MDXXVI.*

(*a*) *Ibid. poſt eand. ep.*
(*b*) *Ib. p.* 139. *& regeſt. poſt eand. ep.*

LVIII. Affecto vero jam menſe aprili, Thomam Cardinalem Eboracenſem regiæ Anglicæ procuratorem excitavit (*c*) ut periclitanti Pannoniæ opem ferret: *Etſi* inquit, *optimo & Chriſtianiſſimo iſti principi ſupervacaneum fore exiſtimamus, tamen ea authoritate & gratia, qua maxima apud eum polles ſerenitatem eius noſtro, & Chriſti ejus in primis nomine adduces, atque adeo, ut poteris impelles, ut aliquod omnino pecuniarum præſidium, vel per hominem proprium, ut nunc & proximis menſibus ad eam ſcripſimus, vel alio aliquo modo in Hungariam maturrime velit traaſmittere, quemadmodum & nos facere jam cœpimus, & reliquos principes facturos quamprimum expectamus, &c. Dat. Romæ die* XXIII. *aprilis* MDXXVI. *pontificatus noſtri anno* III.

(*c*) *Eod. l.* 2. *brev. ann.* 1526. *p.* 76.

LIX. Submiſſum a Pont. Hungaro ſubſidiarium aurum.

Submiſiſſe Anglum, Hungariam aurum ſubſidiarium Ludovico Regi ad comparandum exercitum, pariterque Pontificem præter aliam vim auri quinquaginta millia nummorum ad faciendos in rem militarem ſumptus ſuppeditaſſe, ad Baptiſtam Sangam pontificium in Anglia internuntium ſcripſit (*d*) aucto vero in dies magis Turcico terrore, defendendæ Pannoniæ ſolicitus Clemens internuntium ſuum Hieronymum Rorarium dare operam juſſit apud Ferdinandum archiducem Auſtriæ, Cæſariſque in Germania legatum, ut Germanicis viribus labantem Hungariam ſuſtentaret: eundemque monuit imminentis Auſtriæ diſcriminis, Cum Turca obtrita Pannonia in Auſtriam penetraturus eſſet: qua de re hæ ſcriptæ literæ (*e*).

(*d*) *L.* 1. *lit. princ. p.* 211.
(*e*) *Lib. brev. ann.* 1526. *par.* 2. *p.* 309.

Nobili viro Ferdinando Hiſpaniarum principi, Auſtriæ archiduci.

Solicitatus Ferdinandus archidux ut Germ. vires jungat in Turc.

Cupientes, ſicut nos non paſtorale modo officium, ſed paterna etiam charitas, & benivolentia, qua chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludovicum Hungariæ & Bohemiæ Regem illuſtrem proſequimur, ei opem, quam poſſumus, adverſus communem hoſtem Turcam, ferre, mandavimus dilecto filio Hieronymo Rorario nuntio noſtro quædam in hunc deſiderii noſtri finem, quæ ex eo plenius tua nobilitas intelliget, quam hortamur in Domino, & ſtudioſe requirimus, velit pro Dei cauſa & defenſione affinis ac vicini Regis, quæ ad tuorum quoque locorum ei proximorum ſecuritatem pertinebit eidem nuntio noſtro, & in his, quæ dixerit fidem, & quæ circa hoc noſtro nomine apud te curaverit omnem favorem præbere, &c. Dat. Romæ, &c. V. *maii MDXXVI. pontificatus noſtri anno* III. Non tulit illi opem Ferdinandus, quem Francorum Rex in invidiam vocavit (*f*), quod Hungariæ cum Turca partiendæ cupidine Ludovici Regis ſororii exitium contempſiſſet.

(*f*) *Franciſc.* I. *in apol.*

LX. At Joannes Coclæus veras cauſas aperit, ob quas Ludovicus a Germanis deſertus fuerit, nempe ob Lutheranorum factionem contrariam: *Non ſolum*, inquit, *plebs & ruſtica turba, verum etiam plerique optimatum & nobilium trahebantur in favorem novi evangelii, atque in odium antiquæ religionis & cleri; unde cum abſque ſeditione & tumultu novitas illa prohiberi aut tolli non poſſet, principes & ordines imperii concluſerunt ſuſpenſive, ut quiſque in cauſa religionis ita ſe gereret, & in terris ſuis ageret, ſicut confideret juſtificare ac reſpondere coram Deo & coram cæſarea majeſtate. Hinc ſuſpenſis in hunc modum omnium animis, cum nulla eſſet certa pax aut ſecuritas, factum eſt, ut nemo Germaniæ principum opem tulerit Regi Hungariæ & Bohemiæ Ludovico, in cujus fines Turcarum Imperator maximis copiis jam ingreſſus erat: nam & domi nihil erat ſecurum a ſeditioſis ſubditorum animis, & omnis miles a Luthero involuntarius jampridem redditus fuerat ad proficiſcendum contra Turcas; ſcripſerat enim ille* (*g*), *quod præliari adverſus Turcas ſit repugnare Deo viſitanti inquitates noſtras per illos: ſcripſerat* (*h*) *nos hactenus nihil habuiſſe proſperum adverſus Turcam, & vires ejus atque imperium noſtris bellis aucta eſſe in immenſum: ſcripſerat non licere Chriſtianis bellare, ſed vim & injurias pati: ſcripſerat denique Turcam eſſe decies probiorem ac prudentiorem principibus noſtris, ideo nihil proſperitatis a noſtris expectandum eſſe, nec quidquam eſſe con-*

Germanorum ordinum impia ignavia.

Negat Lutherus proditor pugnandum contra Turcas.

(*g*) *In aſſert. art.* 34.
(*h*) *Lib. de bello contra Turc. contra duo mandata imperialia.*

Nefandæ Solimanni minæ.

tribuendum contra Turcas, &c. Derelictus itaque ab omnibus Germaniæ principibus pius, innocens, ac inclytus Rex Ludovicus Cæſaris noſtri ſororius. Et infra: *Ferunt Turcam pio Regi in literis ſuis comminatum eſſe, quod non ſolum Regem ac proceres ejus eſſet aſſaturus, paloque transfixurus; verum etiam religionem & Crucifixum illorum vellet omnino delere, & in ſilentium redigere.*

LXI. Supererat unica Hungaro ſpes in Sigiſmundo Rege Poloniæ, ad quem Clemens menſe julio internuntium ſuum proficiſci juſſit (*a*), ut ipſum ad Hungariam tuendam, ac nepotem Ludovicum ab imminenti interitu vindicandum hortaretur, moneretque, ne inita cum Turca, qui nullam fidem ſervare conſueviſſet, concitaſſetque etiam Tartaros ad Poloniam invadendam, fœdera coleret.

(*a*) *Lib. brev. ann.* 1526. *par.* 2. *p.* 373.

Polonus ad Hungariam tuendam ſolicitatus a Pontifice.

Baroni Burgii nuntio in Hungaria.

Dilecte fili, &c. Augent dolorem noſtrum in dies & tuæ & aliorum literæ, quo Regis regnique iſtius pericula certiora propioraque eſſe nobis ſignificant: itaque ad omnia remedia circumſpicientes maxime opportunum & neceſſarium fore judicavimus, ut tu ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Sigiſmundum Poloniæ Regem ſtatim te conferas, ejuſque ſerenitatem in qua una aliquid ſpei nobis adhuc reſtat, noſtro & ſanctæ hujus ſedis, ac inprimis domini noſtri Jeſu Chriſti, cujus res præcipue agitur, nomine horteris & obteſteris, ut nedum regiam & privatam fidem ſuam ei, qui nemini unquam fidem pactumve ullum ſervare ſolitus eſt, neque adeo nunc ſerenitati ejus ſervat, quando in ejus regnum tot Tartarorum millia mittere jam molitur, præſtare & ſervare ſtudet, divinam & catholicam noſtrum omnium fidem cum totius iſtius regni ſereniſſimique & chariſſimi nepotis ſui interitu ruere, & perditum iri, pati velit: id quod cum ejus quoque ſerenitatis regni ſtatuſque proditione, quam ſit conjunctum futurum, & ipſa per ſe facile poterit cognoſcere, & tu illi, qui hujuſmodi melius iſtic præſens, quam nos, noſti, plane declara, &c. Dat. Romæ die XXI. *julii MDXXVI. pontificatus noſtri anno* III.

Ne Turcæ concitanti Tartaros fidat.

LXII. Irretitum adeo fuiſſe Sigiſmundum Regem Poloniæ Turcicarum induciarum vinculis refert Pannonum hiſtoria (*b*), ut eas potius inviolatas ſervare, quam laborantibus Hungaris & reipublicæ Chriſtianæ in diſcrimen adductæ opem ferre maluerit, ne ſcilicet arma barbarorum & vires in ſe ac ſuos concitaret; ſuis tamen, qui voluntarie, militare vel ſub Hungario ſtipendia facere vellent permiſiſſe; itaque ut numerum Polonorum, ita ſubſidium exiguum extitiſſe. Excuſant Sigiſmundum Poloni hiſtorici (*c*); eum ſiquidem ſubſidiarias copias ad nepotem tuendum inſtruxiſſe; ſed cum Solimannus eodem tempore, quo in Pannoniam irrupit, Tauricanum Tartarum in Polonos immiſiſſet, mittendos in Hungariam milites ad Poloniæ fines tutandos avertiſſe; quippe Tartari in Lituaniam primum, inde in Volinenſem, Belſenſem, ac Lublinenſem provincias irruptione facta, eas populati ſunt: ob quam Turcarum perfidiam ſolicitabat Sigiſmundum Clemens, ut bellum pro defendenda Hungaria impigre ſuſciperet. Cum ita Pontifex Polonum, Germanum, Gallum, Anglum, Hiſpanum, ad ferenda periclitanti Hungariæ auxilia hortatibus urſiſſet, miſiſſetque etiam aurum ſubſidiarium, demum Hungaros ipſos hortatus eſt (*d*), ne ſibi deeſſent, utque ſacro eccleſiarum theſauro pro faciendis in rem militarem ſumptibus uterentur, tum ipſa prædia, domos, & alia immobilia divenderent, quibus ipſa templa & ſacra contra Turcicam vim & impietatem defenderent.

(*b*) *Nicol. Iſtuanff. l.* 8.

Polonus nepotem deſerit.

(*c*) *Neugebauerus l.* 7. *hiſt. Polon.*

Tartarorum in Poloniam irruptio.

Pontificis apud Reges curæ ut Hungaris ferant opem.

(*d*) *L.* 1. *brev. ann.* 1526. *p.* 181. & *par.* 2. *p.* 141. & *Iſtuanf. hiſt. Polon. l.* 8.

Datum conſilium Hungaris ut eccleſiarum theſauros militi conferant.

Si hujuſmodi Pontificis conſilio paritum fuiſſet, tanti exercitus conſcribi facile poterant, ut maximæ Turcarum copiæ pari Chriſtianorum numero retundendæ fuiſſent. Porro quamquam aliqui haud gravate ea protulerunt, ut conflarentur, vel eadem dividerentur forma, plures tamen futuræ cladis ignari expilanda Turcis reſervarunt, de qua imprudentia Clemens poſtea graviſſime conqueſtus (*e*) eſt.

Reſervati illi Turcis fuere.

LXIII. Denique cum omnium Regum Chriſtianorum repetitis vocibus fruſtra implorata eſſent auxilia, ipſi Hungari ſibi ipſis defuerunt: nam cum Solimannus ducenta (*f*) ferme militum millia ſumma celeritate eduxiſſet, illi ad conjungendas copias & ſequendum Ludovicum Regem tardiſſimi fuerunt, adeo ut Rex (*g*) vix viginti ſex circiter millibus militum ſuccinctus eſſet; cum non expectatis quadraginta millibus Tranſilvanorum, quos Joannes comes ductabat, nec aliis quindecim millibus, qui ex Illyrico veniebant, nec Bohemico equitatu, Pauli Tomoræi archiepiſcopi Colocenſis ordinis Minorum, viri quidem pii & generoſi, ſed imprudentis importunis ſuaſionibus permotus, contra militarium virorum & ſapientium ſententiam in hoſtes incurrere decreverit: *Damnata eſt palam tanta temeritas, ut Franciſcus Perenius epiſcopus Varadienſis*, inquiunt (*h*) Hungarici annales, *elegans, nec indoctus juvenis quaſi futuri mali præſcius, eum diem, quo pugnabitur viginti ſex millium martyrum Hungarorum celebri memoriæ, qui* pro

(*e*) *Clem. ubi ſup.*

Turcarum in Hungariam irruptio.

(*f*) *Braderic. epiſc. Vatien. apud Sambre hoc an.*

(*g*) *Jo. Fab. in orat. ad Reg. Angl. Guicc. l.* 17. *append. ad chronolog. Naucler. append. ad Sabell. Nic. Iſthuanf. hiſt. Pann. l.* 8. *Salomon. Neugeba. hiſt. Polon l.* 7. *Surius in commen. hoc ann. Sanſovin. hiſt. Turc. in Soliman.*

(*h*) *Nicol. Iſthuaf. ubi ſup.*

Digitized by Google

Hung. Rex cum exiguo exercitu pugnam init.

pro Chriſtiana religione occubuiſſet faſtis inſcribendum, ideoque ad eam rem impetrandam Stephanum Brodericum cancellarium, ſi ſuperſtes, & incolumnis & prælio evadet, Romam mittendum eſſe, haud inſulſo ingenio nec vano præſagio dixiſſe memoretur. Ad internecionem cæſus eſt Chriſtianus exercitus, adeo ut decem equitum millia & duodecim millia peditum interempta ſint. Rex etiam Ludovicus, quod a Pontifice Regi Poloniæ patruo, ni Pannoniæ ſuccurreret, prænuntiatum fuerat (*a*), periit, cum cœnoſum rivum inter Mohacium & Chelliam vicum traiicere niteretur: *Impedisioris ripæ aggerem*, inquit Iſthuanffus (*b*), *ſuperare conatus reflexis habenis, reſupinatoque equo in profundiorem luſulenti amnis limum cecidit, ac degravantium armorum pondere, & equi colluctatione oppreſſus miſerabiliter interiit præſtantiſſimæ Indolis atque ingenii princeps, ac omnibus corporis atque animi dotibus inſignis, eoque infelicis vitæ exitu indignus. Hæc eſt illa memorabilis ſimul & miſerabilis Mohaciana clades, qua antiquum gentis noſtræ decus, floremque nobilitatis & militiæ, ac quidquid virium habebamus, una eaque funeſtiſſima dimicatione proſtratum amiſimus, cœpimuſque cum inexplicabili ignominia noſtra, qua barbarorum intolerabile jugum, qua exterarum nationum ſervitutem ſubire ac perpeti.*

Ingens Hungarorum cædes. (*a*) *Lib. brev. an.* 1526. *par.* 2. *p.* 373. Miſera Regis Ludov. mors. (*b*) *Nicol. Iſthuanff. ubi ſup.*

LXIV. Contigit ea clades die vigeſima nona auguſti (*c*): cujus rumor auxiliares copias adventantes diſſipavit; addunt enim iidem Pannonum annales: *Jam Vaivoda cum exercitu Segedinum ad Tebiſci & Maruſi confluentem nobile oppidum liberumque pervenerat, in quo ad quadraginta millia hominum cenſebantur, & Chriſtophorus Frangepanus quindecim millia Illyrici nominis armatorum ad S. Andreæ oppidum haud procul a Dravo ſitum adduxerat: Bohemi præterea & Moravi juſto numero partim Albam regiam, partim Jaurinum ducibus Georgio marchione Brandeburgenſi & Adamo de nova domo attigerant, eoſque Sileſiaci equites cataphracti mox ſubſequuturi dicebantur. Quod ſi Tomoræus & reliqui præcipitis & funeſti prælii authores has copias auxiliares opperiri, quam maleſanis conſiliis juvenis Regis interitum & patriæ certum exitium procurare maluiſſent, commodiore utique fortuna & æquiore conditione certare, neque de ſucceſſu victoriæ magnopere deſperare potuiſſent. Cum ad duces infelix & lugubris adverſæ pugnæ exitus fama allata eſſet, omnes æque attonitos & metu perculſos perterruit & perturbavit, ſic ut hi quidem omnes eo unde venerant agminatim reverterentur: ſed vaivoda ſuo uſus conſilio exercitum retinuit, & munitis caſtris aliquandiu ad Segedinum ſtativa habuit, ut quorſum conſilia Solimanni tenderent, ibi aperiretur. Fuere qui eum occulta cum hoſte conſilia jam tum tractare dicerent, ut poſtquam Ludovicus nullo hærede ſuperſtite fato functus eſſet, Solimanni ope regnum conſequeretur.*

(*c*) *Append. Naucl. & Sabell. Iſthuanff. ubi ſup.* Vaivodæ Tranſyl. tardior adventus.

Si expectatus fuiſſet ſperari poterat victoria.

Interea Solimannus parta victoria late Hungariam populatus, ipſam etiam Budam in deditionem imperii ſolo redegit, ac rebus ſecundis elatus altoque faſtu turgidus etiam in Italiam ad Romam occupandam ſe deſcenſurum jactabat (*d*): qua voce perculſus Clemens, atque ingenti dolore ob florentiſſimum regnum, quod diu Chriſtiani imperii firmiſſimum propugnaculum extiterat, amiſſum oppreſſus, ſacro convocato ſenatu Cardinalibus expoſuit (*e*), ſe jam imminente Turcica in Hungariam irruptione Reges ad ineunda pacis fœdera omni ſtudio & contentione cohortatum, ut arma in communem hoſtem ſociarent, nec levem auri vim ad conſcribendos milites in Pannoniam ſubmiſiſſe: quamvis vero ipſo exordio noſſet Italicum bellum tuendo Hungariæ regno plurimum obſuturum, neceſſitate tamen ad arma capienda aſtrictum ſe fuiſſe, cum hoſtis omnes honeſtas pacis leges reſpuiſſet: nunc vero illato a Turca tanto vulnere reipublicæ Chriſtianæ, ſe omne ſtudium, induſtriamque omnem in illo curando, abſciſſo quovis privati commodi vel amplificandæ familiæ reſpectu, collocare decreviſſe; viſum itaque inducias univerſæ Italiæ ſtatis legibus imperandas, conſcendendamque ſibi claſſem ad Chriſtianos Reges adeundos, ut qua monitis, qua precibus, qua lachrymis pacem publicam eblandiatur. Dein Cardinales hortatus eſt, ut ſe ad ſociandum communem parentem accingerent, ac votis precibuſque divinam operam poſcerent, quo ſanctiſſimum illud opus promoveret: quod ſi id ad optatum exitum perduci hominum crimina vetarent, ſaltem in medio conatu vita ipſi a Deo eriperetur; nullam enim graviorem calamitatem ſibi poſſe contingere, quam ſi extinguendi tanti incendii ſpes ſibi adimeretur. Excepta eſt ſecundo Cardinalium plauſu ea oratio; creditum vero a pleriſque tædere ipſum icti cum Gallo fœderis, cum ſpes contra ſuccederent. At pia illa conſilia, ſeu Turcico terrore ſenſim evaneſcente, ſeu ob Columnenſium & Hiſpanorum inſidias ad irritum cecidere. Porro ex Hungarorum, qui eccleſiarum theſauros Turcis diripiendos expo-

LXV. Buda capta a Solimanno.

(*d*) *Lib. brev. an.* 1526. *par.* 1. *pag.* 187.

(*e*) *Guicc. l.* 17.

Imperare inducias decernit Clemens. Adire Reges ut ſtatuat ad pacem.

Pia ejus conſilia ſenſim conſenuere.

Pro repellendo Turca conflare templorum vaſa conſtituit.

nere, quam milites ſubſidiarios iis conducere maluerant, calamitate exemplum ſumens, Pontifex ſacras eccleſiarum Italiæ opes, cruceſque & calices ad ſuppeditandos militares ſumptus diſtrahere ſi Turca irruere pararet, conſtituit; atque epiſcopos omne templorum aurum & argentum in commentarios referre juſſit, quo argumento hæ ad epiſcopum Hadrienſem datæ literæ (*a*) per Italiam encyclicæ.

(*a*) *Lib. brev. par.* 1. *pag.* 181. & *par.* 2. *pag.* 141.

Venerabili fratri epiſcopo Hadrienſi, vel ejus in ſpiritualibus vicario generali.

LXVI. Clem. ea de re lit.

Proximis menſibus, cum ad aures noſtras perveniſſet immaniſſimum & potentiſſimum tyrannum Turcarum Chriſtiani nominis hoſtem maximum exercitum adverſus Regem & regnum Hungariæ parare; nos non ſolum illius regni principes & nobiles ſæculares, ſed & archiepiſcopos, epiſcopos, abbates, & alios prælatos literis & proprio nuntio noſtro, quantum cum Deo potuimus, hortati fuimus, ut pro dicti regni defenſione proprias pecunias exponere, & ſi illæ non ſufficerent, omnia mobilia & jocalia pretioſa eccleſiarum & beneficiorum in dicto regno conſiſtentium, & urgente neceſſitate etiam immobilia bona eccleſiarum & beneficiorum hujuſmodi vendere, illorumque pretium ad congregandum & continendum exercitum, quo dicto Turcarum tyranno occurri ac reſiſti poſſet, convertere deberent: quod cum non fecerint, ipſeque Turcarum tyrannus dictum regnum non ſine maxima Chriſtiani ſanguinis effuſione, ipſiuſque Regis miſeranda cæde occupaverit, intelligamuſque inter alia impia & nefanda eccleſias omnes ejuſdem regni omni ſcelerum genere profanatas, earumque vaſa aurea & argentea ac jocalia omnia a ſpurciſſimis Turcis direpta, & in profanos uſus converſa fuiſſe, eundemque tyrannum palam minari ad almam urbem noſtram cum eodem & majore etiam exercitu venire; nos nulla opportuna remedia pro noſtræ & dictæ urbis hujuſque ſanctæ ſedis ac univerſæ Chriſtianæ reipublicæ defenſione omittere, ac noſtra omnia & eccleſiarum omnium bona mobilia etiam jocalia pretioſa exponere potius, quam illa impiiſſimis Chriſtianæ fidei hoſtibus relinquere deliberavimus. Itaque fraternitati tuæ ſeu tibi fili vicarie, tenore præſentium committimus & mandamus, ut acceptis præſentibus eccleſias omnes tam ſæculares quam regulares, & tam exemptas quam non exemptas, in tuis civitate & diœceſi conſiſtentes viſitare ac de omnibus bonis mobilibus, & jocalibus pretioſis vaſiſque argenteis & aureis etiam calicibus & crucibus in dictis eccleſiis exiſtentibus inventarium fieri, illudque ad nos cum eorum pondere & diſtincto valore quantocyus tranſmittere cures. Dat. Rom. die III. *octobr. MDXXVI. pontificatus noſtri anno* III. Impoſitæ præterea ſunt decumæ a Clemente ob temporum infelicium difficultates eaſdem, ac neceſſitate coactum ſe id facere profitetur in literis ad Carolum ducem Sabaudiæ miſſis (*b*) *Cum*, inquit, *ſe exhiberent nobis & Chriſtianis omnibus difficilia & periculoſa tempora aliis ſuper alias incidentibus cladibus, nuperrime autem ipſa Hungaria, quæ quondam ceteræ Chriſtianitatis propugnaculum eſſe conſueverat, infeliciter amiſſa. Dat. Romæ* VIII. *octobris MDXXVI. anno* III.

Ut eccleſiæ omnes prophanatæ ſint direptæque a Turcis in Hung.

Juſſi epiſcopi referre in commentarios eccleſiarum argentum.

(*b*) *Ib. p.* 135.

LXVII. Ob hos etiam Solimanni progreſſus conſternatus Pontifex acceptam a Columnenſibus & Hiſpanis in ædis pontificiæ expugnatione, & Vaticanæ baſilicæ direptione injuriam delere oblivione, atque ad Reges in priſtinam concordiam reducendos incumbere conſtituit, tum Sabaudiæ ducem rogavit (*c*), ut in tam præclaro opere interpretis officio fungi vellet.

(*c*) *Ib. p.* 137.

Dilecto filio nobili viro Carolo Sabaudiæ duci noſtro ſecundum carnem affini.

Dilecte fili ſalutem. Gratum habuimus adventum dilecti filii Aymonis de Publiciis oratoris tui; ea enim ad nos detulit de tua in nos atque hanc ſanctam ſedem obſervantia & voluntate, quamquam antea nobis ſemper agnitis & perſpectis, quæ cum nobis ſemper jucunda, tamen hoc tempore maxime grata acciderint, neceſſe eſt: talis enim principis & voluntas & authoritas nobis valde opportuna hoc tempore & quaſi oblata a Deo videtur ad concordiam inter diſſidentes Chriſtianos principes, quibus hinc inde affinitate copularis, quomodo conciliandam, ut Turcis in noſtra reliqua imminentibus reſiſti poſſit. Nos quidem, filio, quibus tam atrocem injuriam nuper illatam fuiſſe audiſti nempe cum Hiſpani proditione baſilica S. Petri, pontificioque palatio direptis Clementem in arce obſedere, adegereque ad indignas pactiones, *omnis ignominiæ libenter obliviſcimur, quo publicam ſalutem privato animi dolori anteponamus. Dat. Romæ* XIV. *octobris MDXXVI. pontificatus noſtri anno* III. Eodem argumento ad Beatricem duciſſam Sabaudiæ datæ literæ (*d*), preceſque additæ ut ſororem Cæſaris uxorem incitaret ad virum cum Francorum Rege conciliandum, quo arma adverſus Turcam verterentur.

Sabaudus ſua officia periclitanti Pont. defert.

Baſilica S. Petri & palatium Pont. ab Hiſp. direpta.

(*d*) *Ib. p.* 136.

Mutata ſententia Clemens negat ſceleris veniam Columnenſibus.

LXVIII. Mutavit ſubinde mentem hortante Gallorum Rege Clemens (*e*), nec facta Columnenſibus ſponſio de accepta injuria oblivione delenda, ſervanda viſa eſt

(*e*) *Guicc. l.* 17.

cum

(a) Ext. ea de re lib. 1. 2. collect. lit. princ. p. 45.

Revocatus ex Insubria ecclesiast. exercitus.

(*a*), cum a conjuratis vi & flagitio extorra eſſet, & ea clementia improbis ad audendum quodvis facinus anſa danda eſſet: nec ſacrilegia in baſilica Vaticana diripienda patrata impune ferenda, nec clientum in principem, & S. R. E. Cardinalis in ſummum Pontificem proditiones ſine pœnarum exemplo tolerandas: quæ licet de iis exigantur, non tamen ſequeſtram cum Cæſare pacem violatum iri. Itaque cum ex Inſubria eccleſiaſticum exercitum revocaſſet, ex quo fœderatorum res, quæ capta Cremona & Franciſco Sfortiæ tradita eſſerri cœperant, adeo ut recuperandæ Genuæ, quæ a ſociali claſſe in ſummas erat adducta anguſtias, vel Mediolani interclusis (*b*) commeatibus recipiendi ob Gallicarum copiarum adventum ſpes affulgeret, omnino labefactatæ fuerunt; Paulum Vitellium, & Auguſtinum Cardinalem Trivultium legatum decem militum millibus ſuccinctum (*c*) ad expugnanda Columnenſium oppida excindendaque immiſit, Marinum igitur, Monsforinus, Gallicanum, Zagarolum, deleta flammis vel ſolo æquara fuere: aliæ tamen Columnenſium arces, Pallianum ſcilicet & rupes Papalis milite Hiſpano ita communita fuere, ut capi non potuerint: quinetiam a Columnenſibus nonnulla pontificia oppida intercepta ſunt. Poſtulatus eſt (*d*) Pompejus Cardinalis de vi & proditione in Pontificem; at ille Clementem ſimoniæ in pontificatu adipiſcendo admiſſæ per calumniam inſimulavit, ac publico ſcripto Neapoli divulgato ad futurum concilium provocavit: præterea coacto circa Ceperanum exercitu milites diripiendæ Romanæ urbis ſpe ineſcare cœpit: (*e*), & cum nonnullis Romanis proceribus in Pontificem coitiones fecit (*f*), quæ tum patefactæ & diſcuſſæ fuerunt.

(b) Ibid. pag. 23.

(c) Ibid. pag. 45.

Perſequitur Columnenſes.

Pompejus Columna in jus vocatus.

(d) Guicciar. lib. 17.

Nefarium illius in Pont. facinus.

(e) Lib. 2. liter. princ. p. 23.

(f) Lib. 1. lit. princ. p. 179.

LXIX.

Miſſus ad Cæſarem & Luſitanum orator.

Decrevit eodem die oratorem ad Cæſarem & Luſitaniæ Regem Martinum virum principem Luſitanum, qui egregiam Pontifici pro ſedanda urbis ſeditione operam navarat, ut eos ipſos Reges ad ſuſcipiendam periclitantis rei Chriſtianæ patrocinium excitaret (*g*): *Te*, inquit, *cujus ſingularem erga nos & hanc ſanctam ſedem fidem ac devotionem in ſedandis tumultibus per quoſdam ſeditioſos contra nos & ſedem ipſam nuper in alma urbe noſtra excitatis cognovimus atque perſpeximus, ac ſperamus in Domino quod ea, quæ ſibi pro omnium Chriſti fidelium ſalute commiſerimus omni ſolicitudine & diligentia exequeris, ac chariſſimos in Chriſto filios noſtros Carolum Romanorum Imperatorem electum, & Joannem Portugalliæ & Algarbiorum Regem illuſtrem, cujus apud nos orator exiſtis, de fratrum noſtrorum conſilio duximus deſtinandum, perſuaſum habentes, eidem Joanni Regi gratum & acceptum futurum, quod propriis ejus negotiis omiſſis publicæ ſalutis curam amplexus fueris, &c. Datum Romæ* XIV. *octobris MDXXVI. pontificatus noſtri anno* III.

(g) Lib. brev. an. 1526. par. 2. pag. 197.

Rogati ut arma ſtringant in Turcas.

LXX.

Debuiſſent tantæ clades Chriſtianos a mutuis diſſenſionibus abducere, eoſque inter ſeſe ad communem hoſtem propulſandum fœdere jungere; ipſi tamen nil de conceptis jam ante odiis remiſere, ſed alii in alios publicarum calamitatum culpam conjecere: qui vero Pannoniam abſcedente Conſtantinopolim Solimanno ob domeſticos motus a Calendero Celebio in Aſia excitatos ſociatis exercitibus recuperare potuiſſent, Ferdinandus ſcilicet Auſtriacus, & Joannes princeps Tranſilvanus Matthiæ olim Regis nothus filius, de partiendis inter ſe reliquiis Hungariæ regioque nomine adſciſcendo contenderunt, mutuis ſe criminationibus impetentes, quod Ludovicum Regem in medio diſcrimine prædaodæ illius coronæ ſpe deſeruiſſent: primus Joannes comes cum polleret exercitu, Buda & Alba receptis a ſuæ factionis ſtudioſis Regem ſe deligendum curavit, conditoque in Regum ſepulchro Ludovici cadavere, a Paulo Vardano deſignato archiepiſcopo Strigonienſi ac Stephano Broderico epiſcopo Vacienſi ſolemni ritu regio diademate eſt redimitus, & cum Franciſco Gallorum Rege fœdus percuſſit.

Redire coactus Conſtantinopolim Solimannus.

Ferdinandus cum Joanne Wayvoda certat de reliquiis Hungariæ.

Buda & Alba receptæ a Joanne.

LXXI.

Ferdinandus Poſonii electus ab Hungaris.

Cum interea Ferdinandus, ad quem ex veteri pactione regni jura erant devoluta, in Germania ageret, a ſuarum partium ſectatoribus, ut in Hungariam ad regnum capeſſendum provolaret ſolicitatus, indictis Poſonii Reginæ Mariæ ſororis opera ſolemnibus ordinum regni conventibus Rex creatus eſt, reſciſſa Joannis electione, quam Turcarum ope celebratam ac Ludovicum Regem prodidiſſe Turcis, ut regno potiretur, objectum eſt: a Joanne itaque magna procerum pars defecit ad Ferdinandum, qui ut reliquos ab eo avelleret publicis literis pollicitus eſt omnibus veniam (*h*), ac ipſos priſtinis opibus & honorum gradui ſe aſſerturum.

Joanni impactum proditionis crimen.

(h) Ext. apud Dolgaſt. to. 3. p. 494.

Ferdinandus Rex Bohemiæ & Hungariæ, &c.

Promittimus eidem nempe Stephano Bathorio Hungariæ palatino & judici Comanorum, Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ banis, aliiſque proceribus *in verbo noſtro regio, quod eos & eorum quemlibet*

in ipſorum beneficiis, ordine, libertate, officiis, ac in bonis & rebus omnibus contra comitem Sepuſienſem vuaivodam Tranſilvanum, qui præter leges & conſuetudinem regni Hungariæ ſe per ſuos in Regem eligendum & coronandum curavit, atque alios adverſarios inimicos & æmulos, ſi quos pro eorum in nos fide & conſtantia ſunt habituri, & tuebimur ac defendemus, &c. Datum in civitate noſtra Viennæ die ultima menſis novembris anno Domini MDXXVI. regni noſtri anno 1. Accenſum eſt inde inter Ferdinandum ac Joannem æmulos atrox bellum, quod Hungaros mutuis cædibus attrivit; ex quo Turcarum res in Pannonia firmatas, Joanne in Turcarum clientelam ſe commendante, ſuo loco videbimus: Quam calamitatem præſagiens Joannes Eckius in ſuis concionibus ita declamabat (*a*): *Quis Turcam hoſtem, immo canem ſæviſſimum, trans mare adduxit? nonne duorum Imperatorum Conſtantinopolitanorum diſſidium? quando alter eu Turca quærebat auxilium anno MCCCLXXX. Quis præterea tributariam Turcæ Cyprum effecit Regnum? Diſcordia. Quis inſuper Turcam Rhodum adduxit? nunquid non cancellarii iſtius ambitio*, nempe Amaralli Luſitani, *qui magnum non aſſecutus erat magiſtratum? Ita nobis faveat Chriſtus, ut non hæc quoque diſſenſio aliquid in Hungaria monſtri alat.* Conſenſere dictis triſtes exitus.

Hungaria mutuis diſcordiis attrita.

(*a*) *Jo. Eck. tom. 1. dom. 3. quadrag.*

Diſſenſione Chriſtianorum perit res Chriſtiana.

LXXII. Dum vero hoc bellum parabat Ferdinandus, Joannem Fabrum inſignem theologum, cujus conſilio & doctrina ad diſſolvendos Lutheranæ ſectæ dolos plurimum erat uſus, oratorem ad Henricum Regem Angliæ miſit, ut ab eo auxilia contra Turcam Hungariæ invaſorem eliceret. Habita eſt ab eodem Joanne Fabro coram Rege & proceribus Anglis ad eos ad ſacram in Turcas expeditionem conficiendam concitandos elegans oratio, in qua de Turcarum origine, ſuperſtitione, progreſſibus præfatus, inter alia de eorundem ſævitia hæc propoſuit (*b*): *Quis nefandas tranſactorum temporum cædes, ſtupra, adulteria ſacrilegia, tot clariſſimarum urbium everſiones referre ſine lachrymis poteſt? Veritas & res geſta eſt in Mytilene, Conſtantinopoli, & Trapezunda, quoſcumque divino cultui devotos & addictos invenere Turcæ, archiepiſcopos, epiſcopos, aut religioſos perinde ut boves in campis & foris mactari fecerunt: & in prælio æſtatis proximæ non ſatis erat quod octo epiſcopos Pannonum interfecerant, ſed poſt ſtragem inter mortuos Chriſtianos archiepiſcopum Strigonienſem cancellarium regni, ac dominum Paulum archiepiſcopum Colocenſem utrumque pro fide Chriſti mortuum Solumon Turcarum princeps decapitari, & in fruſtra ac minutiſſimas partes (ut nonnulli retulerunt) ſecari, ac diſcindi impudico ore juſſit. Turca in Raſia, hoc eſt inferiori Myſia, quæ Servia nunc eſt, cunctis magnatibus oculos erui, quaſi alter Julianus apoſtata præcepit: in Euboia vero innumerum populum palis ſuffixit, alios obtruncavit, pleroſque ignito ferro diſcerpſit: pueros & infantes nondum ablactatos ſaxis illiſit, & pro tyrannica conſuetudine multos per medium ſcidit. Trapezuntium autem Imperatorem cum Ponticæ oræ & Cappadociæ principibus, liberis, uxoribus, Bizantium velut in triumphum duxit, doctoſque lachrymanda morte interemit.* Addidit idem orator de Turcica ambitione, quæ univerſi orbis dominatui inhiabat.

Joannes Faber decretus orator ad Reg. Angl.

Illius oratio.

(*b*) *Jo. Faber. in oration. ad Reg. Angl. de Turc. orig.*

Turcarum in epiſcopos & religioſos immanitas.

Archiepiſcoporum cadavera in fruſtra diſſecta.

Crudelia ejus acta in Myſia.

Quanta ſit Turcarum ambitio.

Adhuc tam amplis imperiis, regnis, provinciis, & urbibus ille orthodoxæ fidei hoſtis non eſt ſatiatus, ſed totus ad hoc tendit & animi ſui audacem cogitatum adjecit, quando ad orientem ſolem nihil fere reliqui habet, quod rapiat; ſed illic terræ & maria illi obediunt, jam ad nos rapaciſſimos ſuos ungues convertit, & reliquam occidentalis eccleſiæ particulam, quæ in illius comparationem quaſi tenui filo pendere videtur, demoliri conatur. Et infra: *Eapropter cum in Æthiopia ſupra Ægyptum Naid Gian, quem nos Pretoian dicimus, non formidet a Syria & Aſſyria Melech Laſtraphi, Soldanum deleverit, cum Tartaris ultra Tanaim, & Mæotides paludes, affinitatem contraxerit (nam illorum Rex viventis & noſtris temporibus in nos tam dire ſerocientis Sulimonis ſororem in uxorem aſcivit) & cum his Scythicis populis, qui ultra Volgam amnem, & ſupra Caſpium mare degunt amicitiam teneat, & pacem Hiberiam in qua olim Bacharites Melech pro voto habeat Sophi Perſam bis prælio viceris, etiam ab illius regia urbe & regali ſede nobis viventibus profligaverit (ita in proximis comitiis procerum Romani imperii apud Norimbergam, ubi etiam tuæ majeſtatis regii oratores aderant, Sophi Perſæ nuntius ad Regem noſtrum deſtinatus referebat) neque ſit quod hunc Perſarum Regem vel ulium quemquam in terra formidet, ideo huc omnes potentias vireſque ſuorum potentiſſimorum regnorum convertit, ut Hungariæ & Croatiæ regna ſibi contermina, & deinde tantillum quod ſupereſt Chriſtianitatis evertat, vaſtet, ſibique ſubiiciat: ſic intra ſex annos ſub Hadriano hujus nominis Romano Pontifice VI. Rhodum inſulam & civitatem Rhodianam a cruceſignatis militibus expugnavit: ſic Belgradum Taurini oppi-*

LXXIII.

Quanta ejuſdem potentia.

Ejuſdem conatus pro evertendo Chriſtiano imperio.

pidum, quod alii Albam vocant, vere bellum Pannoniæ gradum cum munitiſſima arce non modo Hungariæ, ſed totius Chriſtianitatis propugnaculum evicit. Aliiſque additis ſubdit.

LXXIV. Quantum exercitum duxerit Solimannus.

Anno vero præſenti, æſtate præterita Sulimon ille Turcarum Imperator factus, ut ſe immortalem & adhuc adoleſcens populum ſibi in viridi applaudentem faceret & conciliaret, ſuorumque regnorum fines augeret, in propria perſona ſeſe a ſedibus propriis movit, & tanquam Attila flagellum, fulmen, & terriculamentum orbis cum potentiſſimo exercitu tam equitum, quam peditum ultra centum & quinquaginta & fere ducenta millia hominum cum camelis (ut quidam retulerunt) triginta millibus, navibus tribus millibus, equis artelleriis, munitionibus, & commeatu inſtructiſſimus Hungariam invaſit, Petrivardin & alia quædam munitiſſima caſtra cepit, ex his aliqua in cinerem vertit. Infinitam Chriſtiani ſanguinis multitudinem cruenta & immiti clade, cæde, mactationeque carnifex ille perdidit. Quæcunque etiam tam hominum quam jumentorum aut bonorum ex lateribus fluviorum Savi,

Quantam intulerit vaſtitatem.

Travi, Tragi, & Danubii invenit, vaſtavit, & in prædam quaſi leo rugiens diripuit, idque in longitudinem ſi ſolam Hungariam, eamque a Belgrado metiamur, per quadringenta. & in latitudinem per ducenta ac plura Anglica milliaria, & quidem parvo temporis decurſu hoc eſt ſex menſibus perpetravit. Quod denique horribilius eſt, occurrentis Ludovici Regis ex-

Ejus victoria lugubris.

ercitum validiſſimum, octo epiſcopos, ac regni primates, & proceres profligavit, & in tuæ majeſtatis ac omnium Chriſtianorum Regum & principum perpetuam ignominiam, & vix abluendum dedecus, pientiſſimum Regem, eumque florentiſſimæ ætatis juxta Tragum flumen in obſcœna & profunda palude immatura morte interire fecit. Et mox triumphabundus Sennacherib ille blaſphemus ſeſe in eiuſdem Regis regale ſolium, quod in inclyta urbe Buda fuit, poſuit, ſeſe Hungariæ Regem ado-

Buda ferro flammaque ab eo vaſtata.

rari præcepit, ipſamque Budam, cum Peſta civitate ex altera & oppoſita parte ſita vulcano tradidit, in favillamque, & fumum perdi & abire fecit. Nolim hic coram prudentiſſimo Rege diutius immorari circa cædes, latrocinia, jugulationes, prædaſque opimas, quas etiam in æneis machinis in ſubſidium miſſis abduxit. Adhuc

Tribus imperiis & ſexaginta regnis non contentus.

inexplebilis & ſanguinarius hoſtis intra fines nactos manere, atque Conſtantinopolitano, Trapezuntio & Caffæ imperiis, & plus quam ſexaginta Regum regnis contentari non didicit, neque vult etiam ſi Macedoniam, quæ nunc Albania, habeat.

Jam vero minime ſæviſſimus quieſcit LXXV.
animus, ſed diu noctuque ſecum volvit, ac meditatur, ut ſingula reficiat atque inſtauret, quæ ad ulteriorem & novum belli gerendi apparatum attinent. Terra deni-

Ut Germaniam & reliquum occidentem affectet.

que & aquis commeatum comparat & inſtruit quæcumque pro æſtate nunc proxima & imminenti neceſſaria ſint, ut mox Hungariam, Croatiam, Auſtriam & procul dubio Germaniam, & reliquas Chriſtianorum provincias etiam occidentis quidquid ſupereſt, ſuæ ditioni ſubiicere poſſit. Animatur ad hæc & tam magna moliri Turca, quod videt Hungariam, nunc ſibi apertam eſſe, nec ut olim Euxino mari aut alpibus impeditur aut clauditur. Cecidit Croatiæ regnum, quod ſuo hiatu fere totum abſorbuit, deglutivit, & delevit. Supereſt ut peſſimus vicinus reliquos vicinos, quos pati non poteſt neque vult, etiam te quoque in brevi roſtratis triremibus & navibus, & terra adoriatur.

Sciens & quaſi præ oculis præſentaneos interitus Chriſtianitatis videns ſereniſſimus ac clementiſſimus Ferdinandus Hungariæ ac Bohemiæ Rex, archidux Auſtriæ, & princeps & dominus noſter gratioſiſſimus, quid aliud faceret, quam quod maxime & primo omnium loco Chriſtianum principem, a tot Chriſtianiſſimis Imperatoribus, Regibus, & archiducibus parentibus, avis,

Ferdinandi Auſtriaci conſilia expoſita.

proavis, abavis, & atavis natum, & ſpeculatorem fidelem contravenientem gladium decet? ac plurimum ornat in primis Chriſti, non propria quæſita gloria, precantes manus cum toto illi credito populo levet, & cinere aſperſus cilicioque in Ninivitarum Regis morem formam indutus toto corde ſe vertat, & clamet ad Dominum: Quis ſcit ſi convertatur, & ignoſcat Deus, & relinquat poſt ſe benedictionem? *Ad hoc veluti Joſue contra Amalechitas pugnaturus pro ſalvanda Chriſtiana republica, & recuperanda ab injuſtis poſſeſſoribus Jebuſæis, Chananæis, Pherezæis, Eshæis, Amorrhæis, terra promiſſionis, quæ lacte & melle fluit, etiam illa ſancta civitate Jeruſalem ſic viriliter & fortiter contra iturum parat, & jam irruenti ſane ſævo hoſti, perinde ut ordinis divi Georgii militem, quem Gedeonis & ſuſcepti velleris clypei, enſis, & haſtæ, ſic tuis præſcriptis legibus exigentibus memorem eſſe oportet, undequaque conſcribit & colligit milites, machinas, commeatum, & quidquid ad exercitum & utile, neceſſarium eſſe credit, non adverſus Chriſtianos principes, ſed contra Chriſtiani nominis perſequutores pugnaturus.* Et infra.

Non ignorat profecto ſed a totidem ex-
ploratoribus fidiſque tam ſuæ majeſtatis LXXVI.
quam Chriſtianorum amicis & monitoribus

Semper Turca parata habet Octoginta millia equitum. Et alia quadraginta millia. Plura alis exterorum.

bus compertum habet, illum apud Turcas militarem eſſe ordinem, ut illis perpetuo ſint equites octoginta millia, quos siniarcimos vocant, qui & in duos diviſi ſunt exercitus, Aſiaticum ſcilicet, & Europæum, quorum præſidentes baſſas vocant: & quod fronitiarum equitum, qui ſine ſtipendio & pro quinta parte prædæ militant, ſemper quadraginta millia ſunt; catipporum autem ſpahiglanorum & soliphratorum ex Scythis & Perſis ad latus Regis aliquot millia. Didicit etiam ac ſua majeſtas peditum ordinem intertenerí triplicem, janizarorum quidem, qui ex omnibus Turcarum regnis proceriores ad hoc idonei per conquiſitores leguntur, & ab ineunte ætate quaſi ephœbi in publicis gymnaſiis & caſtris, ut olim Lacedæmonii nutriuntur, & ab albo pileo ſurſum verſus porrecto, breviorique veſte amicti ſunt. Hi urbes & arces oppugnant, & viginti millia ſunt: aſypporum autem peditum, qui rubeo pileo ab janizaris diſcernuntur, qui in prælio hoſtium equos ſubfodiunt, quadraginta millia, & peditum voluntariorum, qui ſine ſtipendio militant, aut evocantur, demptis & non numeratis calonibus, lixis, fabris, nummulariis, inſtitoribus, ac aliis id genus, qui vias ſternunt, pontes fluminibus & ſtagnis imponunt, aggeres & reliqua neceſſaria erigunt, & ſtruunt, ordinaria inſtitutione dum proditur, in campum educuntur, propemodum infiniti: illis autem ſic inſtructis & a cunis ad bellandum edoctis copiis parvo & imbecilli cuneo militum occurrere, cum illiſque manum conſerere, aut prælio congredi, neque Regi neque anteſignanis conſiliariis videtur admodum eſſe conſultum. Produnt hiſtoriæ veterum, quibus ſecure fidimus, Pazaitem Turcarum Regem adverſus Parthorum Regem Tamberlanem, a quo prælio ſuperatus & cathenis aureis vinctus in curru ducebatur, pluſquam quatuor centena millia armatorum eduxiſſe, necdum illius potentia quantum hodie crevit aucta erat: proinde videt, & recte, Rex noſter parvum non ſufficere contra eum, ſed opus fore potentiſſimo & validiſſimo tam equitum quam peditum optime inſtructo exercitu.

Pedites Janizaros viginti millia.

Aſyppos quadraginta millia. Præter hos ſequitur turba innumera. In prælio exût objicitur.

Bajazethes quater centena millia eduxit.

LXXVII. Sed, proh dolor, a Friderici proavi & Maximiliani avi Imperatorum temporibus intra quæ Turcæ vehementiores, graviores, & frequentiores incurſiones ac depopulationes non ſolum in Hungariam & Croatiam, ſed & Carinthiam, Styriam, & Carniolam Auſtriæ provincias per crebros ſaccomannos & latrones, quos martyloſas appellant, fecerunt, contra quos & in ſubſidium regni Hungariæ quamdiu Rex noſter Auſtriæ domum gubernandam ſuſcepit, ſeptem continuis annis exercitum magnum intertenere coactus eſt, ſineque intermiſſione Turcas pugnavit: non enim tam impius & crudelis in ſuos etiam Hungaros & Croatos eſſe voluit, ut ſeſe præcipites in damnatiſſimam Lutheri novam, & inauditam hæreſim, qua pro ſuo more pertinaciter per inſaniam affirmat, quomodo Chriſtianis contra Turcas bellare non licet, ſed Turcis omnes aperire portas Chriſtianum, & evangelicum principem conveniat.

Lutherus Germanis prædicavit pandendas Turcis portas.

Quod ſi hac vice ſua majeſtas divino aſſiſtente præſidio tam iraſo ac frementi inimico non reſtiterit, aut ſaltem prævalentiori marte non prævaluerit, jam non ſolum de Croatiæ regno, cujus reſidua pars exigua eſt, & Hungaria, quæ fere dimidia cecidit, ſed de utraque Germania ſuperiori & inferiori, quibus dudum feciales miſit & bellum indixit tyrannus ille, actum erit; is etiam ad Caleſium Davarum & ultra Britannos & occidentis fines excurret. Antequam Hungaria ſuperiorem cladem acciperet, Pontifex decima ſexta auguſti die oratori ſuo deducendæ Micheſulæ Reginæ Boſnæ ejuſdemque duciſſæ Barbaniæ, quæ a Turcis pulſa fuerat, munus demandavit (a). Conſuevit ſemper eſſe ſedes Apoſtolica piorum aſylum, jamque in eo diu Hannubal olim Phutenſium Rex Chriſtianis ſacris initiatus egerat Pontificum Romanorum liberalitate ſuſtentatus: qui cum in Luſitaniam ſe conferre, in eaque cum Phutenſis regni, cui olim imperarat, magna pars Luſitanis pareret, ſenium exigere percuperet, illum Clemens Regi Luſitano commendavit (b).

Ni Turcæ reſiſtatur metuendum exitum.

(a) Clem. lib. brev. ann. 1526. par. 2. p. 71.

(b) Ib. p. 386

Hoc anno Carolus V. Imperator Philippo Villerio Jeroſolymitanorum equitum ordinis magiſtro oranti opem, ut amiſſam Rhodum recuperaret, Melitenſem inſulam ad comprimendas barbarorum impetus contulit certis pactionibus, ut in ea ſedes defigeret: quæ cum Philippus ſignificaſſet Pontifici, eumque ad Chriſtianos omnes in concordiam redigendos eſſet hortatus, hoc reſponſum tulit (c). LXXVIII.

(c) Ibid. p. 252.

Philippo de Villers Lileadam magiſtro Hoſpitalis S. Joannis Jeroſolymitano.

Melite inſula equitibus data.

Cum multa intellexerimus de piis ac prudentibus conſiliis, & actionibus tuis, nobis maxime jucunda & grata, tum illud non minus, quod chariſſimus in Chriſto filius noſter Carolus Hiſpaniarum Rex catholicus in Imperatorem electus pro ſua pietate ac bonitate ſingulari vos benigne excepit, parique benignitate vobis permiſit, ut ſine ulla ejus voluntatis offenſio-

ne

ne Malthæ inſulam vel recipere pro ſtatione ac ſede veſtra, vel ſi videretur, omittere etiam poſſetis. Omnino quidem dilecte fili pro tua prudentia perſpicis, aut illum locum aut alium, quempiam cito deligendum eſſe, cujus omnis explicatio cum ex capitulo veſtro generali pendeat, maturandus tibi eſt reditus, &c. Dat. Romæ x. martii MDXXVI. pontificatus noſtri anno III. [1]

LXXIX. *Maronitæ poſcunt opem ad ſervitutem Mahumet. excutiendam.* Tendebant eodem tempore ad occidentem ſupplices manus Montis libani Chriſtiani, cruceſignataſque copias ſubmitti petebant, quo ſervitutis Mahumeticæ jugum a cervicibus deiicere poſſent: quibus Clemens pia ſua conſilia expoſuit (a), hortatuſque eſt patriarcham Maronitarum, ut populum ſtrenue fide orthodoxa erudiret, inque ſedis Apoſtolicæ communione & obſequio conſtantem retineret.

(a) Ib. p. 79.

Venerabili fratri moderno patriarchæ Maronitarum.

Omni ſtudio & affectu te hortamur in Domino, ut te ipſum tuoſque populos in catholicæ fidei puritate, & in ea cum Romana eccleſia unione, quæ vobiſcum jam inde ab Innocentii III. & Eugenii IV. prædeceſſorum noſtrorum temporibus ſancita eſt, conſerves, & in preſſuris gentium divinam miſericordiam & conſolationem proximam fore ſperetis: id enim nos agimus, teſte Domino, & ad eum finem noſtræ cogitationes diriguntur, ut rebus inter Chriſtianos principes quacumque ratione compoſitis, ad veſtram & aliorum Chriſtifidelium in ſervitute infidelium degentium liberationem nos convertamus; id quod non procul fore per Dei miſericordiam confidimus. Itaque, venerabilis frater, quandoquidem ad tuorum ſpiritalium filiorum regimen a Deo vocatus es, incumbe in eam curam, ut tuæ oves ſpirituali pabulo a te aſſidue foveantur, & intra fidei ſanctæ cancellos & ſepta cuſtodiantur, ne infidelium aut hæreticorum morſibus pateant; noſtrum enim munus viciſſim erit, ut poſt Deum omnipotentem tibi & tuis nulla in re unquam deſimus, quemadmodum hæc ex eodem nuntio noſtro, cui fidem habebis, pleniſſime intelliges. Dat. Romæ III. *julii MDXXVI. pontificatus noſtri anno* III.

Reſponſum Clementis.

NOTÆ [1] Iſto quidem anno Melitenſis inſula extorribus e ſede ſua Rhodiis equitibus a Carolo oblata eſt: nonniſi tamen ſequenti anno 1527. ab illis admiſſa, ut ex epiſtola ſummi equitum magiſtri ad Carolum data eo ipſo anno die X. julii, vulgata in codice Melitenſi to. 2. pag. 191. intelligimus. Quin nec plena ejus inſulæ poſſeſſio acceſſit equitibus, niſi anno demum 1530. quo largitionis illius diploma a Carolo ſignatur. Diploma illud ex autographo profertur in eodem codice; ſed cum mendoſas chronicas notas præferat, utrumlibet conſequatur oportet, vel erraſſe clariſſimum codicis illius editorem dum ex autographo ſe illud dediſſe affirmavit, vel ex ſcriptoris vitio cum typis tradendum deſcriberetur menda contraxiſſe. Ita enim mendoſe notatur: *Dat. in Caſtello Franco die XXIII. menſis martii, tertia indictione, anno a nativitate Domini MDXXX. regnorumque noſtrorum, imperii videlicet noſtri anno decimo; regni Caſtellæ Legionis & Granatæ XXVII. Navarræ XVI. Aragonum, utriuſque Siciliæ, Hieruſalem & aliorum XV. Regis vero omnium XV.* Profecto anno 1530. imperii annum nonniſi primum agebat. Quid eſt vero illud *Regis omnium XV.* Quid hæc ſibi volunt; vel unde epocha iſta? Reliqua nihil moror. Fatendum eſt tamen ſincerum eſſe in cæteris diploma, cum in eodem codice Melitenſi ex Lunig. to. 1. codicis diplomatici Italiæ in addit. pag. 2519. afferatur Bulla Clementis VII. ſignata eodem anno 1530. die VII. kal. Maji pontificatus anno VII. qua afferuntur equitibus Hieroſolymitanis, inſulæ *Melivetti, Gaudiſii* (Gozzo) *& caſtrum Tripolis*, quæ omnia fatetur pontifex aſſignata illis fuiſſe jure feudi perpetui *nobilis liberi* ab imperatore patentibus literis ſuis *ſub data vigeſimo tertia menſis martii proxime præteriti*. Quibus ſane verbis deſignatur Caroli diploma illud ex Melitenſi codice ſuperius productum. His ergo omnibus demonſtratum arbitror, inſulæ Melitenſis pleno jure, non prius anno 1530. Hieroſolymitanos equites potitos fuiſſe.

Ad hæreſis Lutheranæ propagationem quod attinet, præteriiſſe pigeret ea quæ Spalatinus ad hunc annum adnotavit. Hoc igitur anno Lutheri *verſio novi Teſtamenti Anglice converſa eſt, ob Anglo, viro linguarum peritiſſimo, qui verſionis hujus exemplaria VI. mille Wormatiæ edenda curavit, dictitans Anglos, quamvis reluctante & invito rege, tamen ſic ſuſpirare ad Evangelium, ut affirment ſe empturos Novum Teſtamentum, etiamſi centenis millibus æris ſit redimendum. Hoc ipſo anno pariter Novum idem Teſtamentum Gallice verſum Wormatiæ excuſum.* Addit pariter Spalatinus certiorem ſe factum a Boſchio per literas, Gallorum regem revocaſſe Jacobum Stapulenſem (Jacobum Fabrum Stapulenſem intelligo, doctum virum, alioqui catholicum, ſed ſuſpectæ tunc religionis) *& nonnullos alios, & reverſo* (eo) *liberatos XII. captivos quos Evangelii nomine Parlamentum conjeciſſet in carcerem.* An vera narrata ſint a Spalatino, ignoro. Profecto Franciſci I. Gallorum regis fides & religio intacta erat.

Quoad ſententiam illam per literarum compendia indicatam V. D. M. I. E. *Verbum Domini manet in æternum*; narrat idem Spalatinus ad A. 1532. Fridericum Saxoniæ principem & electorem veſtem hibernam dediſſe aulicis ſuis *cum illis literis in dextra manica in longitudinem intextis*. Hoc vero anno Joannem Saxoniæ electorem, Friderici ſucceſſorem, cum Spiram ad comitia imperialia veniſſet, die XXVI. junii præ foribus hoſpitii ſui (quod a cæteris etiam Lutheranis principibus ſervatum eſt) inſignium loco pictas literas illas exhibuiſſe, quas cum feſtiva quædam ingenia in vituperationem Saxonum interpretarentur, alius quidem Lutheranus impio ſchommate in epiſcopos catholicos detorſit, hinc ex literis ſententiam eliciens: *Verum Diabolus Manet In Epiſcopis*. MANSI

LXXX. Armeniæ Rex Chriſtianus. Miſſus ad eum & Maronitas orator.

Obvenatat eo inſtaurandæ rei Chriſtianæ in oriente felicior occaſio, quo Armeniæ Rex Chriſtianam religionem colebat; ad quem necnon ad Armenorum ac Maronitarum patriarchas Pontiſex internuntium miſit, ut ſacrum eccleſiarum fœdus in Florentino concilio ſancitum confirmaret: tum de aliis ad amplificationem divini cultus ſpectantibus colloquia & ſolamnes conventus eccleſiaſticos faceret.

LXXXI. Inter Caſtellan. & Luſitanos novæ lites exortæ. De Moluchar[um] imperio certatum. Per occidentem immiſſa claſſis ad Moluchas. (a) Petr. Mar. dec. 8. c. 10.

Poſtulata belli ſubſidia in orientem mitti non potuere, cum occidens inteſtinis flagrans diſcordiis ſibimet tuendo non ſufficeret, atque in dies novæ diſſenſiones recrudeſcerent; nam cum Cæſar ac Rex Luſitanus conjunctiſſimi etiam tum fuiſſent, ſuperiores de partiendo inter ipſos novo orbe lites iterum veterem conjunctionem dirimere cœperunt. Coactis ſiquidem in civitate Pacenſi, quæ vulgo Badajoz vocatur, celeberrimis jureconſultorum, aſtronomorum, navarchorumque conventibus ad dirimendam de Molucharum inſularum, quæ numero ſunt ſeptem, ſupremi imperii comparandi jure controverſiam inter Caſtellanos & Luſitanos, qui ex caryophyllis in iis inſulis enaſci ſoliis maximos quæſtus faciebant, nec poſt longas concertationes lata decretoria ſententia, Carolus V. kal. junii ſuperioris anni MDXXV. ſeptem navium claſſem egregie ornatam e Clunio portu ſolvere juſſit præfecto Garſia Loaiſa crucifero, quæ in occidentem & auſtrum directo curſu per fretum Magellanicum in orientale mare penetravit exeunte majo anni proximi, ultimaque decembris Tidorem unam e Molucheis inſulis appulit, præcipuis claſſis præfectis poſt plures caſus extinctis. Interea idem Cæſar ac Luſitaniæ Rex initis fœderibus viſi erant Indicam litem abſtuliſſe, cum inſtaurata eſt ex Caſtellanæ navis, cui Trinitatis nomen inditum erat, onuſtæ caryophillis ex Magellanicæ navigationis comitatu a Georgio Brito Malacæ præfecto occupatæ fama, ut Clementi VII. narrat Petrus Martyr (a): *Dum*, inquit, *in hoc verſarer corollario, ecce rotantis fortunæ aſſuetas artes, quæ nulli præſtitit unquam mellis unciolam, quin tantumdem fellis, aut majore menſura, ſæpe illi conjecerit in paropſidem: tubarum clangoribus, tympanorum reboatibus, & tibiarum concentibus, hujus urbis inclytæ viæ reſonabant præ lætitia ſponſalium & reiteratæ affinitatis cum ſororio & conſobrino Rege Portugalliæ per acceptam ejus ſororem viro maturam, & relictam Anglicam tenellam adhuc: quam rem Caſtellæ regna optabant, maxime quando ſubſequutum eſt illico triſte ac toleratu grave nuncium, Cæſaris & Caſtellanorum omnium animos faſtidio id replevit.* Et infra: *Capta navi Trinitate, præfectus ille Portugallicus [nimirum Georgius de Brito] Malachas noſtras [ita contendebant Caſtellani] inſulas adiiſſe dicitur, & in una illarum, quæ ſeptem ſunt, arcem conſtruxiſſe: quidquid mercium negotiationis cauſa in inſulis erat relictum rapuit una, utramque rapinam ducentorum millium ducatorum valorem excedere. Victoriæ navis regreſſæ incolumes naviti, & regii miniſtri prædicant.*

Luſitani Caſtellanos Moluchis pellunt.

LXXXII. Mira hominum in occidentem & orientem tendentium contentio.

Ob hanc in Indici maris inſulis diſcordiam inter Caſtellanos & Luſitanos, quibus anguſtus erat orbis, cum hi per orientem, per occidentem alii progreſſi, necnon per alterum oberrantes polum invicem adverſi concurrerent, parum abfuit quin Carolus V. imperio totque regnorum acceſſione florentiſſimus Luſitaniam repentino impetu obrueret: de quo Petrus Martyr Pontificem hiſce verbis admonuit: *Audio futurum Regi Portugallico non bene ſapidum: nequibit Cæſar, etſi optaverit, rem diſſimulare; mercium namque illarum domini, ut juſtitia fiat, efflagitabunt: eam hoſtibus negare inhoneſtum eſt, quanto magis propriis ditionariis. Ruinam ejus regni venturam ex hiſce temerariis rebus veteranos ajunt Portugallenſes publicis ſermonibus vaticinari; nimis enim ſuperbe Caſtellanas gentes deſpiciunt, ſine quorum proventibus fame perirent, cum fuerit regnum illud exile Caſtellæ quondam comitatus. Præ rabie mandunt ſpumas Caſtellani, vellentque ut reducere regnum illud ad Caſtellæ coronam Cæſar niteretur. Rex Philippus Cæſaris genitor ſe facturum aliquando & cogitavit & dixit: tempus ſententiam promulgabit. Interea valeat beatitudo tua, ante cujus conſpectum proſtratus oſcula pedum dico.* His verbis finem decadibus ſuis Oceanis auctor imponit. Cæterum deinceps inter eas gentes nova diſſidiorum jacta ſemina maxima rei Chriſtianæ damna attulere, ut dicetur. Cum vero immenſi labores ſubeundi eſſent quoties immittendæ a Caſtellanis per fretum Magellanicum in Indias claſſes erant, Ferdinando (b) Corteſio impetatum fuit, ut occidentalem Oceanum qui Americam ambit, exploraret: a quo infelici exitu rem geſtam videbimus.

Caſtellani Luſitaniam affectant. (b) Vita Ferdin. Corteſ.

LXXXIII. Franciſcani evangelium diſſeminant in America.

Quod ad religionis Chriſtianæ in America progreſſus attinet; in eam conferebant ſe ad idolorum cultores Chriſti fide imbuendos plures Hiſpani ſacerdotes ordinis S. Franciſci miſſi a ſupremo ipſorum præfecto, qui cum florentia religio-

nis

Digitized by Google

nis incrementa audiret, ſacro pietatis ſtudio accenſus, tantæ gloriæ & laborum evangelicorum in erudiendis barbaris particeps eſſe voluit: quem obeundi muneris illius poteſtatem accepiſſe a Clemente oſtendit hoc pontificium diploma (*a*), ex quo pauca hæc aſſerrimus: *Benedictionem noſtram apoſtolicam in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti tibi damus ac donamus, teque Salvatoris noſtri Chriſti Jeſu imitatione atque exemplo ad apoſtolicæ prædicationis officium, quo tibi præmium æternæ vitæ, illis gentibus & populis vera ſalus acquiratur, in ejuſdem domini noſtri Jeſu Chriſti nomine dimittimus. Dat. Romæ die* VII. *junii MDXXVI. pontificatus noſtri anno* III. Refert Ferdinandi Corteſii vitæ author (*b*), ipſum parto Mexico expetiiſſe a Franciſco ipſo de Angelis Minoritarum numerum aliquem, quibus decumas Mexicanas attributurum ſe pollicebatur, ad Americanos fide Chriſtiana informandos, miſſoſque ab eo duodecim cum Joanne, qui præerat S. Gabrielis provinciæ, viro ſingularis probitatis qui miraculis claruit: præterea a Garſia de Lovaſa Dominicanorum magiſtro hoc anno duodecim ſacerdotes impetraſſe, quibus Thomas Ortizius præfuit: cumque etiam epiſcopo mitti ad inſtituendas novas eccleſias depoſceret, Carolum V. Romanorum Regem rem ad Pontificem retuliſſe.

Eandem gloriam ambit eorum ſupremus magiſter.

(*a*) *Lib. brev. ann.* 1526. *par.* 2. *p.* 332

Conceſſa illi facultas a Clemente.

(*b*) *Mexici expugnati vit. Ferd. Cort. hiſt. pag.* 233.

Ferd. Corteſii pium opus.

Joannes Franc. miraculis claret in Mex.

Poſcit Carol. V. condi novos epiſcopatus in Mexicano regno.

LXXXIV. Hoc anno Mauri in Hiſpania a Carolo V. juſſi publico edicto propoſito, aut decimaquinta ſebruarii ſolum vertere, aut damnata ſuperſtitione Mahumetica Chriſto nomen dare, magno numero ad ſacros baptiſmi fontes confluxere, aliis variis artibus judiciorum ordinem eludentes hæſere in Hiſpania, alii ſumpſere arma & montium juga inſedere; ſed demum conſerto prælio a Chriſtianis expugnati, partim cæſi, partim exuti bonis, addictique in ſervitutem fuerunt. At dum Chriſtiana ſacra a gente in perfidia obfirmata profanantur, plura prodigia contigere; ſiquidem Toveti Deiparæ virginis necnon duorum angelorum illius lateribus adſtantium effigies hoc ipſo anno lachrymas ſudere horarum triginta ſex flexu, quæ in chryſtallino vaſe conditæ fuere; adeo ut Virginis lacrymæ velut in gemmas concretæ ab angelorum lachrymis diſcretæ viſerentur, donec eæ anno MDCX. quo Mauri perfidi Hiſpania pulſi ſunt, in tenuem vaporem ſolutæ evanuerunt. Viſum etiam eſt Cæſarauguſtæ in Carmelitanorum æde unius e tribus Mariis ſepulchro dominico adſtantibus ſimulachrum, atque inſculptam ſudario Chriſti effigiem ſaxeam flere.

Mauri Hiſpania ejecti.

Nonnulli rebellant & ſervituti addicuntur. Alii baptiſmo ficte initiati.

Lacrymæ e ſacris imaginibus fluunt.

LXXXV. In Belgio etiam imago Dei genitricis lacrymas ſundere viſa eſt per hæc tempora, cum Lutherana hæreſis eas provincias inficeret, ut refert Tilmannus Bredenbachius (*c*); qui etiam ſcribit Embricæ piam ſœminam claudam, dum ad imaginem B. Virginis Deum orabat, membrorum integritatem firmitatemque recepiſſe: *In civitate*, inquit author, *Embricenſi fœmina quædam Odilia Vyeri vocata a prima ætate clauda, quæ vel divino nutu, vel ſola animi pietate ducta, cum ad eccleſiam S. Aldegundis, quo poterat modo progreſſa eſſet, coram imagine ſanctæ virginis Deiparæ provoluta preces ſuas in ſinum pientiſſimæ matris effudit: nec multo poſt eaurgens lætabunda comperit ſe inſperatam debilium membrorum ſanitatem conſecutam. Pulſatæ mox ob facti miraculum & populi lætitiam omnes campanæ. Vidit autem eandem mulierem & claudam & membris integram, ipſumque campanarum pulſum audivit probatiſſima quædam matrona Anna nuper in Domino defuncta mihi propinquo cognationis gradu conjuncta, aliique inſuper teſtes rem ſuis ſermonibus confirmaverunt. Eadem matrona vidit eandem imaginem uberrime lachrymantem, adeo ut, religioſo quodam viro lachrymas abſtergente, novæ defluerent, & pectorale madefacerent. Pulſatæ ob facti miraculum omnes eo tempore campanæ. Contigit autem circa annum Domini MDXXVII. incipiebant id temporis graſſari diverſæ hæreſes, quarum occaſione hodie univerſum Belgium miſere ac fœde turbari videmus. Ultima eſt ducatus Clivenſis civitas iſtic loci Embrica ditionibus tumultuantibus conterminа, quæ videtur tunc precibus Deiparæ virginis obtinuiſſe, ut ſit turbarum & ſeditionum limes & peſſulus.*

(*c*) *Tilman. Bredemb. l.* 3. *collat. c.* 19.

Forente Lutherana hæreſi imago Virginis in Belgio lachrymas fundit.

LXXXVI. In Germania porro ingraveſcebat adeo hæreſis ob Caroli V. Cæſaris procul in Hiſpania contra juſiurandum in ipſis imperii auſpiciis conceptum agentis ignavam tolerantiam, ut novatores ex apoſtatarum fidei ad ſacrilegam eorum ſuperſtitionem acceſſione ingenti gaudio triumpharent, indeque munimenta perfidiæ ſtruerent: quos Joannes Faber inſignis theologus, ſtrenuuſque religionis orthodoxæ in tanta deſertorum multitudine propugnator retudit, cauſaſque ob quas hæreſis Lutherana augeretur pandens, rem improbitati & ſimplicitati hominum, tum hæreſiarchæ aſtutiæ, necnon præſulum ignaviæ tribuendam demonſtravit: *Vos*, inquit, *non ob doctrinam, ſed vitæ inſtitutum ipſum imitati ſunt, & audierunt, ſed vide modo quemadmodum homo hic perinde atque prothe-*

Defectorum multitudinem tribuunt miraculo Lutherani.

Digitized by Google

ut in ſimiam ſe verterit. Vide hanc ſimiam ſacrarum ædium [quas multis patres noſtri erexere ſumptibus] conſcendere tecta, tegulíſque in parte maxima dejectis, effractam, nudam diſſipatam nobis relinqui eccleſiam. Animadvertite hunc Joannem e deſerto proſiluiſſe, ſacras ejeciſſe exuvias, mollibuſque in Regum aulis inveſtitum, neque vero modo ſuos fratres, verum multos cupulis Helias blaſphemoſque & votifragos conſtituit. Ac paulo poſt: *Profecto cuique monacho ſacerdoti viro atque mulierculæ carnale quidquam propoſuit, cujus in deſertum coturnicem miſit: huic quidem non eſſe jejunandum, alteri non orandum, tertio juramenta non ſervanda; quarto monaſticum votum neminem ligare, quinto confeſſionem non eſſe neceſſariam, ſexto quod expoliare debeat, quemadmodum Antiochus (a), templa, ſeptimo quod cum uxore concubinam habere poſſit, atque e regione mulier ex Terentio eunuchum quempiam: octavo quod & quiſque ſacerdos ſit, poſſitque celebrare miſſam, nono fundatas eſſe abrogandas miſſas: cæteris inde purgatorium ſepoſuit. Deinde S. Petri clavem, monaſteria quæ ſexingentis plus magis annis obſerata fuere, aperuit, diſſipavit, deſtruxit, quemadmodum in Lichtembergi practica depictum eſt. Tum item ſubditos quamvis cum temporalem, tum ſpiritualem floccipenderet docuit poteſtatem: excommunicationem prorſus exſibilavit: placentarum tantam pinſuit lernam totque e plumulis leves conſuit pulviculos, dum quod cuique placitum eſſet promptus exhiberet, atque ita unus in alium alteri copulatus eſt.*

. . rius in Simiam Lutherus tegulis eccleſiæ disjectis eam deſtruxit.

(a) 1. Machab.

LXXXVII. Cum cœtus Spirenſes hoc anno celebrandi eſſent, indixerant catholici principes theologis, ut Lutheri opera inter ſeſe partiti, impia & ſeditioſa illius dicta excerperent, confutarentque: inter quos Joannes Coclæus (b) ex operum particula quingentas pravas pernicioſaſque propoſitiones decerpſit, adeo ut non modo ob quadraginta & unum articulos a ſede Apoſtolica damnatos, ſed ob bis mille execrandas ſententias igni concremandus foret: *Cum expectaretur,* inquit, *principum aliorumque imperii Romani procerum ac ſtatuum conventus, quem dietam vulgo vocant Spiræ celebrandus, juſſi ſunt a pleriſque principibus theologi nonnulli ex libris Lutheranis colligere quæ impie, quæ ſeditioſe, quæ ſcandaloſe a Luthero ſint in populum Chriſtianum pernicioſe diſſeminata. Contigit itaque ut & mihi aliquid opuſculorum ejus expendendum aſſignaretur, nempe ſermones aliquot ad populum & liber in eccleſiaſticos Theutonice editus, opuſcula ſane, neque magna, neque inter præcipuos illius libros computata; de quibus tamen tantam collegi, licet feſtinata lectione ac renitente minerva nauſeabunda, impietatem ac ſcandalorum congeriem, ut ex uno illo libello pſeudo eccleſiaſtico ſuccreverint articuli CLXV, ex ſermonibus autem popularibus viginti ſex, quos Lutherus ſparſim edidit. Conſignavi articulos CCCCC. quibus pro temporis anguſtia breves, quia tanto numero ſigillatim reſpondendum erat, reſponſiones adjeci partim ex literis ſacris, partim ex contrariis ipſius dictis: ut ſi Germanis noſtris parum viſum fuiſſet damnatos fuiſſe jampridem a ſede Apoſtolica furentis hujus monachi articulos XLI. & a maxima celeberrimaque Pariſienſium facultate theologica propoſitiones CIV. hi ſaltem videant quam non foret difficile vel bis mille articulos deteſtabiles ex omni opuſculorum illius farragine colligere, cum ego unus, qui tamen neque doctrina, neque ingenii, judiciique acrimonia polleo, in tantillo temporis ſpatio, uno ſcilicet menſe, ex breviſculis illius ſermonibus tot impios atque abſurdos articulos & collegi & reprobavi, ſatis [ni fallor] aperte, ut quiſque facile perſpicere queat, quam non conſtet ſibi Lutherus, qui toties eſt contrarius ſibi ipſi, & quam longe abſit a veritate, qui tot ſcripturarum locis pugnantia ponit. Quid igitur futurum putemus, ſi viri docti complures partirentur inter ſe majora illius opuſcula, ut ex iis peſſima quæque dicta particulatim conſignarent: credo equidem collecturos eſſe non quingentos, ſed quinquies mille articulos quos impios, aut ſeditioſos, aut quoquo modo ſcandaloſos judicaturi eſſent.*

(b) Cocl. ad Joan. abbat. S. Pantal. Colon.

Theologi ex Lutheri libris ejus hæreſes colligunt.

Bis mille articuli deteſtabiles colligi potuere.

Sæpius ſibi eſt contrarius.

LXXXVIII. Ex iis nonnullos impietate inſigniores delibare viſum eſt ad piam Lutheranorum correptionem, qui ſe a peſtilentiſſimo impoſtore deludi paſſi ſint. Ad Lutheri itaque deliramenta, quaſdam ex Joanne Coclæo ſapientiſſimas animadverſiones ſuis diſtinctas nominibus apponemus: Luther. *Joannes ita deſcribit evangelia, ut bene ſolus evangeliſta dici poſſit.* Cocl. (c) *Nihil derogamus evangelio Joannis: nihilominus aliorum quoque trium evangelia æquali fide ſuſcipimus & veneramur, damnantes hoc pariter impias illas Lutheri ejuſque Ottonis (is Lutheri inſanum interpretem egit) ſententias, quas ille in Theutonicis præfationibus, iſte in Latinis problematis tam ſtulte quam ſuperbe deblaterant, dicentes primum abrogari debere opinionem hanc, eſſe quatuor evangelia, & quatuor tantum evangeliſtas. Item Joannis evangelium eſſe unicum illud pulchrum, verum, & principale evangelium, & aliis tribus longe ac longe præferendum.*

(c) Id. Cocl. art. 22.

Impietas horrida Lutheri & Ottonis.

Tria evangelia ſpernunt.

dum. Similiter & Pauli & Petri epiſtolas: item neque cenſeri inter ſcripturas debere evangelium, quod mera relatio cabaliſtica eſt, quia invicem alius erudit alium: item huc tendere omnia, ut Apoſtolos fuiſſe credamus & labi potuiſſe: Videmus enim, inquit Otto, *ſcripſiſſe pugnantia, quod in pleriſque tamen evidens eſt, ut componi neque poſſit neque velit.* Hæc & id genus multa hi viri evangelici, quæ horror eſt vel cogitare, perniciosiſſime in vulgus ediderunt.

Labi potuiſſe Apoſtolos effutiunt.

Luther. *Dicunt: Quomodo poſſumus ſcire quid ſit verbum Dei, aut quid rectum, aut falſum ſit? Oportet nos diſcere a Papa, & conciliis. At ſine eos concludere & dicere quidquid volunt. Ego dico, non potes tuam fiduciam ſuper id ponere, nec conſcientiam tuam pacare: oportet teipſum concludere: de tuo collo agitur, de tua vita agitur; ideo oportet, ut Deus tibi in cor loquatur hoc eſt verbum Dei hoc, non.* Cocl. *Multa* (*a*) *hic deblateras vane Lutherus, nihil omnino demonaſtrans; quomodo enim ſcies an Deus an diabolus tibi dicat hoc vel illud eſſe rectum verbum Dei, verumque eius ſenſum? Num propheta es, aut Apoſtolus, cui tam familiariter loquatur Deus? an neſcis pretioſum eſſe verbum Dei, & non cuilibet paſſim revelari?* 1. *Regum* 3. Et infra; *Audi quid alibi, dum adhuc Eccleſiæ membrum eſſet Lutherus, de hac re ſcripſerit. Eccleſia (inquit) errare non poteſt: quilibet autem poteſt in ſua devotione errare, cum & multi prophetæ ac ſancti Reges ſimiliter erraverint, nobis in monitionem & terrorem.*

Confugiunt ad arcanam illuminationem. (*a*) *Id. art.* 121.

Lutheri contradict. de auct. eccl.

LXXXIX. Luther. *Afferunt deinde dictum S. Auguſtini:* Non crederem evangelio niſi me moveret Eccleſiæ authoritas, & *putant ſe jam viciſſe. Tunc dic: Quid ad me ſive dicat Auguſtinus ſive Hieronymus, Petrus, aut Paulus, ſive Gabriel de cælo. Hoc adhuc plus eſt, oportet me habere verbum Dei.* Cocl. (*b*) *Si ne Gabrielis quidem verba (cui mater Chriſti cum tot ſanctis & magnis viris crediderunt) credere debes, quomodo igitur credere debes verbo Lutheri? ait enim alicubi* (*c*): *En quo de doctrina mea certus ſum, volo per eam veſtrum, atque etiam angelorum judex eſſe, ita ut qui doctrinam meam non receperit, ſalvari non poſſit;* (d) *Dei enim eſt, non mea. O Thraſonem vanum & effrontem: quis unquam ſe ſic jactavit? quis enim ſic omnibus etiam angelis ſeipſum prætulit, ac judicem eorum fecit? Ait autem Dominus Matth.* XI. non ſurrexit inter natos mulierum major Joanne Baptiſta, qui autem minor eſt in regno cælorum major eſt illo.

(*b*) *Luth. de* x. *præcept. c.*3.

(*c*) Cocl. *art.* 122. Præfert ſe Apoſtolis & Gabrieli.

(*d*) *Luth. contr. ſtat. Eccl.*

Luther. *Non ſinite vobis perſuaderi, ut oporteat vos credere quidquid Papa dicit: quando Deum cognoſcis, jam habes amuſſim menſuram & ulnam, qua potes omnem Patrum doctrinam judicare.* Cocl. (*e*) *Quis eſt autem ille, qui ſic Deum agnoſcit, qui tam impudenter ſe ſupra Papam & omnia concilia exaltet? quis ſe columnæ veritatis Eccleſiæ velut judex & cenſor præponat? nemo profecto, niſi, qui ſibi plus etiam quam angelis credi jubet, & angelorum quoque ſe judicem facit, Lutherus, qui & Wormatiæ coram archiepiſcopo Treverenſi ex illo Pauli dicto* (*f*): Si cui revelatum fuerit ſedenti, prior taceat; *ſibi jus eſſe volebat, & judicandi & contradicendi conciliorum decretis? cumque interroganti mihi reſponderet, ſibi revelatum eſſe; & ego ulterius interrogarem, quo id ſigno aut miraculo, ut ei credamus oſtenderet, ne unum quidem verbum ad hæc reſpondit. O præclarum igitur revelationum organum, alterum vas electionis, & judicem quoque non ſolum Papæ, & conciliorum, ſed etiam Gabrielis & omnium angelorum.*

(*e*) Cocl. *art.* 125.

Lutherus jactans revelationes.

(*f*) 1. *Corinth.* 14. Juſſus ut miraculo probaret obmutuit.

Luther. *Falſam doctrinam nemo judicare poteſt niſi ſpiritualis homo; ideo eſt res inſana, quod concilia concludere & ſtatuere volunt quid credendum ſit, cum ſæpe nullus vir ibi ſit, qui divinum ſpiritum vel modicum olfecerit.* Cocl. *At nunc paſſim nonſolus Lutherus, ſed etiam Lutheranus cerdo ac Lutheriſca mulier, aut flagitioſa revelata ſybilla monaſtica vendicat ſibi ſpiritum, & quid populo credendum ſit perfricta fronte conſtituit: ſcimus autem Chriſtum non de cerdonibus, aut excucullatis monachis, aut monialibus; ſed de conciliis, univerſalem Eccleſiam repræſentantibus dixiſſe Matth.* XVIII. Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. *Item:* Ubi duo vel tres congregati ſunt in nomine meo ibi ſum in medio eorum. *Itaque magna authoritate dictum eſt in concilio* 1. Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis. *Act.* XV. XC.

Luther. *Quis hanc nobis controverſiam judicabit? Sacra ſcriptura. Hic itur tunc recte ad forum.* Cocl. (g) *Quid autem ſi Papa quoque allegat ſcripturam? quis ergo judex erit inter ſcripturam Papæ & ſcripturam ſuperbi & rebellis hæretici? an non prætenderunt erroribus ſuis ſcripturam hæretici? ſed eſt apud eos (ut ait Tertullianus* (*h*) *& adulter ſenſus, & corruptor ſtilus: itaque non eſt eis permittenda ſcriptura. Qui igitur non audit patres & concilia & patrem patrum Papam, is nec Chriſtum, nec Spiritum Sanctum in illis loquentem audit.*

Convincitur ſcripturam non eſſe judicem. (g) Cocl. *art.* 254.

(*h*) *Tertull. de præſcript. hæret.*

Adiecit hereſiarcha, non eſſe audiendum quid Papa & concilia concludant, ſed Deum *Matth.* III. & XVII. Hic eſt XCI.

filius

filius meus dilectus, ipſum audite. *Et ipſe quoque ait Joannis* x. Oves meæ vocem meam audiunt. Cocl. (*a*) *Mentitur potius apoſtata, qui graditur ore perverſo proverb.* VI. *nam & Papa* [*quod Lutherus ipſe aliquando dixit*] *& in conciliis* [*quod teſtatur Chriſtus Matth.* XVIII.] *auditur Chriſtus. An non eſt ſcriptum?* Qui vos audit me audit, *Luc.* x. ? *Quid ſibi vult iſtud Chriſti Matth.* x. Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis? An experimentum quæritis [*inquit Apoſtolus* II. *Corint.* XIII.] ejus, qui in me loquitur Chriſtus?

(*a*) Cocl. art. 255.

Signa crucis deridenti Luthero tanquam ſtultitiæ genus, reſpondet Coclæus (*b*) : *Verbum crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt; his autem, qui ſalvi fiunt, Dei virtus & Dei ſapientia eſt.* 1. *Corint.* 1. *Non eſt igitur nobis ſtultitia vel lignum vel ſignum Crucis Chriſti, qua pependit ſalus noſtra, & deletum eſt decreti adverſus nos chirographum. Coloſſ.* II.

(*b*) Art. 230.

Luther. *Date mihi nunc aliquem hominem, qui en jocunditate & amore caſtus & probus ſit; ejuſmodi nullus eſt ſuper terram.* Cocl. (*c*) *Non ſequitur: Si Lutherus talis non eſt, ergo nemo talis eſt. Si enim oderunt peccare boni virtutis amore, apud ethnicos quibus gratia Chriſti & Spiritus ſancti erat ignota; qui tam impius in tot ſanctos & domeſticos Chriſti cenſor eſt, quorum plerique en utroque etiam ſexu mortem potius pati, quam caſtitatem & probitatem perdere voluerunt? Quot ſunt adhuc hodie etiam in Germaniæ ſuperioris & Saxoniæ ubi Lutherani prædominari contendunt, monaſteriis ſacratæ virgines ac devoti monachi, qui potius vitam quam caſtitatem & pietatem ſuam amittere cupiunt? Scit profecto Lutherus ipſe quid ſibi ante biennium reſponderit monialis illa, cui dotis vice aureos aliquos in ſinum pectoris clam effuderat, ut prodita caſtitate non amplius Chriſti ſed libidinoſi alicujus adoleſcentis ſponſa foret.*

(*c*) Art. 340.

Retenta fides in Saxonia a pluribus monachis & monialibus.

XCII. Lutherus: *fui ego, cui Deus hoc primum revelavit ad prædicandum vobis ejuſmodi verba ſua.* Cocl. (*d*) *Et hoc falſum eſt; neque enim primus fuiſti* [*ut oſtenſum eſt*] *neque Deus tam impia tibi aut ulli homini revelavit: ſed ſunt ſpiritualia nequitiæ a rectoribus tenebrarum epheſ.* VI. *& immiſſiones per angelos malos, pſal. LXXVII. Et meminiſſe adhuc potes quam cito Wormatiæ obmutueris mihi coram archiepiſcopo Treverenſi, dum interrogarem te quo ſigno aut miraculo nobis oſtenderes tibi talia revelata eſſe. Si tu non credis revelationibus tui Thomæ Munceri, quem ſecretorum participem factioniſque tuæ propugnatorem aliquando habuiſti, cur nos credamus revelationibus ſuis? Non enim omni ſpiritui credendum eſt: ſed probandi ſunt ſpiritus an en Deo ſint* 1. *Jo.* IV.

(*d*) Art. 356.

Thomas Muncerus ſecretorum Lutheri particeps.

XCIII. Luther. *Deus nullum jocum ferre poteſt, ſancti poſſunt adhuc jocum tolerare.* Cocl. (*e*) *O præcipites & inſani homines? neſcitis qualia contigerint his annis divinæ ultionis miracula in complices veſtros in Miſnia, in Thuringia, in Franconia, in Bavaria & nuper in Meckenhuſen? At nondum timetis donec novam rem in vobis faciat Deus, & viſitet vos plaga inconſueta.* In articulo CCXXXII. de ultione divina in iconoclaſtas hæc Coclæus memorat: *Injuriam cruci ab impiis illatam ſibi quoque inferri divinitus perſæpe oſtendit ſignis miraculoſis; quemadmodum & Athanaſius teſtatur, & nos adhuc hodie oculis noſtris cernere ac teſtari poſſumus.* In articulo autem CCLX. plures Lutheranos divinitus repente exanimatos affirmat; quo etiam mortis genere Lutherum ſublatum fuiſſe indicavimus ſupra, & dante Deo, ſuo loco videbimus.

(*e*) Art. 399.

Oſtenſa in iconomachos prodigia.

Luther. *Si aliquis adeo petulans eſt, quod ſacramentum omnino manibus contrahere velit, is faciat illud ſibi domum deferri, & contrectet uſque ad ſatietatem, ſed non coram multitudine.* Cocl. (*f*) *At merito debet eos ab impia iſta temeritate abſterrere. & quod jam ſupra dixit num. CCCXCIX. quod Deus jocum ferre non poteſt, & quod ſupra num. CXCIII. tangit & in ſermone XVII. ad plenum commemorat exemplum de eo, quem terra vivum deglutire voluit ob id, quod volebat æque magnam hoſtiam ſumere, quantam ſumit ſacerdos: Lutherani autem non ſolum æque magnam ſumere, ſed etiam æque bene conſecrare, manibuſque ſuis tangere præſumunt; & ut major fiat irreverentia ſacramento, jubet Lutherus corpus Domini laicis domum ferri, & ibi cum eo, ſicut pueri cum puppis ſolent, tangendo ludant uſque ad ſatietatem. O Germania quando has impietatum & blaſphemiarum maculas exterges? quanto tibi ſanguine* [*ut anxie vereor*] *ad bene eluendum & tergendum opus erit? Deus enim non irridetur in finem. Galat.* VI.

(*f*) Art. 401.

XCIV. Luther. *Nolo tamen, ut quiſquam confeſſionem mihi eripiat, & nollem eam pro totius mundi theſauro dare; ſcio enim quantum conſolationis & fortitudinis præſtiterit mihi. Nemo ſcit quantum ipſa poſſit, niſi qui cum diabolo ſæpe & multum colluctatus eſt; immo jampridem a diabolo interemptus eſſem, ſi me non ſervaſſet confeſſio* Cocl. (*g*) *Vel hinc notent Germani hujus viri malitiam & invidiam, qui ſim-*

Lutherus ſe contra vim diaboli confeſſione ſervatum fatetur.

(*g*) Art. 415.

ſimplicem populum a confeſſione, quam ipſemet tam pretioſam, ſibique tam utilem atque etiam neceſſariam exiſtimat, maligniſſima vafritie diverſis cavillis & ſubdolis propoſitionibus avertit, ita ut pauciſſimi jam ex omnibus Lutheranis confiteantur ſua peccata ſacerdoti, ſed currunt ad altare ſicut ſues ad hatam. Cæterum quid negotii ſit ei cum diabolo ipſe tandem viderit? raro enim bonum ſortiuntur exitum, qui multum cum diabolo negotii habent: eſt enim callidus inſidiator ſerpens, quippe callidior erat cunctis animantibus terræ, quæ fecerat dominus Deus Geneſ. III.

Luther. *Nullum feſtum odi magis unquam, quam hoc feſtum* [*nempe D. Thomæ Aquinatis & feſtum Conceptionis Mariæ*] Cocl. (a) *Intabeſcat licet, atque etiam rumpatur odio Lutherus, permanebit hoc feſtum in Eccleſia Chriſti uſque ad conſummationem ſæculi: quamvis vero non admodum antiquum videatur, tamen intra paucos annos tam celebris facta eſt ejus ſolemnitas, ut vix alterius per totum annum ulla ſit celebrior in proceſſionibus, in canticis, in organis, choris, & cymbalis, in frequentia & devotione hominum, in floribus denique ac coronis, omnique opere topiario, idque per totam octavam, atque, ut Luthero plus doleat, ſingulis item quintis feriis hebdomadatim per circulum anni repetita celebratur per totam Germaniam ejuſdem ſolemnitatis feſtiva memoria cum angelica, ut vulgo vocant, miſſa & circuitu: necdum abierunt ſex menſes, ut apoſtolicus legatus Cardinalis Campegius dominus & patronus meus, Nurembergæ ejuſmodi fundationem in oppido Maydeck factam approbando confirmavit.*

(a) *Art.* 437. Feſtum conceptionis exoſum Luthero.

XCV. Luther. *Chriſtus vult quod corporalis eſus hujus carnis, nihil proſit; ſed credere quod hæc caro ſit filius Dei propter me de cælo deſcendens ſanguinem ſuum propter me fuderit.* Cocl. (b). *Quoties dixit Lutherus hunc cibum dare peccatorum remiſſionem, an non jubet eos maxime accedere, qui triſtes & afflictas habent conſcientias? nonne vocat hoc ſacramentum in ſua Babylone medicinam peccatorum, præſentium peccatorum & futurorum? quomodo ergo hic nihil prodeſt? An non credunt etiam excommunicati & meretrices eſſe ibi in carne Chriſtum filium Dei, qui propter nos homines deſcendit de cælis & ſanguinem ſuum pro nobis fudit? Eitne igitur prodeſt ſic credere; ſi autem credentibus ſumptio corporalis nihil prodeſt, quid ſibi tandem vult hæc perpetua & ſcripturas & fidem pervertendi libido? quod autem Chriſtus ait Joan.* VI. Caro non prodeſt quidquam; *hoc intelligitur ſi ſine ſpiritu & fide ſumatur teſte Auguſtino.*

(b) *Art.* 433. Lutheri contradictio circa Euchariſtiam.

Luther. *Quando quis ſuperfluum habet, & proximum per illud non adjuvat, tunc inique poſſidet & coram Deo furatus eſt, quia coram Deo tenemur dare, mutuare, & ſibi auferri permittitur: ideo maximi proceres ſunt maximi fures juxta commune proverbium, quia plurimum habent ſuperflui & minimum dant.* Cocl. (c) *Vetus eſt error pauperum de Lugduno, & id genus barbarorum hypocritarum, omnia Chriſti dicta præcepta eſſe, nulla conſilia, niſi forte unum aut alterum, quos hic ſequitur Lutherus. In prologo autem novi ſui teſtamenti ait in contrarium: Vide ne facias ex Chriſto Moſen aliquem, neque ex evangelio librum legis, aut doctrinæ, ſicut hactenus factum eſt, quia evangelium utique non requirit opera noſtra, ut per eam boni & felices evadamus, immo damnat talia opera, ſed requirit ſolam fidem in Chriſtum: & Otto ſocius ejus ait, præcepta Chriſti non revera præceptiones eſſe, ſed manuductiones, & nuſquam fere præcipere Chriſtum, verum ſemper ſuadere, dulciter pellicere, molliter trahere. Denique Philippus ejus, cum quo ſe cerviſiam bibere jactat, in ſuis Romanis ait evangelium non eſſe aliud niſi Chriſti, adeoque gratiæ per Chriſtum promiſſionem, ideoque tolli omnis humanæ juſtitiæ omnium operum meritum.* Dum ita a theologis Lutheri hæreſes ex ejus ſcriptis excerpebantur refellebanturque, peſtilentes novos libellos excudebat hæreſiarcha, e quibus duos nefandos ac perniciosiſſimos ad ſeditiones concitandas in clerum in iis conventibus Spirenſibus pervulgatos, narrat Coclæus (d): quibus ſcilicet conſulebatur principibus, ut ex eccleſiaſticis opibus ærarium publicum conflarent. At eccleſiaſticas opes non profuiſſe ſacrilegis indicat hæc nota margini appoſita: *Quis hodie magis eget, quam egent illi, qui maxima perpetrarunt ſacrilegia, juxta illud proverbiorum* 11. *cap.* Alii dividunt propria & ditiores fiunt: alii rapiunt non ſua & ſemper in egeſtate ſunt. Porro edidit contra hujuſmodi pſeudoevangelicos eccleſiarum latrones Thomas Murnerus luculentum librum de quo inferius dicetur. Pergit Coclæus: *Sic & Lutheri ſermo ſuum commendans evangelium cuncta mala atque adeo totius Germaniæ interitum denuntiabat, niſi ei obediretur; quemadmodum Judæis contigit, qui Chriſtum audire noluerunt.*

XCVI.
(c) *Art.* 448.
Laxata a Luthero ſcelere licentia.
Negata Chriſti præcepta.
(d) *Cocl. in actis & ſcript. Lut.*
Ex divitiis eccleſiaſticis impii egentiores facti.

XCVII. Quod porro ad Spirenſes conventus attinet; Joannes Coclæus veras cauſas, ob quas a Germanis deſertus ſit Ludovicus,

Hun-

Lutherani obſtant ne Hungaris ferantur auxilia.

(a) Cocl. in actis & ſcript. Luth. U. lsmberg. in vit. Luth. & aliis.

Hungariæ Rex diſerte aperit (*a*) nimirum Lutheranos in conventu Spirenſi, qui ad decernendum Hungaro auxiliarem exercitum indictus fuerat, non modo non aſſenſiſſe, ut conſcriberetur ad propulſandum communem hoſtem, verum ob ingraveſcentem Turcicam tyrannidem efferatiores factos, comparatis dolis eccleſiaſticos, viros omnibus bonis evertere molitos, atque ita iidem cœtus, declamante Luthero non gerenda in Turcas bella, irrito exitu permiſſaque hæreticis furendi licentia ſint diſſoluti: *Eo*, inquit, *anno juſſu Cæſaris vocati ſunt Spiram principes & ſtatus imperii ad celebranda comitia, atque ad conſultandum in commune tum de pace & religionis negotio, tum de ſubſidio Hungaris contra Turcas ferendo. Cæſar bellis implicitus in propria perſona adeſſe non poterat; fratri autem ſuo, qui vices ejus in imperio agebat adjunxit quatuor commiſſarios magnæ authoritatis viros, ut pleniori vigore omnia expedirentur. Vocati ſunt & Lutherani principes dux Saxoniæ, Joannes princeps elector, qui defuncto fratri duci Friderico in electoria dignitate recens ſucceſſerat, & Lantgravius Haſſiæ Philippus, qui poſt occiſos ruſticos a Lutheranis tandem perſuaſus in eorum ſectam tranſiit, fruſtra reclamante tum ſocero ſuo duce Saxoniæ Georgio, tum pientiſſima ejus matre, quæ in mortem uſque catholica permanſit. Hi ergo adducentes ſecum ſuos concionatores & novi ritus ſacrificulos, petebant ſibi addici templum aliquod, in quo ſuis & ſacris & concionibus uti libere poſſint: epiſcopus autem Spirenſis Georgius, qui natalibus erat dux Bavariæ & comes Palatinus Rheni, fortiter interdixit eis, ne ullo in templo nova ſacra, aut ſuas conciones peragerent. Cum ergo de ſacris aut ſacrificiis parum curæ haberent, juſſerunt ſuos concionatores in atriis ædium ſuarum quotidie ad populum concionari.*

Novatores in atriis concionantur. Convitia in Papam & clerum fundunt.

Ingens itaque fuit ad eorum ſermones concurſus plebis, & ruſticorum non tam diſcendi gratia, quam propter novitatem loci, modumque inſuetum ad audienda in clericos & Papam convitia; atque ut complures allicerentur ad eorum ſectam data opera in ferculis portabantur carnes coctæ in ſextis feriis, aliiſque diebus jejunii aperte in conſpectu totius auditorii per atrium ad menſam principum, & aulicorum, in Eccleſiæ & catholicorum publicum deſpectum, patrabantur & alia id genus multa parum evangelice ab evangelicis ibi hominibus: & miniſtri eorum equites & ſtabularii idiotæ petulanter jactabant verbum Domini, & in dextra manica veſtimenti gerebant, has literas V. D. M. I. Æ. hoc eſt: Verbum Domini manet in æternum. *Cæteri principes & epiſcopi ſimul cum fratre Cæſaris intererant ſacro publico diebus feſtis in templo majore, quod inſigne eſt opus Cæſarum Henricorum, ubi & monumenta eorum viſuntur. Lutherani vero eodem tempore domi ſuos audiebant concionatores, per quos populum a ſacris avertebant. Ad hujuſmodi temeritates & auſus connivere cogebantur catholici non ſolum propter ſalvum conductum & fidem publicam illis promiſſam, verum etiam propter iniquitatem & difficultatem peſſimi temporis; nam Germaniæ populi Lutherico fermento infeſcati, ſacerdotumque ac monachorum bonis inhiantes ad tumultus & ſeditiones erant inclinati, & in externis quoque nationibus graviſſimi erant motus: de Italia enim diuturno bello contendebant Cæſar & Rex Franciæ: Hungaris autem infeſtiſſimo exercitu & maximis copiis imminebat in propria perſona Imperator Turcarum.*

Petulanter jactant verbum Dei quod corrupetant.

Miſera temporis conditio.

Porro ex ea Turcarum in Pannoniam irruptione Lutherani ſuperbientes expetiere, ut in Spirenſi conventu, de quo ſuperius actum eſt, controverſiæ religione ſubortæ dirimerentur; non quod errorem ſuum deponere, ſed in eum alios pellicere molirentur, ac Germaniam a ſedis Apoſtolicæ obſequio divellere, atque adeo ad creandum illi invidiam de oneribus impoſitis Germaniæ libellum, quem Hadriano VI. delatum vidimus, multis additamentis auctiorem divulgarunt, conquæſti etiam concilium a Clemente Pontifice pro tollendis diſſidiis non congregari. Ar Carolus V. de eorum dolis & improbitate factus certior fidei catholicæ articulos diſceptationem & controverſiam vocari vetuit in eo conventu, in quo nihil actum, præter auctas a Lutheranis turbas, & paratas rei Chriſtianæ inſidias; ut enim dictum eſt, fuit permiſſa quibuſvis male agendi evertendæque religionis licentia, dum decretum eſt, ut quiſque ita ſe gereret, prout Deo ac Cæſari rationem redditurum ſe exiſtimaret, tuendæque fidei contra impios vel Solimanni ab Hungaria propulſandi curæ ſopitæ ſunt.

Expetitum a Luth. conciliabulum.

XCVIII.

Apud Helvetios eodem tempore initi ſunt ſolemnes alii cœtus Badenſes de religionis diſſidiis, cum Zuinglius dogma de præſentia Chriſti in Euchariſtia, miſſæ ſacrificium, ſanctorum apud Deum deprecationes, cultum ſacrarum imaginum indulgentias, necnon virtutem baptiſmi convelleret: quibus hæreſiarcha ſe ſiſtere auſus non eſt; ſed Œcolampadius aliique præcipui impietatis vexilliferi convicti proſtratique ſunt, adeo ut

hæ-

Digitized by Google

hæreſis Zuingliana communi ordinum decreto damnata ſit: quamvis illi conciliorum ſancita, ſine alia diſquiſitione nova, aſſerere hæreſiarcharum ſuppliciis potius debuiſſent. Eorum geſta narrat Joannes Coclæus (a): *Eodem anno percelebris fuit diſputatio in Baden Helvetiorum oppido habita inter catholicos ac Lutheranos; nam magiſter Ulricus Zuinglius & doctor Joannes Oecolampadius viri docti linguarumque Græcæ & Hebraicæ periti, religioſam & catholicam gentem Helvetiorum ex parte perverterant jam, & non mediocre in religione diſſidium per novam Lutheri doctrinam ſuſcitaverant. Ut igitur diſſenſio turbatioque illa tolleretur, communi duodecim cantonum [ſic vocant duodecim diſtincta dominia confœderatæ gentis] conſenſu inſtituta eſt illa diſputatio, ad quam vocati ſunt e catholicis præclari viri dominus Joannes Faber conſiliarius ſereniſſimi principis Ferdinandi, qui jampridem grande contra Lutheri errores volumen ediderat, dominus Joannes Eckius, qui ante ſeptem annos cum ipſo Luthero Lipſiæ cum laude omnium publice diſputaverat, dominus Thomas Mcurnerus. Hi tres præcipue ad diſputandum parati erant adverſus Zuinglium & Oecolampadium: ad quam ſane diſputationem ſuos miſerunt oratores quatuor vicini epiſcopi, ad quorum diœceſes gens Helvetiorum pertinet: epiſcopus namque Conſtantienſis Hugo miſit claros viros dominum Melchiorem ſuum ſuffraganeum eximium theologum, dominum Othomarum Luſcinium virum diſertiſſimum, P. Antonium Pyratom concionatorem majoris eccleſiæ facundiſſimum, & quoſdam alios prælatos & parochos non incelebres viros: Baſilienſis vero epiſcopus Chriſtophorus miſit, D. Auguſtinum Marium ſuffraganeum Friſingenſem, D. Jacobum Lemp. ordinarium theologiæ in academia Tubingenſi, & aliquot alios doctos viros: epiſcopus Lauſanenſis Sebaſtianus miſit D. Conradum Tregarium provincialem Auguſtinianorum, & Ludovicum Loblium decanum Bernenſem: epiſcopus denique Curienſis miſit D. Petrum Spenſorum cum aliquot canonicis Curienſibus. Aderat præterea magna eruditorum hominum frequentia. Cæterum Zuinglius rejecta omni fide publica ſalvoque conductu, qui ei multifariam offerebatur, nullo pacto ad eam diſputationem venire voluit. At dominus Eckius multis diebus ſub notariorum exceptione diſputavit, nunc cum Oecolampadio, nunc cum Jacobo Imeli, nunc cum Berchtholdo Hallero, atque etiam cum Ulrico Studerio, tum de aliis rebus religionis noſtræ, tum præcipue de venerabili ſacramento Euchariſtiæ.*

(a) Cocl. hoc ann. in actis & ſcript. Luth. an. 1526. & Surius in comment.

Diſceptatio de religione inter cath. & hæreticos.

Catholici doctores clariſſimi.

Zuinglius non auſus accedere.

XCIX. Meminit de hac diſputatione Badenſi idem Eckius, ac ſophiſmata ab hæreticis propoſita recenſet hiſce verbis (b): *Nec quemquam movere debent temeraria eorum ſomnia quæ comminiſcuntur adverſus locos prææallegatos*, nimirum ſcripturæ ſacræ, quibus Euchariſtiæ dogma catholicum confirmarat, *dum eos etiam dilaniant miſere, atque lacerant, ſicuti per nos in diſputatione Badenſi apud Helvetios fortiter, conſtanter, & ita ut refragari nemo queat, eſt defenſum, ipſeque alias ſæpe obtuli me ad ignem uſque contra adverſarios noſtros veritatem fidei catholicæ diſputando. Nunc ad objecta eorum diluenda progrediamur, quibus illi conantur ſimplices ex vulgo homines illaqueare: verum hic non ita immorabimur, ſed breviter expediemus. Primo obtrudunt nobis illud Domini verbum* (c), Caro non prodeſt quidquam: *Quid ergo, inquit, eſt quod caro ſumatur in ſacramento? Reſpondeo, inepte intelligitur hoc illi de carne Chriſti; quis enim unquam tam deſperati animi eſſet Chriſtianus, ut diceret, carnem Chriſti nihil prodeſſe, quæ ſibi cibus eſt utique prodeſt: quod ſi carnem ille ſuam dedit pro mundi vita* (d), *ut ipſe ait, utique multum prodeſt. In cœna ſic dixit* (e) *Chriſtus*: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur. *An non ſit hoc corpus utiliſſimum, digniſſimumque, in quo Chriſtus paſſus & mortuus mundum redemit univerſum, in quo reſurrexit, ad cœlos aſcendit, ubi jam illud omnes ſancti ſummis votis cupiunt aſpicere? Eat nunc quiſquis volet & dicat carnem illam ſanctiſſimam nihil prodeſſe.* Et infra: *oportet utique alium hic ſubeſſe intellectum verborum Chriſti, ita ut non loquatur ille de ſua carne in ejus rei argumentum, quando paulo ante de carne ſua loquens:* caro, *inquit*, mea vere eſt cibus; *nunc non item dicit: caro mea non prodeſt quidquam: ſed ſimpliciter quia caro non prodeſt quidquam, non caro illa ſua, ſed carnalis iſte intellectus, quem Capharnaitæ habebant, hic nil proderat: quoniam illi, ut Auguſtinus ait, carnem ſic intellexerunt, quomodo in cadavere dilaniatur, aut in macello venditur, non quo ſpiritus vegetatur. Spiritus ergo eſt, qui vivificat, qui facit, ut captivato intellectu noſtro credamus carnem Chriſti per modum ſacramenti ſub aliena ſpecie panis ſumi debere. Quod ſi pertinaciter nos urgeat Capharnaita aliquis, importune volens carnem hic ad Chriſti corpus referri debere, tamen hoc ſuſtinere non poterit, quod caro Chriſti ſacramentaliter ſumpta nihil proſit; ſatis enim hoc eſt in propoſito, carnem ſine ſpiritu manducatam obeſſe magis quam prodeſſe.*

Provocati hæreſiarchæ ad flammarum judicium.

(b) Jo. Eck. to. 3. hom. 2. in feſto. corp. Chriſt.

Joannis Eckii ardor pro fide cath.

Argutiæ hær.

(c) Joan. 6.

(d) Jo. 6.

(e) Luc. 22.

Exi-

Eximia eſt alia interpretatio, quam in homilia ſecunda ex Theophilacto adducit: Nudi hominis, inquit, caro nihil prodeſt, ſed quia Deus univit ſibi carnem ſecundum ineffabilem contemperationem, vivifica eſt & caro, non quod in naturam tranſierit Dei, abſit; ſed ſic caro Domini vivifica eſt ut caro Dei.

C. Alia hæreticorum ſophiſmata. Aliæ ineptiæ eorundem.

Secundo objiciunt: Si verum Chriſti corpus eſſet in ſacramento tres articuli fidei noſtræ corruerent; primus quod aſcendit ad cœlos, deinde ſedet ad dexteram Dei Patris; poſtremo inde venturus eſt judicare. Inferunt ergo, ſi in cœlo eſt Chriſtus, utique in ſacramento non eſt: qui venturus tandem eſt ad judicium noviſſimum non prævenit tempus illud, ut veniat etiam in ſacramentum. Item ſi aſſidet patri in cœlis, quomodo ſimul in ſacramento. Reſpondetur quod Capharnaitæ iſti homines miſerrimi neque Dei conſiderant omnipotentiam, nec Gabrielis verba (a) attendant, quod non ſit impoſſibile apud Deum omne verbum, naturaliter non poſſunt corpora duo eſſe in uno loco; & tamen Chriſtus ex Virgine natus eſt clauſtris inviolatis, clauſo reſurrexit ſepulchro, & occluſis foribus ingreſſus eſt ad diſcipulos; quæ omnia naturæ adverſantur: cur non poſſit Deus facere, ut etiam unum corpus ſit in multis locis? atqui etiam anima, ait Auguſtinus (b), in uno quoque corpore & in uno loco tota eſt, & in qualibet parte ejus tota eſt: eadem ſi forte quieſcat in ſiniſtra, movetur tamen in dextera. Humiliter itaque potius confiteantur cum ſapiente (c), quod magna & admirabilis ſit potentia Domini. Quod autem putant Chriſtum, eo quod ſedeat ad dexteram Patris, non poſſe eſſe in ſacramento, abſurdum eſt: nunquid enim ille, cum appareret Paulo circa Damaſcum (d), dereliquit dexteram Dei Patris? Et poſt alia: Ita credimus quoque venturum eum in magna majeſtate terribilem & magnificum die noviſſimo, ſed interim, nulla negat ſcriptura ipſum ſacramentaliter venire in terram, vel etiam in conſueta ſua forma, ad aliam tamen operationem, quam ad judicium.

(a) Matt. 16.
(b) L. 6. de Triſt. c. 6.
(c) Eccl. 3.
(d) Act. 9.

CI. Tertio. Imitantur novelli Capharnaitæ veteres, dum murmurando eorum inſiſtunt veſtigiis, dicentes: Quomodo poteſt hic carnem ſuam nobis dare ad manducandum? Quomodo poteſt illud magnum Chriſti corpus ſub tantilla hoſtia contineri, utique portando illi ſacerdos non ſufficeret: aut ubi manus & pedes ejus ſunt? Hujuſmodi Judaicas blaſphemias plurimas inducunt, ut ſit illud jam plenum miſeria, eo deventum eſſe noſtris temporibus, ut cogamur tantam Chriſti contumeliam audire inter Chriſtianos. At nos paucis reſpondemus. Totum utique Chriſti corpus eſt ſub ſacramento, ſed non modo quantitativo, ſed ſicut anima tota eſt in qualibet parte; ita quoque corpus Chriſti totum eſt ſub ſacramento & ſub qualibet ejus parte totum. Quando autem quærit neochriſtianus quomodo hoc fieri poſſit, reſpondet Cyrillus: Nunquam in ſublimibus rebus illud, quomodo, aut cogitemus aut proferamus; Judaicum enim hoc verbum eſt, & extremi ſupplicii cauſa; & inde quomodo ſummis cruciatibus digni non erunt, qui rerum omnium opificem Deum ita contemnunt? quomodo in operibus ſuis dicere audeant, quem totius ſapientiæ largitorem non ignorant quem omnia poſſe ſcriptura nos docuit? Si vero, Judæe: quomodo (e) etiam nunc clamas, hanc tuam imperitiam ego quoque ſecutus libenter? quomodo ex Ægypto exiviſti (f)? rogabo, quomodo in ſerpentem Moſaica virga fuit converſa (g)? quomodo lepra manus affecta uno momento temporis in priſtinum ſtatum reſtituta (h) iterum fuit, & inde quomodo in naturam ſanguinis aquæ tranſierunt (i)? quomodo per lignum amaritudo aquarum in dulcedinem rediit (k)? quomodo patres tui per media maria, ut per aridam (l) effugerunt? quomodo e lapide aquarum fontes fluebant? quomodo (m) ſtetit Jordanis? quomodo ſolo clamore inexpugnabilis Jericho cecidit? hujuſmodi in ſcripturis multa ſunt, quorum rationem reddere non poſſumus, niſi omnipotentiam divinam.

(e) Joan. 6.
(f) Exod. 12.
(g) Exod. 7.
(h) Num. 12.
(i) Exod. 7.
(k) Exod. 15.
(l) Exod. 14.
(m) Joſ. 3. & 6.

CII. Mira ſcripturarum perverſio facta ab hær.

Quarto objiciunt rurſus Capharnaitæ quod Chriſtus dixit (n): Pauperes ſemper habebitis vobiſcum, me autem non ſemper habebitis. Ergo non ſemper illum nobiſcum habebimus in ſacramento. Zuinglius in hoc adducit etiam verba Chriſti apud Joannem: Iterum relinquo mundum (o), & vado ad Patrem, & inde jam non ero in mundo, & ii in mundo ſunt, ſcilicet Apoſtoli. Cum ergo aſcenderit in cælum, jam non eſt dicendum eum eſſe in ſacramento. Reſpondetur tribus illis ſcripturæ locis loquutum eſſe Dominum de corporali præſentia, ſicut hic in terris converſatus eſt humana preſſus neceſſitate; ſic nimirum jam amplius Dominum apud nos non habemus, qualis erat cum perfunderetur unguento a Maria Magdalena: ſed non ideo abnegavit nobis Dominus corporalem ſuam præſentiam occulto quodam modo & myſterialiter ſub ſacramento. Hic etiam clare patet quomodo Zuinglius ſacras literas fortiter laceret, quoniam cum Chriſtus ait: Jam non ſum in mundo; pervertit Zuinglius, & ponit: Porro non ero in mundo; ut ſic errori ſuo fucum addat, quantumvis hæc omnia nihil efficiant.

(n) Matth. 26.
(o) Jo. 16. & 17.

Quar-

Quarto. Adducunt inſuper illa Chriſti verba ex Matthæo & Marco: Si quis dixerit vobis, ecce hic aut illic eſt Chriſtus, nolite credere; *ergo credendum non eſt cum dicitur Chriſtum hic aut illic eſſe in ſacramento. Reſpondeo, Chriſtum hic non loqui de corpore ſuo, ſed per Chriſtum intelligi regnum Chriſti, regnum fidei; unde hoc loco præmonet ille ſuos de ſectis, quas orituras prædicit noviſſimis temporibus, ubi clamaturi ſint Lutherani, Zuingliani, Catabaptiſtæ ſinguli iſti pro ſua ſecta ſecum eſſe Chriſtum, ſed iis credendum non eſt, neque deficiendum a catholica Eccleſia ad ſectas perditionis.* Hactenus Joannes Eckius; qui vero fuerit diſputationis Badenſis exitus ita deſcribit Coclæus.

CIII. Helvetiorum decreta pro fide cathol.

Quanto autem illis omnibus nempe hæreticis ſuperior ſolidiorque fuerit dominus Eckius publico declaratum fuit Helvetiorum decreto, in quo catholicorum obſervationes, Echiique propoſitiones comprobatæ atque plenæ ſeveritatis edicto confirmatæ fuerunt: quarum ſane iſte fuit tenor. I. Verum Chriſti corpus ejuſque ſanguinis præſentia ſunt in Sacramento altaris. II. Quæ & vere offeruntur in officio miſſæ pro vivis & defunctis. III. Virgo Maria aliique ſancti cœlicolæ invocandi ſunt, ut interceſſores. IV. Domini noſtri Jeſu Chriſti ejuſque ſanctorum imagines delendæ non ſunt. V. Poſt hanc vitam purgatorius eſt ignis. VI. Pueri etiam Chriſtianorum in peccato originali naſcuntur. VII. Baptiſmus Chriſti, non Joannis tollit originale peccatum.

His ergo conformis facta eſt publici decreti ſententia, qua & Lutheri doctrina velut perverſa multiſque judiciis ſolemniter condemnata per Leonem Papam X. per Carolum Auguſtum V. per præclaras univerſitates Pariſienſem, Lovanienſem, Colonienſem, &c. Helvetiorum plebibus interdicta eſt, & antiqua catholicæ fidei obſervatio approbata, atque præcepta, ne quid temere immutaretur de ſacra miſſa, de ſacramentorum adminiſtratione, de ſacris ritibus cærimoniarum, jejuniorum, orationum, confeſſionum, feriarum, oblationum, invocationum, exequiarumque pro defunctis. Ut igitur hæc omnia firmius tenerentur, additum fuit in fine decreti, certos conſtitui debere advigilatores, qui una cum magiſtratibus & officialibus publicis diligenter huic cauſæ invigilent, ac prævaricatores denuntient, cujuſcumque ſtatus fuerint, ut juxta demerita ſua puniantur, adeo ſane, ut reus in uno cantone ab omnibus aliis cantonibus reus itidem extorriſque habeatur, nec uſquam liceat profugis evadere pœnas.

Juſſi hæretici pœnis affici.

CIV. Ob ſegnitiem in iis puniendis graviſſimis malis oppreſſi.

Hujus decreti juſtam ſeveritatem ſi adhibuiſſent Helvetii in hæreticos, imminentia civilia bella avertiſſent; at eorum facinoribus & graſſationibus toleratis, mutuis inde ſe cædibus cruentarunt, eorumque potentia & gloria valde depreſſæ fuerunt. Memorat dein Coclæus, libros, quos fidei catholicæ pugiles ſtrenuiſſimi adverſus Zuinglium & Œcolampadium gentis Helveticæ ſeductores ediderunt: *Dominus*, inquit, *Joannes Faber, cum per abſentiam & contumaciam Zuinglii diſputare cum eo non poſſet verbis, ſcriptis protulit multa, quæ illi objecturus fuerat, ſi comparuiſſet, ingentem enim antilogiarum illius numerum coacervavit in volumen unum, quibus ille fœdiſſime & ſibi ipſi contradixit, & ſuam Lutherique doctrinam deſtruuit. Sed nimis longum foret omnia commemorare, quæ vir ille doctiſſimus, multijugæque lectionis & inexhauſti laboris en libris Zuinglii recitavit, atque redarguit partim tanquam ſibi ipſis contraria, partim tanquam fidei catholicæ adverſa, & ſecundum ſe impia, abſurda, & a vero aliena.* Percurrit Joannes Faber (*a*) præcipua libri ſui in Zuinglium capita in alio libro, quem proximo anno adverſus Œcolampadium edidit: *De interceſſione ſanctorum.*

Contradictiones Zuinglii divulgatæ a Joanne Fabro.

(*a*) *Jo. Fab. lib. contra Oecolampad.*

CV. Faſſus Œcolampadius ſe mendacem.

Adegit etiam idem Joannes Faber in ſuperiori Badenſi diſputatione in eam deſperationem Œcolampadium, ut palam librorum ſuorum partem damnaret; ex quo occaſione capta inſtabilitatem doctrinæ novorum evangeliſtarum in omnium oculis ita defixit (*b*): *Coram Helvetiorum legatis in diſputatione Badenſi palam dicere non erubuit, plures ſe libros ſcripſiſſe, quos combuſtos eſſe vehementer cupiat, noſque ut igni committamus impenſe rogavit: at pecuniam pro inutilibus, & ab authore condemnatis chartis expoſitam redditurum ſe non exhibuit. Videte jam, quæſo, vos in Chriſto firmi & dilectiſſimi fratres, quot iſtorum evangeliſtarum millia ſufficerent, ut columnæ erigi Eccleſiaque deſuper ædificari poſſet: doctrina eorum fluctuat, & ut venti flatus agitatur: unde cum marmoream adamantinamve columnam* (c) *erigere conantur, arundinem quæ levi etiam vento crebrius agitata frangitur, ejus locum ſubſtituunt, fractamque mediam infixam tenent manibus, quod propheta his verbis clariſſime oſtendit* (*d*): Ecce confidis ſuper baculum arundineum confractum iſtum ſuper Ægyptum, cui ſi innixus fuerit homo, intrabit in manum ejus, & perforabit eam: *videre an non ſint ebrii, qui pedibus ſuis male perſtant palpantes* (*e*) *in meridie, ſicut palpare ſolent cæci in tenebris Lutherani, quod nemo*

(*b*) *Jo. Fab. lib. de interceſſ. ſanctor.*

(c) Galat. 2.

(*d*) *Iſa. 36.*

(*e*) *Deut. 28. Job. 5.*

mo inficias iveris hodie tam inter ſe diverſi & ſibi ipſis contrarii ſunt, quam ante aliquot annos in ſuæ hæreſeos initio adverſus nos ſunt digladiati. Hic Lutherus contra Caroſtadium fulminat, alia parte qui ſe Sueviæ appellant epiſcopos Œcolampadium urgent, Fabricius contra Lampertum, Butzerus contra Zuinglium, doctor Balthaſar contra Leonem Judæum,

Hæreſiarcharum diſſidia.

denique a ſancto Gallo & Apocella ſunt hujus farinæ homines, omnes inter ſe diviſi ſinguli ſuis nituntur opinionibus, adeo ut en parvo quodam oppido quatuor ad Badenſem hanc in Ergauu diſputationem venerint, ac circa unum de imaginibus punctum quiſque ſingularem & ab aliis diverſam tenuerit opinionem. Qui igitur hoc regnum non in ſe diviſum verum miſere devaſtatum duraturum eſſet? Equidem ſuomet ipſos more præcipites ire neceſſe eſt. Hactenus Joannes Faber, de cujus & aliorum doctorum catholicorum egregiis in Œcolampadium hæreſiarcham ſcriptis hæc tradit Joannes Coclæus: *Recenſuit item ſupra centum quinquaginta quinque mendacia en ſcriptis Œcolampadii, quibus ille populum fallaciter decipiebat, aſſerens antiquos doctores Eccleſiæ idem ſenſiſſe de Euchariſtiæ ſacramento, quod ipſe ſentiebat. Contra quem & piiſſimus atque doctiſſimus vir Joannes Fiſcherus epiſcopus Roffenſis in Anglia, quinque egregios ſcripſit libros, errores & mendacia illius exacte reprobans.* Pluribus interjectis addit author hac Badenſi diſputatione hæreſim, cum altiores fixiſſet radices ex infectis mentibus evelli non potuiſſe.

Centum & quinquaginta mendacia Œcolampadii recenſita.

CVI.

Fides pro impoſtura accepta ab Œcolampadio.

Traducere porro non perhorruit Œcolampadius omnes ſanctos patres, immo & Apoſtolos ut impoſtores, qui corpus Chriſti in Euchariſtia eſſe credendum tradiderint: *Ad dementandos*, inquit antichriſti ſatelles, *diſcipulos, compendiaria ars impoſtorum eſt affirmare credendum quod effutierint.* In quem epiſcopus Roffenſis de quo paulo ante memoravi invehitur: *Quaſi tot ſanctiſſimi viri, quibus aſſidua cura fuit Chriſtiani gregis a lupis defendendi fuiſſent impoſtores: num hæc ſani hominis verba ſunt, ut ex veris paſtoribus meros faciat impoſtores? An putas Eccleſiam citra Apoſtolorum tempora nullos habuiſſe fideles & integros gregis Chriſti curatores? ſi non putas, manifeſte prodis amentiam tuam: ſin ita putas, quid non producis unum ex eis, qui palam neget ſub Euchariſtia corpus eſſe Chriſti? Innumeros qui id teſtantur citare licet; at neminem afferre potes, qui plane contradicat; ſed nec citra phariſaicum, hoc eſt impudens ſupercilium affirmare queas illos id effutiiſſe, qui tanta concordia plebem docuerint ſibi creditam.*

Refellitur ejus blaſphemia.

CVII.

Impugnata Euchariſtiæ miracula ab hæret.

Præſcribere autem divinis miraculis modum & numerum, atque in benigniſſimam Dei largitatem latrare auſus Œcolampadius, ajebat ſi corpus Chriſti in Euchariſtia eſſet, plus miraculorum in ea, quam in ullis Dei operibus nos habituros: *Fierentque illa*, inquiebat, *non ſemel, ut mundi creatio, vel mortuorum reſurrectio, non quotidie, ut in deſerto mannæ pluvia, non certo tempore, ut in piſcina probatica ſalutifer aquæ motus; ſed quotidie ſæpius & innumeris in locis;* quem Joannes Fiſcherus ita redarguit (*a*): *Quid, precor, aut repugnantiæ, aut abſurditatis inde ſuboritur, quod non ſemel aut ſingulis diebus, ſed pluribus horis cujuſque diei pariter & locis innumeris tot miracula patrentur in hoc ſacramento? ſi memoriale mirabilium Chriſti ſit, ut diximus, cur non merito longe plura debeant in eo miracula eſſe quam in cæteris, quæ figura dumtaxat erant hujus ſacramenti? & de una tantum loquar, quot miracula, quæſo, circa manna olim facta ſunt? e quibus hoc cum primis admirandum fuit, quantumvis ex ea quivis collegiſſet, nihilo tamen plus habuit quam juxta præſcriptam ſibi menſuram. Alterum, qui minus collegiſſet nihilo minori menſura, quam is, qui plus collegiſſet, domum reportavit. Tertium, in alium quamvis diem, quam in ſabbatum computruit. Quartum cum poſſit tam facile putreſieri, tamen in arca per multos annos incorrupta ſervabatur. Quintum ad ſolem poſita liqueſiebat, ad ignem tamen fortiter induruit. Sextum, cum ſingulis aliis diebus e nubibus caderet, tamen in ſabbato nihil ex ea comparebat. Septimum, pridie ſabbati colligentes duplicatum gomor habere comperti ſunt. Octavum, is, qui plus aut minus eo die collegerat, nihilo plus aut minus ultra reportavit. Nonum, menſura gomor omnibus tam robuſtis quam debilibus cujuſcumque ſexus aut conditionis fuiſſent, abunde ſatisfecit. Decimum, piis pro voto juxta cujuſque deſiderium ſapiebat. Undecimum, quanquam piis eſſet gratiſſimi ſaporis, impiis tamen erat faſtidio. Duodecimum, per annos quadraginta paſti ſunt eo cibo filii Iſrael in ſolitudine. Adde quod in ſingulis mannæ granis, quæ tamen citra numerum ſingulis noctibus e cœlo deciderant, nonnulla dictorum fiebant miracula. Cum igitur in ipſo manna tot miracula præceſſerint, & ipſum [quod & non ſemel teſtatur Auguſtinus] hujus eximii ſacramenti, nimirum Euchariſtiæ figura fuit; non video cur tibi, niſi quod juſte jam excæcatus ſis, tantopere durum videatur, quot miracula in hoc ſacramento celebrentur.*

(*a*) *Fiſcher. lib. 1. in Oecolamp. cap. 12.*

In figura Euchariſtiæ multa fulſere miracula.

Obii-

CVIII. Obiicienti hæreſiarchæ dicere Apoſtolum Judæis, eundem cibum ſpiritualem fuiſſe, qui nobis eſt; ex quo inferebat cum illi Chriſtum figurate ederint, etiam nos figurate tantum edere, reſpondet Fiſcherus (a): *Convenimus in altero cum Judæis, quod eundem cibum ſpiritualem utrique ſumimus: verum in altero longe præcellimus eis, nempe quod nos in Euchariſtia corporaliter Chriſto paſcimur, illi in manna tantum ſpiritualiter.* Addit Fiſcherus ſi, ut mentitur Œcolampadius, in Euchariſtia Chriſti corpus non eſſet, fruſtra a Chriſto mannæ anteferretur, cum manna pani triticeo præferenda ſit, & aptior corporis Chriſti figura eſſet, quam panis triticeus; & majori cum fide a piis manducari potuiſſet, quam Œcolampadii placentula, ut alibi demonſtratur. Porro ſpiritualem eſum corporis Chriſti, & corporalem ita diſtinguit idem author, dum Œcolampadii ſophiſmata in quarto libro (b) diſſolvit, ſic inquiens: *Plurimum intereſt inter has duas manducationes, nimirum eam qua fide ſola manducamus, & eam qua corporaliter in Euchariſtia veram Chriſti carnem edimus: nam illa parum diſcrepat a manducatione, qua patres, dum ederent manna Chriſti carnem comederunt: omnes enim, ut ait Paulus, eandem eſcam ſpiritualem comedebant, & omnes eundem potum ſpiritualem bibebant; at hi certe Chriſti carnem corporaliter non edebant, quandoquidem non erat in manna corpus Chriſti, quod ederent: nos autem, qui pie manducamus Euchariſtiam, carnem Chriſti corporaliter edimus, quæ vere in Euchariſtia continetur; quare multum intereſt inter noſtram, qui Chriſtum in Euchariſtia realiter edimus, & illorum manducationem, qui manna manducantes Chriſtum ſpiritualiter ſolum comederunt.*

(a) Id. l. 2. c. 8.

Graviſſimum contra hæret. argumentum.

(b) Lib. 4. in Oecol. c. 35.

CIX. Conjungendam autem eſſe utramque ſpiritualem & corporalem Chriſti manducationem, nec ſpiritualem ſufficere, ita demonſtrat in præfatione quinti libri: *Non equidem ſatis eſt nos uniri Chriſto ſpiritualiter, id quod fides & charitas nobis exhibent; ſed oportet etiam corporaliter & carnaliter uniri per carnis ejus eſum, & ſanguinis ſui potum, nimirum ut ita, ſicut Paulus ad Epheſios docet* (c), ſimus membra corporis ejuſdem ex carne ejus, & ex oſſibus ejus. *Ibi Paulus haud dubie de Chriſto loquitur & Eccleſia, myſterium magnum ex unione viri & conjugis in carnem unam eruens. Superius utique viros admonuit, quatenus uxores ſuas diligerent, ſicut Chriſtus Eccleſiam; & mox ſubdit:* Nullus enim unquam ſuam ipſius carnem odio habuit; immo enutrit, ac fovet eam, ſicut Dominus Eccleſiam. *At quomodo, precor, Dominus enutrivit & fovit Eccleſiam, niſi carne & ſanguine ſuo, nimirum ut ita membra ſimus corporis ejuſdem ex carne ejus & ex oſſibus ejus? Hoc igitur Lutherum & ſectatores ejus in tam abſurdos errores traxit, quod hi ſola fide Chriſtum nobis ſufficienter unitum eſſe contendant. Sed tu, lector, ſi attenderis, perſpicies ipſos veteres huic noſtræ rationi ſubſcripſiſſe penitus. Cyrillus primum capite decimoquinto ſuper Joannem adverſus quendam hæreticum ita ſcribit:* Non *inquit* negamus recta nos fide charitateque ſincera Chriſto ſpiritualiter conjungi, ſed nullam nobis conjunctionis rationem ſecundum carnem cum illo eſſe; id profecto pernegamus, idque a divinis ſcripturis omnino alienum dicimus. Quis enim dubitavit Chriſtum etiam ſic vitam eſſe, nos vero palmites, qui vitam inde nobis acquirimus? audi Paulum dicentem: quia omnes unum corpus ſumus in Chriſto; quia etſi multi ſumus, unum tamen in eo ſumus, omnes enim uno pane participamus. An fortaſſis putes ignotam nobis myſticæ benedictionis virtutem eſſe? quæ cum in nobis fiat, nonne corporaliter quoque facit communicatione carnis Chriſti Chriſtum in nobis habitare? cur enim membra fidelium membra Chriſti ſunt? *Neſcitis* (inquit) *quoniam membra veſtra membra ſunt Chriſti? membra igitur Chriſti, meretricis faciam membra? Abſit*, Salvator etiam: *Qui manducat carnem meam*, ait, *& bibit ſanguinem meum, in me manet & ego in eo. Hæc hactenus ipſe Cyrillus. An non hic audis, lector, quod præter eam conjunctionem, quæ fide & charitate fit, alteram, qua Chriſtus nobis corporaliter uniatur, & qua membra ejus corporaliter efficiamur, neceſſariam eſſe? quod & denuo confirmat ibidem continuo ſubdens*: Unde conſiderandum eſt non habitudine ſolum, quæ per charitatem intelligitur, Chriſtum in nobis eſſe, verum etiam & participatione naturali: nam quemadmodum ſi quis igne liquefactam ceram alii ceræ ſimiliter liquefactæ ita miſcuerit, ut unum quid ex utriſque factum videatur; ſic communicatione corporis & ſanguinis Chriſti ipſe in nobis eſt, & nos in ipſo: non poterat enim aliter corruptibilis hæc natura corporis ad incorruptibilitatem & vitam traduci, niſi naturalis vitæ corpus ei conjungeretur. Non credis mihi hæc dicenti, Chriſto (te obſecro) fidem præbe: *Amen, amen*, inquit (d), *dico vobis, niſi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ſanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat* car-

(c) Epheſ. 5.

(d) Joan. 6.

carnem meam, & bibis ſanguinem meum, habet vitam æternam, & ego ſuſcitabo eum in noviſſimo die. Audis aperte clamantem non habituros nos vitam, niſi ſanguinem ejus biberimus, & carnem manducaverimus. *Hæc Cyrillus. Ex quibus aperte vides, quod præter unionem ſpiritualem, qua fide conjungimur Chriſto, neceſſaria nobis eſt corporalis manducatio, qua nobis ille, & nos etiam illi naturaliter incorporemur.* Eadem confirmat Fiſcherus Chryſoſtomi & Irenæi authoritate: quibus abunde confutata eſt Oecolampadii hæreſis de ſpirituali tantum corporis Chriſti manducatione in Euchariſtia; quam hæreſim poſtea Calvinus diffudit magis, propagavitque.

CX. Fingit ſe Œcolampadius veritatis aſſertorem. (a) Jo. Fiſch. l. 5 adver. Oecolam D. monſtratur veritatem eſſe in eccleſia. (b) 1. Tim. 3. (c) Joan. 16. Matt. 28.

In fine opuſculi mendaciſſimi & pernitioſiſſimi Œcolampadius hoc faſcino ad irretiendos ſimplices erat uſus, ut ſe veritatis aſſertorem oſtentaret, dum ajebat (a): *Veritas enim Deus eſt, & eos, qui ſe in veritate amant ſervat, fovet, ac cuſtodit.* Sed ſpecioſam hanc larvam hypocritæ ſceleſto ita detrahit Fiſcherus: *Veritatem hæretici ſemper erroribus ſuis prætenuerunt: & certe non aliter apud te jam eſt, quam fuerat apud illos. Nuſquam ſcripturarum veritas habetur præterquam in Eccleſia catholica, quæ vere columna eſt & baſis veritatis (b): nam & ſpiritus veritatis in ea perpetuo reſidet, qui ſemper hactenus adverſus hæreticos majoribus noſtris ejuſdem veritatis aſſertoribus victoriam ubique præſtitit: tot modis ea veritas olim confirmata eſt, ut nunc in dubium a quoquam eam revocari fas neutiquam eſt; nam & Chriſtus affuit patribus, affuit & Spiritus Sanctus, & eo quidem inſtituto, ut erudiret Eccleſiam in omni veritate; ſed & nunc adeſt uterque nobis, & in conſummationem uſque ſæculi (c), quemadmodum habet pollicitatio nobis facta nunquam defuturus. Non defuit patribus eruditio, non peritia linguarum, non ſcripturarum exercitatio, non vitæ ſanctimonia, nec denique ad comprobandam doctrinæ ſuæ veritatem neceſſaria defuere miracula. Nobis igitur, qui dogmata patrum, amplectimur, adeſſe veritatem uſque adeo perſpicuum eſt, ut qui id neget, oportet doceat fallacem fuiſſe Chriſtum in promiſſis; doceat & eundem hactenus Eccleſiæ ſuæ juxta pollicitationem ſuam, & Spiritum item ejus non affuiſſe: doceat & in patribus non fuiſſe locutum, quantum ad ea preſertim, quæ fidem ſpectarunt, & quæ concorditer omnes aſſeruerunt; denique doceat oportet patres illos neque vitæ ſanctimonia, neque miraculorum claritate, neque ulla denique ſpiritus gratia neotericis iſtis hæreticis præſtitiſſe; neque enim ſuffecerit iſta omnia nudis affirmare verbis, nam id cuique facillimum eſt, ſed evidentiſſimis & irrevincibilibus omnino neceſſarium eſt argumentis iſta demonſtres; neque enim nobis incumbit novis miraculis illorum dogmata comprobare, ſicut & Lutherus Eraſmo reſpondens ſubdole molitur, cum ea ſatis olim confirmata ſint: verumtamen ſi alia noſtra, alia illorum eſſent, dogmata, recte nos urgeret ad miracula, quibus noſtra nova dogmata corroborarentur: at cum non ſint alia, ſed eadem, & locupletiſſime dudum confirmata, non eſt quod a nobis expectet novam eorum dogmatum comprobationem. Vobis igitur, qui contraria & repugnantia patribus dogmata nitimini introducere, probandi onus incumbit, id quod ante Græcas kalendas ſat ſcio nunquam eſtis facturi.* Plurima autem miracula virtute Euehariſtiæ ſacta ex annalibus eceleſiaſtieis conſtat; atque hoc ipſo anno inſigne Bruxellis editum narrat Theodoricus Loer hiſce verbis: *Anno Chriſti MDXXVI. Bruxellæ in hoſpitio, quod ad aureum cyathum vocatur hoſpitis filiolus XXIV. auguſti in vas aqua plenum primum præceps prolapſus, deinde ſubmerſus, ac per invocationem cum vicinorum tum parentum erga Deum juxta venerabile ſacramentum in D. Gudilæ templo miraculis coruſcans vitæ reſtitutus eſt.*

Ut incumbat novatoribus ſuam doctrinam probare miraculis.

CXI. (d) Ulemberg. in vit Luther. c. 18.

De nova hac ſacramentariorum ſecta per Zuinglium & Œcolampadium propagata hæc narrat Ulembergius (d) *Licet ipſe*, nempe Carloſtadius, *per Lutherum oppreſſus quieſceret, alii tamen ſacramentariæ factionis miniſtri prohiberi minime potuerunt, quin hoc ipſum dogma propugnarent.* Et infra: *inter hos primi nominis erant Huldericus Zuinglius, & Joannes Œcolampadius: hic en Brigittano monacho, ille en catholico ſacerdote novi evangelii miniſter, quibus objecerunt ſeſe prædicantes Lutherani edito ſcripto cui Syngrammatis titulum indiderunt*, & infra, *& in lucem editum hoc anno cum præfatione Lutheri in qua ſibi quidem ait animum præſagiviſſe cum ſcriberet contra cœleſtes prophetas & Carloſtadii fundamentum deſtrueret, prodituros & alios, qui novis præſidiis nutantem cauſam fulcirent.* Et infra: *Voluiſſe ſe dicit in hac præfatione profiteri fidem ſuam, coſque movere, qui ſana conſilia admittunt, ut ſibi caveant a pſeudoprophetis iſtis, qui deteſtandas in Deum ſpargunt blaſphemias, ut quem a piſtore factum vel impanatum Deum appellant, & orthodoxos quaſi ſarcophagos & æmatopolos contumelioſe traducant. Cauſas vero cur fugiendi ſunt hoc genus pſeudoapoſtoli tres omnino commemorat,*

Pri-

Digitized by Google

Prima eſt, quod huic ſectæ vel unius anni ſpatio quinque, vel ſex nata ſint capita, ut eam inter animalia cenſeri oporteat, quorum mentio fit in apocalypſi, quæ corpus unum habeant, & multa capita: nam eodem plane modo ſectam hanc ait unum habere veluti corpus impii dogmatis: verum ad aſtruendum hoc ipſum dogma, variis eos uti diverſiſque fundamentis & rationibus, atque hæc tam diverſa capita in eum ſeſe finem erigere, ut unicam & ſimplicem Chriſti veritatem blaſphement. Variæ ſacramentariorum ſectæ. *Altera cauſa eſt, quod fundamentis utantur non diverſis modo, ſed & contrariis contra Spiritus ſancti morem, qui unius generis rationibus ad ſtabilienda dogmata ſemper utatur, iiſque ſimplicibus & ſolidis, quæ everti non poſſint: Carloſtadinm in voca hoc collocaſſe dogmatis baſin: ea vero nunc everſa diſiectaque, ſurrexiſſe Zninglium, & verbum eſt, pro ſignificat uſurpatum aſſeruiſſe: verum & hoc caput inclinare jam quaſi brevi moriturum: Œcolampadinm vero contendere dictionam, corpus, pro figura corporis accipiendam. Demum tertia cauſa eſt, quod ſpiritus hujus ſectæ fugitivus ſit & lubricus, nec ulli argumento conſtanter inſiſtat, quemadmodum ſe dicit in ſacramentariorum ſcriptis & ſermonibus deprehendiſſe. Quod ſi urgeantur, ut Chriſti verba eum habere ſenſum demonſtrent, quem ipſi commenti ſunt; alias eos ait ordiri cantilenas, & ad quædam diverticula dilabi. Si vero revocentur ab evagationibus ad verba textus, ibi ſe dicit velut anguillam cauda tenere, vel eo duci ut ſimiæ caudam apprehendere videatur: eſſe hoc artificium vere ſathanicum ita ſurſum deorſumque ferri, atque inſtar titionis in aere volitare. Concludit duo illos habere principia quibus ipſorum error innitatur: alterum eſſa judicium rationis humanæ, cui abſurdum videatur, quod Chriſti corpus & ſanguinem dicitur Euchariſtiæ ſacramento contineri: alterum quod hoc ipſum non ſit neceſſarium. Hæc duo ſacramentariorum animis ait penitus inſidera, quæ fraudulentia ſathanæ velut oleum ipſorum oſſa penetrarint & intimas medullas.* Quamvis ita ſacramentarios jure merito Lutherus argueret, is tamen etiam ipſis ſacramentariis errorum laqueos paraverat, dum a magiſtro dæmone edoctus miſſæ ſacrificium ſuſtulit ſacerdotiumque abolevit.

CXII. Sumebantur hoc tempore in Anglia pœnæ de Lutheranis, qui ex Germania in regnum illud hæreſis peſtem inferre moliebantur: qua de re impudenter queri auſus eſt Lutherus, datis ad Henricum Regem (*a*) literis blanditiis & aſſentationibus refertis, quibus ſatyrarum, quas in eum ſcripſerat, veniam petebat, novoque libro ejus ſe laudes celebraturum, ſi annueret, pollicebatur. At præſentiens hæreſiarchæ dolos Henricus blanda ejus mendacia reſpuit, fideique cauſam tutatus eſt eleganti epiſtola (*b*), ex qua hæc delibanda viſa ſunt: *Quantumvis te fingas credere editum a me libellum non eſſe meum; ſed meo nomine ſubornatum a ſophiſtis ſubdolis, tamen & meum eſſe multi majore fide digni, quam ſunt tui illi fide digni teſtes cognoſcunt; & ego quanto tibi minus places, tanto magis libenter ignoſco: nam quod eum mihi ſcribis ignominiam parere, nemo certe non intelligis, quantumlibet tu diſſimules, quam ægre animum tuum, quod libellus meus tanto bonorum & doctorum omnium conſenſu comprobatus eſt; tum eius ſedis honorifico calculo, quæ ut tuas condemnavit hæreſes, ita ſanctiſſimo viro Hieronymo tantæ fuit authoritatis, ut ſatis eſſe duceret ſi ſuam illi ſedi fidem approbares.* Et poſt pauca: *Jam quod peſtilente lingua ſcurraris in reverendiſſimum in Chriſto patrem Cardinalem Eboracenſem primarium conſiliarium noſtrum, & Angliæ cancellarium, magis perſpectam habeo ſingularem eius prudentiam, quam ut eum quidquam commoveri credam ſcurrilibus ejus linguæ conviciis, quæ in totam ſcurratur eccleſiam, quæ ſanctiſſimos proſcindit patres, quæ nullos non blaſphemat divos, Chriſtique contemnit Apoſtolos, quæ ſanctiſſimam Chriſti matrem inhonorat, quæ Deum ipſum velut ſcelerum fontem authorem, impulſoremque blaſphemat: quæ blaſphemiarum tuarum deteſtanda colluvies nuſquam non evidenter patet, tum ex omni parte pernicioſorum operum, quæ tanto Chriſtiani populi damno conſcripſiſti, tum ex his, quæ paſſim in Germania tam furioſe patrant tuis hæreſibus efferati ruſtici. Itaque reverendiſſimus ille pater, quamquam nobis jamdiu fuit propter eximias ejus virtutes chariſſimus, idem tamen eſt eritque in dies tanto nobis charior, quanto illum tibi tuique ſimilibus magis videmus inviſum; nam quod eum regni mei peſtem appellas, non eſt conſilium fraterculo rationem reddere cuius viri ſingulari prudentia, fide, labore, ſtudio, & ſalubri diligentia, nos regnumque noſtrum quanta conſequamur commoda: verum, ut omittam cætera, vel hoc ſatis indicio eſt, quam toti terræ noſtræ ſalutaris ſit, quod ex animi noſtri ſententia demandatum ſibi munus perquam diligenter exequitur, & ditionem noſtram ſedulo purgans hæreſum veſtrarum peſtilente contagio, quibus interdum intrant Angliam quidam vehementer ægroti, nempe ex iis venientes plagis, quas inſalubrio*

Lutherus ab Henr. Rege Angl. confutatus.

(*a*) *Henric. VIII. inter opera Fiſcheri Roffen.*

(*b*) *Apud Coclæum in actis ſcript. Lut. hoc anno.*

oris tui noxius infecit afflatus : quos tamen ipſos diligenti inquiſitione compertos ejuſmodi reverendiſſimi patris ſalubri diligentia non ſolum arcuimus, ne quid ad noſtros ejus lepræ ſerperet, verum etiam tractatos commode & magna cum charitate curatos fidei integritati reddidimus. Et infra.

CXIII. *Scribis, Luthere, vehementer pudere te oculos in nos attollere, quod te tam leviter paſſus ſis per operarios iniquitatis, ut ais, adverſus nos moveri. Verum ego profecto non paulo magis admiror, quod te non pudet ſerio levare palpebras vel in Deum, vel hominem quemquam probum oculos intendere, qui te paſſus ſis iſtigante diabolo in eam ingenii levitatem cadere, ut ob carnis ineptias & obſcœnas libidines, cum frater Auguſtinianus eſſes, monacham Deo dicatam ſcelerato compreſſu violaris : quid quod non compreſſiſti ſolum, quale flagitium ſi deſignaſſes olim apud Romanos ethnicos, & illa terram viva ſubiiſſet, & tu ad mortem uſque verberibus eſſes multatus? verum etiam quod nimio eſt execrabilius, publice pro uxore nuptiis inceſtiſſimis traduxiſti, atque ita palam ſummo cum totius mundi opprobrio veſtro, ſumma cum ſacroſancti conjugii contemptu, ſumma cum ſanctiſſimorum votorum contumelia, per nefas abuteris in quotidianum proſtibulum. Denique (quod omnium eſt minime deteſtandum) cum te deberet tam execrandi facinoris pudor & dolor obruere, pœnitentiæ loco præfers miſer impudentem gloriam, tam longe fugiens implorationem veniæ, ut etiam in tui ſceleris exemplum, paſſim per pſeudo-religioſos alios literis ac libris provoces.* Aliiſque interjectis.

Exprobratio Angli Regis Luthero facta.

CXIV. *Vehementer miror qua fronte poſſis apud me jactare, te nihil aliud docere, quam fide Jeſu Chriſti filii Dei pro nobis paſſi & ſuſcitati ſalvos fieri oportere; tum ſuper hoc fundamentum ædificare poſtea charitatem erga proximum, & obedientiam erga politicos magiſtratus & crucifixione corporis peccati. Utinam, Luthere, hæc tua verba tam vera forent, quam falſa eſſe cognoſco : nam, quæſo, quomodo ſuper fidem ædificas charitatem, cum ſolam fidem doces ad ſalutem ſine bonis operibus ſufficere? etenim quamquam in eo libro, quo debaccharis in me [cum ſic urgebat pudor, ut te pigeret jam de ea re quidquam audire amplius] imputaſti mihi tuorum verborum calumniam; tamen, non ſolum nihil omnino ad tua ipſius verba reſpondiſti, quæ nos tibi inter ſacramentorum aſſertiones obiecimus, quibus illa tam deteſtanda hæreſi ſic te ligatum conſtrinximus, ut nulla via poſſes elabi : verum etiam homo pudens & prudens idem dixiſti denuo eo ipſo in libro, in quo falſo quereris id tibi per calumniam falſo exprobatum; prius ſic enim ſcribis :* Sacrilegium eſt, & impietas velle placere Deo per opera, & non per ſolam fidem. *Quæ verba nonminus aperta ſunt, quam quæ prius tibi ſcripta ſunt in Babylonica, cum hunc in modum ſcripſiſti : Ita vides quam dives ſis homo Chriſtianus ſive baptizatus, qui etiam volens non poteſt perdere ſalutem ſuam, quantiſcumque peccatis, niſi nolit credere : nulla enim peccata eum poſſunt damnare, niſi ſola incredulitas : cætera omnia, ſi redeat vel ſtet fides, in promiſſionem divinam baptizato factam in momento abſorbeantur per eandem fidem. Hæc tua verba tam manifeſte quid ſentis indicant, ut nec ullam poſcant, nec admittant gloſſulam; neque enim color ullus affingi poteſt, quin contra Chriſti verba :* Anguſta (a) eſt via quæ ducit ad cœlum; *tu cum evangelica libertate tua latam nobis ac facilem ſternis illuc, quo tibi leve vulgus concilies, docens ſatis ad ſalutem fore, ſi quis Dei tantum promiſſionem credat abſque ullo bonorum operum labore : quod genus fidei longe abeſt a D. Pauli ſententia (b) fidem tradentis, quæ per dilectionem operatur, cui adſtipulatur & illud (c) :* Si eſtis in fide, ipſi vos probate; *quæ probatio niſi per opera bona, qui fiet? etenim* qui operatur juſtitiam acceptus eſt Deo (d). *Quin & D. Joannes evangeliſta (e) adverſus ſeductores huiuſmodi, qui populum inani, otioſa, & mortua fide decipiunt,* Filioli [*inquit*] nemo vos ſeducat : qui facit juſtitiam juſtus eſt. Et infra.

Lutheri fictio quod ſuper fidem ædificet charitatem.

Refellitur.

(a) Mat. 7.

(b) Gal. 5.

(c) 2. Corinth. 13.

(d) Act. 10.

(e) 1. Jo. 3.

CXV. *Et profecto, Luthere, cum inter aſſertiones tuas omnem timorem damnationis & inferorum a præparatione pœnitentiæ ſemoves, jubens ut eam ſibi ſolo procurent amore, facis tu quidem hac in re magnam peccatoribus injuriam, quibus videri ſtudes tenero quodam favore miſericors; nam illis interim id laboras tollere, quod Deus optimus ordinavit tamquam præcipuum quoddam medium, per quod proficeretur in amorem, qui nec ipſe profecto [dum in hac peregrinatione vivitur] (f) ſatis tutus eſt, cum abſque timore nimium ſecurus eſt;* nam ſi non in timore Domini tenueris te inſtanter [*inquit ſcriptura*] (g) cito ſubvertetur domus tua : *etenim qui ſacras ſcrutatur literas, non una tantum via peccatores videbis attractos, ſed plurimis, atque in his illo etiam ipſo timore ſervili, omnibus tamen ad unum finem tendentibus, nempe reſipiſcentiam vitæ, ſine quibus mediis peccator non ſtatim ſemper attingat illam ſa-*

Ut peccatoribus illuſum ab eo ſit quibus favere videbatur.

(f) Corinth. 7.

(g) Eccleſ. 27.

lutis

luis effectricem charitatem : quamobrem quod aliud conſilium poſſis peccatoribus dare deterius, quam quo ſuades, ut ea fugiant media, per quæ a vitiis avulſi fœliciter traherentur ad Deum? Pluribuſque interjectis ſubdit Rex.

CXVI. Falſo promiſſa credenti peccatorum impunitas.

Inducis profecto nimis arrogantem fidem, ſuadens ut homo peccator ſibi ſic blandiatur, uti ſe non ſolum habeat de divino favore certiſſimum, ſed certum etiam apud Deum eſſe ſe in favore tam eximio, ut velut unicum Dei delicium, quidquid deſignaverit flagitii, Deum non poſſit offendere, tanquam Deus promiſerit propter unius credulitatis meritum impunitatem peccatorum omnium; ideo nimirum, quod [*ut ſcribis in Babylonica*] *omnia protinus in momento fides abſorbet ſcelera. Sed hæc ſuperba & otioſa fides quantum ſola ſoli placet tibi, tantum diſplicuit vetuſtis olim patribus. Itaque B. Iſidorus.* Fruſtra [*inquit*] ſibi de ſola fide blanditur, qui bonis moribus non utatur. *Idem ſcribit D. Auguſtinus velut occaſione capta & etymologia vocabuli* : Fides, *inquit*, appellata eſt ab eo, quod fit duæ ſyllabæ ſonant, cum dicitur : Fides; prima a facto, ſecunda a dicto. *Interrogo te igitur utrum credas; dicis;* Credo, *fac quod dicis, & fides eſt*. Et poſt alia.

CXVII. *Ego certe neque tibi ſcribam amplius, neque nunc ſcripſiſſem quidquam, niſi tuarum me literarum permoviſſet ſubdolum conſilium, quo laboras, ut credant tui, me jam cœpiſſe partibus tuis favere : quam in rem reſponſum retuliſſem breve, neque tuarum hæreſum quidquam attigiſſem nominatim, ſi non impudenter aſſeruiſſes, nihil aliud te docere, quam in fide Jeſu Chriſti homines oportere ſalvos fieri : tum fidei te ſuperædificare charitatem erga proximos, obedientiam erga politicos magiſtratus, & crucifixionem corporis peccati : ſiquidem iſta tua tam effrons impudentia me coegit unum aut alterum, ut proferrem tam præclarorum dogmatum, quæ facile quiſquam videat, longe alterius eſſe generis, quam eorum quidquam ſit, quæ te tam falſo jactas ſola prædicare, nec tamen interim quidquam attigi cæterarum hæreſum tuarum cumulum, quæ tam pudendam impudentiam vanitatis tuæ redarguunt; nam cum aperte ſcribis adverſus ſacramenta Chriſti, cum cœlibem caſtitatem damnas in ſacerdotibus, cum ſacros omnes ordines deicis, cum panis ſubſtantiam Chriſti corpori conjungis, cum ſcurraris in miſſæ ſacroſanctum canonem, cum fœminas jubes audire confeſſiones, & iiſdem ſacramentorum omnium adminiſtrationem committis, cum eas jubes conficere corpus Chriſti, cum tam parum intereſſe cenſes inter intemeratam Chriſti matrem & impudicam meretricem tuam quam, cum ſanctiſſimam Chriſti crucem blaſphemas, cum doces nullum eſſe purgatorium, ſed animas omnes dormituras in judicii diem, ſpem proponens diu differendi ſupplicii, quo ſecurius peccent improbi : cum hæc, inquam, doceas & mille pudendas hæreſes, præterea non te pudet ſcribere quod nihil doces aliud, quam hominem oportere ſalvari per fidem Jeſu Chriſti; quando re vera nihil moliris aliud, quam ut Chriſti fidem penitus poſſis extinquere.* Hæ literæ una cum aliis a Coclæo & Emſero in Germanicam linguam tranſlatæ ſunt (*a*) ad obſtruendum os impudentiſſimo hæreſiarchæ, qui erroribus contaminatiſſimos libros evangelium appellabat.

(*a*) *Cocl. in act. & ſcriptis Luth.*

CXVIII. Anabaptiſtæ urgent Lutheranos diſputationibus.

Eodem jure, quo Lutherus, arrogabant ſibi Anabaptiſtæ evangelium, & fallaces interpretationes vel dæmonum ludibria pro divinis oraculis obtrudebant; nec minus it cum Lutheranis quam cum catholicis diſſidebant : qui Tiguro ejecti conceſſerant Baſileam, ac plures inſecerant adeo ut conſentientibus magiſtratibus habita ſit inter eos ſolemnis diſceptatio, in qua Œcolampadius ad patres & traditiones Eccleſiæ confugit : *O miſeri & fatui*, ajebat ille referente Arnoldo Meshovio ex ipſius Œcolampadii ſcriptis, *vobiſne primum fidei ſuæ Chriſtus revelavit myſteria, & tot jam ſæculis, tot inſignes pietate viros, tot tantiſque miraculis fulgentes Eccleſiæ ſuæ antiſtites latere voluit? vos appello*, inquit, *an tot animarum millia quæ in Eccleſia hoc modo baptizatæ ſunt, & quæ talem baptiſmum rectum & Chriſtianæ fidei conformem eſſe credidere, perpetuis gehennæ ignibus adjudicata cenſetis? an credibile eſt, a Deo eos ſathanæ traditos tanquam prædæ relictos? Agite mentem veſtram excutite, vel hoc diſiecto a tam doctis & ſanctis hominibus, num vos per ſchiſma diſcedere oporteat docete.*

Hæreticorum ſe Eccleſiæ præferentium infania ab Œcolampadio agnita.

Hæc ſi juſta lance libraſſet Œcolampadius in Euchariſtiæ controverſia nunquam nitidiſſimos ſcripturæ textus figurarum umbris velut cœca lampas obſcuraſſet adulteraſſetque, cum iis verbis tum ipſe, tum omnes novatores convincantur. At cum, traditionibus rejectis, ſcripturæ verba in fallacem ſenſum inſtillatum a dæmone verſa Œcolampadio obtruderent : *Hic Œcolampadius*, ait Meshovius, *reſpondit, alium eſſe ſcripturæ ſenſum : id ſe teſtimonio omnium doctorum, qui hucuſque vixerunt, & univerſæ Eccleſiæ conſenſu probaturum; verum & genuinum ſcripturæ ſenſum eos nequaquam intelligere, ut quam illotis manibus tractent, nec velint ſapientiſſimis il-*

Verus ſcripturæ ſenſus is eſt quem tradiderunt ſancti patres.

lis patribus credere, quos omnis admirata ſit antiquitas. Quæ tela omnes etiam alios novatores conficiunt : ſed quid ad hæc Anabaptiſtæ ? id quod nempe Lutherus de ſe jactarat : *Nos habemus*, inquiebant nimirum falſa & inſana perſuaſione illuſi, *verbum Dei, quod omnino illis debet præferri. Sacra ſcriptura pura eſt & minime fucata : eam nos cuſtodiemus : eam ſequemur quamdiu nobis vita ſupererit, nec alicui, quod in ea ſcriptum ſit fidem derogabimus : ſanctus Spiritus dux noſter eſt, & per os noſtrum loquitur : ille inſidias nobis aperit eorum, qui humanis traditionibus ſimplices traducere conantur : Deo laus, ajebat, qui inter eos præcipuus* [is erat Georgius Blavurodus, quique a dæmone in ecſtaſes rapi ſolitus erat :] *Ego in mea novi conſcientia, me non peccare, & ſcio innocentiam quoque noſtram, & veritatem religionis noſtræ animis veſtris eſſe exploratam.* Cum illi facile ſacramentarios jam illuſos novis erroribus implicarent, Œcolampadii conſilio magiſtratus eos Baſilea edicto pepulerunt ; tuncque Philippus Sarrelanus omnes urbis plateas his clamoribus complevit : *Væ Baſileæ, væ, væ, væ : pœnitentiam agite, deſiſtite a peccatis, rebaptizari vos ſinite : ego enim ad hoc a Deo miſſus ſum, qui Michaele archangelo interprete populo pœnitentiam prædicare me juſſit. Per biduum & amplius ejuſmodi clamores continuavit ; nec minis ullis, ut finem faceret, adigi potuit. Tandem ne motum cieret, ut morio urbe exploſus.* Non defuere tamen alii, qui anabaptiſmi ſemina Baſileæ ſpargerent, atque in magiſtratus conſurgere molirentur : ſed eorum conjuratio oppreſſa eſt ; ac proximo anno habita nova diſceptatione, Anabaptiſtarum reliquiæ expulſæ fuere, quæ proximos pagos contaminarunt ; ita ut a ſacramentariorum miniſtris conſultus Œcolampadius ita reſponderit : *Quoniam in ſimpliciorum domos irrumpunt, utile fuerit, ut in promptu habeatis locos communes contra illos, nam & illi ſuos habent, quos optime tenent, nempe de pueris non baptizandis, de magiſtratu, an poſſit eſſe Chriſtianus, de Apoſtolorum imitatione laborando manibus & evangelizando per totum orbem ; de non jurando, de pœnitentia, & ex dogmatis liqueſcit quarum rerum præcones ſint, & quam nihil illis curæ gloria Chriſti : atque adeo reperti jam ſunt, qui Chriſtum Dei filium naturalem eſſe negent, ut appareat liquido, quo ſpiritu agantur.* Eo nimirum, quo Lutherus, Zuinglius, & ipſe Œcolampadius agebantur, dum ſcripturam contempta ſanctorum patrum interpretatione in falſum ſenſum diſtorquebant : quo animata ſpiritu fœmina anabaptiſtica audiens novatores jactare ſuum ſpiritum in ſcripturis interpretandis, ſe dixit eſſe verum Chriſtum.

Falſa novatorum jactantia.

Pulſi Baſilea Anabaptiſtæ.

Philippi Sarrelani illuſio.

Pagi & vici infecti ab Anabaptiſtis.

Apoſtolorum vitam imitari ſe jactant.

Nonnulli ex his negant Chriſti divinitatem.

CXIX. Inſolens facinus repetit Arnoldus Meshovius ex Sebaſtiano Franco Anabaptiſta, dum funeſtam Abacellanæ eccleſiæ cataſtrophem ſic deſcribit : *Abacellæ inſignes in eccleſiis mutationes paſſim & ſacrilegia oboriebantur, eaque jam erat oppidi facies, ut novam quandam Catabaptiſtarum Sion non injuria nuncupaſſes ; præterquam enim quod vanis viſionum oſtentis, prophetiiſque iſthic ſimpliciores infatuarent variis ad hoc abutentes præſtigiis, mulierum quoque genus inaudito prorſus exemplo, in tantum intra ſuæ vocationis limites contineri non poterant, quin & propheticum oſtenderent ſpiritum, & in publicum progreſſæ puellarum pſallentium canentiumque choros velut propheteſſæ per urbis vicos traducerent. Et ſane dignum quod ad poſteros deveniat exemplum eſt illud, quod a fœmina quadam catabaptiſtica hic factum Sebaſtianus Franck, & ipſe ſectæ hujus defenſor, in tertia ſui chronici parte, dum in enumerandis Anabaptiſtarum dogmatibus plus nimio deſudat, recenſet ; extitiſſe nimirum mulierem, quæ cum edoctos omnes divinitus interpretationis in ſcriptura ſpiritum jactitare ediſceret, ipſa quoque novi teſtamenti ſumpto in manus codice, ſacrarum literarum ſenſum populum docere cœperit, atque ad eum locum cum perveniſſet, apud Deum nihil eſſe impoſſibile, Chriſtum ſe verumque mundi meſſiam id poſſibile rata conſtituerit, conjunctis ſibi ex fratrum grege viris duodecim, quibus ad propagandum evangelium velut apoſtolis uteretur.* Ex ea ſtulta perſuaſione impreſſa hæreticis, quod divinitus ad ediſſerendas ſacras literas ſint colluſtrati, narrat Zuinglius textorem conſcendiſſe ſuggeſtum, ut concionaretur ; ſed cum in locum Apoſtoli incidiſſet, in quo loquitur de iis, qui cauterio notatam habent conſcientiam, nec quid diceret ipſi occurreret, ignorantiam profeſſum eſſe : at dum hunc deridet, deridendus ipſe quoque cum ſectatoribus & Calviniſtis, qui ſcripturam ſacram ſe ſomniando melius intellexiſſe putarit, ac perſuaſerit, quam ſancti patres commentando ac precando intellexerint ; nec adverterit id quod S. Petrus omnes admonet : *Hoc primum ſcientes, quod ſcriptura ſacra propria interpretatione non fit.*

Abacellanæ eccleſiæ funeſta cataſtrophe.

Fœminæ pſeudo-prophetiſſas agunt.

Jactant divinitus illuminari ad interpretandam ſcripturam. Fœmina Anabaptiſtica ſe Chriſtum dicit.

Textores ſe pollere dono interpretationum jactant.

Cæterum funeſtus & atrox caſus accidit in oppido ſancti Galli hoc anno, ex quo demonſtratur a quo ſpiritu regantur hæretici in ſacris ſcripturis interpretan-

(a) Meſhov. hiſt. Anabapt. l. 2.

tandis; remque narrat Meshovius hiſce verbis: (a) *Sanctogalli quod oppidum catabaptiſtarum tum habebatur, & celebre & vatum quaſi aſylum perenne, ſub initium februarii anni MDXXVI. bini fratres germani Thomas & Leonardus ſartores tota de catabaptiſmo, de prophetiis, & cæteris novæ doctrinæ myſteriis nocte miris ſermonibus tranſacta, cum dies illuceſceret, quæ erat octava februarii, advocatis parentibus Leonardus Thomæ fratri in medium prodire juſſo, genibuſque in terram coram parentibus, & qui aderant vicinis provoluto, patris voluntatem, ut præſtolaretur, imperat. Spectantibus res iſthæc timorem incuſſit, ideoque videret quid ageret, neque durius quid in fratrem ſtatueret, Leonardum monuere: quibus ille nihil ſe aliud quam patris voluntatem, ſuſpicionis quaſi removens materiam, acturum promiſit. Sed verba fudit tantum, nec aliud; quippe ut primum iſthæc reddidit, correptum, quem ad hoc attulerat, enſem acutum fratris per jugulum adigit caputque detondet: quod parentum pedibus advolutum pectora exanimat; & non ſpectantium e manibus elapſus foris in publicum proſilit, impletam patris voluntatem profeſſus.* Cujus patris non alterius certe quam illius, qui fuit homicida ab initio, atque Anabaptiſtæ vocare patrem ſoliti ſunt dæmonem, juxta illud Chriſti dictum ad Judæos impios: *Vos ex patre diabolo eſtis.* Fuiſſe vero arreptum hunc a dæmone, id probat quod horrendum flagitium ſancte & pie ſe patrare arbitratus ſit, ac ſine humanitatis ſenſu veluti amens diſcurrerit falſa vaticinans: ſubdit enim de eo author. *Nudo & amenti ſimilis in forum ſe proripit, interula ſolum, caligiſque domi relictis, calceis veſtitus. Obviam prodeunti ſibi Joachimo Vadiano civitatis conſuli extremum minitatur judicium, ultimam adeſſe mortalibus horam frequenter ingeminans. Compeſcere amentem nequidquam conſul annititur. Ille quam mira ſub ſolis ortum acciderint [fratricidium pallians] ac patri quam plene ſatisfactum, oggannit. Accurrunt ad factum cives perterriti; hominis mirantur ſtultitiam. Conſul nudum, porrecta veſte, operiri jubet & domum reduci. Abnuit id quoque & ulterius per urbem divagans, & patris voluntatem & perituræ civitatis ruinam civibus denuntiat. Sed horrendum vulgatur facinus, fratrem fratri præcidiſſe jugulum. Nudus ex fuga retrahitur & admiſſi ſceleris convictus pœnas luit capite, contuſis rota membris plexus.*

Anabaptiſtæ illuſi a dæmone exemplum crudele.

Occiſo fratre triumphat.

CXX. Patrata ab aliis Anabaptiſtis maxima alia ſcelera, ut homicidia, ſtupra & adulteria, cum jactarent eam eſſe voluntatem patris, lugubres aliæ teſtantur hiſtoriæ: nonnullas narrat Eraſmus Albertus in ſuo contra Carloſtadium, quem anabaptiſtica lue etiam infectum vidimus, libello: *Quidam*, inquit, *ex iis ſocium inviſens, conſpecta, conjugis eius pulchritudine his verbis compellabat: ſpiritus revelavit mihi, ac in mandatis dedit, tua ut hodie uxore potirer. Reddit alter: perperam ſpiritus voluntatem exponis. Quin tu ait eam extemplo concedas, perbene ego ipſum aſſecutus ſum, nec aliter tibi, quam ſe res habet, ſignifico. Ille quid faceret animi pendens, hinc periculum a ſpiritu verebatur, illinc incertus reſpectabat. Tandem uxore ſocio tradita, ſpiritus interpretationi rigore profeſſionis ſuæ acquievit. Sequenti autem die ipſe ad fratrem uxoris corruptorem exſpatians: Heus tu, inquit, te ut capite plecterem a ſpiritu admonitus huc me proripui. Reſumpſit adulter: Non bene intellexiſti ſpiritum: ita faciam ego & re vera illa eius mens eſt: Procidam in genua, pileumque ſupra caput, parte inferiori ſurſum verſa, reponam, illum tu deiice, & acquieſcet ſpiritus. Sic ille flexis genibus ſubſidit. Tum alter pileum inde excuſſurus ferrum adigit per collum, ita ut pariter & pileus & caput deciderent.* Narrat idem author Anabaptiſtam ganeonem, cum ab honeſta & pudica matrona repulſus eſſet, magnis clamoribus ineptiſſime conteſtatum, ipſam patri cœleſti injuriam feciſſe: *Sed horrendum nimis eſt & crudele*, inquit Meshovius, *quod Angerbachii accidit ſub idem tempus a quodam eius gregis ſicario perpetratum. Venerat huc adoleſcens feſſus ex itinere ad ſumendum jentaculum: hoſpitium ingreſſus, dum ſitim reſtinguere admoto ori poculo pergit, Anabaptiſta qui ſimul ibi cunctabatur, non advertente juvene pugione bibentis jugulum traiicit, pedemque domo efferens per prata obambulat, nullius quaſi ſceleris ſibi conſcius: Res per hoſpitem divulgata fuit: judex loci hominem inquiri, ac ad ſe perduci imperat; qui cur tantum crimen admiſiſſet, quæſitus, patris voluntatem eſſe reddidit; tum judex: Ergo & patris te capitis ut damnem voluntas eſt; quo dicto mox in vincula coniici & quæſtionibus ſuper ipſo habitis decollari juſſit.* Ut vero eos in æterni Patris interpretanda voluntate errare conſtat, ita etiam ipſos in ſacris oraculis interpretandis a veritate aberrare certiſſimum eſt.

Adulteria patrata divini mandati ſpecie.

Homicidium eodem prætextu patratum.

Crudele facinus anabaptiſtæ credentis ſuo ſpiritui.

CXXI. In Pruſſia hoc anno ac ſuperiori Lutherana hæreſis ob corruptelas morum late graſſata eſt, cum Albertus Brande-

burgenſis cruciferorum ſupremus magiſter nobile ſcortum ſacrilego inito conjugio, ut dictum eſt, ſibi junxit; utque principatum eccleſiaſticum transfunderet in ſpurios, illius jus ſibi cæſarea beneficentia conferri poſtulavit: ſed juſtam repulſam accepit a Carolo principe, quem Pontifex etiam apoſtolicis hiſce literis, ne ſacrilegis illius votis aſſentiretur, admonuit (a).

(a) *Lib. brev. ann. 1526. par. 1. p. 19.*

Pont. literæ de apoſtaſia magiſtri cruciferorum.

Cæſari.

Chariſſime in Chriſto fili noſter, &c. Notiſſima ſunt ſerenitati tuæ ea, quæ Albertus ex marchionibus Brandeburgenſibus ordinis B. Mariæ Theutonicorum in Pruſſia olim magnus magiſter admiſit in maximam ipſius ordinis jacturam, divinæ majeſtatis offenſam, ſuæque ac illorum, qui eum ſecuti ſunt, animarum perditionem: quippe qui humana omnia & divina jura confundens, ea bona, quæ pro conſervando Chriſti nomine contra infideles barbaros Deo dedicata erant, ſibi credita, in ſæcularem tyrannidem convertit, neque Deo aut noſtræ hujus ſanctæ ſedis, aut ſerenitatis tuæ, ullam duxit rationem. Quæ quidem nos ſine magno animi noſtri dolore commemorare non poſſumus, eademque tibi gravia & acerba accidiſſe ſcimus pro tua in Deum pietate & religione, & pro ea perſona & loco, quem totius Chriſtianitatis & orthodoxæ fidei conſervandæ & tuendæ una nobiſcum communem ſuſtines. Quare etſi nos non dubitamus hoc nefarium Alberti factum a ſerenitate tua non minus, quam a nobis improbari & damnari, ſatiſque eam ſine ullo noſtro hortatu ſua ſponte contra omnem Alberti injuſtum conatum animatam eſſe; tamen quoniam evenire facile poſſet, ut ejus dominatus, quem ille impie occupavit, confirmationem a te, etiam per quaſcumque vias & artes conetur impetrare, hortamur nihilominus pro officii noſtri debito ſerenitatem tuam impenſius in Domino, & affectuoſe requirimus ut, ſi quid hujuſmodi dictus Albertus, vel quis interceſſor & fautor pro eo a te peteret, nihil ſtatuas atque deliberes in eo, niſi nobis & ſede Apoſtolica, quorum ea res maxime intereſt, quibuſque ipſe ordo immediate ſubjectus exiſtit, prius ad id requiſitis, auditiſque & bene intellectis dicti ordinis magiſtris, commendatoribus, & confratribus, qui in ſua fide & militia conſtanter perſiſtunt, Alberti factum deteſtantes; qui adverſus dominum & Deum ſuum, adverſus confratres, & commilitones ſuos tam nefarie fidem & juſjurandum ſacratiſſimæ militiæ prodiderit, &c. Addit preces, ut Robertum de Groſſe equitem S. Mariæ virtute & fortitudine inſignem benigne audiat. *Dat. Romæ die ultima januarii MDXXVI. pontificatus noſtri anno* III. Scriptæ ſunt eodem argumento ad Cardinalem Salviatum apoſtolicum in Hiſpania legatum literæ (b), ut apud Cæſarem ageret, ne Albertus marchio Brandeburgenſis, qui ſummum equeſtris ordinis Pruſſiæ magiſtratum in principatum laicalem converterat, de clientelari ditione confirmata decretum cæſareum obtineret. Paſſus repulſam Albertus fracta fide Cæſaribus, quorum clientela ordo ſteterat, transfugit ad Polonum Regem, qui cum antea flagitaſſet, ut militaris cruciferorum familia extingueretur, privatum commodum, non ſine magno Chriſtianæ rei damno ac religionis dedecore, divinæ cauſæ prætulit, cum ita politicam rem augere putaret; quamvis eodem anno regia Polonorum familia pro tenui partis Pruſſiæ acceſſione, arcano divini Numinis judicio, duo florentiſſima regna Bohemiæ & Pannoniæ amiſerit. Itaque divinis & humanis ſpretis legibus, religionis ac fidei apoſtatæ, & filiis ſpuriis, ex ſcorto nimirum ſuſcipiendis, Pruſſiæ jus beneficiarium tribuit; de quo hæc narrat Polonica hiſtoria (c): *Marchio Albertus & ſubditi pacis cum Rege & regno Poloniæ conſtantis formulæ cupidiſſimi de conſilio principum interceſſorum ipſi Cracoviam menſe martio proficiſcuntur, ubi comiter marchione Alberto excepto his tandem conditionibus tranſactum cum ſuperiorum temporum diſſenſiones ac bella inter Regem Poloniæ ac ordinis Theutonici in Pruſſia magiſtrum, ex hoc fonte potiſſimum emanarent, quod nullus certus princeps, iſque hereditarius, ſed diverſorum procerum capita Pruſſiam hactenus adminiſtraſſent, Sigiſmundus Poloniæ Rex Alberto marchioni Brandeburgico ac heredibus illius maſculis terras, civitates, oppida, & arces Pruſſiæ orientalis in perpetuum ac indiviſum feudum concedit, eumque ducem in Pruſſia hereditarium creat: qui viciſſim Regi fidem ac obedientiam a cliente & beneficiario debitam jurat, ac ducatum hereditario jure in liberos ex ſe natos, vel iis deficientibus, in fratres Georgium, Caſimirum, Joannem, eorumque liberos aut nepotes tranſmittit; quibus extinctis demum Pruſſia ad Poloniæ regnum reveniet: de quo Pruſſiæ ſtatus chirographis ſuis Regi regnoque ſe obligabunt; Rex contra omnia principis ac ſubditorum privilegia juri majeſtatique Regis & regni non contraria tuebitur.* Et infra: *Privilegia ordinis Theutonici omnia a Cæſaribus, Pontificibus, principibus, vel ipſis Poloniæ Regibus indulta conventioni iſti repugnantia dux renuntiatione ſolemniter facta Regi ipſi reddet, cætera*

Rex

(b) *Ib. pag. 13.*

Polonus apoſtatam Albertum in clientelam accipit.

Amittit duo regna divinitus caſtigatus.

(c) *Salomon Neugebaver. lib. 7. hiſt Polon.*

Nefandiſſima Poloni cum apoſtata tranſactio.

Rex nova conferet. Et poſt alia : *Poſtremo adverſus omnes huic tranſactioni contravenientes Regi Poloniæ marchiones cum Pruſſiæ duce pro virili ſuppetias ibunt, amicos inimicoſque communes habebunt : idem Rex duci Pruſſiæ neceſſitate urgente præſtabit. His ita peractis biduo poſt pompa ſolemni dux Pruſſiæ Albertus a Rege inauguratus eſt*.

CXXII. Peractum hoc ordine ſcelus eſt, & clariſſimus Theutonicorum equitum ordo ab apoſtata magiſtro apoſtatæ Lutheri impudicis ſuaſionibus diſſipari cœptus. Obſtitere quidem nefariis ejus auſis Walterus Plettemberg in Livonia, Theodoricus de Cloin in Germania & Italia ordinis B. Mariæ Theutonicorum magiſtri quos ideo Pontifex commendavit (*a*). Aſſenſere autem flagitio plures, quos voluptatum illecebræ & Lutherani pſeudoevangelii lenocinia irretierant : narrat quippe idem author, Georgium Polenem epiſcopum Sambienſem politicum ſui epiſcopatus imperium in Albertum transfudiſſe, cauſatum ſcilicet epiſcopi munus eſſe docere evangelium, non politica imperia & dominatus adminiſtrare ; quaſi ſimul doceri evangelium & ad propagationem tuitionemque evangelii politicus principatus ſeſeſe non poſſet : ex quo facto facile colligitur illum pſeudoepiſcopum Lutheranæ impietatis laqueis conſtrictum non evangelii, ſed Lutheraniſmi docendi, & concubinæ ducendæ gratia principatu politico ceſſiſſe. Addit author Albertum vocatis teſtibus publicas tabulas de Sambienſis principatus ceſſione ab epiſcopo facta confici juſſiſſe, aſtante cum ſilentio altero Erardo epiſcopo Pomeſanienſi : hunc vero Pomeſanienſem pſeudoepiſcopum Lutheranæ hæreſis in Pruſſia ſigniferum, atque Alberti fretum potentia horrenda patraſſe facinora, atque hæreſiarcharum, quos dæmon deludebat, more ad ea patranda, nimirum ad eccleſias vaſtandas & ſacra omnia profananda, vocatum a Deo impudentes mentitum eſſe, ex pontificiis lamentis (*b*) audituri ſumus.

(*a*) *Clem. l. brev. ann.* 1526. *par.* 1. *p.* 80. & *regeſt. poſt. eand. ep.* 11.

Lutherano pſeudoevangelio diſſipati cruciferi.

Sambienſis epiſcopi horrenda apoſtaſia.

Et Pomeſanenſis epiſcopi.

(*b*) *Clem. l. brev.* 1526. *Par.* 2. *p.* 288.

CXXIII. Inhiabat idem contaminandæ Lutheranæ hæreſi Poloniæ, jamque ex ditione Alberti, quæ cruciferorum extiterat, in proximas Regi Poloniæ obnoxias terras ſerpebat impietas, ac Gedanum vulgo Dantiſcum prænobile in Viſtulæ faucibus emporium infecit adeo, ut Joannis Saliceti juriſperiti novæ ſuperſtitionis vexilliferi impulſu factus ſit impetus in eccleſias, direptus ſacer ornatus, ſacramenta polluta, eccleſiaſtici viri pulſi, ſenatus catholicus ejectus, deque urbe Regum Poloniæ veteri repudiata clientela in reipublicæ formam redigenda inita conſilia. Confugere Cracoviam ſupplices ad Sigiſmundum Regem Poloniæ catholici : *Statum urbis miſerabilem*, inquit Poloniæ hiſtoriæ ſcriptor (*c*), *civiumque ſuorum audaciam cum inſolentia conjunctam coram Rege deflentes demiſſe orant, ut Rex civitati exitio propinquæ ſuccurreret ; cumque rerum magnitudo ſummaque neceſſitas ejus præſentiam flagitent, ipſe Gedanum venire non gravaretur, omniaque pro arbitrio ſuo conſtitueret, & ad priſtinam revocaret formam, ſontibus punitis : ſenatum omnem veterem, cives honeſtiores magnam denique plebis partem Regem ſecuturos ; alios etiam qui ſeducti eſſent cum ſponte tum metu ad officium redituros. Rex eos conſolatus bono animo eſſe juſſit, ſpe illis facta rebus Poloniæ compoſitis ſui Gedanum adventus : interim ſedulo providerent, ne urbs novis turbis fortè euortis gravioribus afficiatur incommodis*.

Gedanum hæreſi contaminatum.

Direptæ eccleſiæ.

Pulſi catholici ad Polonum confugiunt.

(*c*) *Id. ib.*

Auſi ſunt contra catholicos hæretici oratores mittere ad Sigiſmundum Regem ad everſæ religionis facinus excuſandum, quos ille diſſimulata ira, ne in rebellionem apertam ex deſperatione conjiceret, cum benigno reſponſo dimiſit. Cæterum celebratis Petricoviæ procerum comitiis decima nona februarii die Gedanenſe iter eſt ingreſſus : cujus venientis terrore perculſi hæretici varia colloquia de ſumendis armis ipſoque mœnibus propulſando habuerunt ; ſed inter ſpem metumque ancipites eum tandem admiſerunt : ad quem Barninus Pomeraniæ dux ex ſorore nepos, aliique plures viri nobiles ſe contulere, quorum numero & virtute ſubnixus religionem orthodoxam in priſtinum ſplendorem, & catholicos in ſenatoriam dignitatem reſtituere aggreſſus eſt : cujus glorioſi facinoris ordinem deſcribit, prædictus author hiſce verbis : *Habebat ſecum Rex ingentem procerum atque equitum Polonorum numerum procul dubio ut Gedanenſibus terrorem incuteret ; nihilo tamen minus Regis tanti comitatus multitudine territi, religionis Lutheranæ exercitia frequentabant. Audaciam ejuſmodi Rex non ferendam amplius arbitratus, opificum magiſtros in publicam mercatorum domum conventui deſignatam cogi juſſit. Hi cum frequentes conveniſſent, Petrum Kmitam regni Mareſchallum ad eos miſit, qui ſcipione ſilentio imperato quæſivit, an vellent juramento Regi regnoque Poloniæ dato ſtare, nec ne ? unanimi voce annuentibus juſſit qui partium eſſent regiarum in latus concederent dextrum. Id cum bona civium pars haud cunctanter feciſſet, aliis qui ancipiti erant animo nonnihil* CXXIV.

Polonus Rex Gedanum ſe confert.

hil tergiverſantibus, & ipſi tandem, ne palam rebellaſſe viderentur, in deutrum latus ad reliquos coivere: quorum fide mareſchallus commendata, fidelitatis atque ſubiectionis ſacramentum iterato ab eis exegit. His factis tranſactiſque Rex de ſtatu civitatis reformando, ſenatu vetere reſtituendo, & catholica Romana religione poſtliminia reſtituenda, conſilia init.

CXXV. Seditionis auctores comprehenſi.

Exin Regis mandato Joannes Salicetus, & ſeptuaginta circiter mutandæ religionis authores comprehenſi in carceres conjecti ſunt. Salicetus objectis criminibus purgare ſe volens petiit ut cum Rege coram loquendi facultas ſibi daretur. Colloquio impetrato complura objectorum diluendorum, ſuæque innocentiæ probandæ cauſæ adduuit magno civium numero adſtante: coram quibus Philippus Biſchovius ex eo quæſivit, cur ſacras ædes aureis argenteiſque vaſis ſpoliaſſet, & cur conſcenſo ſuggeſto primus ipſe Lutheri dogmata proponere auſus fuiſſet? cur furcam, rotam, gladium ante prætorium erigenda curaſſet? Eo inficiente ac tandem civium adſtantium juſſu ea ſe feciſſe aſſerente, cives conſtanter factum negarunt, ſuoque cum periculo talia auſum eſſe reſponderunt, quorum verbis revictus, ab iiſque deſertus conticuit.

Capitali ſupplicio affecti.

Itaque juſſu regio in carcerem reductus ac poſtea cum tredecim ejuſdem criminis reis capite plexus eſt, reliquis in exilium actis. Sumpto de ſontibus ſupplicio Rex urbis ſtatum ex arbitrio ſuo compoſuit, vaſa argentea aureaque, ſacras item veſtes edicto ſevero reſtitui templis præcepit, catholicæque Romanæ eccleſiæ ſacra ac ritus iterum exerceri, ſacerdotibus reſtitutis, mandavit, & ad extremum ſubjectionis fidelitatiſque jurejurando a ſenatu populoque Gedanenſi accepto, vigeſima quarta julii abiit.

CXXVI. Vindicata a peſte Lutherana Polonia.

Tam egregio facinore Sigiſmundus Rex peſtem Lutheranam a Polonia depulit: quod cum a Laurentio Campegio Cardinale Pontifici expoſitum fuiſſet, regioque nomine poſtulatum, ut ea oppida Poloniæ, quæ epiſcopatui Pomeſanienſi obnoxia erant, divellerentur ab eo epiſcopatu, quem Erardus inſignis hæreticus, qui ſe a Deo vocatum nugabatur, Albertique Brandeburgicæ familiæ principis gratia nixus occupatum tenebat, Clemens commendato pio Sigiſmundi in reprimendis Lutheranis ſtudio, Cracovienſi epiſcopo ad coercendas Erardi pſeudoepiſcopi graſſationes hæc mandata dedit (a).

Erardus pſeudoepiſcopus Pomeſanienſis.

(a) *H. ib. p. 288.*

Venerabili fratri Petro epiſcopo Cracovienſi regni Poloniæ vicecancellario.

Expoſuit nobis venerabilis frater noſter Laurentius epiſcopus Prænestinus Cardinalis ſanctorum quatuor nuncupatus, iſtius regni Poloniæ protector, ex parte chariſſimi in Chriſto filii noſtri Sigiſmundi Poloniæ Regis illuſtris, quod cum fere cives omnes, incolæ, & habitatores civitatis ſuæ Gedanenſis illius eccleſias & templa omnibus paramentis ſpoliaſſent, ac ſacra omnia prophanaſſent, & Lutheranæ hæreſi adhæſiſſent, Rex ipſe, ut Chriſtianiſſimum principem decebat, prætermiſſis omnibus arduis ſuis negotiis, ut vindicaret ea, quæ in divinæ majeſtatis offenſam per eos geſta fuerant, ad dictam civitatem ſe contulit, & ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam ac ſuæ majeſtatis honorem, purgatis omnibus eorum erroribus, & abnegata per eos Lutherana hæreſi, orthodoxam & catholicam fidem, a qua receſſerant, per eos perpetuo ſervari, ac templa, monaſteria, ceremonias, juriſdictionem epiſcopalem, aliaque omnia divina in priſtinum ſtatum reſtitui mandavit; nunc vero totum regnum ſuum a dicta peſtifera Lutherana hæreſi illibatum, & illæſum omni exacta diligentia cuſtodiri & conſervari cupiens, videnſque, quod quidam Erardus, qui fœtido & polluto ore, auſuque temerario ſe a Deo vocatum eſſe temere affirmare, & palam dicere præſumit, ac Lutheranæ factionis in Pruſſia anteſignanum ſe jactans, eccleſiam Pomeſanienſem detinet occupatam, cum poſt electionem de perſona ſua ad dictam eccleſiam factam pro obtinenda confirmatione dictæ electionis infra tempus debitum ad ſedem Apoſtolicam venire, & confirmationem ipſam habere negligat; quodque multa nefanda & horrenda ſecundum illos, qui Lutheranam hæreſim profitentur, non ſolum temere dicere, ſed etiam confiſus favore illius qui pro duce Pruſſiæ ſe gerit, facere ac perpetrare audet, ſanctæque matris Eccleſiæ, a qua nutritus fuit mandata palam negligit, &c. Subdit Poloniæ Regem, cujus imperio Pomeſanienſis diœceſis pars magna obnoxia eſt, animadverſo diſcrimine, ne a peſtifero viro regnum hæreſi inficeretur, popoſciſſe, ut terræ juris Polonici a Pomeſanienſi eccleſia divellerentur: cujus precibus permotus Clemens mandavit Cracovienſi epiſcopo, ut judicium Erardo intenderet, ac ni ſe purgaret, contentas Poloniæ limitibus terras, Pomeſanienſis eccleſiæ imperio liberas pronuntiaret, ne hæreſis Lutherana ad Polonos dimanaret. *Datum Romæ 1. decembris MDXXVI. pontificatus noſtri anno IV.*

Erardus ſe a Deo vocatum fingit.

Intentatum illi judicium.

CXXVII Ruit in hæreſim impura ſacerdotum turba.

Ruebat præceps in Lutheranam hæreſim ſacerdotum & monachorum turba mollitie voluptatum victa: quorum pars cum ductis per ſpeciem conjugii ſcortis ſœ-

De iis ad officium revocandis exercitæ cura.

fœdas furioſaſque cupidines expleviſſet, conſcientiæ ſtimulis e libidinum cœno excitata iterum ad eaſtra Eccleſiæ ſe conferebant: quibus benigne colligendis eorumque curandis vulneribus ſedulam operam dabat in Polonia Gneſnenſis archiepiſcopus Apoſtolicæ ſedis legatus: qui cum in clericis Eccleſiæ conciliandis expeditiorem rationem, in monachis impeditiorem reperiret, quod illi ad ſua monaſteria vel pudore vel metu ſodalium victi redire detrectarent, ſummum Pontificem conſuluit, quænam miſerorum vulneribus lethiferis medicamina admovenda eſſent, cui Clemens ad miſerendum pronior ſic reſpondit (*a*).

(a) Lib. brev. an. 1526. par. 1. p. 87.

Venerabili fratri Joanni archiepiſcopo Gneznenſi in regno Poloniæ Apoſtolicæ ſedis legato nato.

De monachis reducendis difficilis ratio viſa.

Pergratum fuit nobis ex literis fraternitatis tuæ intelligere, quo ſtudio, quave diligentia mandata noſtra contra Lutherana labe pollutos exequatur, ac plures tam tuæ, quam aliorum Germaniæ provinciarum clericos ſæculares & regulares in nefandam hæreſim Lutheranam prolapſos, & contra canonicas ſanctiones uxores habentes ad cor redire, ipſamque Lutheranam hæreſim ſponte abjurare ac uxores dimittere, & non ſolum privatam, ſed etiam publicam pœnitentiam agere paratos eſſe; nonnullos autem monachos præmiſſa facere velle, ſi cum eis, ut habitum ſui ordinis, quem temere dimiſerunt, reaſſumere non teneantur, ſed habitum presbyterorum ſæcularium deferre valeant diſpenſetur, &c. Commendat archiepiſcopi diligentiam in animabus e Lutherana hæreſi eruendis, ac petitis annuit, ut monachos apoſtatas publice hæreſi damnata presbyterorum ſimplice cultu permittat incedere, nec redire ad monaſteria cogat. *Datum Romæ die* XXIX. *januarii MDXXVI. pontificatus noſtri anno* III.

Permiſſum ut converſi ad fidem agant in ſæculari habitu.

CXXVIII. *In Suecia lapſi turpiter monachi & Sacerdotes.*

Major in Suecia, quam in Polonia clericorum, parochorum, & monachorum ad ſacrilegas nuptias concurrentium licentia graſſabatur; qui enim laicis prælucere continentiæ & religionis exemplo debuiſſent, fracti voluptatum illecebris Lutheranam hæreſim ſumma contentione propagabant, ut turpitudinem ſuam ſectatorum numero tegerent de quibus factus certior Clemens Lincopenſi & Aroſienſi epiſcopis provinciam dedit (*b*), ut quos poſſent a Lutherana hæreſi in Eccleſiæ ſinum revocarent: tum ampliſſima inſtruxit authoritate, ut omnibus cenſuris ſolverent: at in eos, qui in pertinacia & impietate obdureſcerent, legum ſeveritatem adhibere, & Guſtavi delecti Regis Sueciæ opem implorare juſſit.

(b) Id. ib. p. 186.

Venerabilibus fratribus Lincopenſi & Aroſcienſi provinciæ Upſalenſis regni Sueciæ epiſcopis.

Ad aures noſtras crebris multorum querimoniis eſt delatum, quoſdam in iſto inclyto Sueciæ regno plebanos, & parrochialium eccleſiarum rectores alioſque clericos & religioſos, quorum vita & religio cæteris exemplo eſſe debet ad recte pieque colendum Deum verum, ejuſque filium dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, uſque adeo immemores debiti & profeſſionis ſuæ in contrariam partem deflectere, ut impiam & damnatam doctrinam Lutheri celebrent; nam publice, ut nobis relatum eſt, connubia ineunt, & illicitos concubitus committunt: ſacer miſſæ ritus totus immutatur, aut totus intermittitur: ſacratiſſima Euchariſtia irreverenter ſumitur ſub utraque ſpecie: utriuſque ſexus homines ſine contritione, ſine confeſſione, ſine pœnitentia communicantur: baptiſmatis ſacramentum ſine ſacro chriſmate, oleo ſancto, aqua conſecrata, extra eccleſias in locis profanis & inhoneſtis abſque neceſſitate paſſim adminiſtratur: extrema unctio contemnitur, & petentibus denegatur, contra mandata Eccleſiæ, contra patrum & conciliorum decreta ſanctorum, primique ipſi, quibus animæ fidelium Chriſtianorum commiſſæ ſunt, illos ad ſequendum vexillum imperiumque ſathanæ pervertant, & in eorum eccleſiis publice prædicant; multiſque interjectis, quibus in hæreſis Lutheranæ ſectatores legibus agi jubet, ſubdit: *Volentes etiam, ut vos vel alter veſtrum, ubi ope, potentia, & brachio ſæculari opus fuerit, chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Goſtavum in ejuſdem regni electum Regem, necnon catholicos principes, milites, militares, ac cæteros nobiles dicti regni, quorum pro dignitate iſtius nationis, & pro virtute illorum copia eſt, requirere, ac illorum auxilium implorare, veſtraque atque eorum authoritate uti, & talem peſtem damnatam a grege dominico purgare ſtudeatis. Nos enim electum in Regem prædictum, principes, milites, militares, ac cæteros nobiles, in virtute Dei omnipotentis requirimus, & obteſtamur, ut hanc operam Deo dare, & illum honorem illamque poteſtatem omnis eminentiæ & omnis principatus quam ab ipſo largitore & domino acceperunt, in ipſius datoris gloriam, & ſuarum animarum perpetuam ſalutem, æternamque ſui nominis in cælo & in terra laudem exercere non poſtponant; ut Chriſti fides ſanctiſſima tot impietatis erroribus evoluta, patria autem eorum ſeditionibus, ſacrilegiis, cædibus liberata, ipſorum virtutem & merita apud omnipotentem Deum, ac in omnes gentes &* po-

Clementis planctus de concubinatu ſacerdotum & abrogato ſacrificio.

De Euchariſtia ſine confeſſione ſub utraque ſpecie porrecta.

Solicitatus Goſtavus Rex ut fidem catholicam tueatur.

Propoſita immortalitas gloriæ ex eo colligenda.

populos deferant, ac ubique locorum cum inſigni gloria teſtentur. Si vero prædicti, aut eorum aliqui a damnata Lutherana hæreſi ad cor & veritatem fidei redire voluerint, vobis & alteri veſtrum plenam facultatem concedimus, dummodo prædicti hæreſim ipſam abjurare, ac publicam ſeu privatam pœnitentiam, prout conſcientiæ veſtræ videbitur, agere voluerint, & id humiliter petierint, eoſdem benedicendi, abſolvendi, & orthodoxæ fidei, necnon ad famam & honores priſtinos reſtituendi, & in eo ſtatu, in quo erant, antequam ſimilia perpetrarent, reponendi, non obſtantibus, &c. Dat. Romæ die XIX. *ſeptembris MDXXVI. pontificatus noſtri anno* III.

cxxix. Guſtavus ob epiſcopis evectus ad ſolium conjurat in Eccleſiæ exitium.

Fruſtra contra Lutheranos Guſtavi Regis Sueciæ potentiam implorari juſſit; licet enim is maxime a præſulibus catholicis ad Suedicum ſolium evectus fuiſſet, ad Eccleſiam tamen evertendam conjuravit cum hæreticis, ſubornatus a quodam e familiaribus ſuis, qui ærarii difficultates pertimeſcenti perſuaſit, ut ex Lutheri dogmate eccleſiaſticorum opes invaderet, iiſque conjugii obtenta ſpecie ſcorta ſibi jungere permitteret: de cujus defectione hæc tradit Florimundus Raymundus (a) in libro de origine hæreſum: *Guſtavus Suedicæ coronæ uſurpator, quamvis ab epiſcopis & prælatis in occupando regno plurimum eſſet adjutus, catholicam tamen religionem mox profligavit, & Lutheranam ſubſtituit;* Et infra: *cum enim novus Rex multis undique difficultatibus circumſeptum ſe videret, cum Saxoniæ domo affinitatem contrahere ſtatuit, ducta in matrimonium Lauenburgici ducis ſorore, ut Germanorum armis & opibus ſe muniret: deinde totus in ærarii curam incubuit, at qui pecuniam belli nervum eſſe ſciret. His cogitationibus dies noctesque occupatum quidam a ſecretis monuit nihil opus eſſe ab extraneis pecuniam, exactis acerbius vectigalibus, cum ſumma invidia extorquere, ſupereſſe in regno rationes, quibus ærarium locupletari poſſet, ſi nimirum bona eccleſiaſticorum ei inferantur, relicto illis quantum ad vitam honeſte & frugaliter ſuſtentandam ſatis eſſet, & præcipuis procerum parte etiam aliqua inde deciſa, ut hoc objecto bolo os ipſis occludatur, & publica utilitas cum privata conjungatur. Hoc ille conſilio uſus, qui inſuper primos adoleſcentiæ annos in Germania exegerat, & Lutheranæ libertatis loturm deguſtarat, Lutheranis liberum aditum conceſſit, qui hactenus clam tantum irrepere ſoliti fuerant. Qui ſtatim incredibili ſtudio biblia in vulgarem linguam traducta, alioſque de religione tractantes libellos diſſeminarunt, ac magnum magiſtrorum ac pædagogorum numerum ſubmiſerunt, qui nobilem juventutem erudirent, ac non multo poſt e ſcholis ad templa tranſlati populum novam docerent religionem.*

(a) Raymun. l. 4. c. 15.

Subornatus a Politico ut opes eccleſiaſticas invaderet.

Lutherani Sueciam inficiunt.

Epiſcopi Sueci meretriculas ſibi thoro jungunt.

Secretarius ille, a quo conſilium iſtud Regi ſuggeſtum fuiſſe diximus, unam ex præcipuis eccleſiaſticis dignitatibus a Rege obtinuit, ac Lutheranorum res deinceps valde promovit, ducta etiam publice uxore, ut ſuo exemplo cæteros ad idem faciendum incitaret, nequaquam irrito conatu; quandoquidem non pauci eodem pruritu inſtigati de ejuſmodi ſupellectili domibus ſuis proſpexerunt. Certiſſimum tum inter eccleſiaſticos recte intellecti evangelii habebatur argumentum uxorem ducere, adeo ut matrimonium inſtar tau illius, quo fideles obſignati leguntur & pignus veræ religionis haberetur, quam nemo recte poſſet intelligere, niſi qui, ut alter Numa Ægeriam haberet. Quamprimum quis cum Eccleſia divortium fecerat, ſtatim uxorem ducebat: & ut in ſchedis, quas penes me habeo perſcriptum eſt, in ſignum relictæ Eccleſiæ cogebantur uxores ducere. Dici non poteſt quam multæ tum paſſim toto regno infames & inceſtuoſæ, ac Deo atque hominibus inviſæ nuptiæ celebratæ fuerint. A fidedignis proditum invenio, Stocholmienſem archiepiſcopiſſam magnum ranarum numerum primo partu, & aliam pro infante cercopithecum enixam eſſe. In tanta tamen confuſione ac fœditate, tantiſque diaboli mundi & carnis tentationibus, virginum Deo dicatarum conſtantia mirifice eluxit, quæ nec precibus, nec promiſſis, nec voluptatibus, nec miſeriis ac paupertate, ad quam redactæ fuerant, a ſanctiſſimo perpetuam caſtitatem conſervandi propoſito dimoveri potuerunt, ut Poſſevinus teſtatur.

Ductum ſcortum deſertæ religionis pignus.

Portenta ex inceſtis nuptiis orta.

Plures moniales vicere epiſcopos fidei conſtantia.

Prolapſam in hæreſim magnam Suecorum multitudinem ob impias de religione diſceptatiunculas publice habitas, teſtatur Olaus Magnus (b), cum ſpretis ſanctorum patrum & conciliorum decretis vulgus ignarum adhiberetur, ut de ſacroſanctis myſteriis, quæ humanæ mentis faſtigium tranſcendunt, ſententiam ferrent, atque ab hæretico concionatore eloquentia florente in errorem impellerentur; quam ille corruptelam graviſſimis ſententiis damnat: *Decet*, inquit, *ſalubriter decreta ſtabili firmitate perpetuo fore permanſura; non enim omnium eſt, teſte Gregorio Nazianzeno, publice & ſemper de Deo contendere, diſputare, vel exquirere naturam; nec ita vilis eſt ſacræ ſcripturæ ſermo, ut vulgo indocili & homunculis reptantibus adhuc pateat, immo nec ſemper, nec omnia, nec omnibus, nec ab omnibus ſunt proferenda; ſed eſt & quan-* cxxx.

(b) Olaus Magnus l. 16. c. 33.

Vid. ibi cap. 32. de anarchia hæreticali.

& quando, & quibus, & in quantum, & eorum, qui ingenium atque induſtriam ſumpſerant in diſciplinis ſpeculativis, atque eorum, qui norunt, amoris corporalibus incorporalia & ſpiritualia conſpicari. Tueri conatus eſt magno ardore & conſtantia fidem catholicam Joannes deſignatus archiepiſcopus Upſalenſis, circumventuſque calumniis a Lutheranis apud Goſtavum Regem in arcem Holmenſem, ut judicium ſubiret vocatus eſt, probriſque exceptus, quod Lutheranis adverſaretur, expoſuit Lutheranos eſſe, qui regium nomen infamarent, regnumque everterent; ſilereque juſſus in monaſterium S. Franciſci amandatus eſt, addito imperio, ne inde excederet. Ut vero tentata ſit a Laurentio Andræa, qui Regem corruperat, ejus conſtantia deſcribit Joannes Magnus (*a*): *In eo loco conſtitutum ſæpe adiit magiſter Laurentius Andreæ hæreticus importuna perſuaſione conſtantiam animi ejus ſuperaturus, ut regio voto obtemperans Lutheranam doctrinam, quam evangelicam vocabat, toti patriæ prædicandam amplecteretur, habiturus ob id majores favores & privilegia & proventus quam ullus antea archiepiſcopus: hæc importunius quam efficacius ſuadenti reſpondit legatus, ſe nequaquam vitam ſuam aut patriam tanti æſtimare quod propter hanc vel illam veræ religionis deſertor eſſe velit; quid enim prodeſſet univerſum mundum lucrari & animæ ſuæ detrimentum pati: ſi tamen inquit in voto Regis eſt me perpetuo exilio damnare, damnet:* Domini eſt terra & plenitudo ejus; *ſi me per medium ſecare voluerit, ſecet, Eſayam habeo in exemplum: ſi in pelagus me projici jubeat, Jonam reminiſcor: ſi me lapidare voluerit, lapidet, Stephanus mecum eſt Protomartyr: ſi caput auferre, auferat, habeo Joannem Baptiſtam ſimili violentia trucidatum: ſi facultates diripere, diripiat, Nudus ingreſſus ſum mundum & nudus revertar in terram.* Hoc reſponſo audito Goſtavus Rex ad ſaniorem mentem non rediit, ſed pulſo ſancto archiepiſcopo, quem impium papiſtam vocavit, pſeudoevangelii Lutherani concionatorem inſtituendum decrevit.

Joannes archiep. Upſalenſis tuetur fidem.

(*a*) *Joan. Magn. de vit. Pont. Upſal.*

Vexatur a Goſtavo Rege.

Intentatæ illi minæ.

Dignum conſtante præſule reſponſum.

CXXXI. In Gallia habitæ ſunt hoc anno plures ſynodi ad eam ab hæreſibus vindicandam, cum plures grammatiſtæ excolendæ politioribus literis juventutis ſpecie e Germania contaminati hæreſi irreperent: editumque eſt in provinciali ſynodo Turonenſi ſanctiſſimum hoc decretum: (*b*) *Invigilent ne aliquibus in collegiis aut ſcholis hæretici aut de hæreſi ſuſpecti præponantur; & ſi qui ſint præpoſiti, implorato Regis Chriſtianiſſimi auxilio expellantur.* In Carnotenſi etiam ſynodo plures piæ ſanctiones pro aſſerenda orthodoxa fide editæ (*b*), atque in primis reprimi juſſi, qui concionatoris munus in eccleſiis non miſſi ab epiſcopis ſibi arrogabant, errorëſque ferendæ religionis ſpecie ſpargebant. Vetiti ſunt (*c*) parochi in ſacro evangelio populis exponendo libris in Germania typis impreſſis, ni prius recogniti forent, uti, ſed e ſanctorum patrum voluminibus doctrinam delibare. Juſſi etiam diligenter commiſſos ſibi populos admonere, ut ſi quem librum ad fidem vel mores ſpectantem a viginti annis editum haberent, ne legerent antequam ejus doctrina ab Eccleſia eſſet excuſſa. Vetiti quoque hujuſmodi libri in lucem proferri, vel divendi, ni prius ad epiſcopum perferrentur.

(*b*) *Synod. Turon apud. Bochell. l. 5. dec. Eccleſ. Gallic. tit. 14. c. 12.*

Synodi in Gallia ad præcludendum hæreſi aditum.

(*c*) *Synod. Carnoten. apud eund. l. 1. tit. 3. c. 27. Ibid. tit. 10. c. 7. p. 95.*

CXXXII. Ne autem ſimplices homines ac mulieres in ſacro cultu ab impoſtoribus deciperentur hoc prolatum eſt decretum (*d*): *Quia multorum fida relatione didicimus, ſimplicem populum aliquando levi aſſertione miraculorum, aut pro novi reputatione ſancti ad unum & alterum locum concurriſſe, candelas, panes & alia vota obtuliſſe, ut credulæ plebi & populo nobis commiſſo adverſus hujuſmodi abuſus conſulamus, diſtricte prohibemus, ne quis poſthac miraculum de novo factum prætendat, neve etiam intra aut extra eccleſiam titulum, imaginem, vel picturam prætextu novi miraculi, aut pro reputatione novi & incogniti ſancti erigat, figat, vel ponat, aut populi concurſum in miraculi gratiam & venerationem recipiat, niſi prius cauſa cognita quid ſentiendum tenendumque ſit a nobis decretum fuerit.*

(*d*) *Lib. 4. tit. 6. c. 1.*

Ne miracula divulgentur facta ſine epiſcopali judicio.

INDEX
IN TOMUM TRIGESIMUM PRIMUM
ANNALIUM ECCLESIASTICORUM.

A

ABACELLANA Eccleſia illius in Zuinglianiſmum & ex Zuinglianiſmo in Anabaptiſticam impietatem prolapſæ triſtis facies, 1526. CXIX. Fœminæ a dæmone illuſæ paſſim pſeudoprophetiſſas agunt, ibid. Inter alias impudentiſſima ſe dicit Meſſiam, ibid. Creat Apoſtolos ad prædicandum id deliramentum, ibid. Probare id nititur ex ſcriptura ſacra, ibid.

Achomates Baſſa Ægypti præfectum petitus in Solimannum rebellat, 1524 LXXVI. Promiſſa illi auxilia a Clemente, ibid. Abrahimus Baſſa in eum immiſſus a Solimanno, LXXVII. Tranſfugientibus ad hoſtem Turcis capitur atque interficitur, ibid.

Adrianus Vid. Hadrianus.

Adulterium: Communes habent uxores Anabaptiſtæ, 1523. LII. Vocatur adulterium ab Anabaptiſtis opus miſericordiæ, 1523. LII.

Adurni pelluntur Genua a Fregoſiis, 1513. XXX. Fregoſios infeſtant, 1515. XIII. Eorum manu dedita Gallis Genua, XIV.

Ægidius Auguſtinianorum magiſter decretus a Leone ad Maximilianum Legatus, 1515. XXXVI. Cardinalis creatus, 1517. CI. Decernitur legatus in Hiſpaniam ad Carolum V. ut eum ad Sacrum contra Turcas bellum concitet, 1518. XXXVII.

Ægidius Gonzalus Hiſpanus dux Americæ provincias luſtrat armatus, 1522. XC. Duo & triginta barbarorum millia a ſacerdotibus baptiſmo initianda curat, ibid. Et alia novem millia, XCII. Humana ſacrificia tollit, XCIII. Idola abolet, XCIV. Cruces in ſubactis barbarorum locis ſolemni ritu erigit, 1522. XCV. Docet Americanos, ut ad crucem Deum precentur, ib.

Ægyptius Sultanus: Vid. Campſo Sultanus Ægyptius.

Æternitas mundi aſſerta ab impiis philoſophis, 1513. XIII. Damnati in concilio Lateranenſi, ib.

Æthiopia orientalis crucis ſigno in cœlo apparente Luſitanis oſtenſa, 1513. CXIX.

Æthiopum Imperator, & Æthiopes: Miſſa ad eos a Leone X. Legatio, 1514. CII. Alia ab Æthiopum Imperatore ad Leonem miſſa legatio, CIII. Appellat de fœdere in Mahometanos Pontificem, & Regem Luſitaniæ, ib. Queritur Chriſtianos diſſidere eum Mauri concordes ſint, ibid. Abyſſini imperii deſcriptio, CIV. Æthiopum mos in caſtris metandis, CV. Templa & monaſteria apud eos extructa magnificentiſſime, ibid. Abyſſinorum Regum eorum ſuperbia, ibid. Abyſſinorum ſive Æthiopum errores, CVI. Æthiopes nudis pedibus ingrediuntur in Eccleſiam, CVII. Æthiopum Rex perperam Epiſcopos creat, ibid. Mittit oratores ad concilium Lateranenſe, 1516. VI.

Aladulus Tauri & Antitauri Rex ejectus acie a Selimo ac necatus, 1515. LIV. Illius filius ad Ægypti Sultanum ſe confert, ibid.

Albertus Friderici principis Brandeburgenſis filius cruciferorum magiſter bellum gerit cum Polonię Rege, 1513. XXXIII. Suſceptum ejus Patrocinium a Maximiliano Cæſare, XXXIV. Cum Sigiſmundo Rege fœdus init, XXXV. Quibus legibus, XXXVI. Negat ſervare pacta, XXXVII. Monetur a Pontifice ut ſervet fœdus, ibid. Baſilium Moſchoitarum ducem concitat in Polonum, XXXVIII. Inter eum, & Poloniæ Regem Carolus V. interpretem agit, 1520. LXIX. In crimen violatæ pacis adducitur a Poloniæ Rege, LXXIII. Religioſum Pruſſiæ principatum in Sæcularem convertit, 1526. CXXI. Monetur Carolus V. a Clemente ut tanto malo occurrat, ibid. Poloniæ Rex Sigiſmundus apoſtatam in clientelam accipit, CXXI. Nefanda cum eodem ejus tranſactio, ibid. Epiſcopatus invadit, CXXII.

Albertus Archiepiſcopus Moguntinus idemque Cardinalis exorta inter Lutherum ac prædicatores diſſidia initio ſopire negligit, 1517. LIX. Cardinalitia dignitate inſignitur a Leone X. 1518. LV. Quo ritu Cardinalitia inſignia illi collata fuerint, LVII. Illius oratio in comitiis imperii pro evehendo Carolo V. ad imperium, 1519. XIV. Inculcat opus præpotenti Cæſare cum Saxones, & Helvetii deficiant ab Eccleſia, XVII. Renuntiat Carolum V. a ſeptemviris electum Cæſarem, 1519. XXV. Sacerdotes nuptias affectantes coercet, 1521. LIII. Convitia illi intentat Lutherus modeſte, & pie reſpondet hæreſiarchæ, ibid. Sollicitatur a Luthero ut deficiat a fide catholica, 1525. LIV. Contemnit impudentem hæreſiarcham, ibidem.

Albertus Pius Carporum princeps oratorem Franciſci I. Gallorum Regis apud Clementem agit, 1524. XX. Cum eo Clemens agitat, ut Franciſcus vires jungat ad extinguendam hæreſim Lutheranam, ib.

Alexander de Cæſarinis Romanus creatus Cardinalis, 1517. CI.

Alexander de Farneſio Cardinalis S. Euſtachii in Pontificatu dictus Paulus III. decernitur legatus ad Imperatorem pro eo ad Turcicum bellum incitando, 1518. XXXVII. Eo nimium cunctante mittitur Thomas de Vio Cardinalis, LIV.

Alexander Stuardus Albaniæ dux eo abſente in Galliis nonnullorum conſilio Rex Scotiæ ejus tutelam abjicit, & ſe conjungit Anglis, 1524. LXXXV. Expeditionem infelicem in regnum Neapolitanum ſuſcipit, LXXXI. Diutius in Etruria ad emungendum aurum hæſit, LXXXIII.

Alfonſus Albuquerquius Indiæ prorex dum errat in erythreo mari, & portum Æthiopiæ quærit crux purpurea cælo nitens eum oſtendit, 1513. CXIX. Publica documenta de prodigio confecta mittit ad Emmanuelem Regem, ibid. Adenam oppugnat, CXX. Ob militarem ordinem non ſervatum repellitur, ibid. Incendit infidelium naves, CXXI. Lue dira corripitur ejus exercitus, ibid. In ſinus Arabici faucibus crucem erigit, ibid. Succen-

dit

dit Zeilæ portum, *ibid.* In eum Sultanus Ægyptius & Indiæ Reges conjurant, CXXIV. Armuziæ Regem vectigalem conſtituit, 1515. LVI. Vocatur in invidiam apud Regem Luſitaniæ, *ibid.* Pie obit, *ibid.* Ejus elogium, *ibid.*

Alfonſus Petrutius patria Senenſis adminiſtrator Suanenſis factionem juniorum pro eligendo Pontifice juvene Leone X. promovet, 1513. XV. Inepte Clamat vivant vigeantque juniores, *ibid.* Franciſco Mariæ Roboreo ſtudet, ut principatum Urbini recuperet, 1517. LXXXIX. A Medicea factione Senis pellitur, & bonis multatur, *ibid.* Conflat in Leonem X. varias conjurationes, *ibid.* Senatum ſtatum convellere molitur, *ibid.* Salubria illi a Leone ſuggeſta conſilia, XC. Ea ſpernens truditur in carcerem, *ibid.* Exauctoratus laqueo præfocatur ob paratum Pontifici venenum, XCVI.

Alfonſus dux Ferrariæ ab Hadriano VI. in gratiam receptus, 1523. CVIII. Veniente in Italiam Gallico exercitu deficit a Clemente VII. CXX Mutinam fruſtra tentat, *ibid.* Rhegium Rubieramque occupat, *ibid.*

Alfonſus Luſitaniæ regiæ princeps ſeptennis creatus Card. 1517. CI.

Alfonſus Davalus Piſcariæ Marchio Hiſpani exercitus dux deſulos Genuenſes ſpecie fœderis expugnat, atque capilat, 1522. XIV. Succenſet illi Carolus V. *ibid.* Cum Carolo Borbonio duce Galliæ & Navarræ Reges capit, 1525. LXXX. Proditionem molitur adverſus Carolum V. LXXX. De eo ad regnum Neapolitanum evehendo agitatum, *ibid.* Participes proditionis cujus author erat prodit, & Mediolanenſem arcem obſidet, LXXXIX. Paulo poſt mortem oppetit, *ibid.* Ait Carolus V. finxiſſe illum proditionem, quo detegeret Italorum conſilia, 1526. XXVII.

Algerium a Barbaroſſa pirata occupatum, 1516. XLVII. Algerio Hiſpani propulſati magna clade, *ibid.*

Aloyſia Franciſci I. Gallorum Regis: mater Leonis X. ad eam Literæ, 1515. XXXI. Sollicitatur a Leone X. ut Franciſcum I. Regem Gallorum incitet ad ſacrum bellum in Turcas, 1519. LXI.

Aloyſius de Rubeis Florentinus creatus Cardinalis, 1517. CI.

Amarottus eques Luſitanus furens invidia in Philippum Rhodiorum equitum principem Solimannum concitat ad expugnandam Rhodum, 1521. CXXII. Fugam meditantem Solymannum retinet, XXVI. Tantos conſcentiæ æſtus patitur, ut cuperet animam ſuam a dæmone devorari, *ibid.* Detecto ſcelere ſupplicio afficitur, *ibid.*

Americani debellati ab Hiſpanis, 1513. CXXXIX. Opinantur noſtros habere fulmina in manibus, *ibid.* Tellantur numen ſodomitis infenſum, *ibid.* Vexantur ab Hiſpanis indigne avaritia ardentibus, CXL. Epiſcopatus quinque in America conditi, 1514. CX. Aliqua mira in America reperta, *ibid.* America ſeptemtrionalis perluſtrata a Cabotto, 1515. LXIII. Americani plures baptiſmi ſacris initiati, 1516. CXVIII. Perluſtratæ ab Hiſpanis eorum inſulæ, 1518. CLXXI. Pueros puellaſque immolabant dæmonibus, 1518. CLXXII. Horrenda eorum laniena, *ibid.*

Amſdorfius Lutheri aſſecla ſectam conflat quæ tenet bona opera ad ſalutem eſſe perniciosa, 1521. X. A Luthero incitatur, ut in Chriſti Eccleſiam conſurgat, XLV.

Anabaptiſtæ: Eorum exordia, 1522. LIII. Falſa eorum axiomata, *ibid.* Qui fuerint eorum authores, *ibid.* Parvulos baptizatos fide habituali privant, LIV. Refelluntur, *ibid.* Baptiſmum pueris conferendum traditione conſtat, *ibid.* Eodem argumento quo Anabaptiſtæ conficiuntur cæteri debellantur hæretici, *ibid.* Anabaptiſtarum uxores communes, 1523. LII. Negant adulterium eſſe peccatum, ſed miſericordiæ opus, *ibid.* Anabaptiſtæ plebem Germanicam in rebellionem concitant, 1525. IV. *& ſeqq.* Anabaptiſtæ Tiguri exorti, 1525. LXI. Sacerdos apoſtata arreptus a dæmone ſe rebaptizari poſcit ſocioſque ad rebaptiſmum inducit, *ibid.* Zuinglium tentant, ut ſe illis conjungat, *ibid.* Jactant ſe conſtituturos Eccleſiam impeccabilem, *ibid.* Fingunt quoſcumque habeant motus animi eos eſſe a Spiritu Sancto, *ibid.* Sola traditione convinci a Zuinglio potuere, *ibid.* Falſo vaticinantur inſtare diem judicii ac prædicant perverſiſſimam pœnitentiam, *ibid.* Vitæ ſpiritualis ſpeciem prætexebant homines nequiſſimi, *ibid.* Pelluntur Tiguro a Zuinglio, LXII. Vocant Zuinglium Sathanæ mancipium, *ibid.* Beatos ſe, & ſanctos, & peccati expertes jactant, *ibid.* Cenſet Zuinglius eos aquis mergendos, *ibid.* Impudicitiam ſpecie ſanctitatis obtegunt, *ib.* Negant parendum magiſtratui, *ibid.* Pulſi Tiguro vicinas urbes, & vicos inficiunt, LXIII. Viſis diabolicis illuſi deludunt alios, *ibid.* Arreptos ſe a dæmone oſtendunt, *ibid.* Falſa vaticinantur de proximo Chriſti adventu, *ibid.* Fingunt ſe peccati expertes, *ibid.* Et Apoſtolorum imitatores, *ibid.* Muſi a dæmone ajunt miſſos ſe a Deo, *ibid.* Proſtrati in terram a dæmone, cœlum conſcendiſſe gloriantur, *ibid.* Urgentur, ut probent miraculo ſe a Deo miſſos, LXIV. Ficta edunt miracula atque Helvetios ſimplices deludunt, *ibid.* Aucti numero latrocinia exercent, *ibid.* Vi armata diſſipantur, *ibid.* Anabaptiſtæ objungantur ab Œcolampadio quod traditiones non admittant, 1526. CXVIII. Eum Scripturæ ſenſum ſequendum, quem docent Sancti Patres, non quem ſibi quiſque fingit, *ib.* Jactant ſe purum tenere verbum Dei, ac præferre illud dictis Sanctorum patrum, *ibid.* Repulſi per Baſileæ vicos diſcurrunt & diabolicam pœnitentiam prædicant, *ibid.* Eorum princeps a Michaele Archangelo ſe miſſum mentitur, *ibid.* Pagos inficiunt, *ibid.* Jactant ſe Apoſtolorum vitam ſectari, *ibid.* Nonnulli ex his negant Chriſti divinitatem, *ibid.* Fœminæ Anabaptiſticæ pſeudoprophetiſſas agunt, CXIX. Jactant ſe illuminatas a Spiritu Sancto ac in cœtu anabaptiſtarum docent quæ Scripturæ ſit interpretatio tenenda, *ibid.* Fœmina Anabaptiſtica dicit ſe eſſe Meſſiam, *ibid.* Textor ſe pollere dono interpretandæ Scripturæ gloriatur dein ignorantiam fatetur, *ibid.* Anabaptiſtæ illuſi a dæmone, ac fratri præcidentis caput crudele exemplum, *ibid.* Arreptum ſe a dæmone oſtendit, *ibid.* Adulteria patrant Anabaptiſtæ divini mandati ſpecie, CXX. Crudele facinus Anabaptiſtæ credentis ſuggeſtiones ſuas eſſe a Spiritu Sancto, *ibid.*

Andreas de Valle Epiſcopus Melitenſis creatus Cardinalis a Leone X. 1517. CI.

Andreas Carloſtadius Archidiaconus hæreſiarcha amici Lutheri patrocinium ſumit, 1519. XXXVII. Negat vim liberi arbitrii in bonis operibus, *ibid.* Victus a Joanne Eckio theſim revocat, XXXVIII. A Luthero cujus patrocinium acceperat, exagitatus poſtea atque in exilium pulſus, XLVI. A Luthero invitatur ut conſurgat ad calcandam Eccleſiam, 1521. XLV. Ex Lutheri ſcriptis, quibus literas damnarat deſerit ſtudia, & agricolam agit in Wittembergenſi agro, 1522. XXIX. Ejicitur a Luthero ex Wittembergenſi ditione, *ibid.* Edit libros ſex adverſus Euchariſtiæ veritatem, 1522. XXXIII. Confuſus a Luthero eos revocat, *ib.*

Conciliatur Luthero, qui illum gladio addixerat, *ibidem*. Concubinæ opera ne exulare cogeretur e Saxonia redintegrat amicitiam, *ibid.* Reſilit, & per Evam ſuam ſeductam ſe conqueritur, *ibid.* Prophanat Euchariſtiam & Sanctorum imagines diffringit, *ibid.* Atheum fuiſſe teſtatus Lutherus, quo morbo ſe laborare profeſſus eſt, XXXIX. Succenſet illi Lutherus, quod tanta Scelera ſine ejus authoritate patrarit, XL. Doctrinam ſe a vim ſtatura humana majori nempe a dæmone accepiſſe ait, XL. Mores componit ad hypocriſim, *ibid.* Idiotas in ſcriptura interpretanda præfert Sanctis patribus, *ibid.* Conjungit ſe Nicolao Pelargo dæmonum revelationibus illuſo, *ib.* Accuſatur a Melanctone fuiſſe Anabaptiſtarum parentem, LIV. Primus inter Sacerdotes palam docere concubinam auſus, 1513. LXXIV. Scortæ Lutherani impiam miſſæ formulam de eo concinnant, ac in beatorum numerum falſo ipſum aſcribunt, 1523. LXXIV. Aſininæ carnes pro cervinis in illius nuptiali convivio appoſitæ, *ibid.* Lutheri opera in exilium pellitur, LXXV. Ex theologo & archidiacono præ inopia arare cogitur, LXXV. Vana ejus felicitas in calamitatem verſa, *ibid.* A Luthero pulſus Argentinam ſe confert, 1525. XLV. Facta ab eo impia interpretatio verborum Chriſti de Euchariſtia, XLVII.

Andreas Foxenſis dux dictus Leſparreus expeditionem in Navarram ducit, 1521. XCVII. Pampelunam recipit, *ibid.* Dum Juliobrigam obſidet funditur, & capitur ab Hiſpanis, CII. Navarra dein amiſſa, *ibid.*

Angeli : Prædicit Angelus Mexicanis humana ſacrificia brevi abolitum iri, & imperium ad aliam gentem transferendum, 1521. CXXX. Matthæum Baſſium authorem Cappucinæ religionis deducit Angelus ad Clementem VII. 1525. CIV.

Anima humana : Damnati in Lateranenſi concilio, qui unicam in omnibus animam effutiunt, 1513. XCII. Damnati qui mortalem aſſerunt, *ibid.* Anima militis extincti carinam navis pulſat, & cur, CXXI. Quid ſentiendum de ſtatu animæ ſeparatæ, 1518. CXXXII. Illius immortalitas cognita a barbaris, 1525. CII.

Annatæ : de annatis movent injuſtam quæſtionem Germanici imperii ordines, 1522. VIII. Carolus V. eas ab Hadriano efflagitat pro perdendorum hæreticorum præmio, 1522. LV. Negat Hadrianus VI. LVIII.

Antichriſtus : Vetiti concionatores tempus illius adventus præfigere, 1516. X.

Antiochenus Patriarcha mittit oratores ad concilium Lateranenſe, 1516. VI.

Antoninus Archiepiſcopus Florentinus : De eo in Sanctorum albo collocando actum, 1519. LXXXVI. In cœlitum numerum adſcriptus, 1523. XCV. Ut carnis delitias domuerit, XCVI. Coactus Epiſcopatum ſuſcepit, *ibid.* Pauperum amantiſſimus pater extitit, XCVII. Pontificibus ob ſanctitatem Chariſſimus, *ibid.* In vitiis emendandis fuit acerrimus, *ibid.* Annum ſui obitus dio ante prædixit, XCIX.

Antonius Saldagna Luſitanos Maldivas inſulas Luſitano adjicit imperio, 1519. LXIV.

Antonius Acunius Epiſcopus Zamorenſis rebellium ducem ſe conſtituit, 1520. LXXII. Toletum occupat, *ibid.* Se intrudit in Toletanum Archiepiſcopatum, *ibid.* Intentatæ illi Leonis X. juſſu cenſuræ, *ibid.* Prælio frangitur, 1521. XLIX. Dum fugam tentat capitur, CII. Damnatur perpetuo carcere, *ibid.* Præfecto arcis caput elidit proditione, *ibid.* Ob crimen necatur, *ibid.*

Antonius Leva Hiſpanorum dux Mediolanenſem civem, quod ab eo non eſſet ſalutatus obtruncat, 1526. XII. Concitata inde graviſſima ſeditio, *ibid.*

Antuerpia divino miraculo ſudoris Anglici morbo liberata, 1526. XIII.

Apoſtatæ : Conſtitutæ in apoſtatas pœnæ, 1524. XXXIII. Apoſtatæ Sacerdotes, & monachi hæreſim propagarunt, 1525. XXXI.

Aqua luſtralis ſeu benedicta reprimit dæmonis furorem, 1524. L.

Aradinus : *Vid.* Haradinus.

Argentinenſes : Iis ſignificat Lutherus ſe ex odio in Pontificem hæreſim confinxiſſe, 1525. XLVI.

Ariminum iterum recuperatum ab Hadriano VI. 1523. CVIII. Pulſo Sigiſmundo Malateſta a Lautrechio Clementi VII. reſtitutum, *ibid.*

Armuziæ Rex Luſitanorum vectigalis conſtitutus, 1515. LVII.

Arzila a Mauris oppugnata, 1516. CII. Defenſa a Luſitanis, *ibid.*

Aſtrologi : Eorum ineptiæ in exequiis celebrandis apud Sinenſes, 1516. CXII.

Avaritia : Duodecim centena millia Jucainorum conſumpta in auri fodinis ab Hiſpanis, 1525. XCVI.

Auguſtanus conventus : Quænam in conventu priore agitata fuerint contra Turcas, 1518. IV. & *ſeq.*

Auguſtinus Trivultius creatus Cardinalis, 1517. CI.

Aurum : Miſera ſors Hiſpanorum illud anxie quærentium, 1513. CXL. Americani ferrum auro præferunt, 1516. CXVIII. Ex auro conflant arma, 1518. CLXXIV.

Azamora expugnata a Luſitanis, 1513. CXXXI. Emmanuelis Regis de parta victoria ad Leonem literæ, CXXXIV.

B

BAccalai perluſtrati, 1515. LXIII. Quando reperti a Caboto, 1525. XCVII.

Badenſis cœtus : In eo de religione certatum, 1526. XCVIII. Zuinglius ad eum accedere non auſus præſentibus doctoribus catholicis, *ib.* Sophiſmata hæreticorum a Joanne Eckio diſſoluta, *ibid.* Helvetii decreta ſciunt tunc pro fide catholica, CIII.

Bandinellus de Saulis Cardinalis : *Vid.* Bernardinus Bandinellus.

Baptiſmus : Impie Lutherus peccatum remanere poſt baptiſmum contendit, 1520. LIII. Rebaptizatio inducta ab hæreticis, 1522 LIII. Pueros habituali fide baptizatos privant Anabaptiſtæ, 1522. LIV. Baptiſmum pueris conferendum traditione conſtat, *ibid.* Reiteratus a Lutheranis ruſticis, 1525. XIV. Germanicis tantum verbis conferendus fingitur, *ibid.*

Baſileenſe conciliabulum poſt tranſlationem damnatur, 1516. XXV. Deſcivit ab inſtitutis SS. Patrum, *ibid.* Baſilius Moſcovitarum dux irrumpit in Lithuaniam, 1519. LIX. Ejus exercitus divino miraculo fuſus, *ibid.* De ſchiſmate ejurando conſilia agitat, LX. Zacharias Gardienſis Epiſcopus a Leone X. ad eum miſſus, *ibid.* Leonis X. ad eum officioſæ literæ, *ibid.* Deficit a cœptis Baſilius, LXI. Eximiam voluntatem redintegrandæ cum Romana Eccleſia conjunctionis præ ſe tulit, 1524. LXXI. Clementis VII. ad eum literæ, *ibid.* De fœdere in Turcas ineundo agit, LXXIV.

Belgradum captum a Solymanno, 1521. CXXII.

Bellum contra Turcas gerendum negant novatores, 1518. LXXVII. & *ſeq.* Refelluntur eorum argutiæ, *ibid.* Ut liceat bello impios evertere, LXXX. Bella Chriſtianorum cum

Ma-

Mahometanis a S. Joanne expreſſa, LXXXI. Vult Lutherus, ut Chriſtiani a Turcis ſe profligari ſinant, LXXXIV.

Bengalenſes : Eorum mores, 1518. CLXX.

S. Benno : Ejus natales, 1523. LXXXIX. Geſta ab eo facta munera, *ibid.* Pontificias partes contra Cæſarem tutatus eſt, XC. In Cæſarem & Marchionem Miſniæ anathema promulgavit, XC. Claves Eccleſiæ in flumen projecit, *ibid.* Reverſus e concilio captus, *ibid.* Reſtitutus Miſnenſi Eccleſiæ, *ibid.* Claves illius repertæ in piſcis ventre, XCI. Divinum cultum auget, *ibid.* Calcat flumen ſicco pede, *ibid.* Aquam vertit in vinum, *ibid.* Fontem ex arente terra elicit, *ibid.* Viſus eodem tempore in duobus locis, *ibid.* Tuetur jura Eccleſiæ, XCII. Percuſſus alapa a principe prædicit illi cœleſtem ultionem, XCII. Pia ejus mors, *ibid.* Illius vaticinium completum poſt mortem, XCIII. Poſt mortem jura tuetur Miſnenſis Eccleſiæ, *ibid.* Veſtigia ejus pedum in duobus locis ſervata, *ibid.* Ejus veſtes ſacræ poſt ducentos annos in terra, integræ ſervatæ, *ibid.* In decernendis illi ſanctorum honoribus, qui ritus adhibiti, XCIV. Blaſphemas in eum voces Lutherus fundit ac refellitur, *ibid.*

Bernardinus Carvagial Cardinalis tit. S. Crucis ſe ſubmittit concilio Lateranenſi, 1513. XLII. Veniam erroris poſcit, *ibid.* Leo clementia in eum utitur, XLIV. Quo cultu palatium ſit ingreſſus, XLV. Quibus verbis veniam popoſcerit, XLVI. Datam ſacramenti formulam altiori voce repetere ſubterfugit, *ibid.* Fredericus Sanſeverinas vicem ejus explet, *ibid.* Reſtitutus illi cardinalitius cultus, XLVII. Pia verba Bernardino inter amplexus a Leone dicta, XLVII. Quæ pœna ad expiandum ſchiſmatis crimen illi impoſita, XLVII.

Bernardinus Bandinellus de Saulis Cardinalis ut conflatæ in Leonem X. conjurationis particeps conjectus in carcerem, 1517. XCI. Priſtinæ dignitati reſtituitur, XCVIII. Leonis X. in eum clementia, XCIX.

Bernardus Bibiena creatus Cardinalis a Leone X. 1513. LXXXIII. Decernitur Legatus ut Franciſcum Gallorum Regem ad ſacrum bellum concitet, 1518. XXXIX. Ejus monita ad Franciſcum I. pro ſuſcipiendo bello Turcico, 1518. CL. Pium Franciſci reſponſum, *ibid.*

Bernardus Rotmannus pſeudopropheta Monaſterienſes inficit, 1524. LXI.

Bituricenſis conventus pragmaticæ author, 1516. XXIII. Deſcivit a Sanctorum Patrum inſtitutis, XXV. Corruptelæ ejus damnatæ, XXVI.

Biartæ : Ejus expugnandæ amiſſa occaſio, 1516. LII.

Blaſphemi : Pœnæ iis propoſitæ, 1514. XXIX. Judices non animadvertentes in blaſphemos arguunt, vel denunciant, *ibid.* Horrenda Lutheri in divinam juſtitiam blaſphemia, 1517. LXXII.

Bonifacius Ferrerius Epiſcopus Hipporegienſis creatus Cardinalis, 1517. CI.

Boniſacius Hamelenſes divinitus liberat, 1520. LXVIII.

Bonivetus Gallus princeps Franciſcum I. ad bellum incitat, 1519. XXXII. Sibi mortem, Franciſco ſervitutem Chriſtianis mala ingentia parit, *ibid.* Fontarabiam recuperat, 1521. CVII. Author eſt Franciſco I. belli gerendi cum Carolo V. *ibid.* Peſſimi conſilii malum præmium recipit, *ibid.*

Briaia recuperata a Venetis, 1516. LXXX.

Bucerus apoſtata Franciſcum Sichingiam impellit ad Lutheranam hæreſim armis propagandam, 1524. XLII.

Buda expugnata a Solymano, 1526. VI.

Burgundiæ ducatus promiſſus a Franciſco I. Carolo V. pro redimenda libertate, 1526. III. Poſtea negatus ab eodem cum liberatus eſſet, *ibid.*

C

CAbottus Americam ſeptentrionalem perluſtrat, 1515. LXIII. Bachalaos reperit, 1525. XCVII.

Cajerbeus Aleppi & Comagenes præfectus in pugna ad Selymum deficit, 1516. LVI. Syriam illi dedit, *ibid.*

Calixtini hæretici : De uſu calicis rem deciſam iri in concilio Lateranenſi, ſi cæteris conſentiant propoſitum, 1513. LXX. Docentur non licere propria authoritate mutare uſum communionis ſub utraque ſpecie, 1513. LXX. Cur negata pueris Euchariſtia, *ibid.* Cur punitio peccatorum ſpectet tantum ad jus habentes, LXXI. Cur non ab omnibus indiſtincte prædicandum verbum divinum, ſed ab iis, qui mittuntur, LXXII. Ut liceat clericis poſſidere bona, LXXIII. Concordiæ ratio iis propoſita, ea qua retinere poſſint bona eccleſiæ jam diu poſſeſſa, *ibid.* Circa ritus, & imagines convenire juſſi cum Eccleſia, LXXIV. Diſſidebant maxime in uſu calicis, 1524. LXVII.

Campſo Ægypti ſultanus in acie a Selymo necatus, 1516. LVI.

Canonizatio Sanctorum : *Vid.* Conſecratio.

Capucinorum religio inſtituta authore Matthæo Baſſio minorita piiſſimo, 1525. CIV. Is ab angelo ad Clementem VII. deductus habitus S. Franciſci formam reſtituit in Capucinis, *ib.*

Cardinales : Cardinalium a Leone X. renuntiatorum creatio prima, 1513. LXXXIII. Cardinales inter ac præſules ortæ lites, *ibid.* Privilegia affectata a Cardinalibus, 1514. XV. Xenodochia Cardinalibus non commendanda, XXI. A ſpecie mali abſtinere juſſi Cardinales, XXII. Modeſtiæ laude excellere, *ibid.* Venientium ad ſedem Apoſtolicam negotia pia promovere, *ibid.* Non ſe uni principi adverſus alium addicere, *ibid.* Injuſte gravatos juvare, *ibid.* Rem divinam procurare in Eccleſiis, XXIII. Inſtaurare ædificia, XXIV. Doctos & probos domi habere, *ibid.* Explorare juſſi quæ pullulent hæreſes, & in quibus locis, XXVI. Si Legati mittantur per ſe luſtrare provincias juſſi, *ibid.* Cardinalitii muneris eſt aſſiſtere Pontifici, XXVII. Pœnæ arcana patefacturis propoſitæ, XXVIII. Cardinalium ſecunda creatio a Leone celebrata, 1515. XXXV. Inſtauratæ a Leone X. pro Cardinalium dignitate leges, 1517. IX. Tertia Cardinalium a Leone celebrata creatio, 1517. C. Pia pro defunctis Cardinalibus ſanctio, CII. Cæſaris ad eos ſupplex libellus poſt Hadriani VI. mortem, 1523. CXXI. Reſpondent nulli alteri rei quam creando Pontifici novo vacare poſſe, CXXII. De ſervando Hadriani fœdere poſtulati reſpondent nec Cæſari, nec Anglo Regi ſe eſſe obſtrictos, *ibid.* Leges ab iis conditæ ante creationem Clementis VII. CXXV. Non afflictæ rei Chriſtianæ ſed avaritiæ turpiter conſuluere, *ibid.* Excidium ſibi & urbi peperere, *ibid.* Caroli V. ad Cardinales literæ, 1526. XLV. Cardinalis unicus creatus ab Hadriano VI. 1523. CXIV. Carloſtadius hæreſiarcha : *Vid.* Andræas Carloſtadius.

Carnutenſis ſynodus habita ad præcludendum hæreſi in Gallias aditum, 1526. CXXXI. Decreta in ea edita, *ibid.* Vetitum ne quis prædicandi munus uſurpet, *ibid.* Prohibiti libri in Germania excuſi, *ibid.* Vetita divulgari miracula ſine Epiſcopi judicio, CXXXIII.

Carolus V. poſtea Imperator Philippi Archiducis, & Joannæ Hiſpaniarum Reginæ filius a Ferdi-

dinando avo materno Hiſpaniæ regnorum adminiſtrator relinquitur, 1516. XXXIX. Franciſcus Ximenius illi procurator datus, *ibid.* Ob matris delirium Regem ſe dicit, XLIII. Ferdinandus frater abſente eo regni adminiſtrationem affectat, *ibid.* Opera B. Ximenii ab Hiſpanis regnum illi delatum, *ibid.* Ducum opera Navarram tuetur, XLV. Turcas, & Mauros navali prælio vincit, XLVI. Algerio propulſatus ejus exercitus, XLVII. Cum eo pacem init Franciſcus I. 1516. LXXX. Promiſſa illi filia cum dotalibus Regni Neapolitani juribus, *ibid.* Socialia arma in Turcas ſpondet, 1517. VI. Caroli V. in Hiſpaniam adventus, 1517. CXII. Cum Franciſco I. imperii æmulo ſimultates exercet, 1518. CLXXV. Mota illi lis de regno Neapolitano conjungendo cum imperio, CLVII. & *ſeq.* Saxoniæ dux illi a Franciſco I. pro gerendo imperio oppoſitus, CLX. Caroli potentia Italis, Gallis, Germaniſque ſuſpecta, CLXI. Creare illum Cæſarem enititur Maximilianus avus paternus, CLXII. De commutando Regno Neapolitano cum imperio agit, CLXIII. Carolum ad imperium evehere nitebatur Maximilianus I. 1519. III. Caroli Hiſpaniæ Regis electio formidanda Pontifici viſa, VIII. Moniti principes ne illum eligant, *ibid.* Significatum regnum Neapolitanum conjungi cum imperio non poſſe, *ibid.* Contrahit exercitum Carolus adverſus Gallorum Regis fautores, X. Quæ pro Carolo in imperii comitiis narrata ſint, XII. Quid ab ejus oratoribus Franciſci I. jactantiæ reſponſum, *ibid.* Gloriantur illum Turcas fortius fundere poſſe quam Gallus poſſit, XIII. Caroli V. Elogium, XVIII. A Treverenſi Archiepiſcopo præfertur Carolo V. ad gerendum imperium Franciſcus I. XIX. Oſtenſum ſi Carolus eligatur oritura bella, XX. Caroli ætas adminiſtrando imperio impar demonſtrata, *ibid.* Fridericus Saxoniæ dux contra Franciſcum I. Carolo favet, XXII. Rejectis Carolo, & Franciſco Regibus delaturo Friderico duci Saxoniæ imperium, XIII. Friderico imperii onus detrectante Carolus V. Cæſar renuntiatus, XXV. Annum ætatis decimum nonum tunc agebat, *ibid.* Leges Carolo V. pro ineunda imperii poſſeſſione præfixæ, XXVII. Gratulatur illi Leo X. de accepto imperio, XXIX. Monetur, ut ſit demiſſior quo ſublimior, *ibid.* Ut arma in Turcas convertat, *ibid.* Ad cœleſtem coronam aſpiret, XXX. Rogat ut ſolvatur ſacramenti religione quo imperium cum regno Neapolitano conjungat, XXXI. Lutherus Carolum tentat corrumpere, XXXIV. Claſſem Carolus immittit ad Algerium expugnandum, 1519. LXII. Ejus claſſis fluctibus racta ex parte, *ibid.* Gerbarum regulus ſubactus, & vectigalis conſtitutus, *ibid.* Mexicum illius adjunctum imperio a Fernando Corteſio, LXIX. & *ſeqq.* Sollicitatur a Luthero, ut Eccleſiam deformet evertatque reformandæ illius prætextu objecto, 1520. II. Inſuſurrat datam illi in Pontificem, & omnem clerum gladii poteſtatem, III. Jubet ex pontificio mandato Lutheri libros exuri, LXIII. Garrit Lutherus Carolum circumventum a Pontifice, *ibid.* Inter Cruciferos, & Polonum concordiæ interpretem agit, LXIX. Hadriano Cardinali Hiſpaniarum procurationem relinquit profecturus in Germaniam, *ibid.* Eo abſente orti civiles motus, *ib.* Ob nimium faſtum imprudenter exaſperarat populos, *ibid.* Ad eos motus pacandos an iter Germanicum intermiſſurus ſit deliberat, *ibid.* Septemvirum literis incitatus in Germaniam diſcedit, *ibid.* In Angliam appellit, fœduſque init cum Henrico VIII. *ibid.* Accenſa tum magis in Hiſpania ſeditio, *ibid.* Vectigalibus acerbioribus Hiſpanos obtriverat, LXXI. Delatum Emmanueli Hiſpaniæ ſceptrum, *ibid.* Reſpondet ille daturum operam, ut cum Carolo V. in gratiam redeant, *ibid.* Aquiſgrani ſolemni ritu Germanica corona redimitur, LXXIII. Sacramenti tunc ab eo nuncupata formula, LXXIV. Qui ritus tum adhibiti, LXXV. Mittit ad Poloniæ Regem oratorem, ut de pace inter eum, & Cruciferos agat, LXXVI. Caroli oratio ad principes in conventu Wormatienſi adverſus Lutherum, 1521. XIV. Profitetur pœnitere ipſum quod tamdiu Lutherum pertulerit, XV. Detrahunt illi Lutherani, XVI. In Lutherum fert ſententiam, XXVI. Sollicitatum ſe a Pontifice profitetur, ut in Lutherum gladium ſtringeret, XXVII. Recenſet varias Lutheri hæreſes, XXIX. Et ait Lutherum non hominem, ſed dæmonem cucullatum, videri 1521. XXXII. Eundem proſcribit, XXXVI. Vetat ne quis illum poſt viginti quinque dies excipiat, *ibid.* Ejus libros flammis aboleri jubet, XXXIX. Vetat libros excudi contra Pontificem Epiſcopos ac principes, XL. Suſcepto cum Franciſco I. bello Lutheranæ hæreſi augendæ occaſionem præbet, LXXV. Mediolanenſem principatum, & Burgundiæ ducatum eripere Franciſco meditatur, viciſſimque Franciſcus Neapolitanum & Navarreum regna Carolo eripere moliebatur, *ib.* Leo X. cum Franciſco I. pro eripiendo illi regno Neapolitano agitat, LXXVII. Statuto die non reſpondente Gallo initum cum Carolo V. a Leone fœdus, *ibid.* Quas pactiones inierit cum Carolo, LXXIX. Permiſſum illi ut cum imperio jungat Neapolitanum regnum, LXXX. Solvitur Sacramenti religione, & cenſuris, LXXXII. Jus fiduciarium Regni Neapolitani denuo illi traditum, LXXXIII. Obſtringit ſe ad duas triremes inſtructas tenendas in mari Thyrreno, LXXXIV. Et ſolvenda annua ſeptem millia aureorum, *ibid.* Et præſtandam clientelarem ſponſionem, LXXXV. Aſſenſum ejus electioni a Leone X. ut in hoſtes potentior foret, LXXXIX. Imperata lex ut ſe excidat a Pontificis obſequio a regno Neapolitano excidat, XC. Remiſſa illi quæ debebantur ex prætento cenſu, XCI. Navarra Gallicis armis ex eo recepta, XCIV. Rebelles in Hiſpania frangit, *ibid.* Indictum Carolo temere bellum a Franciſco I. XCV. Caroli de Franciſco I. querelæ, *ibid.* Franciſcus I. belli cauſas in Carolum V. derivat, XCVI. Recepta a Carolo V. Navarra, CIII. Inſubriam Franciſco I. eripit, CVIII. In Caroli imperium redactum Mexicum a Ferdinando Corteſio, 1521. CXXX. Poſtulat ab eo Corteſius, ut Epiſcopos & ſacerdotes mittendos curet pro Mexicanis Chriſto initiandis, *ibid.* Grates agit Cardinalibus, quod Hadrianum qui illius magiſter olim extiterat Pontificem delegerint, 1522. V. Inter Carolum & Franciſcum pacem conſtituere nititur Hadrianus VI. VIII. Ducum opera Gallos ad Bicocham cædit, XIII. Pellit Inſubria, *ibid.* & *ſeq.* Genuenſes ad ejus partes transfugiunt, *ibid.* Succenſet ſpecie fœderis expilatos ab exercitu ſuo, *ibid.* Confirmat Hadrianus VI. leges ut regnum Neapolitanum cum imperio conjunctum gerat, XVII. Perſolvit Hadriano cenſum pro eo regno, *ibid.* Implicitus bello cum Franciſco I. Rhodum expugnari a Turcis patitur, XX. Præmonitus fuit de Turcico apparatu, ſed ſprevit, XXI. Neglectum a Carolo V. Turcicum bellum ingenti ſuo malo, XXIX. De ſtringendo in hæreticos gladio agitur, LV. Ejus ad Hadrianum literæ, *ibid.* Agit de Turcis Hungaria propulſandis, LVI. Ex Lutherana ſecta excidium imperii reformidat, LVII. Pro his gerendis turpiter poſcit annatas ſibi conferri, *ibid.*

ibid. Negatæ illi annatæ juſtiſſima de cauſa, LVIII. Ignave patitur graſſari Lutheranos in Germania, *ibid.* Quanta mala Carolo V. a Luthero illata, LIX. Lutherus rebellionem adverſus Carolum V. promulgat, *ib.* Petit Carolus V. ab Hadriano VI. ut mittat ſacerdotes ad convertendos Americanos, C. Poſcit in Germaniam celebrari concilium contra Lutheranam hæreſim, 1524. XXII. Authoritatem Epiſcoporum ad principes transfert, XXIII. Inania dat imperia dum pontificia non exequitur, XXVI. Mediolanenſem arcem Franciſco I. eripit, 1523. CVIII. Eam Franciſco Sfortiæ reſtituit, *ib.* Meditantes rebellionem Siculos Carolus V. opprimit, CIX. Ad inducias longiores admittendas paratum ſe offere, CX. Repudiante eas Gallo Hadrianus cum Carolo & Anglo fœdus ſancit in Gallum, *ibid.* Poſt mortem Hadriani in diſcrimen illius res adductæ, CXX. Cardinales ſupplice libello rogat ut inito ab Hadriano fœderi ſtent, CXXI. Reſponſum a Cardinalibus creando tantum Pontifici vacandum, CXXII. Nec Carolo V. nec Henrico VIII. obſtrictos eſſe, CXXIII. Gallicum exercitum Mediolano ducum opera propulſat, CXXXI. Ad eum deficit Carolus Borbonius atque Burgundiam tentat invadere, *ib.* Ex Navarra in Aquitaniam penetrare molitur, *ib.* Ob ingruentis hyemis incommoda expeditionem diſſolvere cogitur, *ibid.* Clementem VII. in ſuas partes trahere pertentat, *ibid.* Reſpondet illi Clemens utramque partem ſtudio paterno complecti velle, *ibid.* In America amplificatum ejus imperium, CXXXIV. Tormentum bellicum ex auro conflatum ad eum miſſum e Mexico, *ibid.* Monetur a Clemente VII. de Lutheranorum in Germania graſſationibus, 1524. II. Ut fidem in ſuis regnis tueatur, *ibid.* Ut Lutherus ab eo proſcriptus foveatur ab aliis, II. Ad excindendam hæreſim vires exerceat, III. Decretum ejus nomine editum in Nurembergenſibus conventibus, VIII. Monetur contempta fuiſſe in Nurembergenſi conventu, quæ Wormatiæ recte ſtatuta fuerant, XV. Agi de divino pontificio, cæſareoque honore, XVI. Ipſius ſubditos ruere in æternum exitium, *ibid.* Servet fidei imperiique majeſtatem, *ibid.* Monetur Lutheranos in eum rebellaturos, XVIII. Ne permittat quippiam novari in rebus fidei, *ibid.* Ipſius regna in diſcrimen adductum iri, *ibid.* Adhæret Pontifici contra Lutheranos, XXI. Reprehendit Nurembergenſes conventus, *ibid.* Objici ipſos deficere a fide catholica, *ibid.* Jubet ut Wormatienſe decretum obſervent, XXII. Ejus literæ ad Monaſterienſes ut Lutheranos coerceant, LX. Eum ſolicitat Clemens ad pacem cum Gallo ſanciendam, LXXVIII. Fontem Arabicum recuperat, LXXXII. Gallos Inſubria pellit, *ibid.* De invadenda Gallia init, conſilia cum Anglo, LXXXIII. Devotas ſacro bello pecunias invadit, LXXXIV. Certa Lege cenſuris liberatur, *ibid.* Provinciam invadit Ducis Borbonii opera, LXXXV. Non auſus in Narbonenſem provinciam ut erat pollicitus irrumpere, *ibid.* Maſſiliam fruſtra oppugnat, LXXXVI. Hæreticos potius opprimere quam Gallos debuerat, *ibid.* Solicitatur a Clemente ad pacem, *ibid.* Mediolanum, & plures aliæ urbes illi a Gallo eripiuntur, XCI. Solicitatur iterum iterumque ad pacem cum Gallo ineundam, XCI. Ejus adminiſtri Pontificem mancipare ſervituti conati, XCIII. Pacis leges Carolo V. cum Gallo propoſitæ a Clemente, XCV. Graviſſime de Clemente VII. queritur fuiſſe belli cum Gallo hortatorem ab eoque deſeri, XCVI. Reſponſum illi Clementem jam non privatam ſed publicam perſonam gerere, *ib.* De honoris ſummo cum certat Franciſco I. XCVII. Solvitur quadrageſimali lege, XCVIII. De Molucarum imperio litem movet Luſitaniæ Regi, 1524. CIX. & *ſeq.* Sub ejus auſpiciis & imperio centum & amplius Mexicanorum myriades baptiſmo ablutæ, 1524. CXIV. Deliberat an hæreſim in Germania excindere debeat, 1525. LXVI. Ex politicorum conſilio laxat hæreſi habenas, *ibid.* Mauros propoſita bonorum proſcriptione fidem profiteri jubet, *ibid.* Monitus eſt a Franciſco ut Hiſpanias Mahometano opprobrio liberaret, *ib.* Mittit ad eum Joannes Baſilius oratores pro fœdere ineundo in Turcam, LXVIII. Dum bella gerit cum Gallo favet Turcis, LXXIV. Indignatur quod Clemens ſuæ factioni contra Gallum non adhæreat, LXXIV. Ducum opera Franciſcum Gallorum Regem in acie capit, LXXX. Ligures, & Inſubres ad Carolum deficiunt, LXXXI. Niſi viciſſet metuebat ne amiſſo regno Neapolitano cum Inſubria ſpoliaretur imperio, quod hæreſi fœdari ſiverat, *ibid.* Audita victoria Chriſtiane ſe geſſit, *ibid.* Decernit arma vertere in fidei hoſtes, *ibid.* Datum illi a Doſimeo Epiſcopo fidele conſilium, LXXXII. Apoliticis ſe ſubornari ſinit, LXXXIII. Senenſes ſe in illius clientelam conferunt, LXXXIV. Fœderis redintegrati cum Clemente leges ratas non habet, LXXXV. Affectare univerſæ Italiæ imperium creditur, LXXXVI. Anglus ejus potentiam veritus ab eo abalienatur, & conciliatur Gallis, *ib.* Duriores leges Franciſco I. imperat, LXXXVII. Agitata a multis conſilia de evertenda Caroli potentia, LXXXVIII. De Marchione Davalo ad regnum Neapolitanum evehendo agitatum, *ibid.* Patefacto conſilio Mediolani ducem inſequitur, LXXXIX. Solicitatur ut Mediolanenſi ignoſcat, *ibid.* & *ſeq.* Quæ illi Clemens promiſerit modo parceret, XCI. Mala conſilia ſequitur Carolus, XCII. Rogatur a Clemente ut pacem det orbi Chriſtiano, 1526. II. Humanam amplitudinem divinæ cauſæ præfert, *ibid.* Acerbiores leges imperat Franciſco I. *ibid.* Ejus literæ ad Senenſes, III. Gloriatur potuiſſe Galliam ſubigere, *ibid.* Burgundiæ ducatus illi promiſſus a Franciſco I. pro redimenda ſervitute, *ibid.* Aliæ leges cum eodem conſtitutæ, IV. Legem inſerit de poſcendo a Clemente concilio oecumenico, *ibid.* Franciſcum liberat acceptis ejus filiis obſidibus, V. Burgundia illi negata a Gallis, *ibid.* Inter Gallum Pontificem ac Venetos fœdus initum adverſus Carolum V. VI. De elidenda ejus potentia actum, VII. Cur bellum ſociale adverſus eum decretum VIII. Terretur nova ea conſpiratione, IX. Pacem offert Pontifici iis legibus quas expetebat, X. Illius exercitus gravia damna ditioni eccleſiaſticæ intulit, XI. Ducum opera fœderatum exercitum Mediolano propulſat, XV. Pacem admittit cum Clemente, XIX. Eo inconſulto proditio conflata a Columnenſibus in Pontificem, XX. Apologeticas literas ad Clementem mittit, XXII. Queritur ſe a Franciſco I. fuiſſe laceſſitum, XXIII. Paratum ſemper fuiſſe ad pacem, *ibid.* Queritur Pontificem quod junxerat antea fœdus non approbaſſe, XXVI. Queritur de Clemente illum conjurationis ad perdendum exercitum Cæſareum authorem fuiſſe, XXVII. De regno Neapolitano, & imperio, illi eripiendo egiſſe, *ibid.* Contendit jure recuperari a ſe Mediolanenſem principatum, XXX. & *ſeq.* Jure illum ad Cæſarem devolutum, XXXIII. Carolum Borbonium Mediolani ducem creare decernit, XXXVI. Expetente Clemente, ut Mediolanenſi venia detur negat ferendam impune proditionem, XLI. Pendere abnuit vectigal pro Neapolitano regno XLII. Intentat pro-

provocationem ad concilium in litibus Cæſareis, XLIII. Flectere cum tentat Clemens humaniſſimis literis, XLIV. Reſpondet nunquam defuiſſe filii officio nec defuturum, *ibid.* Ejus literæ ad Cardinales, XLV. Queritur Franciſcum ex invidia bellum moviſſe ſed Deo vindice attritum, *ibid.* Certiores facit querelis Germanorum in ſedem Apoſtolicam non aſſenſiſſe, XLVII. Expetit concilium oecumenicum, *ibid.* & XLIX. Ejuſdem apologia apud Germanos quod belli author non extiterit, LI. Queritur Franciſcum I. diſtraxiſſe arma Cæſarea ne pro Hungaris in Turcas verterentur, *ibid.* Auxilia ſpondet contra Turcas, LVI. Commonitus fuit a Clemente ut Hungariæ periclitanti opem ferret, LIX. Rogatur a Clemente ut ſtringat arma in Turcas, LXIX. Ejus frater Ferdinandus creatus Hungariæ Rex, LXXI. Melitam inſulam pulſis Rhodo equitibus attribuit, LXXVIII. De Molucarum inſularum imperio certat cum Luſitanis, LXXXI. Poſcit a Clemente, ut novos Epiſcopatus condat in America, LXXXIII. Mauros Hiſpania ejicit, LXXXIV. Rebellantes ſervituti addicit, *ibid.* Monetur a Pontifice Cruciferorum principem lapſum in Lutheranam impietatem, religioſum principatum in tyrannidem convertiſſe, 1526. CXX. Ne quid de eo ordine ſtatuat inconſulta ſede Apoſtolica, *ibid.* Poſcit a Clemente, ut Jacobum Picentem ob inſignia miracula Sanctorum cathalogo aggreget, CXXXV.

Carolus Dux Sabaudiæ Pontifici in diſcrimen adducto vires ſuas offert contra hoſtem, 1526. LXVII.

Carolus Borbonii dux a Franciſco I. ad Cæſarem deficit, 1523. CXXXI. Ingentem expeditionem pro Burgundia debellanda conflat, *ibid.* Inopia ærarii ea diſſipata, *ibid.* Provinciam invadit, 1524. LXXXV. *& ſeq.* Maſſiliam fruſtra oppugnat, *ibid.* Franciſcus I. pacem reſpuit cum Carolo V. cum Carolum Borbonium venia donare nollet, 1524. LXXXVII. Reducit copias in Italiam, XC. Munit plures urbes Inſubriæ, XCI. Franciſcum Gallorum Regem capit in caſtris, 1525. LXXX. Proponitur a Clemente VII. ut Mediolanenſem ducatum obtineat ſi Franciſcus Sfortia obiret, 1526. XXXVI. Aſſentitur Carolus V. *ibid.* Statuit ut Borbonii dux potiatur ducatu Mediolanenſi ſive convictus ſit Sfortia proditionis, ſive excedat a vivis, XLI.

B. Caſimirus : Lithuanorum duo millia B. Caſimiri implorata ope ſexaginta millia Muſcovitarum fundunt, 1519. LIX.

Catholici a Luthero per contumeliam vocati papillæ, papaſtri, & papenles, 1520. LXIV.

Cenſuræ : Decretum eas non contrahi niſi rita fuerint denuntiatæ, 1516. XXI.

Ceremoniæ veteres abolitæ a Luthero novæque inductæ, 1523. LIX. Eccleſiæ ceremoniæ a Joanne Clictoveo contra Lutherum defenſæ, LX.

Chiribichenſes : idololatræ dæmonem ex ore magi conſulere ſoliti, 1525. CII. Significatum iis a dæmone imperio ſacerdotis coacto rapi in inferos ut flagitiorum pœnas luant, *ibid.* Non propterea reſipiſcunt, *ibid.*

Chriſtianus Holſatiæ & Slentici dux rogatus a Clemente ut Lutheranos comprimat, 1525. XXIX. Daniam Lutherana hæreſi contaminat, XXXI. *& ſeq.* Contemptis Epiſcopis a Joanne Pomerano archihæretico corona redimitus, XXXIII.

Chriſtiernus Daniæ, & Sueciæ Rex Stocholmiam obſidione cingit, 1518. CLXV. In extremas anguſtias adductus commeatum a Stenone hoſte accipit, *ibid.* Fingit cupere colloquium, & obſides accipit, *ibid.* Eos vinculis conſtrictos in Daniam abducit, *ibid.* Pontificiam internuntium conjicit in vincula ac redactum ex indulgentiis aurum diripit, 1519. LIX. Expeditionem ducit adverſus Stenonem Sueciæ Regem, LVIII. Eum in prælio ſauciat ex quo moritur, *ibid.* Sueciam ſibi ſubjicit, *ibid.* Suecica corona redimitur, 1520. LXXXVII. Suecos proceres trucidat in convivio, *ibid.* Scarenſem & Strengenenſem Epiſcopos capite minuit, *ibid.* Lanienam infandam in plebem Stocholmenſem exercet, *ibid.* Plures epiſcopos dolo congregatos flammis exurit, LXXXVIII. Emendandus hæreticus, qui mentitur a Leone X. ad crudelitatem impulſum, *ibid.* Ut imbellem populum, pupillos & viduas adminiſtrorum ſævitiæ expoſuerit, *ibid.* In Monachor & quemdam abbatem diram immanitatem exercet, *ibid.* A Suecis in arma coortis pellitur regno Sueciæ, *ibid.* Goſtavus Ericſon ad Sueciæ ſceptrum evectus, LXXXIX. Lundenſem Archiepiſcopum pellit ac dein ob tyrannidem Daniæ regno pellitur, *ibid.*

Chriſtina Regina Daniæ Norvvegiæ & Sueciæ extincto Stenone viro Poloni Regis fruſtra auxilium implorat, 1519. LVIII. Danus Sueciæ regno potitur, *ibid.*

Chriſtophorus Frangipanis confutat calumniam illi impoſitam quod ſentiret cum Turca, 1525. III.

Chriſtophorus archiep. Bremenſis : In eum rebellant Lutherani, 1525. XXVIII. Ab eo vincuntur, *ibid.*

Chriſtus : Chriſti imagines a Lutheranis patibulis affixæ, 1525. XIII. Negata ejus divinitas ab Hutto, XLI. Idem blaſphemat juſte affixum cruci ob flagitia, *ibid.* Ejus divinitas negata a pluribus Anabaptiſtis, 1526. CXVIII.

Clemens VII. Pontifex electus repeti electionem vult ſervato ſcrutiniorum more, 1523. CXXVI. Illius primitiæ, CXXVII. Monaſterium lapſarum pœnitentium in cardinalatu condiderat, *ibid.* Inſidiatores illius vitæ oppreſſi, *ib.* Cardinalem Volaterranum qui pugnaciſſime illi obſtiterat in gratiam recipit, CXXVIII. Illius de parto pontificatu literæ ad Gallorum Regem, *ibid.* V. Kal. decembris inſigne pontificium accipit, *ibid.* De parto pontificatu ei gratulatur Petrus Delphinus, *ibid.* Clementis beneficentia ante pontificatum, CXXIX. Gratulantibus ipſi de accepto pontificatu reſpondet benevole, CXXXII. Rogatur a Rege Hungariæ ut Sanctorum cultum decernat Joanni Capiſtranenſi, CXXXIII. Cardinalem Campegium ad Nurembergenſes conventus mittit, 1524. I. Monet Carolum V. ut fidem in ſuis regnis tueatur, II. Excindat Lutheranam hæreſim, III. Georgium ducem Saxoniæ ut fidem tueri pergat hortatur, IV. Ab eo petita Synodus oecumenica a Germania, IX. Queritur apud Carolum V. contempta in Nurembergenſi cœtu quæ Vvormatiæ decreverat, XV. Monet ut pontificio & Cæſareo honori conſulat, XVI. Queritur apud Henricum Angliæ Regem in Germania fidem in dies extingui, XVII. Chriſti & Sanctorum imagines frangi, *ibidem.* Monet Carolum V. Lutheranos illi rebellaturos, XVIII. Sparſus rumor concilium formidari a Clemente, XIX. Pro Clemente apologia, *ibidem.* Queritur apud Franciſcum Gallorum Regem, ſacrum omnem ac politicum ordinem a Lutheranis confundi, XIX. Commendat quod ab hæreſi Galliam vindicet, XX. Legati opera concilium provinciale celebrat in Germania, XXV. *& ſeq.* Helvetios admonet ut caveant a Lutherana hæreſi, LII. Lauſanenſem Epiſcopum ad tuendam fidem ſolicitat, LIII. Queritur apud Helvetios tres ipſorum tribus a fide defeciſſe, LIV. Implorant, Epiſcopi ejus

opem

opem contra Lutheranos, LXI. Ludovico Boemiæ, & Hungariæ Regi grates agit ob defenſam religionem, LXIII. Pragenſes magiſtratus ob ejectos Pighardos commendat, LXV. Strigonienſi Archiepiſcopo conſulit ut Regem confirmet ne Pighardos Pragam reduci ſinat, LXVIII. Hungariæ Regem orat, ut pacem inter Regem Poloniæ & Cruciferorum principem concilier, LXIX. Oratorem ad Moſcovitarum ducem mittit, LXXI. Baſilium ducem ſolicitat ad redintegrandam cum Romana Eccleſia conjunctionem, LXXII. Petit a clemente auxilia Achomates ſultanus Ægypti adverſus Solymannum, LXXVI. Mittit ad Achomatem oratorem, ib. Concordiam inter Cæſarem & Franciſcum I. fruſtra inire tentat, LXXVIII. Carolum V. docet cur ab Hadriani VI. fœdere receſſerit, LXXIX. Hortatur ad pacem vel inducias cum Gallo, ibid. Clementis ad Gallorum Regem literæ, LXXX. Clementis ſtudia pro redintegranda pace ab Angliæ Rega commendata, LXXXI. Publica jejunia indicit fidelibus, LXXXII. Carolum V. objurgat invaſiſſe ſacrum aurum, LXXXIV. Illum ad pacem hortatur, LXXXVIII. Pariterque Gallorum Regem, LXXXIX. & XCI. Iterum admonet Carolum V. de ineunda pace, XCII. Conſilium cæſareis ab eo datum, XCV. Cum Franciſco I. fœdus init, XCVI. Caroli V. in eum graves querelæ, XCVI. Reſpondet publicam perſonam gerere, non privatam, ibid. Illum Hiſpani ſervituti mancipatum volunt, XCVII. Solvit Cæſarem quadrageſimali lege, & cur, ibid. Gallorum Regem arguit de conjecto in carcerem Epiſcopo, XCIX. Jubet metropolitano eum tradi, ibid. Beatorum cultum decernit Laurentio Juſtiniano, CI. Confirmat ordinem cleriaorum regularium, CII. Miſſus ab eo Martinus Valentinus in Mexicum centum & amplius barbarorum myriadas baptiſmo abluit, CXII. & ſeq. Celebrat jubileum annum, 1525. XXVII. Bremenſem Archiepiſcopum ad tuendam fidem contra Lutheranos urget, XXVIII. Holſatiæ duces, & Daniæ moderatores ad fidem tuendam contra Lutheranos ſolicitat, XXIX. Ferant ſuppetias Bremenſi Archiepiſcopo, ibid. Subſidia nummaria Regi Hungariæ, & Germanis catholicis contra Lutheranos ſubmittit, XXX. Cenſuram fidei in Belgio contra hæreticos committit Erardo Cardinali, XXXIV. Joannis Baſilii ducis Moſchorum ad Pontificem honorificæ literæ LXVII. Suaneoſam Epiſcopum mittit in Moſcoviam Clemens, LXXIII. Franciſci I. affectantis Neapolitanum regnum conſilia Clemens damnat, LXXIV. Neſit ſe Gallis conjungere, ibid. Ingratum experitur Carolum, V. ibid. Neutri parti ſtudet, LXXV. Repudiata male a Franciſco I. Clementis conſilia, LXXVI. Ea pia & digna Pontifice extiterunt, ibid. Henricus Anglorum Rex Clementi impias minas intentat niſi morem ipſi gerat, LXXVII. Thomæ Cardinali Eboracenſi prædicit exitium, ſi hæreſim ſerpere in Anglia permiſerit, LXXVII. Inter Franciſcum I. & Carolum V. pacis interpretem agit, LXXVIII. Monet Franciſcum I. ne certaminis aleæ ſe committat, ibid. Cum Cæſareis oratoribus fœdus redintegrat, LXXXIV. Pactiones a Carolo ratæ non habitæ, LXXXV. Solicitat Cæſarem ut Mediolanenſi ignoſcat, LXXXIX. Cunctatur nimium in expediendis conſiliis, ibid. Spondet omnia Carolo modo parcat Mediolanenſi, XCI. Solicitatur ab Hæbreo Rege Arabiæ de jungendo fœdere in Turcam, XCIII. Rem ad Luſitaniæ, & Æthiopiæ Reges defert, ibid. De miraculis B. Jacobi Picentis judiciariam actionem inſtitui jubet, CIII. Capucinorum religionem approbat, CIV.

Rogat Carolum V. ut pacem det nibi Chriſtiano, 1526. XII. Spretus fœdus init cum Franciſco I. liberato ac Venetis contra Carolum V. VI. Cur in eum bellum decreverit, VIII. Pacem offert Pontifici & quibus legibus, X. Eam pacem non admittit, ibid. Conſultum illi a Jacobo Sadoleto, ut eam admitteret, ibid. Gravia damna accipit a Cæſareo exercitu, XI. Petrum Navarram ſacramento liberat de non gerendo bello niſi adverſus fidei hoſtes, XIII. Expeditionis Genuenſis ducem renuntiat, XIV. Delata illi promiſſa auxilia ab Helvetiis pro Italica libertate, XVI. Conflata a Columnenſibus in eum proditio, XVII. Fugit in Hadrianam molem direptumque eſt ejus palatium, XX. Pacem init cum Cæſareis, XXI. Caroli V. ad Clementem apologeticæ literæ, XXII. Caroli V. de eo variæ querelæ, XXV. Objectum Clementem fuiſſe conjurationis participem, XXVII. Egiſſe de imperio illi eripiendo, ibid. Ut Clemens monuerit Carolum, ut parceret Mediolanenſi, alias ſe Venetis cæteriſque Regibus conjuncturum, XXIX. Agit de pace cum Carolo V. XL. Poſtulat ut Franciſcus Sfortia in ducatu confirmetur, ibid. Negat illi Carolus V. pendere vectigal pro Neapolitano Regno, XLII. Intentat illi Carolus V. provocationem ad concilium de litibus Cæſareis, XLIII. Flectere nititur Carolum ad pacem, XLIV. Caroli reſponſum, ibid. Ut Clemens expetitum a Germanis concilium differendum cenſuerit, XLVII. Queritur de Clemente Carolus clientelam Mediolanenſis ducis proditoris male ſuſcipi, XLIX. Commonet Carolum V. ut periclitanti Hungariæ opem ferat, LVII. Monet etiam Galliæ & Angliæ Reges, ibid. Mittit Hungaro aurum ſubſidiarium ibid. Solicitat Ferdinandum Archiducem ut auxilia ferat, LIX. Solicitat Sigiſmundum Regem Poloniæ ad ferendam opem contra Turcam, LXI. Conſulit Hungaris ut Eccleſiarum theſauros militi conferant, LXII. Audito Hungariæ excidio imperare inducias decernit, LXV. Adireque Reges ut flectat ad pacem, ibid. Pro repellendo Turca vaſa templorum conflare conſtituit, ibid. & LXVI. Acceptarum injuriarum publici boni cauſa oblivviſci decernit, LXVII. Mutat conſilium atque ex Inſubria revocato exercitu armis & legibus Columnenſes perſequitur, LXVIII. Cæſarem & Luſitaniæ Regem urget, ut arma in Turcas ſtringant, LXIX. Poſcunt Maronitæ opem ad ſervitutem Mahomatanorum excutiendam, LXXIX. Ad Armeniæ Regem, & Armenorum Maronitarumque patriarchas internuntium mittit, LXXX. Magiſtrum ſupremum Minoritarum in Americam mittit pro evangelio prædicando, LXXXIII. Monet Carolum V. defeciſſe a fide & religione cruciferorum Albertum Brandeburgenſem, ac religioſum principatum in ſæcularem tyrannidem convertiſſe, 1526. CXX. Rogat ut tanto occurrat malo, ibid. Dat mandata Cracovienſi Epiſcopo ut Pomeſanenſi pſeudoepiſcopo apoſtatæ judicium intendat, divellatque ab Epiſcopatu Pomeſaniæ Poloniæ terras, CXXVI. Dat poteſtatem Gneſnenſi Archiepiſcopo, ut monachos apoſtatas ad officium rediturus in laicali habitu manere permittat, CXXVII. Deflet monachos, & ſacerdotes in Lutheranam hæreſim lapſos, CXXVIII. Abrogaſſe ſacrificium, & Euchariſtiam ſine confeſſione prævia ſub utraque ſpecie porrigere, ibid. Lincopenſem, & Aroſienſem Epiſcopos ſolicitat, ut Goſtavum Regem ad tuendam fidem excitet, ibid.

Clericorum Regularium ordo confirmatus a Clemente VII. 1524. CVII.

Cœlibatus damnatus a Luthero ex falſa inter-

pretatione oraculi crNſcite, & multiplicamini, 1522. LII.

Cœlum: intuenti illud S. Ignatio terrena fordebant, 1521. CI.

Columnenſes invadunt Urſinos ſeditionemque in Pontificem concitare nituntur, 1525. LXXXI. Conciliantur Clementi VII. & Urſinis, 1526. XVII. Proditionem conflant cum Hiſpanis adverſus Clementem & irrumpunt in Urbem, XIX. Baſilicam, & palatium S. Petri diripiunt, ibid. Eorum injuriam condonare Chriſto decernit Clemens, LXVII. Mutata ſententia eoſdem perſequitur, LXVIII.

Conceptionis B. Virginis feſtum Luthero exoſum, 1526. XCIV.

Conciliabulum Piſanum: Reſciſſa acta conciliabuli Piſani a concilio Lateranenſi, 1513. XXIV. Damnantur ejus acta a præſulibus Gallis, 1514. V. Ex qua formula illud Galli ejurarint, VIII.

Concilium: Conciliorum authoritas inferior pontificia, 1516. XXV. Vetera concilia paruere pontificibus, ibid. Lutherus negat decreta fidei edi a conciliis poſſe, 1520. LIII. art. 27. De conciliis judicandi quod libuerit jus ſibi arrogat, ibid. art. 29. Ad concilium provocat Lutherus, & qua fraude addiderit congregatum in Spiritu Sancto, 1520. LXXV. Concilia ab eodem rejecta, 1521. XXXI. Sacræ ſcripturæ authoritas niſi per concilium comprobatur, 1520. LXVIII. Sibi magis quam conciliis credi vult Lutherus, ibid. Concilium a Germanis poſtulatum in Germania ad reprimendam Lutheri hæreſim, 1522. VIII. 1523. XXII. In Nurembergenſibus conventibus concilium iterum poſtulatum, 1524. VII. & IX. Poſtulandum a Clemente VII. Carolus V. cum Franciſco I. paciſcitur, 1526. IV. Intentat Carolus V. Clementi provocationem ad concilium de litibus cæſareis, 1526. XLIII.

Concilium Lateranenſe: In Concilii Lateranenſis ſeſſione actum de bello in Turcas gerendo, 1513. XXI. Leo Gallos præſules ad concilium Lateranenſe vocat, XXV. Ludovicus Gallorum Rex miſſis oratoribus de Piſano ſchiſmate ſe excuſat, LXXXVI. Aquenſis ſenatus ob violatam eccleſiaſticam immunitatem in jus vocatus a Lateranenſi concilio, XCI. Damnati in concilio Lateranenſi unicam animam aſſerentes, aut eam mortalem, aut mundum æternum, XXIX. De eccleſiaſtica diſciplina inſtauranda in eo actum, XCVI. Galli præſules damnant acta conciliabuli Piſani, 1514. V. Conjungunt ſe Lateranenſi concilio, ibid. Sanciti leges pro inſtauranda diſciplina, XVII. & ſeqq. Datæ in eo Cardinalibus leges, XXII. Magiſtri divina tantum diebus feſtivis docere in eo juſſi, XXIX. De vitiis extirpandis multa in eo decreta, XXX. & ſeqq. Perculſi anathemate Reges decumas exigentes, XXXII. Decreta in hæreticos inquiſitio, XXXIV. Quæ relata ſint in Lateranenſi concilio de Muſchorum erroribus, LXVIII. & ſeqq. Deque iis Eccleſiæ conciliandis, ibid. Maronitarum Patriarcha Lateranenſi concilio adhæret, LXXXVII. De revocandis monachorum privilegiis in eodem agitatum, 1515. I. & ſeqq. Pœnæ in eodem conſtitutæ in excudentes libros hæreticos, VI. De Turcico imperio evertendo in eodem actum, XLV. Exorta in eo diſſenſio inter Epiſcopos & Cardinales, 1516. VII. & ſeq. Contra adulterantes verbum Dei lata decreta, IX. Promulgata in eo concordia inter Leonem X. & Franciſcum I. de præſulum & abbatum electionibus, XII. & ſeqq. Reſciſſa ſanctio pragmatica, XXII. Præſulum ad Lateranenſe concilium non accedentium inſignis inertia, 1517. I. De bello Turcis inferendo multa in Lateranenſi concilio acta ac decreta, IX. & ſeqq. Concilii Lateranenſis geſta a Pontifice confirmata, 1517. XIV. Summus Prædicatorum magiſter conſulit non diſſolvendam ſynodum, XVI.

Concionatores vetiti prædicare nova ſibi divinitus oſtenſa, quod prædicarent ſomnia & varios errores, 1516. IX. Subjici examini Epiſcoporum, juſſi, X. Moniti ut ſcripturæ ſenſum ex ſanctis patribus explanent, ibid. Vetiti antichriſti vel judicii adventus diem præfigere, ibid.

Concubinarii: Pœnæ in eos ſtatutæ a concilio Lateranenſi, 1514. XXX. Concubinarii publici quibus pœnis afficiendi, 1516. XVIII. Qui cenſendi ſint concubinarii, ibid. Pœnæ propoſitæ ſpe quæſtus permittentibus concubinatum, XIX.

Confeſſio: Ejus integritas requiritur, 1518. CXXXV. Obſtringimur ad lætalia confitenda de quibus recurrit memoria, CXXXVII. Lutheri errores contra confeſſionem, 1520. LIII. & ſeq. Error Lutheri contra confeſſionis integritatem, 1520. XX. Confeſſionis neceſſitatem demonſtrat Henricus VIII. adverſus Lutherum, 1521. LXIV. Non humano conſilio ſed divino inſtitutam, ibid. Lutherus de confeſſione ſacra contra vim diaboli, a quo interemptus fuiſſet ſervatum ſe fatetur, eam tamen evertit, 1526. XCIV.

Conſcientia: Lutherus ſuos hortatur ut pugnent cum conſcientia, 1521. XLVII. & L. Amarottus eques Rhodius proditor tantos æſtus conſcientiæ paſſus, ut cuperet animam ſuam vorari a dœmone, 1522. XXVI.

Conſecratio S. Franciſci de Paula, 1519. LXXVI. &c. Ritus in ea ſervati, ibid. Vid. S. Benno S. Antoninus.

Conſtantinopolis: Sumptum a Leone X. de ea expugnanda militare conſilium, 1517. XLVIII. Iterum de ea re agitata conſilia, 1518. XXVII.

Conſtitutiones: Leges eccleſiaſticas male abrogandas poſcunt Germani, cum pari ratione civiles forent abrogandæ, 1523. XXXVI.

Contritio: Negat Lutherus eam curandam ſed credendum ſe eſſe abſolutum, 1518. CXXXVIII. Damnatur Lutherus ob damnatam contritionem, 1520. LIII. art. 6. Vid. Pœnitentia.

Coronæ Jeſu Chriſti & B. Virginis formulæ ſunt precum eaſque repetituris propoſitæ indulgentiæ, 1517. CXV.

Crucesignati accepta in Turcas ſacra arma, vertunt in ſuos, 1514. LIII. Horrenda ab iis patrata flagitia, ibid. Vincuntur a Joanne Tranſylvano, LVII.

Cruciferi bellum gerunt cum Rege Poloniæ, 1513. XXXIV. Eos tuetur Cæſar, ibid. Pacem ineunt, XXXV. Et quibus legibus, XXXVI. Negant iis ſtare, ibid. Cruciferorum princeps Albertus a fide deficit, & religioſum principatum in ſæcularem tyrannidem convertit, 1526. XX. Cruciferi pſeudoevangelii Lutherani perverſi diſſipatique, CXXII.

Crux: Erranti in Erythræo mari Albuquerquio Æthiopiæ portum crux oſtenſa aperit, 1513. CXIX. Crux e ligno crucis dominicæ efformata, ab Æthiopum Imperatore ad Regem Luſitaniæ tranſmiſſa, 1514. CIII. Crucis ſigno incendium a Franciſco Ximenio divinitus extinctum, 1517. CX. Cruces apud Jucatanos Americæ populos obſervatæ, 1517. CXVIII. Cruce fugati dœmones a barbaris, 1525. CII.

De-

Digitized by Google

D

DÆmones Americanis infidelibus olim familiares, 1515. LXI. Signo crucis depulſi, *ibid.* Tartaros ad irruptiones agendas impellere ſoliti, 1516. LXXIV. Infanda iis ſacrificia a Tartaris facta, *ibid.* Dæmon ſe Luthero familiarem reddit, 1517. LXX. Pueros puellaſque immolari ſibi ab Americanis dœmones jubent, 1518. CLXXII. Sparſum in vulgus a Luthero dæmonem circumferri, 1519. XXXVIII. Dæmon Zuinglium docuit quo ſophiſmate vim veritatis eluderet atque amplificaret hæreſim, 1519. L. Dœmonibus pueros puellaſque immolant ethnici, 1519. LXV. Horrendi ritus quibus dæmonem colebant Mexicani, LXVIII. Horrenda hominum laniena a dæmona imperata pro componendo ſimulacro, LXXII. Prædictum Mexicano Regi a dæmone illum imperio exutum iri, LXXV. Mexicani quatuor millia hoſtium, & quatuor Hiſpanos dæmoni immolant, 1520. XCVII. Falſa Mexicanis ſpondet, *ibid.* Iterum quadraginta Hiſpani cum pluribus barbaris immolati, *ibid.* Concionante Luthero Erphordiæ dæmon Eccleſiam concutit, 1521. XI. Fugam meditantes auditores confirmat Lutherus dictitans eſſe terriculamentum dæmonis, *ibid.* Ut Lutherus infamia ſocietatis cum dæmone laborarit, 1521. XLII. Dæmon a Maximiliano I. in Lutheri cucullo viſus, *ibid.* Novatores ſibi vere mutuo obiiciunt ipſos a dæmonibus agitari, 1525. XLII. Dæmon Lutherum inſtruit ad abrogandum miſſæ ſacrificium, XLVI. Quo tempore eum docuerit, *ibid.* Abrogationem miſſæ Wittembergæ factam Lutherus aſcribit dæmoni, XLVII. Dæmon apparens Carloſtadio ſacramentariorum hæreſim docuit, 1522. XL. Nicolaum Pelargum Anabaptiſtarum authorem deludit falſis viſionibus, *ibid.* & 1525. LXI. Dæmoni infanda humana ſacrificia peracta, 1522. XCVII. Horrendi ritus in humanis ſacrificiis, *ibid.* Nefaria alia ſuperſtitionum genera infernis dæmonibus exhiberi ſolita a barbaris, XCVIII. Dæmon per aera ſtryges ſubvehit, 1523. LXXXVIII. Pulſata campana ſacra deponere in ſolo ſtrygem cogitur, *ibid.* Poſt ludos & choreas apponit dapes magis, ſed inſipidas, *ibid.* Audita Dei laude conventum magicum diſſipat, *ibid.* Lutherus & Muncerus hæreſiarchæ ſibi mutuo vere obiiciunt, a dæmone illudi, 1524. XLIV. & XLV. Dæmonis furor aqua luſtrali a ſacerdote repreſſus, XLIX. Fingit Lutherus fingere dæmonem ſe torqueri, *ibid.* Sanctorum miracula a Lutheranis dæmoni aſcripta, L. De familiaritate cum dæmonibus gloriatus eſt Lutherus, LI. In ejus cubiculo ſtrepitus dæmonum exauditi, *ibid.* Zuinglius fatetur ſe incitatum a dæmone, LV. Fatetur Lutherus ſibi & aliis novatoribus illudi a dæmone, 1525. XLVI. Zuinglius dæmoni aſcribit miracula quæ in Euchariſtia fiunt, *ibid.* Dæmon anabaptiſmi author, 1525. LXI. In terram allidit Anabaptiſtarum ſigniferos, & falſas extaſes obiicit, *ibid.* Impellit eos ad prædicandam perverſiſſimam pœnitentiam, *ibid.* Falſa eorum ore vaticinatur, *ibid.* Zuinglianos deludit ut pueros baptiſmo & jure cœleſtis hæreditatis privet, LXII. Anabaptiſmi ſigniferos ut quondam pythones antequam ſua reſponſa darent exagitat, *ibid.* Falſa ſuggeris iis vaticinia, *ibid.* Ac deteſtanda flagitia, LXIII. Perſuadet Philippo Sarrelano ſe Michaelem Archangelum eſſe, mitique ad prædicandum anabaptiſmum, 1526. CXVIII. Virgines ſibi immolari jubebat in Mexico, XCV. Ejus idolum colliſum, *ibid.*

Dæmones fugativi Euchariſtiæ, C. Ab Americanis dæmon conſultus reſpondere ſolitus, CII. Tyrannis ab eodem exercita invocantem ſe, XVI. Magi ore reſpondet, *ibid.* Coactus imperio ſacerdotis fatetur idololatras ruere in inferos, *ibid.* Pulſus a ſacerdote, *ibid.* Chiribichenſes cruce dæmones fugare ſoliti, *ibid.* Anabaptiſtæ illuſi a dæmone exemplum crudele, 1526. CXIX.

Dalmatia a Turcis divexata, 1516. LXVII. Pene in deſperationem adacti Dalmatæ, ni ferantur auxilia, LXIX. Poloniæ Rex ut iis opem ferat ſolicitatus, LXX.

Dania hæreſi infecta, 1525. XXXI.

David Æthiopum Imperator fœdus init cum Emmanuele Luſitaniæ Rege contra Saracenos, 1521. CXV. Quæ regna teneat, CXVI. Confirmat crucis cœleſte prodigium quod Luſitanis Æthiopiam quærentibus affulſerat, CXVII. Quæ promiſerit contra Saracenos, CXIX. Expetit architectos pro condendis ſacris ædibus, CXX. Solicitat Iſmaelem contra Turcas Ægypto potitos, CXXI. Legationem mittit ad Clementem, 1524. CIII. Ad Joannem Regem Luſitaniæ, CV. Plangit Chriſtianos Reges civili bello implicari, CVI. Excuſat cauſam cur bellum Mauris non inferat, *ibid.* Provocat Luſitanum ut vires jungat in Mauros, CVIII.

Diſciplina Eccleſiaſtica: De illa inſtauranda actum in concilio Lateranenſi, 1514. XVII.

Diſcordia: Quinquies centena millia militum mutuis Chriſtianorum diſcordiis paucis annis interfecta, 1514. XIV.

Diſpenſatio: Ad duo incompatibilia quando permittenda, 1522. XXI.

Diſputatio Lipſica male permiſſa inter Joannem Eckium & Lutherum atque Carloſtadium hæreſiarchas, 1519. XXXVII. *& ſeq.* Diſputatio cum hæreticis noxia & exitialis eſſe ſolet, XLVI.

Doctores: privilegia iis conceſſa, 1516. XV. Quis ordo inter variarum profeſſionum doctores ſervandus, XVI.

Dominicus Treviſanus patritius Venetus claſſis Venetæ præfectus potuerat delere Turcas Rhodum obſidentes, 1522. XXII. Eximiæ occaſioni defuit, *ibid.*

Dominicus Jacobatius Epiſcopus Nucerinus poſtea Cardinalis juſſus a Leone X. creatus in urbe legatus, 1515. XXVIII. Jubetur particulam Crucis Dominicæ excerpere e baſilica S. Crucis Gallo Regi offerendam, *ibid.*

Dominicus Jacobatius Epiſcopus Lucerinus creatus Cardinalis, 1517. CI.

Doſimeus Epiſcopus Oxomenſis pium & prudens conſilium ab eo datum Carolo V. 1525. LXXXII.

Duellum: *Vid.* Monomachia: Pœnæ illud initaris conſtitutæ, 1519. LXXXVIII.

E

ECcleſia hactenus fuiſſe deſertam mentitur Lutherus contra evangelium, 1521. VI. Lutherus Eccleſiam ſerpentem vocat mentiturque ſe Eccleſiæ caput contriviſſe, XLV. Falſo prædicit labente biennio nullum Eccleſiæ catholicæ veſtigium relictum iri, 1525. XXII. Eccleſia impeccabilis conficta ab Anabaptiſtis impuriſſimis, 1525. LXI. Eccleſiam errare non poſſe demonſtratur a Joanne Fiſchero adverſus Œcolampadium, 1526. CX.

Eccleſiæ id eſt templa: Iis reficiendis quarta pars vectigalium attributa, 1514. XX.

Eccleſiaſtici: Ex eorum vitiis aucta hæreſis, 1519. LVI. Non permittit Hadrianus VII. nepoti duo ſacerdotia, 1522. XI.

Eleonora ſoror Caroli V. Regina Luſitaniæ vi-

dua nupta Franciſco I. 1526. IV.

Emmanuel Luſitaniæ Rex Arquicum Æthiopiæ portum in mari Arabico Stephani Gammæ opere tuetur, 1513. CXIX. Publica documenta ad eum tranſmiſſa de cruce, quæ Luſitanis in cœlo apparuerat, *ibid.* Ejus literæ ad Leonem X. de ſubacta aurea Cherſoneſu, 1513. CXXVI. De liberatu Goa, CXXVIII. De fœdere ſancito cum Abyſſino Rege, *ibid.* Et cum Rege Narſingæ, *ibid.* Azamotum reſtituit Chriſtiano Imperio, CXXXI. Ejuſdem de parta victoria ad Leonem literæ, CXXXIV. Legatio ejus inſignis ad Leonem Pontificem, 1514. I. Munera ad eum mittit, *ibid.* Defert illi obſequium oratorum opera, II. Roſa aurea a Pontifice ad eum tranſmiſſa, *ibid.* Ejus literæ quo Lateranenſi concilio pro tuenda fide ſe conjungit, III. Solicitatur ab Æthiopum Imperatore de mutuo fœdere in Mahometanos ſanciendo, CIII. In Indiis & Africa imperium profert, CVIII. Tertiæ & decumæ Sacerdotiorum eidem conceſſæ, *ibid.* Sacris opibus abutitur, CIX. A Leone X. ad Turcas invadendas ſollicitatur, 1515. XXXVII. De propagato in India imperio commendatur, *ibid.* Armuziæ Rex illius vectigalem ſe profitetur, LVII. Alfonſum Alboquerquium in invidiam vocatum revocat ex India, *ibid.* Arcem Amagor ducum opere in Africa capit, *ibid.* Cladem ab Afris inſignem accipit, LVIII. Arzilam contra Phutenſem Regem propugnat, 1516. CII. Sacerdotes Congum deferendos curat, CIV. De belli ſocietate contra Carolum V. a Franciſco I. ſolicitator, CV. Sapiens ejus reſponſum, *ibid.* Ad Iſmaelem legationem mittit, CVI. Ad Sinenſes Legatos mittit, CVII. Maritimi belli duces contra Turcas Emmanuel Luſitaniæ, & Henricus Angliæ Reges renuntiati, XLVI. Sancitum, ut Emmanuel trecentas naves ornaret, e quibus in terram quadraginta millia hominum poſſet exponere, LIII. Illius filius Alfonſus Card. creatus, 1517. CI. Zeilanda in mari Indico Luſitano adjecta imperio, 1518. CLXXII. Maldivæ inſulæ etiam illi adjunctæ, 1519. LXIV. Hiſpani factioſi illi Hiſpaniæ imperium deferunt, 1520. LXXI. Reſpondet daturum ſe operam ut redeant in gratiam cum Carolo V. *ibid.* Pacenum regnum in Somatra pulſo Mahometano tyranno illi ſubditum, 1520. XCII. Fœdus percutit cum Æthiopum Imperatore, *ibid.* Emmanuelis obitus, 1521. CXII. Multa pietatis documenta dat, *ibid.* Propagatum ab eo late in Indiis Imperium, *ibid.* Ingentia ejus conſilia, CXIII. Inſignis ejus pietas in recolenda Chriſti morte, *ibid.* Mahometanorum fuit hoſtis acerrimus, *ibid.* Pepigerat contra Turcas fœdus cum Rege Abyſſino, CXV. Davidis Regis ad Emmanuelem literæ, CXVI. & *ſeq.*

Enthuſiaſtæ: Eo arrepti a Dæmone varia patiuntur ludibria, 1525. LXIII. Quævis flagitia veluti imperata a Deo patrant, *ibid.*

Epiſcopatus quinque in America a Leone conditi, 1514. CX.

Epiſcopi reſiſtunt Cardinalibus ob affectata privilegia, 1514. XV. Quæ dotes expetitæ in promovendis Epiſcopis, *ibid.* Nullus Epiſcopus niſi probato crimine exauthorandus, XIX. Sine facultate Epiſcoporum libri typis excudi vetiti, 1515. VI. Epiſcopi de Monachorum privilegiis conqueruntur in concilio Lateranenſi, 1516. I. Actum de concordia inter eos & religioſos, IV. Sine Epiſcoporum mandato monachi concionari vetiti, IX. Epiſcoporum examini ſubjici juſſi, X. Ad ſolemnes ſupplicationes ab Epiſcopis indictas accedere juſſi, XXX. Excipiendarum exomologeſeon authoritatem ab Epiſcopis petere, *ibid.* Adducendi in examen cum ſacris ordinibus initiari volunt, XXXII. Fratres & ſorores tertii ordinis Epiſcopis obnoxii pronuntiantur, XXXIII. Ut acquiſierint Epiſcopi jus in res prophanas, 1516. XCIX. Epiſcoporum non accedentium ad Lateranenſe concilium inſignis ignavia, 1516. I. Inſtaurata ſanctio de ſacramento fidei ab Epiſcopis exigendo, 1517. CXIV. De auro pro diplomatibus apud trapezitas ab iis deponendo, *ibid.* Epiſcopi Sueciæ a Chriſtierno tyranno partim capite minuti, partim cæſi, 1520. LXXXVII. & *ſeq.* Epiſcopi exemptos ſi deliquerint, plectere juſſi, 1525. IV.

Erardus pſeudoepiſcopus Pomeſanienſis a fide ad impietatem Lutheranam deficit, 1526. CXXII. Horrenda patrat facinora Alberti fultus potentia, *ibid.* Fingit ſe miſſum a Deo ad ea patranda, CXXV. Data Cracovienſi Epiſcopo mandata ut illi judicium intendat, ac Poloniæ terras illi obnoxias divellat, ab ejus epiſcopatu, CXXVI.

Eraſmus Roterodamus pſeudotheologus theologiam Judaiſmum dicit, 1516. LXXXIX. Fuit apoſtata & odium in religioſos profeſſus eſt, XCI. Calumniatur monachiſmum ex Pythagoræ placitis fluxiſſe, *ibid.* Refellitur, *ibid.* & *ſeq.* Ante Lutherum declamat contra indulgentias, XCVI. Impiæ aliæ hæreſes ſcriptis ab eo diſſeminatæ, *ibid.* Marſilianam hæreſim inſtauravit, XCVII. Refellitur, *ibid.* Arrianiſmum profeſſus eſt, C. Negavit Spiritum Sanctum Deum, *ibid.* Lapſus eſt in atheiſmum, *ib.* Lutheri præambulo extitit, *ib.* Cum Porphyrio dæmoniaco & Juliano apoſtata conferendus, C. Eraſmi impiæ argutiæ negantis bellum cum Turcis gerendum, 1518. LXXVIII. Turcas tolerantia vincendos voluit, *ibid.* Refellitur, *ibid.* A Friderico duce Saxoniæ Lovanio Coloniam evocatur, 1520. LXII. Conſulitur quid de Luthero ſentiendum, *ibid.* Reſpondet male, Lutherum jure varias corruptelas reprehendiſſe, ſed modo acerbiore, *ibid.* Ejus judicium præfert ſtulte Fridericus Pontificis & Romanæ Eccleſiæ judicio, *ibid.* Jejunia & cœlibatum damnavit Eraſmus cum Luthero, 1522. LII.

Evangelium propagatum in India, 1522. LXXXIX. Et in America, XC. & *ſeq.* Mentiuntur hæretici, catholicos reſiſtere evangelio, 1525. XII. Pro evangelio ſua deliramenta obtrudunt, *ibid.*

Euchariſtia cur negata pueris, 1523. LXX. Docentur Bohemi non licuiſſe mutare propria authoritate uſum communionis ſub una ſpecie, *ibid.* Chriſtum in Euchariſtia figurate tantum exiſtere contendentium hæreticorum author dæmon extitit, 1519. L. Id faſſus eſt publicis ſcriptis Zuinglius, *ibid.* Euchariſtiam ſine prævio pœnitentiæ ſacramento ſuſcipi jubet Lutherus, 1520. XV. Sub utraque ſpecie laicos communicandos vult, XVI. Lutherani ad Euchariſtiæ contemptum ſenſim delapſi, 1522. XXXIII. Carloſtadius ſex libros contra præſentiam Chriſti in Euchariſtia editos revocat, *ibid.* Euchariſtia abuſi magi, 1523. LXXXVIII. A Lutheranis conculcata, 1525. XIII. Circa Euchariſtiam diſſentiunt hæreſiarchæ, 1525. XLVII. Septiceps hæreſeos hydra circa Euchariſtiam, *ibid.* Miracula in Euchariſtia edita ait Zuinglius fieri a dæmone, L. Fugati dæmones & typhones ſopiti vi Euchariſtiæ in America, C. Œcolampadii contra Euchariſtiæ veritatem ſophiſmata refellit Joannes Fiſcherus, 1526. CVII.

S. Euroſia Virgo & martyr: Ex ejus reliquiis abſciſſis ſanguis fluit, 1522. VII.

Excommunicatio: Prodigium in milite extincto, qui cenſuris devinctus erat, 1523. CXXI. Excommunicationis vis negata a Luthero, 1518. CXLVI.

Digitized by Google

CXLVI. Excommunicandi authoritas a Chriſto conceſſa demonſtratur, *ibid.* De injuſte excommunicatis quid ſentiendum, CXLVII. Olim excommunicati vexabantur a dæmonibus, CXLVIII. Lutheri errores circa vim excommunicationum, 1520. LIII. *art.* 23. & 24.

Exempti ab Epiſcopis ſi deliquerint, corrigendi, 1515. IV.

Extaſes falſæ objectæ a dæmone Anabaptiſtis, 1525. LXI.

Extrema unctio ſublata a Luthero, 1521. LXIX. Cur non ſemper curentur per extremam unctionem fideles, *ibid.*

F

FAbricius Carretus Rhodi Princeps: Leonis ad eum literæ de ſolicitatis in Turcam principibus, 1514. XLVI. Fabricii ad Leonem literæ de Selymi & Iſmaelis prælis, XLVI. Comparat ſe ad Turcas retundendos, XLVII. Monitus a Leone ut Rhodum muniat adverſus Turcas, 1517. XVIII. Succedit illi Philippus Villers, 1521. CXXI.

Ferdinandus Rex Hiſpaniæ Raymundi Cardonæ ducis opera Venetos vincit, 1513. LXXVIII. Vicentiam, Bergomum, Brixiam & alias urbes ſubigit, *ibid.* Genuam in clientelam accipit, LXXXI. Et Luceoſes, *ibid.* Propagat imperium in America, CXXXIX. Ducum opera Mauros piratas profligat, 1515. LIX. Bugiam adverſus Horuſcium Barbaroſſam Bugiæ obſidione depellit, *ibid.* Algerium deinde amittit, *ibid.* Navarræ regnum Caſtellæ conjungit, LX. Ejus obitus, 1516. XXXIX. Vaticinium de illo cum natus eſt a viro ſancto prolatum, *ibid.* Joannam filiam inſtituit hæredem, *ibid.* Sacramentis rite procuratur, *ibid.* Ejus elogium, XL. Fidem ex commodo mutaſſe accuſatur, *ibid.* Ejus ſententiæ de exercitu habendo in procinctu ad ſubitos caſus, XLIV. De ea re ſcribit commentariolos, *ibid.* Eo extincto aucta in Africa Barbaroſſæ potentia, XLVII.

Ferdinandus Ponzettus deſignatus Epiſcopus Melphitenſis creatur Cardinalis, 1517. CI.

Ferdinandus Corteſius inſtructa claſſe Americæ plures terras luſtrat, 1519. LXV. Quadraginta millia barbarorum fundit, LXVI. Victis dat leges ne immolent dæmonibus, *ibid.* Meteczumæ Mexici Regi bellum infert, LXIX. Plures reguli ad eum deficiunt, *ibid.* Centum quinquaginta millium barbarorum exercitum fundit, LXX. Mexicanum Regem in ſuam redigit poteſtatem, LXXI. Simulachra dæmonum, & ſacrificia humana tollit, *ibid.* Simulachra confringi jubet, LXXIII. Increpat Regem ſuperſtitionis gentilitiæ, *ibid.* Proponit legem contra homicidas, *ibid.* Deum creatorem & redemptorem illi prædicat, *ibid.* Crucem & Chriſti imaginem in templis proponi jubet, LXXV. Cedit illi imperio Mexicano Meteczuma, *ibid.* In eum rebellant Mexicani, CXX. Socios laborum impatientes excitat ad conſtantiam pro evertenda idololatria, 1520. XCVII. Dæmon de illo male perdendo cum cæteris Chriſtianis crudeliter ſpondet, *ibid.* Mexici regia ab eo recuperata, plures inſignes urbes Mexicanas ſibi ſubjicit aut flammis delet, 1521. CXXVIII. Tenoſtitanam urbem obſidet, CXXIX. Ab hoſte capitur ſed mox liberatur, *ibid.* Regem Mexicanum capit, *ibid.* Et Tenuſtitanam urbem, *ibid.* Circumjacentes urbes, & provincias ſubigit, *ibid.* Singulis annis victoriæ memoria ſolemni inſtructa ſupplicatione celebratur, CXXX. Vaticinia de Mexico ſubigendo præceſſere, *ibid.* Subacta urbe quacumque ibat evertebat idola Corteſius, & humana ſacrificia prohibebat, *ibid.* Poſcit a Carolo V. ut mittendos curet Epiſcopos, & ſacerdotes pro inſtruendis populis, *ibid.* Mexicanis acerbe imperat, 1523. CXXXIV. Sexaginta regulos ob defectionem flammis tradit, *ibid.* Plures provincias ſubigit, *ibid.* Plures barbaros ad Chriſtum allicit, *ibid.* Elatos invidia Olito præfecto gloriæ æmulo bellum infert, CXXXV. Adverſa omnia vaſtat, *ibid.* Pars copiarum ejus fuſa, *ibid.* Periculum ingens adit, *ibid.* Septem & triginta eccleſias in urbe Mexicana condidit, CXXXVI. Illius in ſacerdotes obſervantia ſingularis, 1524. CXIII. Intereſt primæ ſynodo Mexicanæ, *ibid.* Ejus ſtudio Mexicani ad centum & amplius myriades Eccleſiæ adjuncti, CXIV. Deterret ſupplicia barbaros ab eſu carnis humanæ, 1525. XCIV. Collidit idolum cui mactabantur virgines, XCV. Regem & principes Mexicanos ob conjurationem laqueo præfocari jubet, *ibid.* Interpretis opera fidei myſteria exponit, *ibid.*

Ferdinandus I. Archidux Auſtriæ, deinde Bohemiæ, & Hungariæ Rex ac demum Imperator: Pia ejus ſtudia pro Lutherana hæreſi comprimenda explicat, 1524. II. Catholicorum cœtus Ratiſponæ celebrat, XXIII. Edictum Wormatienſe mandandum operi decernit, XXIII. Vetat ne concionari cuiquam liceat ſine Epiſcopi authoritate, *ibid.* Damnat ſacerdotum & Monachorum connubia, *ibid.* Proſcribit Lutheranos, *ibid.* Jungit fœdus cum pluribus principibus catholicis pro tuenda fide, *ibid.* Animadvertit in Lutheranos, XXXIX. Relapſum Lutheranum extremo ſupplicio afficit, *ibid.* Irruptionem in Italiam minitatur, 1526. XVIII. Initum ab Italis cum Helvetiis fœdus ad eum prohibendum aditu, *ibid.* Extimeſcunt Itali, ne Mediolanenſis ducatus illi a Carolo V. concedatur, 1526. XXXVI. Solicitatur a Clemente, ut Germaniæ vires ad Turcas repellendos jungat, LIX.

Feſti dies: Magiſtri artium feſtis diebus divina tantum docere juſſi, 1514. XXIX. Qui feſti dies celebrari juſſi, 1524. XXXII.

Fides Chriſtiana: Lutherus ſine contritione, & ſine abſolutione ſacramentali ſtatuit peccatorem abſolutum ſi crediderit ſe abſolutum, 1520. LIII. *art.* 11. Fingit hanc ſufficere ſine prævio pœnitentiæ ſacramento pro accipienda Euchariſtia, *ibid. art.* 15. Negat decreta fidei edi vel ab Eccleſia vel a Pontifice poſſe, *ibid. art.* 27. Sacerdos Dalmata, qui mori prius quam fidem ejurare decreverat, caeſa vitalia ad ædem Lauretanam vivus defert, 1520. LXXXIII. Sóſceptis ſacramentis pie moritur, *ibid.* Fidem ſolam ad ſalutem ſufficere ſcribit Lutherus, 1521. LII. Per fidem omnia ſcelera abſorberi perſuaſit, 1521. LXII. Fides in flagitiorum patrocinium ab eo verſa, LXII. Per fidem omnes fieri poſſe immortales pollicetur Lutherus, LXIX. Fingit Lutherus fidem extingui bonis operibus praviſque excoli, 1522. XLIV. Hoc hamo plures cepit, *ibid.* Fides ad Americanas gentes tranſlata dum Germani plerique eam deſerunt, CII. Triginta ſeptem Eccleſiæ in urbe Mexico conditæ, CXXXVI. Liberarum civitatum magiſtratus rejectis conciliis fidei decreta condunt, 1524. XLI. Fidei reformatio nova cuſa a Georgio Blauvordo Tigurino deficiente a Zuinglianiſmo ad Anabaptiſmum, 1525. LXI. Sophiſma Oecolampadii contra fidem confutatur, 1526. CVI. Falſo promiſit Lutherus fide abſorberi peccata omnia, 1526. CXV. Repugnant illis fidei mortuæ encomiis ſacræ ſcripturæ, CXVI. Diſputationes de fide temerariæ Suecos perdidere, CXXXVI.

Fiſtus ſive fiſtulator apoſtata Munzeri ſocius extremo

tremo afficitur ſupplicio, 1525. XVI.

Florentini adhærent concilio Lateranenſi, 1513. XXIV. Leonem X. venientem maximis honoribus excipiunt, 1515. XXVII.

Franciottus Urſinus creatus Cardinalis, 1517. CI.

S. Franciſcus de Paula in ſanctorum albo collocatus, 1519. LXXVI. Qui ritus tunc ſervati, *ibid. & ſeqq.* Ut Eccleſiam condere cœperit, LXXXII. Juſſus ſit a S. Franciſco majorem extruere, *ibid.* Nudis pedibus illæſus calcavit ignem, *ibid.* Admirandæ aliæ virtutes ab eo editæ, LXXXIII. Ut plures divinitus perſanarit, *ibid.* Mutuo reddidit vocem, *ibid.* Enectum frigore reſtituit vitæ, *ibid.* Ardentem fornacem ingreditur ac reparat, *ibid.* Miraculo probat parere omnia divinæ omnipotentiæ, LXXXV. Vocatus eſt a Ludovico XI. in Gallias, *ibid.* Tres religioſæ diſciplinæ formolas inſtituit, *ibid.* Eæ a quatuor Pontificibus confirmatæ, *ibid.* Conſtituta die ſecunda Aprilis anniverſaria illius feſti celebritas, *ibid.*

Franciſcus Maria Roboreus duci Urbini Piſaurienſis principatus relictus, 1513. VIII. Urbini ducatu pellitur a Leone X. 1516. LXXXI. Ob quas cauſas exauthoratus, LXXXII. Quatuor diebus Urbini, Piſauri, & Senogalliæ principatibus exutus, *ibid.* Laurentius Medices creatus Urbini dux, LXXXII. Laurentium Medicem pellit, ac principatum recuperat, 1517. LXXXI. Peruſium oppugnat, LXXXIV. Repellitur, *ibid.* In Senenſes copias vertit, LXXXV. Cum exercitu in Picenum excurrit, LXXXVI. Piſauro propulſatur, *ibid.* Exercitum Lauretanæ ædis direptioni inhiantem continere nequit, *ibid.* Injecto divinitus exercitui pavore a B. Virgine ſcelus averſum, *ibid.* Ariminum obſidet, LXXXVIII. Propulſatur ab Helvetico exercitu, *ibid.* In Etruriam ſigna transfert, *ibid.* Exercitu quotidie imminuto auctoque pontificio Urbinatem principatum Leoni reſtituit certis pacis legibus, *ibid.* Diſſolutus ejus exercitus, *ibid.* Receptus in gratiam ab Hadriano VI. 1523. CVIII. Expeditionis ad liberandum Mediolanum dux creatur, 1526. XV. Propulſatur ab Hiſpanis, *ibid.*

Franciſcus Ximenius Archiepiſcopus Toletanus poſtea Cardinalis a Ferdinando morituro Hiſpaniæ procurator relinquitur, 1516. XXXIX. Dat operam abſente Carolo V. ut ob impotentiam mentis Joannæ Reginæ Hiſpani regium nomen Carolo V. deferant, 1516. XLIII. Mira arte exercitum ſine ſumptu ad ſubitos caſus comparat, XLV. Ludum militarem aperit, *ibid.* Navarram in obſequio Caroli continet *ibid.* Claſſem inſtruit in Turcas, & Afros, XLVI. Navalem victoriam de iis refert, *ibid.* Gratulatur illi Leo X. *ibid.* Algerium recuperare immiſſo exercitu tentat, XLVII. Propulſatur Algerio a Barbaroſſa, *ibid.* Additi illi a Pontifice animi, *ibid.* Solicitatur a Leone, ut contra Selimum exercitum paret, LVII. Conſulit Maximiliano Cæſari, ut cæteris omiſſis Mediolanum bello petat, 1516. LXXIX. Maximiliano id conſilium non ſecuto diſſoluta ea expeditio, *ibid.* Pius Ximenii obitus, 1517. CIII. Rite ſacramentis procuratur, *ibid.* Vitæ Franciſcanæ acerbitatem in cardinalatu retinuit, CIV. Imperatus illi carnium eſus, exceptis feſtis feriis, *ibid.* & CV. Creditus veneno lento a Belgis ſublatus, *ibid.* Uſus eſt opibus ad frangendos Mauros, CVI. Sacram ſcripturam variis linguis excudi curavit, CVII. Complutenſis academiæ ſupplices literæ de eo in ſanctorum albo reponendo, CVIII. Pia ejuſdem pro Africa Chriſto ſubjicienda expeditio, CIX. Incendium crucis ſigno extinxit, CX. Oranenſes in Africa ab eo divinitus expugnati, *ibid.*

Franciſcus Archiep. Lugdunenſis ſchiſma Piſanum ejurat, 1514. IX.

Franciſcus Francorum Rex ſuccedit Ludovico XII. 1515. X. Mediolanum affectat, *ibid.* Adverſatur illi Leo X. *ibid.* Helvetii in eum a Leone X. confirmati, XI. Cum Fregoſiis lites componit, XIV. Genua potitur, XIV. Ejus arma Leo pertimeſcit, XV. Parmam Placentiamque invaſuro anathema intentat, XVI. Fruſtra illi itinera nititur arrumpere, XVII. Henricus VIII. Anglorum Rex in eum ſolicitatus, *ibid.* & XVIII. Initum inter Leonem, & Anglum fœdus adverſus ipſum, *ibid.* Monetur, ut abſtineat Italia, XX. In Gallia magiſtratuum munera vendit, XXI. Venalia jus reddit, *ibid.* Novis vectigalibus Gallos onerat, *ibid.* Oppreſſis Gallis in Inſubres irrumpit, *ibid.* Helvetios cruento prælio vincit Venetorum ope, *ibid.* Mediolanum illi deditum, XXI. Maximilianum Sfortiam ad deditionem cogit, *ibid.* Franciſci Virtutes, & vitia, *ibid.* Cum Leone Pontifice fœdus init, XXIII. Significat velle Romam accedere, XXIV. Trepidatum ne quid novaret, *ibid.* Pacis leges in Mædiceorum commodum verſas admittit, XXVI. Invadendi regni Neapolitani ſpes illi erepta, *ibid.* Legati ad eum Bononiam deducendum miſſi, XXVII. & XXVIII. Venienti Cardinales occurrunt, XXIX. Pontificem in ſolio conſidentem ſupplex adit, XXX. Obſequii ſponſionem illi præſtat, *ibid.* Siniſtra manu a Pontifice deducitur, *ibid.* Laciniam veſtis pontificiæ defert, XXXII. Aquam Pontificis ſacris operaturi manibus affundit, XXXIV. De pragmatica ſanctione novis conventionibus ſubſtitutis abolenda agit, 1515. XXXVI. Particula crucis illi tradita a Leone, *ibid.* Agit ex arcano de expugnando regno Neapolitano, *ibid.* Imperii Conſtantinopolitani jura illi delata a Leone, ſi Turcis bellum inferre vellet, *ib.* Illius e Bononia diſceſſus, XXXIX. Helvetii ad ineundum cum illo fœdus a Leone invitati, XXXIX. Metu Cæſaris, & Hiſpaniæ & Angliæ Regum in Gallias redit, *ibid.* Parmam, & Placentiam extorquet Pontifici, XL. Mutinam, & Regium Aeſtino reſtitui curat, *ibid.* Eccleſiam potius quam Turcas ſpoliare maluit, *ibid.* Solicitatur, ut Mediolanenſi principatu contentus ſit, XLIV. Cæſar intermiſſi in Turcam belli cauſam in Gallum derivat, LXVI. Deſignandorum Epiſcoporum & Abbatum, & priorum facultas conceſſa Franciſco I. 1516. XII. *& ſeq.* Claſſem mittit contra Mauros Petro Navarra duce, L. Auxilia Pontifici contra Selimum pollicetur, LX. Rogatur a Leone ut Dalmatis contra Turcas opem nummariam ferat, LXVII. Diſſidia contrahit cum Maximiliano Cæſare, LXXV. Helvetiorum plures tribus ſibi conciliat, LXXV. Mattheus Cardinalis Sedunenſis alias retrahit ab illius fœdere, LXXVI. Rogatus, ut Chriſti cauſam ſuſcipiat in Turcas, ſua commoda illi præfert, LXXVIII. Meditatur expeditionem Neapolitanam, *ib.* A Maximiliano Cæſare in Inſubria bello appetitur, 1516. LXXIX. Eum propulſat ducum opera, *ibid.* Pacem init cum Carolo V. LXXX. Deſpondet illi filiam cum dotalibus Regni Neapolitani juribus, *ibid.* Cum Regem Luſitaniæ adverſus Carolum ſolicitaret quod datum ipſi ſapiens reſponſum, CV. Cum Carolo V. ſocia in Turcas arma ſpondet, 1517. VI. Monetur ut claſſem ad comprimendas Turcicas graſſationes inſtruat, XXII. Cæſari & Franciſco decretum contra Turcas terreſtris exercitus imperium, 1517. XXXVI. Sancitum, ut quinquaginta millibus peditum duodecim equitum ſuccinctus per Dalmatiam irrumperet, LII. Quæ conſilia agitata ſint in conventu

ventu Auguſtano, ut expeditionem doceret contra Turcas, 1518. V. Ad eum Bernardus S. Mariæ in Aquiro diaconus Cardinalis decernitur pro urgendo in Turcas bello, XXXIX. Pium Franciſci ad eum reſponſum, 1518. CL. Ingentia ejuſdem promiſſa, CLII. Solemnes ſupplicationes Pariſiis celebrat, CLIII. Sancit cum Anglo fœdus, CLIV. De Scoto quid ſenserit, *ibid.* Clandeſtina cum Carolo Hiſpaniæ Rege odia exercet, CLV. Leo X. Franciſco I. pro comparando imperio favet, CLVI. Liſingem inter eum, & Carolum in prenſando imperio, CLVI. Affectat regnum Neapolitanum, CLVII. Brandeburgenſis Marchio datam Franciſco fidem infringit, *ib.* De Regno Neapolitano invadendo agit, CLIX. Saxoniæ ducem Fredericum Carolo V. opponit, CLX. Obſiſtit ne ad Maximilianum diadema imperiale tranſmittatur, CLXII. Nimia æmulatio ingentium malorum illi cauſa extitit, *ibid.* Graves in eum de turbata pace querelæ, CLXIII. Affectat imperium & claſſem inſtruit, 1519. VII. Ingentia illius ſi Rex eligatur promiſſa, X. Quid illis reſponſum, XIII. Turcas potius a Carolo V. quam a Franciſco debellari poſſe contendit Moguntinus Archiep. *ibid.* Expoſita pericula ſi Franciſcus Cæſar eligeretur, XIV. Franciſci virtutes Germanis formidandæ viſæ, XV. Pollicenti in Turcas bellum geſturum fides non adhibita, *ibid.* Ricardi Archiepiſcopi Trevirenſis pro deferendo imperio Franciſco I. argumenta, XIX. Cur fuerit præferendus Carolo V. *ibid.* Aptiorem illum eſſe ad Hungariam Germaniamque defendendas, XX. Saxoniæ dux favet Carolo V. contra Franciſcum I. XXI. Incitatur a Boniveto ad inferendum Carolo V. bellum, XXXII. Inde omnia fluxere mala, *ibid.* Solicitatur a Leone X. ut Turcis ſacrum bellum inferat, LXI. Suſcepto cum Carolo V. bello augendæ hæreſi Lutheranæ occaſionem præbet, 1521. LXXV. Cum Leone de Regno Neapolitano eripiendo Carolo V. agit, LXXVII. Statu dte Leoni non reſpondet, *ibid.* Conjungit ſe Leo Carolo V. adverſus Franciſcum, *ibid.* Adminiſtri Franciſci I. in Leonem inſolentiſſimi, LXXVIII. Navarram fœderato Regi reſtituit, CXIV. Indicit temere bellum Carolo V. XCV. Caroli V. de Franciſco querelæ, *ibid.* Franciſcus I. belli cauſam in Carolum derivat, XCVI. Negat tentaſſe Germanos in Carolum concitare, *ibid.* Navarram amittit, CIII. Fruſtra eam recuperare tentat, CV. Leo X. Helvetiorum opera ipſi bellum movet in Inſubria CVI. Pacem cum Carolo V. reſpuit ob captam Fontarabiam, CVII. Conſilii auctor Bonivetus ipſeque Franciſcus, dein juſtitiam divinam ſenſere, *ibid.* Parmam, & Placentiam ab eo recipit Leo, CVIII. Mediolanenſi principatu exuitur Franciſcus, *ibid.* In media de Franciſco victo lætitia repente Leo humanas res deſerit, CIX. Inter Franciſcum I. & Carolum V. pacem conſtituere nititur Hadrianus VI. 1522. VIII. Internuntii ea de re ad eum miſſi, *ibid.* Bellum illi ab Henrico VIII. denuntiatum niſi admittat inducias, XII. Spe inani illuditur, XIII. Mediolanum fruſtra tentat Lautrechii ducis opera, *ibid.* Ad Bicocham fuſus ejus exercitus, *ibid.* Pulſæ reliquæ copiæ Inſubria, XIV. Genuam amittit, *ibid.* Solicitatur a Philippo Rhodiorum magiſtro, ut contra Turcas opem ferat, XXVII. Recuperare Rhodum meditanti deeſt, CVI. Mediolanenſem arcem amittit, CVIII. Lapſas res Italicas redintegrare tentat, *ib.* Conjurationem init cum nonnullis Siculis contra Carolum V. CIX. Serius parat claſſem ſe fœderati ſupplicio affecti, *ibid.* Monetur ut Romam mittat oratores pro vertendis in Turcam armis, CX. Imperatas ab Hadriano inducias reſpuit, *ibid.* Fœdus in eum ab Hadriano cum Cæſare & Anglo ſancitum, *ibid.* CXI. Fit certior a Clemente VII. de illius electione, *ibid.* Mediolanum fruſtra ducum opera obſidet, CXXXI. Anglos Picardia propulſat, *ibid.* Movet illi bellum in Burgundia Carolus Borbonius, *ibid.* Apud eum queritur Clemens de Nurenbergenſium comitiorum decreto, XX. Ut omnis ſacer, & politicus ordo tollatur a Lutheranis, *ibid.* Commendatur ob Galliam ab hæreſi vindicatam, *ibid.* Solicitatur, ut vires jungat pro extinguenda hæreſi, *ibid.* Solicitatur a Clemente ad pacem cum Carolo V. jungendam, LXXX. Fontis Arabici arx ex illo recuperata a Carolo V. LXXXII. Ejus exercitus Inſubria pulſus, *ib.* Cæſareum exercitum Maſſilia propulſat, LXXXVI. Acerbiores pacis leges proponit, LXXXVII. Solicitatur a Clemente ad pacem, LXXXIX. In Italiam expeditionem ducit, XC. Mediolano, & aliis multis urbibus potitur, *ibid.* Ad pacem ſolicitatur, X–I. Rei gerendæ occaſionem amittit, *ibid.* Neapolitanum regnum invadere meditatur, XCIII. Conſulit illi Clemens ne exercitum dividat, XCIV. De honoris fumo certat cum Carolo V. XCVII. Ob libertatem eccleſiaſticam læſam arguitur, XCIX. Conſulit Carolo V. ut Maometteum opprobrium ex Hiſpania excindat, 1525. LXVI. Mittit Aleſſandrum Stuardum cum exercitu ad invadendum regnum Neapolitanum, LXXIV. Damnata ejus conſilia a Clemente VII. *ibid.* Reiicit Clementis conſilia, LXXVI. Genuenſes illi conciliati, LXXVIII. Hetruſci illius partes amplexi, *ibid.* Monitus a Clemente ne certaminis aleæ ſe committeret, *ibid.* Hoſtium impetus noluit eludere, LXXIX. Ob inanem gloriolam res ſuas evertit, *ibid.* Imprudenter ſuas vires diſtrahit, LXXX. Proditor a Retiis, & Helvetiis, *ibid.* Capitur cum Henrico Navarræ Rege, *ibid.* Inſubres, & Ligures ad Cæſarem deficiunt, *ibid.* Ejus copiæ quas in Neapolitanum regnum miſerat profligatæ, LXXXIII. Anglus illi ex commiſeratione conciliatus, LXXXVI. Duriores pacis leges illi a Carolo V. imperatæ, LXXXVII. & 1526. II. Burgandiæ ducatus illi promiſſus a Franciſco I. III. Affinitatem cum eo contrahit, IV. Spondet una cum Carolo petiturum concilium ut arma in Turcas vertantur, *ibid.* Datis filiis obſidibus liberatur, V. Burgundiam negat conceſſurum, *ibid.* Fœdus cum Pontifice, & Venetis ſancit adverſus Carolum, VI. Scortorum amoribus impeditus fœderatos deſerit, XI. Laudam intercipit, XII. Et Saonam, XV. Fœderatis ſerius auxilia ſubmittit, XVII. Promiſſa iis non ſervat, *ibid.* Belli culpam in eum avertit Carolus in apologeticis literis, XXII. Graves Caroli V. de eo querelæ, XXIV. Violatum ab eo fœdus, *ibid.* Affectaſſe imperium, ut tertius eligeretur, *ibid.* In Carolum Germanos concitare nititur, LI. Caroli adverſus Franciſcum apud Germanos apologia, LI. Queritur Carolus Franciſcum Regem cum liberatus eſſet novam conjurationem iniiſſe, LII. Obſtitiſſe ne exercitus in Pannoniam mitteretur, eamque propterea occupatam, LIII. Violatam ab eo fidem, LIV. Una cum Carolo V. ob privata diſſidia rem Chriſtianam prodidit, LVI.

Franciſcus Armelinus creatus Cardinalis, 1517 CI.

Franciſcus Piſanus Venetus creatus Cardinalis, 1517. CI.

Franciſcus de Vandon Epiſcopus Landunenſis creatus Cardinalis, 1517. CI.

Franciſcus de comitibus electus Coſanus creatus Cardinalis, 1517. CI.

Franciſcus de Sichingen inter Germanos dux clarus

rus ad eccleſiaſticorum ditiones invadendas anhelat, 1520. II. Lutherum confirmat, ut hæreſim aperte effundat, *ibid.* Hæreſim armis propagat, 1524. XLII. Œcolampadium, & Bucerum apoſtatas ſecum ducit, *ibid.* Invadis Treverenſem Archiepiſcopatum, *ibid.* Propulſatur a Richardo Archiepiſcopo, *ibid.* Intentat clero univerſo Germanico excidium, *ibid.* Obruti ejus conatus, *ibid.* Lutherus in eo maxime ſpes ſuas locarat, *ibid.* Obſeſſus in arce ſua tormento bellico laniatus perit, *ibid.*

Franciſcus Cheregatus internuntius apoſtolicus in Germania juſſus exponere principibus in Nurembergenſibus conventibus, impendere ex Lutherana hæreſi mala Germaniæ quæ Bohemiam oppreſſere, 1522. LXVI. Quantum dedecus ſuſcipiant Germani niſi hæreſim comprimant, *ibid.* Politicam poteſtatem cum eccleſiaſtica everſum iri, LXVIII. Quæ Lutherus docet jam per varia concilia damnata, LXIX. Quid illi in comitiis Nurembergenſibus reſponſum, 1522. III. & *ſeqq.* Monet principes ab iis pandi aditum evertendæ religioni, XV. Nullam ſubeſſe cauſam cur pontificia & cæſarea edicta non mandentur operi, XV. Repreſſis hæreticis diſcordias omnes extinctum iri, XVI. Urget, ut typographi qui libros hæreticos cudunt plectantur, XVIII. Ut in apoſtatas animadvertatur, *ibid.* Ejus monita ut inania, ſpreta a politicis Germaniæ, XX.

Franciſcus de Angelis Minorita poſtea Cardinalis dictus Quignones miſſus in Americam pro evangelio prædicando, 1521. CXXVII. Revocatur ex eo munere præfectuſque Ordini, *ibid.*

Franciſcus Soderinus Cardinalis Volaterranus ſuadet Franciſco Francorum Regi, ut comparata claſſe Siciliam invadat, cui principes conjurati ſe conjuncturi ſint, 1523. CIX. Proditionis convictus mancipatur carceri ab Hadriano, *ibid.* Extincto Hadriano liberatur atque in conclave admiſſus, CXXVIII. Obſiſtit pugnaciſſime electioni Clementis VII. *ibid.* Ab eo creato Pontifice in gratiam recipitur, *ibid.*

Franciſcus de Sfortia: Mediolanenſis arx a Cæſareo exercitu recepta pulſis Gallis illi reſtituitur, 1523. CVIII. Gallos Cæſaris ope Inſubria pellit, 1524. LXXXII. Capto a Cæſareis Gallo Rege metuit ne principatu exuatur, 1525. LXXXVIII. Solicitatur a Davalo Marchione Piſcariæ de fœdere pro tuenda libertate Italiæ, *ibid.* Proditur ab eodem, & Mediolani obſidetur, *ibid.* Clemens pro eo apud Cæſarem deprecatur, LXXXIX. Septem menſibus obſidionem ſuſtinet, 1526 XI. Auxiliaris fœderatorum exercitus Mediolano propulſatus, XV. Deditionem nuncupat, ſalutem libertatemque pactus, 1526. XVII. Ut eo obſeſſo exteri Reges in Carolum V. aſperati fuerint, XXIX. Accuſatur a Carolo V. læſæ majeſtatis crimen incurriſſe, XXXII. Contendit Carolus nullum jus obtinere ad Mediolanenſem principatum, XXXIII. Accuſat de exercitu Cæſareo trucidando conſilium dediſſe, XXXVII. Contendit judiciario ordine exauthorari poſſe, XXXIX. Poſtulat Clemens ut in ducatu Mediolanenſi confirmetur, XL. Negat Cæſar ferendam impune illius proditionem, *ibid.* Suffectus illi dux Borbonii, ſive Sfortia convinceretur proditionis ſive decederet e vivis, XLI. Quæ pollicitus ſit Pontifex Carolo, modo Franciſco Sfortiæ parceretur, XLII. Queritur apud Cardinales Carolus ſuſcipi a Clemente proditoris Sfortiæ clientelam, XLIX.

Fridericus S. Theodori diaconus Cardinalis ſe ſubmittit concilio Lateranenſi, 1513. XLII. Veniam erroris poſcit, *ibid.* Ludovicus Francorum Rex pro eo, & ſociis deprecatur, XLIV. Leo in eum clementia utitur, *ib.* Quo cultu inductus ſit in conſiſtorium, XIV. Bernardino ſocio ſchiſmatis altiori voce ſacramenti formulam repetere ſubterfugiente, eam alta voce repetit, *ibid.* Reſtituitur illi cardinalitius cultus, XLVII.

Fridericus Fregoſius Archiepiſcopus Salernitanus expeditionem in Afros ducit, 1516. LII. Expugnandæ Biſertæ occaſioni deeſt, *ibid.* Guletanam arcem capit, LIII. Pontificis ad eum literæ, LIV.

Fridericus dux Saxoniæ a Staupitio Auguſtinianorum Saxonum provinciali, ut vocant, ſubornatur ad tuendam Lutheri cauſam, 1517. LXVII. Condidis Wittembergenſem academiam, *ibid.* Inſignem extruxit Eccleſiam, *ibid.* Monetur a Thoma Cardinale, ut Lutherus fugam proterve carpſerit, 1518. CVII. Monetur ut Lutherum vel Romam ire compellat, vel ſuis finibus eiiciat, *ibid.* Franciſcus I. Fridericum Carolo V. in prenſatione imperii opponit, 1518. CLX. Fridericus contra Franciſcum I. Carolo V. favet, 1519. XXII. Defertur imperium Friderico a principibus, XXIII. Illud repudiat, *ibid.* Deferendum curat Carolo V. *ibid.* Oblatum Hiſpanum aurum contemnit, *ibid.* Infamit Friderici inertia, *ibid.* Divina providentia repudiatum ab inerte & impio imperium eſt, *ibid.* In interregno Lutherum hæreſiarcham fovit, XXXIV. Tranſmiſſa ad eum a Leone X. roſa aurea, XXXV. Evocat Lutherum, ut controverſiam componat cum internuntio pontificio, *ibid.* Perſuaſus ab internuntio Lutherum Witemberga non eiicit, XXXVI. Eum protegit contra Auguſtinianorum comitia ne trucidatur in carcerem, LI. Rogatur a Pontifice, ut vel Lutherum ad piam mentem revocet, aut pertinacem coerceat, 1520. LX. & *ſeq.* Reſpondet velle perſtare in fide catholica, ſed Pontificiam in Lutherum ſententiam mandare operi abnuit, *ibid.* Eraſmum Lovanio Coloniam evocat, & conſulit in Lutheri cauſa, quid de ea ſentiendum, LXII. Hæretici hominis judicium de hæretico Pontificis, & Romanæ Eccleſiæ judicio ſtulte præfert, *ibid.* Sibi perſuadet opprimi eos qui corruptelas emendari cupiant, *ibid.* In Vormatienſi conventu ad objectas Luthero hæreſes fingit hæc fingi ab invidis eumque tuetur, 1521. IX. Falſo queritur non ſervatam Luthero ſalutis fidem, XLIV. Objurgatur ab Hadriano VI. de fide catholica deſerta, 1522. LXXII. & *ſeqq.* Expoſitum illi myriadas animarum culpa ipſius perituras, LXXIV. Objurgatur quod magis impoſtori quam tot conciliis credat, LXXV. Monetur hæreſiarcha ſolitos abuti ſcriptura, *ibid.* Intolerandam eſſe illius cæcitatem, LXXVI. Increpatur quod horrenda patiatur ſacrilegia, LXXVII. & *ſeq.* Monetur Lutherum eſſe plenum Antichriſti ſpiritu, LXXX. Agnoſcat ex operibus transfiguratum ſathanam, LXXXI. Conſtare ex ejus rabie, & maledicentia, & blaſphemiis divinum ab eo abeſſe ſpiritum, *ibid.* Latronem hunc conſpiraſſe ad perdendam eccleſiam, LXXXIII. Miſereatur ſuorum Saxonum deceptorum, LXXXIV. Intentata illi divina ira, *ibid.* Sequatur ſanctos martyres, non apoſtatam, LXXXV. Pontificia, & Cæſarea ultio illi intentata, LXXXVI. Monetur a pluribus regibus, principibus, ut Lutheranam peſtem excindat, LXXXVII. Purgat ſe mendacii, *ibid.* E Nurembergenſi conventu diſcedit, ne colloquium cum legato Cardinale habeat, 1524. V. Muntzerum Pſeudoprophetam novumque Hæreſiarcham Lutheri cui ille adverſabatur conſilio pellit, 1524. XLVI. Deceptus eſt a Luthero jactante doctrinam ſuam accepiſſe a Chriſto ſe illi videndum

dendum

dendum obiiciente ; *ibid.* Inter medios Lutheranorum tumultus obit, 1525. XV. Succedit illi Joannes frater Luthero impie addictus, *ibid.*

Fridericus Holſatiæ princeps Daniæ regnum capeſſit, 1524. LXX. Clementis ad eum literæ, ut Lutheranos comprimat, XXIX. Lutheranis favet, XXXI.

G

B. GAjetanus Tianeus presbyter Vicentinus condit ordinem clericorum regularium, 1524. CVII.

Galli : Præſules Galli ad Lateranenſe concilium vocati, 1513. XVIII. Ad Novariam cæduntur cruentiſſimo prælio ab Helvetiis, XXIX. Pelluntur iterum Italia, XXX. Magnis oppreſſi bellis in Gallia ad Leonem X. ſupplices oratores mittunt, LX. Damnant Galli Præſules Piſana acta, 1514. V. Petunt ſchiſmatis veniam, VI. Helvetios in Inſubria vincunt, 1515. XX. Gallorum Rex laciniam veſtis pontificiæ defert, 1515. XXXII. Pontificis manibus aquam affundit, XXXIV. Cur in Galliis Epiſcoporum, & abbatum electiones ſublatæ, 1516. XII. Quibus legibus deſignandorum Epiſcoporum facultas data Regi, *ibid.* Abbatum, priorum deſignandorum eidem conceſſa authoritas, *ibid.* Privilegia Gallis doctoribus pro obtinendis ſacerdotiis attributa, XV. Maximilianum Cæſarem Inſubria propulſant, 1516. LXXIX. Mediolanum fruſtra tentant, 1522. XIII. Novariam expugnant, *ibid.* Ticinum fruſtra tentant, *ibid.* Ad Bichocham cæduntur ab Hiſpanis, *ibid.* Pelluntur Inſubria, XIV. Amittunt Genuam, *ibid.* Mediolani arcem dedunt, 1523. CVIII. Profligantur maxima clade capto Rege Franciſco, 1525. LXXX.

Gazelles Mamelucorum dux a Solimanni duce extrema clade fuſus, 1521. CXXI.

Gedanum infectum Lutherana hæreſi, 1526. CXXIII. Pulſi inde catholici confugiunt ad Poloniæ Regem, CXXIV. Seditionis authores Gedanenſes affecti ſupplicio, CXXV.

Gentiles : Ut eorum Deum implorantium miſereatur Deus, exemplo probatur, 1511. CXXX.

Genua, & Genuenſes : Genuæ res converſæ pulſis Adurniis a Fregoſiis, 1513. XXX. Fregoſii ab Adurnis infeſtati, XIII. In Galli Regis clientelam ſe conferunt, XIV. Genua potitur Franciſcus I. Gallorum Rex, 1514. XIV. Genuenſes claſſem inſtruunt adverſus Afros, 1516. XLIX. & *ſeq.* Fridericus Archiepiſcopus Salernitanus illi præficitur, *ibid.* Biſertæ expugnandæ occaſioni deſunt, *ibid.* Guletanam arcem capiunt, *ibid.* Obſeſſi ab Hiſpanis, 1522. XIV. Gallicum exercitum nolunt admittere, *ibid.* Diffident inter ſe ac de fœdere agunt cum Hiſpanis, *ibid.* Deluſi ſpecie fœderis impetu capiuntur atque expilantur, *ibid.* Genua ab Andrea Auria pulſis Gallis priſtinæ libertati reſtituta, *ibid.*

Georgius Hungarus crucesignatorum dux ſumpta in Turcas arma vertit in Hungaros, 1514. LIII. Sexaginta hominum millia cædit, *ibid.* Horrenda ejus facinora, *ibid.* Superatur a Joanne Palatino, LVII. Ignito & ferreo diademate redimitur, *ibid.* Militum ſuorum dentibus diſcerpitur, *ibid.*

Georgius Spalatinus ſacelli ducis Saxoniæ præfectus Lutherum protegit, ut Witembergæ hæreat 1518. CVIII. Servit plurimum propagandæ hæreſi, *ibid.*

Georgius Saxoniæ princeps perperam Lutherum & Carloſtadium Hæreſiarchas cum Joanne Eckio Lipſiæ diſceptantes audit, 1519. XXXVII. Pœnituit eum poſtea illius diſputationis indictæ; XLVI. Monetur ab Angliæ Rege, ut Lutherum opprimendum curet, 1522. XLVIII. Tranſlationem bibliorum a Luthero editam prohibet in ſuo principatu, *ibid.* Damnat Lutherana deliria, *ibid.* Principatum ſuum a Lutherana peſte vindicat, 1524. IV. Rogatur a Clemente, ut ad Nurembergenſes conventus pro tuenda fide ſe conferat, *ibid.* Ratiſponenſe decretum contra Lutheranos recipit, XXIV. Promulgat in ſua ditione, *ibid.* In ruſticos Lutheranos conſurgit, 1525. XV. Eos profligat, XVI.

Georgius Epiſcopus Sambienſis infeliciter in apoſtaſiam Lutheranam labitur, 1523. LXXXII. Hæretica ejus concio, *ibid.* Mentitur evangelium hactenus latebris preſſum, LXXXII. Calumniis religioſos onerat quaſi in Eccleſia ſchiſma conflent, *ibid.* A fide deficit Lutheranam impietatem profeſſus, 1526. CXXII. Epiſcopatus politicum imperium in Albertum Apoſtatam transfundit, *ibid.* Effutit Epiſcopalis non eſſe muneris politicum imperium exercere, *ibid.*

Georgius Blauvordus Sacerdos apoſtata Anabaptiſticæ impietatis inſtaurator dum Muntzeri rapſodias de Anabaptiſmo lectitat cum aliis a Sacramentariorum hæreſi deficit ad Anabaptiſticam, 1525. LXI. In medio ſociorum cœtu a dæmone arripitur, *ibid.* Poſt abſurdas geſticulationes vatem agit poſcitque rebaptiſmum damnato eo quod in Eccleſia acceperat, *ibid.* Fingit vitam poſt hac ſine labe, & macula ducturum, *ibid.* Sodales ad idem facinus impellit, *ibid.* Novam fidei reformationem cudit, *ibid.* Statuit Anabaptiſtas eſſe impeccabiles, *ibid.* Sectam auget, *ibid.* Zuinglium adverſantem ſibi patitur, *ibid.* Zuinglium tuentem ſe traditionibus Eccleſiæ deridet, *ibid.* Urget, ut nitidum textum de baptiſmo puerorum afferat, *ibid.* Pœnitentiam perverſiſſimam prædicat in cilicio, & cinere, *ibid.* Mira ejus, & ſociorum hypocriſis, *ibid.* Pellitur Tiguro a Zuinglio, LXII. Pſeudoapoſtolum ſuum vere vocant Sathanæ mancipium, *ibid.* Baſileæ diſputat cum Oecolampadio, 1526. CXVIII. Arguitur inſaniæ quod ſe præferat Eccleſiæ, *ibid.* Docetur eum eſſe verum ſenſum Eccleſiæ, quem docent ſancti patres, *ibid.* Jactat ſe puram tenere ſcripturam, & floccifacere patres, *ibid.* Traditiones, ut humanas temnit, *ibid.* Jactat ſe duci a Spiritu Sancto & impeccabilem eſſe, *ibid.* Pulſus Baſilea proximos Baſileæ vicos inficit, *ibid.*

Georgius Armeniæ Rex Chriſtianus : miſſus ad eum internuntius a Clemente VII. 1526. LXXX.

Gerba inſula ſubacta, & vectigalis Caroli V. conſtituta, 1519. LXII.

Germani a Leone X. ſolicitati ut bellum ſacrum in Turcas ſuſcipiant, 1518. IV. Quid deliberarint, V. & *ſeq.* Onus gerendi belli ſacri refugiunt, XXXI. Arguuntur a Maximiliano, quod torpeant in re glorioſiſſima ac neceſſaria, XXXIV. Commonentur ne occaſioni deſint, XXXV. Si deſint Hungari, Turcas in Germaniam penetraturos, *ibid.* S. Hildegardes prædixit Germanos in hæreſim ob vitia lapſuros, 1519. LVI. Admoniti ab Hadriano VI. de impendentibus malis ex Lutherana hæreſi, 1522. LX. Exorta inde bella civilia, *ibid.* Quam turpe ſit per fraterculum Germaniam peſſumdari, LXII. Prætextum evangelicum eſſe merum latrocinium, LXIII. Spretum iri principes ab iis qui ſpernunt concilia, LXIII. Expoſitum iis impendere malaque Bohemiam oppreſſere, LXVI. Quantum iis inuratur dedecus, niſi hæreſim naſcentem comprimant, *ibid.* Lutherum eadem via incedere qua Mahome-

hometem, LXVIII. Pontificium, & Cæſareum edictam mandent operi, *ibid.* Non eſſe audiendum hæreſiarcham, ſed obruendum, *ibid.* Quæ ſemel conſtituta in Eccleſia in diſceptationem non adducenda, LXIX. Corrupti a Lutheranis quid reſponderint Hadriano VI. 1523. III. *& ſeqq.* Impoſita ſibi a Romana Eccleſia graviora onera queruntur, VI. Injuſtam litem de annatis movent, VIII. Poſtulant concilium in Germania celebrari ob Lutheranam hæreſim, IX. Negant ignave coercere apoſtatas ſacerdotes, XII. Principum Germanorum inertia fuit alumna hæreſeos, XIII. Monentur ab internuntio apoſtolico pandi ab iis aditum evertendæ religioni, XV. Repreſſis hæreticis diſcordias omnes reſtinctum iri, XVI. Monita illius ut inania ſpreta a Germanis, XX. Fingunt ſe occupatos aliis rebus gravioris momenti, *ibid.* Permittant convelli religionem, XXI. Authoritatem Epiſcoporum in conſtituendis concionatoribus ſibi uſurpant, XXIII. Adverſus officia Romanæ curiæ plura deblaterant, XLVI. Queruntur male laicos trahi ad eccleſiaſticum tribunal, *ibid.* Eorum libellus Hadriano VI. porrectus, XLIX. Lutheranorum intolerandas corruptelas ſilentio prætereunt, LII. Monentur ab Henrico VIII. Angliæ Rege ne peſtem Lutheranam foveant, LXVII. Prædicta illis futura populorum rebellio, LXVIII. Prædicta bella ſecutura, *ibid.*

Gladius ſacer miſſus Cæſari a Pontifice, 1517. LXI.

Guillelmus Ramundus de Vich creatus Cardinalis, 1517. CI.

Guillelmus dux Montisferrati Gallorum partes tuetur, 1513. XXX. Cæſis Gallis ab Helvetiis premitur & a duce Mediolanenſi, *ibid.*

Guletana arx a Chriſtianis capta, 1516. LIII.

Gundiſalvus Vaſcius a Mauris ob Chriſti fidem affectus martyrio, 1516. CII. Admiranda ejus conſtantia, *ibid.* Ejus frater ob ſuſceptam Chriſti fidem poſtea necatus, CIII.

Goſtavus Erieſon Suetiæ princeps a Chriſtierno Rege Daniæ cui datus erat obſes in vincula abductus, 1518. CLXV. Pulſo Suecia Chriſtierno ad regni procurationem evehitur, 1520. LXXXIX. Implorat ejus opem Clemens pro comprimenda in Suecia Lutherana hæreſi, 1526. CXX. Subornatur a politico, ut res eccleſiaſticas invadat, CXXIX. Cogit Epiſcopos & ſacerdotes uxores ducere, *ibid.* Nata ex inceſtis aliquorum nuptiis monſtra, *ibid.* Vexat Archiepiſcopum Upſalenſem ob defenſam fidem, 1526. CXXX.

H

HAdrianus VI. ante pontificatum ex Dertoſenſi Epiſcopo creatus Cardinalis, 1517. CI. In Hiſpania cenſuram exercet in hæreticos, 1518. CLXVI. Hiſpaniarum procuratio a Carolo V. in Germaniam profecturo illi relicta, 1520. LXIX. Adverſus Segobienſes rebellantes immittit exercitum, LXX. Data illi imperia a Leone, ut Antonium Epiſcopum Zamorenſem, qui in Toletanam Eccleſiam ſe intruſerat, cenſuris conſtringat, LXXII. Creatus Pontifex Hadrianus VI. ex Cardinale tituli SS. Joannis & Pauli ob eximias virtutes, 1522. I. Prædictum hoc illi ante fuerat, *ibid.* Agebat tunc in Hiſpania reique ignarus erat, *ibid.* Tributa divino numini illis electio, II. Dolet ſibi delatum pontificatum, III. Admittit ut Deo vocanti obtemperet, *ibid.* Maxilla S. Lamberti martyris a Cæſaraugustanis dono excepta, quæ aurea denegata fuerat pontificatus fructum eximium ſe percepiſſe ait, III. Doctrina claruit, IV. Ejus primitiæ, *ibid.* Veriti plures ne ſedem apoſtolicam transferret in Hiſpaniam, V. & VI. Conceptæ de eo ſpes exciſurum Lutheranam hæreſim, *ibid.* Actæ a Carolo V. gratiæ ob creatum Hadrianum VI. Muneribus afficitur ab Hiſpanis, VII. Eo abſcindente aliquas reliquias e S. Lamberti corpore ſacer cruor ex iis fluit, *ibid.* Ejus per Hiſpanias itinera, *ibid.* Pacem inter Carolum V. & Franciſcum I. conſtituere nititur, VIII. Internuntium mittit in Gallias, *ibid.* & X. Sanctiſſimi ejus mores, XI. Negat nepoti ſuo, ut duo ſacerdotia gerat, XI. Dicere erat ſolitus ornandas Sacerdotibus eccleſias, non Sacerdotes eccleſiis ornandos, *ibid.* Sæviente Romæ epidemia ad ferendam populo opem properat in urbem, XVI. Genuam appellit, *ibid.* Venienti Cardinales occurrunt, XVII. Mulierculam virili cultu indutam ignominia afficit, XVII. Vetat arcus triumphales apparari ſibi Romam ingreſſuro, *ibid.* Vetat reos excipi Cardinalium ædibus, *ibidem.* Prohibet geſtari arma, *ibidem.* Confirmat, ut Carolus Regnum Neapolitanum cum imperio retineat, *ibidem.* Cenſum ab eo recipit, *ibid.* Præfert ſummam humanitatem, ut neminem a ſe triſtem dimittat, XVIII. Adulatores temnit, *ibid.* Petri Delphini ad eum datæ literæ, XIX. Eximia de Hadriano ſparſa fama, *ibid.* Rogatur, ut claſſem ſubmittat Rhodiis a Turcis obſeſſis, XX. Imprudenter adverſus Gallos potius quam Turcas eam mittit, *ibid.* Pollicetur illi Carolus V. ſe gladium in Lutherum, & ſequaces diſtricturum, ſi annatæ ſibi concederentur, LV. Ejus ad Hadrianum miſſæ literæ, *ibid.* Negat Carolo annatas juſtiſſimis ob cauſas, LVIII. Principes admonet de malis imminentibus, LX. Queritur non mandatum fuiſſe operi Wormatienſe decretum, LX. Exorta inde bella civilia, *ib.* Exprobrat quod Germaniam a fraterculo peſſumdari patiantur, LXI. Prætextum evangelicum eſſe merum latrocinium docet, LXIII. Spectum iri principes ab iis, qui concilia ſpernunt, *ibid.* Exerceant leges in turbarum authores, LXIV. Majorum pietatem imitentur, *ibid.* Dat mandata internuntio, ut Germanis exponat impendere mala, quæ Bohemiam oppreſſere, LXVI. Quantum dedecus inuratur Germanis, niſi hæreſim naſcentem comprimant, *ibid.* Si velint Lutherum facile oppreſſum iri, *ibid.* Monet politicam poteſtatem cum eccleſiaſtica everſum iri, LXVII. Magna ex hæreſi pullulaſſe mala, ſed majora pullulatura, LXVIII. Lutherum eadem via, qua Mahometem incedere, *ibid.* Mandet operi cæſareum in eum edictum, LXIX. Non audiendum hæreſiarcham, ſed, obruendum, *ibid.* Quæ Lutherus doceat jam per varia concilia damnata, *ibid.* Quæ ſemel conſtituta ſint in Eccleſia, non diſceptanda, *ibid.* Propter vitiorum redundantiam exortam hæreſim, LXX. Pollicetur curiæ Romanæ emendationem, *ibid.* Servatum iri Germanis vetera jura, LXXI. Modos reprimendæ ſectæ quærit, *ibid.* Decernit ſacerdotia doctis conferenda, *ibid.* Fridericum ducem Saxoniæ objurgat ob defenſam hæreſim Lutheranam, LXXIII. Saxonem objurgat, cur deſciſcat ab his, qui fidem in Saxonia prædicarunt, LXXIV. Exponit quot myriades animarum ipſius culpa pereant, *ibid.* Objurgat, quod uni impoſtori, quam tot conciliis magis credat, LXXV. Docet omnes hæreſiarchas abuti ſolitos ſcriptura, *ibid.* Monet, ut tot ſanctis patribus de vera illius interpretatione credat, *ibid.* Horrenda pati illum ſacrilegia increpat, LXXVII. Scelerum licentiam permittere, LXXIX. Plenum eſſe Antichriſti ſpiritu Lutherum, LXX. Ex operibus hunc

Sa-

Sathanam tranſfiguratum facile dignoſci, *ibid.* Ab eo divinum Spiritum perſpicue abeſſe, LXXXI. Illum eſſe antichriſti apoſtolum, LXXXII. Exponit infandas ejus blaſphemias in Eccleſiam, & eccleſiaſticos, *ibid.* Ex ſcriptura honorem ſacerdotibus deferendum probat, *ib.* Latronem hunc conſpiraſſe ad perdendam Eccleſiam monet, LXXXIII. Objurgat de pervicacia in tacendo hæreſiarcha, *ibid.* & LXXXIV. Miſereatur ſeductorum Saxonum, *ibid.* Divinam illi vindictam intentat, *ibid.* Sequatur ſanctos martyres, & confeſſores, non apoſtatam, LXXXV. Pontificiam & imperialem ultionem interminatur, LXXXVI. Minoritas ad prædicandum evangelium Americanis mittit, C. Ex nimia Hadriani in Germanos ſuos clementia efferantur Lutherani, 1523. L. Corruptorum a Lutheranis ordinum imperii reſponſum ad Hadrianum, II. & *ſeqq.* Supplex libellus ab iis ipſi porrectus de acerbioribus oneribus ab Eccleſia Romana impoſitis tollendis, XLIX. In ſanctorum albo reponit Bennonem Epiſcopum Miſnenſem, LXXXIX. Et Antoninum Archiepiſcopum Florentinum, XCV. & *ſeq.* Sanctus Ignatius de Loyola illi pedes deoſculatur CII. Patriarcha Alexandrinus eidem pontifici obſequium defert, CVII. Ariminum recuperat Hadrianus CVIII. Alfonſum Ferrariæ ducem & Franciſcum Mariam Roboreum ducem Urbini in gratiam recipit, *ibidem.* Franciſcum Soderinum Cardinalem Vulaterranum proditionis convictum in Hadrianam molis carcere mancipat, CIX. Solicitat Reges ut mittant Romam oratores pro ineunda pace, *ibid.* Imperat inducias, CX. In Gallum eas reſpuentem fœdus ſancit cum Cæſare & Anglo & Etruſcis, & Mediolanenſi, *ibid.* Damnatum a pluribus hoc fœdus, CXI. Morbo lethali corripitur, CXII. Pie obit, *ibid.* Ejus mores & integritas CXIII. In extremo morbo Guillelmum Enkevvurdium Cardinalem creavit, CXIV. Propinquos non provexit patruelis filium a ſe dimiſit, *ibid.* Plures conſanguinitate attinentes collata eleemoſyna redire in patriam, jubet, *ibid.* Decreverat celebrare concilium contra hæreſim Lutheranam, CXV. Hadriani conſilia pro caſtigandis urbis vitiis, *ibid.* Petrum Careſam Archiepiſc. poſtea Pontificem, & Marcellum Cajetanum emendationi morum præficit, CXVII. Objectum illi non tuliſſe opem Rhodiis, CXVIII. Ejuſdem apologia, *ibid.* Thomas de Vio Cardinalis ab eo in Hungariam miſſus, CXIX. Inito fœderi locum Gallo reliquerat, ſi vellet illi accedere, *ibid.* Succedit illi in pontificatu Clemens VII. *ibid.*

Hadrianus Epiſcopus Conſtantienſis creatus Cardinalis a Leone X 1515. XXXV.

Hadrianus Soderinus Card. tit. S. Chryſogoni fatetur ſe conjurationis in Leonem X. conſcium factum, licet rem ſpreverit, 1517. XCIV. Donatus venia imperata mulcta, XCV.

Hæreſis, & heretici: Sancita in concilio Lateranenſi adverſus hæreticos inquiſitio, 1514. XXXIV. Hæreſes Moſcovitarum, ſive Ruthenorum, abuſuſque varii, 1514. VII. & *ſeq. uſque ad* LXXXVII. Pœnæ in Lateranenſi concilio ſtatutæ in eos, qui hæreſes libris mandarent, 1515. VI. Hæreſeos Lutheranæ præludium, 1516. LXXXIV. Quorum culpa adeo illa propagata, 1519. LIV. & *ſeq.* S. Hildegardis de ea prædictio, 1519. LVI. Aucta ex bellis civilibus hæreſis, 1521. LXXV. *Vid.* Lutherani, Anabaptiſtæ Zuingliani. Crudelitas eſt hæreticorum miſereri, 1522. XIII. Hæreſis Lutherana ob libidinem propagata, 1523. LXXXIII. Plerique ſacerdotum ſpurii in hæreſim lapſi, *ibid.* Hæretici ob arrogantiam ſacra myſteria ſimplicitatem vocant, *ibid.* Ob conceptum in ſacerdotes odium plures lapſi, LXXXIV. Alii quod ſpretis ſanctis patribus rapſodias hæreticorum perlegerent, LXXXV. Hæreſes ex prava interpretatione ſcripturæ manarunt, LX. Falſis viſis inductæ, 1524. XLVI. Hæreſim ex inferis erupiſſe conſtat ex ipſis hæreticis, 1526. CV. Hæretici propriis dictis confutantur, *ibid.* Amplectendas eſſe traditiones Eccleſiæ, & ſequendum ſcripturæ ſenſum, quem docent SS. Patres, CXVIII. *Vid.* Scriptura.

Hamela Saxoniæ divinitus liberata a S. Bonifacio, 1520. LXVIII.

Haradinus Barbaroſſa in tyrannide ſuccedit fratri Horruco, 1518. CLXVII. Ad eum Algerio diſturbandum Carolus V. claſſem immittit, 1519. LXII. Chriſtianus exercitus in contraria conſilia diſtrahitur, *ibid.* Dein mergitur claſſis pars fluctibus, *ibid.*

Helvetii decem Gallorum millia ad Novariam cædunt, 1513. XXX. Ducem Montisferrati Gallorum fœderatum bello premunt, *ibid.* Monentur, ut clementia utantur in victos in defendenda Eccleſiæ cauſa clarum nomen adipiſcuntur, XXXI. Divionem in Burgundia gravi bello premunt, 1513. LX. Deluſi ſplendidis promiſſis obſidionem ſolvunt, *ibid.* In fœdere adverſus Franciſcum I. Gallorum Regem Inſubriam affectantem confirmati, 1515. XI. In Inſubria vincuntur a Gallis & Venetis, 1515. XX. Solicitantur a Leone ad fœdus ineundum cum Gallis, XXXIX. Pars Helvetiorum ſociatur Gallo, 1516. LXXV. Sex regiones ab eo diſſentiunt, LXXVI. Diſciſſi inde in duas factiones, LXXVIII. Ad quindecim millia peditum cum quinque millibus equitum Germanorum irrumpunt in Inſubriam contra Gallos, LXXIX. Repelluntur, *ibid.* Helvetios ſibi conciliat Leo, 1517. LXXXVII. Eorum conducto exercitu repellit Picenu Urbinatem ducem, LXXXVIII. Inficiuntur hæreſi a Zuinglio, 1519. L. Dæmon illius auctor extitit, *ibid.* Helvetii a Leone X. conducti ad pellendos Inſubria Gallos, 1521. CVI. Eorum opere Parma, & Placentia receptæ a Leone, & Galli Mediolano exacti, CVIII. Decernunt tuendam fidem orthodoxam, 1524. LII. Laudantur a Clemente VII. *ibid.* Monentur ut Epiſcopos ab hæreticis divexatos tueantur, LII. Tres Helvetiorum tribus Zuinglianiſmum profeſſæ, LIV. De iis ad fidem revocandis agit Clemens, *ibid.* Produnt Franciſcum I. 1525. LXXX. Auxiliares copias mittunt pro defendenda Italiæ libertate adverſus Hiſpanos, 1526. XV. Ineunt fœdus cum Italis fœderatis ad Ferdinandum Archiducem arcendum Italiæ ingreſſu, XVIII.

Henricus VIII. Angliæ Rex ſolicitatur a Leone X. ut expeditionem in Gallum Regem ſchiſmaticum ducat, 1513. LIV. Prærogativæ ejus confirmatæ, LVI. Gallicum exercitum cædit, LVII. Teroana potitur, *ibid.* Ducum opere victoriam de Scotis refert occiſo Rege, *ibid.* Leo X. illi gratulatur, LIX. Solicitatur ad componendas controverſias & arma in Turcas vertenda, *ibid.* Turnacum Gallo eripit, LX. Rogatur, ut pacem cum Gallo ineat, CV. Ponat arma, quæ pro Pontifice ſumpſerat, *ibid.* Pacem & affinitatem init cum Ludovico XII. Gallorum Rege, 1514. L. Solicitatur adverſus Franciſcum I. Italiæ bellum inferentem, 1515. XVII. & *ſeq.* Paciſcitur cum Leone X. *ibid.* America ſeptentrionalis a Caboto ſub Henrici auſpiciis perluſtrata, 1515. LXIII. Socialia cum Gallo & Hiſpano arma pollicetur in Turcas, 1517. VI. Rogatur ut promiſſa exornet operibus, VII. Henricus Angliæ, & Emmanuel Luſitaniæ Reges de-

decreti duces maritimi belli adverſus Turcas, 1517. XLVI. Quæ partes Henrico attributæ pro expeditione conficienda in Turcas, 1518. XXIV. Laurentius Campegius Cardinalis ad eum legatus decernitur, XXXVII. Fœdus init cum Franciſco I. Gallorum Rege, 1518. CLIV. Pontificiam in Lutherum ſententiam mandari operi, ejuſque libros exuri jubet, 1520. LXIV. Furialem Lutheri pertinaciam egregie deſcribit, LXV. Vere dicit eum eſſe fraterculum Turcis & Saracenis omnibus nocentiorem, ibid. Excipit Carolum V. & fœdus cum eo ſancit, LXIX. Librum edit adverſus Lutherum pro ſacramentis Eccleſiæ, 1521. LIV. Inſigne ejus argumentum pro primatu Pontificis, LVI. & ſeq. Miſſæ ſacrificium egregie propugnat adverſus novatores, LX. Ex confeſſionem, LXIV. Ex traditiones, LXVI. Audiendum Paracletum, qui per Eccleſiam loquitur, non Lutherum ex Chriſti imperio demonſtrat, LXVI. Defendit ſacerdotii dignitatem, LXVIII. Demonſtrat eadem ratione Chriſtianos eſſe Reges, qua ſacerdotes, ibid. Defendit ſacramentum extremæ unctionis, LXIX. Deridet Lutherum immortalitatem ſuis ſpondentem, ibid. Plures illum trucidaſſe, neminem ſanaſſe oſtendit, ibid. Sua ſcripta pontificiæ cenſuræ ſubjicit, LXXII. Oratoris opera porrigit librum Pontifici, LXXIV. Ornatur magnis elogiis a Leone X. ibid. Fidei defenſoris titulo decoratur, ibid. In eum furit Lutherus, ibid. Se concordiæ interpretem offert inter Carolum V. & Franciſcum I. diſſentientes, LXXVII. Iterum inter eos pacem conciliare enititur, CVII. Denuntiat bellum Franciſco I. niſi inducias cum Carolo V. admittat, 1522. XII. Ejus liber adverſus Lutherum verſus in Germanicum ſermonem catholicos confirmat, XLII. Proſcinditur a Luthero omni ſcurrilitatum genere, ib. & XLIII. Monet Fridericum, Joannem & Georgium Saxoniæ duces ut Lutherum opprimant, XLVIII. Præmonet pravam bibliorum verſionem ingentia mala parituram, ibid. Picardiam fruſtra bello tentat, 1523. CXXXI. De actis Norembergenſis conventus fit certior, 1524. XVII. De ingraveſcente hæreſi fit certior, ibid. Rogatur ut tanto malo occurrat, ibid. Rogatur ut oratores mittat ad Spirenſes conventus, XVIII. Monetur ut novæ hæreſes ex Lutherana naſcantur, ibid. Clementem commendat de pacis inter Franciſcum I. & Carolum V. conſiliis provectis, LXXXI. De Gallia invadenda init conſilia cum Carolo V. LXXXIII. Gallicum ſceptrum affectat, LXXXV. Cœptis dein abſtinet, ibid. Progreſſus Franciſci I. in Inſubria ægerrime fert, 1525. LXXVII. Ex commiſeratione audita Franciſci captivitate conciliatur Gallis, LXXXVI. Pacis arbitrum agit, ibid. Filiam Delphino deſpondet, ibid. Eam legem inſerit ne ulla Galliæ provincia pro liberando Franciſco tradi poſſit, ibid. Sollicitatur ad jungendum fœdus cum Gallo, Pontifice, & Venetis, & Mediolanenſi ad allidendam Caroli potentiam, 1526. VII. Monitus a Clemente VII. de imminente Hungariæ excidio mittit Ludovico Regi aurum ſubſidiarium, LVIII. Joannis Fabri ad eum oratio ut eum ad Turcas Hungaria exturbandas concitet, LXXII. Blandis literis eum corrumpere tentat Lutherus, 1526. CXII. Perſequitur in Anglia Lutheri ſequaces, ibid. Refellit Lutheri deliramenta, ibid. & ſeq.

Henricus Navarræ Rex: Illi Franciſci I. auxiliarem exercitum præbet ad recuperandam Navarram, 1521. XCVI. Ducum opera Navarram recuperat, CII. Fuſis ad Juliobrigam Gallis eam amittit, CIII. Rex captus in prælio cum Franciſco I. Gallorum Rege, 1526. LXXX. Mutato cultu evadit, ibid. Ex fœdere cum Franciſco I. inito cedere Navarræ jure juſſus, 1526. IV.

Hercules Rangonius creatus Cardinalis, 1517. CI.

Hieronymus Aleander pontificius in Germania internuntius Fredericum ducem Saxoniæ interpellat ut pontificia in Lutherum ſententia mandetur operi, 1520. LXI. Repellitur, ibid. In conventu Wormatienſi Lutherum accuſat, 1521. VIII. Juxta illius accuſatio temere aſcripta invidiæ, IX.

Hieronymus Emſer theologus ſacram ſcripturam in Germanicum ſermonem contra Lutheri hæreticam verſionem traducit, 1522. XLIX. Lutheri ſcripta contra canonem miſſæ confutat, 1525. XL.

S. Hildegardes prædixit hæreſeos Lutheranæ mala, 1519. LVI.

Hiſpani Venetos vincunt, 1513. LXXVIII. Mexicum ſubjiciunt, 1525. XCIV. Idola evertunt, ibid. Auri cupidine jus gentium violant, XCVIII. Leges iis a Rege datas non ſervant & barbaros opprimunt, ibid. Prohibiti mittere ad publicos conventus procuratores niſi a Rege deſignatos rebellant, 1520. LXIX. Nimiis vectigalibus obruti, LXXI. Ad libertatem ſublatis principibus aſpirant, ibid. Fracti a ducibus Caroli V. 1521. XCVI. Hiſpani Navarra pulſi a Gallis, XCVII. Inſubria potiuntur, CVIII. Navarram recipiunt, CIII. Mexicum ſibi ſubjiciunt, CXXIX. Id antea ab Angelo prædictum, CXXX. Orbem circumivere per occidentem, CXXXI. De Moluccis inſulis certant cum Luſitanis, CXXXII. Propulſant Mediolano & Ticino Gallos, 1522. XIII. Fundant ad Bichocam magna clade, ibid. Pellunt Inſubria, XIV. Genuam obſident, ibid. Diſſidentes Genuenſes & incautos ſub fide cæſarea impetu capiunt & expilant, ibid. Franciſcum Gallorum & Henricum Navarræ Reges capiunt, 1525. LXXX. Affectant Italiæ univerſum imperium, LXXXVI. Duodena centena millia Americanorum in aurifodinis male perdunt, 1526. XCVI.

Hoſtratus theologus in Germania cenſor Reuclinum Capnionem Hebraicæ & Græcæ linguæ peritiſſimum ob caballicas nugas in jus vocat, 1516. LXXXIV. Vexatur a rhetoribus poetis & grammaticis, LXXXV.

Horuſcius Barbaroſſa Mitylenæus pirata tormento brachium pugnans adverſus Chriſtianos amittit, 1515. LIX. Subſtitutt ferreum & Bugiam obſidet, ibid. Ægre repellitur, ibid. Poſtea Algerium intercipit, 1516. XLVII. Hiſpanum exercitum magna clade propulſat, ibid. Africam in Selimi ſervitutem redigere annititur, XLVIII. Chriſtianorum infeſtat littora, ibid. Immiſſa in eum a Pontifice claſſis, LI. Ex pirata evaſit Algerii & Tremeſenii Rex, ibid. Orano propulſatus, 1518. CLXVII. In fuga trucidatus, ibid. Ejus caput per Hiſpaniam circumlatum, ibid. Haradinus Barbaroſſa illius frater in tyrannide ſuccedit, CLXVII.

Hugo Moncada Siciliæ prorex Algerium fruſtra tentat, 1519. LXII. Ejus claſſis pars fluctibus merſa, ibid. Refecta claſſe Gerburum regulum vectigalem conſtituit, ibid. Profligatus a Gallis captuſque 1525. LXXVIII. Liberatus Columnenſes ſubornat ad conflandam proditionem in Clementem VII. Pontificem, 1526. XVII. Direptis baſilica S. Petri & palatio pontificio de pace agit, XIX. Acceptis duobus Cardinalibus obſidibus Clementem adit, ibid. Iniquas pactiones extorquere nititur, ibid. Trimeſtres inducias poſtea init, ibid.

Huttenus: Vid. Udalricus Huttenus.

Huttus hæreſiarcha Chriſti divinitatem negat, 1525. XLI. Blaſphemat Chriſtum a Judæis ob flagitia juſte ſublatum, ibid.

S. Ja-

I

S. JAcobus Apoſtolus Lutheranam hæreſim prædixiſſe viſus, 1521. LXX. Eam egregie confutat, *ibid.* Propterea a Luthero non admiſſa ejus oracula, *ibid.*

Jacobus IV. Scotiæ Rex monitus ne Galli Regis ſchiſmatici partes tueatur, 1513. LIV. Rogatus ut Eccleſiæ cauſam ſuæ præferat, *ibid.* In Angliam incurrit Anglo in Galliam expeditionem ducente, LV. In pugnæ ardore occiditur, *ibid.* Damnatus fuerat ſchiſmatis crimine a Julio II. LVIII.

Jacobus Sadoletus Epiſcopus Carpenſtoractenſis coram Leone X. habet orationem de bello ſacro, 1518. LII. Conſulit Pontifici ne bellum ineat cum Carolo V. 1526. X. Graviora inde mala Clementi conſilium non admittenti contigere, *ibid.* & *ſeq.*

Jacobus V. Scotiæ Rex miſſo oratore ſolemni ritu Leoni X. obſequium defert, 1520. XC.

B. Jacobus Picens: De illius miraculis jubet inquiri Clemens, 1525. CIII.

Javenſes: Eorum ritus & regio, 1513. CXVI. Cur radant anteriorem partem capitis, *ibid.* Victi a Luſitanis, CXVII.

Iconoclaſtarum hæreſis inſtaurata a Carloſtadio, 1522. XXXIII. Juſtitia divina in Iconoclaſtas, 1525. XXXVIII. & 1526. XCIII.

Idola: Eorum labia calenti humano ſanguine alliniunt Americani, 1518. CLXXV.

Jejunia culta ſumma religione a barbaris Americanis, 1518. CLXXV.

Jejunium quadrageſimale: Expetit a Leone X. Maximilianus I. Cæſar ut jejunium in partes dividatur, 1519. II. Id non potuit obtinere, *ibid.* A Luthero & ſequacibus damnatum, 1522. LII.

S. Ignatius Lojola Societatis Jeſu conditor in Pampilonæ obſidione ſauciatur, 1521. XCVIII. Sanatur a S. Petro, *ibid.* Ex lectione piorum librorum divino amore inardeſcit, C. Serio de peccatis expiandis cogitat CI. B. Virgo Chriſtum gerens ſe illi viſendam præbet, *ibid.* Cœlum intuenti ſordent mortalia, *ibid.* Luſtrat limina Apoſtolorum, 1523. CII. Exoſculatur pedes Hadriani VI. *ibid.* Venetiis dum ſubdio cubat jubetur divinitus ſenator illum ſuis ædibus excipere, *ibid.* In terram ſanctam peregrinationem ſuſcipit, CIII. Peccantes arguit ſpreto periculo, *ibid.* Chriſtus ſe illi ſæpius videndum offert, *ibid.* Luſtrat terræ ſanctæ loca, *ibid.* Meditatur infideles ad Chriſtum convertere, *ibid.* Solicite Chriſti veſtigia impreſſa reviſit, *ibid.* Chriſti aſpectu recreatur *ibid.* Suis precibus navim qua vehebatur ſervat, CV.

Illuminati hæretici: Dæmon Michaelis Archangeli ſpecie Nicolaum Pelargum Anabaptiſtarum ſectæ authorem deludit, 1522. LIII. Illuminati credebant tantum inſtinctibus ſuis aut revelationibus, 1524. C. Illuminationem arcanam pro intelligenda ſcriptura jactant Lutherani, 1526. LXXXVIII. Specie Archangeli Philippum Satellanum deludit dæmon, 1526. CXVIII. Crudele facinus Anabaptiſtæ ſe illuminatum profitentis, 1526. CXIX. Triumphat patrato facinore ea impulſu dæmonis ac ſi ex divino imperio edidiſſet, *ibid.* Alterius credentis ſuo Spiritui facinus immane, CXX.

Imagines Sacræ: Imago crucis culta ab Æthiopibus, 1514. CIII. Imagines ſacras Carloſtadius confringit, 1522. XXXIII. Cur fiant imagines, XXXIV. Argutiæ hæreticorum contra imagines refelluntur, XXXV. Ab hæreticis Chriſti ſimulachra indigne fœdata, XXXVII. Vacant impie ſacras imagines idola, quæ ſunt dæmonum ſimulachra, XXXVIII. Qualis fuerit imaginum confringendarum author, XXXIX. Pretioſiſſimæ imagines retentæ ab hæreticis, XXXVIII. Imagines in nummis non ſpretæ, *ibid.* Ad Chriſti crucifixi imaginem miracula Coloniæ edita, 1524. L. Imagines Chriſti & Virginis a Lutheranis affixæ patibulis, 1525. XIII. Imagines Priapi, Veneris & Lutheri ab iiſdem ſervatæ, *ibid.* Divinæ vindictæ exempla in eos, qui imagines B. Virginis idola dixere, XXXVIII. Cur inductæ imagines a Chriſtianis, XXXIX. Fuiſſe Zuinglius ſuam imaginem exuſtam fuiſſe a Lucernenſibus ſed idem Chriſti imagines concremari juſſit, *ib.* Lutherani imaginem Lutheri radiato diademate conſecrant, & Chriſti ac Deiparæ imaginem frangunt, LII. Imago Virginis lachrymas fundit in Hiſpania ſuſcipientibus ficte baptiſmum Mauris, 1526. LXXXIV. In Belgio furente hæreſi Lutherana alia Virginis imago lachrymas etiam ſpargit, LXXXV. Vidiſſe divina prodigia contra Iconoclaſtas teſtatur Coclæus, 1526. XCIII.

Immortalitas a Luthero ſuis promiſſa ſi fidem habeant, 1521. LXIX.

Immunitas eccleſiaſtica pro ea tuenda quæ decreta ſint in Lateranenſi concilio, 1514. XXXI. & *ſeq.* Reſciſſa illa quæ concedit ne non vocata in jus ea cujus intereſt, 1515. IV.

Imperator: Conſuetudines ſervari ſolitæ in electione Cæſaris, 1519. XXVIII. Carolus V. Aquiſgrani corona Germanica redimitur, LXXIII. & *ſeq.*

Indulgentiæ: ante Lutherum in eas declamat Eraſmus, 1516. XCVII. Theſes proponit Lutherus adverſus indulgentias, 1517. LXI. Inſurrexit adverſus Eccleſiam quia promulgandarum indulgentiarum illi non eſt demandata provincia, LXVI. Ex traditione fluxit indulgentiarum uſus, LXXVI. Quid ſit indulgentia, *ibid.* Quomodo valeant indulgentiæ pro defunctis, LXXVII. Quæ ſit indulgentiarum cauſa, LXXVIII. Quid requiratur ut indulgentiæ valeant, LXXI. Corruptelæ in promulgandis indulgentiis a quæſtoribus admiſſæ, 1518. C. & CI. Nundinæ prophanæ de rebus ſacris turpiter factæ, *ib.* Pœnam temporalem remittit indulgentia, CXIII. Objiciunt lucrari imperfectionis eſſe lucrari indulgentias, CXVI. Refelluntur, *ibid.* Ut ſanctorum merita ad expiationem aliis attribui poſſint, CXIX. Lutheri argutiæ contra indulgentias refelluntur, *ibid.* & *ſeq.* Indulgentiarum vis in Lipſienſi diſputatione a Luthero non negatur, 1519. XLIV. Ut valeant indulgentiæ pro defunctis, XLIX. Ut varie applicetur indulgentia vivis & defunctis, *ibid.* Coactum ex indulgentiis aurum diripit Chriſtiernus Daniæ Rex, LVII. Negat Lutherus theſaurum indulgentiarum eſſe merita Chriſti & ſanctorum, 1520. LIII. *art.* 18. Alii ejus errores contra indulgentias *art.* 19. & *ſeqq.* Calumniæ Germanorum adverſus indulgentias, 1523. XXXVII. Non ex iis ſed ex Lutherana hæreſi omnia mala emanarunt, XXXVIII. Querelæ Lutheranorum adverſus indulgentias, 1524. XXXII. Fingunt ex indulgentiis peti cauſam male agendi, XLIV.

Innocentius Cybo creatus Cardinalis a Leone X. 1513. LXXXIII.

Invidia: Amarottus eques furens invidia in Rhodiorum equitum principem, Solimannum concitat ad expugnandam Rhodum, 1521. CXXII.

Joachimus marchio Brandeburgenſis electur Lateranenſi concilio adhæreſcit, 1513. XC.

Joanna Ferdinandi & Iſabellæ Regum filia relicta heres a Ferdinando, 1515. XXXIX. Ob mentis impotentiam Carolus filius dictus V. eo nomine Imperator ſe Regem dicit, 1516. XXXIX.

Joannes Daniæ & Norvegiæ Rex deterretur a

Leo-

Leone X. ne Gallorum Regis ſchiſmatici partes tueatur, 1513. LV.

Joannes Baſilius dux Moſcovitarum a cruciferis concitatus in Sigiſmundum Poloniæ Regem, 1513. XXXVIII. Smolenceam arcem ad Boryſthenem intercipit, *ibid.* Regiam coronam poſcit a Cæſare, *ibid.* Itali & Germani pro conflandis & librandis machinis ad eum perperam miſſi, *ibid.* Variis præliis vincitur, XL. Triginta millia Moſcovitarum amittit, *ibid.* Rogatur de pace cum Polono a Leone X. deque inſtauranda cum Romana Eccleſia conjunctione, *ibid.* Incurrit in Lituaniam, 1514. LVII. Smolencæa arce potitur, *ibid.* Gemino prælio profligatur, LXII. Triginta millia Moſcovitarum amittit, *ibid.* A Tartaris graviſſimam graſſationem patitur, LXIV. Mittit ad eum internuntium Leo X. ſed miſſum ab hoc viatorem pro petenda fidei ſyngrapha mergit flumine LXV. Sævam in Moſcovitas tyrannidem exercet, LXVI. Quanta ſit ejus potentia, utque ducenta equitum millia cogat, LXVIII. Lituaniam tentat ſed repellitur, 1516. LXXIV. A Tartaria vincitur, *ibid.* In Moſcovia gravem vaſtitatem paſſus ab iis, *ibid.* Flectitur ad pacem cum Polono, *ibid.* Ejus literæ ad Clementem VII. de fœdere incundo adverſus Turcam, 1525. LXVII. Mittit oratores ad Carolum V. LXVIII. Scarenſis Epiſcopus ad Baſilium a Clemente miſſus pro inſtauranda veteri conjunctione, *ibid.* Modum unionis permiſit Pontifici, *ibid.* Res infecta, LXIX.

Joannes Alebretenſis Rex Navarræ expeditionem in Navarram ducit mortuo Ferdinando, 1516. XLV. In montium anguſtiis fuſus ejus exercitus, *ibid.* Solvit obſidionem oppidi S. Joannis, *ibid.* Regreſſus in Galliam morte inopina moritur, *ibid.*

Joannes Laſcus Archiep. Gneſnenſis in concilio Lateranenſi inſignem orationem habet de Turcis propulſandis, 1513. XXXII. Perorando ſæpe lachrymas fundit, *ibid.*

Joannes Archiepiſc. Arelatenſis profitetur ſe invitum adhæſiſſe conciliabulo Piſano, 1514. VIII. Veniam poſcit, *ibid.* Ex qua formula ſchiſma damnaverit, IX.

Joannes Comes Scepuſienſis Vaivoda ſeu præfectus Tranſilvaniæ poſtea Hungariæ Rex cruceſignatos conjuratos debellat, 1514. LVII. Georgium eorum Regem ignita ferrea corona adurit, *ibid.* Serius confecto jam prælio adducit auxilia adverſus Solimannum, 1526. LXIV. Redeunte Conſtantinopolim Solymanno Budam & Albam recuperat, LXX. Salutatur Rex a ſuæ factionis hominibus, *ibid.* Opponitur illi Ferdinandus Auſtriacus ab Hungaria reſciſſa ejus electione, LXXI. Impactum illi proditionis crimen, *ibid.* Inde Hungari mutuis cladibus atteruntur, *ibid.*

Joannes Tetzelius theologus ordinis Prædicatorum ob demandatam illi promulgandarum indulgentiarum provinciam contrahit rixam cum Luthero, 1517. LIX. Imprudentia ſua hæreſeos incendium auxit, LXIV. Increpatur a Miltitio internuntio multa perperam egiſſe, 1518. C. Mœrore & morbo confectus obit, *ibid.*

Joannes Paolus Balionus Peruſium propugnat contra Franciſcum Mariam Urbini ducem, 1517. LXXXIV.

Joannes Baptiſta Palavicinus creatus Cardinalis, 1517. CI.

Joannes Dominicus de Cuppis creatus Cardinalis, 1517. CI.

Joannes de Piccolominibus Senenſis creatus Cardinalis, 1517. CI.

Joannes e Salviatis creatus Cardinalis, 1517. CI.

Joannes Miſnenſis Epiſcopus Lutheri libros damnat, 1519. L. Territus Lutherus ad Huſſitas profectionem meditabatur cum a Franciſco e Sicbingen novarum rerum cupido confirmatus eſt, *ibid.*

Joannes Eckius Ingolſtadienſis theologus cum Carloſtadio & Luthero hæreſiarchis diſputationes publicas Lipſiæ edit, 1519 XXXVII. Objicit Luthero ab Huſſitis non diſſentire, XLII. Purgat ſe de diſputatione cum iis inita, XLVI. Ea plurimum nocuit rei catholicæ, *ibid.* Data illi provincia ut pontificium decretum contra Lutherum promulget, 1520. LX. Adit ducem Saxoniæ ut mandata pontificia exponat, *ibid.* Repellitur quaſi alios cum Lutheri cauſa implicuiſſet, *ibid.* Confutat in Badenſi conventu hæreticorum ſophiſmata, 1526. XCIX. Provocat hæreſiarchas ad probationem incendii, *ibid.*

Joannes Angelus Aretmboldus Pontificius in Dania internuntius in carcerem truſus a Daniæ Rege, 1519. LVII. Expilatum ab eodem aurum, quod ex indulgentiis pro Baſilica S. Petri redegerat, *ibid.* De eo literæ Leonis ad Daniæ Regem, *ibid.*

B. Joannes de Capiſtrano ordinis Minorum: De eo in ſanctorum albo collocando actum, 1519. LXXXVII. Clemens VII. de ejus miraculis inquiri jubet, 1525. CXVIII. Ludovicus Rex Hungariæ orat Clementem ut eum inter ſanctos referat, 1523. CXXXIII. Edita ab eo miracula redigi curet in acta publica, *ibid.*

Joannes Fiſcherus Epiſcopus Roffenſis poſtea Cardinalis & martyr Anglos docta oratione ut ab hæreſi Lutherana caveant admonet, 1520. LXIV. Librum Lutheri quo damnatas hæreſes confirmarat contra decretum pontificium doctiſſime confutat, LXVI. Œcolampadii ſophiſmata contra Euchariſtiæ veritatem refellit, 1526. CVII.

Joannes dux Saxoniæ Lutherum protegit apud fratrem Fredericum ducem, 1520. LX. Pontificium decretum ſpernit, *ibid.* & *ſeq.*

Joannes Franciſcus de Angelis ſupremus Minoritarum Magiſter prædicandi in America evangelii facultatem a Clemente VII. obtinet, 1525. LXXXIII.

Joannes Albaniæ dux Jacobi Regis Scotiæ nomine obſequium Leoni X. defert, 1520. XC.

Joannes Coclæus theologus eximius Chriſti athleta congreditur cum Luthero in aula Archiep. Treverenſis, 1521. XXI. Minitantur Coclæo Lutherani illius famam ſatyris laniatum iri, *ibid.* Quingentos articulos hæreticos ex Lutheri ſermonibus colligit, 1524. XLI. Pellitur Francofurto a ſeditioſis Lutheranis, XXVII. Articulos Lutheri impios colligit refellitque, 1526. LXXXVII.

Joannes Rex Luſitaniæ quæri in Indiis reliquias S. Thomæ Apoſtoli jubet, 1522. LXXXIX. Inventæ ex, & in argenteo loculo collocatæ, *ibid.* Ad eum miſſæ literæ ab Æthiopum Imperatore pro ineundo fœdere contra Mahometanos, 1524. CIII. De novi orbis limitibus diſceptat cum Caſtellanis, 1524. CIX. Carolus V. illi minatur excidium, CXI.

Joannes Clictoveus doctor Pariſienſis eruditis commentariis Eccleſiæ ceremonias contra Lutherum tuetur, 1523. LX.

Joannes Petrus Epiſcopus Theatinus cum B. Gajetano Thienæo condit ordinem clericorum regularium, 1524. CVII. Romanus Pontifex renunciatus. *Vid.* Paulus IV.

Joannes Plocenſis Epiſcopus: Oratio illius ad Regem Poloniæ pro avertenda hæreſi Lutherana, 1525. XXXV.

Joannes Machabæus Scotus apoſtata a Luthero miſſus Danos hæreſi inficit, 1525. XXXII.

Joannes Pomeranus in Dania late hæreſim diſſeminat, 1525. XXXIII. Ab eo Chriſtianus

Rex

Rex contermnente Epiſcopus regia corona cingitur, *ibid.*

Joannes Clericus lanifex hæreſim infert Gallis, 1525. LXV. Eauſtus Meldis, *ibid.*

Joannes Bokelſon pſeudoapoſtolus Matthiæ Harlemenſis piſtoris pſeudochriſti idemque antichriſtus anabaptiſta in aere regiis inſignibus redimitus populo Monaſterienſi oſtenditur, 1524. XX.

Joannes Faber theologus inſignis dictus Lutheranorum malleus poſtea Epiſcopus Viennenſis miſſus a Ferdinando Rege Hungariæ ad eliciendа contra Turcas auxilia, 1526. LXXII. Ejuſdem ad Henricum oratio de Turcarum potentia & immanitate, LXXIII. *& ſeq.* Contradictiones Zuinglii edito libro divulgat, 1526. CIV.

Joannes Archiepiſc. Upſalenſis deſignatus ob defenſam religionem a Goſtavo Rege Sueciæ indigne vexatus, 1526. CXXX. Eximiæ ejus voces adverſus minas regias, *ibid.*

Joannes Epiſcopus Cracovienſis: Data illi mandata, ut comprimat pſeudoepiſcopum Pomeſanienſem apoſtatam, 1526. CXXVI.

Iſmael Sophy Rex Perſarum nepotem Selymi excipit atque incurrit in Turcicum imperium, 1514. XXXVII. Revocat ac diſtrahit Selimum ab Italica expeditione, *ibid.* In Scythia magnos progreſſus facit Iſmael, XXXVIII. Tentat Cappadociam, *ibid.* Bellicis tormentis profligatur, XL. Tauriſium illi a Selimo ereptum, *ibid.* Selimum nocturno prælio fugat vincitque, XLII. Solicitat Chriſtianos Reges ut in Selimum arma cum ipſo jungant, 1515. XLIV. Tauriſium recuperat, *ibid.* Domeſticis ſeditionibus adverſus Hyrcanos & Bactrianos implicatur, *ibid.* Selimo Tauro & Antitauro potito varias legationes ad Chriſtianos mittit, LV. Ut Iſmael Mahometanam ſectam diviſerit, *ibid.* Aliis ſuperſtitionem inſtauravit, *ibid.* Quo ſigno ſuos diſtinxerit, *ibid.* Novas precandi formulas finxerit, LVI. Indiæ Reges ſolicitat ut ipſius ſectam amplectantur, *ibid.* Ad eum a Luſitano Rege miſſa legatio, 1516. CVI. Quam caſtrorum formam ſervare ſolitus, *ibid.* De jungendo cum eo fœdere adverſus Selimum actum, 1518. XVII. De Aſia cum Iſmaele dividenda, XXVIII. Solicitatur ab Æthiopum Imperatore contra Solimannum, 1521. CXXI.

Jubileus annus celebratus a Clemente VII. 1525. I. *& ſeq.*

Jucatæ inſulæ repertæ, 1515. XCVI. Duodecies centena millia Jucatanorum in aurifodinis conſumpta ab Hiſpanis, *ibid.* Ut deluſi fuerint ab Hiſpanis, XCIX. Jucatanorum duo & triginta amplius hominum millia baptiſmo abluta, 1520. XC.

Julianus Medices a Leone X. interpres adhibitus pro conciliando Eccleſiæ Ludovico Francorum Rege, 1513. XXIV.

Julius Medices conſobrinus Leonis X. creatus Cardinalis, 1513. LXXXIII. Fit author fœderis inter Leonem X. & Carolum V. 1521. LXXX. *Vid.* Clemens VII.

Julius II. Pontifex pie ſe ad mortem comparat, 1513. I. Cadaveris ſui componendi ad ſepulturam curam demandat, *ibid.* Gallorum Regem in jus a concilio Lateranenſi vocari jubet, *ibid.* Laudata ejus conſtantia, III. Promulgari jubet in concilio conſtitutionem contra Cardinales creantes ſimoniacum Pontificem, V. Vetat admitti pro creando Pontifice Cardinales ſchiſmaticos, VII. Illis ut privatos parcit, ut Pontifex jubet legibus canonicis ſubjici, *ibid.* Sacro viatico communitur VII. Extrema illius ad Cardinales cohortatio, VIII. Vetat Schiſmaticos in urbem admitti, *ibid.* Duci Urbini Piſaurienſem principatum attribuit, *ibid.* Ait ſe ob toleratos labores pluſquam martyrem fuiſſe IX. Pie moritur, *ibid.* Pontificatus illius tempus, *ibid.* Ejus elogium, X. Summa ejus in adverſis conſtantia, *ibid.* Plura illi falſo objecta, XI. Ludovicus XII. illum ſua culpa in ſe exaſperarat, *ibid.* Objectio de bellis geſtis diluitur, XII.

Jus canonicum exuſtum a Luthero, 1520. XVI. Impiæ illius argutiæ in jus canonicum eædemque confutatæ, XVIII. *& ſeqq.*

Juſtitia divina: varia ſacrilegorum in quos divina juſtitia animadvertit exempla, *Vid.* Ultio divina.

Juſtitia: Deum juſtum & punientem peccatores ſe odiiſſe profitetur impius Lutherus, 1517. LXXII.

L

Lacrymæ e ſacris imaginibus fluunt, 1526. LXXXIV. *Vid.* Imagines.

S. Lambertus: purus ſanguis emanat ex ejus reliquiis dum Hadrianus VI. eas a reliquo corpore abſcinderet, 1522. VII.

Lateranenſe Concilium, *Vid.* Concilium Lateranenſe.

Laurentius Pucius creatus Cardinalis a Leone X. 1513. LXXXIII.

Laurentius Medices pulſo Franciſco Robureo creatur Urbini dux a Leone X. 1516. LXXXII. Graves inde diſſenſiones ortæ, *ibid.* A Franciſco Maria Robureo repulſus ſubito belli impetu, 1517. LXXXI. Reſtitutus illi ex fœdere principatus, LXXXVIII. & 1518. LXXVI. Conflata Leoni maxima invidia ob Laurentium Medicem ad principatum evectum, *ibid.*

Laurentius Campegius creatus Cardinalis, 1517. CI. Ad Regem Angliæ legatus mittitur pro gerendo bello Turcico, 1518. XXXVII. A Clemente VII. ad Norembergenſes conventus legatus mittitur, 1524. I. Commendatur Carolo V. III. Ob Lutheranos legati cultu Norembergam non eſt ingreſſus, V. Fridericus Saxoniæ dux ne colloquium cum eo haberet a conventu diſcedit, *ibid.* Principes admonet ruituram cum religione Germaniam non cunctandum in tanto malo, *ibid.* Hortatur ad tyrannidem Turcicam retundendam, *ibid.* Plures leges edit Ratiſponæ contra Lutheranos, XXIV. Vetat ne quis prædicet niſi miſſus ab Epiſcopo, XXVI. Veteres corruptelas tollit, XXVII. In ſacerdotes apoſtatas ſancit pœnas, XXXII. Concilia provincialia ſingulis triennüs celebrari jubet, XXIX. Blaſphemos merita pœna percelli jubet, XXXIV. Et hæreticos pelli ab Eccleſia, XXXV. Jubetur a Clemente VII. Daniæ Sueciæ, Norvegiæque Rex res eccleſiaſticas curare, LXX.

B. Laurentius Juſtinianus: ob inſignia miracula beati nomen & cultus illi decreta, 1524. CI.

Lauretana ædes ſive ſacroſancta domus in qua nuntiante Angelo Verbum divinum humana carne in Virginis utero indutum eſt a Turcarum invaſione ſæpius liberata, 1517. LXXVI. Urbinatis ducis exercitus exploratores pro ea diripienda miſſi laniati a lupis, *ibid.* Exercitus injecto divinitus terrore munera offert, qui direpturus acceſſerat, *ibid.*

Lautrechius Mediolanum fruſtra tentat, 1522. XIII. Novariam expugnat, *ibid.* Ticinum fruſtra tentat, *ibid.* Ad Bichocam profligatur, *ibid.* Cladem paſſus ob interverſa militaria ſtipendia a Ludovica regia matre, *ibid.* Per Helvetios fuit in Galliam, *ibid.*

Lectio piorum librorum: Ex ea S. Ignatius amore divino inflammatur, 1522. C.

Legati de latere luſtrant provincias non mittunt internuncios, 1524. XXVI.

Leo

Digitized by Google

Leo X. ante Pontificatum dictus Joannes Medices Cardinalis creatur Pontifex, 1513. XIII. Qui ritus in illius electione ſervati, XIV. Triginta ſeptem annos tunc natus erat, XV. Quam ſententiam inſigni pontificio adſcripſerit, XVI. Lateranenſi concilio celebrando inſiſtit, XVIII. Galliæ diem dicit pro reſcindenda ſanctione pragmatica, *ibid.* Muniendæ Rhodo dat operam, *ibid.* Anniverſario die, quo creatus fuerat pontificatus poſſeſſionem init pompa triumphali, XX. In ſeſſione ſexta ad bellum in Turcas gerendum ſollicitatur, XXIV. Gallorum Regem ad concordiam flectere nititur, *ibid.* Gallos ad Lateranenſe concilium evocat, XXV. Maximiliano Sfortiæ de recuperato Mediolanenſi ducatu gratulatur, XXIX. Illius ad Helvetios victores literæ, XXXI. Polonos oratores excipit quidve iis reſponderit, XXXII. Inter Polonos & Cruciferos diſſidia conciliare nititur, XXXIII. Polonum rogat, ut litem dirimendam concilio permittat, XXXIV. Albertum cruciferorum magiſtrum conventis ſtare detrectantem monet, ut fœdus ſervet, XXXVII. Pro Moſcho & Polono conciliandis ſtudia intendit, XL. Pro pace publica inter Chriſtianos inſtauranda legatos mittit, XLIII. In Cardinales ſchiſmaticos reſipiſcentes clementiam adhibet, XLIV. Cardinalatui eos reſtituit, XLVII. Quam pœnam iis ad expiandum crimen impoſuerit, *ib.* Cæſarem de extincto ſchiſmate certiorem facit, XLVIII. Robertum Cardinalem Nannetenſem legatum in Galliam creat, LII. Ludovicum Gallorum Regem, ut redeat ad officium amanter provocat, LIII. Ad frangendam ejus pertinaciam Anglum in eum concitat, LIV. Scotum admonet, ut Eccleſiæ cauſam ſuæ præferat, *ibid.* Prærogativas Angliæ Regi conceſſas confirmat, LVI. Illi partam de Scotis victoriam gratulatur, LIX. Preſſus magnis calamitatibus Ludovicus Rex oratores pro venia imploranda ad Leonem decernit, LX. Eundem conciliat Eccleſiæ, *ibid.* Thomam Cardinalem Strigonienſem in Poloniam, Bohemiam & Hungariam mittit, LXII. Pro Turcis Tartariſque reprimendis ſtudia intendit, LXVI. Legato provinciam dat, ut leges in hæreticos & ſchiſmaticos diſtringat, LXVII. Ad Bohemorum & Moravorum reliquias conciliandas Eccleſiæ legatum authoritate inſtruit, LXVIII. Si in cæteris Bohemi conſenſerint de calicis uſu in concilio Lateranenſi actum iri proponit, LXX. Concordiæ ratio propoſita ab eo ut bona eccleſiaſtica ab hæreticis retenta, LXXIII. Circa articulos damnatos omnem concordiæ rationem vetat, LXXIV. Wladiſlaum Regem monet, ut Bohemos compeſcat, LXXVI. Controverſiam inter Cæſarem & Venetos ſedare ſtudet, LXXVII. Raymundum Cardonam Hiſpanum ducem rogat ne Venetos bello premat, LXXIX. Obſequium Leoni a Cæſareo oratore delatum, LXXX. Auget Cardinalium ſenatum, LXXXIII. Ludovicum Gallorum Regem ſchiſma ejurantem ad pacem admittit, LXXXVI. Aquenſem ſenatum in jus vocat ob immunitatem eccleſiaſticam labefactatam, XCI. Errorem damnat aſſerentium unicam in omnibus animam, XCII. Errores de mortalitate animæ aut æternitate mundi damnat, *ibidem*. Vetat ab eccleſiaſticis philoſophiæ aut poeticæ poſt quinquennium operam impendi, XCIII. Sollicitat fideles, ut arma jungant in Turcas, XCV. Fert leges pro tollendis curiæ corruptelis, XCVI. Reges mutuo fœdere in Turcas jungere annititur, C. Maximilianum Cæſarem ad pacem cum Venetis ſollicitat, CII. Septemviros, ut pacis conſilia promoveant ſollicitat, CIV. Anglum rogat, ut pacem cum Gallo ineat, CV. Fideles monet de Selimi bellico apparatu, CIX. Deque illius progreſſibus, *ibid.* Tartaros & Moſchovitas illi conjunctos eſſe, *ibid.* Sacras indulgentias ſtipem in belli ſumptus collaturis proponit, CXI. Sacerdotibus decumas imperat, CXIII. Hungariæ & Poloniæ inducias imperat, CXV. De partis a Luſitanis in India victoriis fit certior, CXXV. Emmanuelis Regis ad eum literæ de ſubacta aurea Cherſoneſo, CXXVI. Ejuſdem ad Leonem literæ de Afris profligatis, CXXXVIII. Munera Indica ad Leonem a Luſitaniæ Rege tranſmiſſa, 1514. I. Gallos præſules ad damnanda acta Piſani conciliabuli adigit, V. Eos venia donat, VI. Quam formulam ejurandi ſchiſmatis illis præſcripſerit, IX. Agit de Regibus mutuo fœdere in Turcam conjungendis, X. Plures legatos ea de cauſa mittit, *ibid.* Indicit ſolemnes preces pro publica pace, XI. Divinum judicium perturbantibus pacem intentat, XII. Principes urget ne differant præſules ad concilium mittere, XIII. De præſulibus & abbatibus dignis creandis fert conſtitutionem, XVII. Monaſteriorum commendationem tollit, XIX. Dat Cardinalibus leges, XXII. Jubet, ut explorent quænam hæreſes pullulent quibuſve in locis, XXVI. Magiſtros artium diebus feſtivis divina tantum docere jubet, XXIX. Leges ſancit in blaſphemos, *ibid.* In Sodomitas, concubinarios, & ſimoniacos leges inſtaurat, XXX. Cenſuras in principes eccleſiaſtica vectigalia detinentes renovat, XXXI. Reges clericis imperantes decumas percellit anathemate, XXXII. In hæreticos inquiri jubet, XXXIV. Maximilianum Cæſarem admonet de periculis a Selimo imminentibus, XLIII. Ut ab eo afflictetur Hungaria, XLIV. Inſtigat Reges, ut in communem hoſtem arma vertant, *ibidem*. Fœdus inter Cæſarem & Hungarum agitat, XLVI. Motas de Juliacenſi ducatu lites ſedare nititur, XLIX. Pacem inter Gallorum & Anglorum Reges conciliat, L. Hungariæ Regis ſtipendia decernit, ut bellum in Turcas moveat, LI. Dat mandata Thomæ Cardinali Strigonienſi, ut ſacram eam militiam promoveat, LII. Poloniæ Regem hortatur, ut cruceſignatos arma in nobilitatem & Clerum vertentes coerceat, LIV. De pace inter cruciferos & Polonum componenda agitat, LV. Inter Baſilium Moſchovitam & Polonum revocare pacem annititur, LVIII. Sigiſmundi Regis literæ ad Leonem de profligatis Moſchovitis, LXI. Solemnes a Leone redditæ Deo grates, LXIV. Quid ad Leonem de Moſchovitis, Rhutenis & Tartaris relatum ſit, LXVIII. *& ſeq.* Mittit internuntium ad erudiendos Maronitas, LXXXVII. Maronitarum patriarchæ ad Leonem literæ, LXXXVIII. Plures Maronitarum errores emendat, CI. Mittit legatum ad Abyſſinos, CII. Litem inter Cardinales & Epiſcopos ſopire ſtudet, 1515. I. Promulgatum ratione mutui aliquid exigi non poſſe, II. Exemptos ſi deliquerint ab Epiſcopis pœna affici jubet, IV. Pœnas in libertatis eccleſiaſticæ oppreſſores conſtituit, V. Et in eos, qui hæreſes libris mandant, VI. Libros typis edi ſine facultate Epiſcoporum vetat, *ibid.* Vocat in jus Gallos pro reſcindenda ſanctione pragmatica, VII. Datum illi conſilium, ut pacem ad decennium inter principes indicat, IX. Franciſco I. Galliarum Regi Mediolanum affectanti adverſatur, X. Helvetios in fœdere adverſus Gallum confirmat, XI. Genuenſes contra Gallicam factionem tuetur, XII. Potito Genua Franciſco Rege Gallica arma pertimeſcit, XV. Intentat anathema Parmam Placentiamque occupaturo, XVI. Fruſtra Galli itinera in Italiam tentat abrumpere, XVII. Anglum in Gallos ſollicitat, *ibid.* Thomam Archiepiſcopum Eboracenſem Cardina-

nalem creat, XVIII. Gallum monet, ut Italia abſtineat, XX. Cum Franciſco I. victore pacem init, XXIII. In Mediceæ ſtirpis commodum pacem vertit, XXVI. Florentiam contendit, XXVII. Legatos Cardinales ad Franciſcum deducendum mittit, ibid. Particulam crucis dominicæ dat Gallo Regi, XXVIII. Bononiæ Gallorum Regem excipit, XXIX. Solio inſidens ſalutatur a Rege, XXX. Præſtita illi a Rege obſequii ſponſio, ibid. Pendentem veſtis laciniam Gallus Rex ipſi ſacra operaturo defert, XXXII. Illi aquam ad manus abluendas affundit, XXXIV. Conſtantienſem Epiſcopum ad Galli Regis preces Cardinalem creat, XXXV. Eccleſiaſticas vires pollicetur ad Neapolitanum regnum ſubjiciendum Galliæ ſi Ferdinandus morte præriperetur, XXXVI. Ægidium Cardinalem Auguſtinianum legatum decernit ad Maximilianum Cæſarem, XXXVI. Emmanuelem Luſitaniæ Regem ad vertenda in Turcas arma ſollicitat, XXXVII. Commendat ob propagatum in Indiis imperium, XXXVIII. Helvetios ad fœdus cum Gallo invitat, XXXIX. Ægro animo Parmam Placentiamque Gallo cedit, XL. Mutinam & Regium Ateſtino reſtituere cogitur, ibid. Fruſtra Franciſcum Regem, ut Turcis orientem eriperet ſollicitavit, ibid. Subminiſtrat Hungaro ſubſidia ad Dalmatiæ arces communiendas, XLI. Polonum ad conjungenda cum Hungaris arma ſollicitat, XLIII. Inter Cæſarem, Polonum & Hungarum fœdus commendat, ibid. Gallum Regem ſollicitat, ut principatu Mediolanenſi contentus ſit, XLIV. Ab Iſmaele Sophi ſollicitatur, ut Chriſtianos jungat in Turcam, ibid. Prælatibus negat Sodalitii poteſtatem ob formidata diſſidia, 1516. I. & ſeq. Agit de concordia inter prælatos & religioſos, IV. Præſtita illi ab internuntio Maronitarum obſequia, VIII. Revelationes antequam promulgentur diſcutiendas eſſe a Sede Apoſtolica decernit, XI. Tenentes contra damnat anathemate, ibid. Gallo Regi deſignandorum Epiſcoporum poteſtatem confert, XII. Si plures concurrant in proſando ſacerdotio quis ordo ſervandus ſit præſcribit, XVI. Pœnas in publicos concubinarios ſtatuit, XVIII. Et in permittentes concubinatum ſpe quæſtus, XIX. Reſcindit pragmaticam ſanctionem, XXII. Conciliorum authoritatem inferiorem eſſe pontificia demonſtrat, XXIV. Bituricenſis conventus corruptelas damnat, XXVI. Privilegia maris magni dicta religioſis conceſſa revocat, XXVII. Jubet religioſos ad indictas ſupplicationes accedere XXX. Sacrarum Exomologeſeon excipiendarum authoritatem ab Epiſcopis poſcere, ib. Fratres & ſorores tertii ordinis Epiſcopis futuros obnoxios decernit, XXXVI. Cardinali Ximenio addit animos, ut Afris bellum inferat, XLVII. Genuenſes hortatur ut claſſem comparent adverſus Barbaroſſam, XLIX. Dat mandata Rhodio principi, ut conſilia Selimi exploret, LV. Ut ſe adverſus illum muniat, ibidem. Sollicitat Ximenium, ut in Turcam Hiſpaniæ vires exerceat, LVII. Præmonet Hungaros ne inducias cum Turca ineant, LVIII. Promittit illi adverſus barbaros ſuppetias, LIX. Solatur Ludovicum Regem Hungariæ & Bohemiæ de patris obitu, LXII. Sollicitat eum ad virtutes regias amplectendas, ibid. Robertum Archiep. Rheginum legatum in Hungariam mittit, LXIII. Monet Hungaros, ut regnum tueantur, ibidem. Conſulentibus an pacem cum Turca admiſſuri eſſent eam diſſuadet, LXV. Promittit Chriſtianorum Regum auxilia, ibidem, Gallorum Regem monet, ut Dalmatiæ contra Turcas auxilium ferat, LXVII. Cæteros Reges ad idem ſollicitat, LXVIII. Inter alios Poloniæ Re-

gem, LXX. Orta inter Cæſarem & Gallorum Regem diſſidia ſopire ſtudet, LXXV. Arguit Matthæum Cardinalem Sedunenſem quod Helvetios a Gallico fœdere diſtrahat, LXXVI. Objurgat quod bella alat, ibid. Gerente Cæſare bellum adverſus Gallorum Regem in neutram partem inclinat, LXXX. Leoni X. a Cæſare in bellum Turcicum ſollicitato reſponſum Pontificem & Cardinales in Turcas ituros ſe ſecuturum, ibid. Bellum Roboreo Urbinati duci infert, LXXXI. Laurentio Medice Urbinates parere jubet, ibid. Ob quas cauſas Urbinatem exauctorarit, LXXXII. Pellit eum e principatu, LXXXIII. Graviora inde odia contrahit, ibid. Philippum Benitium in albo beatorum collocet, CI. Maximiliani ad Cæſarem literæ de gerendo in Turcas bello, 1517. II. Spondet illi Henricus Angliæ Rex ſocialia in Turcas arma, VI. Decretum edit pro tuendo Chriſtiano imperio, X. Ut ſchiſma conciliabuli Piſani feliciter extinxerit, XII. Ut controverſias ad fidem ſpectantes diremerit, ibid. Concilii geſta confirmat, XIV. Triennalem decimam pro expeditione in Turcas inſtruenda indicit, ibid. Regibus inducias imperat, XV. Conſulit pie ipſi ſummus Prædicatorum magiſter ne Lateranenſem ſynodum diſſolvat XVI. Eam dimittit, XVII. Pium ardorem pro gerendo bello Turcico præfefert, XVIII. Rhodium principem monet, ut ſe adverſus Turcas communiat, XIX. Cardinales legatos ad Reges mittit, XXI. Gallum Regem admonet ut pro Turcis reprimendis claſſem comparet, XXII. De claſſe ingenti ab eo adornata certiorem facit, XXVII. Præmonet, ut vires pro Chriſti obſequio exerceat, XXVIII. De claſſe Italica, Gallica & Hiſpanica conjungenda agit ad Sardiniæ & Corſicæ litora liberanda, XXIX. Leonis pro tuenda re chriſtiana adverſus Turcas conſilium, XXXI. Expoſita ab eo belli gerendi ratio, ibid. & ſeqq. Laudatur a Germanis illius decretum, LV. Conſtantinopolim primo expugnandam Hungaro ſignificat, LV. Lutherus Leoni reſiſtit negans capeſſenda in Turcas arma, LVI. A Roboreo Urbinate duce Leo petitur bello, atque Laurentius Medices ejus nepos principatu exuitur, LXXXI. Poſtulat Leo auxilia ab Hiſpanis, LXXXII. Peruſium ægre tuetur, LXXXIV. Senenſibus contra Roboreum opem ſpondet, LXXXV. Helvetios ſibi conciliare nititur, LXXXVI. Exercitum ex Helvetiis & Rhœtis conſtat, LXXXVIII. Pacem cum Franciſco Maria Roboreo componit, ibid. Conflata in Leonem nefaria conjuratio a Petrucio Cardinale, LXXXIX. Salubria illi conſilia dat Leo, XC. Doloſum hominem venenum parantem dolo in carcerem tradit, XCI. Et Bandinellum, & Saulem, Cardinales, ibid. Cardinalem S. Georgii carceri tradit, XCIII. Convictum exauthoratumque Petrucium laqueo præfocari jubet, XCVI. In Raphaelem Riarium clementia utitur, XCVII. Bandinellus confitetur voluiſſe veneno Leonem tollere chirurgi opera, XCVIII. Confeſſum clementer reſtituit priſtinæ dignitati, XCIX. Auget Cardinalium ſenatum, C. Inter hos Ægidium Auguſtinianorum ſupremum magiſtrum Cardinalem creat, ibid. Decretum de ſacris myſteriis pro defunctis Cardinalibus celebrandis edit, CII. Cardinali Ximenio ob frequentes infirmitates carnium eſum exceptis feſtis feriis imperat, CV. Carolo V. in Hiſpaniam venienti gratulatur, CXII. Decernit compleri præceptum etiamſi ſacrum extra parochialem Eccleſiam audiatur, CXIII. Sacramento ab Epiſcopis nuncupando vetus decretum confirmat, CXIV. Formulas precum quæ dicuntur corona Jeſu Chriſti ac Virginis con-

firmat, CXV. Solicitatur a Luſitano, ut cum Cæſare & Gallo ad Mahumeticam ſectam exſcindendam conſpiret, CXVI. Oſtenſa Romæ nonnulla prodigia Lutherana hæreſi emergente, aſcribit cauſis naturalibus, 1518. I. Quatuor legatos decernit ad Reges pro ſacra expeditione ſuſcipienda, XXXVI. Solemnes ſupplicationes inſtituit, XXXVIII. Indicit quinquennales inducias, XLI. Nudis pedibus ſupplicationem ſolemnem peragit, XLIII. & ſeq. Preces publicas indicit, XLIX. Thomam a Vio Cardinalem in Germaniam mittit, LIV. Et in Daniam & Sueciam, ibid. Reliquias Huſſitarum Eccleſiæ conciliare jubet, ibid. Hortatur Cæſarem, ut rem Chriſtianam tueatur contra Turcas, LX. Lutherus in Leonem declamat ac bellum Turcicum geratur, LXXVI. Maxima Leoni a Lutheranis ob Laurentium Medicem ditatum conflata invidia, LXXXV. Germani de Leonis integritate fiunt certiores, LXXXVII. Germani avaritiæ qua laborabant crimen in Leonem transferunt, XC. Maximiliani ad Leonem literæ quod plures defenſores ſuæ hæreſis Lutherus nanciſcatur, XC. Rogatur a Maximiliano Leo ut ferat ſententiam, ibid. Monetur ſecutura mala ingentia, ni principiis obſiſtatur, ibid. Vocat Lutherum in jus, XCI. Præficit Gabrielem Venetum ordini Auguſtinianorum, XCIII. Jubet, ut Lutherum reprimat, ibid. Fingit Lutherus ſe obſequentiſſimum erga Leonem, XCV. Ab eodem Luthero Leo proſcinditur, XCVII. A Legato apoſtolico ad Leonem provocat Lutherus, CVII. A Leone ad concilium, CVIII. Franciſco Gallorum Regi pro imperio illi deferendo ſtudet Leo, CLVI. De fœdere cum Gallo Rege, ut Regnum Neapolitanum Carolo V. Cæſari abroget agitat, CLIX. Metuit ne conjunctis, tot regnis a Carolo Italia opprimatur, ibid. Rogatur, ut permittat et ut cum Regno Neapolitano conjungat imperium, CLXI. Impeditur a Gallo Rege ne diadema imperiale ad Maximilianum Cæſarem tranſmittat, CLXII. Inter Franciſcum & Carolum V. medias partes tenet, CLXIII. Expetit a Leone Maximilianus Cæſar, ut quadrageſimale jejunium in plures anni partes divideret, ut animarum ſaluti conſuleretur, 1519. II. Vita functo Maximiliano hortatur ſeptemviros, ut conſulant rei chriſtianæ, IV. Caroli electio Leoni formidanda viſa, VIII. Monet principes ne illum eligant nec regnum Neapolitanum cum imperio conjungi poſſe, ib. Leonis monita in malam partem accepta a principibus, IX. Nulla ſigna lætitiæ publice edit antequam Carolus V. ſe illi commendarit, XXIV. Partum imperium gratulatur Carolo V. XXIX. Monet, ut ſit demiſſior quo factus ſublimior, ib. Vires in Turcas convertat, ibid. Ad cœleſtem coronam aſpiret, XXX. Carolum ſolvit religione, ut cum imperio regnum Neapolitanum retineat, XXXI. Ad Fridericum Saxoniæ ducem roſam auream mittit, XXXV. Lutherus ad Leonem demiſſas literas ſcribit, ibid. Ejuſdem in Leonem veſania, XXXVII. Joannis Angeli Arcimboldi internuntii pontificii cauſam a Lundenſi Archiepiſcopo cognoſci jubet, LVII. Joannem Baſilium Moſcoviæ ducem ſollicitat ad ſacrum in Turcas fœdus, LX. Zachariam Epiſcopum Gardienſem ad eum mittit, ut Romanæ Eccleſiæ Moſchovitas conjungat, ibid. Gallorum Regem ſollicitat, ut priora conſilia in Turcas urgeat, LXI. A Petro Martyre de Chriſtiano imperio apud Mexicanos propagato cadenteque idololatria certior fit, LXV. & ſeq. B. Franciſcum de Paula in ſanctorum albo collocat, LXXVI. Quos ſervarit ritus, LXXXIX. Ejuſdem diploma, LXXX. De aliis ſanctitate conſpicuis in cœlitum catalogo reponendis agit LXXXVI. De miraculis B. Joannis Capiſtranenſis inquiri jubet, LXXXVII. Monomachiam graviori edicto prohibet, LXXXVIII. Sententiam fert adverſus Lutherum, 1520. LII. Damnat unum & quadraginta articulos, LIII. Ut prius ſumma eos diligentia excuſſerit, LIV. Eorum articulorum propugnatoribus pœnas intentat, LV. Libros Lutheri prohibet, LVI. Lutherum benigne provocat ad reſipiſcentiam, LVII. Erroris veniam illi & ſectatoribus proponit, LVIII. Peremptoriam diem præfigit, ibid. In pertinaces ut in hæreticos animadverti jubet, LIX. Rogat Fridericum ducem Saxoniæ, ut vel Lutherum revocet ad mentem vel pertinacem coerceat, LX. Dat mandata Hadriano Cardinali, ut Antonio Epiſcopo Zamorenſi in Toletanam Eccleſiam ſe intrudenti cenſuras intentet, LXXII. Apud eum queritur Sigiſmundus Poloniæ Rex de violatis a Cruciferis pacis legibus, LXXIII. Polonum urget, ut arma convertat in impios, LXXIX. & ſeq. Albertum cruciferorum principem ad pacem hortatur, ibidem. Poloniæ Regem ſollicitat, ut Dalmatiæ periclitanti ſubveniat contra Turcas LXXXI. Decretoria in Lutherum & ſequaces ſententia, 1521. I. E fidelium cœtu eos pellit, II. Ditionem eorum interdicto ſubjicit, III. Solemni ritu anathema promulgari jubet, ibidem. Concionatores in Lutheranam hæreſim declamare jubet, IV. Ut Carolum V. ſollicitarit, ut in Lutherum ſtringeret gladium, XXVII. Subjicit illius authoritati Henricus VIII. ſua ſcripta adverſus Lutheranam hæreſim, LXXII. Accepto Henrici libro illum magnis elogiis ornat, ibid. Defenſoris fidei titulum illi defert, ibid. Civilibus bellis ſe implicat, LXXVI. Parmam Placentiamque recuperare capit, ibid. Cum Franciſco I. de Regno Neapolitano eripiendo Carolo V. agitat, LXXVII. Statuta die Franciſcus I. Leoni non reſpondet, ibidem. Conjungit ſe Carolo adverſus Franciſcum, ibid. A Gallica amicitia ob regiorum adminiſtrorum inſolentiam abalienatus eſt, LXXVIII. Quas pactiones inierit cum Carolo V. LXXIX. Permittit illi, ut cum imperio conjungat regnum Neapolitanum, LXXX. Ea de re Leonis diploma, LXXXI. Perjurii pœna Carolum V. liberat, LXXXIII. Jus regni fiduciarium denuo illi tradit, ib. Remittit quæ debebantur ex præterito cenſu, XCI. Decernit ſeptem millia ducatorum annua a Carolo perſolvatum iri, XCIII. Conducit Helvetios in Gallos, CVI. Monetur a Venetis, ut paci ſtudeat vertatque arma in Turcas & naſcentem hæreſim extinguat, CVI. Parmam & Placentiam recipit, CVIII. Accepto victoriæ de Gallis partæ nuntio repentina morte e vita eripitur, ibid. CVIII. Immoderatam lætitiam ejus mors conſecuta, CIX. Creditum eſt voluiſſe evehere Julium Medicem ad principatum Mediolanenſem, ibid. Leonis X. elogium, CXI. Inſtaurata ab eo Romana academia, ib. Ædificia ab eo excitata, CXII. Quanto tempore ſederit, ibid. Franciſcanos in Americam ad prædicendum evangelium ſubmiſerat, CXXVII.

Libertas: Credendi quodlibet a Luthero inducta libertas, 1520. LXVIII. Libertas bene agendi negata a Luthero, 1520. LIII. art. XXXVI. E gentilium fabellis libertas omnimode ab eo ſublata, 1521. XXX. Libertatis evangelicæ nomen prætexunt ſceleri Lutherani ruſtici, 1525. X. Dæmonis ſervitus ab iis ſuſcepta pro vera libertate, XVIII.

Libertas eccleſiaſtica: Pœnæ in illius oppreſſores conſtitutæ, 1516. V.

Libri ſine facultate Epiſcoporum exedi vetiti, 1515. VI. Librorum piorum lectio. Vid. Lectio piorum Librorum.

Li-

Libri ſacri: Ex eorum lectione S. Ignatius Loyola divino amore exarſit, 1520. C.

Lubecenſes infecti hæreſi Lutherana, 1525. XXXI. Catholici ab impiis oppreſſi Lubecenſes, *ibidem*.

Lucenſes Pontificis & Hiſpaniæ Regis clientelæ commendati, 1513. LXXXII. Componunt ſuas lites cum Florentinis, *ibid.*

Ludovica ſive Aloyſia Franciſci Gallorum Regis mater ſollicitata ab Hadriano VI. ut filium ad pacem adducat, 1522. X. Lautrechii odio militaria ſtipendia intervertit ex quo ſecuta Gallorum clades XIII.

Ludovicus Rex Francorum: Moriturus Julius Ludovicum XII. Regem in jus a Lateranenſi concilio vocari jubet, 1513. L. Magna Ludovico Regi ob ſchiſma conflata invidia, III. Sua culpa Julium II. in ſe aſperavit Ludovicus, 1513. XI. Leo X. illum flectere clementia ad officium ſtudet, 1513. XXIV. Julianus Medices interpres adhibitus, *ibid.* Ejus exercitus apud Novariam cæſus, XXIX. *& ſeq.* Arcem Mediolanenſem & Cremonam & Genuam amittit, *ibid.* Pro ſchiſmaticis & exauctoratis Cardinalibus *Leonem* deprecatur, XLIV. Datum illius precibus, ut reſtituerentur ii Cardinales dignitati petita primum rite venia, XLIV. Ad officium amanter a Leone X. revocatur, LIII. Schiſmatis crimen fateri ac rite expiare ſubterfugit, LIV. Anglorum Rex in eum ſollicitatur, *ibid.* Scotorum Rex ne illi adhæreat deterretur, *ibid.* Ab Anglo Rege difficili bello implicatur, LVII. Profligatus ad Teroanam ejus exercitus, *ibid.* Magnis calamitatibus ob ſchiſma obruitur, LX. Ab Helvetiis irrumpentibus in Burgundiæ ducatum premitur, *ibid.* Tornacum amittit, *ibidem*. Oratores mittit ad Leonem X. *ibid.* Qua ratione ſchiſmatis crimen excuſare affectarit, *ibid.* Conjungit ſe *Lateranenſi* concilio, *ibid.* Bohemos adverſus Cæſarem concitat, LXXVI. Miſſis ad concilium Lateranenſe oratoribus ſe de Piſano ſchiſmate excuſat, LXXXVI. Pietatem in colendo ſummo Pontifice profitetur, *ibid.* Poſt alios errorem agnoſcit, LXXXVII. Damnat Piſanum conciliabulum, *ibid.* Schiſmaticos Lugduni congregatos ſe diſſipaturum pollicetur, LXXXVIII. Daturum operam, ut concilio *Lateranenſi* adhæreant, *ibid.* Pacem & affinitatem init cum Henrico VIII. Rege, 1514. L. Nuptialibus jocis extinguitur, 1515. X. Succedit illi in Galliarum regno Franciſcus Valeſius Engoliſmenſis dux, 1515. X.

Ludovicus Requeſenius Solimannum ac Mauros maritimo prælio vincit, 1515. LIX.

Ludovicus Hungariæ Rex teſtamento a patre Wladiſlao pontificiæ clientelæ commendatus, 1516. LXI. Sollicitatur a *Leone* ad ſectandas regias virtutes, LXII. Robertus Rheginus Archiepiſcopus miſſus a Leone ad procurationem non Thoma Cardinale Strigonienſi gerendam, *ib.* Hungari in graves diſcordias ſciſſi regnum in periculum adducunt, LXXII. A Solimanno parte regni Hungarici exuitur Belgrado & pluribus urbibus expugnatis, 1521. CXXII. Ejus literæ ad Clementem VII. ut Joannem Capiſtranenſem Minoritam inter ſanctos referat, 1523. CXIII. Scribi acta publica de illius miraculis curet, *ibid.* Poſcit opem a Germania in Nurembergenſibus conventibus, 1524. VI. In Bohemia & Hungaria religionem tuetur, LXIII. Speratum apoſtatam, qui Iglavienſes perverterat conjicit in vincula, LXIII. Pighardos Praga ejicit, *ibid.* Actæ illi a Clemente gratiæ, LXIV. Monitus ne ab hæreticis regna infici patiatur, *ibid.* Solicitatur, ut Poloniæ Regem cum Pruſſiæ magiſtro conciliet, LXIX. Civiles motus in ejus miniſtros concitati, 1525. III. Implorat Pontificis opem,

ibid. A Pontifice ſolicitati Reges, ut illi auxilia mitterent adverſus Turcas, 1526. LVII. *& ſeq.* Submiſſum illi ſubſidiarium aurum a Clemente & Angliæ Rege, LIX. Crudeles in eum Solimanni minæ, LX. Datum illi conſilium, ut eccleſiarum theſauros militi contra Turcam conferret, XXXII. Irrumpenti in Pannoniam Solimanno occurrit cum exiguo exercitu, LXII. Profligatur & in fuga miſere perit, LXIII. Si auxiliares expectaſſet copias victoriam ſperare poterat, LXIV.

Luſitani a Javenſibus oppugnati, 1513. CXVI. Octo millia hoſtium cædunt triginta Luſitanis tantum deſideratis, CXVII. Æthiopiæ a Mauris infeſtatæ opem ferunt, CXVIII. Æthiopiæ portum quærentibus crux purpurea cœlo fulgens portum oſtendit, *ibid.* Adenam fruſtra tentant, CXX. Sultanus Ægyptius cum Indiæ Regibus conjurat ad pellendos Luſitanos, CXXIII. Luſitanorum fama apud Abyſſinos pervagata, 1514. CIII. In Indiis & Africa latius Chriſtianum nomen proferunt, CVIII. Dum mutuis diſſidiis vacant Malacæ a Bintani Rege obſeſſi, 1518. CLXVIII. Litibus compoſitis hoſtem propulſant, *ibid.* Zeilandam ſubjiciunt, CLXXIX. Caſtellanos Molaeis propulſant, 1526. L. Pacenum regnum ſubactum a Luſitanis, 1502. XCII. Luſitanorum in ſinum Arabicum expeditio, 1520. XCIII. Prædictus Æthiopibus eorum adventus, *ibid.* Fœdus ſanciunt cum Æthiopibus, XCIV.

Lutherani ob vitia in hæreſim prolapſi ex vaticinio S. Hildegardis, 1519. LVI. Intentata iis pœnæ a Pontifice, 1520. LV. Benigne ad reſipiſcentiam provocati, LVIII. Decretoria Leonis X. in eos ſententia, 1521. I. Sacramenta ſpernunt, & cur, X. Detrahunt Carolo V. XVI. Nituntur populum ad ſeditionem concitare, *ibid.* Docentur, ut pugent eum conſcientia, 1521. XLVII. & L. Horum primarius actor & magiſter dæmon fatente Luthero ſe edoctum a dæmone, XLVI. Ob mores corruptiſſimos ſecuti ſunt Lutherum, LIII. Ad omnia ſcelera audacter patranda eos Lutherus cohortatus eſt, LXII. Per fidem ea abſorberi perſuaſi ſunt, *ibid.* Deluduntur per fidem futuros immortales in hac vita, LXIX. Sibi omnia licere voluerunt, *ibid.* Lutherani videntur deſcripti a B. Jacobo Apoſtolo, LXX. Lutherani ſenſim ad Euchariſtiæ contemptum delapſi, 1522. XXXIII. Eorum ſacrilegia contra Chriſti ſimulachra, XXXVII. Expilant Eccleſias, XXXVII. Euchariſtia ab iis impie contrectata, XLI. Ob licentiam ſcelerum fidei nomine obvelatam Lutheranorum aucta multitudo, XLIV. Sacerdotes a Lutheranis vexati, XLIX. Jejunium & cœlibatum damnant, LII. Traditione convincunt Anabaptiſtas, eaque ipſi convincuntur, LIV. In Lutheranos gladium ſtringere meditatur Carolus V. LV. Graſſari eos ignave patitur, LVIII. Specioſo prætextu emendandi cleri impietatem obvelant, LXXXVII. Ex clementia pontificia magis efferantur, 1523. I. Inepte fingunt Pontificem ſua authoritate abuti, *ib.* Gravamina Germanica promulgant, XV. Lutherani queruntur de gravaminibus pontificiis, 1523. XXXI. Suos horrendos exceſſus prætermittunt ſilentio, LII. *& ſeq.* Querelæ eorum adverſus indulgentias, XXXII. Objiciunt vana de gerendo in Turcam bello jactata promiſſa, XLIII. Fingunt ex indulgentiis male agendi cauſam peti, XLIV. Feſtorum dierum numerum plus æquo auctum queruntur, XLVI. Intolerandæ Lutheranorum corruptelæ ſilentio prætermiſſæ, LII. Chriſti memoriam abolere conantur, LVII. Diebus quibus paſſio dominica recolitur bacchanalia agitarunt, *ibid.* Novos ritus fingunt Lutherani, LIX. Sigiſmundi Regis Po-

Digitized by Google

loniæ in Lutheranos edictum, LXXX. Variis cauſis Lutherana hæreſis propagata, LXXXIII. Ea Nurembergenſi decreto inſoleſcunt, 1524. XLI. Rejectis conciliis de fide decreta condunt magiſtratus Lutherani, *ibid.* Arma expediunt ad Catholicos opprimendos, XLII. Intentant clero Germanico univerſo excidium, *ibid.* Variis titibus honeſtare conjugia nituntur, XLVIII. Sanctorum miracula dæmoni aſcribunt, L. Diſſidia exercent cum Zuinglianis, LVI. Ex eorum contradictionibus enitunt fides catholica, LIX. In Epiſcopos petulantiſſimi fiunt, LXII. Sacerdotes impediunt ne ſacrificium ritu catholico celebrent, *ibid.* Turcis in ea re ſunt nequiores, *ibid.* Iis in hæreſim ruentibus Mexicani baptiſmo abluti, 1524. CXIV. & *ſeq.* Confuſa Lutheranorum impietas ex converſione Barbarorum, *ibid.* Ruſtici Lutherani in arma conſurgunt ad evertendum politicum & eccleſiaſticum ſtatum, 1525. V. Vaſtitas horrenda ab iis illata a Sathana & ſpiritu libertatis impulſi, VI. Libertatis dulci nomine ſubornati, VIII. Reſervatam ſibi volunt ſcripturæ interpretationem, IX. Mentiuntur Catholicos reſiſtere evangelio, XII. Negant ſervari poſſe evangelii mandata, *ibid.* Chriſti & Deiparæ imagines affigunt patibulis, Priapi, Veneris, & Lutheri imaginibus parcunt, XIII. Objiciunt Catholicis eos non colere Chriſtum, XIV. Anabaptiſmum inducunt, *ibid.* Negant liberum arbitrium, *ibid.* Occiſa ex iis ſupra centum millia, XVII. Dæmonis ſervitus ab iis ſuſcepta pro vera libertate, XVIII. Fatentur reſidui ſe deceptos a pſeudopropheta, XIX. Francofurti ſeditionem excitant Lutherani, 1525. XXVII. Sacramentorum uſum Catholicis adimunt, XXVII. Eccleſiaſticum cenſum in uſum communem avertunt, *ibidem.* Proditiones varias conſlant in Auſtria, XXVIII. Rebellant in Bremenſem Archiepiſcopum atque ab eo vincuntur, *ibid.* Dania, Norvegia & Suecia in Lutheranam hæreſim lapſæ, 1525. XXXI. Monachi & ſacerdotes apoſtatæ hæreſim Lutheranam propagarunt, *ibid.* Lutheranorum furor adverſus moniales, 1525. XXXI. Fingunt B. Virginem habuiſſe plures viros ac filios, XXXVI. Negant eſſe mediatricem, *ibid.* Temnunt Symbolum D. Athanaſii, *ibid.* Negant Aſſumptam in cœlum, *ibid.* Blaſphemant peccatum originale & actuale contraxiſſe, *ibid.* Divinæ vindictæ aliquot exempla in Lutheranos, qui B. Virginis imagines idola dixere, XXXVIII. Sacrilegia vocant extinctionem idololatriæ, XXXIX. Antichriſto pandunt aditum, XLI. Ex Lutherano evangelio credunt quod lubet, *ibid.* Ex varietate ſectarum redarguuntur errores, XLIV. Ex eorum doctrina atheiſmus ſequitur, *ibid.* Sibi & Lutheranis illuſum a dæmone faſſus Lutherus, XLVI. Ex odio in Pontificem confictam hæreſim Lutheranam profitetur, XLVI. Faſſus Lutherus rupta a Lutheranis eccleſiæ concordia nullum a Lutheranis diſſidiorum finem futurum, LIX. Dividuntur in factiones Germani, LX. Deliberat Carolus V. de Lutheranis excindendis, LXV. Ex politicorum conſilio diſſimulat eorum ſcelera, LXVI. Multitudinem deficientium ab Eccleſia tribuunt miraculo, 1526. LXXXVI. Labi potuiſſe Apoſtolos effutiunt, LXXXVIII. Confugiunt ad arcanam illuminationem, *ibid.* Negant Chriſtum præcepta dediſſe, ſed conſilia, XCV. Eorum fraus in occupandis eccleſiaſticis bonis, XCVI. Inde egentiores facti, *ibid.* Obſtant ne Hungaris ferantur auxilia, XCVII. Jactant verbum Dei quod corruperunt, *ibid.* Ex Turcarum in Hungariam irruptione inſolentiores expetunt conciliabulum, *ibid.* Laceſſiti ab Anabaptiſtis tuentur ſe per traditiones, CXIX. Objectum eas ab ipſis non admitti, *ibid.* Lutherana hæreſis in Pruſſia propagata, 1526. CXX. Et in Suecia, CXXVIII. Monſtra nata ex Epiſcoporum apoſtatarum inceſtis nuptiis, CXXIX.

Lutherus hæreſiarcha: *Vid.* Martinus Lutherus.

Luxuria: Luxuriæ deditum ſacerdotem, ſpectrum jumenti ſpecie increpat, 1521. CIII. Inde ad piam vitam ille ſe convertit, *ibid.* Infamia Luxuriæ exempla in pſeudoevangelicis. *Vid.* Martinus Lutherus. Andreas Carloſtadius. Anabaptiſtæ.

M

MAgellanes nauta audaciſſimus ejuſque in novum orbem navigatio, 1520. XCVIII. Fretum invenit ex quo ob oceano occidentali in orientalem penetratur, *ibid.* Sulcat mare ultra Americum ſive pacificum, *ibid.* Per occidentem penetrat ad inſulam Burneam, *ibid.* Burneæ regulum in clientelam accipit & plures barbaros ſacris Chriſtianis initiat, *ibid.* Barbaros duobus prœliis atterit in tertio trucidatur, *ibid.* Ejus ſocii ob ſtupra cæſi magna ex parte ſuperſtites ad Moluchas penetrant, *ibid.* Illius navigatio litem de Moluchis inter Luſitanos & Caſtellanos peperit, 1524. CIX.

Magellanicum fretum quomodo & quando inventum, 1520. XCVIII.

Magi: Immolatus a mago in orbe taurus dæmoni, 1522. XV. Romani ſcelus Chriſtiana pietate expiare nituntur, *ibid.* Devehuntur per aerem a dæmone, 1523. LXXXVIII. Apponuntur iis dapes a dæmone, ſed inſipidæ, *ibid.* Eorum conventus laudato etiam fortiter Deo diſſipantur, *ibid.* Nefanda eorum facinora, *ibid.* Magorum vita aſperrima, 1525. CII. Magorum ore dant reſponſa dæmones, 1525. CII. Torquentur magi a dæmone, *ibid.*

Malaca: Ab ejus obſidione Bintani Rex propulſatus, 1518. CLXVIII.

Maldivæ inſulæ ſubactæ a Luſitanis, 1519. LXIV. Earum deſcriptio, *ibid.*

Maronitæ: Miſſus ad eos a Leone X. internuntius, 1514. LXXXVII. Exceptus honorifice a patriarcha, *ibid.* Patriarchæ literæ ad Leonem & fidei profeſſio, *ibid.* & LXXXVIII. De Deo Trino & uno, LXXXIX. De Verbo Incarnato, *ibid.* De Chriſti reſurrectione & ſecundo adventu, XC. Quo ritu & abuſu ſacrum oleum conficiant, XCI. Ritus eorum in conſecrando patriarcha, XCV. Queruntur Maronitæ apud Leonem X. ſe oppreſſos ab infidelibus, XCIX. Indulgentias expetunt, C. Docentur non miſcenda aromata in ſacro oleo conficiendo, CI. Emendantur plurimi eorum errores, *ibid.* Adhærent concilio Lateranenſi, 1516. V. Profitentur fidem Romanæ Eccleſiæ, VII. Præſtant obſequium Pontifici opera internuntii, VIII. Poſcunt opem a Clemente ad rejiciendam ſervitutem Mahumeticam, 1526. LXXIX. Clementis ad eorum patriarcham literæ, LXXIX. Miſſus ad eos internuntius, LXXX.

Martinus Lutherus hæreſiarcha conjunctis in Turcam Regibus Chriſtianis ſpargit inter eos diſſidia, 1517. LVI. Negat capeſſenda in eos arma, *ibid.* Excitat ab inferis omnes hæreſes, LVII. Dum fingit ſe reprehendere vitia majora invehit, *ibid.* Quo die cœperit hæreſim promulgare, LVIII. Sumpta ab eo occaſio declamandi in Pontificem ex indulgentiarum corruptelis, *ibid.* Rixam cum Tetzelio contrahit, LIX. Prætendit animas a ſalute abduci ad vitia indulgentiarum propoſita ſpe, LX. Arctiſſimam pœnitentiæ viam initio prædicat, *ibid.* Mox ad temerariam de ſalute præfidentiam peccatores allexit, LXI. Theſes proponit adverſus indulgentias, LXII.

Digitized by Google

LXII. Illi contrariæ oppoſitæ a Prædicatoribus, LXIIII. Terzelius nimio ardore faces naſcenti Lutherano incendio ſubdit, LXIV. Initio viſus Lutherus corruptelarum extinctionem percupere, LXV. Ex livore quod indulgentiarum promulgendarum provincia illi non eſſet demandata inſurrexit, LXVI. Non caſu fortuito in hæreſim impulſus eſt, LXVIII. Superiore anno hæreſes ſpargere cœperat, ibid. Patria & genus Lutheri, LXIX. Terrore actum ſe Auguſtinianis addixit, ibid. Obſeſſus a dæmone deprehenditur, LXX. Jactat ſe familiariter uti dæmone, ibidem. Ingenio acer & gloriæ avidiſſimus extitit, LXXI. Blaſphemiæ ejus horrendæ quibus juſtum Deum odiſſe profeſſus eſt, LXXII. A Sleidano hiſtorico impudenter defenditur, LXXIII. Calumniis Leonem X. proſcindit, LXXIV. Ex refelluntur, ibid. Initio dicta ſua Pontificis ſententiæ ſubjicit, ibid. Cum indulgentiis mox pœnitentiæ ſacramentum oppugnavit, LXXVI. Cum eo Udalricum Huttenus conjurat in Dei Eccleſiam, 1518. LXXVII. Edicit chriſtianis Lutherus, ut ſe a Turcis everti ſinant, LXXXIV. Turcas Chriſtianis, & ſacerdotes Mahometis Chriſtiano clero præfert, LXXXIV. & ſeq. Conqueritur Maximilianus Lutherum ſuæ hæreſis plures defenſores adeptum, XC. Expoſitum imminens exitium niſi ejus principiis obſiſtatur ibid. Spondet Cæſar ſententiam ferendam de Lutherano negotio mandatum iri operi, ibid. Vocatur Lutherus in jus a Pontifice, XCI. A Witembergenſibus academicis impie protegitur, XCII. Auguſtinianorum magiſter illum coercere juſſus, XCIII. Staupitii provincialis opera declinat judicium, XCIV. Cudit apologiam, XCV. Fingit ſe Pontifici obſequentiſſimum, ibid. Virulenta alia in Pontificem ſcripta ſpargit, XCVII. Principes & Reges in eum concitare enititur, ibid. Queritur callide ſe oppreſſum ab adverſariis, XCVIII. Rethores & poetæ favent illi improvide adverſus theologos, XCIX. Aucta apud plebem illius authoritas, ibid. Fidem Lutherus in perſuaſione collocat, CIII. Mentitur ſe fidem catholicam profiteri, ibid. Subdola ejus conteſtatio pro defugienda hæreſis infamia, CIV. Provocat ad inſignes academias, ibid. Colloquium ejus cum legato, CV. Monetur, ut abſiſtat a novandis dogmatibus, ibid. Monitus Staupitius, ut eum a cœptis revocet, ibid. De ſopienda diſcordia inter Lutheri ſofemia quæſiti modi, CVI. Diſcedit a legato cum ſociis, CVII. A Legato ad Pontificem provocat, ibid. Saxoniæ dux a Legato Cardinale monitur, ut Lutherum ad Pontificis obſequium redigat, ibid. A Pontifice ad concilium provocat, CVIII. Protegitur, ut Vvittembergæ hæreat, ib. Blandis ſcriptis legatum fallit, ibid. Aliis laceras, CIX. Nefendæ ejus calumniæ in Eccleſiam, ibid. Impudenter cenſores fidei ad diſceptationem provocat, CX. Se ſcripturæ, & Eccleſiæ judicem conſtituit CXI. Deprimit ſanctorum merita, CXXII. Fingit animas in purgatorio de ſua ſalute non eſſe ſecuras, CXXVI. Animas in purgatorio peccare, CXXVIII. Negat deinde purgatorium, CXXXIII. Ad probandum pœnitentiæ ſacramentum fingit eos male ſentire de divina miſericordia, qui omnia confitendo peccata nihil illi relinquunt, CXXXV. Docet impie non curandum de contritione ſed credendum ſe eſſe abſolutum, CXXXVIII. Agitare incipit an Chriſtus ſit in Euchariſtia, CXXXIX. Vim excommunicationis negat, CXLVI. Luthero Germanos inficiente hæreſi ſpina dominicæ coronæ in Germania ſanguinem fundit, CXLVI. Ex Maximiliani Cæſaris obitu ſumit animos, 1419. I. Carolum V. renuntiatum Cæſarem tentat corrumpere, XXXIV. Fovetur a Frederico duce Saxoniæ in interregno, ibid. Miltitius internuntius pontificius molliter rem cum Luthero agit, XXXV. Demiſſas ad Pontificem literas ſcribit Lutherus, ibid. Deficit a promiſſis, XXXVI. Inſana ejus arrogantia, ibid. Ejuſdem in Pontificem væſania, XXXVII. Cum Joanne Eckio diſceptat, XXXVIII. Vulgo creditum dæmone uti Lutherum, ibid. Blaſphema ejus in Deum vox de cœpta diſceptatione, ibid. Argutiæ ejuſdem contra Pontificis primatum, XXXIX. Ejuſdem argumenta quod non ſit diſcedendum a Pontifice, XL. Ejuſdem argumentum quo ſe ac ſuos damnat, XLI. Negavit cum Eckio ſe unquam ſchiſma approbaturum, XLII. Damnat Bohemos hæreticos, ib. Fatetur purgatorium eſſe XLIII. Indulgentiarum vim jam non negat, XLIV. Damnatur cum Carloſtadio a Pariſienſibus doctoribus, XLV. Monetur a Georgio principe Bohemos ab ipſo in impietate confirmari, XLV. Opprimi debuit facto non verbis in principio, XLVI. Hæreſis infamiam e ſe depellere tentat, XLVII. Fidem catholicam libello profitetur, ibid. A Lovanienſibus & Colonienſibus theologis damnatur, XLVIII. Deridet indulgentias pro defunctis, XLIX. Eas valere oſtendit Thomas de Vio Card. ibid. Coacta Auguſtinianorum comitia adverſus Lutherum, LI. Defenditur a Frederico duce Saxoniæ, ibid. Ea de re gloriatur, ibid. Negat ſe unquam hæreſim ejuraturum, ibid. Arrogat ſibi libertatem interpretandarum ſacrarum ſcripturarum pro ipſius libidine, ibid. Mira illius in mentiendo impudentia, LII. Mira illius ſimulatio, LIII. Qua arte uſus eſt, ut putaretur catholicus hæreſimque ſpargeret, ibid. Eraſmum & Huttenus illi admodum favere, ibid. Ante Lutherum iſti & alii deſecerant ab Eccleſia, ibid. Lutheri hæreſi favere imprudenter academici, LIV. Et politici, LV. Ejus libri a Joanne Miſnenſi Epiſcopo damnati, 1520. L. Territus profectionem ad Huſſitas meditatur, ibid. A Franciſco & Sichingen Hutteno & aliis proceribus ſacerdotum hoſtibus confirmatur in hæreſi, ibid. Concitat ad ſeditionem Germanos, ibid. Biennio catholici hominis larvam geſſit, ibid. Aperte hæreſis furorem effundit, ibid. Inſuſurrat Cæſari habere in clerum gladii poteſtatem, 1520. III. Negat ſacerdotalis ordinis dignitatem, IV. Nonnulli viri docti ſe illi opponunt, V. Refellit Joannes Eckius inanis illius ſophiſmata, VI. & ſeq. Refellit Joannes faber ex verbis Chriſti, X. Marſilii & Janduni hæreſes inſtauret, XCVII. Cum Waldenſibus & Wicleffiſtis negat eccleſiaſticos jus conſequi poſſe in temporalia, ibid. Alia Lutheri ſophiſmata confutata a Joanne Fiſchero, XII. Ex Luthero Zuinglius Chriſtum negat realiter exiſtere in ſacramento, XIII. Jactat Lutherus ſe Chriſti ſpiritu plenum, XIV. Jeſu nomen blaſphemis libris, præfigit, ibid. Invehitur adverſus Pontificum authoritatem majeſtatemque, XV. Jus canonicum novus antichriſtus flammis exurit, ibid. Calumniæ ejuſdem in Pontifices & jus pontificium, ibid. Refelluntur ab Ambroſio Catharino, XVI. Et a Joanne Fabro XVII. Impium librum edit de captivitate Babylonica, XLIX. In eo Babylonem hæreticam extruxit ibid. Sacramenta tollit, & ſecum pugnat, L. Gloriatur ſe novarum hæreſum fingendarum finem non facturum, ibid. Fingit baptizatum peccare non poſſe, ibid. Vocatur in jus a Leone X. LI. Articuli Lutheri damnati, ibid. Ut benigne ad reſipiſcentiam vocatus ſit, LVII. Ejuſdem inſignis contumacia, ibid. Eidem & ſectatoribus propoſita erroris venia, LVIII. Peremptoria dies illi præfixa, ibid. Data de Lu-

thero comprehendendo impetia, LIX. Protegitur a Frederico duce Saxoniæ, LXI. Ejus libri a Carolo V. exuri juſſi, LXIII. Paritum eſt in pluribus locis, *ibid.* In Anglia etiam publice exuſſi, LXIV. Per contumeliam vocat catholicos apiſtas papaſtros & papenſes, *ibid.* Contradictum Leonis blaſphemum libellum edit, LXV. Furialis Lutheri pertinacia deſcripta ab Henrico VIII. LXV. Ut provocarit ad concilium & qua fraude, *ibid.* Conjecit ſe in extremam deſperationem, *ibid.* Dicitur omnibus Saracenis nocentior, *ibid.* Articulos damnatos edito libello propugnat, LXVI. Refellitur a Joanne Fiſchero Epiſcopo Roffenſi, *ibid.* Ut revocarit priores conteſtationes, LXVII. Cur ad ſolas ſcripturas confugerit, *ibid.* Fetetur eas ſuperbis & impiis majoris cæcitatis occaſionem eſſe & apertiſſimas tamen dixerat, *ibid.* Magis ſibi quam conciliis Œcumenicis credi vult, LXVIII. Laicos clericis præfert in ſcripturis interpretandis, *ibid.* Negat decreta fidei a Pontifice & conciliis edi poſſe, *ibid.* Libertatem credendi inducit, *ibid.* Approbandi vel reprobandi ſacras ſcripturas jus ſibi arrogat Lutherus, *ibid.* Damnatur anathemate a Leone X. cum ſequacibus, 1521. I. Concionatores in eum declamare juſſi, IV. Summa hujus hæreſiarchæ jactatio Eccleſiam hactenus deſertam impudentis, VI. Spreti ab eo omnes ſancti Eccleſiæ doctores, VII. Plures libelli ab eo editi ad pietatis oſtentationem, VIII. In comitiis Vormatienſibus ab Alexandro internuntio pontificio accuſatur hæreſis, *ibid.* A ſtudioſis defenditur, IX. Ex libro de captivitate Babylonica impii ejus articuli oſtenſi, *ibidem.* Convulſæ a Luthero leges omnes ſacræ & prophanæ, *ibidem.* Principum animi in Lutherum commoveri cœpti, *ibid.* Fridericus dux Saxoniæ contendit per calumniam hæc objici, *ibidem.* Acceſſitur ad publica comitia, X. Fidei publicæ ſyngrapha illi imprudenter data, *ibid.* Fidem ipſe non ſervat, *ibid.* Declamat contra bona opera & leges humanas, *ibid.* Negat per ſacramenta conferri gratiam, *ibid.* Refellitur, *ibid.* Eo concionante Erphordiæ templum corruerat, XI. Monet auditores terriculamentum eſſe dæmonis, *ibid.* Excitare paulo poſt Erphordiæ in clerum ſeditio, *ibid.* Deducitur cum applauſu Wormatiam, XII. Hæreſes quæ objectæ erant, a ſe ſcriptas impudenter fatetur, *ibid.* Se cum Chriſto impie comparat, *ibid.* Fingit evangelii cauſam a populo contra clerum defendi, *ibid.* In ſcripturis interpretandis ſe palam conciliis præfert, XIII. Objurgatur ab oratore Cæſareo, *ibid.* Caroli V. ad principes in Lutherum oratio, XIV. Profitetur pœnitere, ipſum quod tamdiu illum pertulerit, XV. Jubet in eum leges diſtringi, ut in manifeſtum hæreticum, *ibid.* Monetur Lutherus familiari colloquio a Cæſareo oratore ut revocet errores, XVI. Detrahit de concilio Conſtantienſi & errorem Huſſi redintegret aſſerens Eccleſiam Chriſti eſſe univerſitatem prædeſtinatorum, XVII. Statuit deliramenta ſua eſſe verbum Dei, XVIII. Perperam agunt principes cum hæreſiarcha non vocatis theologis, *ibid.* Falſo gloriatur ſua dogmata contineri in ſcriptura, *ibid.* Joannes Cochlæus cum eo congreditur in aula Trevirenſis Archiepiſcopi, ut ipſum revocet ab hæreſi, XX. Rogatus, ut dicta ſubmittat futuro concilio negatque ſe illo unquam ſubmiſſurum, *ibid.* Pertinaciam illius ſequaces conſtantiam vocant, XXI. Refelluntur a Longolio, XXI. Ejus vitia deſcribuntur, XXII. Nullo miraculo fidem probat, XXIII. Vocatur a Cæſare diabolus ſub humana ſpecie, XXV. Sententia a Cæſare & Principibus in eum lata, XXVI. Variæ ejus hæreſes contra Sacramenta recenſitæ, XXVIII. Ut neget libertatem ex fabellis poetarum, XXX. Ut temnat ſanctos patres ſcelerumque licentiam ſuadeat, *ib.* De conciliis abloquatur XXXI. Se jactarit decies magis hæreticum quam Joannem Hus, *ibid.* Non homo, ſed dæmon cucullatus viſus, XXXII. Ut evangelii fuco evangelium evertere pertentet, *ibid.* Ut libros impios ſuos eſſe profeſſus ſit, XXXIII. Monitus, ut emendat errores negavit ſe emendaturum, XXXIV. Deriſit conſilia *ibid.* Addidit impudenter dicta revocaturum ſi ſuccumberet in diſceptatione, *ib.* Datum illi triduum, ut mentem mutet, *ibid.* Profitetur ſi quod futurum ſit concilium illud ut hoſtile habiturum, XXXV. Male dimittitur, *ibid.* Vetitum ne quis poſt viginti dies illum excipiat, XXXVI. Ejus libri prohibiti & flammis aboleri juſſi, XXXVII. & XXXVIII. Præviſæ a Cæſare morum corruptelæ & ſeditiones e Lutheri hæreſibus orituræ, XXXIX. Laborat infamia ſocietatis cum dæmone ex pluribus indiciis, XLII. A ſuis ſectariis creditus legione dæmonum agitari, XLIII. Evadit tectus ab amicis, XLIV. Fridericus Saxoniæ dux falſo conqueſtus non ſervatam illi fidem, *ibid.* In arce Alſtatenſi latitans libros hæreticos ſcribit, XLV. Philoſophiam & theologiam ſcholaſticam damnat & cur, XLV. Socios ad tuendam hæreſim hortatur, *ibid.* Blaſphema ejus jactantia, *ibid.* Magiſtro dæmone noctu utitur ad oppugnandum miſſæ ſacrificium, XLVI. Scribit de Miſſa abroganda, *ibid.* Dæmonis argumenta evulgat, *ibid.* Ab eo impulſi pſeudoauguſtiniani Wittembergenſes miſſam abolent, XLVII. Ipſe Miſſæ abrogationem dæmoni aſcribit, *ibid.* Ipſo teſte triennio maximos conſcientiæ æſtus paſſus eſt, *ibid.* & XLVIII. Poſt colloquium cum dæmone cœleſtem doctrinam accepiſſe jactat, *ibid.* Illuſus eſt a dæmone, *ibid.* Alit etiam hæreſiarchæ ipſi contrarii jactarunt ſe evangeliſtas eſſe, XLIX. Mirum eſt non deſertum fuiſſe a ſuis cum ſcriberet talia, L. Docet ſuos conſcientiam flocci habendam, & pugnandum cum Deo, *ibid.* Deſperatæ illius voces, *ibid.* De votis infringendis librum, edit, *ibid.* Epiſcopi nomen primus in alienum ſenſum detorquet, *ibid.* Damnatur a Pariſienſibus theologis, LI. In eos ſatyras ſcribit, *ibid.* Non miraculis, ſed mendaciis ſcelerumque licentia ſectarios congregat, *ibid.* Statuit ſolam fidem ad ſalutem ſufficere, LII. Saxones ob corruptiſſimos mores illum ſequuntur, *ibid.* Moguntino Archiepiſcopo & Cardinali animadverſenti in Sacerdotes concubinarios convitia intentat, LIII. Confunditur pio illius reſponſo, *ibid.* Adverſus Lutherum ſcribit Henricus Angliæ Rex de ſeptem ſacramentis, LIV. Quam ſit peſtifer Lutheri liber de captivitate Babylonica, *ibid.* Ut magis credendum ſit univerſæ Eccleſiæ quam Luthero, LV. Redarguitur inconſtantiæ, LVI. Ob convitia & blaſphemias ſe agitari furiis oſtendit, *ibid.* Inſignis Lutheri perfidia deſcribitur, LVII. Sacramentariorum patrem ſe conſtituit dum Euchariſtiam ſacramentum panis vocat, LVIII. Profitetur Lutherus nullum eſſe periculum ſi quis de tranſubſtantiatione ſentiat cum Eccleſia, LIX. Secum pugnat, *ibid.* Libertatis jactato nomine ad ſervitutem dæmonis fideles vocat, LXI. Ad ſcelera eos hortatur, LXII. Per fidem ea abſorberi fingit, *ib.* Fides in flagitiorum patrocinium ab eo verſa, *ib.* Omnis poteſtas ab eo ſublata, LXIII. Parere corpore jubet animo negat, *ib.* Secum in eo pugnat, *ib.* Negat traditiones, LXVI. Audiendum paraclitum juſſit Chriſtus, negat Lutherus, *ib.* Conjugia laicorum prophanare auſus, LXVII. Vana

illius

Digitized by Google

illius ſophiſmata quibus ſacerdotium & omnem ſtatum politicam convellit, LXVIII. Negat ſacramentum extremæ unctionis & cum totam ſcripturam negare non audeat, partem negat cum Mahomete, LXIX. Immortalitatem hujus vitæ ſequacibus ſpondet, *ibid.* Objicit illi Henricus VIII. ut ſua immortalitate fidem ſuam probet, *ibid.* Plures trucidavit, neminem curavit, *ibid.* Jacobus Apoſtolus Lutheri hæreſim prædixiſſe viſus, LXX. In dictis inconſtantiſſimus eſt, LXXI. Licere ſibi vult omnia, *ibid.* Furit Lutherus in Henricum VIII. Regem, LXXIV. Turcarum cauſam agit negatque eos quidpiam mali agere, LXXV. Ob civilia bella hæreſim amplificat, *ibid.* Lutheri conſilium in propaganda hæreſi, 1522. XXIX. Sex menſibus latuit in arce Alſtetenſi, *ibid.* Egreſſus e latebris gymnaſia quæ damnarat laudat, *ibid.* Maxima ejus inconſtantia circa ſacramenta, XXX. Circa conciliorum authoritatem, *ibid.* Circa ſacrificium, *ibid.* Circa præſulum authoritatem, XXXI. Circa vota monaſtica, *ibid.* Circa confeſſionem, *ibid.* Leges omnes abrogare niſus eſt, XXXII. Blaſphemiæ ejus adverſus Eccleſiam, *ibid.* Carloſtadium hæreſiarcham confundit, XXXIII. Cogit ad damnandos libros, *ibid.* Concubinis interpretibus eidem conciliatur, *ibid.* Succenſet quod Miſſam & ſacras imagines ſine illius authoritate ſuſtulerit, *ibid.* Se atheum profitetur, XXXIX. Everſorem Chriſtiani imperii Turcam commendat, XLI. Vult impiis ſectarum fingendarum licentiam tradi, *ibid.* Sanctos patres contemnit, XLII. In Henricum VIII. Angliæ Regem convitia jacit, XLIII. Spiritualem ſe vocat atque adeo a nemine judicandum, *ibid.* Falſa Lutheri vaticinia, *ibid.* Rabidæ illius minæ in Prædicatores, XLIII. Fingit extingui fidem bonis operibus, XLIV. Fingenti ſibi cœleſtes revelationes credi vult, XLV. Refellitur a Joanne Fiſchero, *ibid.* Mahometem æmulatur, XLVII. Epiſcopos vult occidi, *ibid.* Concitare ſuos ad bella enititur, *ibid.* Germania ab eo nebulone in mutuas cædes efferata, *ibid.* Scripturam e Latino in Germanicam ſermonem convertit, eamque corrumpit, XLIX. Monentur Saxoniæ duces ab Anglo, ut illum opprimant, XLVIII. Partem ſcripturarum qua convincitur negat, L. Falſo gloriatur ſe evangelicam lucem populis intuliſſe, LI. Ex illius principiis enatæ aliæ hæreſes, *ibid.* In jejunia declamat, LII. Damnat cœlibatum, *ibid.* Divinum imperium: *Creſcite & multiplicamini* in pravum interpretationem diſtorquet, *ibid.* Carolus V. de ſtringendo in Lutherum & ſequaces gladio agitat, LV. Ignave illum graſſari patitur, LVIII. Quanta mala Carolo V. illata a Luthero, LIX. Sollicitati Germani a Luthero, ut Carolum V. ex imperio pellant, *ibid.* Moniti principes imperii in comitiis Norembergenſibus Lutherum facile opprimi poſſe ſi velint, LXVI. Lutherum eadem via incedere qua Mahometem, LXVIII. Non audiendum illum eſſe jam, ſed tollendum, LXIX. Quæ Lutherus docet jam damnata per varia concilia, *ibidem.* Jactat Lutherus revixiſſe in ipſo ſpiritum Danielis LXXII. Illi magis Fridericus Saxoniæ dux credidit quam univerſis conciliis, LXXV. Scelerum licentiam ſub libertatis nomine induxit, LXXIX. Plenus ſpiritu Antichriſti demonſtratur ab Hadriano VI. LXXX. Ex operibus transfiguratus ille Sathanas dignoſci potuit, LXXIX. Demonſtratur abeſſe perſpicue ab eo divinum ſpiritum, LXXXI. Illum eſſe antichriſti apoſtolum, LXXXII. Latronem hunc conſpiraſſe ad perdendam Eccleſiam, LXXXIII. Monetur Saxo a pluribus Regibus & principibus, ut Lutherum opprimeret, LXXXVII. Lutherus Carolo magno per quem Saxones adducti ad Chriſtum contrarius demonſtratur, LXXXVIII. Fingit Lutherus principes Germanos ſuis deliriis mancipatos, 1523. XXVIII. E monaſterio uno tria plauſtra Virginum Deo dicatarum abducit, LIV. Abbatiſſam ſibi copulat quæ altero menſe a nuptiis illi filium parit, *ibid.* Negat puellam quæ duodecim annos ſuperarit tueri virginitatem poſſe, *ibid.* Hoc credendum ſuis proponit, *ib.* Oppoſita impudiciſſimo Leoni pontificum Romanorum ſanctitas, LV. Miſſæ novam rapſodiam & novos ritus fingit, LIII. Defendit contra Lutherum Eccleſiæ ceremonias Joannes Clictoveus, 1523. LX. Urget illum, ut dicat qua poteſtate ſacra immutet, *ibid.* Quæ ſigna edit, *ibid.* Quinam adverſus Lutherum ſcripſerint, LXII. De innumeris mendaciis convincitur, LXIV. Spurciſſimum ſcurram egit, LXV. Quam turpem gloriam ſectatus ſit, LXVI. Ad rebellionem populos concitare molitus eſt, LXVII. Infanda ejus molimina ad perdendum populum, *ibid.* Georgius dux Saxoniæ de Luthero ſcribit ſpecie emendandarum nonnullarum corruptelarum in orbis theatrum prodiiſſe, deinde conſiliatis ſtudiis ad excindendam religionem ſe convertiſſe LXIX. Lutheri in principes convitia, LXX. Panegyrica oratione celebrat ſtupratorem ſacrarum virginum, LXXI. Scribit libellum contra vota monaſtica, LXXII. Refellitur a Joanne Fabro, qui malleus Lutheranæ hæreſis dictus eſt, LXXII. Fingit ſe honeſtare matrimonium cum ſacramenti dignitatem illi neget, LXXIII. Apoſtoli de virginitate teſtimonia pervertit, *ibid.* Replet apoſtatis Germaniam ac Turcis ad eam occupandam viam munit, *ibid.* Carloſtadium olim amiciſſimum in exilium a Saxonia pellit, LXXV. Illius apoſtaſia monſtris expreſſa, LXXVI. Suis ipſis verbis confunditur, LXXVII. Expoſitæ ejus turpitudines, *ibid.* Lutheri ſophiſma pro evertenda religione, LXXVIII. Novum legiſlatorem agit, *ibid.* Eccleſiaſtica bona in publicum ærarium redigenda decernit, LXXIX. Lutheri libri in Polonia prohibiti, LXXX. Plura miracula adverſus Lutheranam hæreſim edita, LXXXIII. Quæ cauſa Lutherum primo impulit in hæreſim, LXXXVI. Judæos ad fidem fruſtra convertere nititur, LXXXVII. Fruſtra mortuum ad vitam revocare tentat, *ibid.* In S. Bennonem blaſphemas voces fundit, XCIV. Propriis verbis convincitur, *ibid.* Queritur Clemens VII. apud Carolum V. Lutherum ab eo proſcriptum foveri ab aliis, 1524. II. Qui fuerint Lutheranæ hæreſis fructus, IX. Wormatienſe in eum decretum confirmatum, XI. & XXIII. Fœdus a catholicis contra Lutheri ſequaces Ratiſponæ initum, XXIII. Declamat Lutherus contra ordinum imperii decreta, XL. Rabida illius in Germanos verba, *ibid.* Negat gerendum in Turcas bellum, *ibid.* Contendit Chriſtianos principes Turcis nequiores eſſe, *ibid.* Quingenti articuli hæretici collecti a Joanne Cochlæo ex Lutheri ſermonibus, XLI. Franciſcus Sichingius ejus hæreſim armis propagat, XLII. Plebem concitat in principes, XLIII. A ſuis diſcipulis novas hæreſes comminiſcentibus carpi incipit, XLIV. Arguit eos agitari a dæmone ac viciſſim a dæmone agitari, & corrumpere ſcripturam arguitur, XLV. Quænam ipſi ab æmulis hæreſiarchis objecta, XLV. Munzerum pellit Friderici electoris ope, XLVI. Exigit a Munzero, ut novam doctrinam miraculis probet, *ibid.* Confunditur iiſdem verbis, *ibid.* Munzerianos & ſacramentarios vocat Abſalones ſuos, XLIV. Arguitur a Munzero quod nobilibus primum eccleſiaſticas opes deinde principibus ſit pollicitus, *ibid.* Ejus imago ulta ab iis, qui Chriſti & Virgi-

nis

Digitized by Google

nis imagines affigunt patibulis, XIII. Jactavit apud Fridericum Saxoniæ electorem doctrinam ſuam a Chriſto ſe illi videndum obiiciente accepiſſe, 1524. XLVI. Lutheri ineptiæ dum monialis fugam e monaſterio obtrudit pro miraculo, XLIX. Vera miracula temnit & dæmones furore aqua luſtrali repreſſo ait dæmonem fingere ſe ab eo torqueri, ibid. Confutatur, ibid. & L. De familiaritate dæmonum gloriatur LI. In Lutheri cubiculo auditi ſtrepitus dæmonum, ibid. In Zuinglium ſcribit, LX. Fatetur conatum ſe Euchariſtiam negare odio Pontificis, ſed ſcripturæ textum nimis clarum, LVIII. Initio Pighardis ſordidiſſimis hæreticis ſe conjungere voluit, LXV. In concione de conjugio hæc habet: ſi non vult uxor veniat ancilla, ibid. Impium ejus ad Calatinos conſilium, LXVI. Evangelium ad Americanos tranſlatum dum Lutherus in Germania illud extinguit, 1524. CXIV. & ſeq. Libris impiis Germaniæ populos ad ſeditionem concitat, 1525. IV. Sequacium illius ſupra centum millia occiſa, XVII. Lutheri impunitas tot cædium cauſa extitit, ibid. Plura intulit mala Germaniæ pſeudomonachus ille quam ſi Turca quadringentis millibus ſtipatus in Germaniam irruiſſet, ibid. Creditum illi non probato ejus ſpiritu, XVI. Dæmonis ſervitutem pro evangelica libertate obtrudit XVIII. Longe aliter Paulus docuit quam Lutherus, XIX. Quale fuerit Lutheri evangelium, ibid. Mira illius impoſtura nomen Jeſu ſinguliis pagiois iuſcribentis & dæmonem in corde gerentis, ibid. Nulla peſtis Luthero deterior ad Chriſtianum evertendum imperium, XXI. Audita rebellione populorum triumphat gaudio, XXII. Falſo prædicit biennio labente Eccleſiæ Romanæ nullum futurum veſtigium, ibid. Arguitur mendacii, ibid. Prodigia falſo pollicetur pro confirmanda ſecta, XXIII. Pro ſeditioſis ruſticis falſa ac ſeditioſa jactat, ibid. Deletis iis adverſus victos ſcribit, XXIV. Convincitur non Deum, ſed dæmonem per ipſius os loquutum, ibid. Primum dixit ruſticos plenos Deo, deinde dæmone & ut rabidos canes trucidandos, XXIV. Arguitur tot mala in Germaniam inveхiſſe, XXV. Nullus Nero Luthero crudelior, XXVI. Impiæ leges quibus decepit populos, XXVII. Dania ejus hæreſi infecta, XXIX. Infecta Norvegia & Suecia, XXXI. Nefanda conſilia ab eo Danis ſuggeſta, XXXII. Joannem Machabæum apoſtatam ad eos mittit, ibid. Scribit Livonibus ad eos in impietate obfirmandos, XXXIII. Scribit ad Batavos deque ſectæ amplificatione gloriatur, ibid. Polonia ab ejus hæreſi a Sigiſmundo Rege vindicata, XXXV. Divinæ vindictæ prodigia in nonnullos Lutheri ſequaces, XXXVIII. Catholici doctores certant ſcriptis adverſus Lutherum, XL. Antichriſtus in Luthero myſterium iniquitatis operari cœpit, ibid. Ex Lutheri evangelio creditur quod lubet, XLI. Certat cum Zuinglio, XLII. Atheiſmus ex ejus & novatorum doctrina conſecutus, XLIV. Berengarianam hæreſim exſuſcitavit, XLV. Convincitur ex propriis verbis, ibid. Blaſphemæ ejus voces in Chriſtianos, ibid. Mutet fidem, ibid. Carloſtadium pellit & qua de cauſa, ibid. Fatetur ſe & novatores illudi a dæmone, XLVI. Convincit ſacramentarios, ibid. Fatetur ſe novam ſectam inſtituiſſe ex odio & furore in Pontificem, ibid. Remanere panis ſubſtantiam cum Chriſto fingit, XLVIII. Arguitur ex ſcriptura, ibid. De Lutheri aotilogiis librum edit Faber, LI. Monialem meretriculam ſibi thoro jungit, LII. Cur divi caſti hominis larvam prætulerit, ibid. Fiet imago conſecrata ab everſoribus imaginum Chriſti, LII. Objurgatur ab Anglo Rege de inceſto, LIII. Corrumpere nititur Albertum Cardinalem Moguntinum, LIV. Illius argutiæ contra cœlibatum, LIV. Contemnitur a Moguntino Cardinale, ibid. Objurgatur a Georgio duce Saxoniæ, ibid. Qui fuerint fructus Lutherani evangelii, LVI. Conſulta a Luthero adulteria ibid. Cæteris propheſis diſſimilis convincitur, LVII. Monitus, ut redeat ad Auguſtinianos, ibid. Mira Dei patientia in Luthero tolerando, LVIII. Fatetur rupta Eccleſiæ concordia nullum eſſe diſſidiorum finem, LIX. Lutherana hæreſis in Gallias illata, LXV. Obſtat Lutherus cum ſequacibus ne auxilia Hungariæ ferantur, 1526. LX. Negat Lutherus pugnandum contra Turcas, ibid. Scribit convenire, ut Chriſtianus & evangelicus princeps Turcis portas aperiat, LXXVII. Lutheri hypocriſis plures ad hæreſim pellexit, 1526. LXXXVI. Verſus in ſimium tegulis Eccleſiæ diſiectis eam deſtruxit, ibid. Placentia dicendo corrupit populos, ibid. Bis mille articuli deteſtandi ex ejus ſcriptis colligi potuere, LXXXVII. Tria ſpernit evangelia, LXXXVIII. Labi potuiſſe Apoſtolos effutiit, ibid. Lutheri nefanda contradictio de authoritate Eccleſiæ, ib. Præfert ſe Apoſtolis & Angelo Gabrieli, LXXXIX. Revelationes jactat, ibid. Juſſus ut miraculo eas probaret obmutuit, ibid. Vult ſcripturam eſſe iudicem controverſiarum & convincitur, XC. Non credendum ejus revelationibus exemplo ſocii Thomæ Monzeri oſtenditur, XCII. Se contra vim diaboli confeſſione ſervatum fatetur eam tamen argutiis evertit, XCIV. Feſtum conceptionis B. Virginis Luthero exoſum, ibid Ejus contradictio circa Euchariſtiam, XCV. Negat Chriſtum præcepta dare, ſed ſuadere, ib. Ab Henrico Rege Angliæ iterum confutatur, CXII. Exprobrieæ illi ab eodem nefandæ libidines, CXIII. Fingit ſuper fidem ædificari a ſe charitatem, CXIV. Refellitur, ibid. Iis peccatoribus illuſit quibus favere videbatur, ibid. Falſo promiſit credenti peccatorum impunitatem, CXV. Repugnare illi divina oracula demonſtrantur, CXVI. Fœminis ſacramenta adminiſtrandi poteſtatem contuliſſe arguitur, CXVII.

Martinus Valentinus Minorita cum ſociis duodecim miſſos ad Americanos convertendos, 1523. CXXXVII. Idola conterit, 1524. CXII. Primam Synodum Mexicanam celebrat, CXIII. Dena centena millia Mexicanorum baptiſmo abluit, 1524. CXIV.

Martyrium inſigne Gundiſalvi Vaſcii, 1516. CII. & ſeq. Ejuſdem ſtatet martyrio affectus, CIII.

Matthæus Epiſcopus Sedunenſis ſex Helvetiorum regiones a fœdere cum Gallis divellit, 1516. LXXVI. Commonitus ne publicæ paci obſiſtat, ibid. Increpatur a Leone quod ſit alienum a Cardinale bella alere, LXXVII. Cum Helvetiis & Cæſare irrumpit in Inſubriam, LXXIX. Repellitur, ibid.

Matthæus Gurcenſis Epiſcopus a Maximiliano Cæſare ad Leonem X. miſſus, 1513. LXXX. Sibi ut cæſareo legato vult magiſtratus urbanos occurrere, ibid. Prohibitus illi anathemate intentato, ibid. Cardinalitium galerum e Leonis manu accipit, ibid. Cæſareo numine obſequia Pontifici defert, ibid.

Matthæus Baſſius Minorita Capucinorum religioni dat initium, 1525. CIV. Reſtituit formam habitus S. Franciſci, ibid. Deductus ab Angelo ad Clementem, ibid.

Matrimonium prophanatum a Luthero, 1521. LXVII.

Mauri a Carolo V. propoſita bonorum proſcriptione fidem Chriſti profiteri juſſi, 1525. LXVI. Ex Hiſpania ejecti, 1526. LXXXIV. Rebel-

lant

Digitized by Google

lant & ſervituti addicuntur, *ibid.* Plures baptiſmum ficte ſuſcipiunt, *ibid.* Tum lacrymæ e ſacris imaginibus manare viſæ, *ibid.*

Maximilianus I. Cæſar tuetur Cruciferorum cauſam adverſus Poloniæ Regem, 1513. XXXIV. Baſilium Moſcovitarum ducem perperam concitat in Polonum, XXXVIII. Ab eo Moſcovita regiam coronam poſcit, XXXIX. Mittit ad Moſcovitam artifices conficiendarum librandarumque machinarum peritos, *ib.* Cum Anglo Rege in Belgio jungit arma, LX. A Gallo Bohemi in eum concitati, LXXVI. Pulſis ex Italia Gallis de præda cum Venetis certat, LXXVII. Matthæum Gurcenſem oratorem mittit ad Leonem, X. 1513. LXXX. Defert illius opera obſequium Pontifici, *ibid.* Sollicitatur ad pacem, C. Expoſitum illi ob mutuas diſcordias Turcicam potentiam confirmari, CI. Monetur a Leone X. de formidanda Selimi potentia, 1514. XLIII. Fœdus agitat cum Hungaro, XLVI. Fœdus init cum Poloniæ Rege & Hungaro, 1515. XLIII. Intermiſſi in Turcam belli cauſam derivat in Gallum, XLVI. Excuſat ſe Italico bello diſtrahi, *ibid.* Affinitatem jungit cum Hungariæ Rege, *ibid.* Quo ritu cum utroque Rege dexteram junxerit, *ibid.* Cruciferorum patrocinium abjicit, LII. Leonis ad eum literæ conſolatoriæ ob mortem Ferdinandi Regis, 1516. XXII. Cum quindecim millibus Helvetiorum, & quinque millibus equitum irrumpit in Inſubriam, LXXIX. Refellitur & Brixiam illi eripiunt Veneti, *ibid.* Sollicitatur a Leone X. ut cum Gallo Chriſtianam cauſam tueatur, LXXX. Ejus reſponſum, *ibid.* Sollicitatur iterum ad expeditionem in Turcas, 1517. II. Ejus literæ ad Leonem, *ibid.* Cauſam intermiſſæ expeditionis in alios derivat, III. Pontificem & Cardinales ſe ſociaturum in Turcas profitetur, IV. Mortis pro Chriſto oppetendæ ſe cupidum eſſe, V. Illi & Gallo Regi decretum contra Turcas terreſtris exercitus imperium, 1517. XXXIX. Sancitum, ut educeret quinquaginta millia peditum, equitum viginti millia & ex ipſius provinciis contra Turcam tenderet, *ibid. & ſeq.* Quænam in Auguſtano conventu fuerint agitata, 1517. IV. *& ſeq.* Maximiliani ad ordines imperii reſponſum, XXXIII. Multi Reges Maximiliano pro bello Turcico gerendo ſtudent, *ibid.* Germanos admonet ne occaſioni deſint, XXXV. Si deſint alii ad Germanos Turcam penetraturum, *ibid.* Cogit ordines imperii pro decernendo in Turcas bello, 1518. V. *& ſeqq.* Germanos bellum ſacrum Turcis inferre ſubterfugientes ſerio admonet ne occaſioni deſint, XXXIV. *& ſeqq.* Ex animo expeditionem promovere ſatagit, XXXVI. Commendatur a Leone, *ibid.* Thomas de Vio Cardinalis legatus ad eum miſſus, 1518. LIV. Quo ritu pileum & enſem miſſos a Pontifice acceperit, LX. *& ſeq.* Pium deſiderium gerendi belli ſacri a Maximiliano promulgatum, LXIII. Ejus oratio ad ordines imperii, LXIV. Additi illi a Poloniæ Regis oratore pii ſtimuli, LXXV. Germani ab Hutteno Lutheri patrono a ſacro bello abalienati, LXXVI. Monet Leonem jam Lutherum plures ſuæ hæreſis defenſores adeptum, 1518. XC. Exponit imminentia mala, ni principiis obſiſtatur, *ibid.* Spondet ſententiam pontificiam in Lutherano negotio mandatum iri operi, *ibid.* Obſiſtit Franciſcus I. ne Leo ad eum coronam imperialem tranſmittat, 1518. CLXII. Agit de permutando imperio cum Regno Neapolitano, CLXIII. Prope Auguſtam ſpina Dominicæ coronæ in extremo ejus imperio cruorem fundit, CLXIV. Maximiliani mors, 1519. L. Inde Luthero auctii animi, *ibid.* Maximiliani elogium, II. Xenodochia decem ab eo extructa, *ibid.* Sarcophagum circumferre ſolitus, *ibid.* Sacramentis rite expiatus, III. Proſequi ſolitus ſacerdotes magnis honoribus, *ibid.* Egregium illius facinus ne Albæregalis templum expilaretur, *ibid.*

Maximilianus Sfortia dux Mediolanenſis Gallos ad Novariam ope Helvetiorum cædit, 1513. XXIX. Gratulatur illi Leo X. *ibid.* Monitus, ut clementia in victos utatur, XXX. Gallicæ potentiæ parem eum non eſſe, *ibid.* Conjungit ſe Lateranenſi concilio, XLII. Principatum ope Julii recuperaſſe profitetur, *ibid.* Genuæ imperium affectar, LXXX. Opponit ſe illi Leo, *ibid.* Gallis præſulibus iter intercludit ne ad concilium Lateranenſe accedant, 1514. XIV. Increpitus a Leone, *ibid.*

Mediolanum & Mediolanenſes Gallorum jugum excutiunt, 1513. XXX. Iterum a Gallis ſubjiciuntur, 1515. XX. In Hiſpanorum poteſtatem pulſis Gallis rediguntur, 1523. CVIII. Mediolani arx Franciſco Sfortiæ reſtituta, *ib.*

Medlingerus Tartarorum Præcopenſium Cæſar concitatus a Polono in Moſcovitam, 1514. LXIV. Proditio expectantis belli exitum, ut victum invadat, *ibid.* Moſcoviam expilat, *ibid.* Ruſſiam & Moſcoviam iterum populatur, 1516. LXXII. & LXXIV.

Melancton inter Lutheranæ hæreſis ſigniferos princeps: Joannes Coclæus de illius ſalute ſollicitus Lutherum provocat ad diſputationem, ut Melanctonem ab errore liberet, 1521. XX. Ex Lutheri deliramentis, qui male interpretabatur ſententiam: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo:* Relictis ſtudiis in priſtinum ſe confert pro exercenda arte, 1522. XXIX. Reverſo Luthero & ſtudia commendante ad ea revertitur, *ibid.* Diſſentit a Luthero, XLIII. Pſeudoevangelium Lutheranum corrigit, L. Lutherum in pluribus emendat, *ibid. & ſeqq.*

Melitæ inſula equitibus Rhodo pulſis attributa, 1526. LXXVIII.

Mendicantes ordines damnat Lutherus, qui eos tolli voluit, 1520. LIII. *art.* XLI.

Meteſuma Rex Mexici: Decta in eum a Ferdinando Corteſio expeditio, 1519. LXIX. Vincitur prælio, LXX. Redigitur in Fernandi Corteſii poteſtatem, LXXI. Increpatur ob præmiſſa humana ſacrificia, LXXIII. Deum creatorem & redemptorem jubetur agnoſcere, *ibid.* Cedit imperio, LXXV. Profitetur ſibi prædictum a dæmone deturbatum iri ex imperio, *ibid.* Rebellat, 1520. XCVI. Obſidetur a Fernando Corteſio, 1521. CXXIX. Capitur ab eodem, *ibid.* Ob conjurationem cum principibus ſupplicio afficitur, 1525. XCIV.

Mexicani ſubacti a Fernando Corteſio, 1519. LXVI. Infandi ritus quibus dæmones colebant, LXVIII. Horrenda eorum laniena in componendo idolo, LXXII. Humanas carnes exitare ſoliti, *ibid.* Simulachra confringere jubentur, LXXIII. Homicidium patrare vetiti, *ibid.* Deum creatorem & redemptorem agnoſcere juſſi, *ibid.* Concitantur a dæmone in Ferdinandum Corteſium, 1520. XCVI. Domantur, 1521. CXXIX. Ducenta Mexicanorum millia in eo bello pereunt, CXXX. Vaticinia de Mexico debellando a gente barbara, *ibid.* Triginta duo millia Mexicanorum baptiſmo luſtrata, 1522. XCVI. Alia novem millia baptiſmo abluta, XCI. Mexicani rebellantes ſubacti a Ferdinando Corteſio, 1520. XCVIII. Martinus Valentious Mexicanos convertit, 1524. CXIV. Ad centum & amplius myriadas Eccleſiæ adjuncti, *ibid.* & CXV. Deterrentur ſuppliciis ab eſu humanæ carnis, 1525. XCIV. Idola eorum fracta, *ibid.* Rex eorumque principes affecti ſupplicio, *ibid.*

Miltitius internuntius a Leone X. in Germaniam miſ-

miſſus, 1519. XXXV. Roſam auream ad Fridericum Saxoniæ ducem defert, *ibid.* Molliter & effœminate agit cum Luthero hæreſiarcha, *ibid.* Stulte eam in cœna oſculatur verbis illius mollioribus illuſus, *ibid.* Prodit rem catholicam, XXXVI. A datis illis promiſſis deinde Lutherus deficit, *ibid.*

Minoritæ in Mexico pluſquam decies centena millia idololatrarum baptiſmo abluerunt, 1524. CXIV.

Miracula a Deo adverſus Lutheranam hæreſim edita, 1523. LXXXV. & 1527. LXXXVI. Sacerdos Dalmata præcordia exſecta ad ædem Lauretanam defert, 1520. LXXXIII. Sanguis purus fluit ex reliquiis abſciſſis S. Lamberti & S. Euroſiæ Lutherus Meſenum ſuſcitare mendaciter vi ſatanica tentat, 1523. LXXXVII. Luterus a Munzero hæreſiarcha exigit, ut novam doctrinam miraculis probet, 1524. XLVI. Miracula edita Coloniæ, L. A Lutheranis dæmoni aſcripta, *ibid.* Oſtentata ab Anabaptiſtis ad deludendos ſimplices, 1525. LXIV. Miracula promulgari vetita ſine epiſcopi judicio, 1526. CXXXIII.

Miſſa extra parrochialem Eccleſiam audiri poteſt, ut præcepto ſatiſfiat, 1517. CXIII. A Wittembergenſibus pſeudoaugoſtinianis primum abolita, 1521. XLVI. Dæmon Lutherum docuit, ut miſſam aboleret, *ibid.* Senſim ad id facinus eum tentavit, *ibid.* Munivere hæretici Antichriſto viam ſublatæ miſſæ ſacrificio, XLIX. Sacrificium miſſæ, ut unum ſit reliquorum loco inſtitutum a Chriſto, 1521. LX. Crucis magis quam cœnæ ſacrificium exprimitur in miſſa, *ibid.* Eximia de miſſæ ſacrificio Ambroſii ſententia, LXI. Alia Gregorii, *ibid.* Miſſa novi illius ritus a Luthero inducti, 1523. LIX. Miſſæ ritus veteres a Clictoveo defenſi LX. Vulgari ſermone a Lutheranis celebrata, LXI. Cur a catholicis latino ſermone celebretur, *ibid.* Objectio Lutheranorum diſſolvitur, *ibid.* Cæreorum accenſio in miſſa a Lutheranis deriſa, LXII.

Moluccæ inſulæ & Moluchi: De iis inſulis inter Hiſpanos & Luſitanos certatum, 1521. CXXXII. De Moluccharum imperio certant eam Luſitanis Caſtellani, 1523. CIX. & 1526. LXXXI. Caſtellani a Moluchis pulſi, *ibidem*.

Monachi: Mota iis ab Epiſcopis lis de privilegiis, 1516. I. Actum de concordia inter eos, IV. Vetiti conciones habere, IX. Coram laicis detrahere Epiſcopis vetiti, X. Ad ſæcularia ſacerdotia non promovendi, XIV. Eorum privilegia in diplomate cui initium mare magnum contenta revocantur, 1516. XXVIII. Ad ſolemnes ſupplicationes indictas ab epiſcopis accedere juſſi, XXX. Sacrarum exomologeſeon excipiendarum authoritatem petere ab Epiſcopis juſſi, XXX. Adducendi in examen eum ſacris ordinibus initiari volunt, XXXII. Data iis imperia, ut laicos ad decumas pendendas hortentur, XXXIV. Commendata iis obſervantia erga epiſcopos, XXXVII. Corroborata alia eorum privilegia, XXXVIII. Ex Monachorum diſſidio horrendum in Dei Eccleſia diſſidium exortum, 1517. LXV. Monachi a fide apoſtatæ, ſi ad Eccleſiam redeant in ſæculari habitu manere permiſſi, 1526. XXVII.

Monaſterienſis reſpublica floruit dum in ea religio catholica floruit, 1524. LXI. Ubi infecta eſt hæreſi malis omnibus afflicta eſt, *ibid.* Plebs infecta hæreſi in virgines Deo dicatas in clericos in magiſtratus tumultuatur, *ibid.* Caroli V. ad Monaſterienſes literæ, ut Lutheranos coerceant ac ſervent decretum Wormatienſe, *ibid.* Deſerta fide catholica ruunt in pejus, *ibid.*

Moniales: Earum conſtantia in tuenda fide & caſtitate, 1525. XXXI.

Monomachia graviore edicto prohibita a Leone X. 1519. LXXXVIII.

Monſtrum marinum: Navis in medio curſu monſtri marini amplexu immobilis reddita, 1518. CLXXIII.

Mors pia Franciſci Cardinalis Ximenii, 1517. CIII.

Mortis memoria: Ad eam retinendam Maximilianus I. ſarcophagum inſtar theſauri circumferre ſolitus, 1519. II.

Moſcovitæ: Smoleucea ad Boryſthenem arce per fraudem potiti, 1514. LXII. Gemino prælio victi, *ibid.* Triginta eorum millia a Polonis cæſa, *ibid.* Mittit Leo X. ad Moſcovitas internuntiam, qui repellitur, LXV. Moſcovitarum potentia & regionis ſitus, LXVIII. Græcanicum ſchiſma ſequuntur, LXXI. Negant primatum Romani Pontificis, *ibid.* Somniant Romanæ Eccleſiæ adhærentes damnandos, *ib.* Sanctos doctores latinos rejiciunt, LXXII. Corruptos Græcorum textus ajunt quibus convincuntur, *ibid.* Negant in azimo conſecrari Euchariſtiam, LXXIII. Reſpuunt ſecuta poſt ſeptimam ſynodum, *ibid.* Indulgentiarum & anathematiſmorum vim negant, ſacramenta confirmationis, & extremæ unctionis *ibid.* & LXXV. In baptiſmo aliam liquorem præter aquam naturalem interdum uſurpant, *ibid.* Eorum ritus & abuſus circa Euchariſtiam, LXXVII. Panem antequam conſecretur adorant, LXXVIII. In altari poſitum & conſecratum non venerantur, *ibid.* Pro exomologeſi ſacra balneo utuntur, LXXIX. Latinorum homicidium laudant, volatilis cædem crimini ducunt, LXXX. Simoniacum crimen apud eos viget, LXXXII. Fornicationem & uſuram negant eſſe peccatum, LXXXIII. Purgatorium negant, LXXXIV. Et viſionem beatificam ante diem judicii, *ibid.* Fingunt preces damnatis prodeſſe, *ibid.* Negant proceſſionem Spiritus Sancti e Filio, LXXXV. Matrimonia ſolvunt ſine cauſa, *ibid.* Seculares poteſtatem ſibi arrogant in presbyteros & Epiſcopos, LXXXVI. De Moſcovitis ad Romanam Eccleſiam revocandis actum, LXXXVII. A Lituanis divinitus fuſi, 1519. LIX. Eorum legatio ad Carolum V. 1525. LXVIII. Religionem a S. Andrea Apoſtolo ſuſcepere, *ibid.* Obnoxii ſunt patriarchæ Conſtantinopolitano, *ibid.* Fatentur Romanum Pontificem eo ſuperiorem *ibid.* Conjugati apud eos fiunt ſacerdotes, nec non e contra, LXX. Sacramentum ordinis habent, LXXI. Sacras imagines colunt, *ibid.* Sanctos patres Græcos & ſcripturam ſacram admittunt, LXXII. Scarenſis Epiſcopus ad eos pro inſtauranda veteri conjunctione miſſus, LXXIII.

Mundus: Illius æternitatem aſſerentes damnati in concilio Lateranenſi, 1513. XCII.

Mutina Leoni X. meta extorta a Franciſco I. ut Ateſtino una cum Rhegio reſtitueretur, 1515. XL.

N

NAvarra Caſtellæ conjuncta, 1515. LX. Extincto Ferdinando Navarram Joannes Albretenſis recuperare nititur, 1516. XLV. Repulſus moritur, *ibid.* Navarræ oppida mœnibus exuta paucis exceptis ab Hiſpanis, *ibid.*

Nicolaus Scombergius Auguſtiniani ordinis ad Ludovicum Hungariæ Regem pro ſuſcipiendo in Turcas bello miſſus, 1517. XXI.

Nicolaus Epiſcopus Piſtorienſis creatus Cardinalis, 1517. CI.

Ni-

Nicolaus Pelargus Lutheri diſcipulus Hæreſiarcha illuditur a dæmone falſis revelationibus, 1522. XL. Condit ſectam Anabaptiſticam, ib. & LIII. Melanctonem & Carloſtadium deludit, ibid. Jactat ſe colloquio frui Michaelis Archangeli, ibid. Ejus hypocriſis, ibid. Ruſticorum domos circuit ad eos decipiendos, ibid. Thomam Muncerum ſibi adjungit, ibid. Libertatis evangelicæ ſpecie ſuadet rebellionem in principes, ibidem. Omnes, qui ipſi obſtiterint Reges, principes, Epiſcopos trucidandos docet, ibid.

Nicoragani Americæ populi ad plum millia baptiſmo abluti, 1522. XCII. Apud eos viguit traditio de præterito cataclyſmo & futuro urbis incendio, XCIII.

Nilus: Illius exortus in Ethiopia, 1514. CIV.

Nurembergenſis conventus: ad eum mittitur legatus Cardinalis Campegius, 1524. L. Acta illius conventus, VIII. & ſeq. Graviſſime in eo erratum a Germanis, XIV. Graves Clementis de eo querelæ apud Cæſarem, ibid. Apud Henricum Regem Angliæ, XVII. Apud Franciſcum I. Regem Galliæ, XX. Damnati conventus Nurembergenſes a Carolo V. XXI.

O

OCtavianus Fregoſus pulſis Adornis ducales apices ſuſcipit, 1513. XXX. In clientelam Pontificis ſe confert, ibid.

Œcolampadius apoſtata Brigittanus hæreſiarcha ad Catholicos opprimendos incitat Franciſcum Sichinginem, 1524. XLII. Falſa ejus interpretatio verborum Chriſti contra Euchariſtiam, 1525. XII. Revincitur ex oraculo: Verbum caro factum eſt, ibid. Contradicit Luthero, XLIII. Inconſtantiam dogmatum ſtulte defendit, XLIV. Sæpius fidem mutat, ibid. Intereſt Badenſi conventui, 1526. XCVIII. Refellitur a Joanne Eckio, CI. Damnatur cum ſequacibus, CIII. Fatetur ſe mentacem, CV. Fidem pro impoſtura accipit, CVI. Impugnat Euchariſtiæ veritatem, CVII. Œcolampadius fingit ſe veritatis aſſertorem, 1526. CX. Demonſtratur ex ſacra ſcriptura veritatem eſſe in Eccleſia, ibid. Œcolampadius Anabatiſtas Eccleſiæ ſe præferentes inſaniæ arguit, 1526. CXVIII. Docet eum verum eſſe ſcripturæ ſenſum quem docent ſancti patres, ibid. Eadem ratione deridetur ipſe & confutatur, ibid. Dat operam, ut Anabaptiſtæ pellantur Baſilea, ibid. Docet alios miniſtros, ut ſe adverſus Anabaptiſtas munire debeant, ibid. Arguit eos non bono ſpiritu duci quorum plures negent Chriſti divinitatem, ibid.

Officium divinum: Illud intermittentes privandi ſtipendiis, 1514. XXXI. Si quis quindecim diebus illud non dixerit ſacerdotio exuatur, ibid.

Oleum ſacrum: Maronitæ in eo conficiendo permixta varia materia abuſus committunt, 1514. XCI. Docentur non miſcenda aromata in ſacro oleo conficiendo, CI.

Onuphrius Jordanus Sacerdos Hiſpanus dum impudicitiæ fræna laxat a ſpectro ſub juvenci ſpecie increpitus, 1521. CIII. Vitam deinde ſanctam & evangelicam ducit, ibid. Concionando de Deo pie moritur, ibid.

Opera bona: In iis peccare juſtum fingit Lutherus, 1520. LIII. art. 31. & ſeq. Amſdorffius ejus ſocius conflat ſectam quæ tenet bona opera ad ſalutem eſſe pernicioſa, 1521. X.

Orbis navigatus ab Hiſpanis, 1521. CXXXI. Circumeuntibus orbem dies unus ſupercrevit & cos, CXXXII.

Oſtenta: Tres ſoles ſanguinolentis gladiis transfixi tres hæreſes deſignans, 1520. LIII.

Otto Lutheranus ſpernit tria evangelia, 1526. LXXXVIII. Effutit Apoſtolus errare potuiſſe, ibid. Negat Chriſtum præcipere, ſed ſuadere, XCV.

P

PAlma: ejus deſcriptio, 1519. LXIV.

Parma & Placentia Leoni X. a Gallo Rege metu extortæ, 1515. XL. Bello illi iterum ereptæ, 1521. CVIII.

Paulus e Cæſiis Creatus Cardinalis, 1517. CI.

Paulus mercator Genuenſis a Clemente ad Baſilium ducem Moſcovitarum miſſus, 1524. LXXI.

Peccatum an remitti poſſit ab homine, 1518. CXLIV. Fingit Lutherus baptizatum peccare non poſſe, 1520. L. Peccatum remanere poſt baptiſmum diſceptat Lutherus ac damnatur, 1520. LIII. art. 2. Somniat fomitem peccati arcere animam ab ingreſſu cœli, art. 3. Peccatum remitti negat Lutherus niſi credatur remiſſum, & damnatur, ibid. art. 2. Semper peccare omnes mortaliter dum pie agunt quantam poſſunt fingit Lutherus, 1520. LIII. art. 35. & ſeq.

S. Petrus S. Ignatium de Loyola in ancipiti vitæ periculo ſanat, 1521. XCVIII.

Petrus de Navarra liberatus ſacramento de non gerendo bello niſi adverſus fidei hoſtes, 1526. XIII. Præficitur expeditioni ad Genuenſes libertati reſtituendos, XIV. Saonam intercipit, XV.

Petrus Bembus elegantiæ ſtudio putidas gentilium voces interdum inſerit, 1513. C.

Petrus Archiepiſcopus Gneſnenſis inſtruitus authoritate, ut monachos in hæreſim lapſos ſi conciliari Eccleſiæ velint in ſæculari habitu manere permittat, 1526. CXXVII.

Petrus Cordubenſis Dominicanus explorat an dæmon vere magum inſideat, ac vere inſidere comperit, 1525. CII. Coactus illius imperio dæmon reſpondet idololatras ad æternas flammas rapi, ut ſcelerum pœnas luant, ibid.

B. Philippus Benitius in beatorum albo a Leone X. refertur, 1516. CI.

Philippus Villers Rhodiorum equitum princeps: Eurens in eum invidia Amarultus eques Solimannum ad expugnandam Rhodum concitat, 1521. CXXII. Præmonet Hadrianum Pontificem & Carolum V. & Franciſcum I. Reges de impendente a Solimanno bello, 1522. XXI. Adverſus tercentum Turcarum millia diu fortiſſime pugnat, XXIII. Irruentes in urbem Turcas depellit, ibid. Terdecies una die commiſſis pugnam victoriamque refert, ibid. Meditante fugam Solimanno ab Amarallo equite inimico proditus eſt, XXVI. Amarallum proditionis convictum ſupplicio afficit, XXVII. Militari pactione a Rhodiis victus precibus Rhodum dedit, ibid. Recuperare amiſſam Rhodum meditatur, 1523. CVI. Deſunt illi Reges Chriſtiani, ibid. Ab Hadriano V. amanter exceptus, ibid. Melitæ inſula illi & equitibus a Carolo V. attributa, 1526. LXXVIII.

Philippus Epiſcopus Ultrajectinus ob inertiam & alia vitia Lutheranam hæreſim ſerpere patitur, 1524. XLVII. In extremo morbo pœnitere ſcelerum viſus, ibid.

Philippus Sarrelanus Anabaptiſta a dæmone illuſus ſpecie S. Michaelis Archangeli, 1526. CXVIII. Diſcurſit per Baſileam pœnitentiam perverſiſſimam prædicans, ibid. Pulſus finitima loca inficit, ibid.

Picardi ſive Pighardi ſeu Pikardi hæretici Praga ejecti, 1524. LXIII. Lutherus initio ſe illis conjungere voluit, LXV. Quam turpes fuerint, ibid.

Digitized by Google

Piſcariæ marchio : *Vid.* Alfonſus Davalm Piſchariæ marchio.

Piſo internuntius pontificim miſſus pro pace inter Polonos & Moſcovitas concilianda, 1514. LVIII. Ejus literæ de rebus Moſchovitarum, LXV.

Pœnitentia : Tres partes pœnitentiæ negat Lutherus ac damnatur, 1520. LIII. Contritionem in pœnitente damnat impie Lutherus & damnatur, *ibid. art.* 6. Statuit ſummam pœnitentiam novam eſſe vitam quaſi vero præteritum crimen expiandum non ſit, *art.* 7. Statuit peccatorem ſine contritione & abſolatione abſolutam ſi ſe abſolutum crediderit, *ibid. art.* 11. *& ſeq.* Abſolvendi poteſtatem etiam mulieribus & pueris collatam fingit, *ibid. art.* 12. Pœnitentia prædicata ab Anabaptiſtis ſuggerente dæmone ſita in eo fuit, ut abnegaretur baptiſmus & pueri baptiſmo privarentur, 1525. LXI. *& ſeq.*

Pompeius Columna Epiſcopus Reatinus creatus Cardinalis, 1517. CI. Pace inita cum Clemente ad eum perdendum conjurat, 1526. XVII. Irrumpit in urbem trucidaturus Pontificem Pontificatumque invaſurus, XIX. Baſilicam S. Petri & palatium diripit, *ibid.* In jus vocatur a Clemente, LXVIII. Provocat ad concilium, *ibid.* Ad urbem diripiendam copias cogit, *ibid.* Diſcuſſa ejus conſilia, *ibid.* Conciliatus Pontifici veniente Carolo Borbonio rebellat & itinera conflato exercitu intercipit, ne Clemens fugam corripiat, XXI. Metuit Clemens ne ipſi mors a Pompejo Columna inferatur, XXII.

Pontifex Romanus : Pœnæ in promoventes ſimoniacum Pontificem ſtatutæ, 1513. V. Pontifices pro æquitate bella gerere demonſtratur, XI. *& ſeq.* Ante creationem Pontificis legitur bulla contra ſimoniacos electores, 1513. XIII. Qui ritus in Pontificis electione ſerventur, XIV. *& ſeq.* Decretorum pontificiorum interpretatio reſervata Pontifici, 1514. XXXV. Gallorum Rex victor Leonem X. in ſolio conſidentem ſupplex adit, 1515. XXX. Obſequii ſponſionem præſtat, *ibid.* Laciniam veſtis pontificiæ defert, XXXII. Sacris operanti Pontificis manibus aquam affundit, XXXIV. Conciliorum authoritas inferior pontificia, 1516. XXV. Vetera concilia paruere Pontificibus, *ibid.* Pronuntiatum eſſe de neceſſitate ſalutis ſubeſſe Pontifici, XXVII. Initio Lutherus Pontificei dicta ſua ſubjicere profitetur, 1517. LXXIV. Inſtaurata a Leone X. ſanctio de ſacramento fidei ab Epiſcopis Pontifici præſtando, 1517. CXIV. Cur Pontifex de creato Cæſare publicam lætitiam celebrere non debeat antequam literas ab eo acceperit, 1519. XXIV. Exactum a Carolo V. delecto Cæſare, ut in primis Romanum Pontificem tueretur, XXVII. Lutherus initio Pontificis primatum confitebatur, XXXIX. Ejus argumenta. XL. Impie Lutheri querelæ contra Pontificem confutatæ, 1520. XVIII. *& ſeq.* Ut intelligendum ſit quod Papa ſuccedat Cæſari, XL. Delata Pontifici a Rege Scotiæ obſequia, XC. Ejuſdem negantis primatum damnata hæreſis, 1420. LV. Alii errores contra Pontificis authoritatem, *ib. art.* 26. *& ſeqq.* Henricus VIII. demonſtrat magis credendum eſſe Pontificibus, quam Luthero, 1521. LV. Ejus argumentatio ad hæreticos, ut dicant quando a Pontificibus in omnem Eccleſiam uſurpata ſit authoritas, *ibid.* Pontificatum Romanum prius extinctum iri quam Lutherum falſo Lutherus vaticinatur, 1522. XLV. Pontificem colendum probat ex Scriptura ſacra audiendumque Hadrianus VI. LXXXII. Carolus Magnus de Pontifice eximie loquitur, LXXXVIII. Pontificum Romanorum, qui ad trigiore & amplius martyrio affecti ſunt ſanctitas comparata cum Lutheri laſcivia, LV. Triginta Pontifices pro Chriſto affecti martyrio, 1523. LV.

Præſules : Deſignatorum præſulum & abbatum merita diſcuti juſſa, 1514. XVII.

Pragmatica Sanctio : Quid decretum loco pragmaticæ ſanctionis, 1516. XII. A quibus & quando edita, XXIII. Ob temporum iniquitatem diu tolerata, *ibid.* Baſilienſes ſchiſmatici nullum robur illi adjicere potuerunt, XXIV. Reſcinditur, XXVII.

Preces publicæ indictæ a Leone X. pro divina ope contra Turcas conſequenda, 1518. XLIII. *& ſeq.* Precum formulæ tunc præſcriptæ, *ibid.*

Protonotarii a foro ordinario exempti, 1515. IV.

Purgatorium ignis fingit Lutherus animas in purgatorio non eſſe de ſalute ſecuras, 1518. CXXVI. Refellitur, *ibid.* Fingit non eſſe extra ſtatum augendæ charitatis, CXXX. Negat deinde purgatorium, CXXXIII. Probatur illud exiſtere, *ibid.* Lutheri errores damnati circa purgatorium, 1520. LIII. *art.* 37.

Q

QUadrageſimale jejunium : Queruntur Germani illud ex tyrannide pontificia inductum, 1523. XXXI. Demonſtretur inſtitutum traditione apoſtolica, XXXIII. Hanc non eſſe pure humanam, probatur ex ſanctis patribus Græcis, XXXIV.

R

RAphael cardinalis S. Georgii carceri mancipatur, 1517. XCIII. Errorem admiſſum fatetur, XCVI. Donatur venia, *ibid.*

Raphael Epiſcopus Groſſetanus creatus Cardinalis, 1517. CI.

Ratiſponenſis conventus : In eo catholici principes ſocietatem ineunt ad reprimendam hæreſim Lutheranam, 1524. XXIII.

Raymundus Cardona Venetos cruento prælio fundit, 1513. LXXVIII. Vicentiam, Bergomum, Brixiam, & alias urbes ſibi ſubjicit, LXXIX. Rogatur a Leone X. ne bello premat Venetos, *ibid.* Ne Genuæ ſtatum Pontificis & Hiſpanorum clientelæ commendatum convelli patiatur, LXXXI.

Reformatio Eccleſiæ ficta ab Anabaptiſtis, 1525. LXII.

Reges : Gallorum Rex Bononiæ exceptus a Leone X. 1515. XXIX. *& ſeq.* De neceſſitate ſalutis Regis ipſi ſubeſſe Pontifici debent, 1516. XXVII.

Regium munus ut exercitum a barbaris, 1525. XCVIII.

Religio regnorum baſis, 1514. LVII.

Reliquiæ ſanctorum oſtenſæ in celebritate qua Carolus V. Aquiſgrani corona Germanica eſt redimitus, 1520. LXXV. Ex reliquiis ſancti Lamberti martyris dum eas Hadrianus VI. abſcindit fluit purus ſanguis 1522. VII. Etiam ex reliquiis S. Euroſiæ, *ibid.* Reliquiæ ſanctorum a Zuinglio in flumen projectæ, 1522. XXXVIII. Quanti eas fecerit Hadrianus, 1522. III.

Revelationes promulgari vetitæ niſi approbatæ ſint a ſede Apoſtolica, 1516. XI. Si res urgeat niſi diſcuſſæ ſint ab Epiſcopo ſive ordinario loci, *ibid.* Lutherus jactat ſe revelationem a Chriſto ſuæ doctrinæ accepiſſe, 1520. XIV. & 1524. XLVI. Carloſtadius ait ſuæ hæreſis revelationem accepiſſe a Spiritu ſtatura majori a quo poſtea raptus ad inferos, 1522. XL. Thomas Munzerus revelationes jactabat, 1524. XLIV. Anabaptiſtarum principes falſis revelationibus illuſi, LIII.

Revalinus Capnion cum Hebreæ linguæ peritia Germanis caballicas nugas infert, 1516. LXXXIV.

Ab

Digitized by Google

Ab Hoſtrato cenſore in jus vocatus a poetis & rhetoribus defenditur, LXXXV.
Rhodus: Illi inſidiatur Selimus I. 1513. XVIII. Munitur contra ejus impetum, ibid. A Turcis obſeſſa, 1522 XX. Imprudenter Hadrianus non ſubmittit illi auxiliarem claſſem, quæ Romam invectus fuerat, ibid. Veneti Rhodiis negant auxilia, XXI. Propulſati ſæpius Turcæ cum in Rhodum irruerent, XXIII. Quindecim Turcarum millia in Rhodi propugnaculis cæſa, XXV. Fugam ex inſula Bajazetes meditatus, XXVI. Amaralli equitis proditione ducta obſidio majori conatu, XXVII. Pactione militari Solimanno dedita, ibid.
Richardus Archiepiſcopus Treverenſis, perorat in comitiis de imperio Franciſco I. deferendo, 1519. XIX. Contendit aptiorem eſſe ad Germaniam Hungariamque contra Turcam defendendas, XX. Si Carolus Cæſar eligatur oriunda bella prædicit, ibid. Imbellem Caroli ætatem gerendo imperio oſtendit, ibid. Bella petitur a Lutheranis, 1524. XLII. Eorum conatus egregie infringit, ibid.
Robertus Epiſcopus Rhedonenſis creatur legatus in Gallia, 1513. LII. Paſſus erat bonorum jacturam pro Chriſto, ibid. Excitat Ludovicum Regem ad mittendos oratores ad Leonem X. LX. Conciliarit Eccleſiæ Gallis pie moritur, LXI. Ejus elogium, ibid.
Robertus de Marcha motuum bellicorum in Belgio adverſus Carolum V. author, 1521. XCVI. Negat Franciſcus I. illi opem tuliſſe, ib.
Roſa aurea tranſmiſſa a Pontifice ad Luſitaniæ Regem, 1514. II.
Ruſſia evaſtata a Tartaris Præcopenſibus, 1516. LXXII.
Rutheni: Eorum errores, 1514. LXXI. & ſeqq.
Rutheni rubei Poloniæ ſubditi ritum latinum colunt, LXXVIII. Vid. Moſcovitæ.

S.

SAcerdos & ſacerdotium: Lutheri argutiæ contra ſacerdotium confutatæ, 1520. VI. & ſeq. Ita illud tollit, ut velit omnes Chriſtianos ſacerdotio inſignitos, 1521. LXVIII. Arguitur ab Henrico VIII. eadem ratione omnes eſſe Reges qua ſacerdotes, ibid. Sacerdotes divexati a Lutheranis, LXXVII. Ex divina ſcriptura colendi ſunt ſacerdotes, 1522. LXXXII. Non tollendum ſacerdotium propter malos ſacerdotes, 1523. LII. Sacerdotum ſpurii in hæreſim facile impulſi, LXXXII. Sacerdotum imperio pulſi dæmones, 1525. CII.
Sacerdotium ſeu ſacerdotale vectigal: duo ſacerdotia geri a nepote non permittit Hadrianus VI. 1522. XI. Dicere erat ſolitus ornandas ſacerdotibus Eccleſias, non ſacerdotes Eccleſiis ornandos, ibid.
Sacramentalia: Campanæ ad matutinas preces pulſatæ ſonitus dæmonem ad ſtrygem nomine Lucretiam deponendam in ſolo cogit, 1523. LXXXVIII.
Sacramentariorum hæreſis a Zuinglio Tigurino inſtituta, 1519. L. Dæmon ſophiſmatis quo illa nititur doctor extitit, ibid. Sacramentariorum pater Lutherus extitit, 1521. LVIII. Dæmon eam hæreſim Carlſtadio revelat, 1522. XL. Revincuntur ſacramentarii ex oraculo: Verbum Caro factum eſt, 1525. XII. Convicti a Luthero, XLVI. Illuſi a dæmone vocantur ab eo, ibid. Sacramentariorum ſectæ variæ, 1526. CXI.
Sacramentum: Negat impie Lutherus a ſacramentis gratiam conferri non ponenti obicem, 1520. LIII. art. 1. Fingit mulieres etiam & pueros conferendi pœnitentiæ ſacramenti poteſtate pollere, 1520. LIII. art. 13. Sacramenta a Lutheranis ſpreta, & cur, 1521. X. Ut gratiam conferant, ib. Sacramentis abutuntur magi, 1523. LXXXVIII. Sacramentorum uſum catholicis adimunt Lutherani, 1525. XXVII.
Sacrificia humana dæmonibus ſolita fieri a Mexicanis, 1519. LXXI. Prædictum ab angelo ea in Mexico abroganda, 1521. CXXX. Impii ritus in iis obſervari ſoliti, 1522. XCVII. & ſeq.
Sacrificium Miſſæ: Vid. Miſſa.
Sacrilegium: Divina in ſacrilegum barbatum ultio, 1515. LXII.
Sancti: Harvela a S. Bonifacio liberata, 1520. LXVIII. Sanctorum invocatio ſpreta a Luthero, 1522. XXXIX.
Saxonia: Infelix ejus ſtatus ubi Lutheranæ hæreſi licentia graſſandi conceſſa eſt, 1522. XXIX. Objurgantur Saxones quod deficiant ab his, qui evangelium Saxoniæ intulerunt, LXXIII. Plures monachi & moniales in Saxonia conſtantes fidem uſque ad mortem retinuere, 1526. XCI.
Scaramutia Trivultius Epiſcopus Comenſis creatus Cardinalis, 1517. CI.
Schiſma & Schiſmatici: Veritum a Julio II. ne admitterentur in orbem vacante ſede, 1513. VIII. Se ſubmittunt concilio Lateranenſi, XLII. Poſcunt veniam, ibid. Ludovici Gallorum Regis precibus datam, ut reſtituerentur cardinalatui poſt ejuratum ſchiſma, XLIV. Quo cultu conſiſtorium ſint ingreſſi, XLV. Liberati cenſuris cardinalatui reſtituuntur, XLVI. Quæ pœna ad expiandum ſchiſmatis crimen iis impoſita, XLVII. Celebrata Romæ ob eos Eccleſiæ conciliatos publica lætitia, XLVIII. Quibus verbis ejurati ſchiſmatis formula fuerit concepta, XLIX. Negat Lutherus ſchiſma unquam a ſe approbatum, 1519. XLII.
Scodra expugnata a Solimanno, 1524. XCVII.
Scriptura: Cur Lutherus ad ſolas ſcripturas confugerit, 1520. LXVII. Superbis & impiis ſcriptura fit majoris cæcitatis occaſio, ib. Sacræ Scripturæ authoritas per concilium approbatur, LXVIII. Approbandi vel reprobandi ſcripturas jus ſibi Lutherus arrogat, ibid. Laicos in ſcriptura interpretanda præfert & cur, ibid. Pars ſcripturæ ab eo cum Mahomete negata cum totam admittere non auderet, 1521. LXIX. Ex falſa interpretatione oraculi: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo: primi Lutherani ad aratra & piſtrinum ſe conferunt abjectis ſtudiis, 1522. XXIX. Verus ſcripturæ ſenſus ab Eccleſia petendus, XLII. Omnes hæreſes ex falſo intellectu ſcripturæ profectæ, ibid. Scriptura in Germanicum ſermonem tranſlata ac depravata a Luthero, XLIX. Deinde cui tranſlata ab Hieronymo Emſero cum obſervatione textuum a Luthero depravatorum, ibid. Quæ pars ſcripturæ a Luthero negata, L. Ex falſa interpretatione oraculi: Creſcite & multiplicamini: cœlibatus a Luthero damnatus, LII. Ex falſa interpretatione oraculi: Qui crediderit & baptizatus fuerit: exorta Anabaptiſtarum ſecta, 1522. LIII. Scriptura ex traditione authoritatem trahit, LIV. Ex prava interpretatione ſcripturæ omnes hæreſes exortæ, 1524. LX. Scripturæ interpretationem ſibi reſervant Lutherani ruſtici, 1525. IX. Pro intelligenda ſcriptura confugiunt hæretici ad arcanam illuminationem, 1526. LXXXVIII. Scripturam non eſſe judicem convincuntur, LXXXIX. Jactant ſcripturam quam corruperunt, XCVII. Docet Œcolampadius Anabaptiſtas eum eſſe verum ſcripturæ ſenſum quem docent ſancti patres, CXVIII. Ut falſo jactant Anabaptiſtæ contra ſacramentarios ſe tenere purum ſcripturæ ſenſum ita idem falſo jactant ſacramentarii, ibid. Fœminæ Anabapti-

ptiſticæ jactant ſe divinitus illuſtratas ad interpretandam ſcripturam, CXIX. Textor pulpitum conſcendit ad ſcripturam interpretandam mox ignorantiam fatetur, *ibid.* Zuinglius dum hunc deridet pari jure deridendus eſt, *ibid.* Fœmina ſe illuſtratam a Deo ait ad ſcripturam interpretandam, *ibid.* Ex ſcriptura ſacra probare contendit Anabaptiſtica mulier ſe Meſſiam eſſe, 1526 CXIX. Ut novatores infeliciſſime errent in ſcripturis interpretandis, CXX.

Selimus I. inſidiatur Rhodo, 1513. XVIII. Munitam Rhodum non auſus obſidere, *ib.* Actum in concilio Lateranenſi de bello Selimo inferendo, XXI. A Perſide in Hungariam arma vertit, LXII. Capit in Hungaria & Illyrico plures arces, LXVI. Sacrilegum votum de nomine Chriſtiano delendo concipit, LXVIII. Concitat Tartaros in Polonos, *ibid.* Rhodii oratoris in Selimum oratio in concilio Lateranenſi, xcvIII. In eum optitur Reges communi fœdere jungere, C. Decernit in eum Leo X. bellum movere junctis fœdere Regibus, 1513. CVII. De ingenti Selimi in Chriſtianos apparatu, CIX. De illius crudelitate in patrem, fratres ac nepotes, *ibid.* Ut plures arces expugnarit, *ibid.* Ut Tartaros & Moſcovitas ſibi conjunxerit, *ibid.* Hungariam & Poloniam quatiat, *ibid.* Dani, Sueci, Norvegi in eum ſollicitati, CX. Cœleſtis gloria pro fide in eum pugnaturis propoſita, *ibid.* Stipem daturis indulgentiæ conceſſæ, CXII. Sacerdotibus decumæ contra Selimum imperatæ, CXIII. Meditatur Selimus Italicam expeditionem, 1514. XXXVII. Diſtrahitur ab Iſmaele Sophi, qui in Turcicum imperium incurrerat, *ibid.* Claſſis ab eo apparata, XXXVIII. Chedemum ſuadentem ne in Perſam iret occidit, XXXIX. Varia Selimi ſtratagemata, *ibid.* Perſas bellicis tormentis profligat, *ibid.* Quinquaginta millia Turcarum amittit in eo prælio, *ibid.* Tauriſium Iſmaeli eripit, XLI. Perſarum equitum adverſus Selimi conjuratio, XLII. Cultum mutat ac tentorium, *ibid.* Nocturno prælio fugatur, *ibid.* Pontifex Cæſarem monet quantum Selimus formidandus ſit, XLIII. Ut affectet Hungariam, XLIV. Reges ut in eum arma vertant ſollicitati, *ibid.* De Selimi præliis Rhodii principis literæ, XLVI. Rex Hungariæ in Selimum concitatus, L. Iſmael ſophi in Selimum Chriſtianos Reges ſollicitat, 1515. XLIV. Selimus ducum opera Tranſilvanos vincit, LIII. Tauriſium amittit, LIV. Aladolum Tauri & Antitauri Regem acie vincit ac necat, *ibid.* Horuſcius Barbaroſſa ſelimi dux Algerium intercipit, 1516. XLVII. Africam in ejuſdem ſervitutem redigere tentat, *ibid.* Terreſtrem exercitum ingentem & ducentarum navium claſſem parat, LV. In Ægyptium ſultanum expeditionem ducit, LVI. Campſonem in prælio necat, *ibid.* Syriam Turcico adjungit imperio, *ibid.* Immiſſa claſſe Rhodum tentat, *ibid.* Dalmatiam ducum opera vexat, LXVI. Ægyptum invadit, 1517. XXIII. Acri prælio Thomumbejum atterit, XXV. Alexandriam capit, *ibid.* In acie eundem capit, *ibid.* Carnificinam in eo exercet, *ibid.* Præter Syriam, Ægyptum, Babylonem, & Arabiam ſuo adjicit imperio, XXVI. Ingentem claſſem parat, XXVII. Jactat ſe occidentem ſubacturum, XXX. Conſilia adverſus Selimum agitata eaque irrita, XXXI. Trecentæ triremes a Selimo comparatæ, XLIV. Quænam in Auguſtano conventu adverſus Selimum agitata, 1518. IV. Ut plura Africæ regna Turcico imperio adjunxerit, V. Ducentas triremes in Chriſtianos comparat, VI, Sollicitatus in eum Cæſar, VII. Varia in eum inita conſilia, *ib.* & *ſeqq.* Selimi terror Chriſtianis illatus, XXXIII. Encyclicæ Leonis X. literæ de ſacro bello in Selimum gerendo, XLI. Maximiliani Cæſaris ad ordines imperii oratio de cauſis gerendi in Selimum belli, LXIV. & *ſeqq.* Ut Selimus maximum Italiæ terrorem injecerit, LXVI. Dalmatiam infeſtat, 1520. LXXXII. Chriſtianis extrema omnia intentat, LXXXIII. In ſceleris conatu extinguitur, LXXXIV. Actæ a Romano Pontifice numini de eo ſublato grates, LXXXV. Solimanno filio furoris in Chriſtianum nomen hæredi imperium tranſmittit, LXXXV.

Siani regnum: In eo a Luſitanis crucis trophæum defixum, 1518. CLXIX. Quid de Deo Sianenſes ſentiant, *ibid.*

Sigiſmundus Rex Poloniæ: Auditi illius oratores in concilio Lateranenſi, 1513. XXXII. Leonis ad eum literæ pro componendis litibus cum cruciferis & armis in Turcas vertendis, XXXIII. Rogatur, ut litem concilio decidendam permittat, XXXIV. Initur eum & cruciferos ſancitum, fœdus, XXXV. Et quibus legibus, XXXVI. Albertus cruciferorum princeps pactis ſtare negat, XXXVII. A Baſilio Moſcovitarum duce bello petitur, XXXVIII. Smolenceam arcem ad Boryſthenem amittit, *ibid.* Moſcovitarum triginta millia uno prælio cædit, XL. Ejus literæ ut Lateranenſi concilio adhæreat, XLI. Sollicitatur a Leone, ut periclitanti Hungariæ ſubveniat, 1514. LIV. Pacem cum Moſcovita ineat, *ibid.* A Moſcovita bello iterum appetitus, LVII. Sigiſmundi ad Leonem literæ de Moſcovita devicto, LXI. Fruſtra Smolenceam arcem recuperare tentat, LXIV. Sollicitatur a Leone ut cum Hungaro & Cæſare arma jungat in Turcas, 1515. XLII. Rogatus a Leone, ut periclitanti Dalmatiæ contra Turcas opem ferat, 1516. LXX. A Tartaris Præcopenſibus graviſſimam irruptionem patitur, LXXII. Poſt Tartaros venientem in Lituaniam Moſcovitam repellit, LXXIV. Tartaros redeuntes in Ruſſiam reprimit, *ibid.* Quænam in Auguſtano conventu de expeditione ab eo in Turcas ducenda fuerint agitata, 1518. XXI. Urgetur a Leone, ut eam ſuſcipiat, XXXVI. Mittit Plocenſem Epiſcopum ad Auguſtanos conventus pro Germanis in Turcas incitandis, LXX. Chriſtina Sueciæ Regina ejus auxilium implorat adverſus Danum, 1519. LVIII. Moſcovitico bello implicitus opem ferre non potuit, *ibid.* Moſcovitarum dux Baſilius in Lithuaniam irrumpit, LIX. Divinitus victoria de Moſcovitis relata, *ibid.* Queritur apud Leonem Albertum Cruciferorum principem pacem violaſſe, 1520. LXXIII. Decretum edit pro tuenda, religione 1523. LXXX. Lutheri libros prohibet, *ibid.* Capitale ſupplicium & bonorum proſcriptionem Lutheri ſequacibus intentat, *ibid.* Typographos excudentes libros hæreticos pœna jubet affici, *ibid.* Poloniam a peſte Lutherana vindicat, 1525. XXXV. Plocenſis Epiſcopi ad eum oratio, *ibid.* Sollicitatur a Clemente ad ferendam opem Ludovico nepoti Pannoniæ Regi contra Turcas, 1526. LXI. Ad ſervandas cum Turca inducias infeliciter nepotem deſerit, LXII. Proditur a Turcis qui immiſſis Tartaris partem regni illius, populantur, *ib.* Nepotis illius deflenda mors, LXIII. Cruciferorum principem in apoſtaſiam lapſum in clientelam male accipit, ut religioſum principatum in tyrannidem ſæcularem converteret, CXXI. Bohemia, & Hungariæ regno amiſſis quibus potiri poterat caſtigatur, *ibid.* Pactiones ab eo initæ cum Alberto, *ibid.* Gedano pulſi catholici ad eum confugiunt, CXXIII. Gedanum ſe confert ac ſeditioſos Lutheranos ſupplicio afficit, CXXV. Loca Poloniæ a Pomeſavienſi Epiſcopatu divelli poſcit cum pſeudoepiſcopus in apoſtaſiam eſſet lapſus, *ibid.*

Si-

Digitized by Google

Simon Bengnius Epiſcopus Modruſienſis orationem habet in concilio de bello Turcis inferendo, 1513. XXII.
Simonia & Simoniaci : Pœnæ in ſimoniacos a Lateranenſi concilio conſtitutæ, 1513. V. Lecta ea conſtitutio ante creationem Leonis X. XIII.
Sinenſes olim fide Chriſti imbuti, 1516. CVII. Ob vitia in idololatriam relapſi, ibid. Sinenſis Regni ſitus, ibid. Sinenſium mores, ibid. Una cum idolis ſummum Deum colunt, CVIII. Virginis imago ab iis culta, ibid. Pythagoræ deliria de animarum metempſycoſi tenent, CX. De mundi creatione ſtulta ſentiunt, ibid. Varia apud eos idololatriæ genera, ibid. Cacodæmones ſub ſpecie monſtrorum venerantur, ibid. Inſana in ſortibus conſulendis eorum ſuperſtitio, CXI. Et in exequiis celebrandis, CXII. Plures apud eos athei, CXIII. Sinarum Regis arrogantia, ibidem. Quam difficile ſit iis gentibus evangelium inferre, CXVI.
Smolencea arx ad Boryſtenem erepta Sigiſmundo Regi Poloniæ a Baſilio Muſcovitarum duce, 1513. XXXVIII. & 1514. LVII. & LXII.
Sodomitæ expoſiti canum laniatæ, 1513. CXXXIX. Teſtantur barbari infenſum eſſe cœlum illi vitio, ibid. In ſodomitas animadverti jubet Lateranenſe concilium, 1514. XXX.
Solimannus I. Selimi filius in Turcico imperio ſuccedit Selimo, 1520. LVI. In Solimannum fœdus initum a Davide Æthiopum Imperatore cum Emmanuele Rege Luſitaniæ, 1521. CXXI. Extincto Emanuele diſſolutum, ibid. Solimannus Syriæ tumultus componit, ibid. Mameluccorum reliquias conſcindit ducam opera, ibid. Belgradum in Hungaria rapit, CXXII. Plures alias urbes expugnat, ibid. Ab Amarallo equite Luſitano concitatur ad expugnandam Rhodum, ibid. Rhodum obſidet, 1522. XXI. Potuit deleri a Venetis atque in inſula intercipi, XXII. Tercenta Turcarum millia ad eam obſidionem adhibuit, ibid. Cum in orbem irrumperet propulſatus undecima octobris terdecies pugnam committit, XXIII. Quindecim Turcarum millia in propugnaculis cæſa indignatur, ibid. Rhodiæ expeditionis authorem indignabundus rapi ad ſupplicium jubet, ibid. A ſatrapis revocatur ab eo conſilio, ibid. Inſignia illius tyrannis in ſuos & ſolertia in gerendo bello, XXV. Fugam meditatur ex inſula Rhodo, XXVI. Amaralli equitis proditoris conſilio ab ea mente dimovetur, XXVI. Obſidionem urget nullam Rhodiis opem ferentibus Chriſtianis principibus, XXVII. Salutem & fortunas incolumes ſpondet Rhodiis deditionem facturis, ibid. Rhodo potitur ac pactiones violat, ibid. Zemiſſem conſanguineum chriſtianam fidem profitentem conſtantiſſime cum duobus filiis martyrio afficit, ibid. Sexaginta Turcarum millia in Rhodia obſidione amiſit, ibid. Scodram vulgo Scutari in ſuam redigit poteſtatem, 1523. LXXIV. Ab Hungarica expeditione retardatur ob Ægyptii præfecti rebellionem, LXXV. Miſſo Abrahimo Achomatem vincit Ægyptumque recuperat, LXXVII. Severinam expugnat, XCVII. Pannoniam attetit, ibid. Crudeles & impias minas Ludovico Regi Hungariæ inſeciat, 1526. LX. In Poloniam Tauricanos Tartaros immittit, LXII. Cum ducentis armatorum millibus irrumpit in Hungariam, ibid. Ludovicum Hungariæ Regem ſibi occurrentem cum exiguo exercitu cædit, LXIII. Budam expugnat, LXIV. Eccleſiarum theſauros expilat, LXVI. Sollicitatus Cæſar ad ſumenda in eum arma, LXIX. Redire Conſtantinopolim cogitur, LXX. Buda & Alba ex eo a Joanne Veivoda recuperatæ, ibid. Solimanni crudelitas in Epiſcoporum cæſorum cadaveribus in fruſtra diſſecandis, LXXII. Quanta fuerit ejuſdem potentia, LXXIII. Ejuſdem conatus pro evertendo Chriſtiano imperio, ibid. Quanto apparatu irruerit in Hungariam, LXXIV. Quantam intulerit vaſtitatem, ibid. Tribus imperiis & ſexaginta regnis contentus eſſe non potuit, ibid. Ut Germaniam & occidentis imperium affectet, LXXV. Quas bellicas copias ſemper paratas habeat, LXXVI.
Spectra in agro Brixienſi viſa, 1518. II.
Spina Dominicæ coronæ ſanguinem emittit dum Lutherus Germanos hæreſi inficit, 1518. CLXIV.
Spiritus proprius : Ut mera ſit inſania credere proprio ſpiritui, 1526. CXVIII. Credentium proprio ſpiritui funeſta exemple, ibid. & CXIX. & ſeq.
Staupitius Auguſtinianorum Saxonum magiſter Fidericum ducem Saxoniæ ſubornat ad tuendam Lutheri cauſam, 1517. LXVII. Lutherum tegit ne ſupremi magiſtri judicium ſubeat, 1518. XCIV. Monetur a Thoma legato Cardinale, ut Lutherum a cœptis revocet, CV. Fugit cum Luthero ac legatum eludit, CVII.
Stono Sueciæ Rex Daniæ Regem in extremam commeatuum inopiam redigit, 1518. CLXV. Commeatus illi ſuppeditat amanter, ibid. Fingit Danus petere colloquium & obſides poſcit, ib. Ab eo deluditur ejuſque obſides abripit, ib. In eum expeditionem novam educit Chriſtiernus, 1519. LVIII. In Weſtrogothia in glaciali prælio ſauciatur, ibid. Moritur ex vulnere, ibid. Chriſtiernus Sueciæ regno potitur, ibid.
Suecia : Sueci : Suecia iterum Daniæ conjuncta, 1519. LVIII. Infecta hæreſi Lutherana, 1525. XXXI. In ea ſacerdotes & monachi mox hæreſim amplexi, ibid. Moniales multo conſtantiores, ibid. Lutherani Sueciæ ingreſſu multis annis prohibiti, 1526. CXXIX. Inducti deinde a Goſtavo Rege, ut opes eccleſiaſticas invaderet, ibid. Epiſcopi & ſacerdotes in ſignum deſertæ fidei concubinas ducere coacti, ibid. Infecta hæreſi ob temerarias de fide concertationes, CXXX. Submoti ultra Sueciam ad Septentrionem populi nondum fidem ſuſceperant, ibid.
Superbia : Sinenſis Rex mundi Dominum & cœli filium ſe vocat, 1516. CXIV. Superbiſſima Lutheri vox : Nemini credo, 1517. LXXI. Antonius Læva Hiſpanus caput amputat civi Mediolanenſi quod ipſi tranſeunti caput non aperuiſſet, 1526. XII.
Suvenkfeldiani hæretici inſtinctus ſuos fanaticos præferunt ſcripturæ ſacræ, 1524. CIV. Sylvius Paſſerinus creatus Cardinalis, 1517. CI.
Synodus Mexicana prima celebrata a B. Martino Valentino, 1524. CXIII.
Syria e Selimo ſubacta, 1516. LVI.

T

Tartaria & Tartari : Cum Turcis pro delendo Chriſti nomine fœdus ineunt, 1513. LXVI. Tartarus Præcopenſis Moſcoviam expilat, 1514. LXIV. Tartaria in tredecim Cæſares diviſa, LXX. Tauricanus Tartarus ducenta equitum millia educit, LXXI. Ruſſiam Polonis obnoxiam evaſtat, 1516. LXXII. Quinquaginta & amplius hominum millia abduxit in ſervitutem, ibid. Muſcoviam populatur, ibid. Tartari ad irruptiones agendas a dæmonibus impelli ſoliti, LXXIV. Sacrilega

Digitized by Google

eorum ſacrificia, *ibid.* In Ruſſiam iterum irruptionem tentant, ſed repreſſi, *ibid.*

Theologi proſcinduntur a grammaticis, 1516. LXXXIX.

Theophilus patriarcha Alexandrinus obſequium defert Hadriano VI. 1523. CVII. Latino ſermone donatæ illius literæ ab Hieronymo Alexandro, *ibid.*

S. Thomas Apoſtolus: ipſius reliquiæ inventæ Meliapore, 1522. LXXXIX. In argenteo loculo a Luſitanis collatæ, *ibid.* Poſtea Goam tranſlatæ, *ibid.*

Thomas de Vio ordinis Prædicatorum de indulgentiarum vi commentarium edit adverſus Lutheranam hæreſim naſcentem, 1517. LXXVI. Creatur Cardinalis tit. S. Sixti, CI. Decernitur legatus in Germaniam, 1518. LIV. Ad Daniam, Sueciam, & Norvegiam extenſa ejus legatio, *ibid.* Quo ritu cardinalitia inſignia Alberto Moguntino Archiepiſcopo tradiderit, LVII. *& ſeq.* Pileum & enſem Cæſari, LX. Ejus oratio ad Germanos quibus calumnias avaritiæ aſperſas Pontifici refellit, LXXXVII. Docet nil e Germania niſi pro Germanis elicitum iri, *ibid.* In colloquium admittit Lutherum, 1518. CV. Eum a novandis dogmatibus abſtinere jubet, *ibid.* Staupitium monet, ut Lutherum a cœptis revocet, *ibid.* De ſopienda diſcordia ſine Lutheri infamia modos quærit, CVI. Ab eo fugit Lutherus eumque deludit, *ibid.* & CVII. Saxoniæ ducem monet, ut vel Lutherum protervientem Romam ire compellat, vel ditione ſua ejiciat, *ibid.* Blandis ſcriptis a Luthero fallitur, CVIII. Aliis laceratur, *ibid.* Alia ſcripta edit de indulgentiis contra Lutheri errores, CXII. *& ſeq.*

Thomas Cardinalis Strigonienſis in Hungariam, Bohemiam & Poloniam legatus mittitur a Leone X. 1513. LXII. Reges mutuo fœdere conjungere in Turcas juſſus, LXVI. Exercere leges in hæreticos & ſchiſmaticos, LXVII. Conciliare Eccleſiæ Bohemorum & Moravorum reliquias, LXVIII. Collata illi authoritas pactionum veterum cum iis ſanciendarum, LXIX. Quæ mandata illi circa articulos Bohemorum data, LXX. *& ſeqq.* Cruceſignatorum exercitum colligit, in Turcas, 1514. LIII. Ille in Hungaros arma vertit, *ibid.* Cum Archiepiſcopo Rhegino Hungariæ regiæ procurationem gerit pro Ludovico puero, 1516. LXIII. Leonem conſulit an pacem cum Turco ineat, LXV. Promiſſa illi Regum Chriſtianorum auxilia, *ibid.*

Thomas Archiepiſcopus Eboracenſis fœdus inter Leonem & Henricum VIII. contra Franciſcum I. paciſcitur. 1515. XVIII. Creatur Cardinalis, *ibid.* & XIX. Sacramentum fidei Pontifici nuncupat, *ibid.* Ejus impiæ & rabidæ minæ de hæreſi in Anglia permittenda, 1525. LXXVII. Prædictum illi exitium ſi hæreſi Angliam inficiat, *ibid.* Capto Franciſco Galliæ Rege de elidenda Caroli V. potentia agitat, 1526. VII. Victo Gallo, qui omnes aliis ſuis vellet ſupponere eripiendos ait ungues aquilæ ne omnes dilaniet, *ibid.* Solicitatur, ut Angliæ Regem ad ferendam Hungariæ periclitanti opem impellat, LVIII.

Thomas Munzerus Anabaptiſticæ hæreſis propagator corrumpitur a Nicolao Pelargo, 1522. LIII. Jactat ſe afflari cœleſti numine, 1524. XLIV. *& ſeq.* Carpit Lutherum carnalia tantum ſapere, *ibid.* Appellatur a Luthero diabolus, eumque viciſſim diabolum vocat, XLV. Ab eo exigit Lutherus, ut doctrinam novam miraculis probet, XLVI. Mira ejus hypocriſis, *ibid.* Ejuſdem impudicitia, *ibid.* Electos vocat ſuos ſectarios, *ibid.* Ejus argutiæ, *ibid.* Jactat revelationes divinas ac blaſphemat, *ibid.* Blaſphemum precandi modum inducit, *ibid.* Romanum evertere imperium meditatur, *ibid.* Ad ſeditionem concitat Germaniæ populos, 1525. VI. Quibus argutiis eos deceperit, VIII. Sequaces ſcripturæ interpretationem ſibi reſervare docet, X. Ejus literæ, *ibid.* Libertatis evangelicæ titulum ſceleri præfigit, *ibid.* Fingit ſe juſſum debellare orbem, XI. Comminiſcitur cæleſtes apocalypſes, *ibid.* Anabaptiſmum induxit, XIV. Jactat ſe bombardarum hoſtilium globos illæſa manu excepturum, XV. Captus in acie, XVI. Extremo afficitur ſupplicio, *ibid.* Reſipiſcit, *ibid.* Fatentur ruſtici eum pſeudoprophetam fuiſſe, XIX.

Tigurini a Zuinglio infecti hæreſi, 1524. LIII. Miſſæ ſacrificium tollunt, LV. Anabaptiſtas proſcribunt, 1525. LXIII.

Traditio: Non ſoli evangelio, ſed etiam traditioni credendum, 1521. LXVI. Sola traditione convincuntur Anabaptiſtæ pueris conferendum baptiſmum, 1522. LIV. Negata traditione etiam negatur ſcriptura quæ traditione commendatur, *ibid.* Probatur ex ſcriptura ſacra traditiones ſervandas, 1524. CII. Traditione ſola Zuinglius adverſus Anabaptiſtas ſe tutatus eſt, 1525. LXI. Eadem ratione convincitur Zuinglius cum ſequacibus ſequendam in ſcriptura interpretanda traditionem, *ibid.*

Tranſubſtantiatio: Nullum eſſe periculum ſalutis profitetur Lutherus ſi tranſubſtantiatio credatur, 1521. LIX. Illam fatetur Lutherus pugnans adverſus Zuinglium, 1524. XXV.

Turcæ: Habita oratio ab Epiſcopo Modruſienſi in Seſſione VI. concilii de Turcarum progreſſibus uſque contundendis, 1513. XXII. In Illyricum irrumpunt ac cæduntur, LXIV. Capiunt plures arces in Hungaria & Illyrico, LXVI. Fœdus ineunt cum Tartaris pro delendo Chriſti nomine, *ib.* Iſmaelem tormentis bellicis profligant, 1514. XXXIX. Quinquaginta millia ex ſuis amittunt, *ib.* Tauriſium occupant, XLI. Syriam ſibi ſubjiciunt, 1515. LVI. Ægyptum & Babylonem & Arabiam, 1517. XXVI. Occidentem ſe ſubacturos jactant, XXX. Quæ de bello adverſum eos gerendo fuerint agitata, XXXI. Conjunctis in Turcam Chriſtianis Regibus negat Lutherus capeſſenda in eos arma, LVI. Quænam in conventu Auguſtano ad Turcas invadendos fuerint agitata, 1518. IV. Sacerdotes decumam, laici vigeſimam pro ſacro in Turcas gerendo bello pendere juſſi, X. Quatuor legati Cardinales a Leone X. ad illud promovendum miſſi, XXXVI. Indictæ Chriſtianis quinquennales induciæ, XL. Encyclicæ ad fideles literæ de bello contra Turcas gerendo, XLI. Maximiliani Cæſaris ad ordines imperii oratio de cauſis belli in Turcas gerendi, LXIV. Oratio de eadem re habita a Polono oratore, LXXI. Diſturbant bellum ſacrum in Turcas Lutherani, LXXVI. Argutia Lutheranorum, ut Chriſtiani a Turcis ſe male perdi patiantur, LXXVIII. Turcas tolerantia vincendos voluit Eraſmus, *ibid.* Refellitur, *ibid. & ſeq.* Lutherus vetat a Chriſtianis bellum in Turcam geri ne Deo repugnent, LXXXIV. Turcas Chriſtianis impie præfert, LXXXV. Turcæ in Africa a Caroli V. ducibus victi, CLXVII. Tremeſenium iis ereptum cum cæde quinquaginta millium Maurorum, *ib.* Rhodus a Turcis obſeſſa, 1522. XXIII. Maxima in Turcas tyrannis exercita a ſuis Regibus, XXV. Quindecim Turcarum millia in una impreſſione hoſtili occiſa *ibid.* Rhodus iis pactione militari dedita, XXVII. Fidem Turcæ violant, *ibid.*

Digitized by Google

V

VAlachi : Quæ ſit eorum potentia, 1514. LXIX. Italicum idioma ſervant, ſed ritum Græcum, *ibid.*

Vaticinia : Prædictum Mexicanos a gente barbara debellatum iri, 1521. CXXX. Prædictum ab angelo humana ſacrificia brevi ſublatum, iri, *ibid.* Vaticinia Lutheri falſiſſima, 1522. XLIII.

Udalricus Huttenus in Auguſtano conventu Germanos a bello ſacro gerando abalienat, 1518. LXXVI. Summam invidiam Leoni conflat, LXXVII. Conjurat cum Luthero in Dei Eccleſiam, *ibid.* Ejus argutia pro perdendo Chriſtiano imperio, LXXVIII. Refellitur, *ibid.* Præferre ſolitus hoc ſymbolum : *Jacta eſt alea* : alter Catilina extitit, *ibid.* Ejus imago a Luthero libris præfigi ſolita, *ibid.* & 1520. II. Conjuratorum in Eccleſiam Romanam princeps extitit, *ibid.* Perit ex lue venerea, *ibid.*

Veneti cum Gallis in Inſubriam reverſis fœdua ineunt, 1513. XXXI. Queritur Leo clam ſe illud percuſſum, *ibid.* Pulſis ex Italia Gallis cum Maximiliano de præda certant, LXXVII. Controverſiarum arbitrum deligunt Pontificem, *ibid.* Patavium tuentur contra cæſareos, LXXVIII. Vincuntur acie ab Hiſpanis, *ibid.* Multæ urbes iis ereptæ, *ibid.* Rogantur Hiſpani ne Venetis bellum inferant, LXXIX. Brixiam a Cæſare recipiunt, 1516. LXXIX. Veronam recuperant, 1517. LXXX. Reſpublica Veneta priſtinæ amplitudini poſt longa bella reſtituta, *ibid.* Inſigne juſtitiæ exemplum in blaſphemos ſtatuunt, 1519. LXXXIX. Rhodiis obſeſſis negant auxilia, 1522. XXI. Senſere inter eos ſapientiſſimi propulſandos a Rhodo Turcas, *ibid.* Prædictum Venetis ni Rhodo ferrent auxilia Cyprum amiſſuros, XXII. Potuere Turcas delere prælio maritimo, *ibid.* Capto Franciſco I. de evertenda Caroli potentia pro Italiæ aſſerenda libertate agitans, 1525. LXXXVIII. Fœdus ineunt cum Gallo & Mediolanenſi pro tuenda Italica libertate, 1526. VI. Solliciti ſunt & anxii ne Carolus V. aut Ferdinandi frater Mediolanenſi ducatu potiatur, XXXVI.

Virginitas : Lutherus negat virginitatem ſervari poſſe a duodenne puella, 1523. LIV. Lutheranorum furor in virginibus expugnandis, 1525. XXXI. Earumdem conſtantia in tuenda virginitate, *ibid.* Virginitas Deiparæ negata a Lutheranis, XXXVI.

B. Virgo ædem Lauretanam a Turcarum furore ſæpius liberat, 1517. LXXVI. Urbinatis ducis exercitum prædæ inhiantem injecto divinitus terrore cogit, ut munera afferat, *ibid.* B. Virginis coronas ſive certas precum formulas repetituris indulgentiæ propoſitæ, 1517. CXV. Pius ſacerdos exectis a Turcis præcordiis ſua geſtans viſcera ad ædem Lauretanam pergit, 1520. LXXXIII. Suſceptis ſacramentis pie animam efflat, *ibid.* S. Ignatio ſanctiſſimam vitam exorſo Chriſtum gerens ſe illi viſendam præbet, 1521. CI. Ex Virginis imagine in Hiſpania lachrymæ fluunt in mediis Hiſpaniis civilibus bellis, 1521. CIII. Spreta B. Virgo a Luthero, 1522. XXXIX. B. Virginis imagines affixæ patibulis a Lutheranis, 1525. XIII. Ab iis Veneris imagini parcitum *ibid.* Blaſphemiæ a Lutheranis jactatæ adverſus B. Virginem, XXXVI. Ejus imaginem blaſphemans Lutheranus & idolum vocans ſacro igne mox corripitur, 1525. XXXVIII. Alius in aliam imaginem blaſphemans cæcitate corripitur, *ibid.* Ex imagine B. Virginis in Hiſpania lachrymæ manant omnibus inſpectantibus cum Mauri ficte baptiſmum ſuſciperent, 1526. LXXXIV. In Belgio etiam furante Lutherana hæreſi imago Virginis lachrymas fundit, LXXXV. Conceptionis immaculatæ feſtum Luthero exoſum, XCIV. Sanctimoniales montis Guardiæ divino prodigio ne a Lutherano exercitu ſtuprarentur a B. Virgine ſervantur, XIV.

Viſiones : Hæreſes falſis viſis inductæ, 1524. XLVI. 1525. XI. & XXIII. *Vid.* ſpectra.

Vitellius Plocenſis Epiſcopus : Orator miſſus a Poloniæ Rege pro Germanis in Turcas incitandis, 1518. LXX. Ejus inſignis oratio, LXXI. *& ſeq.*

Ultio divina : Sacrilegi divino prodigio caſtigati, 1525. XXXVIII.

Urbini ducatus : Eo dejicitur Franciſcus Maria Rubureus a Leone X. 1516. LXXXI. Laurentius Medices eo donatus, *ibid.*

Uſura : An mutui ratione aliquid exigere liceat, 1515. II.

Wittemberga Wittembergæ a pſeudoaguſtinianis miſſa primum abolita & ſublatæ imagines, 1521. XLVI. Prohibent catholici principes ne juventus Wittembergam adeat, 1524. XXIV. Wittembergenſes a Luthero ſubornati eccleſiaſtica vectigalia in commune ærarium conferunt, 1525. XXVII. Francofortenſes eorum exemplum ſecuti, *ibid.* Novem vicibus miſſæ ritus immutant, XL. Arguuntur ex inconſiſtia caruiſſe luce, *ibid.* Wittemberga apoſtatarum aſylum evadit, LV.

Wladiſlaus Hungariæ Rex opem flagitat a Leone X. adverſus Turcas, 1513. LXII. Monetur, ut in Deo ſpem locet, LXIV. Cædit in Illyrico Turcas, *ibid.* Selimus ſe illum oppreſſurum vovet, LXVIII. Monetur, ut Bohemos in Cæſarem a Gallo concitatos compeſcat, LXXVI. Certior fit ſollicitatos Reges ad mutuum fœdus in Turcam, CVI. Excitatur ad bellum movendum Selimo, 1514. LI. Quinquaginta annua aureorum millia illi ſpondet Leo, *ibid.* Conjurant in eum crucesignati, LIII. Cæſa eo civili bello ſexaginta Hungarorum millia, *ibid.* Poloniæ Rex ad ferendam Wladiſlao opem ſollicitatus, LIV. Fœdus ſancit cum Cæſare & Hungariæ Rege, 1515. XLV. Affinitatem jungit cum Maximiliano Cæſare LI. Præmonitus ne pacem ineat cum Selimo, 1516. LVIII. Promiſſa illi auxilia, LIX. Præcipiti morte in expeditionis procinctu extinguitur, LXI. Ludovicum filium teſtamento pontificiæ clientelæ commendat, *ibid.*

X

XImenius Cardinalis : *Vid.* Franciſcus Ximenius.

Z

ZAcharias Ferrerius Piſani conciliabuli actorum ſcriptor veniam poſcit a Leone X. 1513. LI. Scripta adverſus Lateranenſe concilium revocat, *ibid.*

Zeilanda Luſitano adjecta imperio, 1518. CLXX.

Zemiſſes Bajazethis II. Imperatoris nepos fidem Chriſti conſtanter profitetur coram Solimanno, 1522. XXVII. Martyrio afficitur cum duobus filiis, *ibid.*

Zuinglius hæreſiarcha Helvetios inficere hæreſi incipit, 1519. L. Inſtaurat veterem hæreſim contra Euchariſtiæ veritatem, *ibid.* Docetur a dæmone quo diffugio veritatis apertam vim eludere poſſit, *ibid.* Diſceptant Zuingliani edoctum a bono angelo, *ibid.* Refelluntur, *ibid.* Ejus argutiæ ad tollendum presbyteratum, 1520. XIII. Confutantur, *ib.* Reliquias SS. Felicis & Regulæ martyrum

Digitized by Google

rum in flumen projicit, 1522. XXXVIII. Eorundem imagines in nummis colit, *ib.* Tigurinos inficit hæreſi, 1524. LIII. In ſacrificium & imagines declamat, *ibid.* Tres Helvetiorum tribus Zuinglianiſmum profeſſæ, LIV. Fatetur ſe incitatum a dæmone, LV. Cum Luthero diſſidia exercet, LVI. In eum Lutherus ſcribit, LVII. Furit ſuam imaginem exultam a Lucernenſibus cum Chriſti imagines exuri juberet, 1525. XXXIX. Impii illius libri de religione, XLII. Scribit Lutherum inſtigari a dæmone, *ib.* Nequit cum eo conciliari, *ib.* Zuinglius tentatur a diſcipulis, ut Anabaptiſmum ſuſcipiat, LXI. Eos repellit ac tuetur ſe traditione, *ib.* Pariter traditione arguitur ſequendam interpretationem quam tenet Eccleſia, *ibid.* Magiſtratuum opera Anabaptiſtas pellit Tiguro, *ibid.* Sathanæ mancipium, ut revera erat ab iis appellatur, LXII. Cenſet mergendos eſſe aqua eos, qui rebaptiſmum ſuſceperint, *ibid.* Impia Zuinglii interpretatio, XLVII. Miracula in Euchariſtia edita fieri a dæmone blaſphemat, L. Thomas de Vio Cardinalis adverſus eum ſcribit, LI. Certat cum Anabaptiſtis, LXI. Eos flumine mergendos decernit, LXII. Ad Badenſem diſputationem cum catholicis doctoribus accedere non auſus, 1526. XCVIII.

Zuingliani certant cum Luthero, 1525. XLIII. Ex Luthero prodiit eorum ſecta, XLV. Arguuntur a Luthero quod ſibi a dæmone illudi patiantur, XLVI. Impia eorum interpretatio, XLVII. In pravum ſenſum diſtorquent oraculum: *Caro non prodeſt quidquam*: XLIX. Refelluntur, *ibid.* Credere ſenſui non Chriſto volunt, L. Miracula in Euchariſtia edita fieri a dæmone blaſphemat, *ibid.* Certant cum Anabaptiſtis, LXI. Eos damnant, LXII. Damnati in Badenſi conventu, 1526. CIII.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
ANIMADVERSIONUM
In quo paginarum numerus indicatur.

A

ACHmetes quo anno cierit turbas, & defecerit a Solimanno, 489.
Ægidius ſupremus Auguſtinianorum antiſtes dein S. R. E. Cardinalis 96. Controverſias Epiſcoporum cum Monachis narrat, *ibid.* Deligitur a cœtu monachorum cum ſupremo Prædicatorum Magiſtro ut communem cauſam defendat, *ibid.* Varias facultates impetrat ſuo ordini a Pontifice, *ibid.*
Andreas Carloſtadius cum moniali nuptias celebrat, 336. Non tamen primus id facit, 432.
Angelus Archimboldus in Daniam internuntius, 265. Quid illi acciderit, *ibid.*

C

CAmpegius Cardinalis in Angliam legatus, 206 Cur illi & non Cardinali Volſeo demandata hæc legatio, *ibid.*
Capuccini: Quis eorum author extiterit, 552.
Chriſtiernus quo anno ad regnum Danicum accitus, & diademate redimitus, 516.
Clemens VII. Ejus electio, 447. Quo die & menſe coronam aſſumpſerit, *ibid.*
Conjugia profana celebrata a Clericis, & quo anno, 336. Quibus pœnis affecti iidem ſint, *ibid.*
Controverſia: Gravis controverſia Epiſcoporum cum Monachis in Concilio Lateranenſi, 96. Quæ ejus cauſæ, *ibid.*

D

DAni: Quo anno in ipſis Lutheranæ reformationis profeſſio exordium ſumpſerit, 516.

E

ERaſmus per errorem favet Luthero, 194. Amicus, & laudator Leonis, *ibid.* Laudatur ab Hadriano Papa, *ib. & ſeq.* Quædam ſcribit fidei minus conſona, 195. Cur in hoc excuſandus, *ibid.*

F

FRidericus Saxo omnium ſuffragiis in Imperatorem eligitur, 247. Oblatam dignitatem reſpuit, *ib.* Fridericus dat veſtem aulicis ſuis his literis in dextera manica intertextis, V. D. M. I. Æ. 585.

G

GEorgius dux Saxoniæ 377. Vetat ne novum teſtamentum a Luthero Germanice verſum legatur, *ibid.*
Guicciardinus, 337. Infenſus Leoni, & cur, 357. *& ſeq.*

H

HAdrianus, quo anno, & die Romam intrarit, 372. Excuſatur ejus moroſitas in mittendis Rhodum auxiliis, *ibid.* Ejus patria, 373. Ejus mors, quo anno, menſe, & die contigerit, 446. Ejus natura, & mores, *ibid. & ſeq.*
Helvetii: Incerta cauſa cur Helvetii Genuam obſidione liberent, 38.
Henricus Anglorum Rex titulum defenſoris fidei obtinet, 344.
Hieronymus Amideus ordinis Servorum B. M. V. Lucenſis, 42. Quadam apologia pro animæ immortalitate in Petrum Pomponacium invehit, *ibid.*
Hungaria: Quo tempore in ea ſeditio eruperit, 78.

I

ICoNoclaſtæ: Quo anno eorum epocha ſit ſtatuenda, 377.
Joannes Saxoniæ elector Spiræ præ foribus hoſpitii ſui has literas pictas cabibet V. D. M. I. E. 58. Has literas quidam in Saxonum, Lutherani in Epiſcoporum vituperationem vertunt, *ibid.*
Julius II. Pontifex, 4. Illius mors, *ibid.* Ejus virtutes, & vitia, *ibid. & ſeq.*

L

S. LAmbertus, 372. Ejus inſigne miraculum, *ibid.* Valde ſuſpectum, *ibid.*
Lateranenſe concilium qua occaſione conſtitutionem emiſerit ad tuendam animæ immortalitatem, 42.
Leo X. in locum Julii II. eligitur, 5. Varia Cardinalium in hac electione diſſidia, *ibid.* Electio ab eo facta Cardinalium die XXII. Septembris an. 1513. ſtatuenda videtur, 38. Initio ejus pontificatus variæ Epiſcoporum cum Monachis ortæ controverſiæ, 96. Peculiaris ejus mos in ſupputandis ſui pontificatus annis, 166. Suis literis & legatis Gallos, & Anglos ad pacem hortatur, 237. Favet in ſpeciem Franciſci Gallorum Regis cauſæ, 247. Inclinat in Fridericum Saxonem, *ibid.* Ejus mors, 357. Ejus vitia, & mores, *ibid.*
Lutherus quo anno cœperit a fide deficere, 152. Inficit hæreſi Germaniam, 178. Quo anno, menſe, die, & quibus parentibus ortus, qua natura ſit præditus, *ibid.* Exaſperatur Pontificis Bulla, 294. Epiſtolam injuriis refertam, & libellum de Miſſa, & Euchariſtia ſcribit, *ibid.* Plures in ſe concitat ſcriptores, *ibid.* Quo

anno

anno eorum in illum ſcripta prodierint, *ibid.* Nonnullos in ſui favorem per errorem inducit, *ibid.* Prodit ex ſua Pathmos, 377. Abrogat ſacras cerimonias, & uſum linguæ latinæ reiicit, 425. Quo anno hæc contigerint, *ibid.* Non is ſed ſuæ ſectæ homines turbas in Germania concitant, 473. Sacerdotum nuptias ſibi adoptat, 526. Carloſtadium ob ejus nuptias commendat, *ibid.* Se continet cœlibem, *ibid.* Demum cum Catharina a Bora ſolemnes nuptias celebrat, *ibid.* Incertum an ipſa tertio poſt nuptias menſe pepererit, *ib.* Ejus novi teſtamenti verſio Anglice redditur, 585.

M

MElchior Banniſter princeps ſeditionis in Hungaria, 78. Is alim a Georgio Siculo, *ibid.*

Monachi; an monachi Auguſtiniani Wittembergenſes miſſam aboleverint, & quo anno, 332. In Miſſis ſemper Euchariſtiam præbent adſtantibus, *ibid.* Oleum ſacrum infirmorum comburunt, 377.

N

NIcolaus Stork cum Thoma Muncero excitat tumultus in Germania, 473.

O

ŒColampadius quo anno inter Baſileenſes clareſcere cœperit, 480. Invehit Anabaptiſticam ſectam, *ibid.* Is exul Wittemberga, *ibid.*

P

PAx quo anno Gallos inter & Anglos compoſita, 437.

Petrus Flores Epiſcopus Caſtellanus Cardinales publica oratione monet, ut optimum paſtorem in locum Julii II. Eccleſiæ ſufficiant, 5.

Petrus Pomponacius inſignis Philoſophus, 42. Ejus patria, & mors, *ibid.* Librum edit adverſus animæ immortalitatem, *ibid.* Ejus liber Venetiis adjudicatus flammis, *ibid.* Apologiam ad famam ſuam defendendam ſcribit, *ibid.*

R

RHodii equites in inſula Melitenſi a Carolo V. recipiuntur, 585. Quo anno ejus poſſeſſionem habuerint, *ibid.*

S

SOlimannus oborientem ſeditionem comprimit, 489.

T

THomas Muncerus turbas excitat in Germania, 473. Fovet Anabaptiſtas, *ibid.* Ejicitur oppido Alſtad, *ibid.* Secedit Malhauſem, *ibid.*

FINIS.

A01 1469707

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google